S. PATRIS NOSTRI GREGORII EPISCOPI NYSSENI, ... OPERA OMNIA...

Gregorius : Nyssenus santo, ...

Digitized by Google

37
15 C
3



Digitized by Google

ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

S. PATRIS NOSTRI

GREGORII

EPISCOPI NYSSENI,

FRATRIS BASILII MAGNI,

OPERA OMNIA QVAE REPERIRI POTVERVNT;
Græcè & Latinè nunc primùm ex Mnſſ. codd. in lucem edita, & in duos tomos diuiſa.

Additæ ſunt variæ doctiſſ. virorum Notæ, quibus cùm interpretatio vetus quorumdam librorum emendatur, tum noua reliquorum illuſtratur.

Cum indicibus locorum ſacræ Scripturæ & rerum memorabilium.

TOMVS PRIMVS.



PARISIIS,
EX OFFICINA NIVELLIANA.
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, via Iacobæa, ſub Ciconiis.

CIↃ. IↃC. XV.

EX REGIS PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. FEDERICO BORROMAEO S. R. E. CARDINALI MEDIOLANENSIVM ARCHIEPISCOPO

FEDERICVS MORELLVS PROFESSORVM & Interpretum Regg. Decanus, Χαίρειν καὶ εὐοδοῦσθαι.

QVOD Baſilius Magnus, (Cardinalis Ampliſſime) ad Beatum Ambroſium Mediolanen. Antiſtitem ſcribens, poſt luculentam maximorum Domini Deíque noſtri beneficiorum in genus humanum enumerationem, ait ſe ſummã Dei Opt. Max. gloriam prædicando extollere, qui per ſingula quæque ſecula Numini ſuo placentes deligit: ἐκλεγόμενος τοὺς αὐτῷ εὐαρεστοῦντας. cùm præſertim æuo ſuo è ciuitate regali, virum ſpectatum, cuius fidei totius gentis præfectura commiſſa fuerat, generoſa mente, illuſtri ortum proſapia, vitæ ſplendore, dicendi virtute clarum, negotiis ciuilibus tractandis conſpicuum, ad ſedulam ouilis Chriſti curam traxiſſet, atque à iudicibus terræ ad præſidentiã Apoſtolicam tranſtuliſſet. ἄνδρα ἐκ βασιλευούσης πόλεως ἀρχὴν ὅλου ἔθνους πεπιστευμένον, ὑψηλὸν τῷ φρονήματι, γένους λαμπρότητι, περιφανείᾳ βίου, λόγων δυνάμει, πράγμασι τοῖς κατὰ τὸν βίον περίβλεπτον, εἵλκυσεν εἰς τὴν τῶν ποιμνίων τοῦ Χριστοῦ ἐπιμέλειαν. καὶ ἀπὸ τῶν κριτῶν τῆς γῆς, ἐπὶ τὴν προεδρίαν τῶν ἀποστόλων μετέθηκεν. Quæ ab omni aſſentatione remo-

Digitized by Google

tiſſima elogia à tanto Archiepiſcopo Cæſarienſi, ſanctiſſimo Præſuli Mediolanenſi iure tributa, nonne meritiſſimo ad beatiſſimũ CAROLVM Cardinalem BORROMÆVM, Patruelem tuum, patria Regnóque cœleſti iam perfruentem; & ad Te pari purpura, animi candore, doctrinæ præſtantia, vitæ morumque modeſtia ac ſanctimonia exornatum, videntur transferenda? Iam vero cùm S. Gregorij Nyſſeni Epiſcopi, Baſilij illius germani fratris, Operum fœtuúmque auguſti ingenij legitimorum editioni διγλώττῳ καὶ συμφερτῇ, Patronum optimum & προστάτην πανάριστον, quæreremus ad virulenta Zoïlorum κακοδόξων tela retundenda; in quem potius oculos conijcere debuimus, quàm in eum cuius Reſpublica Chriſtiana, ſanctáque Eccleſia Romana nomine ipſo recreatur? quippe in quo Ῥώμης omen fauſtiſſimum cõtinetur? ἐπώνυμον τοῖς καλοῖς ὄνομα. ſiquidem -*Igneus eſt vigor & cœleſtis origo* BORROMÆIS. quod olim me de ſancto CAROLO, quem tu ſequeris propè paſſibus æquis, deprædicaſſe nunquam pœnitebit. Quocirca Nyſſenum peruigilem Antiſtitem, γρηγορήσει φερώνυμον, ad te ἐῤῥωμενέστατον καὶ ὀξυδερκέστατον ἀρχιερέα, vltro cum cariſſimis mentis pignoribus perdiu abditis, accedentem, ea φιλοφροσύνῃ, benignitate, humanitate & alacritate, qua veterum ſanctorum potiſsimum Patrum Græcorum & Latinorum monumenta proſequi ſoles, accipito; ac pietate grauem & meritis in locupletiſsimæ Bibliothecæ tuæ, qua φιλομούσους omnes exhilaras, potiori quæſo parte collocato. Sic vtique, magne FEDERICE, fœdus Muſarum caſtarum inuiolabile ſeruans, φιλοθέους *Tui memores feciſſe merendo*, χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί, in omne æuum dicêris, & τὸ τοῦ θεοῦ δῶρον ἐυμενὲς tibi cum nominis immortalitate cõparabis. Benè diúque, BORROMÆORVM θάλος ῥωμαλέον, valeas. Lutetiæ, Pariſior. A.S. CIↃIↃCXV.

Qvod aliquando contigit ijs quibus aurea mediocritas etiam in votis placuerat (Lector æquanime) vt quod exoptabant auctius atque melius faceret Deus: quo modo voti pluſquam compos Flaccus ait ---- bene eſt, nihil amplius oro, *εὐχῆς δίκην ἀμέτρου cum Gregorio Nazianz. metuētibus vſuuenit. Enimuero primum votum & conſilium noſtrum fuerat initio libros tantùm S. Gregorij contra Eunomium à doctiſs. viro Nic. Gulonio Profeſſore quondam Regio, latinitate donatos in lucem edere, quos πατὴρ ἀμείνων R. P. Ioannes à S. Franciſco Fulienſium monachorum prior recognouit. Sed cum ille in morbum incidiſſet, neque prælo poſſet properanti penſum ſufficere, viſum eſt alios S. Gregorij libros iam Græcè excuſos ad alterum tomum conficiendum colligere: Iam enim olim apud Raphelengium lib. de vita Moſis, apud Plantinum, lib. de Virginitate, apud Sartorium contra Apollinarem, & alia eius alibi opuſcula fuerant publici iuris facta. Quod cum audijſſet ampliſſimus Præſes Dominus Thuanus, Regij Conſiſtorij Conſiliarius, codices ſuos manuſcriptos nobis benignè conceſſit, è quibus eruta eſt diſſertatio de Anima hactenus non edita.*

Miſit etiam ad nos ingentē codicem Antuerpia R. P. Andreas Schottus qui libros ſiue homilias Nyſſeni amplius triginta complectitur, ſumptibus Clar. viri Theodori Canteri Vltraiectenſis Senatoris olim exſcriptas, quibus additi ſunt alij ex bibliotheca nobiliſſ. viri Franciſci Oliuarij, Feder. Morelli, Profeſſ. Regg. Decani, & aliorū amicorum noſtrorum deprompti, quorum beneficiū in notis ad ſingulos libros prædicabitur.

Licet enim editione operum S. Ioannis Chryſoſtomi adhuc diſtineretur vir doctiſſimus, θεοφιλέστατος Fronto Ducæus S. I. Theologus, ſuo tamen ſubſidio nos iuuare non deſtitit, cum & delectus habendus eſſet codd. mſſ. & variantes lectiones cum iudicio aliæ præ aliis amplectendæ: & notæ in varios libros olim ab ipſo emendatos recognoſcendæ, atque huic editioni adaptandæ eſſent.

Verumtamen hac adhibita diligentia nō potuimus quarūdam homiliarum Græcum textum nanciſci, quas ſub finem ſecundi tomi Latinè tantum edidimus: ſed neque totos cōtra Eunomiū xij. libros ſuppeditamus, cum vt ex Synodo vj. œcumenica cōſtat ſecundus numero ſit is, qui primi locū in editione noſtra obtinet, expreſſos ex apographo V. C. Franc. Pithæi, quo & interpres dum viueret eoſq; Latinè cōuerteret, vſus fuerat. Nam vt ex Catalogo librorum Bibliothecæ Vaticanæ conſtat, à Librario in duas partes diuiſus fuit liber xij. cuius prior pars vndecimum conficit librum huius editionis, hoc initio inchoatum, ἀλλ' εἰδῶμεν καὶ τὸ ἐκ τῆς ἀκολούθου, quod initium ille catalogus libro xij. tribuit. itemque Synodus ſexta actione 10. pag. 127. editionis Vaticanæ.

Exhibentur itaq; nunc tibi S. Gregorij Nyſſeni contra Eunomiū, quos S. Hieronymus in catalogo ſcriptorū Eccleſiaſticorū ſibi & Greg. Nazianzeno lectos ab auctore affirmat: & ne dubites num hi ſint illi ipſi quos à ſe ſcriptos euulgauit Theodoretus, qui ſynodo Epheſinæ anno Chriſti cccccxxx. interfuit, in Polymorpho Dialogo 1. vbi de incarnatione Domini loquitur, hæc deſumpſit teſtimonia fol. 124. editionis Tigurinæ, τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ κατ' Εὐνομίου λόγου. Φαμὲν τοίνυν, ὅτι ἐν μὲν τοῖς πρὸ τούτου λόγοις εἰπὼν τὴν σοφίαν ᾠκοδομηκέναι ἑαυτῇ οἶκον τὴν τῆς σαρκὸς τοῦ κυρίου κατασκευὴν τῷ λόγῳ αἰνίσσεται. Dicimus ergo, cum in iis quæ prius dicta ſunt, dixit Sapientiam ædificaſſe ſibi domum, carnis Domini verbo conſtructionem myſticè intelligit. *Hoc teſtimonium reperies pag. 77. c. huius editionis tom. 2.* Ergo dicimus, quod in his, quę hunc locum præcedunt verbis, cum dixiſſet Sapientiam ſibi domum ædificaſſe.

In eodem Dialogo & folio 124. τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς πραγματείας. ὁ λόγος παρ'

τὴν αἰώνων ἦν, ἡ σὰρξ δὲ ἐπ' ἐσχάτων ἐγένετο τῶν χρόνων, καὶ οὐκ ἂν τις ἀναστρέψας εἴποι ὡς ταύτην προαιώνιον εἶναι, ἢ ἐν τοῖς ἐσχάτοις γεγενῆσθαι τὸν λόγον. Verbum erat ante ſæcula, caro autem extremis temporibus,facta eſt,nec conuertens contra quiſpiam dixerit vel eam eſſe ante ſæcula, vel in vltimis temporibus factum eſſe verbū. *Hoc teſtimoniū habes pag.161.B.huius edit.Citatur idem locus & in Synodo vj.Oecumenica actione 10.pag.126.editionis Romanæ.* ἐκ τοῦ κατὰ Εὐνομίου τόμου πέμπτου, οὗ ἡ ἀρχή, Περὶ δὲ τῆς Πέτρου τοῦ ἀποστόλου φωνῆς. Ex quinto tomo contra Eunomiū, cuius initiū, De voce itaq; ſancti Petri Apoſtoli. *vnde colligimus deeſſe huic noſtræ editioni librum primū & orationem quartā eius in Synodo dici & verè eſſe quintam. In catalogo etiam librorum Bibliothecæ Vaticanæ numero 424. initium aßignatur iſtud lib.1.contra Eunomium.* οὐκ ἦν ὡς ἔοικε τοῖς πᾶσι τὸ καλῶς εὐεργετεῖν. *Secundi autē iſtud,* ἡ τῶν Χριστιανῶν πίστις εἰς πάντα ἔθνη. *quod eſt orationis primæ huius editionis initiū. Tertium teſtimonium profert Theodoretus in eodem Dialogo 1.fol.125.* οὐκ ἐκ τοῦ θείου τε καὶ ἀκηράτου ἐστὶν ἡ τὸ ἔκτισέ με φωνή, ἀλλὰ καθὼς εἴρηται ἐκ τοῦ ἀναληφθέντος κατ' οἰκονομίαν. Non de diuino,& ab omni corruptione & interitu alieno eſt hæc vox, Creauit me:ſed ſicut dictum eſt, de eo quod per diuinam diſpenſationem aſſumptum eſt.*Idem exhibetur iiſdem planè verbis p.79. A. huius editionis,niſi quod pro* ἀναληφθέντος *legitur illic* ἀνακραθέντος. *Quartum profert idem Theodoretus Dialogo 2.vbi de paßione Chriſti diſputat ex eodem opere contra Eunomium fol.147.* εἰ δὲ ὁ μὲν ἐκ τῆς Μαρίας ἀδελφοῖς διαλέγεται, ὁ δὲ μονογενὴς ἀδελφοὺς οὐκ ἔχει. πῶς γὰρ ἐν ἀδελφοῖς τὸ μονογενὲς διεσώζετο; καὶ ὁ εἰπὼν πνεῦμα ὁ Θεός, φησι πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ αὐτὸς ψηλαφήσατέ με. Si autem qui ex Maria natus eſt,cum fratribus diſſerit:vnigenitus autem fratres non habet:quomodo enim inter fratres conſeruaretur eſſe vnigenitum? Et qui dixit, Spiritus Deus eſt, idem dicit diſcipulis, Palpate me. *Hæc autem excuſa reperies pag. 281. huius editionis A. Quintum in Dialogo 3.reperitur fol.129.* οὔτε ζωοποιεῖ τὸν Λάζαρον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, οὔτε δακρύει τὸν κείμενον ἡ ἀπαθὴς ἐξουσία, ἀλλ' ἴδιον τοῦ μὲν ἀνθρώπου τὸ δάκρυον, τῆς δὲ ζωῆς τὰ τῆς ὄντως ζωῆς. Neque humana natura Lazarum viuificat, nec deflet iacentem impatibilis potentia:ſed lacryma eſt hominis propria,vitæ autem ea quæ vere vitæ ſunt. *Sed emendandus eſt hic locus ex actione x. Synodi ſextæ Oecumenicæ,vbi citatur ex lib.5.contra Eunomium pag.127. editionis Vaticanæ,* ἡ δὲ ζωὴ τῆς ὄντως ζωῆς, vita vero eius qui verè vita eſt: *nam & ita totum exhibet locum hæc editio orat.4.p.161.C. Sextum citatum habes à Synodo vj. Oecumenica Actione 4.pag.39. edit.Vatic.* ἐκ τοῦ δευτέρου βιβλίου τοῦ κατὰ Εὐνομίου. Πῶς ὁ κύριος τὸν κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων ἐπιμερίζει τῇ ψυχῇ τε καὶ τῷ σώματι τὴν παρ' αὐτοῦ γινομένην τοῖς ἀνθρώποις εὐεργεσίαν, θέλων μὲν διὰ τῆς ψυχῆς, ἁπτόμενος δὲ διὰ τοῦ σώματος. *Ea vero tibi repræſentat primus liber huius editionis,quem etiam hinc conſtat ſecundum eſſe numerandum pa.56.*B. Quomodo Dominus per Chriſti humanitatem mundum ſibi ipſi reconcilians animæ & corpori beneficium ex ſe profectum hominibus diſpertiendo tribuit, volens quidem per animam, attingens vero per corpus. *Septimum denique Synodus eadem vı. in eadem actione 10.pag.127. Vaticanæ edit.* πῶς δὲ μαθεῖν ἄξιον παρὰ τῶν προφερόντων ἡμῖν τὰς τοιαύτας φωνάς, ὅτι τὸ ἀναβαῖνον: *quæ verba ſic interpretatur Gulonius pag.280.* Interea autem ab iis qui tales voces nobis proferūt, operæpretiū eſt diſcere, an id quod aſcendit,*&c.*

Quod ad lacunarum lacrymas attinet, facile à te condonabuntur, vt & σφάλματα *nimis crebra operarum properantium,quæ vix Argus* πολυόμματος *cuncta animaduerteret.* παρὰ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον μαχέσασθαι. *Bene vale,&* κοινωφελείας *ſtudioſis tui ſimilibus faue.*

Digitized by Google

DE GREGORIO, EPISCOPO NYSSENO, ET EIVS OPERIBVS, PRÆFATIO.

DIVVS GREGORIVS, Nyſſenſis Epiſcopus, frater germanus D. Baſilij, ac natu quidem maior, vt ex eius ſcriptis conijcere eſt (potiſſimum ex Hexaë-mero, vbi de Baſilio loquens præceptorem ſemper appellat) fuit eloquentiſſimus, vt Suidas & plerique veteres tradunt: quod & illius ſcripta declarant, abundéque ſacræ teſtantur hiſtoriæ. Primùm artes dicendi exercuit, tantúmque in his profecit, vt tandem rhetor illuſtris euaſerit, laudatiſque oratoribus antiquis non inferior extiterit. Sed iſtis eloquentiæ ſtudiis relictis monaſticam diſciplinam ſecutus, vt ſcribit Theodoretus lib. 4. cap. 28. ad Theologiam ſe contulit, diligentémque ſtudio ſacrarum literarum operam nauauit. Poſtea tamen cùm iam ad epiſcopatũ Nyſſæ ciuitatis, à qua Nyſſeni nomen accepit, deſignatus eſt, ſanctis Bibliorum libris, quos in eccleſia lectitare & interpretari ſolebat, neglectis, ad rhetoricam iterum profitendam animum conuertit. Quam leuitatem mutabilitatémque conſilij D. Gregorius Naziázenus epiſtola 43. ad illum pluribus ſcripta reprehendit. Quo verò anno ad eum epiſcopatum peruenerit, incertum eſt: ſed eam præfecturam tempore Valentis imperatoris iam tum gerebat, cùm à D. Baſilio epiſcopatus Saſimorum Nazianzeno decretus eſt. Is enim poſtridie illius diei, quo epiſcopus fuit creatus, ad Nyſſenum habita oratione, antiſtitem appellat tantiſque laudibus tollit, vt ipſius commendatio, & ſi taceant cæteri, Græcorum omnium inſtar eſſe poſſit. Cum autem anno 384. Synodum epiſcoporum contra Macedonianos Conſtantinopolim conuocaſſet Theodoſius imperator, decretúmque eſſet vt nullus epiſcopus relicta ſua diœceſi ad alienas demigraret, tunc diſpertitis per prouincias eccleſiis, Cæſarea poſt defunctum Baſilium, obuenit fratri Gregorio, Nyſſæ prius epiſcopo, vt ſcribit Socrates lib. 5. cap. 8. Hic habuit vxorem, vt hiſtoriæ mandauit Nicephorus lib. 11. cap. 19. Quod tamen vix probari poſſit, vt aliqui cenſent, ex Nazianzeni oratione de laudibus Baſilij. nam cùm parentes tam egregiæ ſobolis procreatione nobiles fuiſſe oſtendit, Id, inquit, demonſtrat beatus Sacerdotum & Virginum numerus, & eorum qui in vita coniugata vixerunt, &c. Sacerdotes proculdubio fuerunt Baſilius, Gregorius, & Petrus Sebaſtæ epiſcopus, quem Baſilius ipſe

Hæc præfatio Latinis editionibus Nyſſeni hactenus eſt præfixa.

ſacris initiauit, & ad preſbyterij dignitatem prouexit: ſoror autem Macrina & Naucratius frater vitam ſolitariam & inopem ſunt complexi, vt de vita Macrinæ continet epiſtola, quæ Nyſſeno adſcripta inter Sanctorum hiſtorias per Surium congeſtas ad diem 19. Iulij legitur excuſa, ex interpretatione Petri Franciſci Zini: ſed inter illos qui virgines & exortes coniugij remanſerint, aut ex cæteris (decem quippe liberi, ſi fides illi tribuatur epiſtolæ, iiſdem parentibus nati ſunt) qui matrimonium coluerint, non ſatis hinc liquidò conſtat. Ipſe verò Gregorius in libro quem de Virginitate ſcriptum reliquit, videtur apertius innuere ſe coniugem non cælibem fuiſſe, cùm ait cap. 3. Nunc mihi virginalium laudum cognitio quodammodo inanis eſt ac minimè fructuoſa &c. Sed eſto connubialem vitam ſit amplexus, ipſi tamen ea viuendi ratio nihil impedimenti attulit, quo minus ſtrenuè pro catholica fide decertans, ad parem virtutis gloriam aſpirarit. Nam vt per eccleſias hæreticæ prauitatis tenebras ſuis concionibus diſcuteret, lumenque veritatis hominibus quaſi prælucerct, crebras peregrinationes ſuſcepit, viáſque difficiles confecit. Quas cùm ægrè ferret, & ſuam velut inconſtantiam quereretur, Nazianzenus epiſtola 34. conſolatus eſt, & ad bene de multis merendum, atque gratiā à Deo ſperandam erexit. Quo deniq; anno deceſſerit è viuis & poſterior Baſilio (vt teſtatur Socrates lib. 3. cap. 8. idque manifeſtū reddit Nazianzeni ad Nyſſenum 37. epiſtola conſolatoria de morte fratris) non cōſtat ex hiſtoriis: ſed ipſe multis in locis meminit ſe iam grandem natu & ſenem ſcribere, maximè in epiſtola de profeſſione Chriſtiana, in lib. de virginitate cap. vltimo: & in oratione quam de infantibus, qui ex vtero præmaturè abripiuntur edidit, aliaſque ſæpe ſenectutem ſuam excuſat. Hoc ſolummodo de eius interitu ſic notatur in Vſuardi martyrologio ad diem 9. Martij: Apud Nicenam ciuitatem depoſitio S. Gregorij epiſcopi, fratris beati Baſilij Cęſarienſis, tam vita quàm eloquentia clariſſimi. Atque hæc quidem breui dicta ſufficiant de Gregorio Nyſſeno, de cuius laudibus elogia veterum poſtea fuſius ſubijciemus.

Iam verò quoniam naturalem & legitimum ordinem quo quiſque librorum ſcriptus eſt, non potuimus in hac editione ſequi, artificialem inſtituimus: nempe vt priorem locum ſortirentur ea quæ ad vetus teſtamentum referri poſſe videbantur: deinde quæ ad religionis Chriſtianæ inſtitutionem, formam, & profeſſionem ſpectant, & in quibus aliquot Euangelicæ doctrinæ teſtimonia tractantur, ſecundum locum obtinerent. poſtea concionibus nonnullis ad Eccleſiæ conſuetudinem pro ratione & ſerie feſtorum diſpoſitis orationes funebres de laudibus quorundam Sanctorum adiecimus. Et hoc de vniuerſis eius doctoris operibus præmiſſum ſit. De ſingulis autem pluribus tractare non conuenit, ſed quicquid de aliquibus monendum nobis occurret, paucis hic addemus.

Igitur rogante fratre ſuo Petro Sebaſtæ Epiſcopo confecit librum in Hexaëmeron, quem affirmat Socrates lib. 4. cap. 21. à Baſilio morte præuento imperfectum eſſe relictum. Eum nos primo loco ex tranſlatione Zini præcedere voluimus: quòd eo libro de opere ſex dierum in ordinem ac concordiam quæ de mundi procreatione primo quidem aſpectu diſſita & inter ſe contraria videntur, accommodatè diſponat, ipſúmque Moyſem ſibiipſi

conſentientem & conſtantem eleganter oſtendat. Verùm quia in eo commentariolo mundi fabricam ita contéplatur, vt naturalem tantummodo & hiſtoriæ congruentem in rebus creatis ordinem explicet: huic continuò duas ſubiunximus orationes in hominis procreationem admodum pias & elegãtes, Quæ, inquit Zinus qui latinas fecit, licet ab eiuſdem auctoris, & multo etiam magis à Baſilij magni, cui à quibuſdam falsò attributas audio (intelligit fortaſſe Godefridum Tilmannum, qui eas inter eiuſdem Baſilij opera tranſtulit, & pro loco paraphraſi diffudit) ſcribendi conſuetudine abeſſe videantur, antiquiſſimæ tamen ſunt, aut ab ipſo Gregorio adhuc iuuene fortè compoſitæ, antequam abſolutiſſimum librum de hominis opificio præſcripſiſſet: aut ab aliquo eiuſdem ætatis viro tum pio tum minimè indocto. Nos tamen coniicimus ex primæ orationis initio, vbi ſcriptum legitur: Iniquum eſſet cùm ea quæ ad feras tum natantes, tum gradientes, tum volantes, quæque ad cœlum ad eaque quæ in cœlo ſunt, quæque ad terram & ad ea quæ ſunt in terra pertinent, didicerimus &c. eaſdem non eſſe Gregorij noſtri: neque enim de hiſce tractauit, ſed Baſilius in Hexaemero. Ambæ autem ſi non habitæ ad populum, tamen ſcriptæ domi & coram recitatæ videntur. Sed de his aliorum eſto iudicium. Liber ille de hominis opificio, quem latinis auribus dedit Ioannes Leuuenclaus, admirandum opus à Suida vocatur. Hic ſi ordinis ratio, quo ſcriptus eſt, ſequatur, debet pręcedere. Nam, inquit Nyſſenus in Hexaemero: Librum de hominis opificio ante hunc miſimus. Hic primum damus ex tranſlatione Gentiani Herueti Conciones octo in Eccleſiaſtem, in quarum priore ſtatim in limine teſtatur ſe etiam in Prouerbia ſcripſiſſe, dum ſic ait: Cùm ſenſa Prouerbiorum iam mentem prius exercuerint, quorum obſcuræ ſunt rationes, ad hanc ſcripturam, quæ verè eſt excelſa, exiſtit aſcenſus. Sed hæc commentatio nondum venit in publicum. Homilias autem quindecim in Cantica canticorum meris ænigmatibus plenas, partim ex eadem Herueti tranſlatione, quæ viris doctis purior & facilior viſa eſt, appreſſimus: alias nempe quatuor poſtremas quouſque Herueti procedebat exemplar, ex interpretatione Leuuenclaij compleuimus. In fine præfationis quam iiſdem Homiliis ipſe Gregorius præfecit, reddit rationem inſtitutæ commentationis, vbi ita loquitur: Non eſt hic liber à me ſcriptus ad oſtentationem, ſed quoniam multa ex iis quæ in Eccleſiis dicta ſunt, quidam ex iis qui nobiſcum verſantur, adnotarunt, ea in formam Homiliarum enarraui in diebus ieiuniorum. in his enim hic liber ad aures populi à nobis fuit elaboratus. Singulis autem diebus ſingulas orationes recitauit: nam tertiam dicit eſſe diei tertij, & ſic de reliquis. Sequitur elegantiſſima oratio, Qua Chriſtiani hominis formula traditur, idipſum quoque profertur in libro de vita Moſis, quem latinitate donauit Trapezuntius. Illam verò ex ſeorſum vulgatis à Franciſco Zino hic appoſuimus: ſicut & Catecheticam orationem, maximam appellatam, ex tranſlatione Herueti. nam cùm iam legeretur reddita latinè per Petrum Morellum, placuit & hic verſionem nondum hactenus impreſſam proponere. Ibi autem, maximè cap. 37. multa de tranſmutatione ſiue tranſubſtantiatione Dominici corporis & ſanguinis adducuntur: & cap. 38. ſe aliis in locis plura de Euchariſtia expoſuiſſe narrat, quod tamen non ita frequens eſt in exem-

pluribus quæ vulgo feruntur. Huic item Catechetico libro (ſic enim Gregorius ipſe appellat ſæpiſſime) ſicut & illi de anima & reſurrectione diſputationi cum ſorore Macrina, quidam hæretici, vt in pleriſque veterum lucubrationibus, dogmata nonnulla, præcipuè verò Origenis iniecerunt, Nicephoro teſte lib. 11. cap. 19. Sed & immixtas huiuſmodi falſas opiniones demonſtrare poſſis ex eo quod in Catechetico cap. 35. circa finem ex ſententia Origenis reperitur, Longis pòſt ſeculis Deo puram conſeruãdam naturam: & quòd huic errori contrarium habetur in oratione de die Natiuitatis Domini, cùm ſcribitur, Quod per reſurrectionem qui iuſti erunt, ad cœleſtem quietem accedent: qui autem peccatis obnoxij, in gehennæ ignem detrudentur &c. Nec enim pugnantia tantus vir aut ſenſit aut docuit. Et vt cætera paucis complectamur, alia quædam opuſcula in hac editione acceſſerunt, nimirum Orationes, De fugienda fornicatione: In eos qui differunt baptiſma, & qui ægrè ferunt reprehenſiones, ab Herueto primùm conuerſæ. De Aſcenſione verò, & in Pentecoſten Sermones iam editi circunferebantur: prior quidem ex Sifani verſione, ſicut & pleraque Nyſſeni ſcripta: ſed quia feria 4. poſt Aſcenſionem de eodem Sermone ex tranſlatione Zini legitur in breuiario Romano nuper ex decreto Concilij Tridentini reſtituto: propterea & hunc & quoſcunque nanciſci potuimus ex eodem interprete, qui ab Eccleſia probatus eſſe videretur, ſelectos excudimus: vt De pauperibus amandis. In mulierem peccatricem, De dormientibus, & De Chriſti Natiuitate, eiuſdemque reſurrectione. Nonnulla præterea ex aliorum verſione ſeorſum vulgata inſeruimus, vt librum de Virginitate à Petro Galeſinio conuerſum, & Romæ typis excuſum, in quo de virginali virtute qua vna reliquæ omnes continentur, ita diſputat Euangelicæ doctrinæ maieſtatem complectens, vt non ſolum cum Stoicis de honeſto, verùm etiam cum reliquis honeſtis philoſophorum diſciplinis differat, patrociniúmque earum actionum, in quibus virtutis ſplendor elucet, ſuſcipiat. Et, ne quid ſilentio prætermittere aut diſſimulare videamur, quod hic habetur impreſſum nomine Gregorij Nyſſeni ad Petrum fratrem ſuum, De differentia ſubſtantiæ & hypoſtaſeos, idem legitur apud D. Baſilium epiſtola 43. ad Gregorium fratrem, Nyſſenum epiſcopum. Viderint doctiores cuinam illorum hanc diſputationem aſſignent.

Cæterum inter Sanctorum vitas ab Aloyſio latinè non ita pridem ex diuerſis auctoribus editas, & modò per ſingulos dies cuiuſque menſis à Surio digeſtas, Oratio quædam, pia ſanè iuxta & elegans, De occurſu Domini & de Dei parente, atque de iuſto Simeone, Gregorij Nyſſeni titulum præ ſe fert: ſed quoniam Simeon Metaphraſtes, qui primùm diſperſas Græcè collegerat, videtur in hac nonnihil aut immutaſſe, aut etiam aliquid addidiſſe, dum pro ſuo more copioſius explicauit, ac amplioribus verbis enarrauit: ideo quaſi fœtus eſſet illegitimus, hanc cum verè natiuis ſtare noluimus. Veruntamen ſi quis fortè ſecus iudicet, habet interim, vt ne hic repetatur, inibi typis impreſſam: ſicut & epiſtolam illam ad Olympium Monachum, de vita Macrinæ. Quod verò pertinet ad diuerſas quorundam librorum inſcriptiones, nos vt plurimum in margine notauimus, aut in operum catalogo, quem ſubijciemus, indicabimus.

Deſiderantur autem præter hæc alia eius viri monimenta temporum, vel hominum iniuria deperdita, aut hactenus in lucem nondum euulgata: neque enim reperitur liber, quem ſcripſiſſe memoratur contra Ablauium de Patris, Filij, & Spiritus ſancti diuinitate, niſi quis illum eſſe forte ſuſpicetur ex affinitate argumenti, quem ad Ablabium miſit, Quod tres dicere Deos non oporteat, pag. 447. tomi. 2. ſed locus tamen ab Euthymio prolatus parte I. tit. 2. Panopl. in eo minimè reperitur.

Nec dum prodierunt in lucem commentarij in epiſtolam D. Pauli ad Philippenſes, quos, vt docuit Sixtus Senenſis, auctor Bibliothecæ ſanctæ, Cyrillus citat in libro ad Euoptium fratrem contra Theodoretum. In cuius libri fine ſic legitur: *D. Gregorij epiſcopi in epiſtolam ad Philippenſes*: Cuius, fragmentum: *Hoc*, inquit, *ſapiatur quod eſt in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui ſuſcipiens. Quid pauperius in Deo, quàm forma ſerui? Quid humilius in rege cunctorum, quàm ad communionem pauperis noſtræ naturæ ſponte venire? Rex regum & dominus dominantium induitur forma ſerui: iudex omnium fit ſubditus poteſtatibus creaturæ. Dominus in ſpelunca ponitur: Qui omnia continet, in diuerſorio non inuenit locum, ſed in præſepe proijcitur iumentorum: mundus & immaculatus ſordes ſuſcepit humanæ naturæ, & per omnia paupertatem noſtram tranſiens, vſque ad mortis venit experimentum. Conſiderate paupertatis ſpontaneæ menſuram: vita mortem guſtat: iudex deducitur ad iudicium: vitæ omnium exiſtentium Dominus ſubditur ſententiæ iudicantis: Rex omnium virtutum, quæ vltra mundum ſunt, ſpiculatorum non reſpuit manus.* Hactenus Gregorius epiſcopus: qui quidem videtur eſſe Nyſſenus noſter, cùm Nazianzenus nec in hanc epiſtolam, nec in aliquem veteris aut noui Teſtamenti librum ex profeſſo ſcripſiſſe memoretur. In principio Orationis primæ de pauperibus amandis, vbi ſcribitur: Quoniam duobus ſuperioribus diebus cupiditatem illam quæ gulæ ventriſque voluptatem ſectatur caſtigauimus, de ipſiſque multa diximus. &c. clarum eſt ipſum Gregorium de hac re Orationes habuiſſe ad populum, quæ iam non reperiuntur, ſicut nec alia plura, quæ ſcripſit maximè aduerſus Eunomianos, Arianos & reliquos illius tempeſtatis hæreticos, cum quibus animo infracto pro veritate Catholica propugnauit, vt indicat Theodoretus lib. 4. cap. 28. & à quibus propter fidem patria pulſus in exilium, vbique multa ſuſtinuit, vt ipſemet in vita Macrinæ refert. Sed hæc quæ hic breui repetita ſunt, licuit ex ipſius ſcriptis patrúmq. hiſtori s collecta in medium proponere: vt ſi quis perueſtigandæ antiquitatis ſtudioſus huiuſmodi librorum theſauros reperiat, eos tandem extrahat, & ad publicam vtilitatem in apertam lucem emittat.

QVÆ AD VITAM LAVDEMQVE S. GREGORII NYSSENI PERTINENT ex aliorum ſcriptis, Elogia.

D. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPT.

GREGORIVS, Nyſſenus Epiſcopus, frater Baſilij Cæſarienſis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno ſuos contra Eunomium legit libros, qui & multa alia & ſcripſiſſe & ſcribere dicitur.

SOPHRONIVS GRÆCVS INTERPRES.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ Νύσσης ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς Βασιλείου τοῦ Καισαρείας, πρὸ ὀλίγων ἐνιαυτῶν ἐμοὶ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Ναζιανζηνῷ κατὰ Ευνομίου ἀνέγνω λόγους, ὅστις καὶ ἄλλα πολλὰ γεγραφέναι καὶ γράφειν λέγεται.

NICEPHORVS CALLISTVS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIB. XI. CAP. 29.

HABVIT Baſilius fratres, quorum vnus Gregorius fuit, eccleſiæ Nyſſenæ lux & ornamentum: vir ſecundum fratrem doctrina, moribus, & vitæ ſanctitate ſpectatus. Et quamuis coniugem habuerit, rebus tamen aliis fratri minimè ceſſit. Qui Baſilio mortuo, Hexaëmeron ſiue ſex dierum opus illius adimpleuit: & aduerſus Eunomium & Apollinarem confutationes ſcripſit. Conſtantinopoli quoque in diuum Meletium orationem funebrem compoſuit, aliáque inſuper plurima opuſcula doctrinis & inſtitutionibus plena Eccleſiæ Dei reliquit. Oſtendunt autem virum talem cùm alia, tum præcipuè in Gregorium illum miraculis celebrem oratio ab eo edita.

ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΙΣΤ. ΕΚΚΛΗΣ. ΒΙΒΛ. Δ. ΚΕΦ. ΚΕ.

ΕΓΕΝΟΝΤΟ δὲ ἀδελφοὶ Βασιλείου, Πέτρος καὶ Γρηγόριος. ἀλλὰ Πέτρος μὲν τὸν μονήρη βίον Βασιλείου ἐζήλωσε· Γρηγόριος δὲ τὸ διδασκαλικὸν τοῦ λόγου, ὃς καὶ τὴν πονηθεῖσαν Βασιλείῳ ἑξαήμερον, ἅτε δὴ καταλειφθεῖσαν, προσανεπλήρωσε μετὰ θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἐπιτάφιον εἰς Μελέτιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει διεξῆλθε. φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλοι λόγοι διάφοροι.

LIB. IV. CAP. XXI.

Basilius duos habet fratres Petrum & Gregorium: Petrus ſolitarium vitæ genus Baſilij ſecutus eſt. Gregorius autem, docendi rationem: qui librum à Baſilio in Hexaëmeron editum, vt pote imperfectum, poſt mortem fratris cumulate expleuit. Idem funebrem orationem in Meletium Epiſcopum Antiochiæ, Conſtantinopoli recitauit. Extant quoque aliæ diuerſæ orationes ab eo conſcriptæ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΣ ΒΙΒΛ. δʹ. ΚΕΦ. κηʹ.

ΕΝ ἐπισκόποις, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων νοήματα, ἐν μὲν οὖν ἀσκηταῖς καὶ τῆς ἀρετῆς φροντισταῖς οὗτοι κατ' ἐκεῖνον διέλαμπον τὸν καιρόν. Γρηγόριος ἑκάτερος ὅ, τε Ναζιανζοῦ, καὶ ὁ Νύσσης· ὁ μὲν ἀδελφὸς, ὁ δὲ σύσκηνός τε καὶ συνεργὸς τοῦ μεγάλου Βασιλείου τυγχάνων. οὗτοι μὲν οὖν ἐν Καππαδοκίᾳ τῆς εὐσεβείας ὑπερμαχοῦντες ἠρίστευον· συνηρίστευε δὲ αὐτοῖς καὶ Πέτρος, γνυνήτορας μὲν Βασιλείῳ καὶ Γρηγορείῳ τὸν αὐτὸν ἐσχηκὼς, τῆς δὲ θύραθεν παιδείας οὐ μετειληχὼς σὺν ἐκείνοις, τὰς δὲ τοῦ βίου μαρμαρυγὰς ἀφιείς.

THEODORETVS LIB. IV. CAP. XXVIII.

Ex eorum numero qui vitæ monaſticæ & ſeueræ viuendi diſciplinæ, ſtudióque virtutis operam nauarunt, Gregorius vterque, Nazianzenus & Nyſſenus tulere principatum: quorum hic frater Baſilij magni fuit, ille ſocius ſtudiorum eius, & adiutor fuit. Iſti in Cappadocia pro pietate dimicantes facile primas obtinuerunt. In eiuſdem cum illis laudis ſocietatem venit Petrus, qui Baſilij & Gregorij frater germanus fuit: quique tametſi humaniore literatura non perinde, vt illi, inſtructus erat, pio tamen viuendi genere admodum excelluit.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΦΩΤΙΟΥ.

ΑΝεγνώσθη Γρηγορίου Νύσσης ὁμοίως ὑπὲρ Βασιλείου κατ' Εὐνομίου. τὴν μὲν φράσιν, εἴ τις ἄλλος ῥητόρων, λαμπρὸς, καὶ ἡδονῆς ὠσὶν ἀποστάζων. οὐ μέντοι καθεξῆς, οὐδ' αὐτὸς τὴν Εὐνομίου γραφὴν ἐπελέγχει. διὸ καὶ συντομώτερός ἐστι Θεοδώρου, Σωφρονίου δὲ πλατύτερος. πλεονάζει δὲ γὰρ τοῖς ἐνθυμήμασι καὶ τοῖς παραδείγμασιν. ἔστι δὲ, ἀδεκάστως εἰπεῖν, ὡς ὅσον ὑπερβάλλει κάλλει τε καὶ λαμπρότητι καὶ τῷ ἡδυτάτῳ Θεόδωρον· τοσοῦτον τὸ πλῆθος τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τὸ γόνιμον εἰς τὸ περιέχειν ἐκβιάζεται.

ΑΝεγνώσθη ἑτέρα πραγματεία τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου Νύσσης, περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. ἐν ᾗ λογικώτερος Εὐνομίῳ συμπλακεὶς, κατὰ κρά-

τος αἱρεῖ, πάντα σαθρώσας τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ ὀχυρώματα. τὸ δὲ κάλλος τοῦ λόγου, καὶ ἡ σύγκρατος λαμπρότης, γλυκύτητι κἀνταῦθα διαπρεπῶς ἐπιδείκνυται.

EX PHOTIO.

LECTVS eſt Gregorij Nyſſæ Epiſcopi *ſimiliter* pro Baſilio aduerſus Eunomium liber. *Stylus illi, ſi cui Rhetorum, illuſtris, & iucunditatem auribus inſtillans. Sed nec ipſe quidem ordine Eunomij ſcriptum reprehendit. Quamobrem & Theodoro conciſior eſt, & Sophronio latior, abundat enim enthymematis, atque exemplis. Illud autem verè pronunciauerim, quantum Gregorius venuſtate, ſplendore, & mirifica iucunditate antecellit Theodoro, tantum etiam argumentorum copia & vbertate eundem vincere connititur.*

LECTVM *eſt alterum eiuſdem* GREGORII Nyſſeni opus, *de eadem ipſa re: in quo rationibus validioribus cum Eunomio manus conſerens, eum vi expugnat, omnia impietatis firmamenta labefactans. Venuſtas verò orationis, & ſplendor iucunditate mixtus, etiam in hoc opere decenter ſe oſtendit.*

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

ΓΡηγόριος Νύσσης ἐπίσκοπος, ἀδελφὸς Βασιλείου τοῦ Καισαρέως· ἀνὴρ καὶ αὐτὸς ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης ὑπάρχων παιδείας ἀνάπλεως· προσκείμενος δὲ μᾶλλον τοῖς τῇ ῥητορικῇ χαίρουσι. καὶ γοῦν εὐδόκιμον ἐν ταύτῃ γεγένηται, καὶ λαμπρὸς, εἴ τις ἄλλος τῶν πάλαι ταύτῃ γεγενημένων· οὗτος συνέταξε κατ' Εὐνομίου λόγον ἐξαίρετον, καὶ τεῦχος θαυμάσιον εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν· ἄλλως τε πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ὁμιλίας, εἴς τε τὰ ᾆσματα τῶν ᾀσμάτων, καὶ εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν· καὶ πρὸς τὴν ἀδελφὴν Μακρίνιαν, μακρόν τινα καὶ περικαλλῆ περὶ ψυχῆς συνέθηκε λόγον· ἄλλα τε πολλὰ γεγραφήκει· καὶ πολυθαύμαστον ἔπαινον τοῦ πρώτου τῶν μαρτύρων Στεφάνου, καὶ βίον δὲ συνέταξε Γρηγορίου τοῦ ἐν θαύμασι διαλάμψαντος.

EX SVIDA.

GREGORIVS *Nyſſenus epiſcopus, Baſilij Cæſarienſis frater, vir & ipſe inſignis, omnique doctrina exuberans, addictior tamen Rhetorices ſtudiis, tam celeber præclarúſque in ea euaſit, quàm quiſquam veterum. Is conſcripſit egregium librum aduerſus Eunomium: tum opus admirandum de creatione hominis: complures præterea conciones: tum in Cantica canticorum, atque in Eccleſiaſtem: tum ad ſororem Macriniam magnum & perpulchrum Sermonem de anima compoſuit. multáque alia commentus eſt: Ex quibus celebre illud Stephani protomartyris encomium, & Gregorij miraculorum opificis vita habentur.*

(

CATALOGVS OPERVM
S. GREGORII EPISCOPI NYSSENI
QVÆ HOC PRIMO TOMO continentur.

HExaemeron, ſiue hiſtoria de opere ſex dierum, Franciſco Zino interprete, pag. 1.
De hominis opificio, liber Ioa. Leuuenklaio, int. 44.
In ea ſcripturæ verba: Faciamus hominem ad imaginem &c. Oratio I. eodem interp. 139.
In hominis procreationem, Oratio ij. eod. interp. 153.
De vita Moſis, ſiue de vita perfecta liber, Georg. Trapezuntio interp. recognita & aucta à Frontone Ducæo Soc. Ieſu Theologo, 167.
Tractatus prior in Pſalmorum inſcriptiones, Iacobo Gretſero, Soc. Ieſu Theologo, interprete, 257.
Tractatus poſterior, eod. int. qui eſt de inſcriptionibus Pſalmorum. 291.
In ſextum pſalmum, de octaua, Laurentio Sifano int. 367.
In Eccleſiaſtem, Conciones octo, Gentiano Herueto int. 373.
In Cantica canticorum, Explanatio, eod. int. 468.
De oratione dominica, homiliæ quinque, Laurent. Sifano int. 712.
De vita beata comparanda, ſiue de Beatitudinibus, Orationes viij. eod. int. 762.
In illud Apoſtoli 1. Cor. 15. Quando ſibi ſubiecerit omnia, Tunc etiam ipſe filius ſubiicietur ei qui ſubiecit omnia, Oratio, eod. int. 838.
Ex quæſtionibus de eo, quid ſit, ad imaginem & ſimilitudinem Dei, Frontone Ducæo interp. 854.
Epiſtola de Ventriloqua ſeu Pythoniſſa, eod. int. 867.
Oratio in ſuam ordinationem, Front. Duc. S. I. Theo. int. 872.
Contra Apollinarem, eod. int. 879.
Contra fatum, incerto interprete. 894.
Tractatus aduerſus Græcos ex communis notionibus, Fed. Morello interp. 914.
De anima, eodem interprete. 922.
Epiſtola canonica ad ſanctum Letoyum Mytilenes Epiſcopum Gentiano Herueto int. 946.
In eos qui differunt baptiſma, Oratio, Gent. Heru. int. 956.
De fugienda fornicatione, in dictum Apoſtoli. 1. Cor. 6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, Oratio, Gent. Heru. int. 961.
In mulierem peccatricem, vel In eos qui durius & acerbius alios iudicant atque condemnant, quique conuerſione indigent & pœnitentia, Fr. Zino int. 964.
De pauperibus amandis & benignitate complectendis, Oratio I. eod. interp. 970.
In Pentecoſtem, Oratio, Fr. Zino inter. 976.
Contra Vſurarios, Iac. Gretſero S. I. Theol. interprete 978.
De Trinitate aduerſus Iudæos, ex veteri teſtamento delecta teſtimonia cum explicatione, Laurentio Sifano interprete. 993.

Summa Priuilegij.

CAutum eſt autoritate Regis ne quis in regno Franciæ Sancti Gregorij Epiſcopi Nyſſeni opera, ſtudio doctiſſimorum virorum nunc primùm Græcè & Latinè collecta, edita & verſa, abſque Michaëlis Sonnij, Claudij Morelli, & Sebaſtiani Cramoiſy, permiſſu, intra decennium imprimat aut diuendat: publicationis exemplarium, ſi quis ſecus fecerit, multa indicta, prout amplius in ipſo diplomate continetur. Lutetiæ Pariſiorum XVIII. Martij CIↃ. IↃC. XV. Sic ſignatum, Le Liepure.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ,

ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ Πέτρον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, περὶ τῆς Ἑξαημέρου.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII EPISCOPI NYSSENI, EXPLICATIO

APOLOGETICA IN HEXAEMERON, ad Petrum Fratrem.

PETRO FRANCISCO ZINO, Interprete.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A

ΤΑΥΤΑ ποιεῖς, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ; καταβάλλειν ἡμᾶς τῶν ἀτολμήτων ἐγκελευόμενος, καὶ πράγμασιν ἐγχειρεῖν ποιοῦντες, ὧν οὐ τὸ τυχεῖν μόνον ἐστὶν ἀμήχανον, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ ἐγχειρῆσαι, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, ἀνέγκλητον; τὴν γὰρ κατὰ τὴν ἰδίαν ἐπίπνοιαν ἐν τῇ κοσμογονίᾳ φιλοσοφηθέντων τῷ μεγάλῳ Μωσῇ τὰ δοκοῦντα κατὰ τὴν πρόχειρον τῶν γεγραμμένων σημασίαν, ὑπεναντίως ἔχειν, ἐπιτάξας ἡμῖν διά τινος ἀκολούθου διανοίας εἰς εἱρμὸν ἀγαγεῖν, καὶ συμφωνοῦσαν πρὸς ἑαυτὴν ἀποδεῖξαι τὴν ἁγίαν γραφήν· καὶ ταῦτα μετὰ τὴν θεόπνευστον ἐκείνην τοῦ πατρὸς B

PROOEMIVM.

QVID agis, homo Dei? cur ea nos, quę vires humanas ſuperant, aggredi, & onus, quod non modo ſuſtineri, ſed ne ſuſcipi quidem, vt ego ſentio, ſine reprehenſione poteſt, ſubire iubes? Vis enim, vt quæ cœleſti numine afflatus de mundi procreatione magnus Moſes prodidit monumentis literarum, quæ primo quidem aſpectu inter ſe contraria videntur, ordine quodam diſponam, ſanctámque ſcripturam ſibi ipſi conſentientem ac conſtantem eſſe demonſtrem; idque poſt diuinam illam Patris noſtri

Baſilij elogi. in idem argumentum commentationem, quam qui legerunt, non minus quàm ea, quæ ab ipſo Moſe perſcripta ſunt, omnes admirantur: & merito mea quidem ſententia. *Simile.* Nam quam rationem habet cum grano ſpica, quæ & ex illo prouenit, & illud non eſt: vel potius quæ cum illud ipſum eſſe poſſit, magnitudine tamen ab eo, & pulchritudine, & formæ differt varietate; eandem rationem habere dicas cum oratione magni Moſis, ea quæ à magno *Matt.13.d.* Baſilio accuratiore ſtudio ſunt elaborata: etenim quæ paucis ille verbis complexus eſt, & explicauit, ea doctor noſter ſublimi philoſophia ſic adauxit & cumulauit, vt non ſpicam, ſed arborem effecerit, ad ſimilitudinem grani ſinapis, quod regno cœlorum comparatum eſt: in accipientis enim animo excultum arbor fit, cogitationúmque magnitudine vndique dilatatur, & ramorum loco præceptis & inſtitutis expanditur, propoſitóque pietatis fine ſic effertur in ſublime, vt excelſæ etiam altæque mentes, quæ volucres cœli vocantur in Euangelio, ſub talium ramorum magnitudine queant nidos conſtruere. Quæſtionum enim explanatio eſt animi quidam veluti nidus, in quo mens inſtabili ſollicitudine ſciendique ſtudio, tanquam multiplici volatus errore, feſſa conquieſcit. Quonam igitur pacto tali tantæque ſermonum arbori liceat exiguam noſtræ cogitationis plantulam comparare? An vero neque tu imperas, neque nos vnquam conaremur, patris magiſtrique *Simile ab agricolarũ inſitione.* noſtri ſtudio laborem noſtrum opponere? Itaque agricolas potius imitabimur, qui mirabili quadam ratione ex vna eadémque planta varios fructus percipiunt: id autem aſſequuntur inſerendi artificio, quod eiuſmodi eſt. Puſillum aliquod ex arbore quapiam germen, vnà cum cortice baſi illius ſubiecto decerptum, in alterius arboris maioris aliqua parte ſic inciſa, vt ei cortex quadret, includunt, vt naturali maioris arboris humore germen illud enutritum coaleſcat ramúſque fiat. Meam itidem ego cogitationem, quaſi germen aut ſurculum exiguum, magnæ arbori, nempe præceptoris noſtri ſapientiæ inſeram, occaſionéque mihi inde ſuppeditata, tanquam humore quodam irrigatus, pro viribus ramus

A ἡμῖν εἰς τὸ προκείμενον θεωρίαν, ἣν οἱ ἐγνωκότες πάντες, οὐδὲν ἔλαττον τῶν αὐτῷ Μωϋσῇ πεφιλοσοφημένων θαυμάζουσιν· καὶ τοῦτο εἰκότως, οἶμαι, τοῦτο ποιοῦντες. ὃν γὰρ ἔχει λόγον πρὸς τὸν κόκκον ὁ ἄσταχυς, καὶ ἐξ ἐκείνου ὤν, κἀκεῖνο μὴ ὤν, μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο μὲν ὢν τῇ δυνάμει· παρηλλαγμένος δὲ μεγέθει, καὶ κάλλει καὶ ποικιλίᾳ τε σχήματος. τὸν αὐτὸν εἴποι τις ἂν, ἐπέχειν λόγον, πρὸς τὴν τοῦ μεγάλου Μωϋσέως φωνὴν, τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου διὰ φιλοπονωτέρας θεωρίας ἐξεργασθέντα νοήματα. ἃ γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν ἐν ὀλίγοις τε καὶ εὐπεριγράπτοις
B τοῖς ῥήμασι, ταῦτα διὰ τῆς ὑψηλῆς φιλοσοφίας, ὁ διδάσκαλος ἡμῶν αὐξήσας, οὐχὶ ἄσταχυν, ἀλλὰ δένδρον ἐποίησε κατὰ τὸν ὁμοιωθέντα τῇ βασιλείᾳ τοῦ σινάπεως κόκκον, τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ γεωργήσαντος ἀποδενδρούμενον, ὥστε γενέσθαι πανταχόθεν αὐτὸν ἀμφιλαφῆ τοῖς νοήμασι, καὶ διηπλωμένον ἀντὶ κλάδων τοῖς δόγμασι, καὶ πρὸς σκοπὸν τῆς εὐσεβείας εἰς ὕψος ἀνατεινόμενον, ὥς τε τὰς ὑψηλάς τε καὶ μετεωροπόρους ψυχὰς, ἃς πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸ εὐαγγέλιον ὀνομάζει, δύνασθαι πρὸς μεγέθει τῶν
C τοιούτων κλάδων ἐννοσσεύειν. καλιὰ γάρ τις οὖν ἐστὶ ψυχῆς, ἡ περὶ τὸ ζητούμενον συγκατάθεσις, τὴν ἄστατον τοῦ νοῦ πολυπραγμοσύνην, καθάπερ τινὰ πολυπλανῆ πτῆσιν, ἐφ' ἑαυτῆς ἀναπαύουσα. πῶς οὖν ἐστὶ πρὸς τοιούτῳ καὶ τηλικούτῳ δένδρῳ τῶν λόγων, ἀντιφυτεῦσαι τὸ βραχὺ τῆς διανοίας ἡμῶν ὑποσπάδα; ἢ τοῦτο μὲν οὔτε σὺ κελεύεις, οὔτ' ἂν ἐγὼ δεξαίμην ποτὲ, τὸ ἐξ ἐναντίου τῇ τοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ διδασκάλου φιλοπονίᾳ τὸν ἡμέτερον ἀντιτεθῆναι πόνον; ἀλλ' ὥσπερ οἱ γεωργοὶ θαυματοποιοῦσιν,
D καρπῶν διαφορὰν ἐν ἑνὶ φυτῷ σοφιζόμενοι, ὁ δὲ τρόπος τῆς φυτοκομίας τοιοῦτός ἐστιν· βραχύ τι φύλλον ἐξ ἑτέρου δένδρου μετὰ τοῦ ὑποκειμένου τῇ βάσει φλοιοῦ ἀποσύραντες, ἄλλῳ φυτῷ μείζονι, κατά τι μέρος ἐν τομῇ τὸν φλοιὸν ἐναρμόζουσιν ἐν τῇ φυσικῇ τοῦ μείζονος ἰκμάδι, τὸ ἐντεθὲν ἐκεῖνο πιαινόμενον, εἰς κλάδον ἀναφύεται· οὕτω καὶ αὐτὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν, οἷόν τινα βραχὺν μόσχον τῇ ἰκμάδι τοῦ μεγάλου δένδρου τῇ τοῦ διδασκάλου ἡμῶν σοφίᾳ ἐνείρας, κλάδος ἐκείνου γενέσθαι πειράσομαι, ἐμφυόμενος ὡς ἔστι μοι δυνατὸν τοῖς νοήμασι, καὶ τῇ χορηγίᾳ τῆς

ἐκθέσθαι ἐνδιδομένης ἡμῖν ἀφορμῆς ἐπιτρεπόμενος. οἶμαι γὰρ ἐγὼ μὴ καλῶς τινὰς τὸν σκοπὸν τῶν εἰς τὴν Ἑξαήμερον αὐτῷ πεποιημένων ἐπεγνωκέναι, οὗ χάριν αἰτιῶνται τὸ μήτε περὶ τοῦ ἡλίου σαφῆ παραδεδόσθαι τὴν γνῶσιν αὐτοῖς, πῶς μετὰ τρεῖς ἡμέρας ὁ φωστὴρ, οὔτ' αὖ μετὰ τῶν ἄλλων ἀστέρων κατασκευάζεται, ὡς ἀδυνάτου ὄντος ὄρθρον καὶ ἑσπέραν διορίζεσθαι τὸ ἡμερήσιον μέτρον, εἰ μὴ πάντως ὁ ἥλιος ἑσπέραν μὲν δυόμενος, ὄρθρον δὲ ἀνατέλλων ποιήσειεν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῶν δύο οὐρανῶν δημιουργίαν οὐ παραδέχονται λέγοντες, εἰ καὶ τρίτου μέμνηται οὐρανοῦ ὁ ἀπόστολος, οὐδὲν ἧττον μένειν ἐν τῷ μέρει τούτῳ τὸ ἄπορον· διότι ἐν ἀρχῇ γεγονότος ἑνὸς οὐρανοῦ, μετὰ ταῦτα δὲ τοῦ στερεώματος, ἄλλου δὲ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἔστι δευτέρας δημιουργίας μὴ παραγεγραφείσης τῷ Μωϋσῇ, ἀναπόδεικτόν ἐστι τὸ καὶ τρίτον οὐρανὸν, ἐπὶ τοῖς δύο τούτοις νοεῖν, τῷ μήτε μετὰ τὸ στερέωμα γεγενῆσθαι ἄλλον, μήτε τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον συγχωρεῖν παρεπινοεῖν τι πρεσβύτερον. εἰ γὰρ ἐν ἀρχῇ γέγονεν οὐρανὸς, δῆλον ὅτι ἀπὸ τότε ἡ κτίσις ἤρξατο. οὐ γὰρ ἂν ἀρχὴ κατωνομάσθη ὑπὸ τοῦ λόγου, εἰ ἄλλην εἶχεν ἀρχὴν ἑαυτῆς ὑπερκειμένην· τὸ γὰρ δευτερεῦον κατὰ τὴν τάξιν, οὔτ' ἔστιν ἀρχὴ, οὔτε λέγεται. ἀλλὰ μὴν καὶ τρίτου οὐρανοῦ μνήμην πεποίηται ὁ Παῦλος, ὃν ἡ δημιουργία οὐκ ἔχει. ἄρα καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ δευτέρου μνήμη τῶν ζητουμένων ἐστί. οἱ ταῦτα εἰπόντες καὶ τὰ τοιαῦτα προφέροντες, οὔ μοι δοκοῦσιν ἐπισκέψασθαι τὸν σκοπὸν τῆς τοῦ πατρὸς ἡμῶν διδασκαλίας, ὃς δήμῳ τοσούτῳ διαλεγόμενος ἐν ἐκκλησίᾳ * πολυανδρούσῃ, κατάλληλον ἐξ ἀνάγκης ἐποιεῖτο τοῖς δεχομένοις τὸν λόγον· ἐν γὰρ τοσούτοις τοῖς ἀκούουσι, πολλοὶ μὲν ἦσαν καὶ οἱ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπαΐοντες λόγων· πολλαπλασίους δὲ οἱ τῆς λεπτοτέρας ἐξετάσεως τῶν νοημάτων οὐκ ἐφικνούμενοι, ἄνδρες ἰδιῶται καὶ βάναυσοι ταῖς ἐπιδιφρίοις ἐργασίαις προσασχολούμενοι, καὶ ὁ ἐν γυναιξὶ λαὸς τῶν τοιούτων μαθημάτων ἀγύμναστος, καὶ ἡ νεολαία τῶν παίδων, καὶ οἱ προηλικέστεροι κατὰ τὸν χρόνον, πάντες οὗτοι τῶν τοιούτων ἐδέοντο λόγων. τῶν μετά τινος εὐλήπτου ψυχαγωγίας διὰ τῆς φαινομένης κτίσεως, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ καλῶν πρὸς τὴν τοῦ πεποιηκότος τὰ πάντα γνῶσιν χειραγωγούντων.

A eius efficiat. Arbitror enim quoſdam haud rectè percepiſſe, quid ille ſibi in iis, quæ in ſex dierum opificium conſcripſit, propoſuerit: ideoque calumniari, quod dilucide non explicarit ea quæ ad ſolem pertinent, quomodo poſt tres dies, non cum reliquis ſtellis conditus fuerit; quaſi fieri nequeat, vt mane & veſpera diurnum ſpatium conſtituatur, niſi omnino ſol & occidens veſperam, & oriens mane conficiat. Duorum quoque cœlorum procreationem non capientes, cum de tertio cœlo mentionem faciat Apo- B ſtolus, dubitationem in hac parte manere contendunt. Etenim, cum in principio factum ſit vnum cœlum, poſtea vero firmamentum: nec illi numero cœlum aliud adſcriptum ſit tertium cœlum præter hos duos, negant poſſe demonſtrari: cum neque poſt firmamentum aliud effectum ſit cœlum, nec principij ratio patiatur, vt quidquam antiquius cogitemus: nam ſi in principio factum eſt cœlum, inde nimirum res procreatæ ſumpſerunt initium, alioquin rectè principium non fuiſſet appellatum; ſi principium ip- C ſius alterum extitiſſet: quod enim ordine ſecundum eſt, principium nec eſt, nec dicitur. Attamen Paulus tertium cœlum commemorat, quod mundi fabrica non habet, quemadmodum & hic ſecundi mentio quæritur. Qui hæc & alia eiuſmodi loquuntur, hi mihi non videntur propoſitum Patris noſtri doctrinæ finem intueri, qui in ampliſſima Eccleſia populum frequentiſſimum alloquens, pro audientium intelligentia ſermonem moderabatur. In tanta enim multitudine, licet eſſent nonnulli qui altiores etiam D diſputationes intelligerent, plurimi tamen doctrinæ ſubtilitatem non capiebant, vtpote homines imperiti, atque opifices, & negotiis vilibus occupati, & mulieres in eiuſmodi diſciplinis minimè exercitatæ: & puerorum turba, ætateque prouecti ſenes, qui omnes oratione facili inſtituendi, recreandique erant, & per res procreatas quæ cernuntur, earumque pulchritudinem, ad rerum omnium auctorem procreatoremque perducendi.

Quare ſi quis ex præceptoris conſilio A dicta ipſius expenderit, nihil dubitationis relinquetur. Neque enim verborum contentiones aucupabatur, nec facilè ſeſe quæſtionibus implicabat, ſed ſimplici verborum expoſitione audientium ſimplicitati ſic orationem ſuam accommodabat, vt variam tamen externæ philoſophiæ doctrinam redolens, peritioribus etiam ſatisfaceret. Quamobrem eam & imperiti intelligebant, & eruditi admirabantur. Tu verò, ſi, vt in monte Sinai, relicto infra populo ſimul cum magno B Moſe quæris in rerum arcanarum contemplationis nebulam introire, vbi ille cùm eſſet, vidit ea quæ verbis explicari non poſſunt, neceſſariúmque cupis rerum conditarum ordinem cognoſcere, quomodo cœlo terráque confectis, lux quidem vt eſſet, diuinum mandatum expectarit, tenebræ autem extiterint etiam ſine mandato. Præterea, ſi ad ſubiectum aërem illuſtrandum, & tempus nocte diéque diſtinguendum, nulla re lux indiguit, quid ei fuerit opus, vt ſol conderetur? Ad hæc, ſi initio ſimul C cum cælo terra fuit procreata, quo pacto fuerit incompoſita. Nam ſi facere & componere nihil inter ſe videntur differre: quomodo, quod factum eſt, incompoſitum fuit? Tum, quæ ad aquam pertinent quæſtiones, quaſi fieri non poſſit, vt ſuper apſide cœleſti figuráque globoſa & rotunda conſiſtant quæ fluxa ſunt. Quomodo enim natura humida in curuo conſideat, quæ de ſphæræ faſtigio in pronas figuræ partes neceſſario defluit: aut quomodo, cum id quo ſuſtinetur inſtabile ſit, cumque à ſua baſi ſemper D delabatur, in ſe ipſa habebit firmitatem? aut quomodo non diſſipabitur, cum incitatiſſima poli conuerſio nihil prorſus inſidens inhærenſque ſibi non abiiciat, ac repellat? Quin etiam iſtis contradicentibus non videtur eſſe veriſimile, vt quæ humida ſunt conſummantur, cum & fontium, & fluminum, & maris, & lacuum aquas in eadem ſemper menſura conſiſtere videant,

Exod. 19.

Facere & componere.

A ὥστε εἰ μὲν πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ μεγάλου διδασκάλου κρίνοι τις τὰ λεγόμενα, λείπει τοῖς εἰρημένοις οὐδέν. οὐ γὰρ ἀγωνιστικώτερον ἐνεστήσατο λόγον πρὸς τὰς ζητήσεις, οὐδὲ ταῖς ἐνθυμίαις διαπλεκόμενος, ἀλλὰ τῆς ἁπλουστέρας τῶν ῥημάτων ἐξηγήσεως ὅλος ἦν, ὥστε προσφέρειν τῇ ἁπλότητι τῶν ἀκουόντων παραδίδοσθαι τὸν λόγον, μετὰ τοῦ καὶ τοῖς τῶν μειζόνων ἀκροαταῖς συναναβαίνειν πρὸς αὐτοῦ τὴν ἐξήγησιν, τὰ ποικίλα μαθήματα τῆς ἔξω φιλοσοφίας παραδεικνύουσαν. ὥστε παρὰ μὲν τῶν B πολλῶν νοεῖσθαι, παρὰ δὲ τῶν ὑπερεχόντων θαυμάζεσθαι. εἰ δὲ σύ, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Σιναίου ὄρους καταλιπὼν κάτω τὸν πολὺν λαόν, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐπαρθεὶς τὴν διάνοιαν, συνεισελθεῖν φιλονεικεῖς τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ εἰς τὸν γνόφον τῆς τῶν ἀπορρήτων θεωρίας, ἐν ᾧ ἐκεῖνος γενόμενος, εἶδέ τε τὰ ἀθέατα καὶ τῶν ἀλαλήτων ἐπηκροάσατο, καὶ ζητεῖς γνῶναι τὴν ἀναγκαίαν τῆς κτίσεως τάξιν, πῶς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς γεγενότων, τὸ μὲν φῶς ἀναμένει τὸ θεῖον πρόσταγμα, πρὸς τὸ γενέσθαι φῶς· τὸ C δὲ σκότος καὶ ἄνευ προστάγματος ἦν. καὶ εἰ μηδὲν ἔδει τῷ φωτὶ πρὸς τὸ καταλαμπρύνειν τὸν ὑποκείμενον ἀέρα, καὶ νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ διορίζειν τὸν χρόνον, τίς ἦν χρεία τῆς τοῦ ἡλίου κατασκευῆς, καὶ εἰ κατ' ἀρχὰς μετὰ τοῦ οὐρανοῦ γέγονεν ἡ γῆ, πῶς ἀκατασκεύαστον τὸ γεγενημένον ἐστί; τὸ γὰρ κατασκευάσαι, καὶ τὸ ποιῆσαι, οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν κατὰ τὴν ἔννοιαν. εἰ οὖν ταὐτόν ἐστι τὸ ποιῆσαι τὸ κατασκευάσαι, πῶς τὸ πεποιημένον ἐστὶν ἀκατασκεύαστον; καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἐπαπορούμενα, ὡς οὐ δυνατὸν ὂν ἄνω τῆς οὐρανίου ἁψῖδος ἐν τῷ D σφαιροειδεῖ σχήματι τὸ ῥευστὸν ἐφιζῆσαι. πῶς γὰρ ἐφιδρυνθείη τῷ κυρτῷ ἡ ὑγρότης, κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἀπὸ τοῦ ἀεὶ κορυφουμένου τῆς σφαίρας, πρὸς τὰ ἐπικλινῆ τοῦ σχήματος τοῦ ὑγροῦ μεταρρέοντος· πῶς δὲ τοῦ ὑποκειμένου ἀστατοῦντος, ἐν ἑαυτῇ ἕξει τὸ στάσιμον, ἀεὶ τῆς ἰδίας ἀπολισθαίνουσα βάσεως; πῶς δὲ οὐ σκεδασθήσεται τῆς ὀξυτάτης τοῦ πόλου περιφορᾶς τὸ ἐφιζάνον πάντως ἀποπλυνούσης. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ δαπανᾶσθαι τὴν ὑγρὰν φύσιν ἀπίθανον τοῖς ἀντιλέγουσι φαίνεται. διὰ τὸ πάντοτε ἐν ἴσῳ τῷ μέτρῳ τὰ τῶν ὑδάτων ὁρᾶσθαι συστήματα, ἐν πηγαῖς τε καὶ ποταμοῖς, καὶ θαλάσσῃ, καὶ λίμναις, πλὴν εἴ τινες τῶν πηγῶν ἐπιπόλαιαν ἔχουσι τὴν τοῦ ὕδατος χο-

τὴν κατάληψιν τῶν θείων ῥημάτων ὅτι τῆς γραφικῆς συνηθείας. τί σημαίνει διὰ τοῦ ἀνοῖξαι, καὶ τί διὰ τοῦ κλεῖσαι ἐνδείκνυται. δῆλον γὰρ ὅτι τὸ κλειόμενον ἀνοίγεται, καὶ τὸ ἀνοιγόμενον κλείεται. ἐπεὶ οὖν αὐχμοῦ ποτε κατὰ τοὺς χρόνους Ἡλιοὺ ἐπικρατοῦντος, οὕτω φησὶν ἡ γραφή. ὅτι ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ. τοῦτο οἶμαι τοῦ οὐρανοῦ τοὺς καταῤῥάκτας ἠνεῷχθαι τὸν τῆς γραφῆς λόγον λέγειν, ὡς ἐκλείσθη ἐν τῷ τῆς ἀνομβρίας καιρῷ. ἀλλὰ μὴν τότε διὰ τῆς προσευχῆς τοῦ Ἡλιοῦ, νέφος ἐκ τῆς θαλάσσης ἀναφανὲν, τὸν οὐρανὸν αὖθις διὰ τῆς ἐπομβρίας ἤνοιξεν. ἆρα σαφῶς ἀποδείκνυται διὰ τούτων, τὸ μηδὲ τότε τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ διαῤῥαγὲν, ἐκ τῶν ὑπερκειμένων λεγομένων ὑδάτων καταῤῥῆξαι τὸν ὄμβρον, ἀλλ' οὐρανὸν λέγει, τὸν περίγειον ἀέρα, τὸν ὁρίζοντα τοῖς ἀτμοῖς τὴν στάσιν, ὅσπερ ἐστὶ τῆς λεπτομερεστάτης τῆς ὑπερκειμένης ὅρος φύσεως· μεθ' ὃν οὐδεμίαν δύναμιν πρὸς τὴν ἄνοδον ἔχει τῶν ἐμβριθεστέρων οὐδὲν, οὐ νέφος, οὐ πνεῦμα, οὐκ ἀτμὸς, οὐκ ἀναθυμίασις, οὐχ ἡ τῶν πτηνῶν φύσις. τὸ οὖν ὑπὲρ κεφαλῆς συνήθως ἡ γραφὴ οὐρανὸν λέγει. οὐρανοῦ πετεινὰ λέγουσα, τὸν ἀέρα τοῦτον διαπετώμενα. ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, οὔπω τὸ ἕτερον ὁ λόγος ἡμῖν ὑπελύσατο, πῶς δὲ εἰς τὸ ξηρὸν τῶν ἀτμῶν μεταποίησις, οὐκ ἐλαττοῖ τὸ ὑγρὸν, τὸ ἐπικρατοῦν τῆς θερμῆς οὐσίας ἐκδαπανώμενον. πρὸς δὲ ταῦτα καλῶς ἂν ἔχοι ἑτέραν ἀκολουθίαν ἐξευρεῖν τῇ θεωρίᾳ τοῦ λόγου συμβαίνουσαν. ἴσως γὰρ ἂν γένοιτο ἡμῖν διὰ τῆς φιλοπονωτέρας προσεδρίας, μὴ διαμαρτεῖν τῆς προσηκούσης περὶ τοῦ σκέμματος ὑπολήψεως. ἤκουσας τῆς προφητείας τὸ μεγαλεῖον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως διὰ τῶν ἐν τῇ κτίσει θαυμάτων διεξιούσης, ἐν οἷς φησί· τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ. δι' ὧν οἶμαι σαφῶς ἰδίοις μέτροις τῶν στοιχείων ἕκαστον περιγεγράφθαι τὸν προφήτην διδάσκειν, τῆς περιεκτικῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ἣν χεῖρα καὶ δράκα, καὶ σπιθαμὴν ὀνομάζει, ἰδικῶς ἕκαστον τῶν ὄντων ἐν τῷ καθήκοντι μέτρῳ περισφιγγούσης. εἰ οὖν μεμέτρηται οὐρανὸς τῇ θείᾳ δυνάμει, καὶ τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τῇ δρακὶ πᾶσα δὲ γῆ,

A diuina ſcriptura à propria verborum ſignificatione recedere. Quid igitur per Aperire, & Claudere, velit intelligi, conſideremus. Ea nimirum aperiuntur, quæ clauſa ſunt, & quæ ſunt aperta, clauduntur. Temporibus igitur Heliæ cùm olim magna ſiccitas eſſet, ea res in ſcriptura hiſce verbis eſt explicata. Clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex. Quare ea ſcripturæ oratione, qua dicuntur apertæ cataractæ cœli, ſignificari arbitror ipſum cœlum fuiſſe clauſum tempore ſiccitatis. Quo quidem tem-
B pore cum precibus Heliæ nubes è mari ſublata, pluuia demiſſa cœlum *Luc. 4. 3. Reg.* aperuerit, cònſtat, ne tunc quidem firmamento cœli diſrupto, ex aquis quæ ſuper illo dicuntur eſſe, imbrem deſluxiſſe, ſed cœlum appellari aërem, qui terram ambiens vaporibus terminum conſtituit, quo à ſubtiliore natura illa ſuperiore ſeiungantur, vltra quem nihil eorum quæ grauiora ſunt, poteſt aſpirare, non nubes, non ventus, non vapor, non exhalatio, non ipſæ volucres. Quod autem aër hic capitibus
C noſtris impendens cœlum in ſcriptura vocetur, facilè intelligimus, dum in ea legimus, volatilia cœli. Aërem enim per ea quæ in ipſo volant, cœlum dici cognoſcimus. Cæterum licet hæc ita ſe habeant, nondum explicata eſt illa quæſtio, quomodo vaporum in ſiccum commutatio humidum vi naturæ calidæ conſumptum non imminuat. Aliud præterea ordine ſequitur inquirendum, quod accuratiore ſtudio indagantes fortè conſequemur. Audiſti prophetiam diuinæ poteſtatis magnitudinem ex iis, quæ in rebus
D procreatis admiranda cernuntur, enarrantem hoc modo. Quis manu dimenſus eſt aquã, & cœlum palmo, & pugillo terram vniuerſam? Quis in ſtatera montes, & valles in lance collocauit? His verbis, vt arbitror, aperte docet propheta, propriam ſingulis elementis præſcriptã eſſe menſurã, à Dei omnia complectentis poteſtate, quam ille manum, & palmũ, & pugillum vocat, ſuis vnumquodque terminis & menſuris coërcentem. Neceſſe eſt igitur, ſi Dei poteſtas cœlum dimenſa eſt, ſi manus eius aquam, ſi pugillus vniuerſam terram,

ſi valles in ſtatera conſtituit, ſi montibus pondus præfiniuit, omnia menſuram ac modum tueri ſuum, nihil eorum augeri, nihil imminui, quæ menſus eſt Deus, quæque ipſius poteſtate continentur: ſi nulla autem rebus accidit accretio, nulla diminutio, vt prophetia teſtatur, in ſua prorſus vnumquodque menſura perpetuò manet, cùm natura ipſa rerum commutabilis cuncta viciſſim conuertat, & vnum in aliud mutet, idemque rurſum conuerſione mutationéque priſtinum in ſtatum reducat. Sed quia vaporem hunc humidum in flamma poſitum, ſiccitate per combuſtionem acquiſita, in qualitatem terreſtrem tranſire ex ſuperiore olei exemplo ſatis oſtendimus, deinceps conſiderandum eſt, vtrum vaporis materia in contrariam conuerſa, reliquiæ ipſius combuſtione ſubtiliores ac tenuiores effectæ ſuprà manere poſſint. Hoc autem exemplis item nobis manifeſtis poterimus inueſtigare. Neque enim fuligo illa ſubtiliſſima perpetuò hic in aëre permanet ſublimis, ſed per aëris raritatem ad cognatum ſibi elementum tranſiens, terræ & parietibus, tectorumque laquearibus adhæreſcit. Quòd de vaporibus illis quoque cogitandum eſt, vt ad ſuperiorem igneámque regionem à ventis compellantur, & in humidæ qualitatis commutatione materiam ſeruent, areſactiſque ad id, quod eis cognatum eſt, ac ſimile, detrahantur, humique conſideant. Naturalis enim rebus omnibus attrahendi vis inſita eſt: vt minimè abſurdum videatur, ſi vapores quidam ſicci ac terreſtres effecti, terræ ſiccitati & qualitati commiſceantur. Quòd ſi ex olei materia cuncta conſtarent, in craſſitudinis qualitate vapores eiuſmodi in colorem nigrum exuſtione conuerterentur, & ex ſpecia illa conſpecta, quid fieret, cuiuis eſſet perſpicuum. Verum quia ſubtiliſſima liquidiſſimáque natura in vaporibus eſt, hi verò eo quem ſupra diximus modo, in igne poſiti qualitatem humidam in ſiccam conuertunt, neceſſe eſt, vt quidquid il-

A καὶ ζυγοστατοῦνται αἱ νάπαι, καὶ φανερὸς τοῖς ὄρεσιν ἀφορίζεται σταθμός, ἀνάγκη πᾶσα μένειν ἕκαστον ἐπὶ τοῦ ἰδίου μέτρου καὶ σταθμοῦ, μήτε αὐξήσεως, μήτε κολοβώσεως ἐν τοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μεμετρημένοις, καὶ ὑπ' αὐτοῦ περιεχομένοις δυναμένοις γίνεσθαι· εἰ οὖν μήτε προσθήκην, μήτε ἐλάττωσιν περὶ τὰ ὄντα συμβαίνειν ἡ προφητεία μαρτυρεῖται, πάντως ἐπὶ τοῦ ἰδίου ἕκαστον μέτρου εἰσαεὶ διαμένειν, τῆς τρεπτῆς φύσεως τῆς ἐν τοῖς οὖσι περιπορευομένης, πάντα εἰς ἄλληλα μεταβαλλούσης, καὶ ἕκαστον εἰς τὸ ἕτερον ἀλλοιούσης, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνου διὰ μεταβολῆς τινὸς καὶ ἀλλοιώσεως εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς αὖθις ἐπαναγούσης. B ἀλλ' ὅτι μὲν ὁ ὑγρὸς οὗτος ἀτμὸς ἐν τῷ φλογμῷ διαγινόμενος, εἰς τὴν γεώδη μεταβαίνει ποιότητα, πρὸς τὸ ξηρὸν μεταβληθεὶς διὰ τῆς ἐξοπτήσεως, τοῦτο ἐν τοῖς προλαβοῦσι λόγοις ἐν τῷ κατὰ τὸ ἔλαιον ὑποδείγματι μετρίως νενόηται· σκοπεῖν δὲ τὸ μετὰ τοῦτο προσήκει, εἰ τῆς ὕλης τοῦ ἀτμοῦ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀλλοιωθείσης ποιότητα, δυνατόν ἐστιν ἄνω μένειν ἐκεῖνο τοῦ ἀτμοῦ τὸ λειπόμενον, ὅτι ποτὲ καταλιπὼν ὁ λόγος τὸ διὰ τῆς ἐξοπτήσεως μεταποιηθέν, πρὸς τὸ λεπτότερόν τε καὶ ἀφανέστερον, C ἀλλὰ μὴν οἶμαι δυνατὸν εἶναι καὶ περὶ ἐκείνου διὰ τῶν γνωρίμων ἡμῖν ὑποδειγμάτων στοχάσασθαι. οὐδὲ γὰρ ἐν τούτῳ τὸ λεπτομερὲς τῆς λιγνύος εἰσαεὶ διαμένει κατὰ τὸν ἀέρα μετέωρον· ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀραιότητος τοῦ ἀέρος πρὸς τὸ συγγενὲς διαφύεται, γῇ καὶ τοίχοις καὶ τοῖς τῶν ὀρόφων ξύλοις περιχρωννύμενον. οὐκοῦν ἀκόλουθον καὶ περὶ ἐκείνου τὸ ἴσον ὑπολαβεῖν, ὅτι ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀρθεὶς ὁ ἀτμὸς εἰς τὸν ὑπερκείμενον καὶ φλογώδη χῶρον, καὶ ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς ὑγρᾶς ποιότητος, τὸ ὑλικὸν διεσώσατο, ξηρὸς δὲ γενόμενος D πρὸς τὸ συγγενὲς καθελκύσθη καὶ ἀποκατέστη γῇ. ἑλκτικὴ γὰρ τῶν οἰκείων δυνάμεις ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἐκ φύσεως ἔγκειται, ὡς μηδὲν ἔξω τοῦ ἀκολούθου τὴν τοιαύτην εἶναι ὑπόληψιν. ὅτι ξηρός τις καὶ γεώδης ὁ ἀτμὸς γινόμενος τὴν ποιότητα, τῇ ξηρότητι τῆς γῆς κατεμίχθη. εἰ μὲν οὖν ἦν ἐλαιώδης πᾶσα τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἡ φύσις, πάντως ἂν ἐν τῷ παχυμερεῖ τῆς ποιότητος πρὸς τὸ μέλαν ἔτρεψε τῶν τοιούτων ἀτμῶν τὴν χρόαν ἡ ἐξόπτησις· καὶ ἐπίδηλον ἂν πᾶσι τὸ γινόμενον ἦν, διὰ τῆς θέας τὸ εἶδος δεικνύμενον. ἐπεὶ δὲ τὸ λεπτότατόν τε καὶ διειδέστατον τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως ἐν τοῖς ἀτμοῖς γίνεται· οὗτοι δὲ κατὰ τὸν προαποδοθέντα λόγον ἐναποτιθέμενοι τῷ πυρὶ τὴν

ὑγρὰν ποιότητα, πρὸς τὸ ξηρὸν ἠλλοιώθησαν, ἀνάγκη πᾶσα, καθαρὸν τοῦτο καὶ ἀερῶδές τι εἶναι, ἐπεί ποτε καὶ εἶναι αὐτὸ καταλαμβάνει ἡ ἔννοια τὸ τῇ λεπτότητι διαφεύγον τὴν κατανόησιν. εἰ δέ τις τὴν λόγου καταλήψεως ἀξιοπιστοτέραν οἴεταί τις τὴν αἴσθησιν, καὶ ζητεῖ τῷ ὀφθαλμῷ τοὺς ἀμερεῖς τε καὶ ἀφανεῖς ἐκείνους ὄγκους θεάσασθαι· ἔξεστι τῷ βουλομένῳ ναστὸν τῶν τοιούτων μορίων τὸν ἀέρα ἰδεῖν, ὅταν εἰσχυθεῖσα διὰ θυρίδος αὐτὸς, ἐκδηλότερον ποιήσῃ τοῦ ἀέρος ἐκεῖνο, ὅσον ἂν διὰ τῆς αὐγῆς καταλάμψῃ. ὃ γὰρ ἐν τῷ λοιπῷ ἀέρι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐστὶν ἀνέφικτον, τοῦτο διὰ τῆς ἀκτῖνος ὁρᾶται ἐν πλήθει ἀπείρῳ κατὰ τὸν ἀέρα στρεφόμενον. ὁ οὖν ἐπισχὼν τούτοις τὸν ὀφθαλμὸν, εὑρήσει ἀεὶ πρὸς τὸ κάτω τὴν τῶν λεπτῶν ἐκείνων φορὰν καταῤῥέουσαν· τὸ δὲ ἐν τῷ μέρει τοῦ ἀέρος δεικνύμενον ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ καὶ ἐν τῷ παντὶ τὸ τοιοῦτον εἶναι. ἐπειδὴ συνεχὴς ἐστὶ τὸ πᾶν ἑαυτῷ, καὶ ἐκ μερῶν συμπληροῦται τὸ ὅλον, εἰ δὲ πάντοτε ἡ τῶν λεπτῶν τούτων καὶ ἀτόμων φορὰ διὰ τοῦ ἀέρος ἐπὶ τὴν γῆν καταῤῥεῖ· φανερὸν δὲ ὅτι οὐ τὸ αἰθέριον εἶδος εἰς ταῦτα θρυπτόμενον διασκίδναται· τὴν γὰρ εἰς τὰ λεπτὰ θρύψιν τε καὶ διάχυσιν ἡ τοῦ πυρὸς φύσις οὐ πάσχει· ἀνάγκη πᾶσα ἐκείνων τὴν ὕλην καταπίεναι πιστεύειν, ὧν τὴν ἄνοδον ὁ λόγος διὰ τῶν ἀτμῶν ἐθεώρησεν. ὥσπερ ὑγρὰ μὲν ὄντα ὑπὸ τῆς θερμῆς ἀνελκεσθῆναι φύσεως· ἐκκαυθέντα δὲ καὶ γεώδη γενόμενα, μηκέτι ἐν τῷ πυρὶ κρατεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν γῆν πάλιν ἀποκαθίστασθαι. καθάπερ δὲ τῆς ἐν ἡμῖν τροφῆς εἰς λεπτήν τινα ποιότητα διὰ τῆς πέψεως ἀλλοιωθείσης, ᾧ ἂν ἐμπελάσῃ διὰ τῆς ἀναδόσεως μέρει τοῦ σώματος, ἐκείνου προσθήκη τὸ ἀναδιδόμενον γίνεται· καὶ ποικίλης οὔσης ἐν τῇ συστάσει τοῦ σώματος τῆς τῶν μελῶν διαφορᾶς ἔν τε τῷ ξηρῷ τε καὶ ὑγρῷ, καὶ τῷ καίοντι καὶ τῷ ψύχοντι. παρ' ὧν ἂν γένηται τὸ τῆς τροφῆς μέρος ἐκεῖνο γίνεται, ὃ τὸ ὑποκείμενον κατὰ φύσιν ἐστίν· τὸ γὰρ ἐπικρατοῦν εὐκαίρως τὴν λεπτότητα τῆς ἀναδόσεως ἑαυτῷ προσοικειοῦσι· τὸν αὐτὸν τρόπον ἀνεπαισθήτως γίνεται διὰ τῶν ἀμερῶν ἐκείνων ὄγκων ἡ ἀεὶ γινομένη τῇ γῇ προσθήκη, διότι παντὶ τῷ ὑποκειμένῳ συμφυέντα, ὅπερ ἂν κατ' οὐσίαν ᾖ τὸ δεχόμενον, πρὸς ἐκεῖνο ἠλλοιώθη τὴν φύσιν, καὶ ἐγένετο βόλος ἐν

A lud fuerit, quod ex illis redactum animo comprehenderimus, purum & aëreum aliquid, quod ſubtilitate ſua cognitionem effugiat, cogitemus. Sin quiſpiam ſenſui magis quàm rationi credendum putat, quæritque oculis indiuidua ac cæca illa corpuſcula contueri, is poterit aërem talibus particulis refertum aſpicere, quando radij ſolis per feneſtram excepti, eam aëris partem clariorem reddiderint, quæ ſplendore fuerit illuſtrata. Hic enim infinita corpuſculorum in aëre volitantium multitudo, quæ in reliquo aëris B ſpatio oculis cerni non poteſt, radiorum beneficio perſpicitur. Si quis igitur aciem oculorum intenderit, corpuſcula illa ſubtilia aſſiduè defluentia deorſum ferri conſpiciet. Quod autem in vna parte aëris oſtenditur, indicio eſt, idem in vniuerſo mundo fieri, ſiquidem inter ſe continuus eſt, & ex partibus compactus. Porrò ſi tenuia hæc indiuiduáque corpuſcula, quæ in aëre iactantur, in terram defluunt: certumque eſt, ætheriam ſpeciem non diſcerpi in ea nec diſſipari, quando confractionem atque effuſionem eiuſ- C modi non patitur ignis natura: neceſſe eſt vt credamus, materiam eſſe illorum vaporum, quorum digeſtionem ante conſiderauimus: qui cum humidi ſint, à calida attrahuntur natura, exuſtique ac terreſtres effecti, non amplius in aëre continentur, ſed rurſum in terram reuertuntur. Quemadmodum autem cibus in nobis per concoctionem in tenuem quandam qualitatem immutatur, & cuicunque corporis parti per digeſtionem acceſſerit, eam auget, cumque in corporis conſti- D tutione varia ſit membrorum in ſicco & humido, & calido & frigido differentia, quocunque cibus concoctus digeſtúſque peruenerit, talis euadit, qualis eſt ea corporis pars, à qua ſuſcipitur, quæ quidem opportunè tenuitatem digeſtionis comprehendit, eamque ſibi accommodat, & ſimilem ac propriam reddit: eodem pacto licet non ſentiatur, aſſidua terræ fit acceſſio per indiuidua illa corpuſcula. Quamobrem quidquid alicubi cohæſerit, & coaluerit, illius partis à qua ſuſceptum eſt, naturam ſubit, fitque gleba

in gleba, arena in arena, lapis in lapide, & in vniuerſo vniuerſum, & quodcunque fuerit ſolidum, illud à quo ſuſcipitur, in eiuſdem naturam commutatur. Quod ſi quis in lapide propter duritiam putet eſſe difficile, licet id ipſum ratio perſuadeat, ego tamen cum illo non decertabo. Nihilominus enim conficietur, quod propoſitum eſt, cum terreſtris materia deorſum fluens, à partibus eam non ſuſcipientibus ad ſuſcipientes à ventis transferatur. At aliquis dicet fortaſſe, orationem noſtram non eò tendere, quò propoſuimus: nobis enim fuiſſe propoſitum, vt oſtenderemus aquam ſemper in ea menſura, quam initio obtinuit, permanere, imprudenter autem illuc eſſe progreſſos, vt contrarium confirmaremus: ſiue enim digeſti vapores in igne conſideant, ſiue reuertantur in terram: vtraque re diminutionem aquæ pariter ſequi, eóque ipſo copiam aquarum oſtendi, quòd omnino ſemper abſumantur. Neceſſarium igitur erit, vt rerum naturam iterum conſideremus, quo diſputatio noſtra rectius per ipſam ad finem propoſitum perducatur. Quænam igitur eſt rerum natura? Nihil eorum, quæ cernuntur ordine terram ambire, conſtans, firmum, & immutabile conſtitutum eſt à rerum omnium opifice Deo: ſed omnia inter ſe viciſſim commutantur. Ineſt enim quædam vis, cuius perpetuo quodam in orbem motu cuncta hæc inferiora circumaguntur, & permutantur, rurſumque in ſemetipſa reducuntur. Quæ quidem commutatio cùm fieri nunquam ceſſet, neceſſe eſt, in alia viciſſim omnia tranſire, & per eadem iterum veſtigia remeare. Nihil enim horum à ſe ipſo conſeruaretur, niſi cum altero genere commixtum naturam ſuam obtineret. Quomodo, inquies, illa commutandi vis per quatuor elementa in orbem commeat? Neque enim quælibet ex quibuſlibet viciſſim fiunt, neque commutationis circulus per res ſingulas æqualiter vagatur: ſed aqua quidem per vapores in aërem refunditur, vapores autem pabulo flammæ ſubminiſtrato terreſtres fiunt, in cinerem quodammodo redacti, poſteaquam cum igne verſati ſunt. His verò

A βώλῳ, καὶ ψάμμος ἐν ψάμμῳ, καὶ λίθος ἐν λίθῳ, καὶ ἐν παντὶ πᾶν, ὅπερ ἂν τύχῃ τῶν στερροτέρων δεξάμενον, πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν μετετέθη. εἰ δὲ δυσπαράδεκτον οἴεταί τις τοῦ λίθου τὴν ἀντιτυπίαν τῆς τοιαύτης παραθήκης, κἂν ὁ λόγος τὸ ἀκόλουθον ἔχῃ, ὅμως ἐγὼ πρὸς τοὺς ταῦτα φρονοῦντας, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἀντιμάχεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἔξω τοῦ εἰκότος ἡ θεωρία διὰ πάντων μετ᾽ ἀπὸ τῶν μὴ παραδεχομένων, πρὸς τὸ συμφυόμενον τῆς ἄνωθεν τῆς γεώδους ἐπιρροῆς μεταπιπτούσης. ἀλλ᾽ ἐρεῖ τις ἴσως μὴ πρὸς τὸν ἴδιον σκοπὸν βλέπειν τὸν λόγον ἡμῶν, ἀλλὰ προτεθεῖσθαι μὲν ἀποδεῖξαι τὴν ὑγρὰν φύσιν ἐπὶ τοῦ ἐξ ἀρχῆς μέτρου B μέχρι παντὸς διαμένουσαν· λαθεῖν δὲ τὸ ἐναντίον κατασκευάζοντα· εἴτε γὰρ ἐν τῷ πυρὶ τὸ ἀναδιδόμενον μένοι, εἴτε καὶ ξηρανθὲν πάλιν ἐπὶ τὴν γῆν ἐπανέρχοιτο, ἴση καθ᾽ ἑκάτερον ἡ τοῦ ὕδατος ἐλάττωσις ἔσται· καὶ οὐδὲν ἧττον διὰ τῆς κατασκευῆς ταύτης ἀναλογία δείκνυται ἡ τοῦ ὑγροῦ περιουσία, διὰ τὸ πάντως εἰσαεὶ δαπανᾶσθαι. ἐγκοπῶ ἀναγκαῖον ἂν εἴη πρὸς τὸν λόγον τοῦτον, πάλιν τὴν φύσιν τῶν ὄντων καταμαθῆσαι, ὡς ἂν δι᾽ αὐτῆς ἡμῖν εὐοδωθείη πρὸς τὸν προκείμενον σκοπὸν τὸ θεώρημα. τίς οὖν ἡ φύσις; οὐδὲν τῶν στοιχειωδῶς ἐν τῇ συστάσει τοῦ περιγείου κόσμου θεω- C ρουμένων, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀμετάθετον παρὰ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων πεποίηται· ἀλλὰ πάντα ἐν ἀλλήλοις ἐστί, καὶ δι᾽ ἀλλήλων διακρατεῖται, τῆς τρεπτῆς δυνάμεως διά τινος ἐγκυκλίου περιφορᾶς πάντα εἰς ἄλληλα τὰ γεώδη μεταβαλλούσης, καὶ ἀπ᾽ ἀλλήλων εἰς ἑαυτὰ πάλιν ἐπαναγούσης· αὐτῆς δὲ τῆς ἀλλοιώσεως ἀπαύστως ἐν τοῖς στοιχείοις ἐνεργουμένης, ἀνάγκη πάντα εἰς ἄλληλα μεταβαίνειν, ἐξιστάμενά τι ἀπ᾽ ἀλλήλων· καὶ πάλιν κατὰ τὸ ἴσον ἀλλήλοις ἐπεμβαί- D νοντα. οὐ γὰρ ἄν τι τούτων φυλαχθείη ἐφ᾽ ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τῇ πρὸς τὸ ἑτερογενὲς ἐπιμιξίᾳ διακρατοίη τὴν φύσιν. πῶς οὖν εἴποι τις ἄν, διὰ τῶν τεσσάρων τὴν μεταβλητικήν τε καὶ ἀλλοιωτικὴν δύναμιν, περιοδεύειν κυκλεύουσαν; οὐ γὰρ πάντα δι᾽ ἀλλήλων γίνεται, οὐδὲ δι᾽ ὁμαλοῦ ὁ τῆς ἀλλοιώσεως κύκλος, δι᾽ ἑκάστου τῶν ὄντων περιχωρεῖ. ἀλλὰ τὸ μὲν ὕδωρ πρὸς τὸν ἀέρα διὰ τῶν ἀτμῶν ἀναχεῖται, οἱ δὲ ἀτμοὶ τὴν φλόγα θρέψαντες, πάλιν ἀπογεώθησαν, οἷόν τις ἀποσποδιὰ μετὰ τὸ τῷ πυρὶ καθομιλῆσαι γινόμενοι. ἡ δὲ

γῇ ταῦτα διαδεξαμένη, ἔστησεν ἐν ἑαυτῇ τὸν τῆς ἀλλοιώσεως δρόμον. οὔπω γὰρ ἐξήτασται, εἰ ἡ τοῦ ὕδατος φύσις ἐκ γῆς ἔχει τὴν γένεσιν. οὐκοῦν τούτῳ τῷ σκέμματι λείπεται· εἰ δυνατόν ἐστι τὴν γῆν εἰς ὕδατος μεταστῆναι φύσιν, πάντως δὲ οὐδεὶς ἡμῖν ἀδολεσχίαν ἐπικαλέσει· δι' ὧν αὖ τὸ δυνατὸν ἀναζητοῦσι τὸ ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀκόλουθον. ὁρῶμεν τοίνυν πολλὰ τῶν ξηρῶν, αὐτομάτως ἔκ τινος φυσικῆς ἰδιότητος ὑγραινόμενα, οἷον ἐπὶ τῶν ἁλῶν ἔστιν ἰδεῖν· τῶν τε μεταλλευομένων, καὶ τῶν ἔκ τινος ὑγροῦ καταψυχθέντος συνεσταμένων, ὧν ξηρότης μέν ἐστι τὸ ἰδίωμα. εἰ δέ τις αὐτῶν νοτία καθίκοιτο, ἰκμαλέοι γίνονται, καὶ πρὸς τὴν ὑγρὰν ποιότητα τὸ ἐν σφίσι ξηρὸν μεταβάλλουσιν. οὕτως ἔγνων καὶ τὴν τοῦ μέλιτος φύσιν ξηρὰν τρόπον τινὰ διὰ τῆς ὀπτήσεως γινομένην καὶ πάλιν ἐκ περιστάσεως τινὸς εἰς τὸ ὑγρὸν ἀναλύουσαν. ἀλλὰ παρείσθω ταῦτα· κρεῖττον γὰρ ἐξ ἀρχῆς τινὸς ἀναγκαίας δοῦναι τὴν ἀκολουθίαν τῷ θεωρήματι. οὐ μίαν γινώσκομεν ἐφ' ἑκάστου τῶν στοιχείων ποιότητα, δι' ἧς συμπληροῦται τὸ ὑποκείμενον, καὶ τοῦ ἀντιστοιχοῦντος ἀποχωρίζεται, ἀλλ' ἐν διαφόροις ἕκαστον καταλαμβάνεται ταῖς ποιότησιν, ὧν αἱ μὲν ἀκοινωνήτως ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας· αἱ δὲ κατὰ τὸ ἴσον ἐνθεωροῦνται, οἰκείως τε καὶ ἁρμοδίως ἔχουσαι πρὸς τὰς μαχομένας ἀλλήλαις ποιότητας· οἷον ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος, ἀμίκτως μὲν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, ἡ ξηρότης τε καὶ ὑγρότης. ἐπίσης δὲ ἑκατέρᾳ τούτων σύνεστιν ἡ ψυχρότης, ἑνοῦσα τρόπον τινὰ δι' ἑαυτῆς τὰ μαχόμενα. πάλιν χωρίζεται τὸ ὕδωρ ἐκ τοῦ ἀέρος, τῇ τοῦ ἐμβριθοῦς πρὸς τὸ κοῦφον ἐναντιότητι· ἀλλὰ καὶ ταύτης μεσιτεύει κατὰ τὸ ἴσον, ἐν τῇ ἑκατέρου φύσει τὸ ὑγρὸν θεωρούμενον· πάλιν διΐσταται τοῦ πυρὸς ὁ ἀήρ, τῇ τοῦ θερμοῦ πρὸς τὸ ψυχρὸν μάχῃ ἐναντιούμενος· ἀλλὰ κοινωνεῖ τῇ κατὰ τὸ κοῦφον ποιότητι καὶ τῆς φυσικῆς αὐτῶν ἐναντιότητος· οἷον τις καταλλάκτης ἡ κοινωνία τῆς ποιότητος γίνεται. εἶτα τὸ πῦρ ἀπὸ τῆς γῆς τῷ βαρεῖ καὶ τῷ κούφῳ κεχώρισται, ἀλλ' ἡ ξηρότης ἀμφοτέρων ἐστὶ κοινή, καὶ διὰ ταύτης ἔνσπονδά πως ἀλλήλοις τὰ διεστῶτα γίνεται. τί δὲ βουλόμενος ἐντεῦθεν τῆς ἐξετάσεως ἄρχομαι, ὅτι ἡ ψυχρότης ὁμοίως μὲν ἐνθεωρεῖται τῇ τε γῇ καὶ τῷ ὕδατι καὶ τῷ ἀέρι, πλείονι δὲ μοίρᾳ τῷ ὑγρῷ προσοικείωται, συντηροῦσά πως ἐν ἑαυτῇ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν διὰ τῆς πρὸς τὸ θερμὸν ἀντιπαθείας, τὴν ἐκ τοῦ ξηροῦ βλάβην ἀπαμβλύνουσα. ὡς τί-

A ſuſceptis terra mutationis in ſe circulum ſiſtit. Neque enim aquæ natura rurſus ortum habet è terra. Qua quidem ratione relinquitur conſiderandum, vtrum terra in aquæ naturam mutari poſſit. Quod dum inueſtigamus, nemo orationem noſtram vt longiorem accuſet. Videmus ea quæ natura ſunt ſicca, ſponte ſua naturali quadam proprietate madeſieri. Vt in ſale licet intueri, & in metallis, & in iis quæ ex humore aliquo conglaciante conſiſtunt. Horum cùm ſiccitas propria ſit; tamen ſi quidam ex B ipſis liquor deſcendat, humida fiunt, ſiccitatemque ſuam in humidam qualitatem conuertunt. Talis etiam cernitur mellis natura; quod calore exſiccatum, rurſum caſu aliquo in humorem reſoluitur. Sed hæc omittantur: Præſtat enim vt ex principio aliquo neceſſario diſputationis ordinem perſequamur. Animaduertimus non vna qualitate elementa ſingula conſtitui, & ab aliis elementis ſeparari, ſed variis qualitatibus comprehendi, quarum aliæ inter ſe pugnant, aliæ ſimul inſpiciuntur, & pugnantibus inter ſe C pariter cohærent & quadrant. Vt in terra & aqua ſiccitas & humiditas coniungi nequeunt. Horum tamen vtrique ex æquo frigiditas ineſt, qua pugnantes quodam modo deuinciuntur. Aqua item & aër grauitate leuitatéque ſeparantur; ſed in his quoque frigiditas vtrique conueniens, vt medium quoddam vinculum ſpectatur. Diſcrepat aër ab igne ea quæ eſt inter frigidum & calidum differentia; ſed leuitate inter ſe conciliantur atque conueniunt. Ignis denique à terra leuitate ſeiungitur, ſed ſiccitatis neceſſitudine copulantur, & fœ- D dus ineunt. Quæ ſi volumus declarare, ſic exordiamur. Frigiditas quidem in terra ſimul, & aqua; & aëre perſpicitur, maiori tamen ex parte congruit aquæ, & eius in ſe quodammodo naturam conſeruat; iniuriámque à ſiccitate prouenientem propellit, ea repugnantia, quam habet cum calido. Quemadmodum igitur adeſt

τὰς ὑπὸ τὸν πυθμένα τοῦ λίθου· ἔνθα μᾶλλον εἰκός ἐστι μηκέτι τὴν ἡλιακὴν θερμότητα διαδύεσθαι τῇ πυκνότητι τοῦ λίθου κωλυομένην· τότε λεπταί τινες τοῦ ὕδατος φλέβες, διὰ τῆς ἐργασίας ἀνεστομώθησαν, ἀφ' ὧν ἐν κύκλῳ περὶ τὸ βάθος τῆς συνωθήσεως γινομένης, ἀνοίγνυται τὸ φρέαρ τῷ ὕδατι. ὅπερ τοίνυν ἐστὶ ἐπὶ τῆς πρὸς τὴν χειροποίητον κοιλότητα, συνωθείσης τῆς πανταχόθεν περὶ τὸ φρέαρ συνθλιβομένης ἰκμάδος· τοῦτο εἰκὸς ἐν παντὶ γίνεσθαι τόπῳ, καὶ τὸ διὰ τῆς λεπτῆς ἰκμάδος ἀεὶ συνωθούμενον διὰ φλεβῶν τινῶν ἐπὶ τοὺς εὐρυτέρους ὀχετεύεσθαι πόρους, ἤδη τῆς λεπτῆς συρροίας πρὸς ἑαυτὴν ἑνωθείσης. οὕτως οὖν ἀποτελεῖται τὸ ὕδωρ, τοῦ μὲν ψυχροῦ τὴν γῆν καθυγραίνοντος· τῆς δὲ ὑγρότητος τῆς ἐκ τοῦ ψυχροῦ συνισταμένης, καὶ ὅλην τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν ἐν ἑαυτῇ πληρούσης. ὅθεν ἀθροισθὲν ἤδη, καὶ ῥεῖθρον γινόμενον, ὅπερ ἂν εὕρῃ διέξοδον, κατ' ἐκεῖνο τὴν γῆν ἀνεστόμωσεν. τοῦτο δὲ πηγὴ ὀνομάζεται· τεκμήριον δὲ τοῦ καθηγεῖσθαι τὴν ψυχρότητα τῆς τῶν ὑδάτων γενέσεως, τὸ τοὺς πρὸς ἀρκτώους τῶν τόπων καὶ μᾶλλον κατεψυγμένους εὐθηνεῖσθαι τοῖς ὕδασιν. οὐ γὰρ ἂν ἐπίσης τὰ ἡλιούμενά τε καὶ νότια, διάβροχα τοῖς ὕδασιν ἦν, εἰ μηδὲν ἡ ἀπουσία τῆς ψύξεως τῇ γενέσει τοῦ ὑγροῦ ἐνεπόδιζεν. ὥσπερ δὲ τὸ ἐξ ὀμβρίας ὕδωρ ἀθροισθὲν μὲν ἐκ τῆς τῶν σταγόνων συρροίας, χείμαρρους γίνεται· εἰ δὲ αὐτὰς τὰς σταγόνας ἐφ' ἑαυτῶν τις βλέποι, βραχύ τι καὶ ἀντ' οὐδενὸς τὸ ἐν ἑκάστῃ φανήσεται· οὕτω καὶ ἡ τῆς κατὰ λεπτὸν κάτωθεν ἀεὶ τοῦ ὑγροῦ συνισταμένης ποσότητος· ὅταν ἓν ἐκ πολλῶν ῥεῖθρον τὸ τῶν λεπτῶν ἄθροισμα γένηται, τὸ τοιοῦτον εἰς ποταμοῦ φύσιν ἐκδίδοται. ὁ δὲ ταύτας τὰς ὑπολήψεις παραγραφόμενος, πόθεν ἂν εἴποι τὰς ἀενάους τῶν ποταμῶν ἀναδίδοσθαι. ἆρα μὴ τινὰς λίμνας ἐντὸς τῶν τῆς γῆς κόλπων ὑπονοήσειεν; ἀλλὰ καὶ αὗται πάντως εἰ μὴ τὸ ἐπίρρεον ἔχοιεν, ἐν βραχεῖ κενωθήσονται, ὥστε κατ' ἀνάγκην καὶ ἄλλας τούτων ὑπαρχούσας νομίσει· ἡ δὲ ἀκολουθία τοῦ λόγου, καὶ τὸ τὰς ἄλλας ἀναπληροῦν ἀναζητήσει, κἂν ἄλλας ὑπαρχούσας λίμνας ἐκείνων ὑποτίθηται), εἰς τὸ τῶν ἄλλων πλήρωμα ποίας ἔχει τὰς ἀφορμὰς ἀναγκαίως διερευνήσεται. καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον προϊὼν ὁ λόγος, οὐδαμοῦ στήσεται λίμναις λίμνας ὑποτιθείς· ἵνα αἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς λίμναι μὴ ἐπιλείπωσιν, ἕως ἂν τῶν ἐσχάτων τὰς ἀφορμὰς καταλάβῃ, δι' ὧν ἡ τοῦ ὕδατος γένεσις τὴν ἀρχὴν

A quem incideris: licet ipſius lapidis denſitas obſiſtere videatur, tamen venæ quædam aperiuntur, ex quibus vndique defoſſus puteus aquis affluentibus completur. Quòd igitur in loco manu atque opera facto excauatoque contingit, vt humor vndique in puteum confluat, id in omni loco par eſt euenire: cùm ea aqua, quæ per tenues colligitur humores, per venas quaſdam ad latiores meatus perducatur, & humor ſe naturaliter in vnum cogat, atque conſeruet. Sic ergo aqua conficitur, frigidum madefacit, & humor ex frigi-
B ditate totam aquæ naturam perficiente conſtituitur. Ex aqua verò coacta congregataque fluentum generatum, quacunque detur aditus, terram aperit, & fons appellatur. Quòd autem aquarum ortus auctor & cauſa ſit ipſa frigiditas, illud indicium ſit, quòd loca ſeptentrionibus propinquiora frigidioraque, magis abundant aquarum copia. Aprica enim profectò & opaca depreſſaque, eſſent æqualiter aquis irrigua, ſi frigiditatis abſentia nihil aquarum ortum impediret. Quemadmodum autem ex imbrium guttis col-
C lecta aqua torrentes naſcuntur, licet guttas ipſas ſeparatim aſpiciens, ſingulas per ſe puſillum quiddam & pro nihilo habendum exiſtimes: ſic ex humoris ſenſim è terra manantis copia multis fluentis coactis oriuntur flumina: quorum ſi quis magnitudinem, perenneſque curſus conſideret, vndenam ſuppeditari tantam aquarum abundantiam exiſtimabit? Num aliquos ſibi in terræ finibus lacus confinget? Quinam obſecro tanti lacus eſſe queant, qui niſi noua aſſiduè accedant
D auxilia, non breui tempore exhauriantur? At alios, inquis, lacus excogitabimus. Ego verò requiram, quidnam alios illos rurſum exhauſtos explebit. Quòd ſi alios, atque alios lacus inueneris, ego viciſſim interrogabo, vnde omnes tandem exinaniti complebuntur. Cogeris igitur progredi in infinitum, atque ita oratio tua lacus lacubus accumulans, ne fontibus deſint lacus, vnde poſtremò aqua ortus principium habeat, nunquam conſiſtet.

Quamobrem, cùm reperienda ſit A
cauſa qua primæ aquæ natura conſtituitur, magis conſentaneum eſt; eam in ipſos fontes conferre, quàm ſub terra lacus confingere; quorum ratio commentitia ſtatim ab aquæ natura deorſum tendente labefactetur, & conuellatur. Quomodo enim furſum fluet, quod deorſum vt fluat naturam habet? Præterea, quàm ingentes lacuum moles erunt excogitandæ, quæ, cùm perennes tot aquarum copiæ ſeculis omnibus effluant, & nihil vnquam reponatur, non exinaniantur tamen nec exhauriantur? Conſtat igitur ex iis quæ dicta ſunt, ideò flumi- B
nibus aquam non deficere, quòd terra in illam tranſmutatur. Terræ verò magnitudo, licet tantum ex ea cōpia aquarum erumpat, non imminuitur, quoniam aſſiduè ab exſiccatis vaporibus inſtauratur. His ita conſtitutis, non amplius mutua nobis elementorum inter ſe commutatio claudicabit. Apparet enim ordo, quo vnius in alterum commutatio eſt ortus illius cauſa. Exempli gratia: aqua per vapores ſublata fit aër. Aër madefactus in ſuperiore flamma exſiccatur. Quod terrenum C
eſt per ignis naturam ab humido ſecernitur, terræque redditum per qualitatem frigidam in aquam commutatur. Ex quo fit, vt ſine vllo impedimento ſemper elementa viciſſim inter ſe commeent, & circumferantur, nullumque ex illis aut conſumatur aut redundet atque exuberet, ſed omnia in qua primum conſtituta ſunt menſura perpetuo maneant. Ex iis, quæ diſputata ſunt ſequitur, vt aquæ ſupra firmamentum ſitæ ab hac humida natura diſcrepent. Patet enim humidi D
paſtu naturam ignis non ali: demonſtratumque eſt, calidum frigido non enutriri, ſed extingui: & humido ſiccum deleri, non adiuuari. Quamobrem tempus eſt, vt orationem noſtram aliò conuertamus, quæramuſque quo modo tertio die factæ ſunt omnes quæ in cœlo ſunt, ſtellæ. Quòd igitur omnibus rebus admirandis quæ procreatæ ſunt, diuinum quoddam mandatum imperiumque ſigillatim præceſſerit, ex Moſis hiſtoria ſic excelſa hæc decreta complectente in ſuperioribus

A ἀμείβεται. ὅταν τοίνυν εἰκός ἐστι τῆς πρώτης τοῦ ὕδατος φύσεως αἰτίαν ἐξευρεθῆναι· πολὺ δὲ εὐλογώτερον εἴη τοῦτο περὶ τὴν τῶν πηγῶν σύστασιν ἐννοεῖν, καὶ μὴ ταῖς ὑποχθονίαις λίμναις φαντάζεσθαι, ἀφ' ὧν εὐθὺς καὶ τὸ καταφερὲς τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως ἐξ ἐναντίας πρὸς τὸν λόγον ἵσταται· πῶς γὰρ ἐπὶ τὸ ἄνω ῥυήσεται οὗ ἡ φύσις ἰδίαν ἔχει τὴν ἐπὶ τὸ κάτω φοράν; ἔπειτα δὲ καὶ ὅσον τὸ μέγεθος τῶν λιμνῶν ἐκείνων ἡ διηνεκὴς τῶν τοσούτων ὑδάτων ἀπορροὴ στοχάζεσθαι δίδωσιν, ὥστε τοσοῦτον προχεῦσθαι ἐν τοσούτοις χρόνοις ἀκένωτον μένειν, μηδενὸς ἔνδοθεν τὸ ἐξιὸν ἀντεισά-
B γοντος; ἀλλὰ δῆλον ἂν εἴη, διὰ τῶν ἐξητασμένων, ὅτι τοῖς ποταμοῖς μὲν οὐ λείπει ἡ χορηγία τοῦ ὕδατος, τῆς γῆς πρὸς τοῦτο μεθισταμένης. ὁ δὲ ὄγκος τῆς γῆς οὐκ ἐλαττοῦται διὰ τοῦ ὑπεξιόντος τῆς πολύτροπε γινομένης τῶν ξηρῶν ἀτμῶν μεταβολῆς, τὸ ἀεὶ μειούμενον ἐκ τοῦ ὄγκου ἀναπληρούσης. ὧν γινομένων, οὐκέτ' ἂν ἡμῖν ἡ εἰς ἄλληλα τῶν στοιχείων ἀλλοίωσις σκάζειν δοκοίη· δῆλα δὲ ἀκολούθου διασώζεται ὁ λόγος τὴν ἑκάστου πρὸς τὸ ἕτερον τροπὴν, γένεσιν ἐκείνου τοῦ εἰς ὃ μετεβλήθη βλέπων· καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου πρὸς
C τὸ ἐξ ἀρχῆς πάλιν ἀποκατάστασιν. οἷον τὸ ὕδωρ πρὸς τὸν ἀέρα διὰ τῶν ἀτμῶν ἀναχθὲν, ἀὴρ ἐγένετο. ὁ ἀὴρ ὑγρανθεὶς ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ φλογμῷ, κατεξηράνθη. τὸ γεῶδες τοῦ ὑγροῦ διὰ τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως, ἀπεκρίθη. τοῦτο ἐν τῇ γῇ γενόμενον διὰ τῆς ψυχρᾶς ποιότητος, εἰς ὕδωρ μετεποιήθη· καὶ οὕτως ἀδιάλειπτος, * καὶ ἀναλισκομένου καὶ οὐδενὸς πλεονάζοντος· ἀλλ' ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς μέτροις, εἰς τὸ διηνεκὲς διαμένοντος. οὐκοῦν ἄλλο τι παρὰ τὴν ὑγρὰν φύσιν τὰ ὑπερκείμενα τοῦ στερεώματος ὕδατα νοεῖν, ἡ τῶν ἐξητασθέντων
D ἀκολουθία δίδωσιν. εἴπερ τῷ μὴ τρέφεσθαι τῇ τοῦ ὑγροῦ δαπάνῃ, τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν ἐκ τῶν εἰρημένων κατεσκευάσαμεν. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ἐξητασμένοις, ὅτι τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ οὐχὶ τρέφεται, ἀλλὰ σβέννυται· καὶ τὸ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἀφανίζεται, οὐ πλεονάζει. ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἕτερον τῶν ζητουμένων καιρὸς ἂν εἴη τρέψαι τὴν θεωρίαν, πῶς μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν πάντες οἱ κατ' οὐρανὸν φωστῆρες πεποίηνται. ὅτι μὲν οὖν ἑκάστου τῶν γενομένων θαυμάτων, λόγος τις θεῖος καθηγεῖται προστακτικὸς, οὕτω τῆς Μωϋσέως ἱστορικῶς ἡμᾶς τὰ ὑψηλὰ τῶν δογμάτων διδασκούσης ἐν τοῖς φθά-

σασιν

σασιν ἐξητάσαμεν λόγοις, ἐν οἷς τοῦτο κατενοήσαμεν, ὅτι μὴ πρόσταγμα ἐστὶ διὰ ῥήματος γινόμενον τῆς θείας φωνῆς, ἀλλὰ τὴν τεχνικήν τε καὶ σοφὴν δύναμιν ἑκάστου τῶν γινομένων, καθ᾽ ἣν ἐνεργεῖται τὰ ἐν τοῖς οὖσι θαύματα, τοῦτο λόγον Θεοῦ καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι, καὶ ὅτι πάντως ἀθρόως τοῦ κατὰ τὴν κτίσιν πληρώματος ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Θεοῦ θελήματι συστάντος, ἡ ἀναγκαίως κατὰ τὴν ἐγκειμένην τοῖς οὖσι σοφίαν ἑπομένη τάξις, πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν στοιχείων ἀνάδειξιν τῶν θείων προσταγμάτων τὴν ἀκολουθίαν ἔχει. συνελὼν γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ τῆς αἰσθητικῆς κτίσεως ὑποστάσει, περιληπτικῇ φωνῇ, τὸ πᾶν ὁ Μωϋσῆς ἐνεδείξατο εἰπών. ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τὸ οὖν πλήρωμα τῶν ὄντων, εἰπὼν ὅτι ἐποίησεν, καθεξῆς ἐντάττει τῇ φυσικῇ τὴν γινομένην ἑκάστου τῶν ὄντων διάδειξιν ἐπισημειοῦται τῷ λόγῳ. γέγονε τοίνυν μετὰ πάντων τὸ φῶς, ἀλλ᾽ οὐκ εὐθὺς προεφάνη τῶν πάντων, ἕως τὰ ἀφεγγῆ τῆς κτίσεως μέρη τῆς φωτιστικῆς ἐπιπροσθοῦντα δυνάμεως ἔμενεν· ὁμοῦ δὲ τῷ δοθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ τῇ κτίσει, πρὸς τὴν διακόσμησιν αὐτῆς τὸ ἐνδόσιμον, ἡ πυρώδης τε καὶ φωτιστικὴ δύναμις, τῆς κτίσεως προεφάνη ἐν τῷ κούφῳ καὶ εὐκινήτῳ τῆς φύσεως, προεξαγομένη τῶν ἄλλων. καὶ τέως μὲν ἦν πᾶσα περὶ ἑαυτὴν ἠθροισμένη καὶ περιπολοῦσα τὸ πᾶν· μετὰ τοῦτο δὲ πάλιν, τοῖς ἰδίοις μορίοις πρὸς τὰ συγγενῆ τε καὶ κατάλληλα διακρίνεται. δῆλον γὰρ ἐκ τῶν ὁρωμένων, ὅτι οὐ μία τῆς φωτιστικῆς φύσεως ἐστὶν ἡ δύναμις. ἀλλὰ τῷ μὲν γενικῷ λόγῳ ἕν τις ὀνομάζων φῶς τὸ ἐκ πάντων ἀθροιζόμενον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι· ἐπεὶ καὶ ὁ θεῖος λόγος τῇ ἑνικῇ φωνῇ κατ᾽ ἀρχὰς τὸ πᾶν διασημαίνει φῶς, οὐχὶ φῶτα γενηθῆναι προστάξας. εἰ δὲ πρὸς τὰ φαινόμενα βλέποι τις, πολλὴν τὴν τῆς φωτιστικῆς δυνάμεως διαφορὰν ἐν τοῖς οὖσι κατόψεται. ὅθεν καὶ ὁ ψαλμῳδός φησι· τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ. καὶ ἄλλη δόξα ἡλίου, φησὶν ὁ ἀπόστολος, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. ὡς πολλῆς πάντως τῆς κατὰ τὸ φῶς οὔσης διαφορᾶς. εἰ γὰρ καὶ πάντα φωτίζειν πέφυκεν ὅσα ὁ Παῦλος ἀπηριθμήσατο, καὶ ἕκαστον ἐν ἰδιαζούσῃ τινὶ δυνάμει καὶ δόξῃ καταλαμβάνεται· καλῶς ἂν ἔχοι, ἓν φῶς τὰ πάντα κατὰ τὸν γενικὸν ὀνομάζεσθαι λόγον, ἀσύγχυτον δὲ καὶ διῃρημένην, τὴν ἐν τούτοις διαφορὰν θεωρεῖν· εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει τὸ εἰπεῖν.

A animaduertimus, didicimuſque, diuinam vocem non eſſe mandatum verbis expreſſum, & explicatum, ſed artificem ac ſapientem in rebus ſingulis poteſtatem, qua ea, quæ in ipſis cernuntur admirabilia, perfecta ſunt, primaque Dei voluntate ſtatim omnino rerum vniuerſitatem extitiſſe, ordinémque ſapientiæ in ipſis inſitæ neceſſario permanentem diuinorum mandatorum vim & ſeriem obtinere. Breuiter enim rerum, quæ ſenſu percipiuntur, procreationem complectens, mundum vniuerſum oſtendit in prin- B cipio, inquiens, fecit, Deus cœlum & terram. Quibus verbis rerum vniuerſitate comprehenſa deinceps naturalem quendam ſingulorum ordinem perſequitur. Simul igitur cum reliquis rebus omnibus generata eſt lux, ſed non extemplo rebus omnibus præluxit, quandiu partes rerum obſcuræ vim eius illuſtrantem impediuerunt. at ſimul atque ratio conceſſa eſt à Deo, ignea vis illuſtrandi præfulſit omnibus, ſibique naturæ leuitate, ac mobilitate, patefacta via, proſiliuit. Ac tunc C quidem vniuerſa in ſe coacta mundum obibat: mox autem propriis partibus in ea, quæ ſibi cognata coniunctaque erant, diuiſa eſt. Quòd autem eius vna natura non ſit ex iis, quæ videntur, perſpicuum eſt. Si quis tamen lucem ex omnibus coactam vnam eſſe genere dicat, non errabit, quando diuinus etiam ſermo ſingulari voce vniuerſam ſignificat, præcipiens, vt lux, non autem, vt plures fiant. Verum ſi quis ea, quæ videntur, aſpexerit, multiplicem illuſtrantis potentiæ differentiam in rebus animaduertet. Quapro- D pter etiam propheta dicit: Qui facit luminaria magna ſolus. Et Apoſtolus. *Pſal. 135.* Alia, inquit, eſt claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum, ſtella enim differt à ſtella in claritate. itaque multa lucis omnino ſunt diſcrimina. Et quanquam omnia, quæ Paulus enumerauit, illuſtrandi vim habent, & ſua vnum quodque poteſtate claritatéque comprehenditur, vt cuncta communi nomine lux vna rectè poſſint appellari, certæ tamen in his diſtinctæque differentiæ ſpectantur. *1. Cor. 15.*

Quæ cùm ita ſe habeant, nos à verò minimè receſſuros exiſtimo, ſi dixerimus, ita Moſem intellexiſſe: initio quidem totam vim illuſtrandi in vnum congregatam fuiſſe: verum, cùm multæ eſſent in ſubtilitate mobilitatéque, quantum ad maiorem minoremque præſtantiam pertinet, in vniuerſitatis natura differentiæ, trium dierum ſpatium fuiſſe ſatis ad eam vera certaque ratione diſtinguendam, vt, quod in natura ignea maximè erat ſubtile, ac leue, & purè, à materia remotum, ſummũ rerum, quæ ſub ſenſum cadunt, faſtigiũ obtineret: hoc verò intelligibilis & incorporea natura admittit: quod autẽ inertius, ac ſegnius, intra ſubtilioris leuiorisq. cõplexum conſiſteret: & hoc rurſum ex inſitæ proprietatis differentia in ſeptem lucis partes diuideretur, omnes inter ſe ſimiles, atque cognatas, ſeiunctas autẽ à rebus, quæ diuerſi generis forent. omnibus ergo particulis, quç in ſolis illuſtrãtem naturam coniectæ ſunt, concurrentibus, vnum quiddam magnũ effectum eſt. Quod itidem euenit in luna, cæteriſq. tum errantibus tum non errãtibus ſtellis, vt ſimilium cuiuſque particularum concurſus vnam aliquam earum efficeret: atque ita omnes confectç ſunt. Contentus autem Moſes, ex ijs luminare tantum maius & luminare minus nominaſſe, cæteras omnes communi nomine ſtellas appellauit. Quod autem fatigetur mens noſtra, & pondere ſuo preſſa non poſſit diuinæ ſapientiæ ſubtilitatem aſſequi, nemo admiretur, ſed naturæ noſtræ tenuitatem excuſet: cum qua præclarè agitur, non ſi nulla in re aberrauerit, ſed ſi vel vnam conſequi potuerit. Hæc autem dico, illuc reſpiciens, quæ ſit ratio huius trium dierum ſpatij, quod ſatis fuerit ad ea diſtinguenda, quæ luce prædita ſunt. Eſt enim aliqua nimirum ratio, licet præſtantior ſit, quàm vt eam nos intelligere valeamus, qua temporis huius menſura rebus lucidis diſponendis præſcripta eſt, adhibito temporis modo & quantitati actionis ignis in motu, factáque lucis diuiſione pro earum natura, adeò, vt, cum ſint in eis innumerabiles differentiæ,

A οὐκ ἂν οἶμαι διαμαρτεῖν τῆς ἀκολουθίας τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν, εἰ τοῦτο ὑπολάβοιμεν νενοηκέναι τὸν Μωϋσέα· ὅτι καταρχὰς μὲν πᾶσα ἡ φωτιστικὴ δύναμις πρὸς ἑαυτὴν ἀθροισθεῖσα, ἓν ἐγένετο φῶς· ἐπεὶ δὲ πολλή τις ἦν ἐν τῷ λεπτῷ τε καὶ εὐκινήτῳ παρὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἡ διαφορά, ἐν τῇ τῶν ὅλων φύσει θεωρουμένη, ἤρκεσε τὸ τριήμερον χρόνου διάστημα, τὴν ἑκάστου τούτων διάκρισιν τρανῶς τε καὶ ἀσυγχύτως ἀπ' ἀλλήλων ποιήσασθαι, ὥστε τὸ μὲν ἄκρως λεπτόν τε καὶ κοῦφον τῆς πυρώ-
B δους οὐσίας καὶ καθαρῶς ἀΰλου, ἐν τῷ ἀκροτάτῳ γενέσθαι τῆς αἰσθητῆς κτίσεως· ἐφ' ἣν ἡ νοητή τε ἀσώματος διαδέχεται φύσις· τὸ δὲ ἀργότερόν τε καὶ σαρκωδέστερον ἄπελθ, ἐντὸς τῆς περιοχῆς τοῦ λεπτοῦ τε καὶ κούφου περὶ ἑαυτὸ * συστῆναι· τοῦτο δὲ πάλιν κατὰ τὴν διαφορὰν τῆς ἐγκειμένης αὐτῷ ἰδιότητος ἑπταχῆ μερισθῆναι· πάντων τῶν καταλλήλων τε καὶ ὁμοφύλων τοῦ φωτὸς μορίων, ἀλλήλοις κατὰ τὸ συγγενὲς συμφυέντων· καὶ ἀπὸ τῶν ἑτερογενῶς ἐχόντων διακριθέντων. οὕτως οὖν ὅσον ἐν τῇ φωτιστικῇ οὐσίᾳ τῆς ἡλιακῆς φύσεως ἐνεσπαρμένων πάν-
C των τῶν μορίων τούτων πρὸς ἄλληλα συνδραμόντων, ἓν μέγα ἐγένετο· ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῆς σελήνης καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων τῶν πεπλανημένων, καὶ τῶν κατεστηριγμένων ἀστέρων ἡ πρὸς τὰ ὁμογενῆ τῶν ἑκάστου μορίων συνδρομή, ἕν τι τῶν φαινομένων ἐποίησεν· καὶ οὕτω τὰ πάντα ἐγένετο. ἠρκέσθη δὲ ὁ μέγας Μωϋσῆς τὰ γνωριμώτερα μόνον ἐκ τούτων κατονομάσας, τὸν μέγαν φωστῆρα καὶ τὸν ἐλάσσω. τὰ ἄλλα πάντα γενικῶς περιέσφιγξε τῷ τῶν ἀστέρων ὀνόματι. εἰ δὲ κάμνει ἡμῶν ἡ τοῦ νοῦ παχύτης, μὴ δυναμένη τῇ λεπτότητι συνεξαχθῆναι τῆς θείας σοφίας, ξενι-
D ζέσθω μοι μηδεὶς πρὸς τὴν πτωχείαν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀποβλέπων*. ἢ ἀγαπητὸν ἐστιν οὐ τὸ μηδενὸς διαμαρτεῖν, ἀλλὰ τὸ ἑνὸς γοῦν ἐπιτυχεῖν δυνηθῆναι. ταῦτα δὲ φημὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων, τίς ὁ λόγος τοῦ τριημέρου τούτου διαστήματος, ὥστε τὸν τοσοῦτον χρόνον ἀρκέσαι πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν ἐν τῷ φωτὶ θεωρουμένων διάκρισιν. δῆλον γὰρ ὅτι πάντως ἔστι τις λόγος, κἂν κρείττων ᾖ τῆς ἡμετέρας ἐπόψεως, καθ' ὃν συμβαίνει τὸ μέτριον τοῦ χρόνου τούτου πρὸς τὴν διάκρισιν τῆς φωτιστικῆς οὐσίας, τῇ μεμετρημένῃ παρατάσει τοῦ χρόνου, καὶ τῷ ποσῷ τῷ κατὰ τὴν κίνησιν τῆς πυρὸς ἐνεργείας, τῆς τῶν φώτων διαστολῆς ἐν τῇ τῶν φωστήρων ἰδιότητι διαιρεθείσης, ὥστε τὰς ἀπείρους ταύτας τῶν φώτων διαφοράς,

πρὸς τὴν οἰκείαν θέσιν ἑκάστην ἀποκριθῆναι, ὑπὸ τῆς φυσικῆς ἰδιότητος, ἐκεῖ καταστάσας, ὅπου ἡ ἐγκειμένη φυσικὴ δύναμις, ἑκάστην ἤγαγεν, μηδεμιᾶς ἐν τούτοις ἀταξίας, ἢ συγχύσεως γινομένης, διὰ τὸ κεκρίσθαι ἐν αὐτοῖς ἐκ θείας σοφίας, κατὰ τὴν ἐντεθεῖσαν ἑκάστῳ φυσικὴν ἰδιότητα τὴν ἀπαράβατον τάξιν, ὥστε τὴν μὲν ἀνωτάτω χώραν ἐπισχεῖν ἐκεῖνα τὰ πάσης ἀνωφερεῖς οὐσίας ἀνωφερέστερα· καὶ ἐν ἐκείνοις πάλιν ἢ ἐν τῷ μέσῳ καταστῆναι, ἢ νότια γενέσθαι τινά, ἢ πρὸς ἄρκτια, ἢ τὴν μεταξὺ χώραν καταλαβεῖν, ἢ τὸν γαλαξίαν, ἢ τὸν ζῳδιακὸν κύκλον ἀναπληρῶσαι, καὶ πάλιν ἐν τούτῳ, ἢ ταύτην ἢ τὴν ἑτέραν τῶν ἄστρων περιγραφὴν ἀπεργάσασθαι, καὶ ἐν τοῖς ἄστροις πάλιν, μὴ κατὰ τὸ αὐτόματον ἕκαστον τῶν ἐν τῷ σχήματι κειμένων ἄστρων, ἢ ὧδε ἢ ὧδε, τὴν θέσιν ἔχειν, ἀλλὰ ἰσομερῶς ἐγκειμένη αὐτοῖς ἰδιότης ἀπήγαγεν, ἐκεῖ μένειν ἐν ἀμεταθέτῳ τῇ παγιότητι, τῇ τῆς ἰδίας φύσεως δυνάμει, κατὰ τὴν τοῦ πεποιηκότος σοφίαν περικρατούμενον. Ταῦτα ἐστὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἃ βλέπων ὁ νοῦς ἰλιγγιᾷ, καὶ τῆς ἰδίας νωθρίας καταψηφίζεται, μὴ δυνάμενος ἐξευρεῖν τὸν λόγον, πῶς ἡ τριήμερος τοῦ χρόνου παράτασις πρὸς τὴν τοσούτων ἀστέρων διάκρισιν ἤρκεσεν. ἢ πῶς διὰ τὴν ἀπειρίαν τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας τῶν περιγείων ὑπόστασιν ἐν μέσῳ τοῦ παντὸς διαστήματος, τὴν ἡλιακὴν φύσιν, ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ σοφία κατέταξεν, ὡς ἂν μὴ τελείως ἐν τῷ σκότῳ διαβιῶμεν, τῆς ἐκ τῶν ἄστρων ἀπαυγαζομένης λαμπηδόνος πρὶν ἢ εἰς ἡμᾶς ἐλθεῖν ἐνδαπανωμένης τῷ μεταξὺ διαστήματι· οὗ χάριν τὴν ἐκλαμπτικὴν τῆς ἡλιακῆς φύσεως δύναμιν, τοσοῦτον ἡμῶν ὑπερέθηκεν, ὥστε μήτε ἀμαυροῦσθαι τὴν ἀκτῖνα τῷ πολλῷ διαστήματι, μήτε τῷ ἄγαν προσεγγισμῷ λυπηρὰν εἶναι, ἢ πῶς τὸ ὑλικώτερόν τε καὶ παχύτερον ἐκ τῶν ὑποκειμένων, τὸ σεληναῖον σῶμα φημὶ πρὸς τὸ κατώτερον κατεσπάσθη. καὶ τὸν περίγειον χῶρον περιπολεῖ· οὗ μέση πως θεωρεῖται ἡ φύσις, τῆς τε ἀλαμποῦς, καὶ τῆς φωτιστικῆς δυνάμεως, κατὰ τὸ ἴσον μετέχουσα. τὴν μὲν γὰρ οἴκοθεν λαμπηδόνα, ἡ τῆς οὐσίας παχύτης ἀπήμβλυνε· τῷ δὲ ἀντιφωτισμῷ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, οὐ πάντη τῆς φωτιστικῆς ἠλλοτρίωται φύσεως. ἀλλὰ τὸν μὲν λόγον τῆς ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων φαινομένης σοφίας ἰδεῖν, ἡ πτωχεία τῆς φύσεως ἡμῶν ἀδυνατεῖ, τὸ μέντοι κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν παρὰ τοῦ νομοθέτου τάξιν ἐπὶ τῆς τῶν ὄντων κτίσεως, ἀκολουθίαν τινὰ τοῖς γεγονόσιν ἐνθεωρῆσαι, τούτοις οἶμαι δυνατὸν εἶναι, τὸ μετρίως πρὸς τὸ ἀκόλουθον ἐπισταμένοις βλέπειν.

A in ſuo tamen ſingulæ ſitu à naturali proprietate collocatæ ſint, quò nimirum naturæ vis inſita ſingulas duxit. Nec vlla conſecuta confuſio eſt, aut perturbatio, propter ordinem à diuina ſapientia pro naturali cuiuſque proprietate ſingulis adhibitum, immutabilem, vt ſuperiorem regionē circulus obliquus, ſeu ſignifer occuparet, in hoc autem certam vnumquodque ſignum ſedem obtineret, in ſignis verò ſingulis ſtellæ non fortuitò, ſed ordine ſuis quæque locis collocarentur, æquabilique ac naturali vi ſua ductæ, immobiles ac firmæ B permanerent, tibi procreatoris ſapientia pręſcribebat. Hæc & his ſimilia ſunt ea, quæ mens aſpiciens hæſitat, & imbecillitatem ac ſegnitiem ſuam accuſat, quòd rationem excogitare non poſſit, quia præfinitum trium dierum ſpatium ad tot ſtellarum diſtinctionem ſatis fuerit: aut quo modo, cum infinita eſſet inerrantis ſphæræ ab iis quæ ſunt circa terram diſtantia, in medio mundi ſpatio magna Dei ſapientia ſolem conſtituerit, ne cùm ſtellarum ſplendor propter immenſum interuallum antè deficiat, quam ad nos peruenire poſſit, in C perpetuis tenebris viueremus. Splendentem igitur ſolis vim ita ſupra nos collocauit, ne propinquitate nimia moleſtiam afferret, aut quomodo materiæ magis immerſum magiſque craſſum lunæ corpus inferius conſtitutum ſit, oberretque terræ proximam regionem: aut qualis ſit ſplendor eius, quæ cum obſcura ſit, illuſtrandi tamen habet facultatem. Naturæ enim ipſius craſſitudo proprium nitorem obtundit, ſed oppoſito ſolis radiorum lumine ab illuſtrandi vi non eſt prorſus aliena. Cæterum ſapientiæ ſingulis in D rebus conſpicuæ rationem naturæ noſtræ infirmitas intueri non poteſt, quendam tamen mundi totius ordinem in iis quæ facta ſunt, ex deſcriptione legiſlatoris, ab iis qui mediocriter norunt diſpicere, quę ex quibus conſequantur,

per quaſdam coniecturas, vtcumque A cognoſci poſſe arbitror. Quamobrem repetamus ordinem eorum, quæ facta ſunt: ſic autem habet. Lucem vniuerſam mobilitate ſua ante alia prodeuntem firmamenti abſolutio ab ignis circulo definita conſequitur. Leui autem natura à grauioribus ſeparata, graues inter ſe qualitates diſtingũtur, in terra & aqua conſtitutæ: inferiore verò natura exornata, ſubtilis, & leuis, excelſaque, quoniam non omnis erat inter ſe ſimilis, interiecti temporis ſpatio ex illa communitate in cognatas diuiditur proprietates: in qua innumerabilis ſtellarum multitudo expolita pro inſita B cuique propria vi, mundi faſtigium occupat, atque ita in ſua quæque ſede hæret, vt cum ſemper circumferatur, nunquam tamen locum relinquat ſuum. Horum enim vt ordo immutabilis eſt, ſic natura ſemper mobilis. Poſt velociſſimum motum ſequitur ſecundo loco, quæ velocitate proxima eſt, ſubeuntemque circulum obtinet, tertio deinceps alia, & quarto, ad ſeptimum vſque pro ratione velocitatis. Tantò enim vnaquæque longius abeſt à ſuperiore, quantò illa ad mouendum natura tar- C dior eſt. Hæc igitur quarto die facta ſunt, non quod tunc fuerit lux procreata, ſed quod illuſtrandi vi pro natura ſua ſimul coacta, apparuerint cum reliquæ ſtellæ, tum illæ quæ magnitudine cæteris præſtant, ſol & luna, quorum ortus quidem occaſio extitit in lucis procreatione, vtriuſque autem conſtitutio (quando mouetur in tempore quidquid mouetur, & mutuus particularum concurſus eget aliquo temporis interuallo) tribus diebus perfecta eſt. Quare non abſurde conditus orbis à magno Moſe ita deſcribitur, vt quan- D tum ad materiam pertinet, ſimul omnia dicantur virtute opificis conſtituta: ſingularis autem eorum, quæ in mundo videntur, diſtinctio ordine quodam ac ſerie naturali, eo ſpatio quod dictũ eſt, abſoluta. Tunc ſimul vniuerſa lux extitit, tunc omnis rerum illuſtrantium natura propriis diſtincta differentiis apparuit, quarum è numero ſol eſt, & luna.

A διά τινων στοχασμῶν ὁπωσοῦν κατανοῆσαι. οὐκοῦν ἀναλάβωμεν τὴν τῶν γεγονότων ἀκολουθίαν. ἔστι δὲ αὕτη· τοῦ καθολικοῦ τε καὶ γενικοῦ φωτὸς διὰ τὸ εὐκίνητον προεκφανέντος τῶν ἄλλων· ἐπηκολούθησε τοῦ στερεώματος περιγραφὴ, τῇ κυκλοτερεῖ περιόδῳ τοῦ πυρὸς ὁρισθεῖσα. τῆς δὲ κούφης φύσεως τῶν βαρυτέρων ἀποκριθείσης, ἀκολούθως διαστέλλονται ἀπ᾽ ἀλλήλων αἱ βαρεῖαι ποιότητες, ἐν γῇ τε καὶ ὕδατι διακριθεῖσαι. τῆς δὲ κάτω φύσεως διακοσμηθείσης, ἡ λεπτή τε καὶ κούφη καὶ μετέωρος οὐσία· διὰ τὸ μὴ πᾶσαν αὐτὴν ὁμοφυῶς πρὸς ἑαυτὴν ἔχειν. ἐν B μεταξὺ διαστήματι τοῦ παρῳχηκότος χρόνου, πρὸς τὰς ὁμογενεῖς ἰδιότητας ἐκ τοῦ κοινοῦ διακρίνεται, ἐν ᾗ τὸ ἄπειρον τῶν ἄστρων πλῆθος ἐξαπλωθὲν, κατὰ τὴν ἐγκειμένην ἑκάστῳ μέρει φυσικὴν ἰδιότητα, ἐπὶ τὸ ἀκρότατον τῆς κτίσεως ἀνατρέχει· καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ ἕκαστον γίνεται τόπῳ, οὔτε παυόμενον τῆς ἀεικινήτου φορᾶς, οὔτε μετακινούμενον ἀπὸ τῆς ἐν ᾧ ἐστι θέσεως· ἀλλ᾽ ἡ μὲν τάξις ἐν τούτοις τὸ ἀκίνητον ἔχει, ἡ δὲ φύσις τὸ ἀεικίνητον. ἐφεξῆς δὲ ἡ δευτερεύουσα μετὰ τὴν ὀξυτάτην κίνησιν ἐν τῇ ἰδίᾳ φορᾷ, τὸν ὑποβεβηκότα C κύκλον διαλαμβάνει· καὶ πάλιν ἐκ τρίτου καὶ τετάρτου καὶ ἕως ἑβδόμου πρὸς λόγον τῆς κατὰ τὸ τάχος φύσεως, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνει τοῦ ἀνωτέρω ἕκαστον, ὅσον αὐτῷ σχολαιοτέρα τῶν ὑπερκειμένων ἡ φύσις ἐστὶ πρὸς τὴν κίνησιν. ταῦτα οὖν γέγονε κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, οὐ τότε τοῦ φωτὸς δημιουργηθέντος, ἀλλὰ τῆς φωτιστικῆς ἰδιότητος περὶ τὸ κατὰ φύσιν ἑαυτῇ καὶ κατάλληλον ἀθροισθείσης· τότε ἀνεξεφάνη τῶν ἄστρων, καὶ οἱ ἐν μείζονι ὄγκῳ παρὰ τὰ λοιπὰ καθορώμενοι, ὅ ἥλιός τε καὶ ἡ σελήνη, ὧν ἡ D μὲν γένεσις ἐν τῇ πρώτῃ καταβολῇ, τοῦ φωτὸς τὰς ἀφορμὰς ἔχει, ἡ δὲ σύστασις ἑκάστου· ἐπειδὴ πάντως ἐν χρόνῳ κινεῖται πᾶν τὸ κινούμενον, καὶ δεῖ τῆς τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα συνδρομῆς, καὶ χρονικοῦ τινὸς διαστήματος, ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις ἐτελειώθη. ὡς μηδὲν ἔξω τῆς ἀκολουθίας παρὰ τοῦ μεγάλου Μωϋσέως ἐν τῇ τῶν ὄντων διασκευῇ γεγράφθαι, εἰ πάντων κατὰ τὸ ἀθρόον παρὰ τῆς τοῦ δημιουργοῦ δυνάμεως ὑλικῶς προκαταβεβλημένων, πρὸς τὴν τῶν ὄντων σύστασιν, ἡ μερικὴ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τεθεωρημένων ἀνάδειξις, τάξει τινὶ φυσικῇ καὶ ἀκολουθίᾳ ἐν ῥητοῖς διαστήμασιν ἐπελειώθη. τότε μὲν ἀθρόως τοῦ φωτὸς ἐκφανέντος· νῦν δὲ πάσης τῆς φωτιστικῆς φύσεως ἰδικῶς διαφανείσης, ὧν ἐστι καὶ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη.

καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ῥευστὴν τινὰ δύναμιν ἐχόντων, κἂν πάντα ῥέῃ, οὐ πάντως ὁμογενῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα. ἀλλά τίς ἐστιν ἑκάστου διαφορὰ πρὸς τὸ ἕτερον, οἷον ἐν ἐλαίῳ καὶ ὑδραργύρῳ καὶ ὕδατι, ἅπερ εἴ τις ἀναχέας πάντα πρὸς ἄλληλα ἑνὶ περιβάλλοι ἀγγείῳ, βραχέος ἐγγινομένου χρόνου, πρῶτον ὄψεται τὴν ὑδράργυρον διὰ τὸ βαρυτέραν τε καὶ κατωφερεστέραν εἶναι τῶν ἄλλων, τοῖς ἰδίοις συμφυομένην μορίοις· κἂν πανταχῇ ταῦτα διεσκεδασμένα τύχῃ· ἔπειτα τὸ ὕδωρ πρὸς ἑαυτὸ συναγόμενον· εἶτα τοῦ ἐλαίου τὰ μόρια πᾶσι τοῖς ὑποκειμένοις ἐπιπολάζοντα, καὶ περὶ ἑαυτὰ συνιστάμενα, οὕτως οἶμαι δεῖν καὶ περὶ τῆς προκειμένης θεωρίας στοχάζεσθαι, τοσοῦτον ὑπαλλάξαντας μόνον τοῦ ὑποδείγματος· ὥστε τὸ ἐν τοῖς ῥευστοῖς ὧδε διὰ τοῦ βάρους γινόμενον, ἐπὶ τῆς ἀνωφεροῦς φύσεως κατὰ τὸ ἔμπαλιν θεωρῆσαι. πάντων γὰρ ἀναφερομένων ὑπὸ κουφότητος ἅμα τῇ πρώτῃ τῶν ὄντων καταβολῇ, ὡς εἶχε τάχους ἕκαστον κατὰ τὴν ἐγκειμένην τοῖς πᾶσιν ἐκ φύσεως δύναμιν, ἀκόλουθον ἦν τὰ ἰσοδρομοῦντα ἀλλήλοις πάντα συνδραμεῖν· καὶ οὕτω διακριθῆναι κατὰ τὴν τοῦ τάχους διαφορὰν ἀπ' ἀλλήλων, τῶν ὡσαύτως πεφυκότων τε καὶ δυναμένων. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ ὑποδείγματος ἡ τῶν ῥευστῶν τούτων διάκρισις οὐκ ἐποίησε διὰ τῆς διαστολῆς τὰς ὕλας, ἀλλὰ τὰς γεγενημένας τε ἐν ἀλλήλαις κεχυμένας καθαρῶς ἑκάστην ἀπὸ τῆς ἄλλης διακριθεῖσαν ἀνέδειξεν· οὕτω καὶ μετὰ τὸ τριήμερον τοῦ χρόνου διάστημα, οὐχὶ ἐγένετο ἡ φωτιστικὴ τοῦ ἡλίου φύσις καὶ δύναμις· ἀλλὰ διακεχυμένη πρὸς τὸ πᾶν, πρὸς ἑαυτὴν διεκρίθη. εἰ δέ τις ἡμᾶς ἐπαιτοίη καὶ περὶ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ λόγον, ὃν ὁ Μωϋσῆς μὲν οὐκ ἔγραψε, Παῦλος δὲ εἶδεν, καὶ ἐν αὐτῷ καθάπερ ἐν ἀδύτοις τισὶ τῆς σοφίας γενόμενος, τῶν ἀῤῥήτων ἐπηκροάσατο, τοῦτο φαμὲν, ὅτι οὐκ ἔξω τῶν ἐξητασμένων ὁ τρίτος ἐκεῖνος οὐρανός ἐστι. δοκεῖ γάρ μοι ὁ μέγας ἀπόστολος ὁ πᾶσι τοῖς ἔμπροσθεν ἑαυτὸν ἐπεκτείνων, διαβὰς πάσης τῆς αἰσθητῆς φύσεως τοὺς ὅρους, εἰς τὴν νοητὴν κατάστασιν προσδῦναι, οὐ σωματικῆς ἀκριβῶς γενομένης αὐτῷ τῆς τῶν νοητῶν θεωρίας· τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς τῷ ἰδίῳ λόγῳ παρασημαίνεται εἰπὼν, ὅτι εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα. ὁ Θεὸς οἶδεν ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. τὸ οὖν ἀκρότατον τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, τρίτον οἶμαι οὐρανὸν προσειρηκέναι τὸν Παῦλον· τριχῇ

A Ac quemadmodum ea quæ fluentem vim habent, non ſunt vnius generis omnia, ſed differentia quadam inter ſe viciſſim diſcrepant, vt videre licet in oleo, & aqua, & argento viuo, quæ ſi quis omnia ſimul in vno vaſe confundat, parua interiecta mora primum aſpiciet argentum viuum ob grauiorem deorſumque tendentem naturam in fundo totũ conſidere, licet omnia commixta ſint: deinde aquam ſimul coactam omnem ſuccedere: poſtremo olei congregatas particulas ſupernatare & ſuper vtroque cõſiſtere: eodem pacto
B de re nobis ad diſputandum propoſita poſſumus conijcere, illud vnum in exemplo tantum commutantes, vt, quod illic propter grauitatem, hîc contra propter leuitatem eueniat. In prima enim rerum conſtitutione, quæ leuitate ſurſum tendebant, quandiu ob naturalem vim inſitam celeritate valebant, pariter omnia concurrerunt, tum ex velocitatis præſtantia ipſa quoque inter ſe diſtincta ſunt. Vt igitur in exemplo propoſito rerum fluentium ſecretio & ſeparatio materiam ſingularum non conſtituit, ſed iam factam diſtinxit, diſtin-
C ctámque demonſtrauit, ſic in trium dierum ſpatio illuſtrans ſolis natura, poteſtaſque facta non eſt, ſed cum in vniuerſitate rerum diffuſa eſſet, ſimul coacta eſt & coniuncta. Si quis autem à nobis & tertij cœli rationem petat, quod Moſes non ſcripſit, ſed Paulus vidit, & in ipſo tanquam in aditis ſapientiæ conſiſtens arcana audiuit, ab illis quæ expoſita ſunt, tertium illud cœlum non abeſſe reſpondebimus. Videtur enim mihi magnus etiam Apoſtolus vincens omnes ſuperiores totius naturæ, quæ ſenſu percipitur, terminos tranſcendiſſe, ad eamq. ingreſſum eſſe, quæ *2. Cor. 12.*
D animo mentéque comprehẽditur, cùm ſpectaculum illud minimè corporeum fuerit, vt ipſemet ſignificat, ſiue in corpore, inquiens, neſcio: ſiue extra corpus, neſcio. Deus ſcit raptum eiuſmodi hominem vſque ad tertium cœlum. Summum igitur illud culmen huiuſce mundi, qũem dicimus, arbitror à Paulo tertium cœlum appellari: Tripliciter

enim diuidit omne quod cernitur, & ex ſcripturæ conſuetudine ſingulas partes cœlum vocat. Abutens enim quodam modo ſignificatione verborum, ſpatium illud craſſioris aëris quò & nubes, & venti, & excelſi volucrum volatus perueniunt, cœlum vnumno minat, cùm & cœli nubes dicit, & volucres cœli. Nec ſimpliciter cœlum hoc vocat, ſed adiungit etiam illas voces ſub firmamēto. Dicit enim, Producant aquæ rēptilia animarum viuentium, & volatilia volantia ſuper terram, ſub firmamento cœli. Deinde alterum cœlum & firmamentum appellat ſpatium illud, quod inerranti ſphæræ incluſum conſideratur, in quo ſtellæ, quas errantes nominant, peruagantur. Sic ait: Fecit Deus luminaria magna, & poſuit ea in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terram. Cuius diſtinctū orbis ornatum vtcumque conſideranti perſpicuum eſt, hæc infra ſupremum illud faſtigium contigiſſe, quod omnia ſenſibus obnoxia cōplectens, eaque ſeiungens à rebus illis procreatis, quæ mente ſolum, & intelligentia comprehenduntur, firmamentum, & cœlum appellat. Ea igitur, quæ verbis explicari non poſſunt, cupiens Apoſtolus, & quēadmodum nos item hortatur, nihil eorum ſpectans quæ cerni queunt, cùm ea quæ videntur, temporaria ſint, quæ autem non videntur, ęterna: diuina virtute ſublatus peruenit eò, quò deſiderio ferebatur, cumque ſacras literas à pueritia didiciſſet, verbis ſcripturæ vſitatis rem ipſam expreſſit, tertium cœlum appellans harum trium ſectionum quæ in mundo videntur, extremam. Relicto enim aëre, ſuperatoque medio illo ſpatio, in quo errantium ſtellarum orbes verſantur, ſummum ætheriorum finium ambitum tranſcendit, & ad firmam illam, quæ ſola mente percipitur, naturam perueniens, paradiſi vidit pulchritudinem, & audiuit ea quæ humana natura non loquitur. Hæc tibi, vir Dei, ad propoſitas nobis à prudentia tua quæſtiones reſpondimus, nullis orationis pigmentis morales allegorias conquirentes: nec inexploratum prætereuntes quidquā eorum quæ nobis opponebantur, ſed propria verborum ſignificatione ſeruata, naturæ

A μὲν τεμόντα πᾶν τὸ φαινόμενον· κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς, ἕκαστον τῶν τμημάτων τούτων οὐρανὸν ὀνομάσαντα. ὁ γὰρ τῆς γραφῆς λόγος ἐν καταχρήσει τινὶ ῥημάτων, ἕνα μὲν οὐρανὸν ὀνομάζει, τὸν ὅρον τοῦ παχυμερεστέρου ἀέρος, μέχρις οὗ τὰ νέφη καὶ ἄνεμοι καὶ ἡ τῶν ὑψιπετῶν ὀρνέων φέρεται φύσις. καὶ γὰρ τὰς νεφέλας οὐρανοῦ λέγει, καὶ πετεινὰ οὐρανοῦ, καὶ οὐχ ἁπλῶς οὐρανὸν λέγει τοῦτον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ στερεώματος. λέγει γὰρ ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετώμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. εἶτα τὸ ἕτερον, οὐρανόν τε καὶ στερέωμα κατονομάζει, τὸ μετὰ τὴν ἀπλανῆ
B σφαῖραν περὶ τὸ ἐντὸς θεωρούμενον, ἐν ᾧ οἱ πλανῆται τῶν ἀστέρων διαπορεύονται. λέγει γὰρ ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς φωστῆρας τοὺς μεγάλους, καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, παντὶ δὲ πρόδηλον τῷ ὁπωσοῦν ἐπισκεμμένῳ τὴν τοῦ παντὸς διακόσμησιν, ὅσον ὑποβέβληκε ταῦτα περὶ τὴν ἄνω φορὰν, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ἀκρότατον τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, ὃ μεθόριον τῆς νοητῆς κτίσεως, στερέωμά τε καὶ οὐρανὸν ὀνομάζει. ὁ οὖν ἐπιθυμητὴς τῶν ἀπορρήτων λόγων, καὶ σκοπὸν καθὼς καὶ ἡμῖν ἐγκελεύεται μηδὲν τῶν βλεπομένων. ὅτι τὰ μὲν βλεπόμενα πρόσ-
C καιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια. ὅπου αὐτὸν ἡ ἐπιθυμία ἀπῆρεν, ἐκεῖ ἐγένετο ὑψωθεὶς τῇ δυνάμει. τοῦτο ἐπιθυμητὸν αὐτῷ προσδήκοντος, τὰ αὐτὶ εἰπεῖν, οἷα ἂν θεράπον πᾶσαν τὴν αἰσθητὴν διαβαίνει κτίσιν, καὶ ἐν τοῖς ἀδύτοις τῆς νοητῆς γενόμενος φύσεως· ἐπειδὴ ἐκ παιδὸς τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδεν, ταῖς γραφικαῖς φωναῖς διασημαίνει τὸ ὄνομα, τρίτον οὐρανὸν ὀνομάσας τὴν τῶν τελῶν τούτων τῶν ἐν τῷ παντὶ θεωρουμένων τμημάτων διέξοδον· κα-
D τέλιπε γὰρ τὸν ἀέρα· παρέδραμε καὶ τὴν διὰ μέσου τῶν ἀστέρων κυκλοφορίαν· ἐπέρασε δὲ καὶ τὴν ἄκραν τῶν αἰθερίων ὅρων περιβολὴν, καὶ ἐν τῇ στασίμῳ καὶ νοητῇ φύσει γενόμενος, οἶδε τὰ τοῦ παραδείσου κάλλη, καὶ ἤκουσεν ἃ ἀνθρωπίνη φύσις οὐ φθέγγεται. ταῦτά σοι, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, περὶ τῶν προβληθέντων ἡμῖν παρὰ τῆς συνέσεώς σου ἀπεκρινάμεθα, μήτε τι τῆς γραφικῆς λέξεως εἰς τροπικὴν ἀλληγορίαν μεταποιήσαντες, μήτε παριδόντες τι τῶν ἀντιτεθέντων ἡμῖν ἀνεξέταστον· ἀλλ' ὡς ἦν δυνατὸν μενούσης τῆς λέξεως ἐπὶ τῆς ἰδίας ἐμφάσεως,

τῷ τῆς φύσεως εἱρμῷ διὰ τῆς θεωρίας τῶν ὀνομάτων ἠκολουθήσαμεν, δι᾽ ὧν τὸ μηδὲν ὑπεναντίως ἔχειν τῶν δοκούντων κατὰ τὴν ἐπιπολαιοτέραν ἀνάγνωσιν, ἃ συμφωνεῖν ἀλλήλοις καθὼς ἦν δυνατὸν ἀπεδείξαμεν· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐπεξιέναι τῶν κατὰ τὴν Ἑξαήμερον κοσμογονίαν πεποιημένων, μάταιον ἐνομίσαμεν τῆς ὑψηλῆς τοῦ διδασκάλου φωνῆς, μηδὲν τῶν ζητουμένων εἰς θεωρίαν παραλειπούσης· πλὴν τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, ἣν ἡμεῖς ἐν ἰδιάζοντι βιβλίῳ περὶ τούτων ποιήσαντες, ἀπεστείλαμέν σου τῇ τελειότητι· τοῦτο καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ λόγῳ καὶ ἐν τῷ παρόντι, σέ τε καὶ πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας παραιτούμενοι, τὸ μὴ οἴεσθαι ἡμᾶς ἀντιχειρεῖν ἑαυτοὺς ταῖς τοῦ διδασκάλου σπουδαῖς· ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν ἀναπληροῦντας ὡς ἦν δυνατὸν τὰ ἐλλείμματα, προσθεῖναι τὴν εἰς τὸν ἄνθρωπον θεωρίαν τοῖς κατὰ τὴν Ἑξαήμερον πονηθεῖσιν αὐτῷ· ἐνταῦθα δὲ διὰ τοὺς ἐπιζητοῦντας ἐν τοῖς γραφικοῖς νοήμασι τὸ ἀκόλουθον, ταῦτα γράψαι προθυμηθῆναι, ὡς ὁμοῦ τε τὴν λέξιν ἐπὶ τῶν γεγραμμένων φυλάττεσθαι, καὶ τὴν φυσικὴν θεωρίαν συναγορεύειν τῷ γράμματι. εἰ δὲ ἐλλειπῶς ἔχει τὰ εἰρημένα, φθόνος οὐδεὶς παρά τε τῆς σῆς συνέσεως, καὶ παρὰ ἑκάστου τῶν ἐντυγχανόντων ἐξεργασθῆναι τὰ λείποντα. οὐδὲ γὰρ τῶν πλουσίων τὴν δωροφορίαν ἐκώλυσεν, ἡ τῶν δυοῖν ὀβολοῖν γεγυμνωμένη παρὰ τῆς χήρας ἐπίδοσις· οὐθ᾽ ὅσοι τὰ δέρματα, καὶ τὰ ξύλα, καὶ τὰς τρίχας τῷ Μωϋσῇ πρὸς τὴν σκηνοποιΐαν εἰσήνεγκαν, ἐμπόδιον τοῖς τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ τοὺς τιμίους τῶν λίθων ἀνατιθεῖσιν ἐγένοντο. καὶ ἡμεῖς τοίνυν ἀγαπήσωμεν, εἰ ἐν τριχῶν τάξει τὰ παρ᾽ ἡμῶν κριθείη, μόνον γένοιτο διὰ τῆς ὑμετέρας πορφύρας, τῆς τῷ χρυσίῳ συμπλεκομένης, ἐπιτεθῆναι τῷ λόγῳ τὸν ἐπενδύτην, ᾧ ὄνομά ἐστι, λόγιόν τε καὶ δήλωσις καὶ ἀλήθεια, καθὼς φησὶ καὶ ὁ Μωϋσῆς ὁ τὰ τοιαῦτα κατασκευάζων τῷ ἱερεῖ περιβόλαια, κατὰ τὴν ὑφήγησιν τοῦ Θεοῦ, ᾧ πρέπει ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ μονογενεῖ υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A ordinem diſputando perſecuti ſumus, & nihil eorum, quæ primo aſpectu contraria videbantur, ab aliis diſcrepare pro viribus demonſtrauimus. In reliquis autem ad mundi procreationem pertinentibus, quæ ſex dierum ſpatio facta ſunt, immorari ſuperuacaneũ duximus, cum ſublimis illa præceptoris vox nihil omiſerit quod ad eam diſputationem pertineret, excepto hominis opificio, quod proprio libro, quem tibi, vir optime, ante hunc miſimus, nos explicauimus. Te autem, & omnes ad quorum manus hi libri peruenerint, rogatos volumus,
B vt in neutro illorum me ſtudio præceptoris putetis aduerſari: ſed in priore quidem relictum argumentum ſuſcipientem, addidiſſe diſputationem de homine, iis quæ in Hexaemeron ab eo fuerãt elaborata: in hoc autem propter eos qui in ſcripturæ monumentis ordinem requirunt, ad hæc ſcribenda ſic animum appuliſſe, vt verborum vis in iis quæ ſcripta ſunt, ſeruaretur, & naturalis commentatio à verbis non diſſentiret. Si quid autem omiſſum fuerit, ne graue ſit, vel tibi pro ſapientia tua, vel quicun-
C que hæc legerit, ea perficere quæ deeſſe iudicabit. Neque enim illa viduæ duorum obolorum oblatio diuitibus obſtitit, quo minus ampla ipſi ſua munera offerrent: nec qui pelles & ligna, & pilos Moſi ad tabernaculum exædificandum obtulerunt, aurum, & argentum, & lapides pretioſos offerẽtibus fuerunt impedimento. Nobiſcum igitur exiſtimabimus actum eſſe, ſi noſtra hæc munuſcula in pilorum numero habeantur, modo per veſtram auro contextam purpuram orationi imponatur ſuperindumentum, cui nomen eſt, Rationale, &
D Declaratio, & Veritas, ſicut appellat Moſes, qui tales amictus ſacerdoti confecit mandato Dei, cui cum vnigenito filio & Spiritu ſancto gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Marc. 12.

A

DE S. GREGORIO EPIGRAMMA NICETÆ.

Gregorius frater magni illius Baſilij
Hunc librum eximiæ condidit artis opus.
Nam cùm doctrinæ currum, poſt funera fratris,
Qui moderaretur, nullus in orbe foret:
Gregorius magno ſuccedens pectoris auſu
Perfecit propria fratris ab arte librum,
Suauiter enumerans iſto ſermone diſerto
Admirandū hominis fabrica quidquid habet.
Nempe olei largus tanquam de fonte perenni
Riuus facundi ſtillat ab ore viri.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ, ΝΙΚΗΤΑ.

Βίβλος ἐγὼ μεγάλοιο ἀδελφοῦ τοῦ Βασιλείου
Γρηγορείου τελέθω τέρματος εὐφυέος.
ΑΥτίκα γὰρ μετόπισθε πολυκλεγέος θανάτοιο,
Οἷά τις ἡνίοχος ἅρμασι τῆς σοφίης
ΑΥτὸς ἐπεμβεβαὼς ὠχήσατο ἰσόθεος φώς,
B ΟΥ καὶ ἀνεπλήρωσε τέρματα εὐφραδίας.
Ἔπρεπε γὰρ πλάσιν ἀνθρώποιο, κατασκευήν τε
Ἡ πολυφραδμοσύνῃ ἐξερέειν κοσμίως.
Τοῦ δὲ ἀπὸ στόματος καταλείβεται ὑγρὸν ἔλαιον
Ἦκα μάλα προχέον, ἄφθονον, ἡδύπνεον.

GREGORII EPISCOPI NYSSENI OPVS admirandum de hominis opificio Io. LEVVENCLAIO Interprete.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΑΥμαστὴ βίβλος περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου.

C

Ex editione Basil. apud Oporinū 1567.

GREGORIVS EPISCOPVS NYSSAE S.D. PETRO fratri Dei ſeruo.

SI eſſet, Petre frater, in more poſitum atque hominum inſtituto, vt excellenti virtute præditos viros opum quaſi quibuſdam præmijs ornandos putaremus: haud dubiè ne mundus quidem diuitiarum virtutem tuam æquauerit. Liceat enim mihi Salomonis hoc loco verbis vti: quando debita tibi ſanctiſſimo viro gratia maior eſt: quàm quæ vllo opum pretio æſtimanda veniat. Sed cùm ſacroſanctum Paſcha poſtulet, vt ex more tibi muneris aliquid, de quo amorem erga te meum perſpicias, tribuam: adfero quiddam ad te hominem præclarum, Deoque acceptum, non illud quidem te dignum, mea tamen facultate prope maius. Eſt autem munus hoc noſtrum Oratio, quaſi vila

ΤΩι ΑΔΕΛΦΩι ΔΟΥΛΩι Θεοῦ Πέτρῳ Γρηγόριος ἐπίσκοπος Νύσσης.

D

ΕΙ ταῖς διὰ τῶν χρημάτων τιμαῖς ἔδει γεραίρειν τοὺς κατ' ἀρετὴν διαφέροντας, μικρὸς ἄν, καθώς φησιν ὁ Σολομῶν, ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων ἐφάνη πρὸς τὸ γενέσθαι τῆς σῆς ἀρετῆς ἰσοστάσιος· ἐπεὶ κρεῖττον ἢ κατὰ πλούτου τιμὴν ἡ χρεωστουμένη τῇ σεμνότητί σου χάρις ἐστίν. ἀπαιτεῖ δὲ τὸ ἅγιον πάσχα τὴν συνήθη τῆς ἀγάπης δωροφορίαν, ἣν προσάγομέν σου τῇ μεγαλοφροσύνῃ, δῶρον ὦ ἄνθρωπε Θεοῦ μικρότερον μὲν, ἢ ὡς ἄξιον εἶναί σοι προσκομίζεσθαι· τῆς γε μὴν δυνάμεως ἡμῶν οὐκ ἐνδεέστερον. τὸ δὲ δῶρον λόγος ἐστὶν, οἷον ἱμά-

τινὸν τι πενιχρὸν ἐκ τῆς πτωχῆς ἡμῶν διανοίας οὐκ ἀπόνως ἐξυφασμένον. ἡ δὲ τοῦ λόγου ὑπόθεσις τολμηρὰ μὲν ἴσως τοῖς πολλοῖς εἶναι δόξει, πλὴν οὐκ ἔξω τοῦ πρέποντος ἐνομίσθη. μόνος γὰρ ἀξίως τὴν κτίσιν τοῦ Θεοῦ κατενόησεν, ὁ κατὰ Θεὸν κτισθεὶς ὄντως, καὶ ἐν εἰκόνι τοῦ κτίσαντος τὴν ψυχὴν μεμορφωμένος Βασίλειος, ὁ κοινὸς ἡμῶν πατὴρ καὶ διδάσκαλος, ὃς τὴν ὑψηλὴν τοῦ παντὸς διακόσμησιν εὔληπτον τοῖς πολλοῖς διὰ τῆς ἰδίας θεωρίας ἐποίησε, καὶ τὸν ἐν τῇ ἀληθινῇ σοφίᾳ παρὰ τοῦ Θεοῦ συστάντα κόσμον γνώριμον τοῖς διὰ τῆς συνέσεως αὐτοῦ τῇ θεωρίᾳ προσαγομένοις ποιήσας. ἡμεῖς δὲ καὶ τοῦ θαυμάζειν αὐτὸν κατ' ἀξίαν ἐνδεῶς ἔχοντες, ὅμως τὸ λεῖπον τοῖς τεθεωρημένοις παρὰ τοῦ μεγάλου προσθεῖναι διενοήθημεν. οὐχ ὡς νοθεύοντες δι' ὑποβολῆς τὸν ἐκείνου πόνον, οὐδὲ γὰρ θέμις τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο καθυβρισθῆναι στόμα τοῖς ἡμετέροις ἐπιφημιζόμενον λόγοις, ἀλλ' ὡς μὴ δοκεῖν ἐλλιπῆ τοῦ διδασκάλου τὴν δόξαν ἐν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ εἶναι. εἰ γὰρ λειπούσης τῆς Ἑξαημέρου, τῆς εἰς τὸν ἄνθρωπον θεωρίας, μηδεὶς τῶν μαθητευσαμένων αὐτῷ σπουδήν τινα πρὸς τὴν τοῦ λείποντος ἀναπλήρωσιν εἰσενέγκατο, εἶχεν ἂν εἰκότως κατὰ τῆς μεγάλης αὐτοῦ δόξης ὁ μῶμος λαβὴν, ὡς μὴ βουληθέντος ἕξιν τινὰ καθηγητικὴν τοῖς ἀκροαταῖς ἐνεργάσασθαι. νυνὶ δὲ κατὰ δύναμιν ἡμῶν ἐπιτολμησάντων τῇ ἐξηγήσει τοῦ λείποντος, εἰ μέν τι τοιοῦτον ἐν τοῖς ἡμετέροις εὑρεθείη, οἷον τῆς ἐκείνου διδασκαλίας μὴ ἀνάξιον εἶναι, εἰς τὸν διδάσκαλον πάντως τὴν ἀναφορὰν ἕξει· εἰ δὲ μὴ καθίκοιτο τῆς μεγαλοφυοῦς θεωρίας ὁ ἡμέτερος λόγος, ὁ μὲν ἔξω τῆς τοιαύτης ἔσται κατηγορίας, τοῦ μὴ βούλεσθαι δοκεῖν τοῖς μαθηταῖς ἐγγενέσθαι τι δεξιὸν, ἐκφυγὼν τὴν μέμψιν, ἡμεῖς δ' ἂν εἰκότως ὑπεύθυνοι δόξωμεν τοῖς μωμοσκοποῦσιν, ὡς οὐ χωρήσαντες ἐν τῷ μικροφυεῖ τῆς καρδίας ἡμῶν τοῦ καθηγητοῦ τὴν σοφίαν. ἔστι δ' οὐ μικρὸς ὁ προκείμενος ἡμῖν εἰς θεωρίαν σκοπὸς, οὐδέ τινος τῶν ἐν κόσμῳ θαυμάτων τὰ δεύτερα φερόμενος, τάχα δὲ καὶ μείζων ἑκάστου τῶν γνωριζομένων,

A vile quoddam veſtimentum in paupere ingenij noſtri officina, non tamen nullo labore contextum. Et quanquam futuros arbitror, qui audaciam in elaborando tali opere ſint repræhenſuri: nos tamen nihil in hoc committi aduerſus decori rationem perſuaſi ſumus. Baſilius enim, quo vterque vt patre magiſtróque vſi ſumus, factus haud dubiè Deo ſimillimus, & animo ad expreſſam creatoris imaginem conformatus, ſolus profectò creata Dei pro ipſorum præſtantia conſiderauit, & arduum hoc vniuerſitatis rerum elegantiſſimúmque B opificium conſideratione ſua ſic illuſtrauit, vt illud iam comprehendi ratione cuiuſuis poſſit: atque adeò mundi huius, vera Dei ſapientia conditi, cognitionem hominum animis indidit, quos doctrina ſua rerum ad contemplationem adduxit. Hunc nos quum admirari ſatis nullo modo poſſemus: viſum eſt quædam ad ea quæ magnus ille vir indagando perueſtigaſſet, adijcere: non quòd ipſius laborem partu ſuppoſititio contaminare ſit animus, quando nefas fuerit præclariſſimum C illud os affici iniuria, celebratum oratione noſtra: ſed vt magiſtri gloriam in diſcipulis nequaquam defeciſſe oſtendatur. Nam quum in enarratione operum quæ Deus ſex diebus abſoluit, hominis conſideratio deſit: ſi diſcipulorum nemo hac in parte perficienda operam impendiſſet ſuam, habuiſſet cauſſæ nonnihil aduerſus eximiam viri gloriam repræhenſorum libido, quaſi qui ad res animo indagandas auditores ſuos conſuefacere noluiſſet. Nunc quum ea nos, quæ deſunt, explananda ſuſcipere auſi ſumus, quantum qui- D dem in nobis erit: ſi hac noſtra in commentatione reperietur, quod ipſius doctrina non ſit indignum, id omne ſcilicet magiſtro acceptum ferendum erit: ſin autem oratio noſtra præſtantiſſimam ipſius in conſiderando vim non aſſequetur: accuſari ille nequaquam debebit, quaſi eruditionem diſcipulis inuiderit, à qua culpa alieniſſimus cenſendus erit, atque adeò nos merito noſtro ab curioſis iſtis repræhenſoribus rei peragemur, qui anguſto pectore magiſtri ſapientiam capere non potuerimus. Res quidem, in conſiderationem quæ venit, non exigua eſt, neque vlli earũ cedens quas hic mundus admirandas continet: atque haud ſcio an non omniũ, quarum cognitioné expetimus, maxima.

Non enim quidquam eorum omnium, quæ rerum in natura exiſtunt, Dei ad imaginem factum eſt, præter vnum hoc creatum, quod hominem dicimus. Idcirco benignos auditores perlubenter nobis veniam daturos confidimus, etiamſi longè infra dignitatem hæc à nobis exponantur. Nam in hac, opinor, inquiſitione noſtra nihil omnium eorum quæ homini initio accidiſſe credimus, & euentura deinceps expectamus, atque etiam nunc perſpicimus, omittendum erit. Profectò enim meritò ſtudium noſtrũ reprehenſionẽ incurreret, tanquam pollicitatione ſua longè inferius, ſi hominis propoſita conſideratione relinqueretur aliquid, quod ad inſtitutum hoc noſtrum faceret. Enimuero & illa quæ in hominis natura nunc à primo eiuſdem ſtatu conditionéque diuerſa eſſe, rebus ita ſeſe ferentibus, videmus: quum ex ſacrarum litterarum auctoritate, tum ratiocinationum acumine adijcienda erunt: vt congruat vniuerſa tractatio ad ſeriem atque ordinem rerum, quæ videntur eſſe illæ quidem inter ſe diuerſæ, eandem tamen ad metam tendunt: diuina nimirum poteſtate ſpem rebus extra omnem ſpem poſitis, & exitum perplexis inueniente. Cæterùm lucis ac perſpicuitatis gratia viſum eſt paucis capitibus rem omnem tibi ſubijcere, quo ſingulorum argumentorum totius commentationis vim, breuibus verbis comprehenſam, perſpicere liquidò poſſis.

A διότι οὐδὲν ἕτερον Θεῷ ἐκ τῶν ὄντων ὡμοίωται, πλὴν τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον κτίσεως. ὥστε παρὰ τοῖς εὐγνώμοσι τὴν ἀκρόασιν παρέχειν ἡμῖν τὴν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις συγγνώμην εἰκὸς, κἂν πολὺ κατόπιν τῆς ἀξίας ὁ λόγος ἔλθοι· δεῖ γὰρ οἶμαι τῶν περὶ τὸν ἄνθρωπον ἁπάντων, τῶν τε προγεγενῆσθαι πεπιστευμένων, καὶ τῶν εἰσύστερον ἐκβήσεσθαι προσδοκωμένων, καὶ τῶν νῦν θεωρουμένων μηδὲν παραλειπεῖν ἀνεξέταστον. ἦ γὰρ ἂν ἐλλιπεστέρα τοῦ

B ἐπαγγέλματος ἡ σπουδὴ διελέγχοιτο, εἰ τοῦ ἀνθρώπου προκειμένου τῇ θεωρίᾳ, παρεθείη τι τῶν συντεινόντων πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. ἀλλὰ καὶ τὰ δοκοῦντα περὶ αὐτὸν ἐναντίως ἔχειν, διὰ τὸ μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐξ ἀρχῆς γεγενημένοις, καὶ νῦν περὶ τὴν φύσιν ὁρᾶσθαι διά τινος ἀναγκαίας ἀκολουθίας· ἔκ τε τῆς γραφικῆς ὑφηγήσεως καὶ ἐκ τῆς παρὰ τῶν λογισμῶν εὑρισκομένης ἐπινοίας συναρτῆσαι προσήκει, ὡς ἂν συμβαίνοι πᾶσα ἡ ὑπόθεσις εἱρμῷ

C καὶ τάξει τῶν ἐναντίως ἔχειν δοκούντων πρὸς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πέρας συμφερομένων, οὕτω καὶ τῆς θείας δυνάμεως ἐλπίδα τοῖς παρ' ἐλπίδα, καὶ πόρον τοῖς ἀμηχάνοις ἐφευρισκούσης. Σαφηνείας δὲ χάριν καλῶς ἔχειν ᾠήθην, ἐπὶ κεφαλαίων σοι προθεῖναι τὸν λόγον, ὡς ἂν ἔχοις πάσης τῆς πραγματείας ἐν ὀλίγῳ τῶν καθέκαστον ἐπιχειρημάτων εἰδέναι τὴν ὑπόθεσιν.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΕΝ ᾯ ΤΙΣ ΕΣΤΙ ΜΕΡΙΚΗ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ φυσιολογία, καί τις ἁβροτέρα διήγησις περὶ τῶν προγεγονότων τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως.

B

ΑΥΤΗ ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, φησὶν ἡ γραφή. ὅτι συνετελέσθη πᾶν τὸ φαινόμενον, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν θέσιν ἕκαστον τῶν ὄντων ἀποκριθὲν ἀνεχώρησεν. ὅτε περιέσχεν ἐν κύκλῳ τὰ πάντα τὸ οὐράνιον σῶμα, τὴν δὲ μέσην τοῦ παντὸς ἀπέλαβε χώραν τὰ βαρέα καὶ κατωφερῆ τῶν σωμάτων, γῆ τε καὶ ὕδωρ, ἐν ἀλλήλοις διακρατούμενα. σύνδεσμος δέ τις καὶ βεβαιότης τῶν γενομένων ἡ θεία τέχνη καὶ δύναμις τῇ φύσει τῶν ὄντων ἐναπετέθη, διπλαῖς ἐνεργείαις ἡνιοχοῦσα τὰ πάντα· στάσει γὰρ καὶ κινήσει τὴν γένεσιν τοῖς μὴ οὖσι, καὶ τὴν διαμονὴν τοῖς οὖσιν ἐμηχανήσατο, περὶ τὸ βαρὺ καὶ ἀμετάθετον τῆς ἀκινήτου φύσεως, οἷον περί τινα πάγιον ἄξονα, τὴν ὀξυτάτην τοῦ πόλου κίνησιν, τροχοῦ δίκην ἐν κύκλῳ περιελαύνουσα, καὶ δι' ἀλλήλων ἀμφοτέροις συντηροῦσα τὸ ἀδιάλυτον τῆς τε κυκλοφορουμένης οὐσίας διὰ τῆς ὀξείας κινήσεως τὸ ναστὸν τῆς γῆς ἐν κύκλῳ περισφιγγούσης, τοῦ τε στερροῦ καὶ ἀνενδότου διὰ τῆς ἀμεταθέτου παγιότητος ἀδιαλείπτως ἐπιτείνοντος τὴν περὶ αὐτὴν κυκλουμένων τὴν δίνησιν. ἴση δὲ καθ' ἑκάτερον τῶν ταῖς ἐνεργείαις διεστηκότων ἡ ὑπερβολὴ ἐναπειργάσθη, τῇ τε στασίμῳ φύσει καὶ τῇ ἀστάτῳ περιφορᾷ. οὔτε γὰρ ἡ γῆ τῆς ἰδίας βάσεως μετατίθεται, οὔτε ὁ οὐρανός ποτε τὸ σφοδρὸν ἐνδίδωσι καὶ ὑποχαλᾷ τῆς κινήσεως. ταῦτα δὲ καὶ πρῶτα κατὰ τὴν τοῦ πεποιηκότος σοφίαν, οἷον τις ἀρχὴ τοῦ παντὸς

CAPVT I.

IN QVO DE MVNDO PARTICVLATIM DISSERITVR, iucundéque ea quæ hominis ortum præceſſere, commemorantur.

HIC eſt, inquiunt litteræ ſacræ, liber de ortu cœli ac terræ. Eo nimirum tẽpore, quidquid cernitur, perfectum fuit: atque creata ſingula ſecreta inter ſe, ſuum quælibet in locum commigrarunt, cœleſtéque corpus orbe ſuo vniuerſa complectebatur: grauibus ac deorſum vergẽtibus corporibus,

C terra & aqua, medium in rerum vniuerſitate locum occupantibus, amplexúque mutuò ſe continentibus. Indita tum eſt naturæ rerum diuina quædam ars ac facultas, quæ res conditas quaſi nexu quodã ſtabilitas perpetuaret, duplicique vi cuncta moderaretur. Nam quiete ac motu effectum eſt, vt res necdum exiſtentes orirentur, & ortæ conſeruarentur, quum circa res grauitate firmas, ac motus omnis expertes, veluti circa ſolidum quemdam axem, celerrimus poli motus inſtar rotæ ferretur, &

D & mutua quaſi ope ſemet hęc perpetuò continerent: natura quæ in orbem agitur, veloci motu ſuo terræ denſitatem vndique complexa, ac viciſſim rebus firmis nulláque ex parte cedentibus, immobili ſoliditate ſua conuerſionem volubilium augentibus. Atque his rebus diuerſa vi & efficacitate præditis, naturæ videlicet immobili, & alteri quietis experti, par quidem ineſt vtramque in partem exceſſus. Nam neque terra vnquam à ſtabilitate ſua dimoueri poteſt: neque cœlum de vehemente motus impetu quidquam remittit. Hæc prima omnium exſtitêre in ortu rerum, volente creatoris ſapientia

eſſe ea quoddam initium opificij ſui. Itaque magnum illum Moſen, quum ait initio cœlum ac terram Deum condidiſſe, hoc indicare voluiſſe exiſtimo: res vniuerſas, quæ inter creata cernuntur, déque voluntate ac ſententia Dei exortæ ſunt, à motu & quiete profectas eſſe. Atque hoc pacto cœlo & terra ex diametro inter ſe contraria effectione diſſidentibus: creata cetera, quæ his interiecta ſunt, quum nonnihil cum rebus ſibi contiguis commune habeant, inter extrema illa ſemet quaſi interponunt, vt facilè appareat quo pacto per ea quæ media inter hæc conſiſtunt, res ceteroqui diſſidentes mutuò connectantur. Nam aër modo quodam mobilitatem perpetuam, ſubtilitatémque igneæ naturæ imitatur. Eſt enim & leuitate naturali prædirus, & ad motum aptiſſimè comparatus. Neque tamē icciro planè eſt ab omni ſolidorum cognatione alienus. Nam vt ſemper motus expers non eſt, ita ſemper etiam non fluit aut ſpargitur: ſed fit quadam ad vtrumque cognatione, vt inter res effectionibus diuerſis aduerſantes ſibi quidam quaſi limes ſit: atque adeò natura inter ſe diſſidentia cùm conſociet, tum ſecernat. Eodem modo & humor duplici qualitate ad vtrumque horum aduerſantium perpetuò ſibi ſemet accommodat. Nam non exigua cum terra cognatione tenetur, quà grauis eſt, & quà deorſum fertur. Cæterùm qua etiam fluidum quiddam ei ineſt, viſque permeabilis: non prorſus à rebus iis, quæ res perpetuò mouentur, ſeiungi poteſt. Itaque & in humore hæc contraria inter ſe conſociantur, & quaſi coëunt, quum quod graue eſt motum recipiat, & contra motus à pondere nō impediatur. Hoc adeò pacto natura partibus extremis diſſidentia, per ea quę medium inter ipſa locum obtinent, coniunguntur. Et verò ſi accuratè rem exiſtimemus, ipſa aduerſantium ſibi natura, etiam propria quod ſingulorum attributa attinet, quiddam inter ſe commune habet: eam nimirum ob cauſſam, vt arbitror, quo res hoc in mundo vniuerſæ ad mutuam quandam concordiam natura ducantur: & quæ attributis propriis repugnare ſibi creata ſentimus, eadem viciſſim inter ſe conſpirent. Nam quum non vna hæc motus ſit ſpecies, quum quid de loco ad locum transfertur: verumetiam quum quid vel mutatur, vel conuertitur: natura

A μηχανήματος προκατεσκευάσθη τῶν ὄντων,
δεικνῦντος οἶμαι τοῦ μεγάλου Μωϋσέως διὰ
τοῦ, ἐν ἀρχῇ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρὰ
τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι εἰπεῖν, ὅτι κινήσεώς τε καὶ
στάσεως ἔκγονα τὰ ἐν τῇ κτίσει φαινόμενα πάντα,
τὰ κατὰ τὸ θεῖον βούλημα παραχθέντα εἰς
γένεσιν. τοῦ τοίνυν οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ἐκ διαμέτρου
πρὸς ἄλληλα κατὰ τὸ ἐναντίον τῆς ἐνεργείας
διεστηκότων, ἡ μεταξὺ τῶν ἐναντίων κτίσις
ἐν μέρει τῶν παρακειμένων μετέχουσα, δι'
ἑαυτῆς μεσιτεύει τοῖς ἄκροις, ὡς ἂν ἐπίδηλον
γενέσθαι τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐναντίων διὰ
B τοῦ μέσου συνάφειαν. τὸ γὰρ ἀεικίνητον καὶ λεπτὸν
τῆς πυρώδους οὐσίας μιμεῖται μέν πως ὁ ἀήρ,
ἔν τε τῷ κούφῳ τῆς φύσεως, καὶ τῷ πρὸς τὴν
κίνησιν ἐπιτηδείως ἔχειν. οὐ μὴν τοιοῦτός ἐστιν,
οἷος τῆς πρὸς τὰ πάγια συγγενείας ἀλλοτριοῦσθαι,
οὔτε ἀεὶ μένων ἀκίνητος, οὔτε διηνεκῶς
ῥέων καὶ σκεδαννύμενος· ἀλλὰ τῇ πρὸς ἑκάτερον
οἰκειότητι οἷόν τι μεθόριον τῆς τῶν ἐνεργειῶν
ἐναντιότητος γίνεται, μιγνὺς ἅμα καὶ διαιρῶν
ἐν αὐτῷ τὰ διεστῶτα τῇ φύσει. κατὰ τὸν αὐτὸν
λόγον, καὶ ἡ ὑγρὰ οὐσία διπλαῖς ποιότησι
C πρὸς ἑκάτερον τῶν ἐναντίων ἁρμόζεται. τῷ
μὲν γὰρ βαρεῖά τε καὶ κατωφερὴς εἶναι, πολλὴν
πρὸς τὸ γεῶδες τὴν συγγένειαν ἔχει· τῷ
δὲ μετέχειν ῥοώδους τινὸς καὶ πορευτικῆς ἐνεργείας,
οὐ πάντη τῆς κινουμένης ἠλλοτρίωται
φύσεως, ἀλλά τις ἐστὶ καὶ διὰ τούτου μίξις
τῶν ἐναντίων καὶ σύνοδος, τῆς τε βαρύτητος εἰς
κίνησιν μεταπεθείσης, καὶ τῆς κινήσεως ἐν τῷ
βάρει μὴ πεδηθείσης. ὥστε συμβαίνειν πρὸς
ἄλληλα τὰ κατὰ τὸ ἀκρότατον τῇ φύσει διεστηκότα
διὰ τῶν μεσιτευόντων ἀλλήλοις ἑνούμενα.
D να. μᾶλλον δὲ κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον οὐδὲ αὐτὴ
τῶν ἀντικειμένων ἡ φύσις ἀμίκτως πάντη
πρὸς τὴν ἑτέραν τοῖς ἰδιώμασιν ἔχει, ὡς ἂν
οἶμαι πάντα πρὸς ἄλληλα νεύοι τὰ κατὰ τὸν
κόσμον φαινόμενα, καὶ ξυμπνέοι πρὸς ἑαυτὴν
ἡ κτίσις ἐν τοῖς τῶν ἀντικειμένων ἰδιώμασι
διεισκομένη. τῆς γὰρ κινήσεως οὐ μόνον
κατὰ τὴν τοπικὴν μετάστασιν νοουμένης, ἀλλὰ καὶ
ἐν τροπῇ καὶ ἀλλοιώσει θεωρουμένης· πάλιν δ'
αὖ, τῆς

τοῦ, τῆς ἀμεταθέτου φύσεως τὴν κατὰ τὸ ἀλλοιοῦσθαι κίνησιν οὐ προσιεμένης, ἐναλλάξασα τὰς ἰδιότητας ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, τῷ μὲν ἀεικινήτῳ τὸ ἄτρεπτον, τῷ δὲ ἀκινήτῳ τὴν τροπὴν ἐνεποίησε, προμηθείᾳ τινὶ τάχα τὸ τοιοῦτον οἰκονομήσασα, ὡς ἂν μὴ τὸ τῆς φύσεως ἴδιον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἄτρεπτόν τε καὶ ἀμετάθετον, ἐπί τινος τῶν κατὰ τὴν κτίσιν βλεπομένων, Θεὸν νομίζεσθαι τὸ κτίσμα ποιήσειε. οὐ γὰρ ἔτι θεότητος ὑπόληψιν σχοίη, ὅπερ ἂν κινούμενον ἢ ἀλλοιούμενον τύχῃ. διὰ τοῦτο ἡ μὲν γῆ στάσιμός ἐστι, καὶ οὐκ ἄτρεπτος, ὁ δὲ οὐρανὸς τοῦ ἐναντίου τὸ τρεπτὸν οὐκ ἔχων, οὐδὲ στάσιμον ἔχει. ἵνα τῇ μὲν ἑστώσῃ φύσει τὴν τροπὴν, τῇ δὲ μὴ τρεπομένῃ τὴν κίνησιν ἡ θεία συμπλέξασα δύναμις, καὶ ἀλλήλοις ἀμφοτέρας τῇ ἐναλλάξει τῶν ἰδιωμάτων προσοικειώσῃ, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ὑπολήψεως ἀλλοτριώσῃ. οὐδέτερον γὰρ ἂν τούτων, καθὼς εἴρηται, τῆς θειοτέρας φύσεως νομισθείη. οὔτε τὸ ἄστατον, οὔτε τὸ ἀλλοιούμενον. ἤδη τοίνυν τὰ πάντα πρὸς τὸ ἴδιον ἔφθασε τέλος. συνετελέσθη γὰρ, καθώς φησι Μωϋσῆς, ὅ, τε οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ τὰ διὰ μέσου πάντα, καὶ τῷ καταλλήλῳ κάλλει τὰ καθέκαστον διεκοσμήθη. ὁ οὐρανὸς μὲν ταῖς τῶν φωστήρων αὐγαῖς, θάλαττα δὲ καὶ ἀὴρ τοῖς νηκτοῖς τε καὶ ἐναερίοις τῶν ζώων, γῆ δὲ ταῖς παντοίαις τῶν φυτῶν τε καὶ βοσκημάτων διαφοραῖς, ἅπερ ἀθρόως ἅπαντα θείῳ βουλήματι δυναμωθεῖσα κατὰ ταὐτὸν ἀπεκύησε· καὶ πλήρης μὲν ἦν τῶν ὡραίων ἡ γῆ, ὁμοῦ τοῖς ἄνθεσι τοὺς καρποὺς ἐκβλαστήσασα. πλήρεις δὲ οἱ λειμῶνες τῶν, ὅσα τοὺς λειμῶνας ἐπέρχεται. πᾶσαί τε ῥαχίαι καὶ ἀκρώρειαι, καὶ πᾶν ὅσον πλάγιόν τε καὶ ὕπτιον, καὶ ὅσον ἐν κοίλοις, τῇ νεοθαλεῖ πόᾳ καὶ τῇ ποικίλῃ τῶν δένδρων ὥρᾳ κατεστεφανοῦτο, ἄρτι μὲν τῆς γῆς ἀνισχόντων, εὐθὺς δὲ πρὸς τὸ τέλειον κάλλος ἀναδραμόντων. ἐγεγήθει δὲ πάντα κατὰ τὸ εἰκὸς, καὶ διεσκίρτα τὰ τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ ζωογονηθέντα βοτὰ, κατ᾽ ἀγέλας τε καὶ κατὰ γένη ταῖς λόχμαις ἐνδιαθέοντα,

A porrò incommutabilis eam motûs ſpeciem, qua quid mutatur, non admittat: iccirco diuina ſapientia permutatis vtrinque proprietatibus, naturam rerum ſemper mobilium nulli mutationi ſubiectam, alteram verò motus expertium mutabilẽ eſſe voluit. Atque hoc haud dubiè prudentia ſingulari inſtituit, ne homines in rebus creatis, quas cernimus, eſſe aliquid perpetuò immutabile animaduertẽtes, natura hoc ei tribuente: idem pro Deo colerent. Non enim vero conſentaneum videri poteſt ei rei diuinitatẽ ineſſe, quæ res vel motui vel B immutationi obnoxia ſit. Iccirco terrã quidem firmam eſſe videmus, at mutationibus obnoxiã. Cœlum cõtrà, quum ſit omnis expers mutationis, numquam quieſcit. Voluit nimirum Deus, quum immobili naturæ mutabilitatẽ, contráque mutabilitatis experti motũ adiungeret, vtramque inter ſe per hanc proprietatũ permutationem, quadã quaſi cognatione deuincire, atque etiam impedire quo minus ineſſe numen hiſce rebus exiſtimaretur. Nam, vti modò expoſitum à nobis eſt, neque res quietis C omnis expers, neque item ea quę mutationi obnoxia eſt, habere diuinitatis aliquid cenſeri poteſt. Atque hoc quidem modo res vniuerſæ perfectionem ſuam adeptæ ſunt. Sic enim Moſes loquitur: Perfectáq. ſunt cœlum, terra, res eorum in medio compræhenſæ omnes, ac pulchritudine ſingulis conueniente cuncta ſunt exornata: cœlum quidem lucidorum ſiderum fulgore, mare verò & aër animalibus natando volandóq. vtrumque permeãtibus, terra denique omnis generis plantarum ac paſtus varietate, omnia iſthæc abundè eodem quaſi momento pariens, benigna Dei voluntate D vires eius confirmante. Itaque rerum ei pulcherrimarũ copia non deerat, quum & flores & fructus vnà produceret. Erat & in pratis earum rerum copia, quæ res in eis proueniunt. Præterea rupes editas, montiúmque vertices, & loca in his vel latera verſus decliuia, vel ſupina: ipſas deniq. valles erat cernere venuſtiſſimè redimitas herbis tum primũ natis, arborúmque varia elegantia: quæ tametſi recens è terra eſſent exortæ, continuò tamen ad pulchritudinem eximiam excreuerant. Atque haud dubiè vniuerſa tum armenta, quibus nutu ſuo vitam Deus largitus erat, ſingulari voluptate affecta exſultabant, gregatímque cum aliis ſui generis per ſiluas obuagabantur.

E

Accedebat auium muſicarum concen-
tus, quo loca paſſim tecta & opaca per-
ſonabant. Fuiſſe & maris aſpectum con-
ſentaneum eſt huiuſmodi quemdam,
vt illud ad quietem trãquillitatémque
compoſitum eſſet, iis præcipuè in locis,
in quibus concaui quidã ſinus frequen-
tes erant: portúſque & ſtationes mari-
næ ſponte ſua ex Dei nutu littoribus
impreſſæ, mare quaſi manſuefactum
continenti terræ iungebãt. Ipſi fluctuũ
motus perquàm ſedati, pratorum venu-
ſtati reſpondebant, teneris & innoxiis
auris eos extrema in ſuperficie leuiter
erigentibus. Denique vniuerſus creato-
rum theſaurus iam terra maríque para-
tus erat, quum is ſolum deſideraretur
qui eo frui poſſet.

A ταῖς δὲ τῶν μουσικῶν ὀρνίθων ᾠδαῖς ἀπανταχῆ περιηχεῖτο πᾶν, ὅσον κατηρεφές τε καὶ σύ-
σκιον. ἥ τε κατὰ θάλατταν ὄψις, ὡς εἰκὸς, ἄλ-
λη τοιαύτη τις ἦν, ἄρτι περὶ ἡσυχίαν τε
καὶ γαλήνην ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν κοί-
λων καθισταμένη, καθ' ἣν ὅρμοι καὶ λιμένες
θείᾳ βουλήσει ταῖς ἀκταῖς αὐτομάτως ἐγκοι-
λανθέντες, προσημέρουν τῇ ἠπείρῳ τὴν θά-
λατταν. αἵ τε ἠρεμαῖαι τῶν κυμάτων κινήσεις
τῷ κάλλει τῶν λειμώνων ἀνθωραΐζοντο, ὑ-
πὸ λεπταῖς καὶ ἀπήμοσιν αὔραις κατ' ἄκραν
B τὴν ἐπιφάνειαν γλαφυρῶς ἐπιφρισσούσαις. καὶ
ἅπας ὁ κατὰ τὴν κτίσιν πλοῦτος, κατὰ γῆν
τε καὶ θάλατταν ἕτοιμος ἦν, ἀλλ' ὁ μετέ-
χων οὐκ ἦν.

CAPVT II.

Quamobrem creatis rebus cæteris, vltimus omnium homo conditus ſit.

NONDVM eximium illud & ma-
ximi pretij creatum, quod homi-
nem dicimus, in hoc vniuerſitatis orna-
tiſſimo domicilio verſabatur. Quippe
conſentaneum non erat, imperatorem
exiſtere prius, quàm eos, quibus eſſet
cum poteſtate præfuturus. Præparato
nimirum ante omnia imperio, tum de-
inde proximum erat regem deſignari.
Iccirco vniuerſitatis huius creator, ei
qui imperaturus erat, quamdam ſedem
regiam præſtruxit. Ea verò terra erat,
& inſulæ, & mare, & ipſum cœlum,
quo hæc omnia tanquam tecto conca-
merantur. Atque his in palatiis omnis
generis opes conditæ ſunt. Opum verò
nomine creata vniuerſa intelligo, cùm
plantas & germina, tùm cætera ſenſu,
vita & animo prædita. Quòd ſi etiam
res aliæ inter has opes recenſeri meren-
tur, quas ob elegantiam quamdam
magni pretij eſſe hominum oculi iudi-
cant: verbi gratia, aurum, argentum,
lapilli, quos homines vſqueadeò ex-
petunt: horum etiam in terræ ſinus
intimos copiam, velut in theſauros re-
gios abdidit. Ita deinde hominem de-
ſignauit horum mundi miraculorum
partim ſpectatorem, partim dominum,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Διὰ τί μετὰ τὴν κτίσιν τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος.

C ΟΥΠΩ γὰρ τὸ μέγα τοῦτο καὶ τίμιον
χρῆμα ὁ ἄνθρωπος τῷ κόσμῳ τῶν ὄν-
των ἐπεχωρίαζεν. οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς τὸν ἄρ-
χοντα πρὸ τῶν ἀρχομένων ἀναφανῆναι, ἀλλὰ
τῆς ἀρχῆς προετοιμασθείσης, ἀκόλου-
θον ἦν ἀναδειχθῆναι τὸν βασιλεύοντα. ἐπειδὴ
τοίνυν οἷόν τινα βασίλειον καταγωγὴν τῷ μέλ-
λοντι βασιλεύειν ὁ τοῦ παντὸς ποιητὴς προευ-
τρέπισεν, αὕτη δὲ ἦν γῆ τε καὶ νῆσοι, καὶ θά-
λαττα, καὶ οὐρανὸς ὑπὲρ τούτων ὀρόφου δί-
κην ἐπικυρτούμενος· πλοῦτος δὲ παντοδα-
πὸς τοῖς βασιλείοις τούτοις ἐναπετέθη, πλοῦ-
D τον δὲ λέγω πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὅσον ἐν φυ-
τοῖς καὶ βλαστήμασι, καὶ ὅσον αἰσθητικόν τε καὶ
ἔμπνουν καὶ ἔμψυχον, εἰ δὲ χρὴ καὶ τὰς ὕλας
εἰς πλοῦτον καταριθμήσασθαι, ὅσαι διά τι-
νος εὐχροίας τίμιαι τοῖς ἀνθρωπίνοις ὀφθαλ-
μοῖς ἐνομίσθησαν, οἷον χρυσίον τε καὶ ἀργύ-
ριον, καὶ τῶν λίθων δὲ τούτων οὓς ἀγαπῶσιν οἱ ἄν-
θρωποι, καὶ τούτων πάντων τὴν ἀφθονίαν κα-
θάπερ τισὶ βασιλικοῖς θησαυροῖς τοῖς τῆς γῆς
κόλποις ἐγκατακρύψας· οὕτως ἀναδείκνυσιν ἐν
τῷ κόσμῳ τὸν ἄνθρωπον, τῶν ἐν τούτῳ θαυμά-
των, τῶν μὲν θεατὴν ἐσόμενον, τῶν δὲ κύριον.

ὡς διὰ μὲν τῆς ἀπολαύσεως τὴν σύνεσιν τοῦ χορηγοῦντος ἔχειν, διὰ δὲ τοῦ κάλλους τε καὶ μεγέθους τῶν ὁρωμένων τὴν ἄῤῥητόν τε καὶ ὑπὲρ λόγον τοῦ πεποιηκότος δύναμιν ἀνιχνεύειν. Διὰ ταῦτα τελευταῖος μετὰ τὴν κτίσιν εἰσήχθη ὁ ἄνθρωπος, οὐχ ὡς ἀπόβλητος ἐν ἐσχάτοις ἀποῤῥιφείς, ἀλλ' ὡς ἅμα τῇ γενέσει βασιλεὺς εἶναι τῶν ὑποχειρίων προσήκων. καὶ ὥσπερ τις ἀγαθὸς ἑστιάτωρ οὐ πρὸ τῆς παρασκευῆς τῶν ἐδωδίμων τὸν ἑστιώμενον εἰσοικίζεται, ἀλλ' εὐπρεπῆ τὰ πάντα παρασκευάσας, καὶ φαιδρύνας τοῖς καθήκουσι κόσμοις τὸν οἶκον, τὴν κλισίαν, τὴν τράπεζαν, ἐφ' ἑτοίμοις ἤδη τοῖς πρὸς τὴν τροφὴν ἐπιτηδείοις, ἐφέστιον ποιεῖται τὸν δαιτυμόνα· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ πλούσιός τε καὶ πολυτελὴς τῆς φύσεως ἡμῶν ἑστιάτωρ παντοίοις κάλλεσι κατακοσμήσας τὴν οἴκησιν, καὶ τὴν μεγάλην ταύτην καὶ παντοδαπὴν πανδαισίαν ἑτοιμασάμενος, οὕτως εἰσάγει τὸν ἄνθρωπον, ἔργον αὐτῷ δοὺς οὐ τὴν κτῆσιν τῶν μὴ προσόντων, ἀλλὰ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν παρόντων. καὶ διὰ τοῦτο διπλᾶς αὐτῷ τῆς κατασκευῆς τὰς ἀφορμὰς καταβάλλεται, τῷ γηΐνῳ τὸ θεῖον ἐγκαταμίξας· ἵνα δι' ἀμφοτέρων συγγενῶς τε καὶ οἰκείως πρὸς ἑκατέραν ἀπόλαυσιν ἔχῃ, τοῦ Θεοῦ μὲν διὰ τῆς θειοτέρας φύσεως, τῶν δὲ κατὰ τὴν γῆν ἀγαθῶν διὰ τῆς ὁμογενοῦς αἰσθήσεως ἀπολαύων.

A qui de horum fruitione ſapiētiam eius, qui hæc ſubminiſtraſſet, agnoſceret: de pulchritudine verò magnitudineq́. eorumdem, creatoris poteſtatem inueſtigaret illam, quæ neque comprænhendi ratione, neque exponi enarrādo poteſt. Hæ igitur cauſſę ſunt, quamobrem poſt creata cætera conditus homo ſit. Non enim putandum eſt, iccirco ad extrema reiectū fuiſſe, quòd vilis eſſet, ſed quòd eum ſtatim ab ortu ſuo reliquorum omnium tanquā ſubditorum, regem eſſe oportebat. Atque vt egregius conuiuator, antequā cibi parati ſint, conuiuam domum ſuam non deducit: ſed omnibus primùm eleganter inſtructis, ædi-

B bus, cenaculo, menſa ſplendidè exornatis, rebus denique ad victum neceſſariis omnibus comparatis, tum deinde conuiuam excipit: ita opulentus ille, ſumptuoſúſque conuiuator noſter, domo prius variis rebus eleganter ornata, epulóque magno inſtructo, quod omnis generis delicias haberet, tum demum hominem introducit: cuius eſſet opus, nō ea quæ abeſſent parare, ſed oblatis frui. Propterea duabus vt rebus hominis opificium conſtaret fecit, commiſtis nimirum diuinis ac terrenis, vt eſſe tam Dei quàm terreſtriū rerum fruitionem naturæ ſuæ conſentaneam ac propriam

C ſtatueret: Deóque per naturam diuiniorem, bonis autē terrenis per ſenſum, qui eiuſdem eſſet generis, frueretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅτι τιμιωτέρα πάσης τῆς φαινομένης κτίσεως ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις.

ΑΞΙΟΝ δὲ μηδὲ τοῦτο παρελθεῖν ἀθεώρητον, ὅτι τοῦ τηλικούτου κόσμου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν μερῶν στοιχειωδῶς πρὸς τὴν τοῦ παντὸς σύστασιν ὑποβληθέντων, ἀποσχεδιάζεταί πως ἡ κτίσις ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως ὁμοῦ τῷ προστάγματι ὑφισταμένη. τῆς δὲ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς βουλὴ προηγεῖται, καὶ προτυποῦται παρὰ τοῦ τεχνιτεύοντος, διὰ τῆς τοῦ λόγου γραφῆς τὸ ἐσόμενον, καὶ οἷον εἶναι προσήκει, καὶ πρὸς ποῖον ἀρχέτυπον τὴν ὁμοιότητα φέρειν, καὶ ἐπὶ τίνι γίνεται, καὶ τί ἐνεργήσει γενόμενον, καὶ τίνων ἡγεμονεύσει,

CAPVT III.

Hominis naturam omni creato quod cernimus præſtantiorem eſſe.

D ILLVD etiam conſideratione noſtra dignum eſt, quòd quum mundus hic talis ac tantus, omnéſque eius partes ad machinam vniuerſitatis rerum conſtituendam ordine congeſtæ eſſent: nullo, vt ita dicam, negocio natura rerum à Deo creata ſit, & continuò ad eiuſdem nutum exſtiterit. At hominis fabricationem deliberatio præcedit, & futuri operis ab artifice forma orationis pictura delineatur. Qualem videlicet hominem eſſe oporteat, qualíſque exemplaris imaginem referre, quamobrem creādus, & creati quæ futuræ ſint actiones, quibus cum imperio ſit pręfuturus:

de his igitur omnibus diſpicitur, vt præſtantiam homo dignitatémque ſuam obtineret, & prius etiam rerum vniuerſarum principatũ conſequeretur, quàm ortus eſſet. Iccirco Moſes ait, Deum hoc quodam modo loquutum eſſe: Faciamus hominem ad imaginem noſtri, ac ſimilitudinem, eſtóque hominibus imperium quum in maris piſces, tum terræ belluas, aëriſque volucres, in iumenta, in terram denique vniuerſam. O rem admirandam. Sol creatur nulla deliberatione præcedente, eodémque pacto cœlum: quibus duobus nihil eſſe par creatis in rebus poteſt. Vno verbo huiuſmodi in rerum natura miraculum exſtitit: neque vnde, vel quomodo ea facta ſint, expoſitum eſt. Idem cæteris in rebus ſingulis vſuuenit. Æther, ſidera, interiectus inter hæc & nos aër, mare, terra, animalia, plantæ, omnia vno Dei verbo in ortum producta ſunt. Solius ad hominis fabricationem creator ille vniuerſitatis rerum quadam cum conſideratione accedit: præparatáque primum opificij materie, illiúſque forma ad eximiæ pulchritudinis exemplar exprimendum deſignata, ſine etiam propoſito, ad quem creandus eſſet: tum deinde naturam ſibi conſimilem & actionibus affinem fabricat, quæ operi, cui deſtinaretur, eſſet aptiſſima.

Geneſ.1.

A πάντα προδιασκοπεῖται ὁ λόγος, ὡς πρεσβυτέραν αὐτὸν τῆς γενέσεως τὴν ἀξίαν λαχεῖν, πρὶν παρελθεῖν εἰς τὸ εἶναι τὴν τῶν ὄντων ἡγεμονίαν κτησάμενον. εἶπε γάρ, φησιν, ὁ Θεός, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ ὁμοίωσιν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς. ὢ τοῦ θαύματος. ἥλιος κατασκευάζεται, καὶ οὐδεμία προηγεῖται βουλή. οὐρανὸς ὡσαύτως, ὧν οὐδέν τι τῶν κατὰ τὴν κτίσιν ἴσον ἐστί, ῥήματι μόνῳ τὸ τοιοῦτον θαῦμα συνίσταται, οὔτε ὅθεν, οὔτε ὅπως, B οὔτε ἄλλό τι τοιοῦτον παρασημηναμένου τοῦ λόγου. οὕτω καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα, αἰθήρ, ἀστέρες, ὁ διὰ μέσου ἀήρ, θάλασσα, γῆ, ζῶα, φυτά, πάντα λόγῳ πρὸς γένεσιν ἄγεται. μόνῃ δὲ τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ περιεσκεμμένως πρόσεισιν ὁ τοῦ παντὸς ποιητής, ὡς καὶ ὕλην αὐτῷ τῆς συστάσεως προετοιμάσαι, καὶ ἀρχετύπῳ τινὶ κάλλει τὴν μορφὴν ὁμοιῶσαι, καὶ προθέντα τὸν σκοπόν, οὗ χάριν γενήσεται, κατάλληλον αὐτῷ καὶ οἰκείαν ταῖς ἐνεργείαις δημιουργῆσαι τὴν φύσιν, ἐπιτηδείως πρὸς τὸ προκείμενον C ἔχουσαν.

CAPVT IIII.

Hominis opificium in omnibus imperatoriam quandam auctoritatem oſtentare.

NAM quemadmodũ in rebus humanis artifices iis inſtrumẽtis quæ fabricantur, formã talem tribuunt, qualis eſſe ad vſum, cui deſtinantur, aptiſſima videri poteſt: ſic præſtantiſſimus ille rerum artifex naturã noſtram cõdidit velut inſtrumentũ quoddã regno adminiſtrando idoneũ. vtque eſſet ad hoc homo quàm aptiſſimus, quum præſtantiſſimis animi dotibus, tum ea quam cernimus, corporis eum forma exornauit. Et animus quidem regiam excelſámq. dignitatẽ ſuam longè ab humilitate priuata ſeiunctã, in eo declarat: quòd dominum neminem agnoſcit, & ſuo ex arbitrio agit omnia: meróq. & ſummo imperio, vt ipſi libet, ſemet gubernat. Nam cui tandem hoc conuenit, ſi non regi?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι διὰ πάντων ἐπισημαίνει τὴν ἀρχικὴν ἐξουσίαν ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευή.

ΚΑΘΑΠΕΡ γὰρ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ D καταλλήλως τῇ χρείᾳ σχηματίζεται παρὰ τῶν τεχνιτευόντων τὸ ὄργανον· οὕτως οἷόν τι σκεῦος εἰς βασιλείας ἐνέργειαν ἐπιτήδειον τὴν ἡμετέραν φύσιν ὁ ἀριστοτέχνης ἐδημιούργησε, τοῖς τε κατὰ τὴν ψυχὴν προτερήμασι καὶ αὐτῷ τῷ τοῦ σώματος σχήματι τοιοῦτον εἶναι παρασκευάσας, οἷον ἐπιτηδείως πρὸς βασιλείαν ἔχειν. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τὸ βασιλικόν τε καὶ ἐπηρμένον αὐτόθεν δείκνυσι πόρρω τῆς ἰδιωτικῆς ταπεινότητος κεχωρισμένον, ἐκ τοῦ ἀδέσποτον αὐτὴν εἶναι καὶ αὐτεξούσιον, ἰδίοις θελήμασιν αὐτοκρατορικῶς διοικουμένην· τίνος γὰρ ἄλλου τοῦτο, καὶ οὐχὶ βασιλέως ἐστί;

καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, τὸ τῆς δυναστευούσης τῶν πάντων φύσεως εἰκόνα γενέσθαι, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ εὐθὺς βασιλίδα δημιουργηθῆναι τὴν φύσιν. ὥσπερ γὰρ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην συνήθειαν οἱ τὰς εἰκόνας τῶν κρατούντων κατασκευάζοντες, τόν τε χαρακτῆρα τῆς μορφῆς ἀναμάσσονται, καὶ τῇ περιβολῇ τῆς πορφυρίδος τὴν βασιλικὴν ἀξίαν συμπαραγράφουσι, καὶ λέγεται κατὰ συνήθειαν καὶ ἡ εἰκὼν, βασιλεύς· οὕτω καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἐπειδὴ πρὸς ἀρχὴν τῶν ἄλλων κατεσκευάζετο, διὰ τῆς πρὸς τὸν βασιλέα τοῦ παντὸς ὁμοιότητος, οἷόν τις ἔμψυχος εἰκὼν ἀνεστάθη, κοινωνοῦσα τῷ ἀρχετύπῳ καὶ τῆς ἀξίας καὶ τοῦ ὀνόματος· οὐ πορφυρίδα περικειμένη, οὐδὲ σκήπτρῳ καὶ διαδήματι τὴν ἀξίαν ἐπισημαίνουσα, οὐδὲ γὰρ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τούτοις ἐστίν· ἀλλ' ἀντὶ μὲν τῆς ἁλουργίδος τὴν ἀρετὴν ἠμφιεσμένη, ὃ δὴ πάντων βασιλικώτατον ἐσθημάτων ἐστίν. ἀντὶ δὲ τοῦ σκήπτρου, τῇ μακαριότητι τῆς ἀθανασίας ἐρειδομένη, ἀντὶ δὲ τοῦ βασιλικοῦ διαδήματος, τῷ τῆς δικαιοσύνης στεφάνῳ κεκοσμημένη. ὥστε διὰ πάντων ἐν τῷ τῆς βασιλείας ἀξιώματι δείκνυσθαι δι' ἀκριβείας πρὸς τὸ ἀρχέτυπον κάλλος ὁμοιωθεῖσαν.

A Præterea hominem naturæ diuinæ, cuius omnia parent imperio, imaginem eſſe: nihil eſſe putandum eſt aliud, quàm regium ei decus ipſa in creatione tributum eſſe. Quemadmodum enim more humano, qui principum imagines faciunt, natiua formæ indicia effingunt, atque etiam purpuræ amictu regiam dignitatem exprimunt: eáque deinde ſuis imago numeris abſoluta, ex conſuetudine Rex appellatur: Ita & hominis natura, ſic condita vt reliquorum creatorum domina eſſet; propter eam, qua Regem B vniuerſitatis huius refert, ſimilitudinem, imago quaſi viua erecta eſt, cum qua & dignitas & nomen archetypi communicaretur. Atque hæc imago non purpura eſt exornata, neque ſceptro & regia faſcia præſtantiſſimam dignitatem ſuam vt oſtentaret neceſſe habebat: quando ne ipſum quidem exemplum, ad quod eſt conformata, rebus in huiuſmodi conſiſtit: ſed pro purpura virtute amicta eſt, quo cultu nihil magis eſſe regium poteſt: pro ſceptro, immortali beatitate ſuffulta: pro C regia faſcia, iuſtitiæ corona exornata. Denique de omnibus quæ maieſtati regiæ conueniunt, apparet, vnam hanc imaginem, pulchritudinem principis exemplaris accuratè referre.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅτι ὁμοίωμα τῆς θείας βασιλείας ὁ ἄνθρωπος.

ΤΟ δὲ θεῖον κάλλος οὐ σχήματί τινι, καὶ μορφῆς εὐμορφίᾳ, διά τινος εὐχροίας ἀγλαΐζεται· ἀλλ' ἐν ἀφράστῳ μακαριότητι κατ' ἀρετὴν θεωρεῖται. ὥσπερ τοίνυν τὰς ἀνθρωπίνας μορφὰς διὰ χρωμάτων τινῶν ἐπὶ τοὺς πίνακας οἱ γραφεῖς μεταφέρουσι, τὰς οἰκείας τε καὶ καταλλήλους βαφὰς ἀπαλείφοντες τῷ μιμήματι, ὡς ἂν δι' ἀκριβείας τὸ ἀρχέτυπον κάλλος μετενεχθείη πρὸς τὸ ὁμοίωμα· οὕτω μοι νόει καὶ τὸν ἡμέτερον πλάστην, οἷόν τισι βαφαῖς τῇ τῶν ἀρετῶν ἐπιβολῇ πρὸς τὸ ἴδιον κάλλος τὴν εἰκόνα περιανθίσαντα, ἐν ἡμῖν δεῖξαι τὴν ἰδίαν ἀρχήν. πο-

CAPVT V.

Hominem diuini imperij imaginem exhibere.

CÆTERVM pulcritudo illa diuina, non vlla in forma vel eximia venu- D ſtate externa reſplendet, ſed in beatitate ſecundum virtutem ineffabili conſiſtit. Iccirco quemadmodum pictores coloribus quibuſdam figuras humanas in tabulis exprimunt, omníque ſtudio colores proprios & conuenientes addere picturæ ſuæ conantur, vt pulcritudinem eius, quod exprimunt, exemplaris accuratè in imaginem ipſam transferant: ſic noſtrum etiam conditorem exiſtimabis, indentem virtutes animis noſtris, iiſdem veluti coloribus imaginem ſuam ad ſimilitudinem propriæ pulcritudinis ornaſſe, vt principatus ſui imago in nobis perſpiceretur. Sunt autem

multiplices ac varij huius imaginis colores, quibus natiua Dei forma ad viuum exprimitur: non illi quidem vel rubor, vel ſplendor, vel facta ſecundum qualitatum proportionem horum inter ſe commiſtio, vel atramenti ad fucum vſurpatio, qua ſupercilia oculíve ſublinantur, ac quodam temperamento partes depreſſæ ſubluſtres reddantur, vel ſi quid eſt huiuſmodi quod artificum induſtria reperit: ſed puritas, immunitas à perturbationibus, beatitudo, condicio mali omnis expers, & his alia conſimilia, quæ hominem Deo parem efficiunt. Eiuſmodi floribus hominum naturam artifex ille propriæ imaginis ornauit. Quod ſi & alia libet perquirere, quibus diuina pulcritudo exprimitur: intelliges etiam illa quod attinet, ſimilitudinem in imagine noſtra accuratè ſeruatam eſſe. In natura diuina eſt mens &

Ioan. 1. ſermo. Eſt enim ſacris in litteris proditum, initio rerum Sermonē iam fuiſſe. Paulus etiam vates Chriſti mentem habuiſſe tradit, per eos loquentem. Conſentaneum his quiddam eſt in homine. Nam in teipſo animaduertis & ſermonem eſſe, & vim intelligētem, quæ ſunt veræ illius mentis & ſermonis imago. Deus itē charitas eſt, & fons ipſe amoris mutui. Sic enim magnus ille Ioānes lo-

Ioan. 2. quitur, quū ait: Ex Deo eſt charitas, &

Ioan. 13. Deus ipſe nihil eſt aliud quàm charitas. Etiā hanc faciei noſtræ notā rerū creator impreſſit: itaq. inquit: Ex eo intelligent omnes, vos meos eſſe diſcipulos, ſi mutuo vos amore complectemini. Iccirco ſi mutuus hic amor in nobis deſideretur, totius imaginis notæ mutatæ ſcilicet erunt. Omnia intuetur diuinum numen, omnia exaudit, omnia perſcrutatur. Etiam tu viſu auditúque res percipis, & mentis intelligentia vniuerſa inquiris & perſcrutaris.

A λυειδῆ δὲ καὶ ποικίλα τὰ οἱονεὶ χρώματα τῆς εἰκόνος, δι' ὧν ἡ ἀληθινὴ ἀναζωγραφεῖται μορφή, οὐκ ἐρύθημα καὶ λαμπρότης, καὶ ἡ ποιὰ τούτων πρὸς ἄλληλα μῖξις, οὐδέ τινος μέλανος ὑπογραφὴ ὀφρύν τε καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπαλείφουσα, καὶ κατά τινα κρᾶσιν τὰ κοῖλα τοῦ χαρακτῆρος ὑποσκιάζουσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ζωγράφων χεῖρες ἐπιτεχνήσαντο· ἀλλ' ἀντὶ τούτων καθαρότης, ἀπάθεια, μακαριότης, κακοῦ παντὸς ἀλλοτρίωσις, καὶ ὅσα τοῦ τοιούτου γένους ἐστί, δι' ὧν μορφοῦται τοῖς

B ἀνθρώποις ἡ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσις. τοιούτοις ἄνθεσιν ὁ δημιουργὸς τῆς ἰδίας εἰκόνος τὴν ἡμετέραν διεχάραξε φύσιν. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἄλλα συνεξετάζοις, δι' ὧν τὸ θεῖον κάλλος χαρακτηρίζεται· εὑρήσεις καὶ πρὸς ἐκεῖνα δι' ἀκριβείας σωζομένην ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς εἰκόνι τὴν ὁμοιότητα. νοῦς καὶ λόγος ἡ θειότης ἐστίν. ἐν ἀρχῇ τε γὰρ ἦν ὁ λόγος. καὶ οἱ προφῆται κατὰ Παῦλον νοῦν Χριστοῦ ἔχουσι, τὸν ἐν αὐτοῖς λαλοῦντα. οὐ πόρρω τούτων καὶ τὸ ἀνθρώπινον. ὁρᾷς ἐν σεαυτῷ καὶ τὸν λόγον, καὶ τὴν διά-

C νοιαν, μίμημα τοῦ ὄντως νοῦ τε καὶ λόγου. ἀγάπη πάλιν ὁ Θεός, καὶ ἀγάπης πηγή. τοῦτο γάρ φησιν Ἰωάννης ὁ μέγας, ὅτι ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί. τοῦτο καὶ ἡμέτερον πεποίηται πρόσωπον ὁ τῆς φύσεως πλάστης· ἐν τούτῳ γάρ, φησι, γνώσονται πάντες, ὅτι μαθηταί μου ἐστέ, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. οὐκοῦν μὴ παρούσης ταύτης, ἅπας ὁ χαρακτὴρ τῆς εἰκόνος μεταπεποίηται. πάντα ἐπιβλέπει, καὶ πάντα ἐπακούει τὸ θεῖον, καὶ πάντα διερευνᾶται. ἔχεις καὶ σὺ τὴν δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς τῶν ὄντων ἀντίληψιν, καὶ τὴν ζητη-

D τικήν τε καὶ διερευνητικὴν τῶν ὄντων διάνοιαν.

CAPVT VI.

Cognationis quæ menti cum natura eſt, indagatio: vbi obiter & hæreticorum qui Anomæi dicuntur, doctrina refutatur.

NEMO autem exiſtimet ita me loqui, quaſi Deum ſtatuam ſic agere, vt hominem videmus diuerſis facultatibus in agendo vti. Non enim fas

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Ἐξέτασις τῆς τοῦ νοῦ πρὸς τὴν φύσιν συγγενείας, ἐν ᾧ καὶ ἐκ παρόδου τὸ τῶν ἀνομοίων διελέγχεται δόγμα.

ΚΑΙ με μηδεὶς οἰέσθω καθ' ὁμοιότητα τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας ἐν διαφόροις δυνάμεσι τὸ θεῖον λέγειν τῶν ὄντων ἐφάπτεσθαι. οὐ γὰρ

ἐστι δυνατὸν ἐν τῇ ἁπλότητι τῆς θεότητος τὸ ποικίλον τι καὶ πολυειδὲς τῆς ἀντιληπτικῆς ἐνεργείας κατανοῆσαι. ἐπεὶ γὰρ ἐφ᾽ ἡμῶν πολλαί τινες εἰσὶν αἱ ἀντιληπτικαὶ τῶν πραγμάτων δυνάμεις, εἰ καὶ πολυτρόπως διὰ τῶν αἰσθήσεων τῶν κατὰ ζωὴν ἐφαπτόμεθα. μία γάρ τις ἐστὶ δύναμις, αὐτὸς ὁ ἐγκείμενος νοῦς, ὁ δι᾽ ἑκάστου τῶν αἰσθητηρίων διεξιὼν, καὶ τῶν ὄντων ἐπιδρασσόμενος. οὗτος θεωρεῖ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ φαινόμενον. οὗτος συνίησι διὰ τῆς ἀκοῆς τὸ λεγόμενον, ἀγαπᾷ τι τὸ κατευθύμιον, καὶ τὸ μὴ καθ᾽ ἡδονὴν ἀποστρέφεται, καὶ τῇ χειρὶ κέχρηται πρὸς τὸ, ὅ,τι βούλεται, κρατῶν δι᾽ αὐτῆς καὶ ἀπωθούμενος ἅπερ ἂν λυσιτελεῖν κρίνῃ, τῇ τοῦ ὀργάνου συνεργίᾳ εἰς τοῦτο συγχρώμενος. εἰ τοίνυν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ κἂν διάφορα τύχῃ τὰ πρὸς αἴσθησιν κατεσκευασμένα παρὰ τῆς φύσεως ὄργανα, ὁ διὰ πάντων ἐνεργῶν καὶ κινούμενος, καὶ καταλλήλως ἑκάστῳ πρὸς τὸ προκείμενον κεχρημένος, εἷς ἐστι καὶ ὁ αὐτός, ταῖς διαφοραῖς τῶν ἐνεργειῶν οὐ συνεξαλλάσσων τὴν φύσιν· πῶς ἄν τις ἐπὶ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν ποικίλων δυνάμεων τὸ πολυμερὲς τῆς οὐσίας καταψηφίσαιτο; ὁ γὰρ πλάσας τὸν ὀφθαλμόν, καθώς φησιν ὁ προφήτης, καὶ ὁ φυτεύσας τὸ οὖς, πρὸς τὰ ἐν αὐτῷ παραδείγματα τὰς ἐνεργείας ταύτας οἷόν τινας γνωριστικοὺς χαρακτῆρας τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐνεσημήνατο. ποιήσωμεν γάρ, φησιν, ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν. ἀλλὰ ποῦ μοι τῶν Ἀνομοίων ἡ αἵρεσις; τί πρὸς τὴν τοιαύτην ἐροῦσι φωνήν; πῶς διασώσουσιν ἐν τοῖς εἰρημένοις τοῦ δόγματος αὐτῶν τὴν κενότητα; ἆρα δυνατὸν εἶναι φήσουσι, μίαν εἰκόνα διαφόροις ὁμοιωθῆναι μορφαῖς; εἰ ἀνόμοιος κατὰ τὴν φύσιν τῷ πατρὶ ὁ υἱός, πῶς μίαν κατασκευάζει τῶν διαφόρων φύσεων τὴν εἰκόνα; ὁ γὰρ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, εἰπών, καὶ διὰ τῆς πληθυντικῆς σημασίας τὴν ἁγίαν τριάδα δηλώσας, οὐκ ἂν τῆς εἰκόνος μοναδικῶς ἐπεμνήσθη, εἴπερ ἀνομοίως ἔχοι πρὸς ἄλληλα τὰ ἀρχέτυπα. οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν τῶν ἀλλήλοις μὴ συμβαινόντων εἰς ἓν ἀναδειχθῆναι ὁμοίωμα· ἀλλ᾽ εἰ διάφοροι ἦσαν αἱ φύσεις, διαφόρους πάντως καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐνεστήσατο, τὴν κατάλληλον ἑκάστῃ δημιουργήσας. ἀλλ᾽ ἐπεὶ μία μὲν ἡ εἰκών, οὐχ εἷς δὲ ὁ τῆς εἰκόνος ἀρχέτυπος·

A eſt ita de Deo, cuius eſt natura ſimplex, cogitare: quaſi varia multiplicique facultate præditus agendi ſit. Nam nec in nobis quidem multæ ſunt facultates per quas agimus, etiamſi diuerſis modis per ſenſus omnia ſuſcipimus. Eſt enim in nobis vna quædam vis ac facultas, nimirum mens, quæ ſingulas ſenſuum ſedes permeando vniuerſa efficit. Hæc oculis quidquid offertur, videt: hæc quidquid dicitur, aurium ope percipit. hæc quæ grata ſunt amplectitur, ingrata verò auerſatur: hæc manu miniſtra quamcumque ad rem viſum fuerit, vtitur, eiuſdem vt inſtrumenti ope res vel continet, vel reijcit, prout ex vſu fore
B ſtatuit. Quod ſi igitur in homine vnum quiddam eſt & idem, quod per omnia vi facultatéque ſua agit ac mouetur, & viciſſim nunc hoc nũc illo ſenſu vtitur, quodque ob agendi varietatẽ naturam ſuam non mutat, vtcumque ſenſuum inſtrumenta diuerſa ſint à natura condita: quo pacto quis adeò demens eſſe poſſit, vt Dei naturam per facultates varias quaſi multimembrem (vt ita dixerim) imaginetur? Nam qui oculum finxit, vti vates loquitur, & aurem plantauit, facultates haſce tanquam notas quaſdã, de quibus facti ad ipſius exemplum agnoſceremur, hominum natu-
C ræ impreſſit. Idcirco inquit: Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Sed vbi nobis Anomæi? quid ad hæc tandem dicturi ſunt? quo pacto aduerſus ea quæ tradita à nobis ſunt, doctrinam ſuam abſurdã tuebuntur? hoccine ſcilicet reſpondebunt, fieri poſſe vt vna eadémq. imago formis diuerſis reſpondeat? At verò ſi natura patri diſſimilis eſt filius, quomodo naturarum diuerſarum eadẽ effecta imago eſt? Nam quum dicatur, Faciamus hominem ad noſtri
D imaginem: numeróque multitudinis ſacroſancta Trinitas indicetur: nõ erat numero ſingulari imaginis facienda mentio, ſi quidem diſſimiles erant, ad quorum exemplar ea conformabatur. Fieri enim haudquaquã poterat, vt diſſimiles ac diuerſi inter ſe vna eadémq. imagine repræſentarentur. adeóque ſi erant naturæ diuerſæ, etiã imagines eos ſui diuerſas condere neceſſe fuit, quarum quælibet exẽplari ſuo reſponderet. Sed quum vna tantum imago ſit, non vnũ tamen vnius imaginis archetypum:

Pſal. 93.

quis adeò mẽtis inops fuerit, vt ignoret, A quæ vni eidémq. rei ſimilia ſunt, eadem inter ſe quoque ſimilia eſſe? Iccirco ſic loquitur, fortaſſis vt in ipſa hominis creatione prauam horum hæreſim præcideret: Faciamus hominem ad imaginem ſimilitudinémque noſtram.

τίς οὕτως ἔξω διανοίας ἐστὶν, ὡς ἀγνοεῖν, ὅτι τὰ τῷ ἑνὶ ὁμοιούμενα, καὶ πρὸς ἄλληλα πάντως ὁμοίως ἔχει; διὰ τοῦτό φησι, τάχα τὴν κακίαν ταύτην ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὁ λόγος ὑποτεμνόμενος· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν.

CAPVT VII.

Quamobrem nullis à natura ſit armis homo, nulliſque tegumentis instructus. B

QVID verò ſibi vult erecta in homine figura? aut cur non corpori quaſi congenitæ ſunt quædam ad tuendam vitam neceſſariæ vires? imparatus adeò ab omnibus naturæ præſidiis, inermis, pauper, omnium ad vſum vitæ neceſſariorum egens creatur, dignior commiſeratione, vti quidem apparebat, quàm qui beatus prædicaretur. Non cornuum munitione armatus, non vnguium acumine, non dentibus, non vngulis, non aculeo venenato, cuiuſmodi rebus instructa C pleraque animalia vim lædentium ſe propulſare videmus. ne pilis quidem corpus tegitur. At verò eum, cui in res cæteras imperium deſtinabatur, armis à natura propriis munitum eſſe oportebat, ne ad tuendum ſeſe ope aliena egeret. Iam leo, aper, tigris, pardalis, cætera neceſſariis à natura viribus ad tuendum ſalutem ſuam egregiè instructa ſunt. Tauro cornua, lepori celeritas, capreæ vis ſaliendi, oculorúmque præstantia: alij animali magnitudo, alij proboſcis: volucribus alæ, api aculeus; atque adeò omnibus aliquid, quo ſe conſeruent, D natura largita eſt. Solus homo pernicibus tardior, corpulentis minor, eis quæ armis à natura datis tuta ſunt, imbecillior eſt. Quî igitur, dixerit aliquis, conſentaneum eſt, tali rerum ſummam obtigiſſe? Ego verò haud difficulter oſtendero, id quod à natura nobis deeſſe videtur, vnam eſſe cauſſam ob quam cætera noſtra ſint in poteſtate. Nam ſi eæ hominis vires forent, vt equos celeritate præcurreret,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Διὰ τί γυμνὸς τῶν ἐκ φύσεως ὅπλων τε καὶ προκαλυμμάτων ὁ ἄνθρωπος.

ΑΛΛΑ τί βούλεται τὸ τοῦ σχήματος ὄρθιον; τί δὲ οὐχὶ συμφυεῖς εἰσιν αἱ πρὸς τὸν βίον δυνάμεις τῷ σώματι; ἀλλὰ γυμνὸς μὲν τῶν φυσικῶν σκεπασμάτων, ἄοπλος δέ τις καὶ πένης ὁ ἄνθρωπος, καὶ τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἐνδεὴς ἁπάντων ἐπὶ τὸν βίον παράγεται, ἐλεεῖσθαι μᾶλλον ἢ μακαρίζεσθαι κατὰ τὸ φαινόμενον ἄξιος. οὐ προβολαῖς κεράτων καθωπλισμένος, οὐκ ὀνύχων ἀκμαῖς, οὐχ ὁπλαῖς, ἢ ὀδοῦσιν, ἤ τινι κέντρῳ θανατηφόρον ἰὸν ἐκ φύσεως ἔχοντι, οἷα δὴ τὰ πολλὰ τῶν ζώων ἐν ἑαυτοῖς πρὸς τὴν τῶν λυπούντων ἄμυναν κέκτηται. οὐ τῇ τῶν τριχῶν περιβολῇ τὸ σῶμα καλύπτεται, καίτοι γε ἴσως τὸν εἰς ἀρχὴν τῶν ἄλλων προτεταγμένον, οἰκείοις ὅπλοις ἔδει περιπεφράχθαι παρὰ τῆς φύσεως, ὡς ἂν μὴ τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας πρὸς τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν δέοιτο. νυνὶ δὲ λέων μὲν, καὶ σῦς, καὶ τίγρις, καὶ πάρδαλις, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἀρκοῦσαν ἔχει πρὸς σωτηρίαν τὴν ἐκ φύσεως δύναμιν, καὶ τῷ ταύρῳ μὲν τὸ κέρας, καὶ τῷ λαγωῷ τὸ τάχος, καὶ τῇ δορκάδι τὸ πήδημα καὶ τὸ κατ' ὀφθαλμὸν ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλῳ τινὶ ζώῳ τὸ μέγεθος, καὶ ἑτέροις ἡ προνομαία, καὶ τοῖς πετεινοῖς τὸ πτερὸν, καὶ τῇ μελίσσῃ τὸ κέντρον, καὶ πᾶσι πάντως ἔν τι εἰς σωτηρίαν παρὰ τῆς φύσεως ἐμπέφυκε. μόνος δὲ πάντων ὁ ἄνθρωπος τῶν μὲν ταχυδρομούντων ἀργότερος, τῶν δὲ πολυσαρκούντων βραχύτερος, τῶν δὲ τοῖς συμφύτοις ὅπλοις ἠσφαλισμένων εὐαλωτότερος. καὶ πῶς, ἐρεῖ τις, ὁ τοιοῦτος τὴν ἀρχὴν τὴν κατὰ πάντων κεκλήρωται; ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι χαλεπὸν δεῖξαι, ὅτι τὸ δοκοῦν ἐπιδεὲς τῆς φύσεως ἡμῶν, ἀφορμὴ πρὸς τὸ κρατεῖν τῶν ὑποχειρίων ἐστίν. εἰ γὰρ οὕτω δυνάμεως εἶχεν ὁ ἄνθρωπος, ὡς τῇ μὲν ὠκύτητι παρατρέχειν τὸν ἵππον,

ἀτείρεστον δὲ ὑπὸ στερρότητος ἔχειν τὸν πόδα, ὁπλαῖς ποσὶν ἢ χηλαῖς ἐρειδόμενον, κέρατα δὲ καὶ κέντρα καὶ ὄνυχας ἐν ἑαυτῷ φέρειν· πρῶτον μὲν θηριώδης τις ἂν ἦν, καὶ δυσέντευκτος, τοιούτων αὐτῷ τῷ σώματι συμπεφυκότων. ἔπειτα δὲ παρέδραμεν ἂν τὴν κατὰ τῶν ἄλλων ἀρχὴν, οὐδὲν τῆς συνεργίας τῶν ὑποχειρίων δεόμενος. νυνὶ δὲ τούτου χάριν ἐφ' ἕκαστον τῶν ὑπεζευγμένων ἡμῖν αἱ τοῦ βίου χρεῖαι καταμεμερίσθησαν, ὡς ἀναγκαίαν ποιεῖν τὴν κατ' ἐκείνων ἀρχήν. τὸ μὲν βραδὺ τοῦ σώματος δυσκίνητον, τὸν ἵππον τῇ χρείᾳ προσήγαγέ τε καὶ ἐδαμάσατο. ἡ δὲ τῆς σαρκὸς γυμνότης, ἀναγκαίαν τὴν τῶν προβάτων ἐπιστασίαν ἐποίησεν, ἐκ τῆς ἐτησίου τῶν ἐρίων φορᾶς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀναπληρουμένης τὸ λεῖπον. τὸ δὲ καὶ τὰς ἀφορμὰς ἡμῖν τὰς πρὸς τὸν βίον καὶ ἐξ ἑτέρων εἰσάγεσθαι, τὰ ἀχθοφόρα τῶν ζώων ταῖς τοιαύταις ὑπηρεσίαις ὑπέζευξεν. ἀλλὰ μὴν τὸ μὴ δύνασθαι καθ' ὁμοιότητα τῶν βοσκημάτων ποηφαγεῖν, ὑποχείριον τῷ βίῳ τὸν βοῦν ἀπειργάσατο, τοῖς ἰδίοις πόνοις τὴν ζωὴν ἡμῖν ἐξευμαρίζοντα. ἐπεὶ δὲ καὶ ὀδόντων καὶ δήγματος ἦν χρεία πρὸς τὸ καταγωνίζεσθαί τινα τῶν ἄλλων ζώων, διὰ τῆς τῶν ὀδόντων βλάβης παρέσχεν ὁ κύων μετὰ τοῦ τάχους τὴν ἰδίαν γένυν τῇ ἡμετέρᾳ χρείᾳ, οἷόν τις ἔμψυχος μάχαιρα τῷ ἀνθρώπῳ γινόμενος. κεράτων δὲ προβολῆς καὶ ὀνύχων ἀκμῆς ἰσχυρότερός τε καὶ τομώτερος ἐπινενόηται τοῖς ἀνθρώποις ὁ σίδηρος, οὐκ ἀεὶ συμπεφυκὼς ἡμῖν, ὥσπερ τοῖς θηρίοις ἐκεῖνα, ἀλλ' ἐπὶ καιροῦ συμμαχήσας τὸ λοιπὸν ἐφ' ἑαυτοῦ μένει. καὶ ἀντὶ τῆς τοῦ κροκοδείλου φολίδος, ἔστι μὲν καὶ αὐτὴν ἐκείνην ὅπλον ποιήσασθαι, κατὰ καιρὸν τὴν δορὰν περιθέμενον. εἰ δὲ μὴ, σχηματίζεται καὶ πρὸς τοῦτο παρὰ τῆς τέχνης ὁ σίδηρος, ὃς ἐπὶ καιροῦ πρὸς τὸν πόλεμον ὑπηρετήσας, πάλιν ἐλεύθερον τοῦ ἄχθους ἐπ' εἰρήνης τὸν ὁπλίτην κατέλιπεν. ὑπηρετεῖ δὲ τῷ βίῳ καὶ τὸ πτερὸν τῶν ὀρνέων, ὡς μηδὲ τοῦ πτηνοῦ τάχους δι' ἐπινοίας ἡμᾶς ἀπολείπεσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν τιθασσὰ γίνεται, καὶ συνεργεῖ τοῖς θηρεύουσι· τὰ δὲ δι' ἐκείνων ταῖς χρείαις ἡμῶν δι' ἐπινοίας ὑπάγεται· ἀλλὰ καὶ πτερώσασα ἡμῖν τοὺς οἰστοὺς ἡ τέχνη δι' ἐπινοίας ποιησαμένη,

A ac pedes haberet ea duritie, vt lædi non poſſent, vngulis nimirũ ſolidis vel chelis munitos, præterea ipſi nec cornua nec aculei nec vngues deeſſent: primùm quidem immanitate ferus ac crudelis eſſet, rebus ad exercendam ſæuitiam comparatis à natura inſtructus. Deinde imperiũ in res ceteras non occupaſſet, quando eis etiam imperio ſuo ſubiectis nullam ad rem eguiſſet. Nunc hac ipſa de cauſſa ſingula quaſi mancipia noſtra diuerſos ad vſus vitæ deſtinauimus, vt omnino nobis neceſſe ſit ipſis cum imperio præeſſe. Itaque quum ob B corporis exiguitatem loco non ſatis agiliter moueamur: equum ſcilicet domitum ad vſum noſtrum acciuimus. Corporis nuditas, vt in oues imperium neceſſario vſurparemus, effecit: quò ex annuis earum lanis, quod naturæ noſtrę deerat, ſumeremus. Quod aliis ex regionibus quædam ad vitam ſuſtinẽdam petenda eſſent, fecit, vt animalia quæ ferendis oneribus eſſent, in hunc vſum ſub iugum mitteremus. quia porrò fieri non poterat vt inſtar reliquorum pecorum herbis graminéque veſceremur: C icc irco bouem nobis ſubiecimus, quo pro nobis laborante conficeret, vt nos iucundè facilliméque agitaremus. Dentibus ac morſu nobis opus erat ad expugnãda cetera animalia: prębuit ad hunc vſum nobis maxillã canis, atque etiam velocitatem ſuam, vt non abſurdè viuus hominis gladius dici poſſit. Cornuum & vnguium loco ferro vtendum eſſe potius homines animaduerterunt, quod illa cùm duricie, tum acumine longè vincit. Quamquam ferrum homines non ſemper vſurpãt, ſicut illa feris nunquam non adſunt: ſed vtimur eo interdum, quum ita res poſtulat, ac deinde D viciſſim deponitur. Pro crocodili ſquamea cute, licet ab eodem petere quod nos muniat, ſi videlicet aut tergora, aut ferrum ad eundem vſum conformatum induamus. Hoc belli tẽpore poſtquam miles vſurpauit, pace conſtituta eiuſdem onere ſe leuat. Etiam auium pennæ hominum commodis ſeruiunt, efficiente hominum induſtria, quò ne volucris quidem illa pernicitas à nobis deſideretur. Auium enim quædam factæ cicures, venatoribus vſui ſunt. earum namque opera ceteras capimus. Quin & alatas ſagittas ars machinata, volu-

crem illam pernicitatem ad vſus noſtros in arcu imitata eſt. Quòd autem plantæ noſtræ ad itinera perficienda comparatæ non ſunt, quippe quæ facillimè lædantur: idipſum facit, vt hac etiam in parte remedium quæramus, pedibúſque noſtris calceos aptemus.

A τὸ πτηνὸν τάχος ταῖς ἡμετέραις χρείαις διὰ τοῦ τόξου χαρίζεται. τὸ δὲ εὐπαθεῖς καὶ ἀπείπλοις ἡμῖν πρὸς τὴν πορείαν εἶναι τὰς βάσεις, ἀναγκαίαν ποιεῖ τὴν ἐκ τῶν ὑποζυγίων συνεργίαν. ἐκεῖθεν γάρ ἐστι τοῖς ποσὶ περιαρμόσαι τὰ πέδιλα.

CAPVT VIII.

Quamobrem recta ſit hominis figura. tum etiam manus ſermonis cauſſa factas eſſe. denique, & de animorum diſcrimine diſſeritur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Διὰ τί ὄρθιον τοῦ ἀνθρώπου τὸ σχῆμα, καὶ ὅτι διὰ τὸν λόγον αἱ χεῖρες, ἐν ᾧ τις καὶ περὶ B διαφορᾶς ψυχῶν φιλοσοφία.

CONVENIVNT & illa Imperatori, regiæque dignitatis indicia ſunt, quòd recta homini figura tributa ſit, qua ad cœlum tendit, ac ſurſum ſpectat. Nam quòd ſolus homo inter alias res creatas huiuſmodi ſit, reliquis omnibus corpore deorſum vergentibus: clariſſimè demonſtrat, quantò poteſtas naturæ ſupra cætera eminentis præſtantior illis ſit, quæ ſe huius imperio ſummittunt. Horum anteriora corporis membra pedes ſunt, quòd ea quę deorſum ſpectant, omnino quodam quaſi fulcro indigebant. In hominis autem opificio manus horum loco ſunt factæ. Nam in figura erecta vnum quaſi fundamentum ſufficiebat, quod vtroque pede ſtantem firmiter fulciret. Erat & cæteroqui manuum opera ad eloquendi vim adiuuandam neceſſaria. Itaque ſi quis dicat naturæ loquenti manus ſermonis cauſſa eſſe datas, non is quidem planè à vero aberrauerit. In quo non ad hoc tantum animo reſpiciendum eſt, quod venire cuiuis in mentem poteſt, nimirum quòd litteris exprimi ſermo à nobis manuum ſollertia ſolet: quamquam hoc ipſum non à nulla rationis præſtantia profectũ eſt, homines per litteras loqui, ac propè modo quodam manibus inter ſe diſſerere, litterarum notis voces ipſas comprehendentibus. Ego verò quũ manus in exprimẽdo ſermone aliquid afferre adiumenti aio: aliud habeo quò reſpiciã. In quod antequàm inquiramus, libet quiddã cõſiderare, quod omiſſum à nobis eſt. Parum enim abfuit, quin eius obliti eſſemus, quod in ordine rerum, vt eæ conditæ ſunt, præcedit: Quamobrem prius res

ΟΡΘΙΟΝ δὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸ σχῆμα, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνεται, καὶ ἄνω βλέπει. ἀρχικὰ καὶ ταῦτα, καὶ τὴν βασιλικὴν ἀξίαν ἐπισημαίνοντα. τὸ γὰρ μόνον ἐν τοῖς οὖσι τοιοῦτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασι πρὸς τὸ κάτω νενευκέναι τὰ σώματα, σαφῶς δείκνυσι τὴν τῆς ἀξίας διαφορὰν, τῶν τε ὑποκυπτόντων τῇ δυναστείᾳ, καὶ τῆς ὑπεραιρούσης αὐτῶν ἐξουσίας. τοῖς μὲν C γὰρ ἄλλοις ἅπασι τὰ ἔμπροσθεν κῶλα τοῦ σώματος πόδες εἰσὶ, διότι τὸ κεκυφὸς ἐδεῖτο πάντως τοῦ ὑπερείδοντος. ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς χεῖρες τὰ κῶλα ἐγένοντο. τοῦ γὰρ ὀρθίου σχήματος αὐτάρκης ἦν πρὸς τὴν χρείαν μία βάσις, διπλοῖς ποσὶν ἐν ἀσφαλείᾳ τὴν στάσιν ἐρείδουσα. ἄλλως δὲ καὶ τῇ τοῦ λόγου χρείᾳ συνεργός ἐστιν ἡ τῶν χειρῶν ὑπουργία. καί τις ἴδιον τῆς λογικῆς φύσεως τὴν τῶν χειρῶν ὑπηρεσίαν εἰπὼν, οὐ τοῦ παντὸς ἁμαρτήσεται. οὐ μόνον πρὸς τὸ κοινὸν D τοῦτο καὶ πρόχειρον ἀποτρέχων τῇ διανοίᾳ, ὅτι γράμμασι τὸν λόγον διὰ τῆς τῶν χειρῶν εὐφυΐας ἐνσημαινόμεθα· ἔστι μὲν γὰρ οὐδὲ τοῦτο λογικῆς χάριτος ἄμοιρον, τὸ φθέγγεσθαι διὰ γραμμάτων ἡμᾶς, καὶ τρόπον τινὰ διὰ χειρὸς διαλέγεσθαι, τοῖς τῶν στοιχείων χαρακτῆρσι τὰς φωνὰς διασώζοντας· ἀλλ' ἐγὼ πρὸς ἕτερον βλέπων, συνεργεῖν φημι τὰς χεῖρας τῇ ἐκφωνήσει τοῦ λόγου. μᾶλλον δὲ πρὶν περὶ τούτων διεξετάσαι, τὸν παρεθέντα λόγον κατανοήσωμεν. μικροῦ γὰρ ἡμᾶς τὸ κατὰ τὴν τάξιν τῶν γεγονότων διέλαθεν. τίνος χάριν προηγεῖται

A μὲν ἡ βλάστη τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων, ἐπιγίνεται δὲ τὰ ἄλογα τῶν ζώων, καὶ οὕτω μετὰ τὴν κατασκευὴν τούτων ὁ ἄνθρωπος. τάχα γὰρ οὐ μόνον τὸ ἐκ τοῦ προχείρου νοούμενον διὰ τούτου μανθάνομεν, ὅτι τῶν ζώων ἕνεκεν ἡ πόα χρήσιμος ἐφάνη τῷ κτίσαντι. διὰ δὲ τὸν ἄνθρωπον τὰ βοτά. οὗ χάριν πρὸ μὲν τῶν βοσκημάτων, ἐκείνων ἡ τροφή. πρὸ δὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὑπηρετικὸν μέλλον τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ. ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ δόγμα τι τῶν κεκρυμμένων παραδηλοῦν διὰ τούτων ὁ Μωϋσῆς, καὶ τὴν περὶ ψυχῆς φιλοσοφίαν δι' ἀπορρήτων παραδιδόναι, ἣν ἐφαντάσθη μὲν καὶ ἡ B ἔξωθεν παίδευσις, οὐ μὴν τηλαυγῶς κατενόησε. διδάσκει γὰρ ἡμᾶς διὰ τούτων ὁ λόγος, ἐν τρισὶ διαφοραῖς τὴν ζωτικὴν καὶ ψυχικὴν δύναμιν θεωρεῖσθαι. ἡ μὲν γάρ τίς ἐστιν αὐξητική τε μόνον καὶ θρεπτική, τὸ κατάλληλον εἰς προσθήκην τῶν τρεφομένων προσάγουσα, ἣ φυσικὴ λέγεται, καὶ περὶ τὰ φυτὰ θεωρεῖται. ἔστι γὰρ καὶ ἐν τοῖς φυομένοις ζωτικήν τινα δύναμιν αἰσθήσεως ἄμοιρον κατανοῆσαι. ἕτερον δὲ παρὰ τοῦτο ζωῆς εἶδός ἐστιν, C ὃ καὶ τοῦτο ἔχει, καὶ τὸ κατ' αἴσθησιν οἰκονομεῖσθαι προσείληφεν, ὅπερ ἐν τῇ φύσει τῶν ἀλόγων ἐστίν. οὐ γὰρ μόνον τρέφεται καὶ αὔξεται, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰσθητικὴν ἐνέργειάν τε καὶ ἀντίληψιν ἔχει. ἡ δὲ τελεία ἐν σώματι ζωὴ ἐν τῇ λογικῇ, τῇ ἀνθρωπίνῃ λέγω, καθορᾶται φύσει, τρεφομένη τε καὶ αἰσθανομένη, καὶ λόγου μετέχουσα, καὶ νῷ διοικουμένη. γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν τοιαύτη τις ἡ τοῦ λόγου διαίρεσις. τῶν ὄντων τὸ μέν τι νοητόν, τὸ δὲ σωματικὸν πάντως ἐστίν. ἀλλὰ τοῦ μὲν νοητοῦ παρείσθω νῦν ἡ πρὸς τὰ οἰκεῖα τομή. οὐ γὰρ τούτων ὁ D λόγος. τοῦ δὲ σωματικοῦ τὸ μὲν ἄμοιρον καθόλου ζωῆς, τὸ δὲ μετέχει ζωτικῆς ἐνεργείας. πάλιν τοῦ ζωτικοῦ σώματος τὸ μὲν αἰσθήσει συζῇ, τὸ δὲ ἀμοιρεῖ τῆς αἰσθήσεως. εἶτα τὸ αἰσθητικὸν τέμνεται πάλιν εἰς λογικόν τε καὶ ἄλογον. διὰ τοῦτο πρῶτον μετὰ τὴν ἄψυχον ὕλην οἷον ὑποβάθραν τινὰ τῆς τῶν ἐμψύχων ἰδέας, τὴν φυσικὴν ταύτην ζωὴν συστῆναι λέγει ὁ νομοθέτης, ἐν τῇ τῶν φυτῶν βλάστῃ προϋποστᾶσαν.

A è terra naſcentes pullulaſſe dicantur, deinde orta eſſe animalia rationis expertia: locóque demum tertio, creatis his, hominem primùm exſtitiſſe. Fortaſſe de hoc non id ſolum intelligi poteſt, quod cuiuis colligere licet, viſum eſſe Creatori vtile, vt ad animalium paſtum herbas ac gramina cōderet, animalia verò ad hominis vſum: icciro ante animalium greges, eorumdem alimentum: & quæ hominis vitæ ſeruitura erant, ante hominem exſtitiſſe. Ego ſic ſtatuo, Moſen in his quiddam tradidiſſe arduum: & verbis arcanis phi- B loſophiam, quæ eſt de Animo, pertractaſſe: informatam illam quidem etiam ab iis, qui in electo Dei in terris cœtu comprehenſi non fuerunt, magiſtris: ſed per profectò obſcurè. De his enim verbis intelligere eſt, viuendi vim animique facultatem triplicem ſtatuendam eſſe, harum primam eſſe illam, qua res tantum alantur & accreſcant, attrahentem nutrimentum naturæ earum rerum quæ aluntur, idoneum: ex quo illæ ſemper aliquid incrementi ſumant. Appellatur hæc naturalis, atque in plantis perſpicitur. Nam ani- C maduertere eſt etiam in ſtirpibus facultatem quamdam viuendi ineſſe, ſenſus tamen omnis expertem. Præter hanc altera vitæ ſpecies eſt, quæ primam hanc complexa, vi etiam ſentiendi eſt prædita. Eſt autem hæc animalium rationis expertium, quæ non modò aluntur & accreſcunt: ſed etiam facultatem quamdam ſentientem habent. Perfecta denique in corpore vita in natura ratione vtente, quam humanam dicimus, quærenda eſt. Ea nimirum & nutritur, & ſentit, & ratione ornata eſt, & à mente regitur. Atque D hoc loco placet in explicandis oratione rebus hiſce, huiuſmodi quadam partitione vti. Vniuerſæ res omnino aut ſunt tales, vt mente atque intelligentia compræhendantur: aut ſunt corporeæ. Eas quę mente percipiuntur, ſuas in ſpecies quaſi partiri hoc quidem in loco non eſt animus, quando hæ ad inſtitutam orationem nihil attinent. Rerum porrò corporearum aliæ vita prorſus deſtituuntur, aliæ viuendi facultate præditæ ſunt. Rurſum corpus vita præditum, aut ſenſum habet, aut eo caret. Corpus autem ſentiens vel rationis vi ornatum, vel eius expers eſſe neceſſe eſt. Icciro Moſes inanimas res primùm, quæ animatorum tamquam imus quidam gradus eſſent,

deinde naturali vita prædiτas, ortas eſſe tradit, quæ nimirum plantarum germina erant: poſt hæc, eorum quæ ſenſu agitantur, originem commemorat. Quum autem conſentaneum ſit, rerum corporeatum vita præditarum, eas quidem quæ ſentiendi vim habent, etiam citra naturam intelligentem exiſtere poſſe: vim verò ratiocinantem in corpore non eſſe, niſi facultati ſentienti quodammodo commiſceatur: icicirco poſt plantes & pecora homo demum conditus eſt, natura ordine ad creatum planè perfectum progrediente. Nam animal hoc rationis particeps, quem hominem dicimus, ex omni eſt animæ forma quaſi temperatum. Perinde enim atque ſtirpium anima, quam naturalem diximus, nutritur: deinde facultati accretionis etiã ſentiẽs adhæret, cuius eſt natura quaſi media quædã inter animã illam primam rudiorẽ, & tertiam intelligẽtem: tanto nimirũ intelligente craſſior, quanto illa purior. Denique cum ſubtili & lucida natura ſentiente, etiam intelligens aptiſſimo temperamento coniungitur, vt iam tribus hiſce rebus hominis opificium conſtet. Licet hoc de Apoſtoli verbis, quæ in epiſtola ad Epheſios exſtant, intelligere. Optat enim, vt integra corporis & animæ, & ſpiritus gratia in aduentum Domini conſeruentur. quibus in verbis corporis appellatio partem in homine nutrientem, anima ſentientem, ſpiritus intelligentem notat. Eodem modo ſcribam illum Dominus in Euangelio docet, amorem in Deum ex toto corde, & anima, & mente profectum, cæteris Dei ſcitis longè anteferendum eſſe. Nam & hæc oratio mihi diſcrimen idem exponere videtur, vt cordis appellatione craſſius illud corporis in homine temperamentum veniat: animæ verò, medium: mentis denique vox excellentiorem illam facultatem ſignificet, qua omnia & intelligimus & efficimus. Iccirco & Apoſtolus, triplex eſſe hominum in eligendo ſtudium tradit. Ac primum quidem carnis ſtudium vocat, quod ventri ſcilicet deditum, in quærendis iis quæ huic afferre voluptatem poſſint, occupatur. Alteri ab anima nomen indidit, quod modo quodam quaſi medium inter virtutem & vitium exiſtit, vitio quidem ſuperius, virtuti verò non ſincerè ac prorſus addictum.

1. Theſſ. 5.

Marc. 12.

A εἶθ' οὕτως ἐπάγει τὴν κατ' αἴσθησιν διοικουμένων τὴν γένεσιν. καὶ ἐπεὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν τῶν διὰ σαρκὸς τὴν ζωὴν εἰληχότων τὰ μὲν αἰσθητικὰ, καὶ δίχα τῆς νοερᾶς φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν εἶναι δύναται, τὸ δὲ λογικὸν οὐκ ἂν ἑτέρως γένοιτο ἐν σώματι, εἰ μὴ τῷ αἰσθητικῷ συγκραθείη· διὰ τοῦτο τελευταῖος μετὰ τὰ βλαστήματα καὶ τὰ βοτὰ κατεσκευάσθη ὁ ἄνθρωπος, ὁδῷ τινι πρὸς τὸ τέλειον ἀκολούθως προϊούσης τῆς φύσεως. διὰ πάσης γὰρ ἰδέας τῶν ψυχῶν κατακιρνᾶται τὸ λογικὸν τοῦτο ζῶον ὁ ἄνθρωπος. B τρέφεται μὲν γὰρ κατὰ τὸ φυτικὸν τῆς ψυχῆς εἶδος. τῇ δὲ αὐξητικῇ δυνάμει ἡ αἰσθητικὴ προσεφύη, μέσως ἔχουσα κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν τῆς τε νοερᾶς καὶ τῆς ὑλωδεστέρας οὐσίας· τοσοῦτον παχυμερεστέρα ταύτης, ὅσῳ καθαρωτέρα ἐκείνης. εἶτά τις γίνεται πρὸς τὸ λεπτὸν καὶ φωτοειδὲς τῆς αἰσθητικῆς φύσεως ἡ τῆς νοερᾶς οὐσίας οἰκείωσίς τε καὶ ἀνάκρασις, ὡς ἐν τρισὶ τούτοις τὸν ἄνθρωπον τὴν σύστασιν ἔχειν. καθὼς καὶ παρὰ τοῦ ἀποστόλου τὸ τοιοῦτον ἐμάθομεν, ἐν οἷς πρὸς τοὺς Ἐφεσίους ἔφη, προσευχόμενος αὐτοῖς τὴν C ὁλοτελῆ χάριν τοῦ σώματος, καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ πνεύματος ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου φυλαχθῆναι. ἀντὶ τοῦ θρεπτικοῦ μέρους τὸ σῶμα λέγων, τὸ δὲ αἰσθητικὸν τῇ ψυχῇ διασημαίνων, τὸ νοερὸν δὲ τῷ πνεύματι. ὡσαύτως καὶ τὸν γραμματέα διὰ τοῦ εὐαγγελίου παιδεύει ὁ κύριος, πάσης ἐντολῆς προτιθέναι τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην, τὴν ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ διανοίας ἐνεργουμένην. καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὴν αὐτὴν δοκεῖ μοι διαφορὰν ἑρμηνεύειν ὁ λόγος, τὴν μὲν σωματικωτέραν κατάστασιν καρδίαν εἰπὼν, ψυχὴν δὲ τὴν D μέσην, διάνοιαν δὲ τὴν ὑψηλοτέραν φύσιν, τὴν νοεράν τε καὶ ποιητικὴν δύναμιν. ὅθεν καὶ τρεῖς διαφορὰς προαιρέσεως ὁ ἀπόστολος οἶδε, τὴν μὲν σαρκικὴν κατονομάζων, ἣ περὶ γαστέρα καὶ τὰς περὶ ταύτην ἡδυπαθείας ἠσχόληται· τὴν δὲ ψυχικὴν, ἣ μέσως πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἔχει, τῆς μὲν ὑπερανεστῶσα, τῆς δὲ καθαρῶς οὐ μετέχουσα· τὴν

τὴν δὲ πνευματικήν, ἣ τὸ τέλειον ἐνθεωρεῖ τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας. διό φησι πρὸς Κορινθίους, τὸ ἀπολαυστικὸν αὐτῶν καὶ ἐμπαθὲς ὀνειδίζων, ὅτι σάρκινοί ἐστε, καὶ τῶν τελειοτέρων δογμάτων ἀχώρητοι· ἑτέρωθι δὲ σύγκρισίν τινα τοῦ μέσου πρὸς τὸ τέλειον ποιούμενος λέγει· ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστιν. ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται. ὡς οὖν ὑπερβέβηκεν ὁ ψυχικὸς τὸ σαρκικόν, κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν καὶ ὁ πνευματικὸς τοῦτον ὑπερανέστηκεν. Εἰ οὖν τελευταῖον μετὰ πᾶν τὸ ἔμψυχον ἡ γραφὴ γεγενῆσθαι λέγει τὸν ἄνθρωπον, οὐδὲν ἕτερον ἢ φιλοσοφεῖ τὰ περὶ ψυχῆς ἡμῖν ὁ νομοθέτης, ἐπ' ἀναγκαίᾳ τινὶ τῇ τάξεως ἀκολουθίᾳ τὸ τέλειον ἐν τελευταίοις βλέπων. ἐν μὲν γὰρ τῷ λογικῷ καὶ τὰ λοιπὰ περιείληπται. ἐν δὲ τῷ αἰσθητικῷ καὶ τὸ φυσικὸν εἶδος πάντως ἐστίν. ἐκεῖνο δὲ περὶ τὸ ὑλικὸν θεωρεῖται μόνον. ἑπομένως εἰκότως, καθάπερ διὰ βαθμῶν ἡ φύσις, τῶν τῆς ζωῆς λέγω ἰδιωμάτων, ἀπὸ τῶν μικροτέρων ἐπὶ τὸ τέλειον ποιεῖται τὴν ἄνοδον. ἐπειδὴ τοίνυν λογικόν τι ζῶόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, κατάλληλον ἔδει τῇ χρείᾳ τοῦ λόγου κατασκευασθῆναι τὸ τοῦ σώματος ὄργανον. καθάπερ τοὺς μουσικοὺς ἔστιν ἰδεῖν πρὸς τὸ τῶν ὀργάνων εἶδος τὴν μουσικὴν ἐκπονοῦντας, καὶ οὔτε διὰ βαρβίτων αὐλοῦντας, οὔτε ἐν αὐλοῖς κιθαρίζοντας. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἔδει τοῖς λόγοις κατάλληλον εἶναι τὴν τῶν ὀργάνων κατασκευήν, ὡς ἂν προσφυῶς ἐνηχοίη πρὸς τὴν τῶν ῥημάτων χρείαν ὑπὸ τῶν φωνητικῶν μορίων τυπούμενος. διὰ τοῦτο συνηρτήθησαν αἱ χεῖρες τῷ σώματι. εἰ γὰρ καὶ μυρίας ἐστὶν ἀπαριθμήσασθαι τὰς κατὰ τὸν βίον χρείας, πρὸς ἃς τὰ εὐμήχανα ταῦτα καὶ πολυαρκῆ τῶν χειρῶν ὄργανα χρησίμως ἔχει, πρὸς πᾶσαν τέχνην καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν. τὸ κατὰ πόλεμόν τε καὶ εἰρήνην εὐαφῶς μετιόντα· ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων διαφερόντως τοῦ λόγου χάριν προσέθηκεν αὐτὰς ἡ φύσις τῷ σώματι. εἰ γὰρ ἄμοιρος τῶν χειρῶν ὁ ἄνθρωπος ἦν, πάντως ἂν αὐτῷ καθ' ὁμοιότητα τῶν τετραπόδων καταλλήλως τῇ τῆς τροφῆς χρείᾳ διεσκεύαστο τοῦ προσώπου τὰ

A Tertium ſpiritus eſt, quod ad perfectam viuendi rationem ſecundum Dei præſcriptum ſeſe dirigit. Itaque ad Corinthios ſcribēs, illiſq. voluptariam vitam, cui eſſent impotēter dediti, exprobrans: carneos ait eſſe, neque doctrinæ perfectioris præceptiones capere. Alio item loco mediæ, quā diximus, facultatis ad perfectam comparationem inſtituens, inquit: Homo autem animi ſui deditus affectionibus, ea quæ ſpiritus ſunt non capit. ſunt enim ei mera ſtultitia. Cæterum ſpiritualis omnia dijudicat, quū ipſe à nemine dijudicetur. Quemadmodum igitur animalis carneo, ita & animali ſpiritualis præſtātior eſt. Quum B ergo litteræ ſacrę poſt omnes res anima præditas hominē demum eſſe factū tradunt: ſciamus in hoc Moſen de animo diſſerere, neceſſaria quadam ordinis ratione, quod erat omnibus, vt dicitur, numeris perfectum, loco poſtremo conſiderantē. Nam natura, cui rationis vſus eſt conceſſus, etiā cætera complectitur. ſicut in ſentiente naturalis etiam anima ineſt, quam deinde ſolam in rebus, quas ſuprà indicauimus, craſſioribus conſtituimus. Iccirco natura conuenienter quoſdā quaſi per gradus, qui ſunt diuerſæ illæ à nobis expoſitæ viuēdi proprietates, à rebus minoribus ad id quod per- C fectum eſſet, progreſſa eſt. Homo igitur quū animal ſit ſermonis facultate præditum, neceſſe erat corporis inſtrumentum parari, quod ad ſermonis vſū eſſet aptiſſimū. Perinde atque Muſicos videmus diuerſis in inſtrumētis diuerſas artis effectiones oſtēdere, neq. ex barbito tibiarum ſonum edere, neque tibiis citharæ cantum exprimere. Eodem pacto & ſermoni accommodata fabricāda erant inſtrumēta, vt ille ſcilicet à partib. corporis orationi formandæ deſtinatis D expreſſus, elegantē ſonum ederet. Hac igitur de cauſſa manus corpori additæ ſunt. Quāquam enim infinitas alias cōmoditates & vſus, quos in vita nobis manus (inſtrumēta perprofectò expedita, multáſq. ad res efficiundas idonea) in omni artis & operis genere præſtant, recēſere facillimè poſſit, qui rebus pace bellóque gerendis exercitatus eſt: præcipuè tamen ſermonis eas cauſſa corpori natura annexuit. Nam ſi his carēdum homini eſſet: hauddubiè animalium inſtar quadrupedum, ſic humanæ faciei partes formatas eſſe neceſſe foret, vt eæ ad hominem nutriendum eſſent accōmodatę.

1.Cor.3.

1.Cor.2.

F

A Adeóque formã huius oblongam eſſe, attenuatam ac preſſam, qua nares ſitæ ſunt: labra verò eminentia, obducta callo, dura craſſaque eſſe oportebat, vt nimirum ad carpẽdas herbas aptè comparata eſſent. Præterea linguam inter dentes non illam quidem talem, quali nũc vtimur: ſed vel carne amplam, ſolidam, aſperam, quæ quidquid dentibus infectum eſſet, vnà cum illis cõminueret: vel contrà, mollem verſus latera, fluidámque, cuiuſmodi canum reliquorúmq. animalium crudiuorum lingua eſt, quæ inter dentiũ quaſi ſerratorum rimas diffunditur. B Quãobrem ſi manus humano corpori additæ non fuiſſent, quo pacto tandem exprimi articulata quaſi vox potuiſſet, partibus oris ad ſonum adiuuandum non ſatis aptè conformatis? Profectò enim aut balãdum, aut capriſſandũ, aut latrãdum, aut hinniendum, aut boandum, aut rudendum homini fuiſſet, aut mugitus quidã belluarum more edendus. Nunc quum manus homini datę ſint, tantum ſermoni os exprimendo deſeruit atque occupatur. Iccirco rectè ſtatuitur, manus eſſe proprium quoddam naturæ loquendi facultate præditæ inſtrumentum, C hunc potiſſimùm ad finem factas, vt earum opera expeditior in nobis ſermonis vſus eſſet.

CAPVT IX.

Hominem ſic conditum eſſe, vt inſtrumenta ad ſermonem neceſſaria habeat.

D DONAVIT igitur homini condito rerum auctor diuinam quandam gratiam, inditis imagini bonis iis, quæ propriis ipſius bonis ſunt conſimilia. Ac bona quidem cætera naturæ hominis ex mera magnificentia tribuit: mentem verò prudentiámque non propriè datam dicemus, ſed cum homine communicatam: volente nimirum Deo debitum naturæ ſuæ ſoli ornatum imagini circumdare. Mens porrò quum animi tantum intelligentia compræhendatur, corporeæ ſcilicet expers materiei: habitura profectò præſtantiæ ſuæ dona ſic erat, vt ea nulla cum re communicarentur, niſi inuenta ratio quædam eſſet, qua motus ipſius quaſi pateſieret.

μορεία. ὥστε προμήκη τε τὴν μορφὴν εἶναι, καὶ ἐπὶ μυκτῆρας ἀπολεπτύνεσθαι, καὶ προβεβλῆσθαι τὰ χείλη τοῦ στόματος τυλώδη καὶ στερεὰ, καὶ παχέα, πρὸς τὴν ἀναίρεσιν τῆς πόας ἐπιτηδείως ἔχοντα. ἐγκεῖσθαι δὲ τοῖς ὀδοῦσι τὴν γλῶσσαν ἄλλην τινὰ τοιαύτην, πολύσαρκον, καὶ ἀντίτυπον καὶ τραχεῖαν, καὶ συγκατεργαζομένην τοῖς ὀδοῦσι τὸ ὑπὸ τὸν ὀδόντα μιόμενον, ἢ ὑγρά τε καὶ διακεχυμένην κατὰ τὰ πλάγια, οἵα ἡ τῶν κυνῶν τε καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ὠμοβόρων ἐστὶ, τῶν καρχαρόδων τῶν ὀδόντων μεταξὺ τῶν διαστημάτων ἐνδιαρρέουσα. B Εἰ οὖν μὴ προσῆσαν αἱ χεῖρες τῷ σώματι, πῶς ἂν ἔναρθρος τούτῳ ἐνετυπώθη φωνὴ, τῆς κατασκευῆς τῶν κατὰ τὸ στόμα μορίων οὐ συνδιασχηματιζομένης πρὸς τὴν χρείαν τοῦ φθόγγου; ὡς ἐπάναγκες εἶναι ἢ βληχᾶσθαι πάντως, ἢ μηκάζειν, ἢ ὑλακτεῖν, ἢ χρεμετίζειν τὸν ἄνθρωπον, ἢ βοᾶν, ἢ ὄνοις βοᾷ παραπλήσιον, ἢ τινα θηριώδη μυκηθμὸν ἀφιέναι. νυνὶ δὲ τῆς χειρὸς ἐντεθείσης τῷ σώματι, εὔσχολόν ἐστι τὸ στόμα τῇ ὑπηρεσίᾳ τοῦ λόγου. Οὐκοῦν ἴδιον τῆς λογικῆς φύσεως αἱ χεῖρες ἀ-C ναπεφήνασιν, οὕτω τοῦ πλάστου διὰ τούτων ἐπινοήσαντος τῷ λόγῳ τὴν εὐκολίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὅτι ὀργανικὸν κατεσκευάσθη τοῦ ἀνθρώπου τὸ σχῆμα πρὸς τὴν τοῦ λόγου χρείαν.

D ΕΠΕΙΔΗ τοίνυν θεοειδῆ τινα χάριν τῷ πλάσματι ἡμῶν ὁ ποιήσας δεδώρηται, τῶν ἰδίων ἀγαθῶν ἐνθεὶς τῇ εἰκόνι τὰς ὁμοιότητας, διὰ τοῦτο τὰ μὲν λοιπὰ τῶν ἀγαθῶν ἔδωκεν ἐκ φιλοτιμίας τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. νοῦ δὲ καὶ φρονήσεως οὐκ ἔστι κυρίως εἰπεῖν ὅτι δέδωκεν, ἀλλ' ὅτι μετέδωκε, τὸν ἴδιον αὐτοῦ τῆς φύσεως κόσμον ἐπιβαλὼν τῇ εἰκόνι. ἐπεὶ οὖν νοερόν τι χρῆμα καὶ ἀσώματόν ἐστιν ὁ νοῦς, ἀκοινώνητον ἂν εἶχε τὴν χάριν, καὶ ἄμικτον, μὴ διά τινος ἐπινοίας φανερουμένης αὐτοῦ τῆς κινήσεως.

τούτου χάριν τῆς ὀργανικῆς ταύτης προσεδεήθη κατασκευῆς, ἵνα πλήκτρου δίκην τῶν φωνητικῶν μορίων ἁπτόμενος, διὰ τῆς ποιᾶς τῶν φθόγγων τυπώσεως ἑρμηνεύσῃ τὴν ἔνδοθεν κίνησιν. καὶ ὥσπερ τις μουσικῆς ἔμπειρος ὤν, εἰ ἰδίαν ἐκ πάθους μὴ ἔχοι φωνὴν, βουλόμενος δὲ φανερὰν ποιῆσαι τὴν ἐπιστήμην, ἀλλοτρίαις ἐμμελῳδοίη φωναῖς, δι᾽ αὐλῶν ἢ λύρας δημοσιεύων τὴν τέχνην· οὕτω καὶ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, παντοδαπῶν νοημάτων εὑρετὴς ὤν, τῷ μὴ δύνασθαι διὰ σωματικῶν αἰσθήσεων ἐπαϊούσῃ τῇ ψυχῇ διακρούειν τὰς τῆς διανοίας ὁρμὰς, καθάπερ τις ἁρμοστὴς ἔντεχνος, τῶν ἐμψύχων τούτων ὀργάνων ἁπτόμενος, διὰ τῆς ἐν τούτοις ἠχῆς φανερὰ ποιεῖ τὰ κεκρυμμένα νοήματα. σύμμικτος δέ τις ἡ μουσικὴ περὶ τὸ ἀνθρώπινον ὄργανον αὐλοῦ καὶ λύρας, ὥσπερ ἐν συνῳδίᾳ τινὶ κατὰ ταὐτὸν ἀλλήλοις συμφθεγγομένων. τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα διὰ τῆς ἀρτηρίας, ἀπὸ τῶν πνευματοδόχων ἀγγείων ἀνωθούμενον, ὅταν ἡ ὁρμὴ τοῦ φθεγγομένου πρὸς φωνὴν τονώσῃ τὸ μέρος, ταῖς ἔνδοθεν προσαρασσόμενον προσβολαῖς, αἳ κυκλοτερῶς τὸν αὐλοειδῆ τοῦτον διειλήφασι πόρον, μιμεῖταί πως τὴν διὰ τοῦ αὐλοῦ γινομένην φωνὴν, ταῖς ὑμενώδεσιν ἐξοχαῖς ἐν κύκλῳ περιδονούμενον. ὑπερῴα δὲ τὸν κάτωθεν φθόγγον ἐκδέχεται τῷ κατ᾽ αὐτὴν κενώματι, διδύμοις αὐλοῖς τοῖς ἐπὶ τοὺς μυκτῆρας διήκουσι, καὶ οἷον λεπίσι τισὶν ἐξοχαῖς τοῖς περὶ τὸν ἠθμὸν χόνδροις τὴν φωνὴν περισχίζουσα, γεγωνοτέραν τὴν ἠχὴν ἀπεργάζεται. παρειὰ δὲ, καὶ γλῶσσα, καὶ ἡ περὶ τὸν φάρυγγα διασκευὴ, καθ᾽ ἣν ὁ ἀνθερεὼν ὑποχαλᾶται κοιλαινόμενος, καὶ ὀξυτονῶν ἐπιτείνεται· ταῦτα πάντα τὴν ἐν ταῖς νευραῖς τοῦ πλήκτρου κίνησιν ὑποκρίνεται ποικίλως καὶ πολυτρόπως, ἐπὶ καιροῦ σὺν πολλῷ τῷ τάχει μεθαρμόζοντα πρὸς τὴν χρείαν τοὺς τόνους. χειλέων δὲ διαστολὴ καὶ ἐπίμυσις ταὐτὸν ποιεῖ τοῖς διὰ τῶν δακτύλων ἐπιλαμβάνουσι τοῦ αὐλοῦ τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν ἁρμονίαν τοῦ μέλους.

A Iccirco erat opus artificioſa inſtrumentorum ſtructura, quo mens partes voci formandæ deſtinatas tamquã plectrum feriens, ſonis certo modo expreſſis motum ſuum interiorem exponeret. Ac quemadmodum ſi quis Muſicę peritus, ſua quidem voce vitio quodam deſtituatur, artem verò nihilominus oſtentare velit: vt ergo hic aſcititiis vocibus eleganter vtitur, vel lyra vel tibia, quantum arte valeat, demonſtrans: ſic mens humana variarũ rationum indagatrix, quum cogitationum ſuarum conſilia non poſſit animo aperire, qui per exter- B nos ſenſus res percipit: velut induſtrius artifex animata organa pulſat, pérque editum ab his ſonum abditas cogitationes ſuas patefacit. Eſt autem in hoc hominis inſtrumento commiſta quædam tibiæ lyræque Muſica, non aliter atque ſi hæc duo mutuo concentu conſonarent. Nam ſpiritus per arteriam ex vaſis, quibus ipſe continetur, ſurſum impulſus, homine loquuturo membrum ipſum, vt vocem edat, cupidè quaſi intendente: tum igitur ſpiritus ad interiorès arteriæ commiſſuras illi- C ſus, quæ meatum illum tibiæ ſimilem omni ex parte continent, tibiæ ſonum modo quodam imitatur, vndique per quaſdam veluti ſtrias membraneas agitatus. Deinde palatum capedine ſua vacua ſonum ab imo tendentem excipiens, geminis eundem fiſtulis ad nares pertinentibus, atque etiam illa cartilagine, quæ id quod colum vocant complectitur, tamquam per ſquamas nonnihil exſtantes ita diſrumpit, vt vox longè clarior reddatur. Genæ porrò, & lingua, & faucium ſtructura circa quam mentum in formam concauam D explicatum tandem in acumen deſinit: hæc ergo vniuerſa plectri in fidibus motum variè multiplicitérque repræſentant: & magna celeritate, prout res poſtulat, vocum tonos mutant. Labiorum denique diductione, eorumdémque viciſſim compreſſione ſic vtimur, vt muſici digitorum opera ſpiritum in fiſtulis, & cantus adeò harmoniam moderantur.

A

CAPVT X.

Mentem per ſenſus agere.

Hoc igitur pacto mente per opificium organicum ſermonem in nobis quaſi modulante, loquendi facultatem adepti ſumus : quo inſigni dono cariturí eramus, ſi graue moleſtúmque comparandi humano corpori paſtus negotium labris datum fuiſſet. Nunc quum id officij manibus obtigerit: nulla ex alia re os occupari neceſſe eſt, niſi vt ſermonem quàm aptiſſimè effingat. Atque eſt huius organi duplex quidem vſus, alter in efficiendo ſono, alter in recipiendis iis rebus quas res extra nos poſitas conſideramus. Harum autem facultatum neutra cum altera miſcetur: ſed quælibet id agit, ad quod à natura eſt deſtinata. Iccirco neque auditus loquitur, neque vox audit, neque altera harum perturbat alteram. Nam vox quidē ſemper aliquid emittit: contráque auditus quamquam perpetuò recipiat, numquam tamen repletur, quemadmodum Solomo alicubi loquitur. Quæ res mihi maximè in nobis admiratione digna videtur, quæ nimirum illa ſit interioris noſtræ capacitatis amplitudo, in quam omnia per auditum infuſa confluunt. qui ſint quaſi à commentariis, quorum opera conſignentur ea quæ in aures penetrant. quę receptacula ſint rerum auditu perceptarū. quo pacto fieri poſſit, vt quū adeò multa & varia immittantur, non in collocatione rerum aliarū ſuper alias confuſio ac perturbatio quædā cōtingat. Idem & in facultate vidente in admirationem venit. nam & per hanc modo quodā conſimili mens extraria præhēdit, receptiſq. rerū apparentium ſimulacris, formas eorum quæ cerni poſſunt apud ſeſe depingit. Atque vt in ampla quadam vrbe, quæ per diuerſos aditus homines aduenientes recipit, non vnum quemdam ad locum omnes concurrunt : ſed alios videre eſt ad forum, alios in ædes, alios ad comitia, plateas, angiporta, theatra, quémque ſui ex animi ſententia, tendentes: ita & mentis oppidum, quod eſt intra nos exſtructum, diuerſi quidem ſenſuum aditus quaſi complent:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι διὰ τῶν αἰσθήσεων ὁ νοῦς ἐνεργεῖ.

ΟΥΤΩ τοίνυν τοῦ νοῦ διὰ τῆς ὀργανικῆς ταύτης κατασκευῆς ἐν ἡμῖν μουσουργοῦντος τὸν λόγον, λογικοὶ γεγόναμεν, οὐκ ἂν (ὡς οἶμαι) ἔχοντες τὴν τοῦ λόγου χάριν, εἰ τὸ βαρύ τε καὶ ἐπίπονον τῆς κατὰ τὴν βρῶσιν λειτουργίας τοῖς B χείλεσι πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος ἐπορίζομεν. νυνὶ δὲ τὴν τοιαύτην λειτουργίαν αἱ χεῖρες εἰς ἑαυτὰς μετενέγκασαι, εὔθετον τῇ ὑπηρεσίᾳ τοῦ λόγου τὸ στόμα κατέλιπον. διπλῆ δὲ περὶ τὸ ὄργανον ἡ ἐνέργεια. ἡ μὲν πρὸς ἐργασίαν ἤχους, ἡ δὲ πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἔξωθεν νοημάτων. καὶ οὐκ ἐπιμίγνυται πρὸς τὴν ἑτέραν ἡ ἄλλη, ἀλλὰ παραμένει τῇ ἐνεργείᾳ, ἐφ' ἣν ἐτάχθη παρὰ τῆς φύσεως, οὐκ ἐνοχλοῦσα τῇ γείτονι, οὔτε τῆς ἀκοῆς λαλούσης, οὔτε τῆς φωνῆς ἀκουούσης. ἡ μὲν γὰρ ἀεί τι πάντως προΐεται, ἡ δὲ ἀκοὴ δεχομένη διηνεκῶς C οὐκ ἐμπίμπλαται, καθώς φησί που Σολομών, ὅ μοι δοκεῖ καὶ μάλιστα τῶν ἐν ἡμῖν ἄξιον εἶναι καὶ θαυμάζεσθαι, τί τὸ πλάτος ἐκείνου τοῦ ἔνδοθεν χωρήματος, εἰς ὃ πάντα συρρεῖ τὰ διὰ τῆς ἀκοῆς εἰσχεόμενα; τίνες οἱ ὑπομνηματογράφοι τῶν εἰσαγομένων ἐν αὐτῷ λόγων; καὶ ποῖα δοχεῖα τῶν ἐντιθεμένων τῇ ἀκοῇ νοημάτων; καὶ πῶς, πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀλλήλοις ἐπεμβαλλομένων, σύγχυσις καὶ πλάνη κατὰ τὴν ἐπάλληλον θέσιν τῶν ἐγκειμένων οὐ γίνεται; τὸ ἴσον δ' ἄν τις καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὄψεων ἐνεργείας θαυμάσειε. ὁμοίως γὰρ καὶ διὰ τούτων ὁ νοῦς τῶν ἔξω τοῦ σώματος ἐπιδράσσεται, καὶ πρὸς ἑαυ- D τὸν ἕλκει τῶν φαινομένων τὰ εἴδωλα, τοὺς χαρακτῆρας τῶν ὁρατῶν ἐν ἑαυτῷ καταγράφων. καὶ ὥσπερ εἴ τις πολύχωρος εἴη πόλις ἐκ διαφόρων εἰσόδων τοὺς πρὸς αὐτὴν συμφοιτῶντας εἰσδεχομένη, οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατά τι τῶν ἐν τῇ πόλει συνδραμόντες οἱ πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν κατὰ τὴν ἀγοράν, οἱ δὲ κατὰ τὰς οἰκήσεις, ἄλλοι κατὰ τὰς ἐκκλησίας, ἢ τὰς πλατείας, ἢ τοὺς στενωπούς, ἢ τὰ θέατρα, κατὰ τὴν ἰδίαν ἕκαστος γνώμην μεταχωροῦσι. τοιαύτην τινὰ βλέπω καὶ τὴν τοῦ νοῦ πόλιν τὴν ἔνδοθεν ἐν ἡμῖν συνῳκισμένην, ἣν διάφοροι μὲν αἱ διὰ τῶν αἰσθήσεων εἴσοδοι καταπληροῦσιν,

ἑκάστου δὲ τῶν εἰσιόντων φιλοκρινῶς τε καὶ διεξετάζων ὁ νοῦς, τοῖς καταλλήλοις τῆς γνώσεως τόποις ἐναποτίθεται. καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν ὑποδείγματος ἔστι πολλάκις ὁμοφύλους τινὰς ὄντας καὶ συγγενεῖς μηδὲ τῆς αὐτῆς πύλης ἐντὸς γίνεσθαι, ἄλλου κατ' ἄλλην εἴσοδον κατὰ τὸ συμβὰν εἰσδραμόντος, ἔνδον δὲ ἤτοι ἐντὸς τῆς περιβολῆς τοῦ τείχους γινόμενοι, πάλιν μετ' ἀλλήλων εἰσί, πρὸς ἀλλήλους οἰκείως ἔχοντες. καὶ τὸ ἔμπαλιν ἔστιν εὑρεῖν γινόμενον. οἱ γὰρ ἀπεξενωμένοι τε καὶ ἄγνωστοι ἀλλήλων μιᾷ χρῶνται πρὸς τὴν πόλιν εἰσόδῳ πολλάκις, ἀλλ' οὐ συνάπτει τούτους ἀλλήλοις ἡ κατὰ τὴν εἴσοδον κοινωνία. δύνανται γὰρ καὶ ἐντὸς γενόμενοι διακριθῆναι πρὸς τὸ ὁμόφυλον. τοιοῦτόν τι βλέπω καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν νοῦν εὐρυχωρίας. πολλάκις γὰρ καὶ ἐκ διαφόρων αἰσθητηρίων μία γνῶσις ἡμῖν συναγείρεται, τοῦ αὐτοῦ πράγματος πολυμερῶς πρὸς τὰς αἰσθήσεις μεριζομένου. πάλιν δ' αὖ τὸ ἐναντίον ἐστίν, ἐκ μιᾶς τινος τῶν αἰσθήσεων πολλά τε καὶ ποικίλα μαθεῖν, οὐδὲν ἀλλήλοις κατὰ τὴν φύσιν συμβαίνοντα. οἷον, κρεῖττον γὰρ ἐν ὑποδείγματι διασαφηνίσαι τὸν λόγον, προκείσθω ζητεῖσθαί τι περὶ χυμῶν ἰδιότητος, τί μὲν ἡδὺ πρὸς τὴν αἴσθησιν, τί δὲ φευκτὸν τοῖς γευομένοις ἐστίν. οὐκοῦν εὑρέθη διὰ τῆς πείρας ἥ τε τῆς χολῆς πικρότης, καὶ τὸ προσηνὲς κατὰ τὸ μέλι ποιότητος. διαφόρων δὲ ὄντων τούτων, μίαν εἰσάγει γνῶσιν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, πολυμερῶς τῇ διανοίᾳ εἰσοικιζόμενον, ἡ γεύσει, ἡ ὀσφρήσει, ἡ ἀκοῇ, πολλάκις δὲ καὶ τῇ ἀφῇ καὶ τῇ ὄψει. καὶ γὰρ ἰδών τις τὸ μέλι, καὶ τοῦ ὀνόματος ἀκούσας, καὶ τῇ γεύσει λαβών, καὶ τὴν ἀτμὴν διὰ τῆς ὀσφρήσεως ἐπιγνούς, καὶ τῇ ἀφῇ δοκιμάσας, τὸ αὐτὸ πρᾶγμα δι' ἑκάστου τῶν αἰσθητηρίων ἐγνώρισε. ποικίλα δὲ πάλιν καὶ πολυειδῆ διὰ μιᾶς τινος αἰσθήσεως διδασκόμεθα· τῆς τε ἀκοῆς παντοίας δεχομένης φωνάς, τῆς τε διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀντιλήψεως ἀδιάκριτον ἐχούσης τὴν ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς τῶν ἑτερογενῶν θεωρίας. ὁμοίως γὰρ λευκῷ τε προσπίπτει καὶ μέλανι, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὸ ἐναντίον διεστῶσι τῷ χρώματι. οὕτως ἡ γεῦσις, οὕτως ἡ ὄσφρησις, οὕτως ἡ διὰ τῆς ἀφῆς κατανόησις, παντοδαπῶν πραγμάτων ἑκάστη διὰ τῆς οἰκείας ἀντιλήψεως τὴν γνῶσιν ἐντίθησιν.

A mens tamen de ſingulis quæ ingrediuntur, iudicium faciens, & in quælibet inquirens, ſic deinde proprias ea velut in ſedes notitiæ collocat. Ac quemadmodum vſuuenire poteſt (libet enim vti eadem, qua cepimus, ab oppido ſumpta comparatione) vt tribules, vel etiam cognati, eadem vrbem porta non ingrediantur, alio fortè fortuna per alium aditum ad vrbem itante, qui nihilominus poſtquam intra mœniorum ambitum venerunt, conueniunt, & neceſſitudine mutua ſibi deuincti ſunt: contráque fieri poteſt, vt homines peregrè venientes, intérque ſeſe ignoti, eodem ad vrbem aditu contēdant: quos tamen B communis in vrbem ingreſſus nullo modo coniungit, quando vrbem ingreſſi pro libitu quiſque ſe ab aliis ſeparat, ſingulis ſuos quærentibus: non diſſimilem intelligere videor etiam mentis amplitudinem eſſe. Nam ſæpenumero ex diuerſis ſenſuum organis vnius rei cognitionem paramus, ipſa re diuerſis modis ſenſibus ſe inſinuante. contrà videre eſt, vno codémque ſenſu multa variáq. percipi, quæ cæteroqui natura inter ſe non conueniunt. Verbi gratia, (nam rectius hæc exemplis illuſtrantur) propoſitum nobis eſto quiddā de ſaporum proprietate perquirere, quid dulcis, C quid guſtatui cōtrà ingratus humor ſit. itaque docemur experientia bilem quidem eſſe amaram: gratam verò melli qualitatem quamdā ineſſe. Hæc quum diuerſa inter ſe exiſtant, vna tamen rei noticia comparatur, modis variis menti inſinuata, nimirum guſtatu, odoratu, auditu, etiam contactu nonnunquam, & aſpectu. Nam quum quis mel intuetur, nomen audit, guſtum percipit, halitum olfacit, contactu deniquè ipſum explorat: eandem rem ſingulis ſenſibus D percipit. contrà verò varia & ſpecie diuerſa vno viciſſim ſenſu eſt cognoſcere. Quemadmodum auditu omnis generis voces percipiuntur: & oculorum ea facultas eſt, vt promiſcuè res etiam genere diuerſas videat. conſimili enim modo videndi vis in album, nigrum, res item colore inter ſe diuerſas cæteras incidit. ſic ſenſus reliqui, guſtatus, odoratus, contactus, variarum ſinguli rerum ſua perceptione noticiam nobis pariunt.

A

CAPVT XI.

Naturam hominis totam conſideratione noſtra perſpici non poſſe.

QVID igitur, inquies, natura ſua mens hominis eſt, quæ per ſenſuum diuerſas ſe facultates didit, & per has ſibi rerum noticiam comparat? Diuerſum ſanè quiddam eſſe mentem ab ipſis ſenſibus, qui ambigat, fore neminem, qui quidem ſapiat, arbitror. Nam ſi idem eſſet quod ſenſus, omnino vni ex ſenſibus eſſet affinis: quando mens ipſa naturæ ſimplicis eſt, in qua nihil ſtatui varium poteſt. At verò compoſitis omnibus, quum aliud ſit contactus, aliud odoratus, cæteriſque itidem ſic inter ſe diuerſis, vt nihil quidem inter ipſos commune ſit, mens tamen ſingulis pariter ratione quadam conueniente adſit: omnino cenſendum eſt mentem aliud quiddam eſſe, quàm ſit natura ſenſilis: ne ſimplici rei, & quæ intelligentia compræhenditur, ineſſe diuerſa quædam ſtatuamus. Præclarè Apoſtolus exclamat: Quis mentem Domini cognouit? Mihi verò libet hoc etiam adijcere: Quis mentem propriam perſpectam habet? Reſpondeant nobis, qui Dei naturã animi cogitationibus comprænhendi poſſe exiſtimãt, ſeipſóſne planè contemplati ſunt? mentiſve propriæ naturã exploratam & cognitã habent? Dices hanc fortè multis ex rebus diuerſis conſtare. At quo pacto fieri poteſt, vt quod animo intelligitur, cõpoſitum ſit? aut quæ tandẽ in hoc eſſe poſſit miſtionis rerum genere diuerſarum ratio? Sin contrà ſtatues ſimplicẽ quamdã mentis eſſe naturam, miniméque compoſitam: qua fieri dices ratione, vt in varios eadẽ ſenſus ſpargatur? quomodo in vno varia? quomodo in varijs eſſe vnũ poteſt? Enimuero quo in re obſcura nos pacto explicemus, animaduerto. Faciamus hominem, inquit Deus, ad imaginẽ ſimilitudinémque noſtram. Imago ſi nulla in parte deſideret ea quæ ſunt in archetypo, rectè ſcilicet imago appellabitur: ſin aliqua ex parte ſimilitudinẽ exẽplaris, ad quod eſt cõformata, nõ refert, ſecundum eandẽ partem imago non eſt. Quando igitur vnum hoc eſt de iis quæ eſſe in Deo conſtat, Dei nimirum naturam comprehendi nulla rationis vi poſſe: neceſſarium erit

Rom. 11. | Geneſ. 1.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι ἀθεώρητος ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις.

ΤΙ τοίνυν ἐστὶ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ὁ νοῦς, ὁ ἐν αἰσθητικαῖς δυνάμεσιν ἑαυτὸν ἐπιμερίζων, καὶ δι' ἑκάστης καταλλήλως τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν ἀναλαμβάνων; ὅτι γὰρ ἄλλο τι παρὰ τὰς αἰσθήσεις ἐστὶν, οὐκ ἂν οἶμαί τινα τῶν ἐμφρόνων ἀμφιβάλλειν. εἰ γὰρ ταὐτὸν ἦν B τῇ αἰσθήσει, πρὸς ἓν πάντως εἶχε τῶν κατ' αἴσθησιν ἐνεργουμένων τὴν οἰκειότητα, διὰ τὸ ἁπλοῦν μὲν αὐτὸν εἶναι, μηδὲν δὲ ποικίλον ἐν τῷ ἁπλῷ θεωρεῖσθαι. νυνὶ δὲ πάντων συνωμολογημένων, ἄλλο μέν τι τὴν ἁφὴν εἶναι, ἄλλο δὲ τὴν ὄσφρησιν, καὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως ἀκοινωνήτως τε καὶ ἀμίκτως πρὸς ἄλληλα διακειμένων, ἐπειδὴ κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστῃ καταλλήλως πάρεστιν, ἕτερόν τινα πάντως αὐτὸν χρὴ παρὰ τὴν αἰσθητὴν ὑποτίθεσθαι φύσιν, ὡς ἂν μή τις ποικιλία τῷ νοητῷ συμμιχθείη. τίς ἔ- C γνω νοῦν κυρίου; φησὶν ὁ ἀπόστολος. ἐγὼ δὲ παρὰ τοῦτο φημὶ, τίς τὸν ἴδιον νοῦν κατενόησεν; εἰπάτωσαν οἱ τῆς Θεοῦ τὴν φύσιν ἐντὸς ποιούμενοι τῆς ἑαυτῶν καταλήψεως, εἰ ἑαυτοὺς κατενόησαν; εἰ τοῦ ἰδίου νοῦ τὴν φύσιν ἐπέγνωσαν; πολυμερής τίς ἐστι, καὶ πολυσύνθετος. καὶ πῶς τὸ νοητὸν ἐν συνθέσει; ἢ τίς ὁ τῆς τῶν ἑτερογενῶν ἀνακράσεως τρόπος; ἀλλ' ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος. καὶ πῶς εἰς τὴν πολυμέρειαν τὴν αἰσθητικὴν διασπείρεται; πῶς ἐν μονότητι τὸ ποικίλον; πῶς ἐν ποικιλίᾳ τὸ ἕν; ἀλλ' D ἔγνων τῶν ἠπορημένων τὴν λύσιν, ἐπ' αὐτὴν ἀναδραμὼν τοῦ Θεοῦ τὴν φωνήν. ποιήσωμεν γάρ φησιν, ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. ἡ γὰρ εἰκὼν ἕως ἂν ἐν μηδενὶ λείπηται τῶν κατὰ τὸ ἀρχέτυπον νοουμένων, κυρίως ἐστὶν εἰκών. καθ' ὃ δ' ἂν διαπέσῃ τῆς πρὸς τὸ πρωτότυπον ὁμοιότητος, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος εἰκὼν οὐκ ἔστι. οὐκοῦν ἐπειδὴ ἓν τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν θεωρουμένων ἐστὶ τὸ ἀκατάληπτον τῆς οὐσίας· ἀνάγκη

πᾶσα καὶ ἐν τούτῳ τὴν εἰκόνα πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἔχει τὴν μίμησιν. εἰ γὰρ ἡ μὲν τῆς εἰκόνος φύσις κατελαμβάνετο, τὸ δὲ πρωτότυπον ὑπὲρ κατάληψιν ἦν, ἡ ἐναντιότης τῶν ἐπιθεωρουμένων τὸ διημαρτημένον τῆς εἰκόνος διήλεγχεν. ἐπειδὴ δὲ διαφεύγει τὴν γνῶσιν ἡ κατὰ τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον φύσις, ὅς ἐστι κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, ἀκριβῆ πρὸς τὸ ὑπερκείμενον ἔχει τὴν ὁμοιότητα, τῷ καθ' ἑαυτὸν ἀγνώστῳ χαρακτηρίζων τὴν ἀκατάληπτον φύσιν.

A omnino, hac etiam in parte imaginem Dei in homine archetypo ſuo reſpõdere. Nam ſi natura imaginis qualis ſit, intelligi poſſet: exẽplar verò princeps ſupra intelligentiæ noſtræ vires poſitum eſſet: hæc ipſa diuerſitas indicio foret, quantũ ab archetypo imago ipſa receſſiſſet. Nunc quũ naturã mentis noſtræ, ad creatoris imaginẽ factæ, intelligentię vis aſſequi non poſſit: accuratam ea naturæ ſupra nos exiſtentis ſimilitudinem refert, inque eo quòd & ipſa indagari non poteſt, expreſſas naturæ incompręhenſilis notas oſtendit.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ἐξέτασις, ἐν τίνι τὸ ἡγεμονικὸν νομιστέον, ἐν ᾧ καὶ περὶ δακρύων καὶ περὶ γέλωτος φυσιολογία, καὶ θεώρημά τι φυσικὸν περὶ τῆς κατὰ τὴν ὕλην, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὸν νοῦν κοινωνίας.

ΣΙΓΑΤΩ τοίνυν πᾶσα στοχαστικὴ ματαιολογία τῶν μερικοῖς τισὶ σωματικοῖς τὴν νοητὴν ἐναποκλειόντων ἐνέργειαν. ὧν οἱ μὲν ἐν καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τίθενται· οἱ δὲ τῷ ἐγκεφάλῳ τὸν νοῦν ἐνδιαιτᾶσθαι φασὶν, ἐπιπολαίοις τισὶ πιθανότησι τὰς τοιαύτας ἐπινοίας κρατοῦντες. ὁ μὲν γὰρ τῇ καρδίᾳ προστιθεὶς τὴν ἡγεμονίαν τὴν κατὰ τόπον αὐτῆς θέσιν ποιεῖται τοῦ λόγου τεκμήριον, διὰ τὸ δοκεῖν πως τὴν μέσην τοῦ παντὸς σώματος ἐπέχειν χώραν αὐτὴν, ὡς τῆς προαιρετικῆς κινήσεως εὐκόλως ἐκ τοῦ μέσου πρὸς ἅπαν μεριζομένης τὸ σῶμα, καὶ οὕτως εἰς ἐνέργειαν προϊούσης. καὶ μαρτύριον ποιεῖται τοῦ λόγου τὴν λυπηράν τε καὶ θυμώδη τοῦ ἀνθρώπου διάθεσιν, ὅτι δοκεῖ πως τὰ τοιαῦτα πάθη συγκινεῖν τὸ μέρος τοῦτο πρὸς τὴν συμπάθειαν. οἱ δὲ τὸν ἐγκέφαλον ἀφιερώσαντες τῷ λογισμῷ, ὥσπερ ἀκρόπολίν τινα τοῦ παντὸς σώματος τὴν κεφαλὴν δεδομῆσθαι παρὰ τῆς φύσεως λέγουσιν. ἐνοικεῖν δὲ ταύτῃ καθάπερ τινὰ βασιλέα τὸν νοῦν, οἷον ἀγγελιαφόροις ἢ ὑπασπισταῖς, τοῖς αἰσθητηρίοις ἐν κύκλῳ δορυφορούμενον. σημεῖον δὲ καὶ οὗτοι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας ποι-

CAPVT XII.

Qua parte contineri princeps animi facultas (quod ἡγεμονικὸν *Græci dicunt) putanda ſit. Quæ lacrymarum ac riſus cauſſæ, explicatum. Theorema denique phyſicum, de materiei, naturæ, ac mentis inter ſe mutuo nexu.*

C IDCIRCO tamdem curioſa vanitas hominum coniecturis viſorum faceſſat, quos mentis facultatem quæ intelligentia compræhenditur, membris nonnullis corporis includere non eſt veritum. Nam horum aliis in corde principem animi vim collocare viſum eſt, aliis in cerebro: quum opiniones haſce ſuas leuibus quidem illis, ſed tamen à veri ſpecie non abhorrentibus planè rationibus confirment. Qui enim cordi principatum deferunt, ipſius loci ſitum pro ratione vſurpant. Etenim cor locum in humano corpore toto medium propè obtinere videtur, vt motus à conſilio profectus facilè in corpus vniuerſum ex hoc medio ſe diffunderet, atque ita ad agendum progrederetur. Huic ſententiæ illud etiam patrocinari putant, quòd homine vel mœſto vel irato, perturbationes huiuſmodi cor maximè permouere videntur, vt iiſdem afficiatur. Cerebro qui ratiocinandi vim conſecrant, caput à natura tamquam arcem quamdam totius corporis exſtructum eſſe affirmant. Hac in arce mentis veluti regis domicilium eſſe, quæ vndique ſenſuum organis, tamquam apparitorum ſtipatorúmque ſatellitio muniatur. Vtuntur etiam ad ſtabiliendam ſententiam ſuam hoc ar-

D

gumento, quòd ratiocinandi facultas in eis, quorum meninges, hoc eſt membranæ cerebri læſæ ſunt, de ſuo quaſi ſtatu proturbetur: & quòd homines obruti ebrietate, omnem decori rationem ignorent. Vtrique præterea magis etiam doctrinæ de rerum natura conſentaneas rationes adducunt, ad ſententiam de principis animi facultatis ſede ſuam confirmãdam. Nam alter quidem ait motum mẽtis igneæ naturæ affinem eſſe, quando & ignis & mens numquam non moueantur. Quúmque in corde caloris fontem eſſe ſit in confeſſo: iccirco mentis motum cum caloris mobilitate quaſi temperatum eſſe, córque adeò naturæ intelligentis receptaculum ſtatuit, quòd calor eo cõtineatur. Alter verò meningem (ſic enim appellant membranam cerebrum amplectentem) omnium organorum ſentiẽtium veluti baſem ac radicem quamdam eſſe affirmat. Huic ergo propriam rationẽ quaſi credere non dubitat, neque vllo alio in loco facultatem intelligentem ſitam exiſtimat, extra quàm ea in hominis parte, ad quã aures aptiſſimè adiunctæ, voces ſibi incidentes quaſi nonnihil pulſando deferunt. Cui aſpectus in ima oculorum ſede à natura adhæreſcens, per incidentia in pupulas ſimulacra, rerum formas interius exprimit. halitum etiam qualitates per odoratus attractionem hac in parte diſcernuntur. Eodem modo quæ à ſenſu guſtatus percipiuntur, eiuſdem meningis vicinæ iudicio ſubijci neceſſe eſt, quãdo ea ſurculos quoſdam nerueos, quibus ex ipſa vis ineſt ſentiendi, per ceruicis vertebras ad meatum quem ab iſthmi, hoc eſt, anguſtæ inter duo maria terræ ſimilitudine appellant ἰσθμοειδῆ, deriuatos: muſculis ibidem ſitis inſerit. Ego verò non diffiteor facultatem animi intelligentem ſæpe à morborum violentia victam perturbari, & ex cauſſa externa partem ratiocinatricem in efficacitate ſua naturali quaſi hebetem reddi. Etiam quod eſt igneum in corpore, proficiſci ex corde tamquam ex fonte, idémque cor ad vehementes animi commotiones vnà moueri non nego: denique ne hoc quidem infitior, membranam cerebrum amplexam ſenſuum organis inſtar baſis cuiuſdam eſſe, vt quodã de rebus hiſce diſſerere ſcimus, quæ cerebrum ſibi inuolutum contineat, & halitibus ab organis

A οῦνται, τὸ παρεγκλίνεσθαι τοῦ καθεστῶτος τὸν λογισμὸν τῶν κεκακωμένων τὰς μήνιγγας. καὶ τὸ ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ πρέποντος γίνεσθαι τοὺς ἐν μέθῃ καρηβαρήσαντας. προστιθέασι δὲ καί τινας φυσικωτέρας αἰτίας τῆς τοιαύτης περὶ τὸ ἡγεμονικὸν ὑπονοίας ἑκάτεροι τῶν ταύταις ταῖς δόξαις παρισταμένων. ὁ μὲν γὰρ πρὸς τὸ πυρῶδες συγγενῶς ἔχειν τὴν ἐκ τῆς διανοίας κίνησιν λέγει, διὰ τὸ ἀεικίνητον εἶναι καὶ τὸ πῦρ καὶ τὴν διάνοιαν. καὶ ἐπειδὴ πηγάζειν ἐν τῷ μορίῳ τῆς καρδίας ἡ θερμότης ὁμολογεῖται· διὰ τοῦτο τῷ εὐκινήτῳ τῆς θερμότητος τὴν
B τοῦ νοῦ κίνησιν ἀνακεκρᾶσθαι λέγων, δοχεῖον τῆς νοερᾶς φύσεως τὴν καρδίαν εἶναί φησιν, ἐν ᾗ τὸ θερμὸν περιείληπται. ὁ δὲ ἕτερος πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις οἷόν τινα ὑποβάθραν τινὰ καὶ ῥίζαν εἶναι λέγει τὴν μήνιγγα· οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὸν περιεκτικὸν τοῦ ἐγκεφάλου ὑμένα, καὶ τούτῳ πιστοῦται τὸν ἴδιον λόγον, ὡς οὐχ ἑτέρωθι τῆς νοητικῆς ἐνεργείας καθιδρυμένης, εἰ μὴ κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, ᾧ καὶ τὸ οὖς ἐφηρμοσμένον τὰς ἐμπιπτούσας αὐτῷ φωνὰς προσαράσσει. καὶ ἡ ὄψις κατὰ τὸν πυθμένα
C τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ἕδρας συμπεφυκυῖα, διὰ τῶν ἐμπιπτόντων ταῖς κόραις εἰδώλων πρὸς τὸ ἔσω ποιεῖται τὴν τύπωσιν. καὶ τῶν ἀτμῶν αἱ ποιότητες διὰ τῆς τῶν ὀσφρήσεων ὁλκῆς ἐν αὐτῷ διακρίνονται. καὶ ἡ κατὰ τὴν γεῦσιν αἴσθησις τῇ ἐπικρίσει τῆς μήνιγγος δοκιμάζεται, ἐκ τοῦ σύνεγγυς ἐκφύσεις τινὰς νευρώδεις ἀφ' ἑαυτῆς αἰσθητικὰς διὰ τῶν αὐχενίων σπονδύλων ἐπὶ τὸν ἠθμοειδῆ πόρον κατὰ τοὺς αὐτόθι μύας ἐγκαταμιξάσης. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν ἐπιταράσσεσθαι πολλάκις πρὸς τῶν πα-
D θημάτων ἐπικρατήσεως τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς, καὶ ἀμβλυώσσεσθαι τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας τὸν λογισμὸν ἔκ τινος σωματικῆς περιστάσεως, ἀληθὲς εἶναί φημι. καὶ πηγήν τινα τοῦ κατὰ τὸ σῶμα πυρώδους τὴν καρδίαν εἶναι, πρὸς τὰς θυμώδεις ὁρμὰς συγκινουμένην. καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, τὸ ὑποβεβλῆσθαι τοῖς αἰσθητηρίοις τὴν μήνιγγα, κατὰ τὸν λόγον τῶν τὰ τοιαῦτα φυσιολογούντων, περιπτυσσομένην ἐν ἑαυτῇ τὸν ἐγκέφαλον, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν

Εἰ δέ τινα τῆς κτίσεως τὴν θρεπτικὴν ἐνέργειαν ἔχει, ἢ πάλιν ἕτερα τῇ αἰσθητικῇ διοικεῖται δυνάμει, μήτε ἐκεῖνα αἰσθήσεως, μήτε ταῦτα τῆς νοερᾶς μετέχοντα φύσεως, καὶ διὰ τοῦτό τις ψυχῶν πλῆθος καθυποπτεύει· οὐ κατὰ τὸν διαιροῦντα λόγον ὁ τοιοῦτος τὴν τῶν ψυχῶν διαφορὰν δογματίσει. ἅπαν γὰρ τὸ ἐν τοῖς οὖσι νοούμενον, εἰ μὲν τελείως εἴη ὅπερ ἐστὶ, κυρίως καὶ ὀνομάζεται ὅπερ λέγεται. τὸ δὲ μὴ διὰ πάντων ὂν ἐκεῖνο, ὃ κατονομάζεται, ματαίαν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχει. οἷον εἴ τις τὸν ἀληθῆ δείξειεν ἄρτον, φαμὲν τὸν τοιοῦτον κυρίως ἐπιλέγειν τῷ ὑποκειμένῳ τὸ ὄνομα. εἰ δέ τις τὸν ἀπὸ λίθου τεχνηθέντα τῷ κατὰ φύσιν ἀντιπαραδείξειεν, ᾧ σχῆμα μὲν τὸ αὐτὸ, καὶ τὸ μέγεθος ἴσον, καὶ ἡ τοῦ χρώματος ὁμοιότης, ὥστε διὰ τῶν πλείστων τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ πρωτοτύπῳ δοκεῖν, ἐπι-

CAPVT XV.

Animam propriè & eſſe eam & dici, quæ ratione vtitur: cæteris tantum appellationem cum hac eſſe communem. C *Præterea per vniuerſum corpus mentis ſe facultatē didere, cōueniente quadam ratione membris ſingulis coniunctam.*

SI quis autem iccirco plures eſſe animas opinatur, quòd creata nonnulla facultate nutriente ſunt prædita, nonnulla ſentiente: quum illa ſenſu, hæc intelligentia careant: is animarum diſcrimen non ſatis explicatè declarat. Quidquid enim in rerum natura exiſtit, ſi quidem perfectè eſt id quod D eſſe debet: rectè etiam ac propriè nomen ſuum obtinet, quo ſcilicet appellatur. ſin aliquid non prorſus & integrè eſt id, quod eſſe dicitur: huic impropriè nomen ipſum tribuitur. Si quis, verbi gratia, panem verum oſtendat: eum propriè rem indicatā ſuo nomine appellaſſe dicimus. Sin autem vnà cum hoc alium quemdam demonſtret, arte factum de materie lapidea, eiuſdem formæ, æqualem magnitudine, colore conſimilem, vt multis ex rebus idem eſſe cum eo, ad cuius exemplar factus eſt, appareat: vnum modò deſit,

quòd idoneus eſſe alendo homini non poſſit: tum verò de hoc ipſo non rectè lapidi panis appellationem inditam, ſed per vocis abuſum, affirmabimus. Eodē modo quidquid non omni ex parte id eſt quod dicitur: in eo appellando vocabulis abutimur. Quamobrem quum ea demum perfecta ſit anima, quæ & intelligentiæ & rationis eſt vi prædita: quidquid ſcilicet tale non eſt, ei cum anima quidem nomen eſſe commune poteſt: reapſe verò non anima, ſed viuendi facultas quædam erit, quæ more hominum animæ appellatione cenſeatur. Iccirco Deus homini animalium carnibus veſci, perinde atque oleribus, permittit: quòd eorum natura propè à vita illa rerum naturalium abſit. Eſt enim ita perſcriptum: Omnis generis carnibus tanquam oleribus gramineis veſcemini. Parum ſcilicet quiddam eſſe videtur in animalibus cæteris facultas ſentiens, qua vna rebus aliis, quæ abſq. hac & aluntur & accreſcunt, præſtant. De quo voluptarios homines hoc capere doctrinæ & admonitionis oportet, vt animi cogitationē ad res quæ ſenſui arrident, non conuertant: ſed omnem operam ſtudiúmque in excolendis animi verè principibus bonis collocent, circa quæ verè nimirum anima verſatur, quum ſentiendi facultate animalia rationis expertia non ſuperemus. Sed ab aliis ad alia progreſſa eſt oratio. Non enim inſtituimus oſtendere, mentem in homine natura craſſæ materiei præſtantiorem eſſe: ſed nulla certa parte corporis noſtri mentem contineri. Exiſtere ſcilicet eam ratione pari in omnibus, & per omnia, atq. vt exterius nihil complectatur: ſic interius eam nō concludi, quemadmodum cados aliáque corpora propriè ſe complecti dicimus, quum in aliis alia collocantur. Mentis autem corporiſque nexus & ſocietas, rationem quamdam coniunctionis habet, quæ explanari dicendo, & intelligi cogitando non poteſt. Neque enim mens intra corpus eſt, quando rem corporis expertem corpore contineri fas non eſt. Etiam exterius nos non complectitur, quando ab iis quæ corpore carent, nihil concludi poteſt. Enimuero mens modo quodam oratione inexplicabili, & qui ab intelligētia noſtra compræhendi non poteſt, naturæ adeſt, eidémq. copulatur, inque ea & circa eam exiſtit. Vt ei non inſidet, ita eam non circumplectitur, ſed adeſt ratione, quæ neque exponi, neque conſiderando exhauriri poteſt. Vnum

A λείπει δὲ αὐτῷ τὸ καὶ τροφὴν δύνασθαι εἶναι· διὰ τοῦτο οὐ κυρίως, ἀλλ' ἐκ καταχρήσεως τῆς ἐπωνυμίας τοῦ ἄρτου τετυχηκέναι τὸν λίθον λέγομεν. καὶ πάντα τὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἃ μὴ δι' ὅλων ἐστὶν ὅπερ λέγεται, ἐκ καταχρήσεως ἔχει τὴν κλῆσιν. οὕτω τοίνυν καὶ τῆς ψυχῆς ἐν τῷ νοερῷ τε καὶ λογικῷ τὸ τέλειον ἐχούσης, πᾶν ὃ μὴ τοῦτό ἐστιν, ὁμώνυμον μὲν εἶναι δύναται τῇ ψυχῇ, οὐ μὴν καὶ ὄντως ψυχή, ἀλλά τις ἐνέργεια ζωτική, τῇ τῆς ψυχῆς κλήσει συγκεκριμένη. διὸ καὶ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν, ὡς οὐ πόρρω τῆς φυτικῆς ταύτης ζωῆς
B κειμένην, ὁμοίως ἔδωκε τῇ χρήσει τοῦ ἀνθρώπου, ὁ τὰ καθ' ἕκαστον νομοθετήσας, ὡς ἀντὶ λαχάνου τοῖς μετέχουσιν εἶναι. πάντα γάρ, φησι, τὰ κρέα φάγεσθε, ὡς λάχανα χόρτου. μικρὸν γάρ τι πλεονεκτεῖν δοκεῖ τῇ αἰσθητικῇ ἐνεργείᾳ τοῦ δίχα ταύτης τρεφομένου τε καὶ αὐξανομένου. παιδευσάτω τοῦτο τοὺς φιλοσάρκους, μὴ πολὺ τοῖς κατ' αἴσθησιν φαινομένοις προσδεσμεῖν τὴν διάνοιαν· ἀλλ' ἐν τοῖς ψυχικοῖς προτερήμασι προσασχολεῖσθαι, ὡς τῆς ἀληθοῦς ψυχῆς ἐν τούτοις θεωρουμένης, τῆς δὲ
C αἰσθήσεως καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις τὸ ἴσον ἐχούσης. ἀλλ' ἐφ' ἕτερον ἡ ἀκολουθία περιηνέχθη τοῦ λόγου. οὐ γὰρ τοῦτο τῇ θεωρίᾳ προὔκειτο, ὅτι προτιμότερον τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ νοουμένων ἐστὶν ἡ κατὰ νοῦν ἐνέργεια ἢ τὸ ὑλικὸν τῆς ὑποστάσεως· ἀλλ' ὅτι οὐχὶ μέρει τινὶ τῶν ἐν ἡμῖν ὁ νοῦς περιέχεται, ἀλλ' ἐπίσης ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων ἐστίν. οὔτε ἔξωθεν περιλαμβάνων, οὔτε ἔνδοθεν κρατούμενος. ταῦτα γὰρ ἐπὶ κάδων ἢ ἄλλων τινῶν σωμάτων ἀλλήλοις ἐντιθεμένων κυρίως λέγεται. ἡ δὲ τοῦ νοῦ πρὸς τὸ σωμα-
D τικὸν κοινωνία, ἄφραστόν τε καὶ ἀνεπινόητον τὴν συνάφειαν ἔχει, οὔτε ἐντὸς οὖσα, οὔτε γὰρ ἐγκρατεῖται σώματι τὸ ἀσώματον· οὔτε ἐκτὸς περιέχουσα. οὐ γὰρ περιλαμβάνεταί τι τὰ ἀσώματα· ἀλλὰ κατά τινα τρόπον ἀμήχανόν τε καὶ ἀκατανόητον ἐγγίζων ὁ νοῦς τῇ φύσει, καὶ προσαπτόμενος, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν θεωρεῖται, οὔτε ἐγκαθήμενος, οὔτε περιπτυσσόμενος· ἀλλ' ὡς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἢ νοῆσαι. πλὴν

ὅτι κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῆς εἱρμὸν εὐοδουμένης τῆς φύσεως, καὶ ὁ νοῦς ἐνεργὸς γίνεται. εἰ δέ τι πλημμέλημα περὶ ταύτην συμπέσοι, σκάζει κατ' ἐκεῖνο καὶ τῆς διανοίας ἡ κίνησις.

A hoc intelligimus, natura ſalua & incolumi, mẽtem etiam efficacitatem ſuam obtinere. Sin aliquod ea detrimentum capiat, mentis quoque motum ſcilicet illa in parte claudicare.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Θεωρία τοῦ θείου ῥητοῦ εἰπόντος, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. ἐν ᾧ ἐξετάζεται, τίς ὁ τῆς εἰκόνος λόγος, καὶ εἰ ὁμοιοῦται τῷ μακαρίῳ τε καὶ ἀπαθεῖ τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἐπίκηρον. καὶ πῶς ἐν τῇ εἰκόνι τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, ἐν τῷ πρωτοτύπῳ τούτων οὐκ ὄντων.

CAPVT XVI.

Accurata dicti illius diuini conſideratio, Faciamus hominem ad imaginem ſimilitudinémque noſtri. cum écquæ ſit imaginis ratio, inueſtigatum. poßitne, quod morbis ac morti B *obnoxium eſt, ad naturæ beatæ morborúmque expertis ſimilitudinem factum dici. quo denique modo in imagine ſexus maſculi fœmineique diſcrimen ſit, quod in exemplo principe non exiſtit.*

Ἀλλ' ἐπαναλάβωμεν πάλιν τὴν θείαν φωνήν, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. ὡς μικρά τε καὶ ἀνάξια τῆς τοῦ ἀνθρώπου μεγαλοφυΐας τῶν ἔξωθέν τινες ἐφαντάσθησαν, τῇ πρὸς τὸν κόσμον τοῦτον συγκρίσει μεγαλύνοντες, ὡς ᾤοντο, τὸ ἀνθρώπινον. φασὶ γὰρ μικρὸν εἶναι κόσμον τὸν ἄνθρωπον, ἐκ τῶν αὐτῶν τῷ παντὶ στοιχείων συνεστηκότα. C οἱ γὰρ τῷ κόμπῳ τοῦ ὀνόματος τοιοῦτον ἔπαινον τῇ ἀνθρωπίνῃ χαριζόμενοι φύσει, λελήθασιν ἑαυτοὺς τοῖς περὶ τὸν κώνωπα καὶ τὸν μῦν ἰδιώμασι σεμνοποιοῦντες τὸν ἄνθρωπον. καὶ γὰρ κἀκείνοις ἐκ τῶν τεσσάρων τούτων ἡ κρᾶσίς ἐστι, διότι πάντως ἑκάστου τῶν ὄντων ἢ πλείων ἢ ἐλάττων τις μοῖρα περὶ τὸ ἔμψυχον θεωρεῖται, ὧν ἄνευ συστῆναί τι τῶν αἰσθήσεως μετεχόντων, φύσιν οὐκ ἔχει. τί οὖν μέγα, κόσμου χαρακτῆρα καὶ ὁμοίωμα νομισθῆναι τὸν ἄνθρωπον; οὐρανοῦ D τοῦ περιερχομένου, γῆς τῆς ἀλλοιουμένης, πάντων τῶν ἐν τούτοις περικρατουμένων τῇ παρόδῳ τοῦ περιέχοντος συμπαρερχομένων; ἀλλ' ἐν τίνι κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν λόγον τὸ ἀνθρώπινον μέγεθος; οὐκ ἐν τῇ πρὸς τὸν κτιστὸν κόσμον ὁμοιότητι, ἀλλ' ἐν τῷ κατ' εἰκόνα γενέσθαι τῆς τοῦ κτίσαντος φύσεως. τίς οὖν ὁ τῆς εἰκόνος λόγος; ἴσως ἐρεῖς, πῶς ὁμοιοῦται

ENIMVERO redeamus tandem ad diuinam illam vocem: Creemus hominem ad imaginem ſimilitudinémque noſtri. (Geneſ. 1.) Fuêre nonnulli philoſophi exteri, qui ſe hominem ſua quidem opinione prædicaturos eximiè putabant, ſi cum ad mundi huius machinam conC ferrent: quum nimis exilia, præſtantiſſimáque hominis excellentia indigna imaginarẽtur. Aiebant enim hominem paruum quemdam mundum eſſe, qui ex elementis iiſdem, quibus rerum vniuerſitas, compoſitus eſſet. Splendido iſtoc nomine quum magnam naturæ hominis laudem tribuere vellent, ignorabant ſe illum non aliis quàm quæ ei & cum culice & cum mure communia eſſent, ornamentis condecorare. Nam & hæc ex quatuor elementorum temperamento conſtant: quum multæ an exiguæ ſint in re qualibet elemẽtorum partes, ex conſideratione animatorum D intelligatur. Conſtare enim non poteſt extra quàm ex elementis, quod ſenſu ſit præditum. Quid ergo eſt amplum in eo, ſi maximè hominem exiſtimemus expreſſam mundi & imaginem & ſimilitudinem eſſe? quum futurum ſit, vt pariter cœlum hoc volubile, terra mutationibus obnoxia, cuncta denique his compræhenſa, cum eo ipſo quod ambit vniuerſa, intereant. Quam autem, inquies, doctrina Eccleſiæ præſtantiam homini tribuit? Eam ſcilicet, quæ in ſimilitudine mundi huius creati non conſiſtit: ſed quòd tradit hominem ad imaginem naturæ creatoris eſſe factum. At dices fortè, ecquæ iſtæc eſt imaginis ratio? quo pacto referre naturæ

corpore carẽtis imaginem poteſt, quod corporeum eſt? quomodo ſimile eſt æterno temporarium? immutabili, quod commutatur? nullis obnoxio morbis & interitus experti, quod morbis ſubiectum eſt & interit? puro vitij, quod in vitiorum quaſi conturbernio eſt, & in eis educatur? Nam intereſt per multum inter id quod formæ principi reſpondere intelligimus, & quod ad imaginem factum eſt. Imago enim, ſi principis exempli ſimilitudinem refert, verè imago dicitur. ſin ab eo quod exprimendum erat, imitatio recedit, non iam eius eſſe imago putandum hoc erit, ſed diuerſum quiddam. Quo pacto igitur homo, qui & mortalis eſt, & morbis obnoxius, & vitæ breuis: hic ergo quo pacto naturæ incorruptæ, puræ, æternæ imago eſt? Enimuero quid hac in parte maximè veritati ſit conſentaneum, ſola haud dubiè veritas accuratè nouit. Nos coniecturis quibuſdam & cogitationibus animi veritatem inueſtigãtes quantum ingenij vis capere poteſt, huiuſmodi quiddam de hoc credimus. Nam & diuinum oraculum, quo proditum eſt, hominem ad Dei imaginem factum, falſum non eſſe ſtatuimus: & deplorandam hanc naturæ humanæ ærumnam beatitati vitæ doloris experti nequaquam reſpondere. Eſt enim neceſſe, ſi cum Deo naturam noſtram conferre velimus, alterum de his fateri: aut hominem nullis affectionibus morbíſve obnoxium eſſe, aut eadẽ in Deum quoque cadere. Cæteroqui nulla futura eſt imaginis ſimilitudo, ſi non hæc pariter vtrique naturæ conueniant. Quod ſi neque diuina natura vllis eſt affectionibus obnoxia, neque humana ab iiſdem immunis ac libera: reliquam eſſe aliam quamdam rationem oportet, ſecũdum quam vox illa diuina vera ſit, quæ creatum eſſe hominẽ ad imaginem Dei affirmat. Iccirco rurſus ipſas litteras ſacras adeamus, an ne illarum verba nos aliqua fortè ratione ad explicationem eius quod quærimus, deducere poſſint. Illæ igitur quum expoſuiſſent hæc Dei verba, Faciamus hominem ad imaginem noſtram: addita etiam ea indicatione, quem ſcilicet ad finem homo creandus eſſet: tum deinde huiuſmodi orationem ſubijciunt. Itaque Deus hominem condidit, & ad imaginem eum Dei condidit: Marem & feminam fecit eos. Illud quidem ſuprà eſt indicatum, verba hæc diuinitùs eſſe prolata, ad euertendam

A τῷ σώματι τὸ ἀσώματον; πῶς τῷ ἀϊδίῳ τὸ πρόσκαιρον; τῷ ἀναλλοιώτῳ τὸ διὰ τροπῆς ἀλλοιούμενον; τῷ ἀπαθεῖ τε καὶ ἀφθάρτῳ τὸ ἐμπαθὲς καὶ φθειρόμενον; τῷ ἀμιγεῖ πάσης κακίας τὸ πάντοτε συνοικοῦν ταύτῃ καὶ συντρεφόμενον; πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἐστὶ, τοῦ τε κατὰ τὸ ἀρχέτυπον νοουμένου, καὶ τοῦ κατ' εἰκόνα γεγενημένου. ἡ γὰρ εἰκὼν εἰ μὲν ἔχει τὴν πρὸς τὸ πρωτότυπον ὁμοιότητα, κυρίως τοῦτο κατονομάζεται. εἰ δὲ παρενεχθείη τοῦ προκειμένου ἡ μίμησις, ἄλλο τι, καὶ οὐκ εἰκὼν
B ἐκείνου τὸ τοιοῦτόν ἐστι. πῶς οὖν ὁ ἄνθρωπος τὸ θνητὸν τοῦτο καὶ ἐμπαθὲς καὶ ὠκύμορον, τῆς ἀκηράτου καὶ καθαρᾶς καὶ ἀεὶ οὔσης φύσεώς ἐστιν εἰκών; ἀλλὰ τὸν μὲν ἀληθῆ περὶ τούτου λόγον μόνη ἂν εἰδείη σαφῶς ἡ ὄντως ἀλήθεια. ἡμεῖς δὲ καθ' ὅσον χωροῦμεν, στοχασμοῖς τισι καὶ ὑπονοίαις τὸ ἀληθὲς ἀνιχνεύοντες, ταῦτα περὶ τῶν ζητουμένων ὑπολαμβάνομεν. οὔτε ὁ θεῖος ψεύδεται λόγος, κατ' εἰκόνα Θεοῦ εἰπὼν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον· οὔτε ἡ ἐλεεινὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ταλαιπωρία τῇ μακαριότητι τῆς ἀπαθοῦς ζωῆς καθωμοίω-
C ται. ἀνάγκη γὰρ τῶν δύο τὸ ἕτερον ὁμολογεῖσθαι, εἴ τις συγκρίνοι τῷ Θεῷ τὸ ἡμέτερον, ἢ παθητὸν εἶναι τὸ θεῖον, ἢ ἀπαθὲς τὸ ἀνθρώπινον. ὡς ἂν διὰ τῶν ἴσων ὁ τῆς ὁμοιότητος λόγος ἐπ' ἀμφοτέρων καταλαμβάνοιτο. εἰ δὲ οὔτε τὸ θεῖον ἐμπαθὲς, οὔτε τὸ καθ' ἡμᾶς ἔξω πάθους ἐστὶν, ἄρα τις ἕτερος ὑπολέλειπται λόγος, καθ' ὃν ἀληθεύειν φαμὲν τὴν θείαν φωνὴν, τὴν ἐν εἰκόνι Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον λέγουσαν. οὐκοῦν αὐτὴν ἐπαναληπτέον ἡμῖν τὴν θείαν γραφὴν, εἴ τις ἄρα γένοιτο διὰ τῶν γεγραμμένων
D πρὸς τὸ ζητούμενον χειραγωγία. μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα, καὶ ἐπὶ τίσι ποιήσωμεν, ἐπάγει τοῦτον τὸν λόγον. ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Εἴρηται μὲν οὖν ἤδη καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι πρὸς καθαίρεσιν

A διαίρεσιν τῆς ἀρειανικῆς ἀσεβείας ὁ πιστὸς προαναπεφώνηται λόγος, ἵνα διδαχθέντες ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ὁ μονογενὴς Θεὸς κατ' εἰκόνα Θεοῦ, μηδενὶ λόγῳ τὴν θεότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διαχωρίζωμεν, ἐπίσης τῆς ἁγίας γραφῆς Θεὸν ἑκάτερον ὀνομαζούσης, τόν τε πεποιηκότα τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὗ κατ' εἰκόνα ἐγένετο. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτων λόγος ἀφείσθω. πρὸς δὲ τὸ προκείμενον ἐπιστρεπτέον τὴν ζήτησιν. πῶς καὶ τὸ θεῖον μακάριον, καὶ ἐλεεινὸν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ὅμοιον ἐκείνῳ τοῦτο παρὰ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται. B οὐκοῦν ἐξεταστέον μετ' ἀκριβείας τὰ ῥήματα. εὑρίσκομεν γὰρ, ὅτι ἕτερον μέν τι τὸ κατ' εἰκόνα γενόμενον, ἕτερον δὲ τὸ νῦν ἐν ταλαιπωρίᾳ δεικνύμενον· ἐποίησεν ὁ Θεὸς, φησὶ, τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. τέλος ἔχει ἡ τοῦ κατ' εἰκόνα γεγενημένου κτίσις. εἶτα ἐπανάληψιν ποιεῖται τοῦ κατὰ τὴν κατασκευὴν λόγου, καὶ φησὶν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. παντὶ γὰρ οἶμαι γνώριμον εἶναι, ὅτι ἔξω τοῦτο τοῦ πρωτοτύπου νοεῖται. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, C οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ ἐστί. ἀλλὰ μὴν εἰς ταῦτα διῃρῆσθαι ὁ λόγος φησὶ τὸν ἄνθρωπον. οὐκοῦν διπλῆ τίς ἐστιν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή, ἥ τε πρὸς τὸ θεῖον ὁμοιωμένη, ἥ τε πρὸς τὴν διαφορὰν ταύτην διῃρημένη. τοιοῦτον γάρ τι ὁ λόγος ἐκ τῆς συντάξεως τῶν γεγραμμένων αἰνίττεται, πρότερον μὲν εἰπὼν, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. πάλιν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐπαγαγὼν, ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, ὅπερ ἀλλότριον τῶν περὶ Θεοῦ νοουμένων ἐστίν. οἶμαι γὰρ ἐγὼ δόγμα τι μέ- D γα καὶ ὑψηλὸν διὰ τῶν εἰρημένων ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς παραδίδοσθαι. τὸ δὲ δόγμα τοιοῦτον ἐστί. δύο τινῶν κατὰ τὸ ἀκρότατον πρὸς ἄλληλα διεστηκότων, μέσον ἐστὶ τὸ ἀνθρώπινον, τῆς τε θείας καὶ ἀσωμάτου φύσεως, καὶ τῆς ἀλόγου καὶ κτηνώδους ζωῆς. ἔξεστι γὰρ ἑκατέρου τῶν εἰρημένων ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ συγκρίματι θεωρῆσαι τὴν μοῖραν· τοῦ μὲν θείου τὸ λογικόν τε καὶ διανοητικὸν,

impietatem hæreticorum, quos Anomæos appellauimus: vt edocti, Deum illum vnigenam creaſſe hominem ad Dei imaginem, nullo modo patris filiique diuinitatem ſeparemus, quando litteræ ſacræ vtrumque æqualiter Deum appellant, & illum qui hominem creauit, & cuius ad imaginem factus eſt. Verùm prolixior de his oratio inſtituenda non eſt, potiúſque ad id quo de agere cœptum eſt reuertamur: quamobrem ſcilicet diuinæ naturæ ſimilem eſſe humanam ſacris ſit litteris proditum: quum hæc perprofectò ſit miſera, illa verò beata. itaque nobis accuratè ſingula in verba eſt inquirendum. Inuenimus enim aliud eſſe quod Dei imaginem referat, ab eo quod hac in ærumna conſpicimus. Fecit Deus, inquiunt litteræ ſacræ, hominem: & quidem eum ad imaginem Dei fecit. Ergo iam perfectum intelligitur illud creatum, quod ad diuinam imaginem conformari oportuit. Quod autem poſt hæc redit ad expoſitionem opificij diuini, quum ait, Fecit eos marem ac feminam: id opinor omnes homines perſpicere, ab exemplo principe remouẽdum eſſe. In Chriſto enim Ieſu, vt Apoſtolus inquit, neque mas neque femina eſt. At verò litteræ ſacræ diſertè affirmant, hominem in marem feminámque diuiſum eſſe. Itáque duplicem eſſe factam naturæ noſtræ ſtructuram neceſſe eſt, quarum altera ad diuinam imaginem exprimendum directa fuerit, altera ad efficiendum illud ſexus diſcrimen. Huiuſmodi enim quiddam indicari videtur, ſi verborum compoſitio & ſeries conſideretur. primum enim dicitur: Fecit hominem Deus, & quidem eum ad imaginem Dei fecit. deinde his illa ſubijciuntur, Marem ac feminam eos fecit: quæ profectò ad imaginem Dei non ſunt referenda. Equidem amplam ſtatuo & arduam doctrinam in his tradi, nimirum huiuſmodi quamdam. Inter duo extremè diſſidentia, naturam videlicet diuinam expertémque corporis, & alteram carentem ratione ac belluinam, medium hominem eſſe. Nam de vtroque in huius opificio exiſtere quiddam, prorſus eſt animaduertere. De natura diuina, vim rationis & intelligentiæ,

Galat.

quæ ſexus maſculi ac feminei diſcrimen nullum recipit: de natura rationis experte, ſtructuram hanc corporis & formam ſexu diſtinctam. Vtrumque horum in quolibet homine eſt. Sed priorem fuiſſe in eo facultatem intelligendi, deinde ſocietatem cognationémque cum natura ratione carente acceſſiſſe: ex auctore hiſtoriæ de ortu hominis, ordine ſingula narrante, diſcimus. Primùm enim tradit, Deum creaſſe hominem ad imaginem ſuam: in quo idem vult docere, quod & Apoſtolus ſcripſit, quatenus imago Dei ſit homo, ſexus in eo diſcrimen nullum eſſe. Deinde naturæ hominis attributa propria ſubijcit: Marem feminámque fecit eos. Quid ergo de hoc diſcendum nobis eſt? Equidem mihi neminem iraſci volo, altius rem quæ in conſiderationem venit, repetenti. Deus natura ſua tale ac tantum quoddam bonum eſt, quãtum vlla cogitatione comprehendi poteſt: vel potius etiam omne bonum quod intelligendo cogitandóve compræhenditur, exſuperat. Itaque naturam humanam non alia de cauſſa condidit, quàm quòd bonus eſſet. Quúmque talis eſſet, & vnam hanc ob cauſſam ad fabricationem humanæ naturæ acceſſiſſet: non ex ſemiſſe vim bonitatis ſuæ declarare voluit, ita vt nonnihil homini ſuorum bonorum largiretur, nonnihil cum eo ne communicaret, inuidia præpediretur. Perfectè nimirum ſe bonum oſtẽdit, quum hominem de nihilo conderet, omnique bonorum copia inſtrueret. Quæ quum adeò multa ſint numero, vt recenſeri ſingula commemorãdo difficulter poſſint: iccirco breuiter vniuerſa his verbis compræhenduntur, quibus homo ad imaginem Dei factus eſſe dicitur. Valent enim illa tantumdem, ac ſi diceretur, naturam humanam à Deo in omnium bonorum ſocietatem vocatam eſſe. Nam ſi Dei natura perfecta quædã copia eſt bonorum omnium, homo autem eius eſt imago: haud dubiè ſimulachrum hoc Dei princeps exemplum ita referet, vt & ipſũ bonis omnibus abundet. Itaque in nobis eſt expreſſa omnis honeſti ſpecies, omnis virtus, omnis ſapientia quidquid denique præſtantiſſimum compræhendi vi intelligentiæ poteſt. Atque inter cætera eſt in nobis libertas, quæ nulla neceſſitatis lege tenetur,

Galat. 3.

A ἣ τὴν κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορὰν οὐ προσίεται· τῆς δὲ ἀλόγου τὴν σωματικὴν κατασκευὴν καὶ διάπλασιν εἰς ἄρρεν τε καὶ θῆλυ μεμερισμένην. ἑκάτερον γὰρ τούτων ἐστὶ πάντως ἐν παντὶ τῷ μετέχοντι τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, ἀλλὰ προτερεύειν τὸ νοερὸν, καθὼς παρὰ τοῦ τὴν ἀνθρωπογονίαν ἐν τάξει διεξελθόντος ἐμάθομεν. ἐπιγεννηματικὴν δὲ εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν πρὸς τὸ ἄλογον κοινωνίαν τε καὶ συγγένειαν. πρότερον μὲν γάρ φησιν, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, δεικνὺς B διὰ τῶν εἰρημένων, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὅτι ἐν τῷ τοιούτῳ ἄρσεν καὶ θῆλυ οὐκ ἔστιν. εἶτα ἐπάγει τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὰ ἰδιώματα, ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. τί οὖν διὰ τούτου μανθάνομεν; καί μοι μηδεὶς νεμεσάτω πόρρωθεν προσάγοντι τὸν λόγον τῷ προκειμένῳ νοήματι· Θεὸς τῇ ἑαυτοῦ φύσει πᾶν ὅτι περ ἐστὶ κατ' ἔννοιαν λαβεῖν ἀγαθὸν, ἐκεῖνό ἐστι. μᾶλλον δὲ παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ νοουμένου τε καὶ καταλαμβανομένου ἐπέκεινα ὢν, οὐ δι' ἄλλο τι κτίζει τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν, ἢ διὰ τὸ ἀγαθὸς εἶναι. τοιοῦτος δὲ ὢν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς C τὴν δημιουργίαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁρμήσας, οὐκ ἂν ἡμιτελῆ τὴν τῆς ἀγαθότητος ἐνεδείξατο δύναμιν, τὸ μέν τι δοὺς ἐκ τῶν προσόντων αὐτῷ, τοῦ δὲ φθονήσας τῆς μετουσίας· ἀλλὰ τὸ τέλειον τῆς ἀγαθότητος εἶδος ἐν τούτῳ ἐστὶν, ἐκ τοῦ καὶ παραγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς γένεσιν, καὶ ἀνενδεᾶ τῶν ἀγαθῶν ἀπεργάσασθαι. ἐπεὶ δὲ πολὺς τῶν καθ' ἕκαστον ἀγαθῶν ὁ κατάλογος, οὐ μὲν οὖν ἔστιν ἀριθμῷ ῥαδίως τοῦτον διαλαβεῖν. D διὰ τοῦτο περιληπτικῇ τῇ φωνῇ ἅπαντα συλλαβὼν ὁ λόγος ἐσήμανεν, ἐν τῷ εἰπεῖν, κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἴσον γάρ ἐστι τοῦτο τῷ εἰπεῖν, ὅτι παντὸς ἀγαθοῦ μέτοχον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐποίησεν. εἰ γὰρ πλήρωμα μὲν ἀγαθῶν τὸ θεῖον, ἐκείνου δὲ τοῦτο εἰκών· ἄρ' ἐν τῷ πλήρης εἶναι παντὸς ἀγαθοῦ, πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἡ εἰκὼν ἔχει τὴν ὁμοιότητα. οὐκοῦν ἔστιν ἐν ἡμῖν παντὸς μὲν καλοῦ ἰδέα, πᾶσα δὲ ἀρετὴ καὶ σοφία, καὶ πᾶν ὅ,τι περ ἐστὶ πρὸς τὸ κρεῖττον νοούμενον. ἓν δὲ τῶν πάντων καὶ τὸ ἐλεύθερον ἀνάγκης εἶναι,

καὶ μὴ ὑπεζεῦχθαι τινὶ φυσικῇ δυναστείᾳ· ἀλλ' αὐτεξούσιον πρὸς τὸ δοκοῦν ἔχειν τὴν γνώμην. ἀδέσποτον γάρ τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ, καὶ ἑκούσιον, τὸ δὲ κατηναγκασμένον καὶ βεβιασμένον, ἀρετὴ εἶναι οὐ δύναται. ἐν πᾶσι τοίνυν τῆς εἰκόνος τοῦ πρωτοτύπου κάλλος τὸν χαρακτῆρα φερούσης, εἰ μὴ κατά τι τὴν διαφορὰν ἔχῃ, οὐκέτι ἂν εἴη πάντως ὁμοίωμα, ἀλλὰ ταὐτὸν ἐκεῖνο κατὰ πάντα ἀναδειχθήσεται, τὸ ἐν παντὶ ἀπαράλλακτον. τίνα τοίνυν αὐτοῦ τε τοῦ θείου, καὶ τοῦ πρὸς τὸ θεῖον ὡμοιωμένου τὴν διαφορὰν καθορῶμεν; ἐν τῷ, τὸ μὲν ἀκτίστως εἶναι, τὸ δὲ διὰ κτίσεως ὑποστῆναι. ἡ δὲ τῆς τοιαύτης ἰδιότητος διαφορὰ, πάλιν ἑτέρων ἰδιωμάτων ἀκολουθίαν ἐποίησε. συνωμολόγηται γὰρ πάντη τε καὶ πάντως, τὴν μὲν ἄκτιστον φύσιν καὶ ἄτρεπτον εἶναι, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχειν· τὴν δὲ κτιστὴν ἀδύνατον ἄνευ ἀλλοιώσεως συστῆναι. αὐτὴ γὰρ ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι πάροδος, κίνησίς τις ἐστὶ, καὶ ἀλλοίωσις τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι, κατὰ τὸ θεῖον βούλημα μεθισταμένου. καὶ ὥσπερ τὴν ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ χαρακτῆρα Καίσαρος εἰκόνα λέγει τὸ εὐαγγέλιον, δι' οὗ μανθάνομεν κατὰ μὲν τὸ περίσχημα τὴν ὁμοίωσιν εἶναι τοῦ μεμορφωμένου πρὸς Καίσαρα, ἐν δὲ τῷ ὑποκειμένῳ τὴν διαφορὰν ἔχειν· οὕτω καὶ κατὰ τὸν παρόντα λόγον, ἀντὶ χαρακτήρων τὰ ἐπιθεωρούμενα τῇ τε θείᾳ φύσει καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ καταμαθόντες, ἐν οἷς ἡ ὁμοιότης ἐστὶν, ἐν τῷ ὑποκειμένῳ τὴν διαφορὰν ἐξευρίσκομεν, ἥ τις ἐν τῷ ἀκτίστῳ καὶ τῷ κτιστῷ καθορᾶται. ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν ὡσαύτως ἔχει, καὶ ἀεί· τὸ δὲ διὰ κτίσεως γεγενημένον ἀπ' ἀλλοιώσεως τοῦ εἶναι ἤρξατο, καὶ συγγενῶς πρὸς τὴν τοιαύτην ἔχει τροπήν· διὰ τοῦτο ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, καθώς φησιν ἡ προφητεία, ἐπακολουθήσας, μᾶλλον δὲ προκατανοήσας τῇ προγνωστικῇ δυνάμει πρὸς ὅ, τι ῥέπει κατὰ τὸ αὐτοκρατές τε καὶ αὐτεξούσιον τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως ἡ κίνησις, ἐπειδὴ τὸ ἐσόμενον εἶδεν· ἐπιτεχνᾶται τῇ εἰκόνι τὴν περὶ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφοράν. ἥτις οὐκέτι πρὸς τὸ θεῖον ἀρχέτυπον βλέπει, ἀλλὰ καθὼς

A nullius in natura dominatus iugo ſubiecta: ſed quæ iudicio certo & libertimo quod vult eligit. Eſt enim virtus ſuæ ſpontis, nullius imperio mancipata. Quod autem à neceſſitate quadam violentiáve cogitur, virtuti conſentaneum eſſe nequit. Quod ſi porrò imago expreſſam pulchritudinis in exemplo principe figuram ita repræſentet, vt nihil ab ea prorſus differat: non iam illam imaginem fore, ſed ipſam eadémque rem, quæ nulla ſui parte diſcerni à ſeipſa poſſit. Quid igitur eſt, inquies, in quo naturæ diuinæ, & eius quæ ad diui- B nam eſt conformata, diſcrimen perſpici poſſit? illud verò in eo perſpicies, quod Dei natura exſtitit increata: hominum verò per creationem eſt orta. Hoc deinde diſcrimen alia quædã conſequuntur. Eſt enim planè apud omnes in confeſſo, naturam increatam immutabilem, eandémque ſemper eſſe: creatam, ſine perpetua viciſſitudine conſiſtere nullo modo poſſe. Nam ipſe tranſitus ex nihilo ad ortum, motus quidam eſt, & mutatio, qua id quod rerum in natura non erat, de ſententia voluntatis C diuinæ exiſtere incipit. Atque vt in Euangelio nota in ære expreſſa Cæſaris imago dicitur, de quo intelligitur ſecundum externam ſpeciem fuiſſe illam ſimilitudinem rei conformatæ ad effigiem Cæſaris, quum non dubium in materie ſubiecta diſcrimen eſſet: ſic etiam hac in diſputatione, ſi pro notis ea quæ in natura diuina & humana ſunt, in quibus ſimilitudo conſiſtit, conſiderabimus: eſſe magnam in rebus ſubiectis diuerſitatem depræhẽdemus, quam perſpicuè eſt in eo animaduertere, quòd creatum & increatum plurimum inter ſe differunt. Quamobrem quum D quod increatum eſt, ſemper idem exiſtat: creatum verò per viciſſitudinem quamdam eſſe cœperit, & mutationi prorſus affine ſit, iccirco is qui ſecundum vatem res omnes ante ipſarum ortum cognitas habet, quum rerum ordini inſiſteret, vel potius diuina ſua proſpiciendi futuros euentus facultate præcepiſſet, quam in partem motus electionis humanæ pro arbitrij voluntatiſque ſuæ libertate inclinaret: imaginem creatam in maſculum & feminã diuiſit. Hæc diuiſio non ad Dei princeps illud exemplum facta eſſe putari debet: ſed quemadmodum

Matt. 22.

eſt antehac indicatum, cognationem habet cum natura rationis experte. Cauſſam quidem huius diſcretionis ſexus ſoli haud dubiè intelligunt illi, qui veritatis oculati teſtes ſunt, & harum rerum nobis memoriam litteris proditam tradiderunt. Nos verò pro virili noſtra per coniecturas & ſimulachra quædam veritatem informantes, quod nobis ad animum accidit exponimus, non illud quidem vt verum aſſerentes: ſed ſubijcientes in gratiam auditorum, benignè hæc quaſi exercitij cauſſa in medium allata interpretantium. Quid igitur de his in mentem nobis venit? hoc nimirum. Quum dicitur, Deum creaſſe hominem, per indefinitam vocabuli hominis notationem, naturam humanam vniuerſam intelligi. Nam creatum hoc, quod ad Dei factum imaginẽ traditur, non hic Adami nomen adiectum habet, ſicut in hiſtoriæ narrationibus ſequentibus: ſed nomen hominis creati vniuerſi poſitum eſt, non vt de indiuiduo. Iccirco per hanc hominis appellationem, qua totum genus vniuersè compræhenditur, eius admonemur: quòd prouidentia poteſtáſque Dei totam hominum naturam in prima illa creatione complexa ſit. In rebus enim à Deo factis nihil eſſe putandum eſt, quod ſit ipſi infinitum: quum omnia quæ exiſtunt, finem quemdam & numerum habeant, conditoris ſapientia conſtitutum. Quemadmodum igitur homo (intelligo autem indiuiduum quoddam) corporis magnitudinem finitam habet, ſubſtantiámque ipſius quantitate metimur, quæ corporis ſuperficie continetur: ſic arbitror initio rerum vno corpore totam naturam humanam Deum poteſtate ſua, qua cuncta præuidet, complexum eſſe, idque adeò verbis hiſce tradi: Fecit Deus hominem, & ad Dei imaginem eum fecit. Non enim imago & gratia benigni Dei vel parti naturæ, vel vni alicui conceſſa eſt homini peculiariter: ſed facultas illa ad genus vniuerſum æqualiter pertinuit. Quod ita eſſe, hoc etiam argumento eſt, quòd mens pariter in omnibus habitat: omnes cogitandi, déque futuris conſultandi facultate, cæteríſque rebus omnibus, per quas res diuina natura in imagine ſua exprimitur, præditi ſunt. Nihil inter hominem creatum in prima rerum fabricatione,

A εἴρηται τῇ ἀλογωτέρᾳ προσῳκείωται φύσει. τὴν δὲ αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἐπιτεχνήσεως μόνοι μὲν ἂν εἰδεῖεν οἱ τῆς ἀληθείας αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου. ἡμεῖς δὲ, καθὼς ἐστὶ δυνατὸν, διά τινων στοχασμῶν καὶ εἰκόνων φανταζόμενοι τὴν ἀλήθειαν, τὸ ἐπὶ νοῦν ἐλθὸν οὐκ ἀποφαντικῶς ἐκτιθέμεθα· ἀλλ' ὡς ἐν γυμνασίας εἴδει τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀκροωμένων προσθήσομεν. τί τοίνυν ἐστὶν, ὃ περὶ τούτων διενοήθημεν; εἰπὼν ὁ λόγος ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τῷ ἀορίστῳ τῆς σημασίας ἅπαν ἐνδείκνυται τὸ ἀν- B θρώπινον. οὐ γὰρ συνωνομάσθη τῷ κτίσματι νῦν ὁ Ἀδάμ, καθὼς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἡ ἱστορία φησίν· ἀλλ' ὄνομα τῷ κτισθέντι ἀνθρώπῳ οὐχ ὁ τὶς, ἀλλ' ὁ καθόλου ἐστίν. οὐκοῦν τῇ καθολικῇ τῆς φύσεως κλήσει τοιοῦτόν τι ὑπονοεῖν ἐναγόμεθα, ὅτι τῇ θείᾳ προγνώσει τε καὶ δυνάμει πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἐν τῇ πρώτῃ κατασκευῇ περιείληπται· χρὴ γὰρ Θεῷ μηδὲν ἀόριστον ἐν τοῖς γεγενημένοις παρ' αὐτοῦ νομίζειν· ἀλλ' ἑκάστου τῶν ὄντων εἶναί τι πέρας καὶ μέτρον, τῇ τοῦ πεποιηκότος σοφίᾳ περιμε- C τρούμενον. ὥσπερ τοίνυν ὁ τὶς ἄνθρωπος τῷ κατὰ τὸ σῶμα ποσῷ περείργεται, καὶ μέτρον αὐτῷ τῆς ὑποστάσεως ἡ πηλικότης ἐστὶν, ἡ συναπαρτιζομένη τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ σώματος· οὕτως οἶμαι καθάπερ ἐν ἑνὶ σώματι ὅλον τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πλήρωμα τῇ προγνωστικῇ δυνάμει παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων περισχεθῆναι. καὶ τοῦτο διδάσκειν τὸν λόγον τὸν εἰπόντα, ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. οὐ γὰρ ἐν μέρει τῆς φύσεως ἡ εἰκὼν, οὐ- D δὲ ἔν τινι τῶν καθ' αὐτὸν θεωρουμένων ἡ χάρις· ἀλλ' ἐφ' ἅπαν τὸ γένος ἐπίσης ἡ τοιαύτη διήκει δύναμις. σημεῖον δὲ, ὅτι πᾶσιν ὡσαύτως ὁ νοῦς ἐγκαθίδρυται. πάντες τοῦ διανοεῖσθαι καὶ προβουλεύειν τὴν δύναμιν ἔχουσι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, δι' ὧν ἡ θεία φύσις ἐν τῷ κατ' αὐτὴν γεγονότι ἀπεικονίζεται. ὁμοίως ἔχει ὅ, τε τῇ πρώτῃ τοῦ κόσμου κατασκευῇ συναναδειχθεὶς ἄνθρωπος,

καὶ ὁ μετὰ τὴν τοῦ παντὸς συντέλειαν γενησόμενος. ἐπίσης ἐφ' ἑαυτῶν φέρουσι τὴν θείαν εἰκόνα. διὰ τοῦτο εἷς ἄνθρωπος κατωνομάσθη τὸ πᾶν, ὅτι τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ οὔτε τι παρῴχηκεν, οὔτε μέλλει, ἀλλὰ καὶ τὸ προσδοκώμενον ἐπίσης τῷ παρόντι τῇ περιεκτικῇ τοῦ παντὸς ἐνεργείᾳ περικρατεῖται. πᾶσα τοίνυν ἡ φύσις ἡ ἀπὸ τῶν πρώτων μέχρι τῶν ἐσχάτων διήκουσα, μία τις τοῦ ὄντος ἐστὶν εἰκών. ἡ δὲ πρὸς τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ τοῦ γένους διαφορὰ, προσκατεσκευάσθη τελευταῖον τῷ πλάσματι, διὰ τὴν αἰτίαν, ὡς οἶμαι, ταύτην.

A & eum qui in extremo naſcetur, cũ iam omnia conſummata erunt, intereſt. Aequali enim ratione imaginem Dei vterque geſtat. propterea vnius hominis nomine ipſa generis vniuerſitatis compræhenſa fuit, quando poteſtati diuinæ nihil eſt vel præteritum vel futurum. Quin & ea quæ exſpectantur, non aliter atque ſi iam præſentia forent, ſua in poteſtate, qua vniuerſa complectitur, habet. Eſt igitur tota natura hominum à primis ad extremos vſq;, vna eadémque veri Dei imago. Sexus autem maſculi femineique diſcrimen in homine B iam creato de cauſſa, vt ego quidem exiſtimo, huiuſmodi quadam adiectum fuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Τί χρὴ λέγειν πρὸς τοὺς ἐπαποροῦντας, εἰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡ παιδοποιΐα, πῶς ἂν ἐγένοντο αἱ ψυχαὶ, εἰ ἀναμάρτητοι διέμειναν οἱ ἐξ ἀρχῆς ἄνθρωποι.

ΜΑΛΛΟΝ δὲ, πρὶν τὸ προκείμενον διερευνῆσαι, κρεῖττον ἴσως τοῦ προφερομένου παρὰ τῶν μαχομένων ἡμῖν ἐπιζητῆσαι τὴν λύσιν. λέγουσι γὰρ περὶ τῆς ἁμαρτίας μήτε τόκον ἱστορεῖσθαι, μήτε ὠδῖνα, μήτε τὴν πρὸς παιδοποιΐαν ὁρμήν. ἀποικισθέντων δὲ τοῦ παραδείσου μετὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τῆς γυναικὸς τῇ τιμωρίᾳ τῶν ὠδίνων κατακριθείσης· οὕτως ἐλθεῖν τὸν Ἀδὰμ εἰς τὸ γνῶναι γαμικῶς τὴν ὁμόζυγον, καὶ τότε τῆς παιδοποιΐας τὴν ἀρχὴν γενέσθαι. εἰ οὖν γάμος ἐν τῷ παραδείσῳ οὐκ ἦν, οὔτε ὠδὶς, οὔτε τόκος, ἀνάγκην εἶναί φασιν ἐκ τοῦ ἀκολούθου λογίζεσθαι, μὴ ἂν ἐν πλήθει γενέσθαι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, εἰ μὴ πρὸς τὸ θνητὸν ἡ τῆς ἀθανασίας χάρις μετέπεσε, καὶ ὁ γάμος διὰ τῶν ἐπιγινομένων συνετήρει τὴν φύσιν, ἀντὶ τῶν ὑπεξιόντων τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀντεισάγων. ὥστε λυσιτελῆσαι τρόπον τινὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπεισελθοῦσαν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. ἔμεινε γὰρ ἂν ἐν τῇ τῶν πρωτοπλάστων δυάδι τὸ ἀνθρώπινον γένος, μὴ τοῦ κατὰ τὸν θάνατον φόβου πρὸς διαδοχὴν τὴν φύσιν ἀνακινοῦντος.

CAPVT XVII.

Quid reſpondendum dubitantibus, quomodo animi orituri fuiſſent, ſi homines illi principes nulla ſe peccati labe polluiſſent: quando primum poſt hanc inquinationem operam procreationi ſobolis hominem dediſſe videmus.

C PRIVS verò quàm id perſcrutemur, fortè rectius fecerimus, ſi quiddam, quod ab aduerſariis obijcitur, explicemus. Aiunt enim, ante peccatum nullam neque procreationis, neque parturiginis, ac ne appetitus quidem in homine ad procreandum mentionem fieri. Poſtquam autem homines primi peccaſſent, déque paradiſo eiecti eſſent, ac feminæ pœna dolorum in partu eſſet impoſita: tum ſcilicet ad id progreſſum eſſe Adamum, vt conſuetudine coniugis ad procreationem vti inciperet. Si igi- D tur, inquiunt, neque ad nuptias, neque procreationem, neque partum in paradiſo peruentum eſt, neceſſarium eſt hoc quoque ſequatur, animorum multitudinem nullam fuiſſe futuram, niſi donum illud immortalitatis in mortalitatem commutatum eſſet, ac per coniugium excitata poſteritas pro migrantibus de hac vita ſubſtitueret alios, & hac ratione naturam conſeruaret. Adeóque peccatum quodam modo hominum vitæ etiam bono eſſe videri poſſe. Nam genus humanum ſupra duum numerum, qui primi exiſtêre, auctum non fuiſſet: niſi mortis metus naturam, vt de ſucceſſione perpetua cogitaret, permouiſſet.

Equidem hac etiam in parte ſtatuo veritatem, quæcumq. tandem ſit, iis ſolis notam & perſpectam eſſe, qui non aliter atque Paulus paradiſi myſteriis initiati ſunt, quæ enarrando fas non eſt exprimere. Noſtra ſanè hæc eſt reſponſio. Quum Sadducæi doctrinæ de mortuorum reſuſcitatione aduerſarentur, & nuptæ illius cum multis, adeóq. ſeptem fratribus mulieris mentionem ad cõciliandum fidem diſciplinæ ſuæ facerent, & ecquis horum eã à reſurrectione habiturus eſſet quærerent: ita reſpondet Dominus, vt & illos caſtiget, ac vitæ quam in reſurrectione apiſcemur, myſterium hominibus deinceps vniuerſis explanet. In reſurrectione, ait, neque nuptias contrahent, neque nuptum tradentur: quippe quum amplius mori nequeant. Sunt enim pares angelis, & Dei filij, vbi iam reſurrexint. At verò reſurrectionis donum nihil aliud nobis pollicetur, quàm lapſorum in integrum reſtitutionem. Nam ea gratia, quam exſpectamus, reditus erit ad vitam primam, qua homo de paradiſo eiectus in eũdem reducetur. Quamobrem ſi vita reſtitutorum ei ſimilis erit, qua fruuntur angeli: nimirũ & hominis ante lapſum vita angelorum fuit vitæ cõſentanea, eámq. haud dubiè ob cauſſam vitæ noſtræ in integrum reſtitutio cõparatione ad angelos facta declaratur. Enimuero quamquã inter angelos nulla ſit propagatio, quemadmodum eſt indicatum: tamen eorum copiæ numero quædam infinitæ ſunt. Sic enim ſuis illis in viſis Danielus commemorat. Iccirco ſi propter peccatum de ſtatu & conditione, qua pares angelis eramus, nõ excidiſſemus: ne nobiſ quidem coniugio ad generis noſtri amplificationem opus fuiſſet. Nam quæcumque tandem incrementi angelica in natura fuit ratio, quam dicendo exponere, vel cogitando intelligere per quaſdam coniecturas humanas non fas eſt, niſi quòd omnino aliquam fuiſſe neceſſario ſtatuendum eſt: eadem igitur ratio in humano etiam genere, quod propè ab angelis abeſt, propagando valuiſſet, donec ad numerum conſilio Creatoris definitum peruentum eſſet. Quòd ſi cuius hic in anguſtum redigitur intelligentia, vt ex nobis ſcire velit, ecquo tamdem modo homines orituri fuiſſent, ſi coniugij adiumento non eguiſſent: eum viciſſim rogabimus, quomodo angeli ſint

Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20.

A ἀλλ' ἐν τούτοις πάλιν ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος, ὅστις ποτὲ ἂν τυγχάνῃ, μόνοις ἂν εἴη δῆλος τοῖς κατὰ Παῦλον τὰ τοῦ παραδείσου μυηθεῖσιν ἀπόῤῥητα. ὁ δὲ ἡμέτερος τοιοῦτός ἐστιν. ἀντιλεγόντων ποτὲ τῶν Σαδδουκαίων περὶ κατὰ τὴν ἀνάστασιν λόγῳ, καὶ τὴν πολύγαμον ἐκείνην γυναῖκα, τὴν τοῖς ἑπτὰ γενομένην ἀδελφοῖς, εἰς σύστασιν τοῦ καθ' ἑαυτοὺς δόγματος προσφερόντων, εἶτα τίνος μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔσται πυνθανομένων· ἀποκρίνεται πρὸς τὸν λόγον ὁ κύριος, οὐ μόνον τοὺς Σαδδουκαίους παιδεύων, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα τῆς ἐν τῇ ἀναστάσει ζωῆς B φανερῶν τὸ μυστήριον. ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει, φησὶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται. ἰσάγγελοι γάρ εἰσι, καὶ υἱοὶ Θεοῦ εἰσι, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες. ἡ δὲ τῆς ἀναστάσεως χάρις οὐδὲν ἕτερον ἡμῖν ἐπαγγέλλεται, ἢ τὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον τῶν πεπτωκότων ἀποκατάστασιν. ἐπάνοδος γάρ τίς ἐστιν ἐπὶ τὴν πρώτην ζωὴν ἡ προσδοκωμένη χάρις, τὸν ἀποβληθέντα τοῦ παραδείσου πάλιν εἰς αὐτὸν ἐπανάγουσα. εἰ τοίνυν ἡ τῶν ἀποκαθισταμένων ζωὴ πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων οἰ-C κείως ἔχει, δηλονότι ὁ πρὸ τῆς παραβάσεως βίος ἀγγελικός τις ἦν. διὸ καὶ ἡ πρὸς τὸ ἀρχαῖον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπάνοδος τοῖς ἀγγέλοις ὡμοίωται. ἀλλὰ μὴν καθὼς εἴρηται, γάμου παρ' αὐτοῖς οὐκ ὄντος, ἐν μυριάσιν ἀπείροις αἱ στρατιαὶ τῶν ἀγγέλων εἰσίν. οὕτω γὰρ ἐν ταῖς ὀπτασίαις ὁ Δανιὴλ διηγήσατο. οὐκοῦν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἴπερ μηδεμία παρατροπή τε καὶ ἔκστασις ἀπὸ τῆς ἀγγελικῆς ὁμοτιμίας ἐξ ἁμαρτίας ἡμῖν ἐγένετο, οὐκ ἂν οὐδὲ ἡμεῖς τοῦ D γάμου πρὸς τὸν πληθυσμὸν ἐδεήθημεν. ἀλλ' ὅστις ἐστὶν ἐν τῇ φύσει τῶν ἀγγέλων τοῦ πλεονασμοῦ τρόπος, ἄῤῥητος μὲν καὶ ἀνεπινόητος στοχασμοῖς ἀνθρωπίνοις, πλὴν ἀλλὰ πάντως ἐστίν· οὗτος ἂν καὶ ἐπὶ τῶν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένων ἀνθρώπων ἐνήργησεν, εἰς τὸ ὡρισμένον ὑπὸ τῆς βουλῆς τοῦ πεποιηκότος μέτρον τὸ ἀνθρώπινον αὔξων. εἰ δέ τις ἀπορεῖ ταῖς ἐπιζητῶν τὸν τῆς γενέσεως τῶν ἀνθρώπων τρόπον, εἰ μὴ προσεδεήθη τῆς διὰ τοῦ γάμου συνεργίας ὁ ἄνθρωπος, ἀντιρωτήσομεν καὶ ἡμεῖς τὸν τῆς ἀγγελικῆς ὑποστάσεως τρό-

πῶς ἐν ἀπείροις μυριάσιν ἐκεῖνοι, καὶ μία οὐσία ὄντες, καὶ ἐν πολλοῖς ἀριθμούμενοι. τοῦτο γὰρ προσφόρως ἀποκρινούμεθα τῷ προφέροντι, πῶς ἂν ἦν δίχα τοῦ γάμου ὁ ἄνθρωπος; εἰπόντες, ὅτι καθὼς εἰσὶ γάμου χωρὶς οἱ ἄγγελοι. τὸ γὰρ ὅμοιον ἐκείνοις τὸν ἄνθρωπον εἶναι πρὸ τῆς παραβάσεως, δείκνυσιν ἡ εἰς ἐκεῖνο πάλιν ἀποκατάστασις. τούτων οὖν ἡμῖν οὕτω διακριθέντων, ἐπανιτέον ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον· πῶς μετὰ τὴν κατασκευὴν τῆς εἰκόνος, τὴν κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορὰν ὁ θεὸς ἐπιτεχνᾶται τῷ πλάσματι. πρὸς τοῦτο γάρ φημι χρήσιμον εἶναι τὸ προδιηνυσμένον ἡμῖν θεώρημα. ὁ γὰρ τὰ πάντα παραγαγὼν εἰς τὸ εἶναι, καὶ ὅλον ἐν τῷ ἰδίῳ θελήματι τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα διαμορφώσας, οὐ ταῖς κατ᾽ ὀλίγον προσθήκαις τῶν ἐπιγινομένων ἀνέμεινεν ἰδεῖν ἐπὶ τὸ ἴδιον πλήρωμα τὸν ἀριθμὸν τῶν ψυχῶν τελειούμενον· ἀλλ᾽ ἀθρόως αὐτῷ πληρώματι πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν διὰ τῆς προγνωστικῆς ἐνεργείας κατανοήσας, καὶ τῇ ὑψηλῇ τε καὶ ἰσαγγέλῳ λήξει τιμήσας, ἐπειδὴ προεῖδε τῇ ὁρατικῇ δυνάμει μὴ εὐθυποροῦσαν πρὸς τὸ καλὸν τὴν προαίρεσιν, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἀγγελικῆς ζωῆς ἀποπίπτουσαν· ὡς ἂν μὴ κολοβωθείη τὸ τῶν ψυχῶν τῶν ἀνθρωπίνων πλῆθος, ἐκπεσὸν ἐκείνου τοῦ τρόπου, καθ᾽ ὃν οἱ ἄγγελοι πρὸς τὸ πλῆθος ηὐξήθησαν· διὰ τοῦτο τὴν κατάλληλον τοῖς εἰς ἁμαρτίαν κατολισθήσασι τῆς αὐξήσεως ἐπίνοιαν ἐγκατασκευάζει τῇ φύσει. ἀντὶ τῆς ἀγγελικῆς μεγαλοφυΐας τὸν κτηνώδη τε καὶ ἄλογον τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς τρόπον ἐμφυτεύσας τῇ ἀνθρωπότητι. ἐντεῦθέν μοι δοκεῖ καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ κατοικτιζόμενος τοῦ ἀνθρώπου τὴν ἀθλιότητα, τοιούτοις λόγοις καταθρηνῆσαι τὴν φύσιν· ὅτι ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· τιμὴν λέγων, τὴν πρὸς τοὺς ἀγγέλους ὁμοτιμίαν. διὰ τοῦτο, φησὶ, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. Ὄντως γὰρ κτηνώδης ἐγένετο ὁ τὴν ῥοώδη ταύτην γένεσιν τῇ φύσει παραδεξάμενος, διὰ τὴν πρὸς τὸ ὑλῶδες ῥοπήν.

A orti, quóve pacto quum ad infinita propè millia ſint diffuſi, & vna natura & multi eſſe numero poſſint. Hoc enim aptiſſimè reſpondebimus roganti, quî eſſe homo ſine coniugio potuiſſet: ſi dicamus in nobis hoc fieri perinde potuiſſe, atque in angelis, qui & ipſi coniugio non vtantur. Angelis autem conſentaneam hominis naturam ante lapſum fuiſſe, de hoc patet, quòd & in integrum reſtituta, cõſimilis eiſdem erit. His ad hunc modum inueſtigatis, ad id vnde digreſſi ſumus, reuertamur: quamobrem videlicet Deus, quũ imaginem ſui condidiſſet, ſexus maſculi femineique diſcrimen addiderit. Equidem ad B explicationem huius quæſtionis vtile fore exiſtimo, quod paulo antè cõſiderando quaſi concluſimus; Deum, qui creat omnia, déque animi ſui ſententia hominem totum ad imaginẽ diuinam conformauit; noluiſſe animorum numerum ita compleri, vt nunc his nunc illis in lucem poſteris editis adaugeretur: ſed quum eodem momento, quo naturam humanam condidit, eam vniuerſam & integram facultate ſua futura proſpiciente intueretur, excelſóque in dignitatis gradu, & qui angelorum cõditioni par eſſet, collocaret: animaduertiſſe vi diuina, liberam hominis in e- C ligendo voluntatem non (vti debebat) virtutis viam ingredi. Itaque vbi de beato vitæ angelicæ ſtatu exorbitaſſet, ne humanorum animorum natio ſine incremento eſſet, amiſſo propagationis modo quo angelorum erant auctæ copiæ: rationem quandam inuenit, qua genus humanum amplificaretur, conſentaneam naturę noſtræ, qui in vitium prolapſi eramus. Nam pro præſtante illo angelicæ naturæ modo aliũ quemdam nobis conceſſit, vt brutorũ ratio- D niſq. expertiũ animalium more noſmet propagando perpetuaremus. Hanc ob cauſſam magnus ille Dauides, hominis miſeriã his mihi verbis deploraſſe videtur: Homo quum eſſet in dignitate, animum nõ aduertit. (Pſal. 48.) Nimirũ per dignitatis ſtatum intellexit, angelis hominem cõditione parem fuiſſe. ſubijcit autem: Iccirco brutis eſt animãtibus comparatus, & iiſdem effectus ſimilis. Profectò enim obbrutuit, poſtquam more brutorum propagari cepit, degenerante ipſius præſtantia, ſéque demittente ad naturæ craſſioris conditionem.

A

CAPVT XVIII.

Perturbationes in nobis animi, alienas à ratione, ex hac cum brutorum natura cognatione oriri.

NAm equidem exiſtimo, de hac ipſa origine perturbationes animi omnes & ſingulas, tamquam fonte ſcaturientes, in hominis naturam redundare. Atque hoc rectè ita ſtatui, argumento eſt: quòd perturbationes ipſæ, quæ pariter & in nobis & in brutis exiſtunt, cognatæ quodam modo ſunt. Non enim certè fas eſt dicere, originem perturbationum quibus afficimur, ad humanam naturam eſſe referēdam, quum ea ſit ad Dei ſimulacrum conformata: ſed quia prius hoc in mundo bruta exſtiterunt, cum quibus nonnihil eſt homini (quemadmodum expoſitum eſt) commune, modus videlicet ortus: iccirco & alia quędam brutorum naturæ ac hominum communia eſſe cœperunt. Neque enim homo Dei refert imaginem, quà iracundia præditus eſt: neque voluptas præſtantiſſimæ naturæ nota putari debet, ſicut & timiditas, & audacia, & maiorum cupiditas, & odium ſtatus deterioris, ceteráque his conſimilia longè à diuino illo charactere abſunt. Quapropter hæc accepta de brutis, hominis vſurpare natura cepit. Quibus enim rebus vita brutorum ad ſe conſeruandum munita eſt, eæ res ad hominis vitam tranſlatæ, ſunt hæ ipſæ de quibus loquimur, animi ſiue perturbationes, ſiue affectiones. Iracundia belluas crudiuoras tuetur ab interitu: fœcundas voluptatis appetitus, imbelles trepidatio: quæ à robuſtioribus ſe tueri nequeunt, metus: grandes ſuſtentat ingluuies. Contráque, ſi quo potiri quod volupe ſit nequeant, id dolorem in eis excitat. Hæc omnia & his alia conſimilia quædam vnà cum procreatione bruta hominis opificium occupauerunt. Liceat autem mihi hoc loco de ſculptorum præſtantiū more, hominis imaginem vi orationis exprimere. Quemadmodum enim videre eſt quaſdam effigies, in quibus duplex eſt expreſſa forma, fingentibus has artifi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅτι τὰ ἄλογα ἐν ἡμῖν πάθη ἐκ τῆς πρὸς τὴν ἄλογον φύσιν συγγενείας τὰς ἀφορμὰς ἔχει.

ΟἸΜΑΙ γὰρ ἐκ τῆς ἀρχῆς ταύτης καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάθη, οἷον ἔκ τινος πηγῆς συνδοθέντα πλημμυρεῖν ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ. Τεκμήριον δὲ τοῦ λόγου, ἡ τῶν πα-
B θημάτων συγγένεια, κατὰ τὸ ἴσον ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐμφαινομένη. Οὐ γὰρ δὴ θέμις τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τῇ κατὰ τὸ θεῖον εἶδος μεμορφωμένῃ, τοῦ ἐμπαθοῦς διαθέσεως προσμαρτυρεῖν τὰς πρώτας ἀρχάς· ἀλλ' ἐπειδὴ προεισῆλθεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἡ τῶν ἀλόγων ζωή, ἔχει δέ τι διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν τῆς ἐκείνων φύσεως καὶ ὁ ἄνθρωπος, τὸ κατὰ τὴν γένεσιν λέγω, συμμετέσχε διὰ τούτου καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν ἐκείνῃ θεωρουμένων τῇ φύσει. Οὐ γὰρ κατὰ τὸν θυμόν ἐστι τοῦ ἀνθρώπου ἡ πρὸς
C τὸ θεῖον ὁμοίωσις, οὔτε διὰ τῆς ἡδονῆς ἡ ὑπερέχουσα χαρακτηρίζεται φύσις, δειλία τε καὶ θράσος, καὶ ἡ τοῦ πλείονος ἔφεσις, καὶ τὸ πρὸς τὸ ἐλαττοῦσθαι μῖσος, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα πόῤῥω τοῦ θεοπρεποῦς χαρακτῆρός ἐστι. Ταῦτα τοίνυν ἐκ τοῦ ἀλόγου μέρους ἡ ἀνθρωπίνη φύσις πρὸς ἑαυτὴν ἐφειλκύσατο. Οἷς γὰρ ἡ ἄλογος ζωὴ πρὸς συντήρησιν ἑαυτῆς ἠσφαλίσθη, ταῦτα πρὸς τὸν ἀνθρώπινον μετενεχθέντα βίον, πάθη ἐγένετο. Θυμῷ μὲν γὰρ συντηρεῖται τὰ ὠμοβόρα· φιληδονία δὲ τὰ πο-
D λυγονοῦντα τῶν ζώων σώζει· τὸ δὲ ἄναλκι ἡ δειλία, καὶ τὸ εὐάλωτον τοῖς ἰσχυροτέροις ὁ φόβος, τὸ δὲ πολύσαρκον ἡ λαιμαργία. Καὶ τὸ διαμαρτεῖν ὑποσοῦν τῆς καθ' ἡδονήν, λύπης ἀφορμὴ ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐστί. Ταῦτα πάντα καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τῆς κτηνώδους γενέσεως συνεισῆλθε τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ. Καί μοι συγκεχωρήσθω κατά τινα πλαστικὴν θαυματοποιΐαν διαγράψαι τῷ λόγῳ τὴν ἀνθρωπίνην εἰκόνα. Καθάπερ γάρ ἐστιν ἰδεῖν ἐν τοῖς πλάσμασι τὰς διγλύφους μορφάς,

αἳ μηχανῶνται πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἐντυγχανόντων οἱ τὰ τοιαῦτα φιλοτεχνοῦντες, μιᾷ κεφαλῇ δύο μορφὰς προσώπων ἐπιχαράσσοντες· οὕτω μοι δοκεῖ διπλῆν φέρειν ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὰ ἐναντία τὴν ὁμοιότητα. τῷ μὲν θεοειδεῖ τῆς διανοίας πρὸς τὸ θεῖον κάλλος μεμορφωμένος, ταῖς δὲ κατὰ πάθος ἐγγινομέναις ὁρμαῖς πρὸς τὸ κτηνῶδες φέρων τὴν οἰκειότητα. πολλάκις δὲ καὶ ὁ λόγος ἀποκτηνοῦται διὰ τῆς πρὸς τὸ ἄλογον ῥοπῆς τε καὶ διαθέσεως, συγκαλύπτων τὸ κρεῖττον τῷ χείρονι. ἐπειδὰν γάρ τις πρὸς ταῦτα τὴν διανοητικὴν ἐνέργειαν καθελκύσῃ, καὶ ὑπηρέτιν γίνεσθαι τῶν παθῶν τὸν λογισμὸν ἐκβιάσηται, παρατροπή τις γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ χαρακτῆρος πρὸς τὴν ἄλογον εἰκόνα, πάσης πρὸς τοῦτο μεταχαρασσομένης τῆς φύσεως, καθάπερ γεωργοῦντος τοῦ λογισμοῦ τὰς τῶν παθημάτων ἀρχὰς, καὶ δι' ὀλίγων εἰς πλῆθος ἐπαύξοντος. τὴν γὰρ παρ' ἑαυτοῦ συνεργίαν χρήσας τῷ πάθει, πολύχουν καὶ ἀμφιλαφῆ τὴν τῶν ἀτόπων γένεσιν ἀπειργάσατο. οὕτως ἡ φιληδονία τὴν μὲν ἀρχὴν ἔχει ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἄλογον ὁμοιώσεως, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πλημμελήμασι προσηυξήθη, τοσαύτας διαφορὰς τῶν κατὰ τὴν ἡδονὴν ἁμαρτανομένων γεννήσασα, ὅσας ἐν τοῖς ἀλόγοις οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. οὕτως ἡ πρὸς τὸν θυμὸν διανάστασις συγγενὴς μέν ἐστι τῇ τῶν ἀλόγων ὁρμῇ, αὔξεται δὲ τῇ τῶν λογισμῶν συμμαχίᾳ. ἐκεῖθεν γὰρ ἡ μῆνις, ὁ φθόνος, τὸ ψεῦδος, ἡ ἐπιβουλή, ἡ ὑπόκρισις. ταῦτα πάντα τῆς πονηρᾶς τοῦ νοῦ γεωργίας ἐστίν. εἰ γὰρ γυμνωθείη τῆς ἐκ τῶν λογισμῶν συμμαχίας τὸ πάθος, ὠκύμορός τις καὶ ἄτονος ὁ θυμὸς καταλείπεται, πομφόλυγος δίκην ὁμοῦ τε γινόμενος, καὶ εὐθὺς ἀπολλύμενος. οὕτως ἡ τῶν συῶν λαιμαργία τὴν πλεονεξίαν εἰσήνεγκε, καὶ τὸ τοῦ ἵππου γαῦρον γέγονε τῆς ὑπερηφανείας ἀρχή. καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα τῆς κτηνώδους ἀλογίας ἀφορμηθέντα, διὰ τῆς πονηρᾶς τοῦ νοῦ χρήσεως κακία ἐγένετο. ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ἔμπαλιν, εἴπερ ὁ λογισμὸς τῶν τοιούτων κινημάτων ἀντιμεταλάβοι τὸ κράτος, εἰς ἀρετῆς εἶδος ἕκαστον τούτων ἀντιμεθίσταται. ποιεῖ γὰρ ὁ μὲν θυμὸς τὴν ἀνδρείαν, τὸ δὲ δειλὸν τὴν ἀσφάλειαν, καὶ ὁ φόβος τὴν

A cibus magno ſtudio, atque vni capiti geminas vultuum formas inſculpentibus, vt eas ſpectatores quodam cum ſtupore intueantur: ſic mihi & in homine duplex eſſe ſimilitudo videtur, quarum altera longè ab altera diſſideat. Diuinū enim mentis donum quod attinet, pulchritudinem hæc eam, quæ in Deo eſt, refert. cæterum quà cupiditates ei quędam inſunt, ortæ ex animi morbis: etiam naturæ brutæ cognatione tenetur. Itaque nonnunquam & ipſa ratio ſic obbruteſcit, vt ab affectione erga brutam partem victa, quod eſt in homine

B præſtantiſſimum, vi deterioris obruat. Nam ſi quis eò mentis facultatem pertrahit, vt rationem ſeruire morbis animi cogat: næ tum vniuerſa natura in aliam quaſi figuram redacta, eximiæ formæ in imaginem brutam fit commutatio, ratione morbos illos ipſos excolente, ac breui de paucis magnā eorum copiam efficiente. Omnem enim operam ſuam eis quaſi locans, facit vt ampla quædam rerum abſurdarum ac denſa materies exoriatur. Sic quum voluptatis ſtudium ex ſimilitudine, qua bruta referimus, profectum in nobis ſit: adeò tamen ho-

C minum delictis creuit, vt in animalibus ratione carentibus tot voluptatum formæ nullo modo deprehendantur, quot voluptatiorum hominum ſceleſta libido excogitauit. Sic & animi ad iram commotio, habet illa quidem non nihil affine cupiditati brutorū: verùm multo maximè à rationis ope augetur. Ab hac enim proficiſcitur diuturna irati animi acerbitas, inuidia, mendacium, inſidiæ, ſimulatio. Hæc omnia prauæ mentis quaſi agricolationi accepta fereda ſunt. Nam ſi hæc animi perturbatio, quam iram dicimus, à rationis ope ſocietatéq.

D deſtitueretur, haud dubiè momentaneum quiddam & languidum foret, quod inſtar bullæ ſimul & oriretur, & interiret. Sic ad imitationem ingluuiei porcorum, homines auaritiæ ſtudio teneri ceperunt. ſic in equis elata ferocia ſuperbiæ occaſionem prębuit. Denique perturbationes animi vniuerſæ & ſingulæ à brutis ortæ, praua mentis vſurpatione vitiorum origo exſtiterunt. E cōtrario, ſi imperium in hos animi motus in ſe transferat ratio: ſinguli virtutis formam induunt. Nam fortitudo ex iracundia oritur: timiditas facit, vt certo præſidio noſmet muniamus: metus,

libenter pareamus: odium in auerſationem vitiorum commutatur: charitas veræ virtutis in nobis amorem excitat: elata ferocitas facit, vt ſupra perturbationes omnes nos efferamus, & animi magnitudinem conſeruat, quo minus is à vitiis ſeparatus ſeruitutem ſeruat. Huiuſmodi certè animi elationem magnus etiam Apoſtolus ille prædicat, qui frequenter nos cohortatur, vt eis quæ ſurſum ſunt, addicti ſimus. De quo iam & illud intelligi poteſt, omnem animi motum vnà cum excelſa mentis facultate ſe attollentem, ad diuinæ imaginis pulchritudinem conformari. Quum autem grauitate quadam ſua deorſum vitia vergant: icirco frequentius id quod contrarium huic eſt, accidit. Multo citius enim princeps animi facultas brutæ naturæ pondere impulſa deprimitur, quàm quod graue ac terreũ eſt, vnà cum mente in altum ſubleuetur. Iccirco ſæpe diuini muneris præſtantia præpediente, miſeria noſtra non ſatis in nobis perſpicitur: fitque vt pulchritudo diuinæ imagini reſpondens, morbis carnis tanquam turpiſſima quadã larua obducatur. ideóque veniam quodam modo merentur, ſi qui ad huiuſmodi quædam reſpicientes, eſſe in his imaginem Dei poſſe non facilè concedunt. Illuſtris illa profectò in eis conſpicitur, qui vitam ſuam ad virtutis normam accuratè exegerunt. Quod ſi quem animi morbis obnoxium, carníque deditum, diuina pulchritudine exornatum eſſe non credis: at in alium intuere, cuius in excelſo virtus ſit, & qui purus ſit à ſcelerum labe. is facilè te confirmabit, vt benignius de hominum natura ſentias. Exſtinxit naturæ pulchritudinem (rectius enim hæc exemplorum indicatione declarantur) per ſcelerum inquinationem quidã nobilitatus flagitiis, verbi gratia Iechonias, aliúſve malis ex facinoribus celebris. At Moſes contrà, Moſique conſimiles alij, formam diuinæ imaginis puram conſeruarunt. Ergo in quibus pulchritudo non eſt obſcurata, de iis perſpicuè verum eſſe intelligitur, hominem vt Dei ſimulachrum foret, factum eſſe. Fortè non nemo eſt, qui pudendum quiddã eſſe exiſtimet, quod hominis vitam ciborum vſu, perinde vt & brutorum, conſeruari neceſſe ſit: atque icirco indignum eſſe ſtatuat eum, qui ad imaginem Dei factus credatur.

Coloſſ. 3.

A ἀντιπείθειν, τὸ μῖσος δὲ τὴν τῆς κακίας ἀποστροφήν, ἡ δὲ ἀγαπητικὴ δύναμις τὴν πρὸς τὸ ἀληθῶς καλὸν ἐπιθυμίαν. τὸ δὲ γαῦρον τοῦ ἤθους ὑπεραίρει τῶν παθημάτων, καὶ ἀδούλωτον ὑπὸ τοῦ κακοῦ διαφυλάσσει τὸ φρόνημα. ἐπαινεῖ δὲ τὸ τοιοῦτον τῆς ἐπάρσεως εἶδος καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος, συνεχῶς ἐγκελευόμενος τὰ ἄνω φρονεῖν. καὶ οὕτως ἔστιν εὑρεῖν, ὅτι πᾶν τὸ τοιοῦτον κίνημα τῷ ὑψηλῷ τῆς διανοίας συνεπαιρόμενον, τῷ κατὰ τὴν θείαν εἰκόνα κάλλει συσχηματίζεται. ἀλλ' ἐπειδὴ βαρεῖα τίς ἐστι καὶ κατωφερὴς ἡ τῆς ἁμαρτίας ῥοπή, πλεῖον τὸ ἕτερον γίνεται. μᾶλλον γὰρ τῷ βάρει τῆς ἀλόγου φύσεως συγκατασπᾶται τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, ἤπερ τῷ ὕψει τῆς διανοίας τὸ βαρύ τε καὶ χοϊκὸν ἀνυψοῦται. διὰ τοῦτο πολλάκις ἀγνοεῖσθαι ποιεῖ τὸ θεῖον δῶρον ἡ περὶ ἡμᾶς ἀθλιότης, οἷόν τι προσωπεῖον εἰδεχθὲς τῷ κατὰ τὴν εἰκόνα κάλλει τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ἐπιπλάσσουσα. Συγγνωστοί πως εἰσὶν οἱ πρὸς τὰ τοιαῦτα βλέποντες, εἴπερ τὴν θείαν μορφὴν ἐν τούτοις εἶναι οὐκ εὐχερῶς συντίθενται. ἀλλὰ διὰ τῶν κατωρθωκότων τὸν βίον, ἔξεστι τὴν θείαν ἐν τοῖς ἀνθρώποις εἰκόνα βλέπειν. Εἰ γὰρ ἐμπαθής τις καὶ σάρκινος ὢν ἀπιστεῖσθαι ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον ὡς θείῳ κάλλει κεκοσμημένον· ὁ ὑψηλὸς πάντως τὴν ἀρετὴν καὶ καθαρεύων ἐκ μολυσμάτων βεβαιώσει σοι τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπόληψιν. οἷον, κρεῖττον γὰρ ἐν ὑποδείγματι δεῖξαι τὸν λόγον, ἀπήλειψέ τις τῷ τῆς πονηρίας μολύσματι τὸ τῆς φύσεως κάλλος τῶν ἐπὶ κακίᾳ γνωρίμων, Ἰεχονίας τυχόν, ἢ εἴ τις ἕτερος ἐπὶ κακῷ μνημονεύεται· ἀλλ' ἐν Μωϋσῇ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον καθαρὰ διεφυλάχθη ἡ τῆς εἰκόνος μορφή. ἐν οἷς τοίνυν οὐκ ἠμαυρώθη τὸ κάλλος, ἐν τούτοις ἐναργὴς ἡ τῶν λεγομένων πίστις ἐστίν, ὅτι ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ μίμημα γέγονεν. Ἀλλ' ἐπαισχύνεταί τις τυχόν, τῷ διὰ βρώσεως ἡμῖν καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀλόγων τὴν ζωὴν συνεστάναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀνάξιον ἡγεῖται τὸν ἄνθρωπον τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεπλάσθαι

δοκεῖν. ἀλλ' ἐλπιζέτω τῆς λειτουργίας ταύτης ἀτέλειαν δοθήσεσθαι τῇ φύσει ποτέ, κατὰ τὴν προσδοκωμένην ζωήν. οὐ γάρ ἐστι, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, οὐδ' ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον ὁ κύριος προηγόρευσεν, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἰσάγγελον ἡμῖν ὑποδεικνυούσης τὸν βίον, βρώσεως δὲ παρὰ τοῖς ἀγγέλοις οὐκ οὔσης· ἱκανὴ πίστις τοῦ ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς τοιαύτης λειτουργίας τὸν ἄνθρωπον, τὸν καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγγέλων ζησόμενον.

A Verùm enimuerò is certa ſibi ſpe futurum polliceatur, vt naturæ humanæ in vita, quam alteram exſpectamus, ab hoc alendi corporis officio immunitas concedatur. Nam Dei regnum, queadmodum Apoſtolus ait, in cibo potúve non cõſiſtit. Et Dominus prodidit, non pane ſolo victurum eſſe hominem : ſed omni verbo, quod de ore Dei exeat. Præterea quum reſurrectio nobis vitam promittat angelicæ parem, atque angeli cibo nullo vtantur : planè ſtatuendum eſt, hominem haud dubiè aliquando hac etiam moleſtia liberatum iri, ſi quidem angelorum more victurus ſit. Rom.14. Matt.4.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘʹ.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, πάλιν ἐν βρώσει καὶ ἐν πόσει εἶναι τὴν τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ παραδείσῳ γεγράφθαι διὰ τούτων τὸν ἄνθρωπον ζῆν.

CAPVT XIX.

Aduerſus illos qui affirmant, eorum bonorũ, quæ bona altera in vita expectamus, fruitionem non niſi in cibo ac potu fore: idq; propterea, quòd ſacris ſit litteris proditum, initio mundi hominem rebus iiſdem in paradiſo vitam ſuam conſeruaſſe.

ΑΛΛ' ἴσως τις οὐκ εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν τῆς ζωῆς εἶδος ἐπανελεύσεσθαι λέγει τὸν ἄνθρωπον, εἴγε πρότερον μὲν ἐν τῷ ἐσθίειν ἦμεν, μετὰ ταῦτα δὲ τῆς τοιαύτης λειτουργίας ἀφεθησόμεθα. ἀλλ' ἐγὼ τῆς ἁγίας ἀκούων γραφῆς, οὐ μόνον σωματικὴν ἐπίσταμαι βρῶσιν, οὐδὲ τὴν διὰ σαρκὸς εὐφροσύνην· ἀλλά τινα καὶ ἑτέραν οἶδα τροφήν, ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἔχουσαν, ἧς ἡ ἀπόλαυσις ἐπὶ μόνην τὴν ψυχὴν διαβαίνει. Φάγετε τῶν ἐμῶν ἄρτων, ἡ σοφία τοῖς πεινῶσι διακελεύεται. καὶ μακαρίζει τοὺς τὴν τοιαύτην βρῶσιν πεινῶντας ὁ κύριος. καὶ εἴ τις διψᾷ, φησιν, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. καὶ ὁ μέγας Ἡσαΐας, πίετε εὐφροσύνην, τοῖς δυναμένοις ἐπαΐειν τῆς μεγαλοφυΐας αὐτοῦ ἐγκελεύεται. ἔστι δέ τις καὶ ἀπειλὴ προφητικὴ κατὰ τῶν τιμωρίας ἀξίων, ὡς λιμῷ κολασθησομένων. ὁ δὲ λιμὸς οὐκ ἄρτου τις ἐστὶν ἀπορία καὶ ὕδατος, ἀλλὰ λόγου ἐπίλειψις. οὐ λιμὸν γὰρ ἄρτου φησίν, οὐ δίψαν ὕδατος·

OBIECERIT tamen hoc fortaſſe loco nobis aliquis, hominem ad vitæ priſtinæ ſtatum nõ eſſe rediturum, C quando vitam illam priorem ciborum vſu ali oportuerit: poſthac autem futurum ſit, vt eo labore ſemel defungamur. Ego verò quum quod Sacris traditum litteris eſt audio, non de corporis cibo tantum intelligo, neque de lætitia carnis: ſed etiam aliud quoddam nutrimentum agnoſco, quod modo quodam corporis illud quidem nutrimento reſpondet, verùm eius fruitio ſolum ad animum pertinet. Veſcimino panibus meis, inquit ad eos Sapientia, Ioan.7. D qui eſuriunt: & Dominus felices etiam prædicat, ſi qui huiuſmodi cibum expetant. etiam illud adijcit: Si quis ſitit, ad me veniat, & bibat. itidem ille magnus Eſaias præcipit omnibus qui poſſint præſtantem ipſius doctrinam capere, vt lætitiam bibendo hauriant. Exſtat & vatis comminatio in eos, qui merito ſuo pœnis ſint ſubijciendi, qua futurum prædicit vt fame intereant. Ea verò fames nequaquam panis & aquæ, ſed diuini ſermonis inopiam ſignificat. Amos 8. iccirco ſubijcitur: non eſſe illam famem ſitimve profectam ex panis & aquæ inopia,

ſed famē ortam ex cupiditate audiendi diuinos ſermones. Igitur horto diuinitùs in Edē (quæ vox delicias ſignificat) plantato, dignus eſt fructus tribuendus, quo hominem altum eſſe nō dubiū eſt: neque cibum huius momentaneum ac fluxum, eundem eſſe cum illo putemus, quo fruituri in paradiſo eramus. De omni ligno (inquit Deus) quod eſt in paradiſo, veſcêris. Quis homini rectè eſurienti fructum ligni illius de paradiſo tribuat, quo bonum omne compræhenditur, & quod oratio diuina omne nuncupat, cuius etiam fruendi poteſtatem homini largitur? nam latiſſima certè, & eximia illa voce cognata inter ſe bonorum ſpecies omnis continetur, inque vno boni adeò totius vniuerſitatem exiſtere ſignificatur. Quis contrà hominem arceat ab altero ligno, cuius fruitio miſtum quiddā habet, & eſt vtramque in partem efficax? Non enim obſcurum eſſe poteſt homini intelligēti, quid ſit illud omne, cuius eſt fructus vita: & quid alterum illud miſtum, cuius finis mors eſt. Nam qui illius omnis homini fruitionem perpetuam conceſſit, idem quoque ratione quadam & conſilio certo promiſcuorum vſu nobis interdixit. Ac mihi quidem libet magno illo Dauide, ſapientéque Solomone, tamquam magiſtris in harum rerum explicatione vti. Nam vterque delicias conceſſas interpretatur verū illud bonum, quod idem eſt cum bono omni. Dauides quidem inquit, In Domino temet oblecta. Solomo autem, ſapientiam, quæ eſt ipſe Dominus, lignum vitæ appellat. Igitur lignum illud omne idem eſt quod lignum vitæ, cuius fruitio homini ad Dei imaginem facto conceditur. Cæterùm ab hoc aliud quoddam lignum diſcernitur, cuius fructus eſt boni ac mali cognitio. Non quod alterum horum aduerſantium ſibi viciſſim produceret: ſed quod promiſcuum ac confuſum quemdam fructum proferret, cui qualitates illæ ſibi aduerſantes ineſſent. De hoc veſci hominem Dux vitæ vetat: ſerpens ſuadet, vt morti viam ad perimendum hominem ſtrueret. Vincit verò malus hic tamdem conſiliarius, pulchritudine ac voluptate quadam fructum exornans, vt & aſpectu iucundus eſſet, & appetitionem guſtandi ſui proritaret.

Geneſ. 2.

Pſal. 36.
Prou. 3.

A ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. Οὐκοῦν τῆς τοῦ Θεοῦ φυτείας τῆς ἐν Ἐδὲμ (τρυφὴ δὲ ἡ Ἐδὲμ ἑρμηνεύεται) ἄξιόν τινα τὸν καρπὸν ἐννοῆσαι προσήκει, καὶ τρέφεσθαι διὰ τούτου μὴ ἀμφιβάλλειν τὸν ἄνθρωπον. καὶ μὴ πάντως τὴν παροδικὴν καὶ ἀπόρρυτον ταύτην τροφὴν ἐπὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς ἐννοεῖν. ἀπὸ παντὸς, φησὶ, ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ. τίς δώσει τῷ ὑγιεινῶς πεινῶντι τὸ ξύλον ἐκεῖνο, τὸ ἐν τῷ παραδείσῳ, τὸ παντὸς ἀγαθοῦ περιληπτικὸν, ᾧ ὄνομά ἐστι τὸ πᾶν, οὗ χαρίζεται τῷ ἀνθρώπῳ τὴν μετουσίαν ὁ λόγος;
B ἐν γὰρ γενικῷ τινι καὶ ὑπερκειμένῳ λόγῳ πᾶσα τῶν ἀγαθῶν ἰδέα πρὸς ἑαυτὴν συμφυῶς ἔχει, καὶ ἕν τι τὸ ὅλον ἐστί. τίς δέ με τῆς συμμιγοῦς τε καὶ ἐπαμφοτεριζούσης τοῦ ξύλου γεύσεως ἀποστήσει; πάντως γὰρ οὐκ ἄδηλον τοῖς διορατικωτέροις, τί τὸ πᾶν ἐκεῖνο, οὗ καρπὸς ἡ ζωή. καὶ πάλιν, τί τὸ ἐπίμικτον τοῦτο, οὗ πέρας ὁ θάνατος. ὁ γὰρ τοῦ παντὸς τὴν ἀπόλαυσιν ἀφθόνως προθεὶς, λόγῳ τινὶ πάντως καὶ προμηθείᾳ τῆς τῶν ἐπικοίνων μετουσίας ἀπείργει τὸν
C ἄνθρωπον. καί μοι δοκεῖ τὸν μέγαν Δαβὶδ, καὶ τὸν σοφὸν Σολομῶντα διδασκάλους τῆς τοῦ λόγου τούτου παραλαβεῖν ἐξηγήσεως. ἀμφότεροι γὰρ τῆς συγκεχωρημένης τρυφῆς μίαν ἡγοῦνται τὴν χάριν, αὐτὸ τὸ ὄντως ἀγαθὸν, ὃ δὴ καὶ πᾶν ἐστιν ἀγαθόν· Δαβὶδ μὲν λέγων, κατατρύφησον τοῦ κυρίου· Σολομῶν δὲ, τὴν σοφίαν αὐτὴν, ἥτις ἐστὶν ὁ κύριος, ξύλον ζωῆς ὀνομάζων. οὐκοῦν ταὐτόν ἐστι τῷ τῆς ζωῆς ξύλῳ τὸ πᾶν ξύλον, οὗ τὴν βρῶσιν τῷ κατὰ Θεὸν πλασθέντι ὁ λόγος δίδωσιν. ἀντιδιῄρηται δὲ τῷ ξύλῳ τούτῳ
D ἕτερον ξύλον, οὗ ἡ βρῶσις καλοῦ καὶ κακοῦ γνῶσίς ἐστιν, οὐκ ἰδιαζόντως ἑκάτερον τῶν κατὰ τὸ ἐναντίον σημαινομένων ἐν μέρει καρποφοροῦντος· ἀλλά τινα συγκεχυμένον καὶ σύμμικτον καρπὸν ἐξανθοῦντος ταῖς ἐναντίαις συγκεκραμένον ποιότησιν. οὗ κωλύει μὲν τὴν βρῶσιν ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, συμβουλεύει δὲ ὁ ὄφις, ἵνα τῷ θανάτῳ κατασκευάσῃ τὴν εἴσοδον. καὶ πιθανὸς γίνεται συμβουλεύσας, διὰ χροιᾶς τινὸς καὶ ἡδονῆς τὸν καρπὸν περιχρώσας, ὡς ἂν ὀφθείη τε ἡδέως, καὶ τὴν ὄρεξιν πρὸς τὴν γεῦσιν ὑπερεθίσειεν.

ΚΕΦΑ-

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Τίς ἡ ἐν τῷ παραδείσῳ ζωή, καὶ τί τὸ ἀπηγορευμένον ξύλον.

Τι οὖν ἐκεῖνό ἐστιν, ὃ καλοῦ τε καὶ κακοῦ συγκεκραμένην ἔχει τὴν γνῶσιν, ταῖς δι' αἰσθήσεως ἡδοναῖς ἐπηνθισμένον; ἆρα μὴ πόρρω τῆς ἀληθείας παραστοχάσομαι τῇ τοῦ γνωστοῦ διανοίᾳ εἰς ἀφορμὴν τῆς θεωρίας συγχρώμενος. B οἶμαι γὰρ οὐκ ἐπιστήμην ἐνταῦθα παρὰ τῆς γραφῆς νοεῖσθαι τὴν γνῶσιν, ἀλλά τινα διαφορὰν ἐκ τῆς γραφικῆς συνηθείας εὑρίσκω, γνώσεώς τε καὶ διακρίσεως. τὸ μὲν γὰρ διακρίνειν ἐπιστημόνως τὸ καλὸν ἐκ τοῦ κακοῦ, τελειοτέρας ἕξεως εἶναί φησιν ὁ ἀπόστολος, καὶ γεγυμνασμένων αἰσθητηρίων. διὸ καὶ παράγγελμα ποιεῖται πάντα δοκιμάζειν, καὶ τοῦ πνευματικοῦ τὸ διακρίνειν ἴδιον εἶναί φησιν. ἡ δὲ γνῶσις οὐ πανταχοῦ τὴν ἐπιστήμην τε καὶ τὴν εἴδησιν ἐμφαίνεται κατὰ τὸ σημαινόμενον· ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ κεχαρισμένον διάθεσιν. C ὡς, ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. καὶ πρὸς τὸν Μωϋσέα φησὶν, ὅτι ἔγνων σε παρὰ πάντας. περὶ δὲ τῶν ἐν κακίᾳ κατεγνωσμένων λέγει ὁ τὰ πάντα εἰδὼς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. οὐκοῦν τὸ ξύλον, ἀφ' οὗ ἡ σύμμικτος γνῶσις καρποφορεῖται, τῶν ἀπηγορευμένων ἐστί. μέμικται δὲ διὰ τῶν ἐναντίων ὁ καρπὸς ἐκεῖνος, ὁ συνήγορον ἔχων ἑαυτοῦ τὸν ὄφιν. τάχα κατὰ τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι οὐ γυμνὸν πρόκειται τὸ κακὸν αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν φαινόμενον. ἦ γὰρ ἂν ἄπρακτος ἦν ἡ κακία, μηδενὶ προσκεχρωσμένη καλῷ πρὸς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐφελκομένη τὸν ἀπατώμενον. D νυνὶ δὲ σύμμικτός πως ἐστὶν ἡ τοῦ κακοῦ φύσις, ἐν μὲν τῷ βάθει τὸν ὄλεθρον, οἷόν τινα δόλον ἐγκεκρυμμένον ἔχουσα, ἐν δὲ τῇ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀπάτῃ καλοῦ τινα φαντασίαν παραδεικνύουσα. καλὸν δοκεῖ τοῖς φιλαργύροις ἡ τῆς ὕλης εὔχροια. ἀλλὰ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία γίνεται. τίς δ' ἂν ἐπὶ τὸν δυσώδη βόρβορον τῆς ἀκολασίας κατώλισθεν, εἰ μὴ τὴν ἡδονὴν καλόν τι καὶ αἱρετὸν ᾤετο, ὁ τῷ δελέατι τούτῳ πρὸς τὸ πάθος κατασυρόμενος;

CAPVT XX.

Quæ fuerit in paradiſo vita, quódve ſit lignum vetitum.

QVODNAM igitur illud eſt lignum, exornatum delitiis, quæ ſenſu percipiuntur, cui boni maliquе miſta quædam cognitio ineſt? Equidem non longè à veritate aberrauero, ſi mentis intelligentia, quatenus intelligi hæc poſſunt, hac ipſa in conſideratione vtar. B Sic enim exiſtimo, non hoc loco per cognitionem intelligi ſcientiam. ſacris in litteris inuenio diſcrimen quoddam inter cognitionem ac dijudicationem. Nam bonum ac malum accurata quadam ſcientia dijudicare, facultatis eſſe perfectioris cuiuſdam, & ſenſuum exercitatorum, Apoſtolus tradit. Iccirco præcipit quodam loco, eſſe omnia exploranda, & dijudicationem tantum in hominem ſpiritualem cadere affirmat. Cognitio verò non ſcientiã ac notitiam vbique ſignificat, vti vox ipſa notare videtur: ſed quamdam animi ad id quod gratum nobis eſt, affectionem. Vt quum ſcriptum eſt: Nouit Dominus ſuos. Et ad Moſen inquit: Noui te ſupra omnes. Etiam de damnatis ait, qui ceteroquin omnia nouit: Numquam noui vos. Lignum ergo de quo cognitionis promiſcuæ fructus capitur, eſt in rerum vetitarum numero. Dicitur autem fructus ille quem ſerpens prædicat, ex rebus aduerſantibus ſibi conſtare: fortaſſis eam ob cauſſam, quòd malum planè nudum, vt eſt natura ſua, numquam nobis appareat. Profectò enim in homine permouendo nulla vitiorum efficacitas foret, ſi non quidam eis boni color additus, homini cupiditate ſui in fraudem illecto fucum faceret. Nunc verò malum eſſe miſtum videmus, cuius in fundo pernicies eſt, veluti quædam fraus latens, quum exterior dolus imaginem boni oſtentet. Auaris præclarum quiddam eſſe videtur argenti ſplendor, quum eius cupiditas malorum omnium radix exiſtat. Quis hominum in fœdam intemperantiæ illuuiem prolaberetur, niſi eum in morbum hoc nomine velut ineſcatus pertraheretur, quòd voluptatem eſſe rem bonam & optabilem exiſtimat?

Hebr. 5.

Matth. 7.

Eodem modo vitia cætera, quum certum exitium occultent, prima tamen vice videntur expetenda, ſéque in animos imprudentum pro bono inſinuant. Quum igitur pleraque hominum pars id bonum eſſe iudicet, quod ſenſus delectat: quúmque adeò communis appellatio boni ſit, cùm ei quod verè bonum eſt, tum alteri quod bonum eſſe videtur: iccirco Sacræ litteræ appetitionem mali latentis ſub boni ſpecie, cognitionem boni & mali nominant, per quam affectio quædam & temperamentum intelligitur. Non enim fructum ligni vetiti abſolutè malum aliquod eſſe tradunt, quum boni quaſi floribus quibuſdam exornatus ſit: neq. contrà purè bonum, quum ſub eo malum lateat: ſed ex vtroque miſtum, quo qui vtantur, certiſſimum ad interitum ruant. Itaque tantum non apertè clamant, verum bonum ſimplex & vniuſmodi quiddam natura ſua exiſtere, alienum ab omni duplicitate, aduerſantiúmque ſibi rerum coniunctione. Malum contrà varium eſſe, ac quodam modo quaſi veſtitum: quódque aliud quiddam initio videatur, quàm eſſe deinde per experientiam depræhenditur. Nam ſi ad eius cognitionem perueniamus, hoc eſt, ſi ſemel facto periculo malum amplectamur, tum nimirum eſſe illud in nobis cauſam initiúmque mortis & interitus. Iccirco ſerpens vitioſum peccati fructum homini demonſtrat, non illum quidem apertè, qualis à natura erat (non enim per manifeſtum malum falli homo potuiſſet) ſed externa venuſtatis eum ſpecie exornat: adeóque guſtui eius voluptatis aliquid, quod ſenſu perciperetur, per quaſdam quaſi præſtigias indit, vt ita mulieri quod vellet perſuaderet. ſic enim litteræ ſacræ loquuntur: Vidit autem mulier lignum illud bonum eſſe ad veſcendum, & oculis gratum, mirificéque iucundum aſpectu. itaque fructum eius acceptum comedit. Cibus autem ille mortem homini peperit. Atque hic fuit is, de quo diſſerimus, promiſcuus fructus: declarantibus perſpicuè litteris Sacris, quo ſenſu lignum hoc ſcientiæ boni & mali appellârint. Perinde videlicet, atque venena melle condita, quà ſenſui ob dulcitudinem grata ſunt, bonum quiddam eſſe: quà verò vtentem interimunt, malorum omnium extrema cenſentur.

Geneſ. 2.

A οὕτω καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἐγκεκρυμμένην ἔχοντα τὴν διαφθορὰν, αἱρετὰ κατὰ τὴν πρώτην δοκεῖ, διά τινος ἀπάτης τοῖς ἀνεπισκέπτοις ἀντ' ἀγαθοῦ σπουδαζόμενα. ἐπεὶ τοίνυν οἱ πολλοὶ τὸ καλὸν ἐν τῷ τὰς αἰσθήσεις εὐφραίνοντι κρίνουσι, καί τις ἐστὶν ὁμωνυμία τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ δοκοῦντος εἶναι καλοῦ, τούτου χάριν ἡ πρὸς τὸ κακὸν ὡς πρὸς τὸ ἀγαθὸν γινομένη ἐπιθυμία, καλοῦ καὶ κακοῦ γνῶσις ὑπὸ τῆς γραφῆς ὠνομάσθη, συνδιάθεσίν τινα καὶ ἀνάκρασιν ἑρμηνευούσης τῆς γνώσεως. οὔτε ἀ- B πολύτως κακὸν, διότι περιηνθίσται τῷ καλῷ, οὔτε καθαρῶς ἀγαθὸν, διότι ὑποκέκρυπται τὸ κακόν· ἀλλὰ σύμμικτον δι' ἑκατέρων τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου τὸν καρπὸν εἶναί φησιν, οὗ τὴν γεῦσιν εἰς θάνατον ἄγειν εἶπε τοὺς ἁψαμένους· μονονουχὶ φανερῶς τὸ δόγμα βοῶν, ὅτι τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἁπλοῦν καὶ μονοειδές ἐστι τῇ φύσει, πάσης διπλόης καὶ τῆς πρὸς τὸ ἐναντίον συζυγίας ἀλλότριον. τὸ δὲ κακὸν ποικίλον τε, καὶ κατεσχηματισμένον ἐστὶν, ἄλλο τι νομιζόμενον, καὶ ἕτερον διὰ τῆς πείρας ἀναφαινόμενον. οὗ τὴν C γνῶσιν, τουτέστι, τὴν διὰ τῆς πείρας ἀνάληψιν, θανάτου καὶ διαφθορᾶς ἀρχήν τε καὶ ὑπόθεσιν γίνεσθαι. διὰ τοῦτο προδείκνυσιν ὁ ὄφις τὸν πονηρὸν τῆς ἁμαρτίας καρπὸν, οὐχ ὡς εἶχε φύσεως τὸ κακὸν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπιδείξας, οὐ γὰρ ἂν ἠπατήθη ὁ ἄνθρωπος τῷ προδήλῳ κακῷ· ἀλλὰ διά τινος ὥρας τὸ φαινόμενον ἀγλαΐσας, καί τινα κατὰ τὴν αἴσθησιν ἡδονὴν ἐγγοητεύσας τῇ γεύσει, πιθανὸς ἐφάνη τῇ γυναικὶ, καθώς φησιν ἡ γραφή. καὶ εἶδε γὰρ ἡ γυνὴ, φησιν, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖον ἐστὶ τοῦ D κατανοῆσαι· καὶ λαβοῦσα, τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγεν. ἡ δὲ βρῶσις ἐκείνη θανάτου μήτηρ τοῖς ἀνθρώποις γέγονεν. αὕτη τοίνυν ἡ σύμμικτός ἐστι καρποφορία, σαφῶς τοῦ λόγου τὸν νοῦν ἑρμηνεύοντος, καθ' ὃν καλοῦ τε καὶ κακοῦ γνωστὸν ὠνομάσθη τὸ ξύλον ἐκεῖνο. ὅτι κατὰ τὴν τῶν δηλητηρίων κακίαν τῶν προαρτυθέντων τῷ μέλιτι, καθὸ μὲν καταγλυκαίνει τὴν αἴσθησιν, καλὸν εἶναι δοκεῖ· καθὸ δὲ φθείρει τὸν προσαπτόμενον, κακοῦ παντὸς ἔσχατον γίνεται.

ἐπεὶ δὲ ἐνήργησε κατὰ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς τὸ πονηρὸν δηλητήριον· τότε ὁ ἄνθρωπος, τὸ μέγα καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, τὸ τῆς θείας φύσεως ἀπεικόνισμα, τῇ ματαιότητι, καθὼς φησιν ὁ προφήτης, ὡμοιώθη. Οὐκοῦν ἡ μὲν εἰκὼν πρὸς τὸ κρεῖττον τῶν ἐν ἡμῖν νοουμένων ᾠκείωται. τὰ δὲ, ὅσα περὶ τὸν βίον λυπηρά τε καὶ ἄθλια, πόρρω τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἐστὶν ὁμοιώσεως.

Hoc igitur venenum quamprimùm hominis vitam tentando læſit, præclarum illud hominis opificium ac nomen, adeóque diuinæ naturæ ſimulachrum vanitatis, quemadmodum vates loquitur, ſimilitudinem induit. Itaque iam Pſal. 143.
imago ad partes in nobis præſtantiores referenda eſt. Quæcumque autem moleſta in vita, & triſtia accidunt, longè ſcilicet à ſimilitudine naturæ diuinæ ſeparari debent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ΄.

Ὅτι ἡ ἀνάστασις οὐ τοσοῦτον ἐκ τοῦ κηρύγματος τοῦ γραφικοῦ, ὅσον ἐξ αὐτῆς τῆς ἀνάγκης τῶν πραγμάτων ἀκολούθως ἐλπίζεται.

Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν ἰσχυρὸν ἡ κακία, ὡς τῆς ἀγαθῆς ὑπερισχῦσαι δυνάμεως. οὐδὲ κρείττων, καὶ μονιμωτέρα τῆς Θεοῦ σοφίας ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀβουλία. οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν τὸ τρεπόμενόν τε καὶ ἀλλοιούμενον, τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος, καὶ ἐν τῷ ἀγαθῷ πεπηγότος, ἐπικρατέστερόν τε καὶ μονιμώτερον εἶναι. ἀλλ' ἡ μὲν θεία βουλὴ πάντῃ τε καὶ πάντως τὸ ἀμετάθετον ἔχει· τὸ δὲ τρεπτὸν τῆς φύσεως ἡμῶν, οὐδὲ ἐν τῷ κακῷ πάγιον μένει. τὸ γὰρ ἀεὶ πάντως κινούμενον, εἰ μὲν πρὸς τὸ καλὸν ἔχοι τὴν πρόοδον, διὰ τὸ ἀόριστον τοῦ διεξοδευομένου πράγματος οὐδέποτε λήξει τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω φορᾶς. οὐδὲ γὰρ εὑρήσει τοῦ ζητουμένου πέρας οὐδὲν, οὗ δραξάμενον στήσεταί ποτε τῆς κινήσεως. εἰ δὲ πρὸς τὸ ἐναντίον τὴν ῥοπὴν σχοίη, ἐπειδὰν διανύσῃ τῆς κακίας τὸν δρόμον, καὶ ἐπὶ τὸ ἀκρότατον τοῦ κακοῦ μέτρου ἀφίκηται· τότε τὸ τῆς ὁρμῆς ἀεικίνητον οὐδεμίαν ἐκ φύσεως στάσιν εὑρίσκον, ἐπειδὰν διαδράμῃ τὸ ἐν κακίᾳ διάστημα, κατ' ἀνάγκην ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν τρέπει τὴν κίνησιν. μὴ γὰρ προϊούσης κακίας ἐπὶ τὸ ἀόριστον, ἀλλ' ἀναγκαίοις πέρασι κατειλημμένης, ἀκολούθως ἡ τοῦ ἀγαθοῦ διαδοχὴ τὸ πέρας τῆς κακίας ἐκδέχεται. καὶ οὕτω, καθὼς εἴρηται, τὸ ἀεικίνητον ἡμῶν τῆς φύσεως πάλιν ὕστατον ἐπὶ τὴν ἀγαθὴν ἀνατρέχει πορείαν,

CAPVT XXI.

Reſurrectionem ex mortuis non tam propter prædictionem litterarum Sacrarum, quàm neceſſarium rerum ordinem omnino exſpectandam eſſe.

VERVM enimuero non tantum mali robur eſt, vt vim boni poſſit exſuperare: neque naturæ imprudentia Dei eſt ſapientia vel potior, vel conſtantior. Fieri enim non poteſt, vt quod vicibus alternis commutatur, illo firmius ac durabilius exiſtat, quod ſemper eodem modo affectum, ínque bono fixum ac ſtabile eſt. Nam Dei conſilium in omnibus rebus perpetuo immutabilitatem ſuam retinet: noſtra verò natura mutationibus obnoxia, ne in malo quidem conſtanter perſiſtit. Quod enim ſemper mouetur, ſi quidem ad bonum progreditur, propter ipſius rei, quam veluti peragrare conatur, infinitatem numquam vlterius contendere deſinit. Neque enim boni metam vllam inueniet: quam vbi contigerit, à motu fiat inſtitio. Sin diuerſam in partem deflectendo perget, vbi curſum mali abſoluerit, & ad eius extremum peruenerit: tum ſcilicet impetus ipſe perpetui motus, quum natura ſua nullam requietem inueniat, percurſo mali ſtadio neceſſe eſt ad bonum viciſſim ſeſe conuertat. Malum enim quum nequaquam ſit infinitum, ſed certis quibuſdam finibus deſcriptum: conſequi neceſſe eſt, vt mali extremum boni ſucceſſione continuetur. Itaque, vt eſt indicatum, perpetua naturæ noſtræ motio tandem aliquando ad iter bonum reuertetur,

castigante nos memoria priorum ęrumnarum, vt omni ſtudio caueamus, ne in miſerias conſimiles recidamus. Verſabimur igitur rurſus aliquando boni in curriculo, quando certum eſt mali naturam neceſſariis quibuſdam terminis finitam eſſe. Quemadmodum enim homines rerum ſupra nos apparentium periti tradunt, mundum vniuerſum lucis plenum eſſe: tenebras verò fieri affirmant ex vmbra terreni corporis, obuertentis ſe ſoli, quum quidem ab illius radiis à tergo ſecundum formam rotundi corporis vmbra inſtar coni claudatur. Sol enim, quum multis partibus terra maior ſit, vndique radiis eam ſuis amplexus, in extremo cono lucem coëuntem rurſus quaſi connectit. Itaque ſi fieri poſſet (poſſe autem, docendi cauſſa ſcilicet, ſtatuamus) vt quis vmbram vniuerſam penetraret: is tamdem in lucem perueniret, neque vlla eum ex parte tenebræ contingerent. Sic & de nobis cogitandum eſt, fore vt poſtquam mali terminum prætergreſſi ſimus, adeóque ad extremam peccati vmbram peruenerimus: tum ergo fore, vt rurſus in luce viuamus, quando bonorum natura comparata ad mali magnitudinem, infinitis eam partibus ſuperat. Quapropter iterum in paradiſi poſſeſſionem mittemur: iterum ligno illo fruemur, quod eſt lignum vitæ. Reſtituetur nobis imaginis præſtantia, & imperij dignitas. Non de imperio in res illas loquor, quæ ad vſum huius vitæ hominibus à Deo ſubiectæ ſunt: ſed aliud quoddam regnum exſpectandum nobis eſſe ſtatuo, cuius tota ratio illorum in numero eſt, quæ enarrari dicendo nequeunt.

A τῇ μνήμῃ τῶν προαποδυστυχηθέντων πρὸς τὸ μὴ πάλιν ἐναλῶναι τοῖς ἴσοις σωφρονιζόμενοι. ἐγκύκλιος ἔσται πάλιν ἐν καλοῖς ὁ δρόμος ἡμῖν, διὰ τὸ πέρασιν ἀναγκαίοις περιωρίσθαι τῆς κακίας τὴν φύσιν. καθάπερ γὰρ οἱ δεινοὶ τὰ μετέωρα, τοῦ μὲν φωτὸς πάντα λέγουσι τὸν κόσμον εἶναι κατάπλεων, τὸ δὲ σκότος τῇ ἀντιφράξει τοῦ κατὰ τὴν γῆν σώματος ἀποσκιαζόμενον γίνεσθαι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ σφαιροειδοῦς σώματος, κατὰ νώτου τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος κωνοειδῶς κατακλείεσθαι. τὸν δὲ ἥ-
B λιον πολλαπλασίονι τῷ μεγέθει τὴν γῆν ὑπερβάλλοντα, πανταχόθεν αὐτὴν ταῖς ἀκτῖσιν ἐν κύκλῳ περιπτυσσόμενον, συνάπτειν κατὰ τὸ πέρας τοῦ κώνου τὰς τοῦ φωτὸς συμβολάς. ὥστε καθ' ὑπόθεσιν, εἰ γένοιτό τινι δύναμις διαβῆναι τὸ μέτρον, εἰς ὅσον ἐκτείνεται ἡ σκιά, πάντως ἂν ἐν φωτὶ γενέσθαι μὴ διακοπτομένῳ ὑπὸ τοῦ σκότους. οὕτως οἶμαι δεῖν καὶ περὶ ἡμῶν διανοεῖσθαι, ὅτι διεξελθόντες τὸν τῆς κακίας ὅρον, ἐπειδὰν ἐν τῷ ἄκρῳ γενώμεθα τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν σκιᾶς, πάλιν ἐν φωτὶ βιοτεύσομεν, ὡς κατὰ τὸ ἀπειροπλάσιον
C πρὸς τὸ τῆς κακίας μέτρον τῆς τῶν ἀγαθῶν φύσεως περιττευούσης. πάλιν οὖν ὁ παράδεισος, πάλιν τὸ ξύλον ἐκεῖνο, ὃ δὴ καὶ ζωῆς ἐστι ξύλον. πάλιν τῆς εἰκόνος ἡ χάρις, καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς ἀξία. οὔ μοι δοκεῖ τούτων ἐκείνων, ὅσα νῦν πρὸς τὴν τοῦ βίου χρείαν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ὑπεζεῦχθαι· ἀλλ' ἑτέρας τινὸς βασιλείας ἐστὶν ἡ ἐλπίς, ἧς ὁ λόγος ἐν ἀπορρήτοις μένει.

D

CAPVT XXII.

Refutatio illorum, qui obijciunt: Cur non iam olim excitatum ex morte ſit hominum genus, quidve poſt quædam temporum interualla reſuſcitatio exſpectetur, ſi quidem res bona eſſe putanda ſit.

ENIMVERO continuæ ſeriei rerum, quæ explicantur, inhæreamus. Nam fortaſſe non nemo ad dulciſſimæ ſpei mentionem erectis alis animi graue

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, εἰ καλόν τι καὶ ἀγαθὸν ἡ ἀνάστασις, τί οὐχὶ ἤδη γέγονεν, ἀλλὰ χρόνων τισὶ περιόδοις ἐλπίζεται.

ΑΛΛΑ τῆς ἀκολουθίας τῶν ἐξητασμένων ἐχώμεθα. ἴσως γάρ τις πρὸς τὸ γλυκὺ τῆς ἐλπίδος πτερωθεὶς τὴν διάνοιαν, ἄχθος ἡγεῖται

καὶ ζημίαν τὸ μὴ θᾶττον ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἐκείνοις γενέσθαι, ἃ ὑπὲρ αἴσθησίν τε καὶ γνῶσιν ἀνθρωπίνην ἐστί, καὶ δυσχερῆ ποιεῖται τὴν διὰ μέσου περὶ τὸ ποθούμενον τοῦ χρόνου παράτασιν. ἀλλὰ μὴ στενοχωρείσθω, καθάπερ τις τῶν νηπίων, τὴν πρὸς ὀλίγον ἀναβολὴν τῶν καθ' ἡδονὴν δυσχεραίνων. ἐπεὶ γὰρ ὑπὸ λόγου καὶ σοφίας τὰ πάντα οἰκονομεῖται, ἀνάγκη πᾶσα μηδὲν ἄμοιρον ἡγεῖσθαι τῶν γινομένων αὐτοῦ τε τοῦ λόγου, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ σοφίας. ἐρεῖς οὖν, τίς οὗτος ὁ λόγος ἐστί, καθ' ὃν οὐκ εὐθὺς ἐπὶ τὸ ποθούμενον ἡ τοῦ λυπηροῦ βίου μετάστασις γίνεται· ἀλλ' εἰς χρόνους τινὰς ὡρισμένους ἡ βαρεῖα καὶ σωματώδης αὕτη παραταθεῖσα ζωή, ἀναμένει τὸ πέρας τῆς τοῦ παντὸς συμπληρώσεως, ἵνα τότε καθάπερ χαλινοῦ τινος ἐλευθερωθεῖσα ἡ ἀνθρωπίνη ζωή, πάλιν ἀνετή τε καὶ ἐλευθέρα πρὸς τὸν μακάριον καὶ ἀπαθῆ βίον ἐπαναδράμοι; ἀλλ' εἰ μὲν ἐγγίζει τῇ ἀληθείᾳ τῶν ζητουμένων ὁ λόγος, αὐτὴ ἂν εἰδείη σαφῶς ἡ ἀλήθεια. ὃ δ' οὖν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ἦλθε διάνοιαν, τοιοῦτόν ἐστι. λέγω δὴ τὸν πρῶτον πάλιν ἐπαναλαβὼν λόγον. ποιήσωμεν, φησὶν ὁ Θεός, ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ἡ μὲν οὖν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ἡ ἐν πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει θεωρουμένη, τὸ τέλος ἔσχεν. ὁ δὲ Ἀδὰμ οὔπω ἐγένετο. τὸ γὰρ γήϊνον πλάσμα κατά τινα ἐτυμολογικὴν ὀνομασίαν λέγεται Ἀδάμ. καθώς φασιν οἱ τῆς Ἑβραίων φωνῆς ἐπιστορές. διὸ καὶ ὁ ἀπόστολος διαφερόντως τὴν πάτριον τῶν Ἰσραηλιτῶν πεπαιδευμένος φωνήν, τὸν ἐκ γῆς ἄνθρωπον χοϊκὸν ὀνομάζει. οἱονεὶ μεταβαλὼν τὴν τοῦ Ἀδὰμ κλῆσιν εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. γέγονεν οὖν κατ' εἰκόνα ὁ ἄνθρωπος, ἡ καθόλου φύσις, τὸ θεοείκελον χρῆμα. γέγονε δὲ τῇ παντοδυνάμῳ σοφίᾳ οὐχὶ μέρος τοῦ ὅλου, ἀλλ' ἅπαν ἀθρόως τὸ τῆς φύσεως πλήρωμα. εἶδεν ὁ πάντων τῶν περάτων περιδεδραγμένος, καθώς φησιν ἡ γραφή, ἡ λέγουσα, ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς· εἶδεν ὁ εἰδὼς τὰ

A moleſtúmque exiſtimabit eſſe, bona illa non continuò apiſci; quæ longè ſenſum & intelligentiam humanam exſuperant, & efficiunt vt vehementer ingrata nobis ſit intermedia temporis dilatio, qua ab vſu rei exoptatiſſimæ arcemur. Verùm nemo hac de cauſſa ſeſe affligat, puerilémve in modum exiguum ad interuallum fruitionem rerum iucundarum differri moleſtè ferat. Nam quum omnia certa ratione ac ſapientia gubernentur: omnino fateri neceſſe eſt, nihil eorum quæ accidunt, ſine ratione, & quæ in ipſa B ratione eſt, ſapientia fieri. At quæ iſtæc, inquies, ratio eſt, propter quam triſtis huius vitæ commutatio non fit in vitam optabilem: ſed ad definita quædam ſpacia temporis dilata, moleſta hæc in corpore vita finem perfectionis omnium exſpectat, vt deinde tamquam à freno quodam liberata, quaſique ſui iuris effecta, ad beatum omniúmque morborum expers æuum curſu contendat? In hac expoſitione ſitne veritati conſentanea futura oratio noſtra, nimirum ipſa veritas planè C intelligit. Mihi quidem ad animùm quod accidit, huiuſmodi quiddam eſt. Primùm igitur hoc repeto, quod indicatum eſt ſuprà: Faciamus, inquit Deus, hominem ad imaginem ſimilitudinémque noſtram. itaque fecit hominem Deus, & ad Dei imaginem eum fecit. Hactenus imago Dei vniuerſa humana in natura eſſe abſoluta, numeriſque ſuis perfecta intelligi debet. Adamus verò necdum factus erat. *1. Cor 15.* nam Adamus ſecundum notationem nominis, terrenum figmentum ſignificat, quemadmodum Hebrææ linguæ D periti tradunt. Iccirco & Apoſtolus, excellenter vernacula in lingua eruditus, hominem è terra factum χοϊκὸν, quaſi dicas puluereum, appellat: voce Adam in græcam commutata. Homo igitur ad imaginem Dei factus eſt, natura ſcilicet hominum vniuersè intellecta, diuinum illud opus. Sic autem omnipotente Dei ſapientia factus eſt, non vt pars totius tantum, ſed eodem momento natura integra exiſteret. Proſpiciebat enim is *Pſal 94.* qui fines rerum omnium quaſi pugno compræhendit, (ſic enim ſacros libros loqui videmus: In manu eius omnes terræ fines ſunt) proſpiciebat ergo,

qui omnia etiam ante ortum ipſorum nouit, quem ad numerum genus humamanum in ſingulis amplificandũ foret. Quúmque & illud in nobis futurum animaduerteret, vt ad ſtatum deteriorem noſmet demitteremus, atq. deperdito ſponte noſtræ dignitatis gradu, quo pares angelis eramus, ad humilioris ſortis creata nos adiungeremus: etiam brutum aliquid imagini ſuæ admiſcuit. Non enim maſculi femineíque ſexus diſcrimen in illa diuina beatáque natura eſſe putari debet: ſed tranſlato Deus in hominem eo, quod opificio bruto proprium erat, modum generi noſtro propagationis adeò excellenti creato nequaquam conſentaneum tribuit. Nam facultatem augendi & amplificandi generis homini non tribuit id temporis, quo eum ad ſui imaginem condidit: ſed quum in eo ſexus maſculi femineíque diſcrimen feciſſet, inquit: Augeſcite, ac voſmet amplificate, & terram complete. (Geneſ. 1.) Id enim non iam diuinæ naturæ attributum eſt, ſed brutæ: quemadmodum ipſa rerum geſtarum ſeries oſtendit, Deum eadem etiam de brutis proloquutum eſſe. Vt omnino ſtatuendum ſit, nullo nobis pacto procreationis ſpecie, qua bruta propagantur, opus futurum fuiſſe: ſi quidem ea quam diximus voce homini facultatem augendi ſe conceſſiſſet prius, quàm in natura noſtra ſexus diſcrimen exiſteret. Quum igitur vniuersè genus noſtrum Deus (qui ordine certo cuncta adminiſtrat) proſpiceret more brutorum animantium oriturum, neque fieri aliter poſſe intelligeret, quàm vt hoc modo propagaretur, natura ſe noſtra humiliorem ad ſtatum demittente, ſicut ipſe multo antè fore præuiderat, qui futuros euentus tamquam res præſentes intuetur: etiam æuum quoddam conueniens opificio humano præſtituit, vt animorum numero temporis duratio reſponderet: atque tum demum fluxus ille temporis motus quieſceret, quum genus humanum propagari deſiiſſet. Huius denique procreatione abſoluta, temporis etiam continuatio exſpiraret: ſequente porrò rerum inſtauratione & mutatione vniuerſitatis huius, cum qua hominis coniuncta eſſet conuerſio, de natura interitui obnoxia terrenáque, in

A πάντα καὶ πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ἐμπεριλαβὼν τῇ γνώσει ὅσον κατ' ἀριθμὸν ἐν τοῖς ἕκαστον ἔσται τὸ ἀνθρώπινον. ἐπεὶ δὲ κατενόησεν ἐν τῷ πλάσματι ἡμῶν τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ῥοπὴν, καὶ ὅτι τῆς πρὸς τοὺς ἀγγέλους ὁμοτιμίας ἑκουσίως ἀποῤῥυὲν, τὴν πρὸς τὸ ταπεινὸν κοινωνίαν προσοικειώσεται· διὰ τοῦτο κατέμιξέ τι καὶ τοῦ ἀλόγου τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῇ θείᾳ τε καὶ μακαρίᾳ φύσει ἡ κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορά· ἀλλὰ τῆς ἀλόγου κατασκευῆς ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον μετενέγκων τὸ ἰδίωμα, οὐ κατὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς κτί-

B σεως ἡμῶν τὸν πλεονασμὸν τῷ γένει χαρίζεται. οὐ γὰρ ὅτε τὸ κατ' εἰκόνα ἐποίησε, τότε τὴν τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι δύναμιν τῷ ἀνθρώπῳ προσέθηκεν, ἀλλ' ὅτε διέκρινε τῇ κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ διαφορᾷ, τότε φησὶν, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐ τῆς θείας φύσεως ἴδιον, ἀλλὰ τῆς ἀλόγου ἐστὶ, καθὼς ἡ ἱστορία παρασημαίνεται προτέρων ἐπὶ τῶν ἀλόγων εἰρῆσθαι ταῦτα παρὰ τοῦ Θεοῦ διηγησαμένη. ὡς εἴ γε πρὸ τοῦ ἐπιβαλεῖν τῇ φύσει τὴν κατὰ τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ δια-

C φορὰν, τὴν διὰ τῆς φωνῆς ταύτης δύναμιν εἰς τὸ αὐξάνεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ προσέθηκεν, οὐκ ἂν τοῦ τοιούτου τῆς γεννήσεως εἴδους προσεδεήθημεν, δι' οὗ γεννᾶται τὰ ἄλογα. τούτου τοίνυν προκατανοηθέντος διὰ τῆς προγνωστικῆς ἐνεργείας πληρώματος τῶν ἀνθρώπων, διὰ τῆς ζωωδεστέρας γενέσεως ἐπὶ τὴν ζωὴν μέλλοντος παριέναι, ὁ τάξει τινὶ καὶ εἱρμῷ διακυβερνῶν τὰ πάντα Θεὸς, ἐπειδὴ ὅλως τὸ τοιοῦτον τῇ ἀνθρωπότητι τῆς γεννήσεως εἶδος ἀναγκαῖον ἐποίησεν ἡ πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἐπίκλισις, ἣν εἶδε πρὶν γενέσθαι ὁ ἐπίσης τῷ

D ἐνεστῶτι τὸ μέλλον βλέπων, διὰ τοῦτο καὶ τὸν σύμμετρον τῇ κατασκευῇ τῶν ἀνθρώπων χρόνον προκατενόησεν. ὥστε τῇ παρόδῳ τῶν περιορισθεισῶν ψυχῶν συναπαρτισθῆναι τὴν τοῦ χρόνου παράτασιν, καὶ τότε στῆναι τὴν ῥοώδη τοῦ χρόνου κίνησιν, ὅταν μηκέτι φύηται δι' αὐτοῦ τὸ ἀνθρώπινον. τελεσθείσης δὲ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως, τῷ τέλει ταύτης συγκαταλῆξαι τὸν χρόνον, καὶ οὕτω τὴν τοῦ παντὸς ἀναστοιχείωσιν γενέσθαι, καὶ τῇ μεταβολῇ τοῦ ὅλου συναμειφθῆναι καὶ τὸ ἀνθρώπινον,

ἀπὸ τοῦ φθαρτοῦ καὶ γεώδους ἐπὶ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀΐδιον. ὅ μοι δοκεῖ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος κατανοήσας, προειπεῖν διὰ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς τὴν αἰφνίδιον τοῦ χρόνου στάσιν, καὶ τὴν εἰς τὸ ἔμπαλιν τῶν κινουμένων ἀνάλυσιν, ἐν οἷς φησίν· ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. τοῦ γὰρ πληρώματος, ὡς οἶμαι, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κατὰ τὸ προγνωσθὲν μέτρον εἰς πέρας ἐλθόντος, διὰ τὸ μηκέτι λείπειν τῷ τῶν ψυχῶν ἀριθμῷ μηδὲν εἰς ἐπαύξησιν, ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου γενήσεσθαι τὴν ἐναλλαγὴν τῶν ὄντων ἐδίδαξεν, ἄτομον ὀνομάσας καὶ ῥιπὴν ὀφθαλμοῦ τὸ ἀμερὲς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου καὶ ἀδιάστατον πέρας. ὡς μηκέτι δυνατὸν εἶναι τὸ κατὰ τὸ ἔσχατόν τε καὶ ἀκρότατον τῆς ἀκμῆς ἐπιβαίνει τοῦ χρόνου, διὰ τὸ μηδὲν ὑπολείπεσθαι τῇ ἀκρότητι μέρος, τὴν περιοδικὴν ταύτην διὰ θανάτου μεταβολὴν κτήσασθαι, ἀλλ' ἐπεὶ μόνον ἠχήσειεν ἡ τῆς ἀναστάσεως σάλπιγξ, ἡ τὸ τεθνηκὸς ἀφυπνίζουσα, καὶ τοὺς ἐν τῇ ζωῇ καταλειφθέντας καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐξ ἀναστάσεως ἀλλοιουμένων πρὸς ἀφθαρσίαν ἀθρόως μεταβάλλουσα, ὡς μηκέτι τὸ βάρος τῆς σαρκὸς ἐπὶ τὸ κάτω βρίθειν, καὶ τῇ γῇ παρακατέχειν τὸν ὄγκον· ἀλλὰ μετάρσιον δι' ἀέρος φοιτᾶν. ἁρπαγησόμεθα γάρ φησιν ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. Οὐκοῦν ἀναμενάτω τὸν χρόνον τὸν ἀναγκαίως τῇ ἀνθρωπίνῃ αὐξήσει συμπαρατείνοντα. καὶ γὰρ οἱ περὶ τὸν Ἀβραὰμ πατριάρχαι, τοῦ μὲν ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ τὴν ἐπιθυμίαν εἶχον, καὶ οὐκ ἀνῆκαν ἐπιζητοῦντες τὴν ἐπουράνιον πατρίδα, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος. ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ ἐλπίζειν ἔτι τὴν χάριν εἰσί, τοῦ Θεοῦ κρεῖττόν τι περὶ ἡμῶν προβλεψαμένου κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν. ἵνα μή, φησι, χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. εἰ οὖν ἐκεῖνοι φέρουσι τὴν ἀναβολὴν οἱ πόρρωθεν, διὰ μόνης πίστεως καὶ τῆς ἐλπίδος ἰδόντες τὰ ἀγαθά, καὶ ἀσπασάμενοι, καθώς μαρτυρεῖ ὁ ἀπό-

A quamdam morborum expertem & immortalem. Eò mihi reſpexiſſe diuinus ille Apoſtolus videtur, quum in epiſtola quam ad Corinthios ſcripſit, ſubitum temporis deſinentis finem, rerúmque prius mobilium diuerſam in partem conuerſionem prædiceret. ſunt enim hæc ipſius verba: Ecce rem arcanam vobis patefacio. nos quidem omnes non dormiemus, omnes tamen commutabimur, idque in temporis puncto, & oculi momento, ad extremæ tubæ clangorem. Hoc mihi dicere videtur, hominum natione, illo modo B qui præfinitus à Deo eſt, amplificata, quum animorum numero nihil accedere porrò poterit: tum ergo res vniuerſas vno temporis momento commutatum iri. Punctum enim & oculi momentum appellat extremum temporis terminum, omnis expertem dimenſionis, quíque nullas in partes diuidi queat. Itaque fieri non poſſe docet, vt quis ad eam certo quaſi ambitu definitam mutationem, quæ per mortem fit, perueniat: & extremum ac ſummum temporis momentum attingat, poſt quod nulla pars eius reliqua eſt: C niſi prius tuba, quæ reſurrectionem ex mortuis præcedet, clangorem ſuum edat, quo pars humani generis mortua quaſi de ſomno excitetur: ea verò quæ adhuc in viuis erit, perinde vt cæteri per reſurrectionem, ita & ipſa ſubitò ad immortalitatem commutetur: vt eam deinceps carnis pondus deorſum onere ſuo non deprimat, humóve terrena moles affigat, ſed elata in ſublime ipſum aërem penetret. Hæc enim Apoſtolus ſubiecit: Rapiemur per nubes in aërem, vt Domino occurramus, atque ex eo tempore perpetuò cum Domino erimus. D Quamobrem vnuſquiſque temporis hominum incremento deſtinati moram patienter ferat. Nam & Abrahamus, aliíque patres illi principes, quamquam deſiderio videndi iſtæc bona tenerentur, neque vnquam cœleſtem patriam quærere deſinerent, vt Apoſtolus loquitur: tamẽ adhuc etiam neceſſe habent diuinum illud munus exſpectare, Deo commodis noſtris in hoc benignè proſpiciente, vt Paulus quidem ait, ne ſine nobis perfectionem apiſcerentur. Si igitur illi moram hanc libenter ferunt, qui multis etiam ſæculis nos præceſſerunt, atque illa bona ſola fide ac ſpe intuentur, ínq. eis acquieſcunt,

1.Cor.15.

Apoſtolo teſte: certò ſibi pollicentes fore, vt ſperatis bonis fruantur, quum fidum illum eſſe ſtatuant, qui ea promiſit: quid nos tamdem facere æquum eſt, quorum nonnulli ſic vixerunt, vt meliora ſibi ſpe polliceri vix habeant? Etiam Dauidæ vatis animus ex ingenti cupiditate defecit. Pſal. 83. Itaque hanc amoris & deſiderij affectionem ipſe ſuis in hymnis fatetur, quum inquit, magno ſe teneri deſiderio, atque etiam animum præ ſtudio deficere, quo eſſe in palatiis Domini cupiat: etiamſi futurum ſit vt in extremis abijciatur. Longè enim maius atque optabilius eſſe, iſtic in extremis cenſeri, quàm in vitioſis huius vitæ tentoriis vel principem locum obtinere. Nihilominus moram ferebat, quum vitam quidem illam vt beatam prædicaret, eiúſque vel breuiſſimum fructum tempori millies ampliori anteferret (ſic enim loquitur: Potior eſt dies vnus in palatiis tuis, quàm multa aliorum millia) minimè Ibidem. tamen ei moleſtum eſſet, res vniuerſas certo Dei conſilio adminiſtrari. Adeóque ſatis hoc eſſe ad beatitatem hominibus exiſtimat, ſi bonis iſtis vel animi ſpe ſaltem incubent. quapropter in extremo ait: Domine qui Deus es exercituum, quàm beatus eſt qui ſpem in te ſuam collocat? Ergo ne nos quidem noſmet affligamus ob exiguã moram, qua ſperatis illis bonis carendum eſt: potiúſque omni ſtudio demus operam, ne noſtra culpa eorum ſpe excidamus. Quemadmodum enim, ſi quis homini prædicat imperito, æſtatis tempore fructus colligendos eſſe, ac deinde quum horrea plena, tum cibis menſam vbere illo tempore refertam fore: fatuum eſſe neceſſe ſit, qui ſtatim id tempus exoptet, quum neceſſe ſit prius ſementem facere, magnáque induſtria fructus ipſos parare. Tempus quidem te vel volente, vel inuito, quum rerum ordo poſtulabit, aderit. Pari autem ratione aduentum eius non excipient, quum is qui vberrimam ſibi fructuum copiam ſtudio ſuo parauit: tum qui à rerum neceſſariarum apparatu inſtructus non eſt. Sic equidem ſtatuo, quum omnibus notum ſit ex diuinis oraculis, fore tempus quoddam, quo res omnes commutabuntur: non curioſè in momenta temporum eſſe inquirendum (quando cognitionem horum Dominus ipſe nobis ademit) neque ratiocinatio-

A στολος. τὸ ἀσφαλὲς τῆς τῶν ἐλπισθέντων ἀπολαύσεως ἐν τῷ πιστὸν ἡγήσασθαι τὸν ἐπαγγειλάμενον, κείμενοι· τί χρὴ περὶ τῶν πολλοὺς ἡμᾶς, οἷς τυχὸν οὐδ᾽ ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐλπὶς ἐκ τῶν βεβιωμένων ἐστίν; ἐξέλιπε δι᾽ ἐπιθυμίας καὶ ἡ τοῦ προφήτου ψυχή, ὃ ὁμολογεῖ διὰ τῆς ψαλμῳδίας τὸ ἐρωτικὸν τοῦτο πάθος, ἐπιποθεῖν λέγων καὶ ἐκλείπειν αὐτοῦ τὴν ψυχήν, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ κυρίου γενέσθαι, κἂν ἐν τοῖς ἐσχάτοις δέῃ παραρρίπτεισθαι. ὡς μεῖζον ὂν καὶ προτιμότερον τὸ ἐν ἐκείνοις ἔσχατον εἶναι, B τοῦ πρωτεύειν ἐν τοῖς ἁμαρτωλοῖς τοῦ βίου σκηνώμασιν. ἀλλ᾽ ὅμως ἠνείχετο τῆς ἀναβολῆς, μακαρίζων μὲν τὴν ἐκεῖ διαγωγήν, καὶ τὴν ἐν βραχεῖ μετουσίαν χιλιάδων χρόνου προτιμοτέραν ποιούμενος. κρείσσων (φησὶν) ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας. ἀλλ᾽ οὐκ ἐδυσχέραινε τῇ ἀναγκαίᾳ περὶ τῶν ὄντων οἰκονομίᾳ, ἱκανόν τε εἰς μακαρισμὸν ᾤετο τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ δι᾽ ἐλπίδος ἔχειν τὰ ἀγαθά. διό φησιν ἐπὶ τέλει τῆς ψαλμῳδίας· κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ· οὐ τοίνυν C οὐδ᾽ ἡμᾶς στενοχωρεῖσθαι χρὴ περὶ τῆς ἐν βραχεῖ τῶν ἐλπιζομένων ἀναβολῆς, ἀλλ᾽ ὅπως ἂν μὴ ἀπόβλητοι τῶν ἐλπιζομένων γενοίμεθα τὴν σπουδὴν ἔχειν. ὥσπερ γὰρ εἴ τις προείποι τινὶ τῶν ἀπειροτέρων, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ θέρους ἡ τῶν καρπῶν γενήσεται συλλογή, καὶ πλήρεις μὲν αἱ ἀποθῆκαι, μεστὴ δὲ τῶν ἐδωδίμων ἡ τράπεζα τῷ τῆς εὐθηνίας ἔσται καιρῷ· μάταιος ἂν εἴη ὁ ἐπισπεύδων τοῦ καιροῦ τὴν παρουσίαν. δέον σπέρματα καταβάλλειν καὶ δι᾽ ἐπιμελείας ἑαυτῷ τοὺς καρποὺς ἑτοιμάζεσθαι. ὁ μὲν γὰρ καιρὸς καὶ βουλομένου, καὶ μή, πάν- D τως κατὰ τὸν τεταγμένον ἐπιστήσεται χρόνον. οὐχ ὁμοίως δὲ αὐτὸν ὄψονται ὅ, τε προετοιμάσας ἑαυτῷ τὴν τῶν καρπῶν ἀφθονίαν, καὶ ὁ πάσης παρασκευῆς ἔρημος καταλειφθεὶς ὑπὸ τῆς ὥρας. οὕτως οἶμαι δεῖν, προδήλου πᾶσι διὰ τοῦ θείου κηρύγματος ὄντος, ὅτι ἐνστήσεται τῆς ἐναλλαγῆς ὁ καιρός, μὴ χρόνους πολυπραγμονεῖν (οὐδὲ γὰρ ἡμῶν εἶπεν εἶναι τὸ καιροὺς γνῶναι καὶ χρόνους) μηδὲ λογισμούς τι-

νας ἀναζητεῖν, δι᾽ ὧν ἐνθεράσει τις τὴν ψυχὴν περὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως· ἀλλὰ τῇ πίστει τῶν προσδοκωμένων ἐπερειδόμενον, διὰ τῆς ἀγαθῆς πολιτείας τὴν μέλλουσαν χάριν προεμπορεύεσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὅτι ὁ τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ὁμολογῶν, ἀναγκαίως καὶ περὶ τοῦ τέλους συνθήσεται.

B

ΕΙ δέ τις τὴν νῦν τοῦ κόσμου φορὰν εἱρμῷ τινι διεξαγομένην βλέπων, δι᾽ ἧς τὸ χρονικὸν θεωρεῖται διάστημα, μὴ ἐνδέχεσθαι λέγοι τὴν προαγγελθεῖσαν τῶν κινουμένων στάσιν γενήσεσθαι· δῆλός ὁ τοιοῦτος ἐστι, μηδὲ ἐν ἀρχῇ γεγενῆσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πιστεύων. ὁ γὰρ ἀρχὴν τῇ κινήσει διδοὺς, οὐκ ἀμφιβάλλει πάντως καὶ περὶ τοῦ τέλους. καὶ ὁ τὸ τέλος μὴ προσδεχόμενος, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν παρεδέξατο. ἀλλ᾽ ὥσπερ κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας τῷ ῥήματι τοῦ Θεοῦ, πιστεύοντες (καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος) ἐκ τῶν μὴ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι· τῇ αὐτῇ πίστει χρησόμεθα περὶ τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ, τοῦ τὴν ἀναγκαίαν τῶν ὄντων στάσιν προαγορεύσαντος. τὸ δὲ πῶς ἐξαιρετέον τῆς πολυπραγμοσύνης· καὶ γὰρ κἀκεῖ πίστει κατηρτίσθαι τὸ βλεπόμενον ἐκ τῶν μηδέπω φαινομένων κατεδεξάμεθα, παραδραμόντες τὴν ἀνέφικτον τὴν ζήτησιν. καί τοι περὶ πολλῶν ἡμῖν ὁ λόγος ἀπορεῖν ὑπετίθετο, οὐ μικρὰς παρέχων ἀφορμὰς πρὸς τὴν τῶν πεπιστευμένων ἀμφιβολίαν. ἐξῆν γὰρ κἀκεῖ τοῖς ἐριστικοῖς ἐκ τῶν εὐλόγων κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἀνατρέπειν τὴν πίστιν, πρὸς τὸ μὴ νομίζειν ἀληθῆ τὸν περὶ τῆς ὑλικῆς κτίσεως εἶναι λόγον, ὃν ἡ ἁγία πρεσβεύει γραφή, πάντων τῶν ὄντων ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι διαβεβαιουμένην τὴν γένεσιν. οἱ γὰρ τῷ ἐναντίῳ παρισταμένοι λόγῳ, συναΐδιον εἶναι τῷ Θεῷ τὴν ὕλην κατασκευάζουσι, τοιούτοις ἐπιχειρήμασι πρὸς τὸ δόγμα χρώμενοι. εἰ ἁπλοῦς ὁ Θεός

A nibus operam eſſe dandam, per quas animus in ſpe reſurrectionis debilitetur: ſed debere vnumquemque firmiter innitentem fidei, qua res illas exſpectatas amplectitur, recta viuendi ratione diuinum illud donum quaſi antecapere.

CAPVT XXIII.

Qui mundi originem aliquam eſſe fateatur, cum & finem eius fore aliquando, non poſſe non concedere.

SI quis autem intuens in mundi motum ordine quodam progrediẽtem, quo temporum interualla notantur: fieri nequaquã poſſe dicat, vt aliquando res ſecundum oracula diuina moueri deſinant: is ne cœlum quidem ac terram initio condidiſſe Deum credit. Nam qui initium quoddam in motu ſtatuit, finem eius aliquem fore non dubitat: perinde atque initium nullum admittit, qui finem non ſtatuit. Nos autem, quemadmodum ſæcula Dei verbo condita eſſe intelligimus, atque de rebus nuſquam apparentibus, vt Apo- *Hebr. 11.*
C ſtolus ait, ea quæ cernuntur facta eſſe credimus: eadẽ perſuaſione hoc etiam Dei verbum amplectemur, quo res vniuerſas à motu ceſſaturas neceſſariò prędixit. Curioſitatem quidem noſtram, inquirentem quî hoc fieri poſſit, tolli oportet. Nam & iſtic omiſſa rerum, quas indagando compræhendere non poſſumus, inquiſitione: indubitata perſuaſione res nuſquam apparenteis conditas ſtatuimus, vt deinde cernerentur. Atqui non pauca ſunt quæ nobis occa-
D ſionem dubitandi præbere poſſint, déq. iis etiam quæ vera credimus ambigendi. Nam & in doctrina de ortu rerum contentioſis ingeniis nõnihil eſſet, quo eis ſubuertere de collectione veriſimilium perſuaſionem noſtram liceret, vt non planè verum eſſe crederemus id quod eſt de creatione rerum ex materie conſtantium diuini auctoritate verbi traditum, originem omnium ad Deum referentis. Huic enim doctrinæ qui aduerſantur, coæternam eſſe cum Deo rerum materiem probare conantur, ſententiámque ſuam vt confirment, argumentis huiuſmodi vtuntur: Si Deus eſt, in-

quiunt, natura ſimplex, expers omnis materiei, qualitatum, magnitudinis, nulla ex re compoſitus, nullius formæ terminis circumſcriptus: omnem verò materiem ſpatiis certis compræhendi neceſſe eſt, & à ſenſuum organis percipi, ſiue ex colore, ſiue forma, ſiue mole, ſiue magnitudine ac ſoliditate, attributis denique cæteris cognitam, quum nihil horum diuina in natura exiſtat: quî fieri potuit, vt à materiei omnis experte materies conderetur? & ab eo, in quo nullæ ſunt dimẽſiones, natura quæ has omnes habet? Nã ſi à Deo profecta eſſe omnia credẽdum eſt, nimirũ modo quodam inexplicabili orta ſunt, quũ in ipſo Deo eſſent: ſi porro quiddã in ipſo craſſum erat: quo pacto expers fuit materiei, quã ipſe cõplectabatur? Similiter dici de cæteris vniuerſis poteſt, quæ res (vt ita dixerim) materiatas conſtituũt. Si eſt in Deo magnitudo, quomodo idem magnitudinis eſt expers? ſi quid eſt in ipſo cõpoſitũ, quomodo ſimplex eſt, & nullis ex partibus conſtat? Deniq. cogit nos hæc ratio, vel vt ex materie Deum conſtare fateamur, ſi quidem ex ipſo rerum materies orta eſt: vel ſi hoc quis auerſetur, extra ſe Deum materiẽ condidiſſe, de qua vniuerſitatem hanc fabricaret, ſtatuamus neceſſe eſt. Ergo ſi materies extra Deum erat: haud dubiè quiddã exſtitit aliud à Deo, quod cum illo ortus experte coæternũ fuit. Adeóque duo conſtituuntur ſimul & principij & ortus expertia, quorum alterum inſtar artificis operetur, alterum illius effectiones recipiat. Ex hac porrò neceſſitate ſi quis ſtatuat creatori vniuerſitatis huius æternam adiunctam fuiſſe materiem: quantam decretorum ſuorum approbationem inuẽturi ſunt Manichæi, qui principium materiatum perinde æternum conſtituunt, atque eſt Deus, quem vocant naturã bonam? Enimuero nos quod Sacras litteras affirmantes audimus, eſſe nimirum vniuerſa ex Deo credimus, quomodo autem in Deo fuerint, quum rationis noſtræ intelligentiam excedat, inquirendum eſſe non putamus, perſuaſi Deum omnia poſſe, & condere aliquid de nihilo, & condito qualitates indere tales quales ſit ipſi viſum. De quo hoc etiam ſequi neceſſe eſt, perinde atque ſtatuamus ad rei non exiſtentis creationem ſolius diuinæ voluntatis poteſtatem

A τῇ φύσει, καὶ ἄϋλος, ἄποιός τε καὶ ἀμεγέθης, καὶ ἀσύνθετος, καὶ τὸ κατὰ τὸ σχῆμα περιγραφῆς ἀλλοτρίως ἔχων· πᾶσα δὲ ὕλη ἐν διαστηματικῇ παρατάσει καταλαμβάνεται, καὶ τὰς διὰ τῶν αἰσθητηρίων καταλήψεις οὐ διαπέφευγεν, ἐν χρώματι καὶ σχήματι, καὶ ὄγκῳ, καὶ πηλικότητι, καὶ ἀντιτυπίᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς περὶ αὐτὴν θεωρουμένοις γινωσκομένη, ὧν οὐδὲν ἐν τῇ θείᾳ φύσει δυνατὸν ἐστὶ κατανοῆσαι· τίς μηχανὴ ἐκ τοῦ ἀΰλου τὴν ὕλην ἀποτεχθῆναι; ἐκ τοῦ ἀδιαστάτου τὴν διαστηματικὴν φύσιν; εἰ γὰρ ἐκεῖθεν ὑποστῆναι ταῦτα πεπίστευται, B δηλονότι ἐν αὐτῷ ὄντα κατά τινα ἄρρητον λόγον οὕτω παρῆλθεν εἰς γένεσιν. Εἰ δὲ ἐν ἐκείνῳ τὸ ὑλῶδες ἦν, πῶς ἄϋλος ὁ ἐν αὐτῷ τὴν ὕλην ἔχων; ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, δι᾽ ὧν ἡ ὑλικὴ φύσις χαρακτηρίζεται. Εἰ ἐν τῷ Θεῷ ἡ ποσότης, πῶς ἄποσος ὁ Θεός; εἰ ἐν ἐκείνῳ τὸ σύνθετον, πῶς ἁπλοῦς καὶ ἀμερὴς καὶ ἀσύνθετος; ὥστε ἢ ὑλικὸν εἶναι κατ᾽ ἀνάγκην αὐτὸν, διὰ τὸ ἐκεῖθεν ὑποστῆναι τὴν ὕλην, ὁ λόγος βιάζεται· ἢ εἰ τοῦτό τις φεύγοι, ἔξωθεν ἐπεισενεχθῆναι τὴν ὕλην C αὐτῷ πρὸς τὴν κατασκευὴν τοῦ παντὸς ὑπολαμβάνειν ἐπάναγκες. εἰ οὖν ἔξω τοῦ Θεοῦ ἦν, ἄλλό τι παρὰ τὸν Θεὸν πάντως ἦν συνεπινοούμενον κατὰ τὸν τῆς ἀϊδιότητος λόγον τῷ ἀγεννήτως ὄντι. ὥστε δύο ἄναρχα καὶ ἀγέννητα κατὰ ταυτὸν ἀλλήλοις τῷ λόγῳ συγκαταλαμβάνεσθαι, τοῦ τεχνικῶς ἐνεργοῦντος, καὶ τοῦ δεχομένου τὴν ἐπιστημονικὴν ταύτην ἐνέργειαν. καὶ εἴ τις ἐκ τῆς ἀνάγκης ταύτης ἀΐδιον ὑποτίθοιτο τῷ δημιουργῷ τὴν ἁπάντων ὑποκεῖσθαι τὴν ὕλην, ὅσην ὁ Μανιχαῖος θη- D ρεύσει τῶν ἰδίων δογμάτων τὴν συνηγορίαν, ὃς τὴν ὑλικὴν αἰτίαν κατὰ τὸ ἀγέννητον ἀντιπαρεξάγει τῇ ἀγαθῇ φύσει; ἀλλὰ μὴν καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα, τῆς γραφῆς λεγούσης ἀκούοντες, πεπιστεύκαμεν· καὶ τὸ ὅπως ἦν ἐν τῷ Θεῷ, τὸ ὑπὲρ τὸν ὑμέτερον λόγον, οὐκ ἀξιοῦμεν περιεργάζεσθαι, πάντα τῇ θείᾳ δυνάμει χωρητὰ πεπιστευκότες. καὶ τὸ μὴ ὂν ὑποστήσασθαι, καὶ τῷ ὄντι πρὸς τὸ δοκοῦν ἐπιβαλεῖν τὰς ποιότητας. οὐκοῦν ἀκολούθως, ὡς ἀρκεῖν ἡγούμεθα τοῖς οὖσι πρὸς τὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑπόστασιν, τὴν τοῦ θείου θελήματος

δύναμιν· οὕτω καὶ τὴν ἀνασυστοιχείωσιν τῶν συνεστώτων εἰς τὴν αὐτὴν ἀνάγοντες δύναμιν, εἰς οὐδὲν ἔξω τοῦ εἰκότος τὴν πίστιν παραληψόμεθα. καί τοι γε δυνατὸν ἴσως ἦν, εὑρεσιλογίᾳ τινὶ τοὺς περὶ τῆς ὕλης ἐρεσχελοῦντας πεῖσαι, μὴ δοκεῖν ἐρήμην καταπρέχειν τοῦ λόγου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ἀντίρρησις πρὸς τοὺς λέγοντας, συναΐδιον εἶναι τῷ Θεῷ τὴν ὕλην.

creatæ ſit inditus. Aiunt enim, animum corporis cauſſa factum eſſe, ne opus hoc Dei à reſpiratione ac motu deſtitueretur. Quidquid autem alterius cauſſa fiat, illo eſſe haud dubiè vilius, cuius cauſſa inſtituatur. nimirum & in Euangelio ratiocinationẽ huiuſmodi quamdam eſſe, quum animus cibo potior eſſe dicitur, corpus veſtimento: quando illa horum cauſſa facta ſint. Non enim animus alimenti, neque corpus veſtis eſt cauſſa conditum: ſed quum hæc iam exiſterent, ad vſum eorũ illa ſunt comparata. Vtraque opinio quum repræhenſionem mereatur, tam eorum qui animos proprio quodam in ſtatu ante corpora viuere nugantur, quàm qui eos poſt corpora primùm condi exiſtimant: operæpretium fuerit in omnia ſtudioſè inquirere, quæ in explicandis vtriuſque partis decretis in medium afferuntur. At enim accuratè aduerſus rationes vtrimque productas quaſi pugnando progredi, & omnia quæ in his opinionibus abſurda ſunt retegendo patefacere: id verò & orationem prolixam, & temporis non parum requireret. iccirco breuiter, quantum eius fieri poterit, conſideratis vtriuſque partis argumentis, ita deinde quod propriè inſtituimus, proſequemur. Qui partem priorem defendunt, & rempublicã animorum quamdam priorẽ vita in corpore noſtra conſtituunt: mihi quidem à Græcanicis illis diſciplinis hominum doctrinæ veritatis ignarorum immunes eſſe non videntur, qui fabulas quaſdam de animorum ex aliis in alia corpora migrationibus commenti ſunt. Nam ſi quis accuratè rem exiſtimet, omnino delabi ipſorum orationem ad id inueniet, quod proditum eſt memoriæ, quemdam de Græcis ſapientibus dixiſſe, Fuiſſe nimirum ſeſe aliquando & virum, & feminam, & inter aues volitaſſe, & factum eſſe deinde arbuſtum, atque etiã vitam in aquis egiſſe. Meo quidem iudicio propè aberat à veritate hæc ipſius oratio, qui huiuſmodi quiddam de ſe profiteretur. Profectò enim ranarum graculorúmque more garriebat, conſentaneámq. brutæ piſcium naturæ & quercuum ſenſus expertium doctrinã proferebat, qui vnum eundémq. animum in res adeò multas immigraſſe diceret. Eſt autẽ abſurdæ huius opinionis hęc cauſſa, quòd ante corpora exiſtere animos credebãt. Nam vbi ſemel hoc exiſtimari ceptum

Matth. 6.

A πλασμένην. λέγουσι γὰρ διὰ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν γενέσθαι, ὡς ἂν μὴ ἄπνουν τι καὶ ἀκίνητον εἴη τὸ πλάσμα. πᾶν δὲ τὸ διά τι γινόμενον, ἀτιμότερον πάντως ἐστὶ τοῦ δι' ὃ γίνεται. καθὼς τὸ εὐαγγέλιον λέγει, ὅτι πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος, διότι τούτων ἕνεκεν ἐκεῖνα. οὐ γὰρ διὰ τὴν τροφὴν ἡ ψυχὴ, οὐδὲ τοῦ ἐνδύματος χάριν κατεσκευάσθη τὰ σώματα, ἀλλὰ τούτων ὄντων, ἐκεῖνα διὰ τὴν χρείαν προσεξευρέθη. ἐπεὶ οὖν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ὑπολήψεσιν ὁ λόγος ὑπαίτιος, τῶν τε προ-

B βιοτεύειν τὰς ψυχὰς ἐν ἰδίᾳ τινὶ καταστάσει μυθολογούντων, καὶ τῶν ὑστέρας τῶν σωμάτων κατασκευάζεσθαι νομιζόντων· ἀναγκαῖον ἂν εἴη μηδὲν τῶν λεγομένων ἐν τοῖς δόγμασι περιϊδεῖν ἀνεξέταστον. ἀλλὰ τὸ μὲν δι' ἀκριβείας πρὸς ἑκατέρωθεν γυμνάζειν λόγους, καὶ πάσας ἐκκαλύπτειν τὰς ἐγκειμένας ἀτοπίας ταῖς ὑπολήψεσι, μακροῦ ἂν δέοιτο καὶ χρόνου καὶ λόγου. δι' ὀλίγων δὲ, καθὼς ἐστὶ δυνατὸν, ἑκάτερα τῶν εἰρημένων ἐπισκεψάμενοι, πάλιν τῶν προκειμένων ἀντιληψόμεθα. οἱ τῷ

C προτέρῳ παριστάμενοι λόγῳ, καὶ πρεσβυτέραν τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς τὴν πολιτείαν τῶν ψυχῶν δογματίζοντες, οὔ μοι δοκοῦσι τῶν Ἑλληνικῶν καθαρεύειν δογμάτων, τῶν περὶ τῆς μετενσωματώσεως αὐτοῖς μεμυθολογημένων. εἰ γάρ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, πρὸς τοῦτο κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην τὸν λόγον αὐτοῖς εὑρήσει κατασυρόμενον, ὅν φασι τινὰ τῶν παρ' ἐκείνοις σοφῶν εἰρηκέναι, ὅτι ἀνὴρ γενόμενος ὁ αὐτὸς, καὶ γυναικὸς σῶμα μετημφιάσατο, καὶ μετ' ὀρνέων ἀνέπτη, καὶ θάμνος ἔφυ, καὶ τὸν

D ἔνυδρον ἔλαχε βίον. οὐ πόρρω τῆς ἀληθείας κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν φερόμενος, ὁ περὶ αὐτοῦ ταῦτα λέγων. ὄντως γὰρ βατράχων τινῶν ἢ κολοιῶν φλυαρίας, ἢ ἀλογίας ἰχθύων, ἢ δρυῶν ἀναισθησίας ἄξια τὰ τοιαῦτα δόγματα, τὸ μίαν ψυχὴν λέγειν διὰ τοσούτων ἐλθεῖν. τῆς δὲ τοιαύτης ἀτοπίας αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, τὸ προϋφεστάναι τὰς ψυχὰς οἴεσθαι. δι' ἀκολούθου γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ τοιούτου δόγματος

τος ἐπὶ τὸ προσεχές τε καὶ παρακείμενον τὸν λόγον προάγουσα, μέχρι τίνος περατουμένη διέξεισιν. εἰ γὰρ διά τινος κακίας ἀποσπασθεῖσα τῆς ὑψηλοτέρας ἡ ψυχὴ πολιτείας, μετὰ τὸ (καθώς φασιν) ἅπαξ γεύσασθαι τοῦ σωματικοῦ βίου, πάλιν ἄνθρωπος γίνεται, ἐμπαθέστερος δὲ πάντως ὁ ἐν σαρκὶ βίος ὁμολογεῖται παρὰ τὸν ἀΐδιον καὶ ἀσώματον· ἀνάγκη πᾶσα τὴν ἐν τῷ τοιούτῳ γενομένην βίῳ, ἐν ᾧ πλείους αἱ πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν εἰσὶν ἀφορμαὶ, ἐν πλείονί τε κακίᾳ γενέσθαι, καὶ ἐμπαθεστέραν ἢ πρότερον διατεθῆναι. ἀνθρωπίνης δὲ ψυχῆς πάθος, ἡ πρὸς τὸ ἄλογόν ἐστιν ὁμοίωσις. τούτῳ δὲ προσοικειωθεῖσαν αὐτὴν, εἰς κτηνώδη φύσιν μεταῤῥυῆναι. ἅπαξ δὲ διὰ κακίας ὁδεύουσαν, μηδὲ ἐν ἀλόγῳ γενομένην, τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν προόδου λῆξαί ποτε. ἡ γὰρ τοῦ κακοῦ στάσις, ἀρχὴ τῆς κατ' ἀρετήν ἐστιν ὁρμῆς· ἀρετὴ δὲ ἐν ἀλόγοις οὐκ ἔστιν. οὐκοῦν ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἐξ ἀνάγκης ἀλλοιωθήσεται, πάντοτε πρὸς τὸ ἀτιμότερον προϊοῦσα, καὶ ἀεὶ τὸ χεῖρον τῆς ἐν ᾗ ἐστι, φύσεως ἐξευρίσκουσα. ὥσπερ δὲ τοῦ λογικοῦ τὸ αἰσθητὸν ὑποβέβηκεν, οὕτω καὶ ἀπὸ τούτου ἐπὶ τὸ ἀναίσθητον ἡ μετάπτωσις γίνεται. ἀλλὰ μέχρι τούτου προϊὼν ὁ λόγος αὐτοῖς, εἰ καὶ ἔξω τῆς ἀληθείας φέρεται, ἀλλά γε διά τινος ἀκολουθίας τὸ ἄτοπον ἐξ ἀτόπου μεταλαμβάνει. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη διὰ τῶν ἀσυναρτήτων αὐτοῖς τὸ δόγμα μυθοποιεῖται. ἡ μὲν γὰρ ἀκολουθία παντελῆ διαφθορὰν τῆς ψυχῆς ὑποδείκνυσιν. ἡ γὰρ ἅπαξ τῆς ὑψηλῆς πολιτείας ἀπολισθήσασα, ἐν οὐδενὶ μέτρῳ κακίας στῆναι δυνήσεται, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς τὰ πάθη σχέσεως, ἀπὸ μὲν τοῦ λογικοῦ πρὸς τὸ ἄλογον μεταβήσεται. ἀπ' ἐκείνου δὲ πρὸς τὴν τῶν φυτῶν ἀναισθησίαν μετατεθήσεται. τῷ δὲ ἀναισθήτῳ γειτνιᾷ πως τὸ ἄψυχον· τούτῳ δὲ τὸ ἀνύπαρκτον ἕπεται. ὥστε καθόλου διὰ τῆς ἀκολουθίας πρὸς τὸ μὴ ὂν αὐτοῖς ἡ ψυχὴ μεταχωρήσει.

A fuit; ſemper vlterius ad proxima quæque progrediendo, & prodigioſa quædam proferendo, tamdem huc delapſi ſunt. Si enim animus aliquo ſe vitio polluens, poſtquam ſemel vitæ corporeæ guſtum percepit, vt ipſi loquuntur, de conditione ac ſtatu excelſiore quodam deiectus, in hominem immigrat: cuius omnino vita comparata cum illa æterna & incorporea, pluribus eſt perturbationibus obnoxia: neceſſe eſt illum exiſtentem in vita, quæ plures ad peccandum occaſiones habeat, pluribus etiam vitiis ſe inquinare: multóque magis, quàm antè, morbis & affectionibus eſſe deditum: qui morbi humanis in animis eiuſmodi ſunt, vt ſecundum hos animantibus à ratione deſtitutis conſimiles ſimus. Eis porrò ſi cognatus eſſe animus incipit, nimirum ad brutam ſeſe naturam demittit. Quumque adeò ſemel vitiorum quaſi ſemitam ingredi cœpit, ne tum quidem ad malum progredi deſinet, quum ad naturam rationis expertem peruenerit. Nam is tamdem mali finis eſt, à quo virtutis cultus incipit. ea verò cadere in animalia rationis expertia nequit. Iccirco ſemper animus in peius ruet viciſſitudine perpetua, naturámque deteriorem ea, qua continetur, inquiret. Vt autem naturæ rationis ornatæ præſtantia proxima illa eſt, quæ ſentit: ſic à ſentiente prolapſio fit ad eam, quæ ſenſus etiam expers eſt. Huc vſque progreſſa ipſorum oratio, quamquam extra veritatis limites feratur: tamen continua quadam conſequutionis ſerie de abſurdis abſurda colligit. Deinceps verò doctrina de fabulis meris conſtituta, rebus nullo planè pacto ne ſibi quidem cohærentibus pertexitur. Conſequitur enim porrò, animum prorſus interire. Nam qui ſemel de ſtatu excellente velut excidit, numquam vitiorum in curſu metam ad aliquam vbi deinde quieſcat, peruenire ſcilicet poterit: ſed propter ipſius animi erga morbos & perturbationes affectionem, de natura compote rationis, ad aliam huius expertem tranſibit. de hac rurſus ad plantas, ſenſu etiam carentes, quibus ea natura eſt proxima, in qua prorſus anima nulla eſt: poſt quam nihil eſt aliud reliquum, niſi de inanimo in nihilum commigratio. De quo colligi poteſt, animum per ipſorum rationes vniuerſè tamdem extinctum iri:

ideóque fieri non poſſe vllo pacto, vt ad ſtatum præſtantiorem redeat. At enim hi animum ex arbuſto ad hominem reducunt. quamobrem oſtendunt ſe ſtatuere, vitam in arbuſto præſtantiorem illa eſſe, quàm extra corpus animus agit. Eſt enim demonſtratum, non poſſe ad ſtatum deteriorem animum progredi, extra quàm ſi ad inferiora prolabatur. Eſt autem proximè infra naturam ſenſus expertem prorſus inanima, in quam continua ſerie doctrinæ ipſorum principium tamdem animum deducit. Quod ſi hoc velle ſe negant, fateantur neceſſe eſt, vel ad extremum prorſus animum naturæ ſenſus experti manere incluſum: vel ſi de hac ad vitam humanam reuertatur, id eſſe verum quod antè diximus ex hoc ſequi, præſtantiorem ſcilicet ab eis eam vitam ſtatui, quæ in lignis exiſtit, vita & conditione principe: quando à principe conditione fit ad vitium prolapſio, à natura verò ſenſus experte, ad vitam reditus. Ergo tota ipſorum ratio & capite caret, & fine, qua probare conantur animos antè quàm in carne viuant, inter ſe degere: vitiiſque primùm contaminatos corporibus alligari. Eorum verò qui aiunt ortu poſteriorem eſſe animum corpore, præcepta iam quædam eſt mente refutatio, quæ deinceps in iis quæ ſequuntur, à nobis exponetur. Itaque ſic concludamus, vt eſſe partis vtriuſque doctrinam æquè abijciendam pronunciemus. Noſtra verò hac tota in re ſententia, media inter opinionem vtramque via incedendo, ipſam ad veritatem ſeſe diriget. eſt enim huiuſmodi. Animos neque ſecundum Grææ ſapientiæ errorem, vnà cum vniuerſitate in orbem agitatos, redditóſque per vitiorum contaminationem grauiores, quum pares eſſe curſu celerrimo poli motui nequeant, in terram delabi: neque corporis cauſſa tum primùm oriri, quum iam illud inſtar luteæ cuiuſdam ſtatuæ ſit conformatum. Nam ea ratione natura intelligentia prædita, luteo figmento deterior foret.

A οὐκοῦν ἀμήχανος αὐτῇ πάλιν ἐξ ἀνάγκης
ἔσται ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπάνοδος. ἀλλὰ μὴν
ἐκ θάμνου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον τὴν ψυχὴν
ἐπανάγουσιν. οὐκοῦν προτιμοτέραν τὴν ἐν
θάμνῳ ζωὴν τῆς ἀσωμάτου διαγωγῆς ἐκ
τούτων ἀποδεικνύουσιν. δέδεικται γὰρ, ὅτι ἡ
πρὸς τὸ χεῖρον γινομένη πρόοδος τῆς ψυχῆς,
πρὸς τὸ κατώτερον κατὰ τὸ εἰκὸς ὑποβήσε-
ται. ὑποβέβηκε δὲ τὴν ἀναίσθητον φύσιν τὸ
ἄψυχον, εἰς ὃ δι' ἀκολουθίας ἡ ἀρχὴ τοῦ δό-
γματος αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἄγει. ἀλλ' ἐπειδὴ
B τοῦτο οὐ βούλονται· ἢ τῷ ἀναισθήτῳ τὴν ψυ-
χὴν ἐγκατακλείουσιν, ἢ εἴπερ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸν
ἀνθρώπινον αὐτὴν ἐπανάγοιεν βίον, προτι-
μότερον (καθὼς εἴρηται) τὸν ξυλώδη βίον τῆς
πρώτης ἀποδείξουσι καταστάσεως, εἴπερ ἐκεῖ-
θεν μὲν ἡ πρὸς κακίαν κατάπτωσις γέγονεν,
ἐντεῦθεν δὲ ἡ πρὸς ἀρετὴν ἐπάνοδος γίνε-
ται. οὐκοῦν ἀκέφαλός τις καὶ ἀτελὴς ὁ τοι-
οῦτος διελέγχεται λόγος, ὁ τὰς ψυχὰς ἐφ' ἑ-
αυτῶν πρὸ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς βιοτεύειν κα-
τασκευάζων, καὶ διὰ κακίας συνδεῖσθαι τοῖς
C σώμασι. τῶν δέ γε νεωτέραν τοῦ σώματος τὴν
ψυχὴν εἶναι λεγόντων, προκατεσκευάσθη
διὰ τῶν κατόπιν ἡ ἀτοπία. οὐκοῦν ἀπόβλη-
τος ἐπίσης ὁ παρ' ἀμφοτέρων λόγος. διὰ δὲ
τοῦ μέσου τῶν ὑπολήψεων εὐθύνειν οἶμαι δεῖν
ἐν ἀληθείᾳ τὸ ἡμέτερον δόγμα. ἔστι δὲ τοῦτο,
τὸ μήτε κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν ἀπάτην ἐν
κακίᾳ τινὶ βαρηθείσας τὰς τῷ παντὶ συμ-
περιπλούσας ψυχὰς, ἀδυναμίᾳ τοῦ συμ-
παραθέειν τῇ ὀξύτητι τῆς τοῦ πόλου κινήσεως,
D ἐπὶ τὴν γῆν καταπίπτειν οἴεσθαι· μηδ' αὖ
πάλιν οἱονεὶ πήλινον ἀνδριάντα προδιαπλα-
σθέντα τῷ λόγῳ τὸν ἄνθρωπον, τούτου ἕνεκα
τὴν ψυχὴν γίνεσθαι λέγειν. ἦ γὰρ ἂν ἀτι-
μοτέρα τοῦ πηλίνου πλάσματος ἡ νοερὰ φύ-
σις ἀπεδείχθη.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Κατασκευὴ τοῦ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ψυχῇ τε καὶ σώματι τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως εἶναι.

Ἀλλ' ἑνὸς ὄντος τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ διὰ ψυχῆς τε καὶ σώματος συνεστηκότος, μίαν αὐτοῦ καὶ κοινὴν τῆς συστάσεως τὴν ἀρχὴν ὑποτίθεσθαι, ὡς ἂν μὴ αὐτὸς ἑαυτοῦ πρεσβύτερός τε καὶ νεώτερος γένοιτο, τοῦ μὲν σωματικοῦ προτερεύοντος ἐν αὐτῷ, τοῦ δὲ ἑτέρου ἐφυστερίζοντος. ἀλλὰ τῇ μὲν προγνωστικῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, κατὰ τὸν μικρῷ πρόσθεν ἀποδοθέντα λόγον, ἅπαν προϋφεστάναι τὸ ἀνθρώπινον πλήρωμα λέγειν, συμμαρτυρούσης εἰς τοῦτο τῆς προφητείας, τῆς λεγούσης εἰδέναι τὰ πάντα τὸν Θεὸν πρὶν γενέσεως αὐτῶν. ἐν δὲ τῇ καθ' ἕκαστον δημιουργίᾳ μὴ προτεθῆναι τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, μήτε πρὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχήν, μήτε τὸ ἔμπαλιν. ὡς ἂν μὴ στασιάζοι πρὸς ἑαυτὸν ὁ ἄνθρωπος τῇ κατὰ τὸν χρόνον διαφορᾷ μεριζόμενος. διπλῆς γὰρ τῆς φύσεως ἡμῶν νοουμένης, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν, τοῦ τε φαινομένου ἀνθρώπου, καὶ τοῦ κεκρυμμένου· εἰ τὸ μὲν προϋπάρχοι, τὸ δὲ ἐπιγένοιτο, ἀτελής τις ἡ τοῦ δημιουργοῦντος ἀπελεγχθήσεται δύναμις, οὐ τῷ παντὶ κατὰ τὸ ἀθρόον ἐξαρκοῦσα, ἀλλὰ διαιρουμένη τὸ ἔργον, καὶ ἀνὰ μέρος περὶ ἑκάτερον τῶν ἡμισευμάτων ἀσχολουμένη. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῷ σίτῳ φαμὲν ἢ ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν σπερμάτων, ἅπαν ἐμπεριειλῆφθαι τῇ δυνάμει τὸ κατὰ τὸν στάχυν εἶδος, τὸν χόρτον, τὴν καλάμην, τὰς διὰ μέσου ζώνας, τὸν καρπόν, τοὺς ἀνθέρικας, καὶ οὐδὲν τούτων ἐν τῷ τῆς φύσεως λόγῳ προϋπάρχειν, ἢ προγίνεσθαι φαμὲν τῇ φύσει τοῦ σπέρματος, ἀλλὰ τάξει μέν τινι φυσικῇ τὴν ἐγκειμένην τῷ σπέρματι δύναμιν φανεροῦσθαι, οὐ μὴν ἑτέραν ἐπεισκρίνεσθαι φύσιν. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὴν ἀνθρωπίνην σπορὰν ὑπειλήφαμεν ἔχειν ἐν τῇ πρώτῃ τῆς συστάσεως ἀφορμῇ συνεσπαρμένην τὴν τῆς φύσεως δύναμιν.

CAPVT XXIX.

*Idem eſſe cùm animo, tum corpori, exi-
ſtendi principium, probatur.*

SED quum vnus & idem homo ſit,
qui corpore & animo conſtat: vnum
eſſe communéque tribuendum ei di-
cimus exiſtendi principium, ne parte
hac ſeipſo prior, altera iunior ſit & po-
ſterior. Dei ſcilicet vim cuncta proſpi-
B cientem, initio ſpeciem totam in crea-
tione complexam eſſe, vt ea iam tum
exiſteret, quemadmodum eſt antè de-
claratum, ipſo etiam vatis teſtimonio,
qui Deum noſſe omnia prius quàm o-
riantur, ait. Quocirca alterum alteri
præponi non debere, quaſi ſingularum
in partium creatione vel animus ſit ante
corpus conditus, vel è contrario corpus
ante animum. idque hanc potiſſimum
ob cauſſam, ne ſecum ipſe diſſidere vi-
deatur homo, tamquam diuerſas in
partes ob temporis in harum ortu di-
C ſcrimen diuiſus. Nam quum de Apo-
ſtoli ſententia, natura noſtra bifariam
intelligatur, vt alia ſit eius hominis na-
tura qui cerni à nobis poteſt, alia ho-
minis interius velut abditi & occultati:
ſi ſtatueremus alterum de his aliquan-
to prius ortum exſtitiſſe, quàm alterum
eſſe inciperet, planè hoc indicio foret,
conditoris poteſtatem non omnino
perfectam quamdam eſſe; propterea
quòd operi vniuerſo ſimul abſoluendo
non ſuffecerit, ideóque operas quaſi
interruperit, ac viciſſim in perficien-
dis ſingulis partibus ex ſemiſſe prius
D abſolutis occupata fuerit. Nimirum vt
in tritici grano vel quouis alio ſemine
totam ſpicæ vel frugum maturarũ ſpe-
ciem poteſtate, ſicuti loquimur, com-
prælienſam dicimus, & herbam, & cul-
mum, & internodia, & fructum, & ari-
ſtas: quum nihil horum altero in natura
prius reipſa exiſtat, vel oriatur citius,
ſed naturali ordine tamdem inſita ſe-
mini facultas ipſa appareat, nulla in ſe-
men alia ſe natura extrinſecus velut
inſinuante: ſic etiam exiſtimamus hu-
mano in ſemine, quum homo primùm
incipit oriri, facultatem naturalem
contineri, ſimul cum ipſo excretam.

Hanc porrò naturali quadam progreſſionis ſerie ad perfectionem ſui contendentem, paullatim ſe explicare ac patefacere. non quod extrinſecus aliquid recipiat, cuius ope ſui perfectionem adipiſcatur: ſed propria vi ad eam paullatim proficiendo peruenit. Animus adeò, quemadmodum ante corpus non exſtitit, ſic hominis initio ſine animo corpus eſſe dici verè nequit. Vnum eſt vtriuſque principium, quod ſecundum rationem quidem ſublimiorem prima in voluntate Dei, tamquam fundamento innititur: ratione autem altera, in ortus noſtri exordio ponendum eſt. Nam vt in eo quod materna in aluo ad conceptionem corporis deponitur, ante quàm formetur, perſpici articulata membrorum cohærentium diſtinctio nequit: ſic neque vis animi propria depræhendi in eodem poteſt antè, quàm ad effectiones ſuas illa progrediatur. Et quemadmodum nemini dubium eſt, idem illud in diuerſos artus diuerſáque viſcera conformari, nulla externa facultate, vt hoc perficiat, ingrediente: ſed facultate ipſi à natura inſita, opera & effectione ſua in hoc incumbente: eadem ratione de animo nobis cogitandum eſt, etiamſi per quaſdam effectiones in parte hominis externa & apparente, indicia de ſe nulla præbeat: nihilominus præſentem eſſe. Nam & futuri hominis forma poteſtate exiſtit in ſemine: atque iccirco latet, quòd velut in lucem producta conſpici prius nequeat, quàm neceſſarius rerum ordo permittat. ſic & animus eſt in eo, quamquam non appareat. Nam tum demum patebit eum adeſſe, quum aucto per accretionem corpore, ſua ſe propria & à natura inſita effectione oſtendet. Quum enim à mortuo corpore nulla ad conceptionem facultas excernatur, ſed ab animato & viuo: iccirco vero conſentaneum eſt, ne illud quidem mortuum & inanimum putandum, quod de corpore viuo ad procreandã rem viuam emittitur. Carnem certè quod attinet, omnino ea eſt & inanimum & mortuum per ſe quiddam. Mortalitas autem nonniſi animi eſt priuatio. At nemo dixerit, opinor, habitu priuationem priorem eſſe: quod ſequi neceſſe eſt, ſi quis carnem, quæ quiddam eſt inanimum, hoc eſt mortuum, aiat animo priorem eſſe. Quod ſi quis argumentum deſiderat illuſtrius, de qua colligatur.

A ἐξαπλοῦσθαι δὲ καὶ φανεροῦσθαι διά τινος φυσικῆς ἀκολουθίας πρὸς τὸ τέλειον προϊοῦσαν, οὐ προσλαμβάνουσάν τι τῶν ἔξωθεν εἰς ἀφορμὴν τελειώσεως· ἀλλ' ἑαυτὴν εἰς τὸ τέλειον δι' ἀκολουθίας προάγουσαν. ὡς μήτε ψυχὴν πρὸ τοῦ σώματος, μήτε χωρὶς ψυχῆς τὸ σῶμα ἀληθὲς εἶναι λέγειν, ἀλλὰ μίαν ἀμφοτέρων ἀρχήν, κατὰ μὲν τὸν ὑψηλότερον λόγον ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ Θεοῦ βουλήματι καταβληθεῖσαν, κατὰ δὲ τὸν ἕτερον, ἐν ταῖς τῆς γενέσεως ἀφορμαῖς συνισταμένην. ὡς γὰρ οὐκ B ἔστι τὴν κατὰ μέλη διάρθρωσιν ἰδεῖν τῷ πρὸς τὴν σύλληψιν τοῦ σώματος ἐντεθειμένῳ πρὸ τῆς διαπλάσεως· οὕτως οὐδὲ τὰς τῆς ψυχῆς ἰδιότητας ἐν τῷ αὐτῷ δυνατόν ἐστι κατανοῆσαι, πρὶν προελθεῖν εἰς ἐνέργειαν. καὶ ὥσπερ οὐκ ἄν τις ἀμφιβάλοι πρὸς τὰς τῶν ἄρθρων τε καὶ σπλάγχνων διαφορὰς ἐκεῖνο τὸ ἐντεθὲν σχηματίζεσθαι, οὐκ ἄλλης τινὸς δυνάμεως ἐπεισερχομένης, ἀλλὰ τῆς ἐγκειμένης φυσικῶς πρὸς τὴν ἐνέργειαν αὐτῆς μεθισταμένης· οὕτω καὶ περὶ ψυχῆς ἀναλόγως ἐστὶ τὸ ἴσον ὑπονοῆσαι, ὅτι κἂν μὴ διά τινων ἐνερ- C γειῶν ἐν τῷ φαινομένῳ γνωρίζηται, οὐδὲν ἧττόν ἐστιν ἐν ἐκείνῳ. καὶ γὰρ καὶ τὸ εἶδος τοῦ μέλλοντος συνίστασθαι ἀνθρώπου ἐν ἐκείνῳ ἐστὶ τῇ δυνάμει, λανθάνει δὲ διὰ τὸ μὴ εἶναι δυνατὸν πρὸ τῆς ἀναγκαίας ἀκολουθίας ἀναφανῆναι. οὕτω καὶ ἡ ψυχή ἐστι μὲν ἐν ἐκείνῳ καὶ μὴ φαινομένη, φανήσεται δὲ διὰ τῆς οἰκείας ἑαυτῆς καὶ κατὰ φύσιν ἐνεργείας, τῇ σωματικῇ αὐξήσει συμπροϊοῦσα. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἀπὸ νεκροῦ σώματος ἡ πρὸς τὴν σύλληψιν D δύναμις ἀποκρίνεται, ἀλλ' ἐξ ἐμψύχου καὶ ζῶντος· διὰ τοῦτο φαμὲν εὔλογον εἶναι μὴ νεκρὸν καὶ ἄψυχον οἴεσθαι τὸ ἀπὸ ζῶντος εἰς ζωῆς ἀφορμὴν προϊέμενον. τὸ γὰρ ἐν σαρκὶ ἄψυχον, καὶ νεκρόν ἐστι πάντως. ἡ δὲ νεκρότης κατὰ στέρησιν ψυχῆς γίνεται. οὐκ ἂν δέ τις ἐπὶ τούτου πρεσβυτέραν τῆς ἕξεως εἴποι τὴν στέρησιν, εἴπερ τὸ ἄψυχον, ὅπερ νεκρότης ἐστί, τῆς ψυχῆς εἶναί τις κατασκευάζει πρεσβύτερον. εἰ δέ τις καὶ ἐναργέστερον ζητοίη τεκμήριον τοῦ ζῆν ἐκεῖνο τὸ μέρος,

A ὅπερ ἀρχὴ τοῦ κατασκευαζομένου γίνεται ζώου, δυνατόν ἐστι καὶ δι' ἄλλων σημείων, δι' ὧν τὸ ἔμψυχον ἐκ τοῦ νεκροῦ διακρίνεται, καὶ περὶ τούτου κατανοῆσαι. τεκμήριον γὰρ τοῦ ζῆν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ποιούμεθα, τὸ θερμὸν εἶναί τινα καὶ ἐνεργὸν καὶ κινούμενον. τὸ δὲ κατεψυγμένον τε καὶ ἀκίνητον ἐπὶ τῶν σωμάτων, οὐδὲν ἕτερον εἰ μὴ νεκρότης ἐστί. ἐπεὶ τοίνυν ἔνθερμόν τε καὶ ἐνεργὸν θεωροῦμεν τοῦτο, περὶ οὗ τὸν λόγον ποιούμεθα, τὸ μηδὲ ἄψυχον εἶναι διὰ τούτων συντεκμαιρόμεθα· ἀλλ' ὥσπερ κατὰ τὸ σωματικὸν αὐτοῦ μέρος οὐ σάρκα φα- B μὲν αὐτὸ, καὶ ὀστέα, καὶ τρίχας, καὶ ὅσα περὶ τὸ ἀνθρώπινον καθορᾶται, ἀλλὰ τῇ δυνάμει μὲν τούτων ἕκαστον εἶναι, οὔπω δὲ κατὰ τὸ ὁρώμενον φαίνεσθαι· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ψυχικοῦ μέρους οὔπω μὲν τὸ λογικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδὲς, καὶ ὅσα περὶ ψυχὴν καθορᾶται, καὶ ἐν ἐκείνῳ χώραν ἔχειν φαμὲν, ἀναλόγως δὲ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς τε καὶ τελειώσεως, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας τῷ ὑποκειμένῳ συναύξεσθαι. ὥσπερ γὰρ τελειωθεὶς ὁ ἄνθρωπος ἐν τοῖς μείζοσιν, ἔχει C διαφαινομένην τῆς ψυχῆς τὴν ἐνέργειαν, οὕτως ἐν ἀρχῇ τῆς συστάσεως τὴν κατάλληλόν τε καὶ σύμμετρον τῇ παρούσῃ χρείᾳ συνέργειαν τῆς ψυχῆς ἐφ' ἑαυτοῦ διαδείκνυσιν ἐν τῷ κατασκευάζειν αὐτὴν ἑαυτῇ διὰ τῆς ἐντεθείσης ὕλης τὸ πρόσφυες οἰκητήριον. οὐδὲ γὰρ εἶναι δυνατὸν λογιζόμεθα, ἀλλοτρίαις οἰκοδομαῖς τὴν ψυχὴν ἐναρμόζεσθαι, ὡς οὐκ ἔστι τὴν ἐν τῷ κηρῷ σφραγῖδα πρὸς ἀλλοτρίαν ἁρμοσθῆναι γλυφήν. καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἐκ βραχυτάτου πρὸς τὸ τέλειον D πρόεισιν, οὕτω καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἐνέργεια καταλλήλως ἐμφυομένη τῷ ὑποκειμένῳ, συνεπιδίδωσι καὶ συναύξεται. προηγεῖται μὲν γὰρ αὐτῆς ἐν τῇ πρώτῃ κατασκευῇ οἷον ῥίζης τινὸς ἐν τῇ γῇ κατακρυφθείσης ἡ αὐξητική τε καὶ θρεπτικὴ δύναμις μόνη. οὐ γὰρ χωρεῖ τὸ περιττότερον ἡ τοῦ δεχομένου βραχύτης. εἶτα προελθόντος εἰς φῶς τοῦ φυτοῦ, καὶ ἡλίῳ τὴν βλάστην δείξαντος, ἡ αἰσθητικὴ χάρις ἐπήνθησεν.

A eſſe partem eam quæ principium eſt animalis quod gignitur, vita præditam: vti poterit ſignis etiam cæteris, de quibus inter res animatas & mortuas conſtitui diſcrimen ſolet. Nam in homine hoc eſſe argumentum vitæ dicimus, ſi & caleat, & occupetur agendo, & moueatur: ſicut è contrario frigus in corporibus, & motus amiſſio, nihil aliud ſignificant, quàm mortuum eſſe hominem. Quum igitur hoc quoque, de quo nunc diſſerimus, & calore præditum, & minimè ocioſum ſit: cõcludimus etiam inanimum non eſſe. Ac quemadmo- B dum eam ipſius partem, de qua corpus conſtituitur, non carnem eſſe dicimus, non oſſa, non comas, non aliud quidquam eorum quæ in homine exiſtunt: ſed ſtatuimus illam poteſtate quodlibet horum eſſe, tametſi necdum quidquam conſpici tale poſſit. Sic animæ partem quod attinet, quamquam in ea necdum facultas ratiocinatrix, quæ eſt τὸ λογικὸν: neque appetens, quam τὸ ἐπιθυμητικὸν vocant: neque τὸ θυμικὸν, quod animi affectiones continet, appareat: tamen ea ineſſe huic dicimus: & conſimili ratio- C ne, quatenus corpus formatur ac perficitur, etiam effectiones animi vnà cum corpore creſcere. nam vt in homine qui ætatem ad integram peruenit, & inter grandiores cenſetur, effectiones animi iam manifeſtò apparent: ſic ortus noſtri initio, prout tum res poſtulat, ita ſeſe conuenienter actiones animi declarant, in eo quòd ipſius ſibi de materie in aluo matris depoſita domicilium aptiſſimum naturæ ſuæ fabricat. Nam fieri non poſſe, de rationibus certis colligimus, vt aliena in ædificia commodè animus commigret: ſicut fieri non po- D teſt, vt ſignum impreſſum ceræ diuerſam ad ſculpturam aptetur. Nimirum vti corpus exorſum à magnitudine perexigua, ſuam ad perfectionem progreditur: ſic animi facultas etiam ratione conueniente vnà cum corpore proficit accreſcendo. Ac princeps quidem exiſtit in eo facultas accreſcens & nutriens ſola, quando ſcilicet in opificij principio tamquam radix quædam adhuc abdita ſub terra latet. nam tum capere quid amplius per imbecillitatem nequit. Deinde hac quaſi plantula in lucem prodeunte, germenque ſuum ſoli oſtentante, ſentiendi facultas efflorèſcens cum priore coniungitur.

Verùm vbi iam bene magna facta eſt, & proceritatem ſibi conuenientem adepta: tum demum inſtar ipſius fructus rationis particeps facultas eluceſcit, non illa quidem ſubitò tota ſplendorem ſuum oſtendens: ſed vna cum inſtrumenti ſui perfectione celeriter accreſcens, eóſque fructus proferens, qui corporis facultati reſpondeant. Quòd ſi corporis in conformatione quid animus efficiat quæris: ad te ipſum, ait Moſes, reſpice, in teipſo tamquam in libro quodam totam animi operum hiſtoriam pelleges. Ipſa enim natura lõgè omni oratione illuſtrius explicabit tibi effectionum animi in corpore varietatem, quum in vniuerſi, tum partium ſtructura. Sed enim noſtra commemorando percenſere, quaſi quædam externa miracula, precium operæ nõ fuerit. Quis enim alterius oratione naturam propriam cognoſcere deſideret, quum ipſi liceat ſeipſum contueri? Nam qui quo pacto viuamus intelligit, & quàm aptũ ſit corpus ad omnes vitæ proprias actiones didicit: is etiam æſtimare facillimè poteſt, in quo efficiendo animi occupata prima in hominis conformatione opera fuerit. Adeóq; de hoc ipſo patet homini non omnino hebeti, nequaquam mortuum & inanimum exiſtere in officina naturæ, quod ad plantationem quaſi quamdã animalis de viuo auulſum corpore in ea deponitur. Nam & fructum grana, radicúmque ſurculos terræ non mandamus, poſtquam inſita eis à natura facultas vitalis emortua fuerit: ſed quum adhuc eorum à quibus orta ſunt, vim propriam conſeruant, latentem quidem illam & abditam, ſed tamen viuam. Et vis quidem huiuſmodi non de terra extrinſecus hauritur (nam ceteroqui neceſſe foret etiã ligna emortua pullulando efflореſcere) ſed inſita rebus iam antè, per terram modò in apertum producitur, ſuppeditantem ſuccum ſuum: de quo planta radice, cortice, medulla, ramorúmque ſurculis aucta, planè tamdem omnibus ſui partibus abſoluitur. Idem enim fieri non poſſet, ſi nulla facultas ei naturalis indita foret, à qua cognato & conueniente alimento de vicinis partibus attracto, vel arbuſtum, vel arbor, vel ſpica, vel quoduis virgultum naſceretur.

A ἀδρυνθέντος δὲ ἤδη καὶ εἰς σύμμετρον μῆκος ἀναδραμόντος, καθάπερ τις καρπὸς διαλάμπειν ἡ λογικὴ δύναμις ἄρχεται, οὐ πᾶσα ἀθρόως ἐκφαινομένη· ἀλλὰ τῇ τοῦ ὀργάνου τελειώσει δι᾽ ἐπιμελείας συναύξουσα, τοσοῦτον ἀεὶ καρποφοροῦσα, ὅσον χωρεῖ τοῦ ὑποκειμένου ἡ δύναμις. εἰ δὲ ζητεῖς ἐν τῇ τοῦ σώματος πλάσει τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας, πρόσεχε σεαυτῷ, φησὶ Μωϋσῆς, καὶ ἀναγνώσῃ καθάπερ ἐν βίβλῳ τῶν τῆς ψυχῆς ἔργων τὴν ἱστορίαν. αὐτὴ γάρ σοι διηγεῖται ἡ φύσις, λόγου παντὸς ἐναργέστερον, τὰς
B ποικίλας ἐν τῷ σώματι τῆς ψυχῆς ἀσχολίας, ἔν τε ταῖς καθόλου καὶ ἐν ταῖς ἐπὶ μέρους διασκευαῖς. ἀλλὰ περιττὸν οἶμαι λόγῳ τὰ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς διεξιέναι, καθάπερ τι τῶν ὑπερορίων διηγουμένους θαυμάτων. τίς γὰρ ἑαυτὸν βλέπων, λόγῳ δεῖται τὴν οἰκείαν φύσιν διδάσκεσθαι; δυνατὸν γάρ ἐστι τὸν τῆς ζωῆς τρόπον κατανοήσαντα, καὶ ὡς πρὸς πᾶσαν ζωτικὴν ἐνέργειαν ἐπιτηδείως ἔχει τὸ σῶμα καταμαθόντα, γνῶναι περὶ τί κατησχολήθη τὸ φυσικὸν τῆς ψυχῆς παρὰ τὴν πρώτην τοῦ γινομένου διάπλασιν. ὥστε καὶ διὰ τούτου φανερὸν εἶναι τοῖς οὐκ
C ἀνεπισκέπτοις, τὸ μὴ νεκρόν τι καὶ ἄψυχον ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ γίνεσθαι τῆς φύσεως, ὃ πρὸς τὴν τοῦ ζώου φυτείαν ἐκ τοῦ ζῶντος σώματος ἀποσπασθὲν ἐνετέθη. καὶ γὰρ καὶ τῶν καρπῶν τὰς ἐντεριώνας, καὶ τὰς τῶν ῥιζῶν ἀποσπάδας οὐ νεκρωθείσας τῆς ἐγκειμένης τῇ φύσει ζωτικῆς δυνάμεως τῇ γῇ καταβάλλομεν, ἀλλὰ συντηρούσας ἐν ἑαυταῖς κεκρυμμένην μὲν, ζῶσαν δὲ πάντως τοῦ πρωτοτύπου τὴν ἰδιότητα. τὴν δὲ τοιαύτην δύναμιν οὐκ ἐντίθησιν ἡ περιέχουσα γῆ ἔξωθεν παρ᾽ ἑαυτῆς ἐπεισκρίνουσα· ἦν
D γὰρ ἂν καὶ τὰ νεκρὰ τῶν ξύλων εἰς βλάστην προάγειν, ἀλλὰ τὴν ἐγκειμένην ἔκδηλον ἀπεργάζεται, διὰ τῆς οἰκείας ἰκμάδος πιαινομένη εἰς ῥίζαν, καὶ φλοιὸν, καὶ ἐντεριώνην, καὶ τὰς τῶν κλάδων ἐκφύσεις τὸ φυτὸν τελειοῦσα. ὅπερ οὐχ οἷόν τε ἦν γίνεσθαι, μή τινος φυσικῆς δυνάμεως συνεντεθείσης, ἥτις τὴν συγγενῆ καὶ κατάλληλον ἐκ τῶν παρακειμένων τροφὴν εἰς ἑαυτὴν ἕλκουσα, θάμνος, ἢ δένδρον, ἢ στάχυς, ἤ τι τῶν φρυγανικῶν βλαστημάτων ἐγένετο.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Θεωρία τις ἰατρικωτέρα περὶ τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς δι' ὀλίγων.

ΑΛΛΑ τὴν μὲν ἀκριβῆ τοῦ σώματος ἡμῶν διασκευὴν διδάσκει μὲν ἕκαστος ἑαυτόν, ἐξ ὧν ὁρᾷ τε καὶ ζῇ καὶ αἰσθάνεται, τὴν ἰδίαν ἑαυτοῦ φύσιν διδάσκαλον ἔχων. B ἔξεστι δὲ καὶ τὴν ἐν βίβλοις φιλοπονηθεῖσαν τοῖς τὰ τοιαῦτα σοφοῖς περὶ τούτων ἱστορίαν ἀναλαβόντι, πάντα δι' ἀκριβείας μαθεῖν. ὧν οἱ μὲν ὅπως ἔχει θέσεως τὰ καθ' ἕκαστον τῶν ἐν ἡμῖν, διὰ τῆς ἀνατομῆς ἐδιδάχθησαν, οἱ δὲ καὶ πρὸς ὅ, τι γέγονε πάντα τὰ τοῦ σώματος μόρια κατενόησάν τε καὶ διηγήσαντο, ὡς ἀρκοῦσαν ἐντεῦθεν τῆς ἀνθρωπίνης κατασκευῆς τὴν γνῶσιν τοῖς φιλοπόνοις γενέσθαι. εἰ δέ τις ἐπιζητοίη πάντων αὐτῶν τὴν ἐκκλησίαν διδάσκαλον γενέσθαι, ὡς εἰς μηδὲν τῆς ἔξωθεν φωνῆς ἐπιδεῖσθαι C (οὐδὲ γὰρ τῶν πνευματικῶν προβάτων ὁ νόμος, καθώς φησιν ὁ κύριος, τὸ ἀλλοτρίας μὴ ἀκούειν φωνῆς) διὰ βραχέων καὶ τὸν περὶ τούτων λόγον διαληψόμεθα. τρία περὶ τὴν τοῦ σώματος ἐνοήσαμεν φύσιν, ὧν χάριν τὰ καθ' ἕκαστον τῶν ἐν ἡμῖν κατεσκευάσθαι. τὰ μὲν γὰρ διὰ τὸ ζῆν, τὰ δὲ διὰ τὸ καλῶς ζῆν, ἕτερα δὲ πρὸς τὴν διαδοχὴν τῶν ἐπιγινομένων ἐπιτηδείως ἔχει. ὅσα μὲν οὖν ἐν ἡμῖν τοιαῦτά ἐστιν, ὧν ἄνευ συστῆναι τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν οὐκ ἐνδέχεται, ἐν τρισὶ μορίοις κατενοήσαμεν· D ἐν ἐγκεφάλῳ, καὶ καρδίᾳ, καὶ ἥπατι. ὅσα δὲ προσθήκη τίς ἐστι τῶν ἀγαθῶν, καὶ φιλοτιμία τῆς φύσεως, τὸ εὖ ζῆν δι' ἐκείνων τῷ ἀνθρώπῳ χαριζομένης, τὰ περὶ τὴν αἴσθησίν ἐστιν ὄργανα. τὰ γὰρ τοιαῦτα τὴν ζωὴν μὲν οὐ συνίστησιν, ἐπεὶ καὶ λιπόντων τινῶν πολλάκις, οὐδὲν ἧττον ἐν τῷ ζῆν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος· ἀλλ' ἀμήχανον δίχα τούτων τῶν ἐνεργειῶν, τῶν κατὰ τὴν ζωὴν ἡδίαν τὴν μετουσίαν ἔχειν. ὁ δὲ τρίτος σκοπὸς πρὸς τὸ ἐφεξῆς τε καὶ τὴν διαδοχὴν βλέπει. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ παρὰ ταῦτα, ἃ πρὸς διαμονὴν κοινὰ τοῖς πᾶ-

CAPVT XXX.

Humani corporis ſtructura quædam altius ex ipſa medicina breuiter repetita contemplatio.

SED ENIM vnuſquiſque noſtrûm, natura propria magiſtra & duce, ſtructurã corporis accuratè ex eo quod & videt & viuit & ſentit, cognoſcere poterit. B Quin & à viris doctiſſimis hæc ſtudioſè explicata quum ſint, licet vniuerſam & integram eorum doctrinam de libris horum expromere. Alij, quæ collocatio ſit ſingularum in nobis partium ſcrutati ſunt. Alij, quem ad vſum omnia corporis membra facta ſint indagarunt, & nobis explicarunt: vt iam de horum commentariis capere ſtudioſi harum rerum cognitionem humani opificij locupletem, & nulla ſui parte deficientem poſſint. Quòd ſi quis etiam hæc vniuerſa, de doctrina propria vero in terris Dei cœtui diſcere malit, C ne vlla in re diſciplina extera egere videri poſſimus (quando lex hæc ouibus ſpiritualibus eſt propoſita, quemadmodum ait Dominus, Non eſſe voci alius, extrà quàm paſtoris, aures præbendas) *Ioan. 10.* age breuiter de his quoque diſſeramus. Sunt omnino corporis in natura, tria numero, quorum gratia ſingula in nobis membra ſunt facta. Nam alia, vt viueremus condita ſunt: alia, vt iucundè viueremus: alia, vt eſſet in humano genere perpetua poſteritatis ſucceſſio. Quæ porrò eius ſunt generis, vt abſque ipſis foret, homo non viueret: tribus D membris compræhenduntur, cerebro, corde, iecinore. Quæ bonorum ſunt velut additamentum, profecta de benigna largitate naturæ, efficientis per hæc vt iucundè homo viueret: ſunt ſenſuum inſtrumenta. Nam in his vita quidem noſtra non conſiſtit, quando viuere homini licet etiam pleriſque horum amiſſis: ſed fieri non poteſt vt abſque horum actionibus rerum in hominis vita iucundarum voluptate fruamur. Tertium in partitione propoſita membrûm generis ad perpetuitatem ſpectat. Præter hæc alia membra ſunt, quæ & ipſa pariter cum cæteris vitam

A hominis conſeruant, & conſentaneas naturæ ſuæ quaſdam quaſi acceſſiones præſtant, in quibus ſunt ſtomachus ac pulmo, quorum hic calorem cordis perflando excitat: ille viſceribus alimentum ſuum præbet. Hoc modo tota corporis noſtri ſtructura diuiſa, perſpicuè videre eſt, facultatem qua vita continetur, non vno à membro proficiſci: ſed naturam corporis conſeruationem in plura membra partientem, vnicuique hoc dediſſe negotij, vt ſingula nonnihil ad vſum vniuerſi conferrent. Eam ob rem complura ſunt, intérque ſe per profectò diuerſa, quæcumque natura vel ad ſe tuendum, vel ornatus & elegantiæ cauſſa ſollerter fabricata eſt. Sed enim principia prima eorum quæ vitam conſtituunt, nobis antè quàm ad alia progrediamur, breuiter diuidenda veniunt. Totius quidem corporis mēbris materies ſingulis communis, in hoc & tempore & loco prætereatur ſilentio. nam ad inſtitutum noſtrum nihil attinet, nimirum ad conderationem particularem vniuerſi pertractatio. Ergo quum apud omnes hoc quaſi pro confeſſo ſit, exiſtere quiddam in nobis de omnibus mundi elementis, de calore ac frigore, de humore & ſiccitate: de ſingulis agamus. Videmus autem tres inprimis facultates eſſe vitæ noſtræ tamquam adminiſtras: quarum quæ prima eſt, calore ſuo cuncta fouet: altera, quod concaluit ſucco ſuo humectat, vt per æquabilem qualitatis in rebus aduerſantibus ſibi temperiem, quadam in mediocritate ipſum animal conſeruetur, humore per calorem nimium numquam exſucto, neque contrà calore per vim nimij humoris oppreſſo. Tertia facultas, articulos non cohærentes & interſtinctos ligamentis ſuis per commiſſionem & harmoniam mutuam continet, aptiſſiméque copulat, & omnibus indit vim quamdam ſponte ſua ſe mouendi: quæ ſi amittatur, membrum etiam velut emortuum exiſtere neceſſe eſt, à ſponte ſua mouente ipſum ſpiritu dēſtitutum. Fuerit operæprecium hoc loco naturæ artificium in corporis creatione conſiderare. Nam quū ea quæ dura ſolidáque ſunt, ſenſus actiones nullas admittant, vt eſt videre in corporis noſtri oſſibus, & terrę plantis, in quibus eſſe vitæ quædam

σιν ὑπόκειται, τὰς κατ' ἀλλήλους προσθήκας δι' ἑαυτῶν ἐπεισάγοντα, ὡς κοιλία καὶ πνεύμων. ὁ μὲν τῷ πνεύματι τὸ ἐγκάρδιον πῦρ ἀναρριπίζων, ἡ δὲ τοῖς σπλάγχνοις τὴν τροφὴν εἰσοικίζουσα. οὕτω τοίνυν τῆς κατασκευῆς τῆς ἐν ἡμῖν διῃρημένης, ἔστιν ἀκριβῶς κατανοῆσαι, ὅτι οὐ μονοειδῶς ἡμῖν δι' ἑνός τινος ἡ πρὸς τὸ ζῆν δύναμις διεξάγεται· ἀλλὰ πλείοσι μορίοις ἡ φύσις τὰς πρὸς τὴν σύστασιν ἡμῶν ἀφορμὰς ἐπινείμασα, ἀναγκαίαν ποιεῖ πρὸς τὸ ὅλον τὴν παρ' ἑκάστου συνεισφοράν, ὥστε καὶ ὅσα πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ζωῆς B καὶ κάλλος ἡ φύσις ἐπετεχνάσατο, πλείω τε ἐστὶ ταῦτα, καὶ πολλὴν πρὸς ἄλληλα τὴν διαφορὰν ἔχει. ἀλλ' οἶμαι διελέσθαι πρότερον ἐν ὀλίγῳ χρῆναι τὰς πρὸς τὴν σύστασιν τῆς ζωῆς συντελούντων ἡμῖν τὰς πρώτας ἀρχάς. ἡ μὲν οὖν τοῦ παντὸς σώματος ὕλη κοινὴ τοῖς καθ' ἕκαστον μέλεσιν ὑποκειμένη, σιγάσθω τανῦν· οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν σκοπὸν ἡμῖν συντελέσει ἡ καθόλου φυσιολογία πρὸς τὴν μερικὴν θεωρίαν. ὁμολογουμένου τοίνυν παρὰ πᾶσι τοῦ πάντων ἐν ἡμῖν εἶναι τῶν στοιχειωδῶς ἐν τῷ κόσμῳ θεωρουμένων τὴν μοῖραν, τοῦ τε θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, C καὶ τῆς ἑτέρας συζυγίας τῆς κατὰ τὸ ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν νοουμένης, τὰ καθ' ἕκαστον ἡμῖν διαληπτέον. οὐκοῦν ὁρῶμεν τρεῖς τὰς διοικητικὰς τῆς ζωῆς δυνάμεις, ὧν ἡ μὲν διαθάλπει τὸ πᾶν τῇ θερμότητι· ἡ δὲ ὑπονοτίζει τῇ ἰκμάδι τὸ θερμαινόμενον, ὡς αὖ τῇ ἰσοκρατείᾳ τῆς τῶν ἐναντίων ποιότητος, ἐπὶ τοῦ μέσου συντηροῖτο τὸ ζῷον, μήτε τοῦ ὑγροῦ καταφρυγομένου τῷ πλεονασμῷ τῆς θερμότητος, μήτε τοῦ θερμοῦ σβεννυμένου τῇ ἐπικρατείᾳ τοῦ καθυγραίνοντος. ἡ δὲ τρίτη δύναμις συνέχει δι' ἑαυτῆς κατά τινα συμβολήν τε καὶ ἁρμονίαν τὰ διακεκριμένα τῶν ἄρθρων D τοῖς παρ' ἑαυτῆς συνδέσμοις ἁρμόζουσα, καὶ πᾶσιν ἐπιπέμπουσα τὴν αὐτοκίνητόν τε καὶ προαιρετικὴν δύναμιν. ἧς ἐπιλειπούσης, παρειμένον γίνεται, καὶ νεκρῶδες τὸ μέρος, τοῦ προαιρετικοῦ πνεύματος ἀμοιρῆσαν. μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ἄξιον κατανοῆσαι τὸ τεχνικὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἐν αὐτῇ τῇ δημιουργίᾳ τοῦ σώματος. ἐπειδὴ γὰρ τὸ σκληρόν τε καὶ ἀντίτυπον τὰς αἰσθητικὰς ἐνεργείας οὐ καταδέχεται, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐπί τε τῶν ἐν ἡμῖν ὀστέων, καὶ τῶν ἐν τῇ γῇ φυτῶν, ἐν οἷς ζωῆς μέν τι κατανοοῦμεν

εἶδος ἐν τῷ αὔξειν καὶ τρέφεσθαι, οὐ μὴν παρεδέξατο ἐναντίως ἡ ἀντιτυπία τοῦ ὑποκειμένου τὴν αἴσθησιν. τούτου χάριν ἔδει καθάπερ κηροειδῆ τινα κατασκευὴν ὑποτεθῆναι ταῖς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείαις, δυναμένην τοῖς ἀντιληπτικοῖς τύποις ἐσφραγισθῆναι, μήτε συγχεομένην δι' ὑπερβαλλούσης ὑγρότητος· οὐ γὰρ ἂν διαμένοι ἐν τῷ ὑγρῷ τὸ τυπούμενον, μήτε ἀντιτυποῦσαν ἐν τῇ ἀμετρίᾳ τῆς πήξεως· ἀσήμαντον γὰρ πρὸς τοὺς τύπους ἐστὶ τὸ ἀντίτυπον· ἀλλὰ μέσως ἔχουσαν μαλακότητός τε καὶ στερρότητος, ὡς ἂν μὴ τοῦ καλλίστου τῶν κατὰ τὴν φύσιν ἐνεργημάτων, τῆς αἰσθητικῆς λέγω κινήσεως, ἀμοιροίη τὸ ζῷον. ἐπεὶ τοίνυν τὸ μαλακόν τε καὶ εὐεικτὸν μηδεμίαν τὴν ἐκ τῶν στερρῶν ἔχον ἐνέργειαν, ἀκίνητον ἂν ἦν πάντως, καὶ ἀδιάρθρωτον, κατὰ τοὺς θαλασσίους πνεύμονας· διὰ τοῦτο καταμίγνυσιν ἡ φύσις τῷ σώματι τὴν τῶν ὀστέων στερρότητα, καὶ ταῦτα πρὸς ἄλληλα διὰ τῆς προσφυοῦς ἁρμονίας ἑνώσασα, τοῖς τε διὰ τῶν νεύρων συνδέσμοις τὰς συμβολὰς αὐτῶν ἐπισφίγξασα, οὕτως αὐτοῖς τὴν δεκτικὴν τῶν αἰσθήσεων περιέφυσε σάρκα, δυσπαθεστέρᾳ τε καὶ εὐτονωτέρᾳ τῇ ἐπιφανείᾳ διειλημμένην. ταύτῃ τοίνυν τῇ στερρᾷ τῶν ὀστέων φύσει, οἷον στύλοις τισὶν ἀχθοφόροις, ὅλον τοῦ σώματος ἐπιθεῖσα τὸ βάρος, οὐκ ἀδιαίρετον ἐνέφυσε τῷ παντὶ τὸ ὀστέον. ἦ γὰρ ἂν ἀκίνητός τε καὶ ἀνενέργητος ἔμεινεν, εἰ οὕτω κατασκευῆς εἶχεν ὁ ἄνθρωπος, καθάπερ τι δένδρον ἐφ' ἑνὸς τόπου μένον, μήτε τῆς τῶν σκελῶν διαδοχῆς ἐπὶ τὸ πρόσω προαγούσης τὴν κίνησιν, μήτε τῆς τῶν χειρῶν ὑπουργίας χρησιμευούσης τῷ βίῳ. νυνὶ δὲ μεταβατικὸν εἶναι καὶ πρακτικὸν τὸ ὄργανον διὰ τῆς ἐπινοίας ταύτης ἐμηχανήσατο, τῷ προαιρετικῷ πνεύματι τῷ διὰ τῶν νεύρων διήκοντι, τὴν πρὸς τὰς κινήσεις ὁρμήν τε καὶ δύναμιν ἐνθεῖσα τῷ σώματι. ἐντεῦθεν ἡ τῶν χειρῶν ὑπουργία, ἡ ποικίλη τε καὶ πολύστροφος, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐπιτήδεια. ἐντεῦθεν αἱ τοῦ αὐχένος περιστροφαί, καὶ τῆς κεφαλῆς ἐπικλίσεις τε καὶ ἀνανεύσεις, καὶ ἡ κατὰ τὴν γένυν ἐνέργεια, καὶ ἡ τῶν βλεφάρων διαστολὴ ἅμα νοήματι γινομένη, καὶ τῶν λοιπῶν ἄρθρων αἱ κινήσεις ἐν νεύροις μέν τισιν ἀνασπωμένοις ἢ χαλωμέ-

A ſpecies ſatis intelligitur ex eo, quod & accreſcunt & nutriuntur, quum ſolida ipſorum duricies ſenſum non recipiat: iccirco neceſſe erat quoddam quaſi cereum opificium ſenſuum actionibus ſubjici, quod poſſet cedendo velut impreſſas notas recipere, ſic vt ob nimiam humoris copiam non confunderetur (quando humidæ rei quod imprimitur, nequit durare) & ob immodicam duriciem non reſiliret (quando quod cedere nequit, notas per impreſſionem nullas recipit) ſed mediocriter eſſet quum molle tum durum, ne animal hoc facultate inter cæteras pulcerrima careret, ſenſus nimirum motione.
B At enim quum omne quod propriæ mollitudinis cauſſa facilè cedit ac flectitur, ſi non etiam aliqua ex parte duriciei ſit particeps, prorſus eſſe motus expers ſolutúmque neceſſe ſit, inſtar marinorum pneumonum: ideò corpori natura ſolida quædam oſſa indidit, eáque mutuò aptiſſima harmonia copulauit, & neruorum vinculis commiſſuras horum conſtringens, ita demum ea carne vndique obduxit, quæ & ſenſuum capax foret, & ſuperficie quadam contineretur, vt minus eſſet obnoxia morbis, ac paullo tenſior. Solidis hiſce oſſibus, tamquam columnis, quibus
C onus ædificij totum incumbit, corporis molem impoſuit vniuerſam. Neque vnum in corpore tantum os eſſe voluit, propterea quòd neceſſe fuiſſet hominem omnis & motus & actionis expertem eſſe, ſi eo pacto ipſum conformaſſet natura, quo arbores, vno ſemper conſiſtentes in loco. Nam neque progredi potuiſſet, ſi crura non licuiſſet viciſſim ſublata vlterius collocare, neque manibus vti adminiſtris. Nunc verò ſingulari naturæ artificio corporis or-
D ganum & loco mouetur, & agendi eſt facultate præditum, poſtquam ei per ſpiritus vltronei motus auctores, qui per neruos diduntur, vis & impetus quidam ad varios motus acceſſit. Hinc eſt, quod manuum miniſterio & opera vtimur, varia illa profectò & multiplice, pérque omne ad inſtitutum animi nobis idonea. Hinc ceruicis eſt inflexio, hinc capitis inclinationes & erectiones. hinc maxillarum motus. hinc palpebrarum diductio, quæ cum nutu fit. hinc cæterorum articulorum motus profecti ſunt, qui neruorum vel tenſione vel re-

miſſione, quaſi quamdam per machinam fiunt. Vis quidem paſſim per neruos ipſos ſeſe didẽs ſic eſt à natura comparata, vt ex lubitu arbitrióque proprio moueatur, & ſingulis in membris per ſpiritum ſponte ſua ſe agitantem effectiones ſuas habeat. Indicatum antehac eſt, radicem principiúmque motuum in neruis, eſſe in membrana illa neruea cerebrum amplexa. Quamobrem curioſè de membris ſingulis, quæ facultate mouẽte prædita ſunt, perquirendum non putamus: quando, vnde mouendi facultas proficiſcatur, eſt demonſtratũ. Cæterùm maximas ad vitam commoditates oriri à cerebro, clariſſimè perſpicitur, cùm quid huic aduerſi accidit. Nã ſi membrana ipſum ambiens vulneretur aut rumpatur, cõtinuò mors hominem occupat, natura ne ad momentum quidem valente reſiſtere. perinde atque fundamento ſubruto, ædificium totum ad ſuccuſſionem partis vnà quaſſari neceſſe eſt. Quo igitur membro affecto animal totum interit, id membrum vitę cauſſam præcipuè continere fateamur. Quum verò in iis qui de vita migrarunt, & extingui calorẽ à natura inditum, & quod emortuum eſt, occupari à frigore videamus: iccirco etiam in calore cauſſam quamdam viuendi ponimus. Quo enim amiſſo mortalitas conſequitur, id quamdiu nobis integrum eſt, nihil accidere poſſe vitæ detrimenti, neceſſariò colligitur. Huius facultatis cor eſt quaſi quidam fons & principium, à quo meatus orti conſimiles tibiis, multipliciter aliis alios propagantibus, per corpus vniuerſum igneos calidóſque ſpiritus diffundunt. Qúumq. neceſſarium foret vt perpetuum calori alimẽtum adiungeretur à natura, quando ignis per ſe durare nequit, ſi à nutrimento ſibi conueniente deſtituatur: iccirco ſanguinis riui de iecinore quaſi fonte quodam profecti, toto corpore calido ſpiritui comites ſunt, ne ſi alterum ab altero deſereretur, morbo correpta natura interiret. De quo iniuſtos homines & inæqualitatem committentes hoc capere admonitionis oportet, vt à natura diſcant, auaritiam morbum eſſe, qui aliis interitũ afferat. Sed enim ſola Dei natura quum nulla re indigeat, hominum inopia res externas ad ſe ſuſtentandum neceſſariò deſiderante: iccirco tribus hiſce facultatibus locum in gubernando corpore principem obtinentibus,

A νοις, καθάπερ ἐκ μηχανῆς τινος, ἐνεργοῦνται. ἡ δὲ διὰ τούτων διεξιοῦσα δύναμις αὐτοκέλευστον ἔχει τινὰ τὴν ὁρμήν, προαιρετικῷ πνεύματι κατά τινα φύσεως οἰκονομίαν ἐν τοῖς καθέκαστον ἐνεργουμένη. ῥίζα δὲ πάντων ἀπεδείχθη καὶ ἀρχὴ τῶν κατὰ τὰ νεῦρα κινήσεων, ὁ τὸν ἐγκέφαλον περιέχων νευρώδης ὑμήν. οὐκέτι οὖν ἡγούμεθα δεῖν πολυπραγμονεῖν περί τι τῶν ζωτικῶν μορίων, ὃ τοιοῦτόν ἐστιν, ἐν τούτῳ δειχθείσης τῆς κινητικῆς ἐνεργείας. ὅτι δὲ μέγιστόν τι συντελεῖ πρὸς τὴν ζωὴν ὁ ἐγκέφαλος, ἐναργῶς τὸ ἐξ ἐναντίου συμβαῖνον δηλοῖ. εἰ γάρ τινα τρῶσιν
B ἢ ῥῆξιν ὁ περὶ αὐτὸν ὑμὴν πάθοι, εὐθὺς ἐπηκολούθησε τῷ πάθει ὁ θάνατος, οὐδὲ πρὸς τὸ ἀκαρὲς τῆς φύσεως ἀντισχούσης τῇ τρώσει, ὥσπερ θεμελίου τινὸς ὑποσπασθέντος ὅλον τὸ οἰκοδόμημα συγκατασείεσθαι τῷ μέρει. οὗ τοίνυν παθόντος πρόδηλός ἐστιν ἡ τοῦ παντὸς ζώου διαφθορά, τοῦτο κυρίως ἂν τῆς ζωῆς τὴν αἰτίαν ἔχειν ὁμολογοῖτο. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν παυσαμένων τοῦ ζῆν κατασβεσθείσης τῆς ἐγκειμένης τῇ φύσει θερμότητος, τὸ νεκρωθὲν καταψύχεται, διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ θερμῷ τὴν ζωτικὴν αἰτίαν κατενοήσαμεν.
C οὗ γὰρ ἐπιλελοιπότος ἡ νεκρότης ἐπηκολούθησεν, ἀνάγκη πᾶσα τῇ παρουσίᾳ τούτου συνεστάναι τὸ ζῶον ὁμολογεῖσθαι. τῆς δὲ τοιαύτης δυνάμεως οἷον πηγήν τινα καὶ ἀρχὴν τὴν καρδίαν κατενοήσαμεν, ἀφ' ἧς αὐλοειδεῖς πόροι πολυειδῶς ἄλλος ἐξ ἄλλου διαφυόμενοι, παντὶ τῷ σώματι τὸ πυρῶδες καὶ θερμὸν διαχέουσι πνεῦμα. ἐπεὶ δὲ πάντως καὶ τροφήν ἔδει τινὰ τῷ θερμῷ συμπαρεῖναι παρὰ τῆς φύσεως, οὐ γὰρ ἐνδέχεται τὸ πῦρ ἐφ' ἑαυτοῦ μένειν, μὴ διὰ τοῦ καταλλήλου τρεφόμενον, διὰ τοῦτο οἱ τοῦ αἵματος ὀχετοί, κα-
D θάπερ ἐκ πηγῆς τινος τοῦ ἥπατος ἀφορμηθέντες τῷ θερμῷ πνεύματι πανταχῇ κατὰ τὸ σῶμα συμπαροδεύουσιν, ὡς ἂν μὴ μονωθὲν τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, διαφθείρῃ τὴν φύσιν, πάθος γενόμενον. παιδευέτω τοῦτο τοὺς ἀτακτοῦντας περὶ τὸ ἴσον, διδαχθέντας παρὰ τῆς φύσεως, ὅτι ἡ πλεονεξία φθοροποιόν τι πάθος ἐστίν. ἀλλ' ἐπεὶ μόνον ἀπροσδεές ἐστι τὸ θεῖον, ἡ δὲ ἀνθρωπίνη πτωχεία τῶν ἔξωθεν πρὸς τὴν ἰδίαν σύστασιν ἐπιδέεται, διὰ τοῦτο ταῖς τρισὶ ταύταις δυνάμεσι, δι' ὧν ἔφαμεν, ἅπαν οἰκονομεῖσθαι τὸ σῶμα,

ἐπιῤῥύτων ἔξωθεν ἐπισάγει τὴν ὕλην, διαφό-
ροις εἰσόδοις τὸ κατάλληλον αὐταῖς εἰσοικίζουσα.
τῷ μὲν γὰρ πηγῇ τοῦ αἵματος, ἥτις τὸ ἧπάρ ἐστι,
τὴν διὰ τῆς τροφῆς χορηγίαν ὑπέθηκε. τὸ
γὰρ ἐπεισαγόμενον ἀεὶ διὰ ταύτης, τὰς τοῦ αἵ-
ματος πηγὰς βρύειν διὰ τοῦ ἥπατος παρα-
σκευάζει, καθάπερ ἡ ἐπὶ τοῦ ὄρους χιὼν διὰ
τῆς οἰκείας ἰκμάδος τὰς κατὰ τὴν ὑπώρειαν αὔ-
ξει πηγὰς, διὰ τοῦ βάθους τὸ οἰκεῖον ὑγρὸν ἐπὶ
τὰς κάτω φλέβας συνθλίβουσα. τὸ δὲ ἐγκάρδιον
πνεῦμα διὰ τοῦ γείτονος ἐπεισάγεται σπλάγχνου,
ὃ καλεῖται μὲν πνεύμων, ἔστι δὲ τοῦ ἀέρος δο-
χεῖον, διὰ τῆς ἐγκειμένης ἀρτηρίας τῆς ἐπὶ τὸ
στόμα διηκούσης, τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ταῖς ἀνα-
πνοαῖς ἐφελκόμενον. ᾧ κατὰ τὸ μέσον ἡ καρδία
ἐνειλημμένη κατὰ μίμησιν τῆς τοῦ ἀεικινήτου πυ-
ρὸς ἐνεργείας, ἀδιαλείπτως καὶ αὐτὴ κινουμένη,
οἷόν τι ποιοῦσιν ἐν τοῖς χαλκείοις αἱ φῦσαι, ἕλκει
τε πρὸς ἑαυτὴν ἐκ τοῦ παρακειμένου πνεύ-
μονος πληροῦσα τῇ διαστολῇ τὰς κοιλότητας, καὶ
τὸ πυρῶδες ἑαυτῆς ἐκριπίζουσα, ταῖς ἐχομέναις
ἀρτηρίαις ἐμπνεῖ. καὶ τοῦτο ποιοῦσα οὐ διαλεί-
πει, τὸ μὲν ἔξωθεν διὰ τῆς διαστολῆς εἰς τὰς
ἰδίας κοιλότητας ἕλκουσα, τὸ δὲ παρ' ἑαυτῆς
διὰ τῆς συμπτώσεως ταῖς ἀρτηρίαις εἰσκρίνου-
σα. ὅ μοι δοκεῖ καὶ τῆς αὐτομάτου ταύτης ἀνα-
πνοῆς αἴτιον ἡμῖν γίνεσθαι. πολλάκις γὰρ ὁ μὲν
νοῦς ἄσχολός ἐστι πρὸς ἑτέροις, ἢ καὶ παντά-
πασιν ἠρεμεῖ, λυθέντος ἐν τῷ ὕπνῳ τοῦ σώ-
ματος, ἡ δὲ ἀναπνοὴ τοῦ ἀέρος οὐ διαλείπει,
μηδ' ὁπωσοῦν συνεργούσης εἰς τοῦτο τῆς προ-
αιρέσεως. οἶμαι γὰρ, ἐπειδὴ περιείληπται τῷ
πνεύμονι ἡ καρδία, καὶ προσπέφυκεν αὐτῷ κατὰ
τὸ ὀπίσθιον ἑαυτῆς μέρος, ταῖς ἰδίαις διαστο-
λαῖς καὶ συμπτώσεσι συγκινοῦσα τὸ σπλάγχνον,
τὴν τοῦ ἀέρος ὁλκήν τε καὶ ἐμπνοὴν ἐκμη-
χανᾶσθαι τῷ πνεύμονι. ἀραιὸς γάρ τις ὢν
καὶ πολύπορος, καὶ πάσας τὰς ἐν αὐτῷ κοιλό-
τητας πρὸς τὸν πυθμένα τῆς ἀρτηρίας ἀνε-
στομωμένας ἔχων, συστελλόμενος μὲν καὶ συμ-
πίπτων τὸ ἐναπολειφθὲν τοῖς κοίλοις πνεῦμα
κατ' ἀνάγκην ἐκπιέζων προΐεται. ὑποχω-
ρῶν δὲ καὶ ἀνοιγόμενος, ἐπισπᾶται τῇ διαστάσει
πρὸς τὸ κενούμενον διὰ τῆς ὁλκῆς τὸν ἀέρα. καὶ
αὕτη ἐστὶ τῆς ἀπροαιρέτου ταύτης ἀναπνοῆς
αἰτία, ἡ τοῦ ἀτρεμεῖν τὸ πυρῶδες ἀδυναμία.

A extrinſecus materies accommodata ſin-
gulis per diuerſos aditus arceſſitur.
Nam iecinori, quod ſanguinis eſſe fon-
tem diximus, alimenti eſt mandata ad-
miniſtratio. Quod enim nutriendi no-
ſtri cauſſa perpetuò ingeritur, iecinoris
adiumento facit, vt continuò ſangui-
nis riui fluant. quemadmodum niuem
montanam videmus humore ſuo ſub-
iectos fontes augere, penetrante illo
deorſum ad ipſas vſque fontium venas.
Deinde aër etiam cordi vicini viſceris
ope ſuggeritur. ei nomen eſt pulmo:
membrũ ipſum aëris eſt receptaculum,
B quod per inſertam ſibi arteriam, ad os
pertinentem, ſpiritum externum per
reſpirationes continuas haurit. Huius
in parte media cor continetur, quod
ipſum quoque ſine intermiſſione mo-
uetur, inque hoc ignis numquam non
mobilis naturam imitatur. Nam inſtar
follium, quibus in officinis ſuis vtuntur
fabri, ſemper aërem attrahit è vicino
pulmone, partéſque concauas didu-
ctione replet, ac quod igneum eſt in
ipſo efflat, inque adiunctas arterias ex-
cernit. Hoc adeò numquam non agit,
aliud extrinſecus per diductionem ſui
C proprias in capedines attrahendo, aliud
à ſe per compreſſionem in arterias ex-
cernendo. In quo mihi quidem reſpi-
rationis etiam continuæ in nobis eſſe
poſita cauſſa videtur. Nam mens ſæpe
dat aliis quaſi operam, vel prorſus etiam
quieſcit, ſomno corpus occupante,
quum minimè reſpiratio intermittitur,
etiamſi nos hanc nullo pacto efficere
decreuerimus. Ego ſic arbitror, cor
ipſum, quod pulmo complectitur an-
nexum ſibi poſteriore ſui parte, quo-
ties explicatur, vel viciſſim comprimi-
tur, vnà ſecum pulmonem mouere, at-
D que hoc pacto efficere, vt is aërem attra-
hat, continuóque ſpiritum ducat. Eſt
enim hoc viſcus rarum, & meatus mul-
tiplices habet, eiúſq. capedines omnes
quaſi quędam per oſcula in arteriæ fun-
dum exeunt. itaque cõpreſſum arctius,
ſpiritum, qui ſuperat in ipſius capedini-
bus, exprimendo quaſi emittit. è con-
trario ſi laxetur & aperiatur, fit, vti par-
tes ipſius vacuæ, à ſe inuicem diſtentæ,
attracto aëre compleantur. Hæc eſt re-
ſpirationis à nullo pendẽtis vel conſilio
vel volũtate noſtra, cauſſa: nimirũ quòd
igneam naturam fas non eſt quieſcere.

Quod quum ita ſit, caloriſque iam antè originem in corde exiſtere perſpexerimus: icirco perpetuus hoc in membro motus, perpetuam ſimul in pulmone reſpirationem efficit. Eam ob cauſſam hoc etiam vſuuenit, vt quum intenſus præter naturam calor accreuit (quod in iis qui febre laborant, videmus) anhelatio quoque crebrior ſit, corde quaſi feſtinante internum æſtum recenti aëre exſtinguere. Enimuero natura noſtra quum omnium egena ſit, & ab iis rebus quæ res vitam continent, planè non inſtructa, non aëra modò ſpiritúmque nullum proprium habet, qui calorem excitet, quando hunc extrinſecus ad conſeruationem noſtri ſemper hauriamus oportet: verùm etiam nutrimentum ſuſtinendæ corporis moli aliunde neceſſe habet arceſſere. propterea vacuum corpus viciſſim potu cibóque replet, cúmque ad vſum indita nobis eſt facultas attrahens id quod deſit, quódque ſuperat expellens, cordis calore hac etiam in parte naturam non parum adiuuante. Nam quum inter membra vitalia cor, vt eſt indicatum, præcipuum ſit & eximium, quippe quod mēbra ſingula ſpirituum calore fouet: icirco noſtri opificij auctor illud per omnia efficax eſſe facultate vegeta voluit, ne pars ipſius vlla foret otioſa, vel nihil ad corporis vniuerſi vtilitatem ſumminiſtraret. Eámque ob rem pulmonem poſteriore ſui parte contingens, perpetuo viſcus hoc motu attrahit, ac viciſſim meatus omnes huius vel hauſto aëre dilatat, vel remittendo quod antea receperat expellit. Parte autem anteriore ſtomacho, quà is aſſurgit maximè cohærens, & fouet hunc, & habilem ad effectiones ſuas reddit: non quò ſpiritum ille attrahat, ſed nutrimentum corporis recipiat. Nam vicinæ quaſi fores ſunt, per quas & ſpiritus & nutrimentum hominis corpus ingrediuntur. Vtrumque membrum ab imo coniunctum alteri, ſecundum longitudinem ſurſum tendit: partéque ſuprema ſui rurſus eodem loco ſic cōnectuntur, vt etiam ipſorum oſcula conueniant, deſinentibus in ore noſtro amborum veluti canalibus, quorum alter alimentum corporis, alter ſpiritum intromittit. Ima quidē in parte tamdem hæc meatuū coniunctio diſ-

A ἐπεὶ γὰρ ἴδιόν ἐστι τοῦ θερμοῦ ἡ κατὰ τὴν κίνησιν ἐνέργεια, τούτου δὲ τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ καρδίᾳ κατενοήσαμεν, τὸ διηνεκὲς τῆς ἐν τῷ μέρει τούτῳ κινήσεως τὴν ἀδιάλειπτον τοῦ ἀέρος ὁρμήν τε καὶ ἐμπνοὴν διὰ τοῦ πνεύμονος ἀπεργάζεται. διὸ καὶ παρὰ φύσιν ἐπιταθέντος τοῦ πυρώδους, τὸ ἄσθμα τῶν διακαιομένων ὑπὸ πυρετοῦ συνεχέστερον γίνεται, ὥσπερ ἐπειγομένης τῆς καρδίας τὸν ἐγκείμενον ἐν αὐτῇ φλογμὸν ὑπὸ νεαρωτέρῳ πνεύματι κατασβεννύειν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πενιχρά τίς ἐστιν ἡμῶν ἡ φύσις, καὶ τῶν πρὸς τὴν ἰδίαν σύστασιν διὰ πάντων ἐπιδεής, οὐκ ἀέρος μόνον ἰδίου πτωχεύει, B καὶ πνεύματος, τοῦ τὸ θερμὸν διεγείροντος, ὅπερ ἔξωθεν πρὸς τὴν τοῦ ζώου συντήρησιν διηνεκῶς ἐπεισάγεται· ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπερείδουσαν τὸν τοῦ σώματος ὄγκον τροφὴν ἐπίκτητον ἔχει. διὰ τοῦτο σιτίοις τε καὶ πόμασιν ἀναπληροῖ τὸ ἐνδέον, ἑλκυστικήν τινα τοῦ λείποντος δύναμιν καὶ ἀπωστικὴν τοῦ περιττεύοντος ἐνθεῖσα τῷ σώματι, οὐδὲ πρὸς τοῦτο τοῦ ἐγκαρδίου πυρὸς μικρὰν παρεχομένου τῇ φύσει συνεργίαν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ κυριώτατον τῶν ζωτικῶν μορίων κατὰ τὸν ἀποδοθέντα λόγον ἡ καρδία ἐστὶν, ἡ τῷ θερμῷ πνεύματι ζωπυροῦσα τὰ C καθέκαστον μέρη, πανταχόθεν αὐτὴν ἐνεργὸν εἶναι τῆς δραστικῆς τῆς δυνάμεως, ὁ πλάστης ἡμῶν ἐποίησεν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτῆς μέρος ἄπρακτόν τε καὶ ἀνόνητον πρὸς τὴν τοῦ παντὸς οἰκονομίαν καταλειφθείη. διὰ τοῦτο κατόπιν μὲν ὑποβᾶσα τὸν πνεύμονα, διὰ τῆς διηνεκοῦς κινήσεως, καθέλκουσά τε πρὸς ἑαυτὴν τὸ σπλάγχνον, ἀνευρύνει πρὸς τὴν ὁλκὴν τοῦ ἀέρος τοὺς πόρους, μοχλίζουσά τε πάλιν ἐκπνεῖσθαι τὸ ἐναπειλημμένον παρασκευάζει. ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν ἑαυτῆς προσφυεῖσα τῷ χωρήματι τῆς ἄνω γαστρὸς, ἐνθερ- D μαίνει αὐτὴν, καὶ πρὸς τὰς ἰδίας ἐνεργείας κινουμένην ποιεῖ. οὐκ εἰς πνεύματος ὁλκὴν ἀνεγείρουσα, ἀλλ᾽ εἰς ὑποδοχὴν τῆς καταλλήλου τροφῆς. πλησίον μὲν γὰρ πεφύκασιν ἀλλήλων αἱ εἴσοδοι τοῦ πνεύματός τε καὶ τῆς τροφῆς. ἀντιπαρεξιοῦσαι δὲ κατὰ τὸ παραμῆκες ἡ ἑτέρα πρὸς τὴν ἑτέραν, καὶ τῷ ἴσῳ μέτρῳ κατὰ τὸ ἄνω συναπαρτίζονται, ὥστε καὶ συνεστομῶσθαι πρὸς ἀλλήλας, καὶ ἐνὶ στόματι τοὺς πόρους ἐναπολήγειν, ὅθεν τῷ μὲν τῆς τροφῆς, τῷ δὲ τοῦ πνεύματος ἡ εἴσοδος γίνεται. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ βάθος οὐκέτι διαπαντὸς τὸ προσφυὲς παραμένει τῆς συζυγίας τῶν πόρων.

μέση

μέση γὰρ τῆς ἑκατέρων ἕδρας ἡ καρδία παρεμπεσοῦσα, τῷ μὲν πρὸς ἀναπνοὴν, τῷ δὲ πρὸς τροφὴν, τὰς δυνάμεις ἐντίθησιν. πέφυκε γὰρ τὸ πυρῶδες ἐπιζητεῖν τὴν ὑπεκκαίουσαν ὕλην, ὃ δὴ καὶ περὶ τὸ δοχεῖον τῆς τροφῆς κατ᾽ ἀνάγκην συμβαίνει. ὅσῳ γὰρ ἔμπυρον διὰ τῆς γείτονος γίνεται θερμασίας, τοσούτῳ μᾶλλον ἐφέλκεται τὰ τὸ θερμὸν ὑποτρέφοντα. τὴν δὲ τοιαύτην ὁρμὴν, ὄρεξιν ὀνομάζομεν. εἰ δὲ περιδράξαιτο τῆς ἀρκούσης ὕλης τὸ περιεκτικὸν τῆς τροφῆς, οὐδὲ οὕτως ἠρεμεῖ τοῦ πυρὸς ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ καθάπερ ἐν χωνευτηρίῳ σύντηξίν τινα τῆς ὕλης ποιεῖ, καὶ διαλύσασα τὰ συνεστῶτα καὶ διαχέασα, καθάπερ ἐκ χοάνης τινὸς μεταχεῖ πρὸς τοὺς ἐφεξῆς πόρους· εἶτα τὸ παχυμερέστερον τοῦ εἰλικρινοῦς διακρίνασα, τὸ μὲν λεπτὸν δι᾽ ὀχετῶν τινων ἐπὶ τὰς τοῦ ἥπατος ἄγει πύλας· τὴν δὲ ἰλυώδη τῆς τροφῆς ὑποστάθμην, εἰς τοὺς εὐρυχωροτέρους τῶν ἐντέρων πόρους ἀπώσατο, καὶ τοῖς πολυτρόποις αὐτῶν ἑλιγμοῖς ἀναστρέφουσα χρόνῳ, παρακατέχει τὴν τροφὴν τοῖς σπλάγχνοις, ὡς ἂν μὴ δι᾽ εὐθύτητα τοῦ πόρου ῥᾳδίως ἀποβαλλόμενον, εὐθὺς ἀνακινοίη τὸ ζῷον πρὸς ὄρεξιν, καὶ μηδέποτε παύοιτο τῆς τοιαύτης ἀσχολίας κατὰ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ὁ ἄνθρωπος. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ ἥπατι μάλιστα τῆς τοῦ θερμοῦ συνεργείας ἦν χρεία πρὸς τὴν τῶν ὑγρῶν ἐξαιμάτωσιν, ἀφέστηκε δὲ τοῦτο τῆς καρδίας κατὰ τὴν θέσιν (οὐ γὰρ ἦν οἶμαι δυνατὸν ἀρχήν τινα καὶ ῥίζαν ζωτικῆς οὖσαν δυνάμεως, περὶ τὴν ἑτέραν ἀρχὴν στενοχωρεῖσθαι) ὡς ἂν μή τι τῆς οἰκονομίας ἐν τῇ ἀποστάσει τῆς θερμαντικῆς οὐσίας παραβλαβείη· πόρος νευρώδης (ἀρτηρία δὲ τοῦτο παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα σοφῶν ὀνομάζεται) ἀναδεξάμενος τῆς καρδίας τὸ ἔμπυρον πνεῦμα, φέρει πρὸς τὸ ἧπαρ, αὐτοῦ που παρὰ τὴν εἴσοδον τῶν ὑγρῶν συνεστομωμένος, καὶ ἀναζέσας διὰ τῆς θερμότητος τὴν ὑγρασίαν, ἐναποτίθεταί τι τῷ ὑγρῷ τῆς τοῦ πυρὸς συγγενείας, τῇ πυροειδεῖ χροᾷ τὸ τοῦ αἵματος εἶδος καταφοινίξας. εἶτα ἐκεῖθεν ἀφορμηθέντες δίδυμοί τινες ὀχετοὶ, τὸ οἰκεῖον ἑκάτερος σωληνοειδῶς περιέχοντες πνεῦμά τε καὶ αἷμα, ὡς ἂν εὔπορον εἴη,

A ſoluitur. cor enim loco inter ventriculum pulmonémq. medio incidens, huic quidem reſpirandi, illi verò nutrimenti conficiendi facultatem largitur. Nam igneum quod eſt, ſic à natura eſt comparatum, vt materiem quaſi fomentum quærat: id quod etiam cibi receptaculo vſuueniat neceſſe eſt. Quanto enim magis ob caloris vicinitatem igneſcit: tanto auidius ea quæ calori nutriendo ſunt, attrahit. éſtque huic naturæ cupiditati nomen inditum Appetitus. Quòd ſi membrum quo cibus continetur, materiei ſatis iam præhenderit: non tamen
B ignis vicini ceſſabit actio. Nam colliquefaciet materiem tamquam in vaſe liquandis rebus apto: quúmque cruda & cohærentia digeſſerit, intérque ſe commiſcuerit, proximos in meatus ea quaſi per quoddam infundibulum deijciet. Deinde ſecretis vtrimque partibus, quum iis quæ craſſiores, tum quæ puriores ſunt, tenues haſce per quoſdam quaſi canales ad iecinoris oſtia deducet. Subſidentes autem & craſſas in nutrimento fæces in capaciora inteſtina detrudet, ac per multiplicia horum volumina verſatas aliquamdiu retine-
C bit, partim vt de his ipſa etiam viſcera nonnihil nutrimenti hauriant: partim ne, ſi per meatus rectos deijciantur, continuò moleſta nobis appetitio nutrimenti ſit, & numquam non in eo acquirendo, animalium rationis expertium more, hominum occupetur opera. Quúmque iecinori etiam neceſſarius ad commutandum res humidas in ſanguinem, caloris vſus foret, abeſſet autem membrum hoc ſitu ſuo longius à corde, propterea quòd minimè conueniebat cor, quod principium & ra-
D dix facultatis vitalis eſſet, arctiore per vicinitatem loco alteri vitæ principio coniungi: ne quid ob caloris diſtantiam detrimenti nobis accideret, meatus nerueus (quem periti huius doctrinæ arteriam vocant) hauſtum de corde ſpiritum igneum ad hepar defert. atque hæc quidem arteria loco propè eodem, quo humida recipiuntur, hepati inſeritur. itaque calore ſuo facit vt humida ferueāt, quiddā cum eis igni cognatum communicans. quo fit vt ſanguis igneo colore reſperſus, purpureus exiſtat. Inde rurſus exorti gemini quidam riuuli tubulis cōſimiles, quorum alius ſpiritum, ſanguinē alius continet (cōiunguntur autem ideo, vt humor per caloris mobilitatem,

ſi is vnà vehatur, leuior exiſtat) per corpus vniuerſum multifariam ſparguntur, tantúmq. non infinita in canalium principia quaſique ramos ſe paſſim findunt. Atque duo quidem hæc facultatum vitalium principia inter ſe commiſta, quum id quod calorem, tum quod humorem vniuerſum in corpus didit, quoddam veluti debitum tributum facultati quæ in adminiſtratione vitæ ſummo cum imperio eſt & poteſtate, pendunt. Intelligimus autem facultatem, quæ cerebri membranis, ipſóque cerebro continetur: à qua profectus omnis neruorum motus, omnis muſculorum contractio, omnis ſpiritus, qui motus eſt ſingulis in membris ſpontanei cauſſa efficiunt, vti corporis humani fabricata de terra ſtatua ſuis actionibus & motu ſit prædita. In calore quidem quod eſt longè puriſſimum, & in humore tenuiſſimum, vtraque miſtione quadam ac temperatura vnita, velut exhalando cerebrum nutriunt & fouent. Ab hoc eadem longè puriſſimè attenuata redduntur, vt membranã ipſum ambientem irrigent. Hæc de parte hominis ſuperiore ad ima tendens, fiſtulæque in modum contiguas vertebras penetrans, cum medulla, quam continet, ad baſem vſque dorſi ſpinæ, quam vocant, delata deficit, ipſa etiam ſpina eo loco deſinente. Oſſium quidem & iuncturarum in corpore commiſſuris omnibus, itémque muſculorum principiis ab hac membrana, tamquam omnium moderatrice, ad quemlibet motum ac requietem facultas inditur. Eam ob cauſſam, de mei quidem animi iudicio, muniri hanc etiam magis aliquanto, quàm membra cætera conueniebat. Itaque in capite duplici oſſium ambitu omni ex parte compræhenditur, in vertebris quum exſtantium veluti ſpinarum propugnaculis, tum multiplice ipſarum vertebrarum inter ſeſe nexu: quo fit, vt ab illa omnem iniuriam hæc, qua lædi poſſet, arceant: adeóque tuta ſit, quodam quaſi præſidio ipſam vndique ſepiente. Idem de corde licet exiſtimare, eſſe nimirum hoc inſtar munitæ domus omni ex parte compræhenſum aptiſſimè, ac circumdatum ob oſſibus duriſſimis. Nam à tergo ſpina eſt dorſi, quã vtraque parte tutam ſcapulæ reddunt. Latus autem vtrumq. coſtæ complexæ,

A τὸ ὑγρόν τε τοῦ θερμοῦ κινοῦν συμπαραθέον καὶ κουφιζόμενον, ἐφ' ἅπαν τὸ σῶμα πολυσχιδῶς καταμερίζονται, εἰς μυρίας ὀχετῶν ἀρχάς τε καὶ διαφύσεις κατὰ πᾶν μέρος διασχιζόμεναι. μιχθεῖσαι δὲ πρὸς ἀλλήλας τῶν ζωτικῶν δυνάμεων αἱ δύο ἀρχαὶ, ἥτε τὸ θερμὸν πανταχοῦ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ ἡ τὸ ὑγρὸν ἐπιπέμπουσα, καθάπερ τινὰ δασμὸν ἀναγκαῖον ἐκ τῶν οἰκείων τῇ ἀρχηγικωτέρᾳ τῆς ζωτικῆς οἰκονομίας δυνάμει δωροφοροῦσιν. ἔστι δὲ αὕτη ἡ κατὰ τὰς μήνιγγας καὶ τὸν ἐγκέφαλον θεωρουμένη, ἀφ' ἧς πᾶσα μὲν ἄρθρου κί-
B νησις, πᾶσα δὲ μυῶν συνολκὴ, πᾶν δὲ προαιρετικὸν πνεῦμα καὶ τοῖς καθέκαστον μορίοις ἐπιπεμπόμενον, ἐνεργόν τε καὶ κινούμενον τὸν γήϊνον ἡμῶν ἀνδριάντα, καθάπερ ἐκ μηχανῆς τινος ἀποδείκνυσι. τοῦ τε γὰρ θερμοῦ τὸ καθαρώτατον, καὶ τοῦ ὑγροῦ τὸ λεπτότατον παρ' ἑκατέρας δυνάμεως διά τινος μίξεώς τε καὶ ἀνακράσεως ἑνωθέντα, τρέφει τε καὶ συνίστησι διὰ τῶν ἀτμῶν τὸν ἐγκέφαλον· ἀφ' οὗ πάλιν ἐπὶ τὸ καθαρώτατον ἐκλεπτυνομένη ἡ ἀπ' ἐκείνου ἀνάδοσις, ὑπαλείφει τὸν περι-
C εκτικὸν τοῦ ἐγκεφάλου ὑμένα, ὃς ἄνωθεν ἐπὶ τὸ βάθος αὐλοειδῶς διήκων διὰ τῶν καθεξῆς σπονδύλων, ἑαυτόν τε καὶ τὸν ἐγκείμενον αὐτῷ μυελὸν διεξάγων, τῇ βάσει συναπολήγει τῆς ῥάχεως, πάσαις ὀστέων τε καὶ ἁρμονιῶν συμβολαῖς, καὶ μυῶν ἀρχαῖς οἷόν τις ἡνίοχος αὐτὸς ἐνδιδοὺς τῆς καθέκαστον κινήσεώς τε καὶ στάσεως τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν δύναμιν. διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ ἀσφαλεστέρας ἠξιῶσθαι φρουρᾶς, καὶ κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν διπλαῖς ὀστέων περιβολαῖς ἐν κύκλῳ διειλημμένος, ἐν δὲ τοῖς
D σπονδύλοις ταῖς τε τῶν ἀκανθῶν προβολαῖς καὶ ταῖς πολυτρόποις κατὰ τὸ σχῆμα διαπλοκαῖς, δι' ὧν ἐν ἀπαθείᾳ πάσῃ φυλάττεται, διὰ τῆς περιεχούσης αὐτὸν φρουρᾶς τὸ ἀσφαλὲς ἔχων. ὁμοίως δ' ἄν τις καὶ περὶ τῆς καρδίας στοχάσαιτο, ὅτι καθάπερ τις οἶκος ἀσφαλὴς αὐτὴ διὰ τῶν στερροτάτων περιηρμόσθη ταῖς τῶν ὀστέων ἐν κύκλῳ περιοχαῖς ὀχυρωθεῖσα. κατόπιν μὲν γάρ ἐστιν ἡ ῥάχις ταῖς ὠμοπλάταις ἑκατέρωθεν ἠσφαλισμένη. καθ' ἑκάτερον δὲ πλάγιον ἡ τῶν πλευρῶν θέσις περιπτύσσουσα,

τὸ μέσον δυσπαθὲς ἀπεργάζεται. ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν, τὸ στέρνον καὶ ἡ τῆς κλειδὸς συζυγία περιβέβληται, ὡς ἂν πανταχόθεν αὐτῇ τὸ ἀσφαλὲς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἐνοχλούντων φυλάσσοιτο. οἷον δὲ κατὰ τὴν γεωργίαν ἐστὶν ἰδεῖν τῆς ἐκ νεφῶν ἐπομβρίας, ἢ τῆς τῶν ὀχετῶν ἐπιρροῆς διάβροχον ποιούσης τὸ ὑποκείμενον. κῆπος δὲ τις ὑποκείσθω τῷ λόγῳ, μυρίας μὲν δένδρων διαφορὰς, παντοδαπὰς δὲ τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ τρέφων, ὧν καὶ τὸ σχῆμα, καὶ ἡ ποιότης, καὶ ἡ τῆς χρόας ἰδιότης ἐν πολλῇ διαφορᾷ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐνθεωρεῖται. πολλῶν τοίνυν κατὰ τὸν ἕνα χῶρον τῷ ὑγρῷ τρεφομένων, ἡ μὲν ὑποποτίζουσα τὰ καθ' ἕκαστον δύναμις, μία τις κατὰ τὴν φύσιν ἐστίν· ἡ δὲ τῶν τρεφομένων ἰδιότης, εἰς διαφόρους τὸ ὑγρὸν μεταβάλλει ποιότητας. τὸ γὰρ αὐτὸ πικραίνεται μὲν ἐν τῇ ἀψίνθῳ· εἰς φθοροποιὸν δὲ χυμὸν ἐν τῷ κωνείῳ μεθίσταται· καὶ ἄλλο ἐν ἄλλῳ γίνεται, ἐν κρόκῳ, ἐν βαλσάμῳ, ἐν μήκωνι. τῷ μὲν γὰρ ἐκθερμαίνεται, τῷ δὲ καταψύχεται, τῷ δὲ μέσην ἔχει ποιότητα. καὶ ἐν δάφνῃ, καὶ ἐν σχοίνῳ, καὶ τοῖς τοιούτοις εὔπνουν ἐστίν· ἐν συκῇ δὲ καὶ ὄχνῃ καταγλυκαίνεται, καὶ διὰ τῆς ἀμπέλου βότρυς καὶ οἶνος ἐγένετο· καὶ ὁ τοῦ μήλου χυλὸς, καὶ τὸ τοῦ ῥόδου ἐρύθημα, καὶ τὸ τοῦ κρίνου λαμπρὸν, καὶ τὸ κυανίζον τοῦ ἴου, καὶ τὸ πορφυρίζον τῆς ὑακίνθου βαφῆς, καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ τὴν γῆν ἐστιν ἰδεῖν, ἐκ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἰκμάδος ἀναβλαστάνοντα, εἰς τοσαύτας διαφορὰς κατά τε τὸ σχῆμα, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὰς ποιότητας διακρίνεται. τοιοῦτόν τι καὶ κατὰ τὴν ἔμψυχον ἡμῶν ἄρουραν θαυματοποιεῖται παρὰ τῆς φύσεως, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ δεσπότου τῆς φύσεως. ὀστᾶ καὶ χόνδροι, φλέβες, ἀρτηρίαι, νεῦρα, συνδεσμοί, σάρκες, δέρμα, πιμελαὶ, τρίχες, ἀδένες, ὄνυχες, ὀφθαλμοὶ, μυκτῆρες, ὦτα, πάντα τὰ τοιαῦτα, καὶ μυρία παρὰ ταῦτα ἄλλα διαφόροις ἰδιότησιν ἀπ' ἀλλήλων κεχωρισμένα, μιᾷ τῇ τῆς τροφῆς ἰδέᾳ καταλλήλως τῇ ἑαυτῶν τρέφεται φύσει, ὡς ἑκάστῳ τῶν ὑποκειμένων τὴν τροφὴν προσεγγίσασαν, ᾧ περ ἂν ἐμπελάσῃ, κατ' ἐκεῖνο καὶ ἀλλοιοῦσθαι, οἰκείαν καὶ συμφυῆ τῇ τοῦ μέρους ἰδιότητι γινομένην. εἰ γὰρ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν γένοιτο, τῷ ὁρατικῷ μορίῳ συγκατεκράθη,

A quod inter has medio loco continetur, ne quid aduerſi patiatur, efficiunt. Parte denique antica pectus & binæ clauiculæ cor muniunt, vt hoc modo tutum vndique foret aduerſus res omnes, quæ res ipſi vel moleſtiam, vel malum etiam creare poſſent. Vt autem in agricultione videmus ab imbre vel riuulorum immiſſione terram irrigari: (nam eſto quidam nobis hortus propoſitus, in quo variæ ſint maximo numero arbores, itémque rerum omnis generis terra naſcentum ſpecies, quæ ſingulæ forma, qualitate, colore plurimum differant: B tot res quum eiuſdem loci nutriantur humore, vis tamen hæc ſucco ſuo ſingula rigans, natura ſua eadem eſt: quum res ipſæ quæ nutriuntur, ſuccum hauſtum diuerſas in qualitates commutent. Idem namque in abſinthio conuertitur in amarorem: in cicuta ſuccus efficitur, qui interitum affert: in aliis aliud, verbi gratia, in croco, balſamo, papauere. nam in his vim calidam acquirit, in illis frigidam, in aliis temperatam. In lauro, C in iunco odorato, in aliis huiuſmodi fragrantiam habet: in fico & pyro dulcitudinem. In vite conuertitur in botrum ac vinum. Etiam commutatur in ſuccum mali, in rubedinem roſæ, in ſplendidum lilij candorem, in cæruleum violæ, in purpureum hyacinthi colorem. Denique vniuerſa quæ terra profert, quamquam ab vno eodémque humore proueniant: diuerſiſſima tamen efficiuntur, ſiue figuram, ſiue ſpeciem, ſiue qualitates ſingulorum ſpectes.) Huiuſmodi quoddam noſtro etiam in agro, illo in- D quam animato, admirandum opus naturæ conſpicitur: naturæ dico? immo verò ipſius naturæ domini. Oſſa, cartilagines, venæ, arteriæ, nerui, ligamenta, carnes, cutis, pinguitudo, capilli, muſculi, vngues, oculi, nares, aures, huiuſmodi cætera numero propè infinita, diuerſis à ſe inuicem diſtincta proprietatibus, vna nihilominus eadémque alimenti ſpecie, prout ipſorum natura fert, nutriuntur: ita vt cibus quum à membris ſingulis propè abeſt, eius in naturam conuertatur, cui ſeſe adiunxerit. Si ad oculum deferatur, oculi ad naturam temperatur:

& prout ipſæ in oculo tunicæ diuerſæ ſunt inter ſe, ſic etiam nutrimentum ratione ſingulis conueniente diſtribuitur. Si ad partes auditui deſtinatas confluat, earumdem naturæ miſcetur: ſicut in labris, labrorum. In oſſibus dureſcit: in medulla tenerum efficitur: cum neruo tenditur, cum ſuperficie partibus cæteris circumdatur: ipſos in vngues penetrat, & in halitus adeò tenues conuertitur, vt de iis crines etiam oriantur. Ac ſi quidem per tortuoſos meatus feratur, criſpos & inflexos crines generat. ſin eidem halitus, de quibus oriri comas diximus, per rectos meatus exeant, etiam comæ tenſæ & rectæ erunt. Sed enim longè ab inſtituto digreſſa oratio eſt, dum altiùs naturæ operibus inhæret, & oculis quaſi ſubijcere conatur, quo pacto & vnde ſingula in nobis exiſtant, cùm quæ ad viuendum, tum quæ ad iucundè viuendum comparata ſunt: & ſi quid etiam præter hæc in nobis eſt, in partitione ſuperiore compræhenſum. Nos autem inſtitueramus demonſtrare cauſſam ſiue principium naturæ noſtræ, quod ſemine continetur, neque animum eſſe ſine corpore, neque corpus ſine animo: ſed ex corporibus animatis ac viuis, viuum & animatum ipſo ſui initio animal procreari, quod humana natura quaſi nutrix excipiens, ſuis ipſa facultatibus alat. itaque nutriri ſecundum vtramque partem, quum quidem accretio parti vtrique conſentanea manifeſtò depræhendatur. Nam ſtatim ab initio per artificioſam & ſingulari ab intelligentia profectam corporis formationem, ineſſe huic facultatem animi oſtenditur, apparentem illam quidem obſcuriuſculè ſub initium, ſed deinde corporis inſtrumento planè abſoluto clariſſimè reſplendentem. Licet ſimile quiddam ſtatuariorum in arte perſpicere. Nam eſto animalis cuiuſdam artifici propoſita idea, quam ille cupiat in ſaxo exprimere. poſtquam hoc apud animum ſtatuit, primùm de materie cognata lapidem abſcindit: deinde ſuperfluis quaſi amputatis, quodam modo rudem ei formam ad ideæ ſimulachrum animo conceptum inducit. de hac iam vel ignarus quiſpiam conſilij artificis, aſſequi coniectura poteſt, quid operis inſtituerit. Ille porrò prioribus aliquid addens, propiùs etiam ad rei, qua in exprimenda laborat, ſimilitudinem accedit.

A καὶ τὴν περὶ τὸν ὀφθαλμὸν χιτώνων τὰς διαφορὰς οἰκείως εἰς ἕκαστον καταμερισθῇ. Εἰ δὲ τοῖς κατὰ τὴν ἀκοὴν μέρεσιν ἐπιῤῥυῇ, τῇ ἀκουστικῇ καταμίγνυται φύσει· καὶ ἐν χείλει γινόμενον, χεῖλος ἐγένετο· καὶ ἐν ὀστέῳ πήγνυται, καὶ ἐν μυελῷ ἁπαλύνεται, καὶ τονοῦται μετὰ τοῦ νεύρου, καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ συμπεριτείνεται, καὶ εἰς ὄνυχας διαβαίνει, καὶ εἰς τριχῶν γένεσιν λεπτοποιεῖται τοῖς καταλλήλοις ἀτμοῖς. εἰ μὲν διὰ σκολιῶν περάγοιτο πόρων, οὐλοτέρας τε καὶ κατηγκυλωμένας τὰς τρίχας ἐκφύουσα, εἰ δὲ δι' εὐθείας ἡ τῶν τριχοποιῶν B ἀτμῶν γένοιτο πρόοδος, τεταμένας τε καὶ εὐθείας προάγουσα. ἀλλὰ πολὺ τῶν προκειμένων ὁ λόγος ἡμῖν ἀποπεπλάνηται, τοῖς ἔργοις ἐμβαθύνων τῆς φύσεως, καὶ ὑπογραφὴν ἐπιχειρῶν, ὅπως ἡμῖν καὶ ἐξ ὁποίων συνέστηκε τὰ καθ' ἕκαστον, τά τε πρὸς τὸ ζῆν, καὶ τὰ πρὸς τὸ εὖ ζῆν, καὶ εἴ τι μετὰ τούτων ἕτερον κατὰ τὴν προτέραν διαίρεσιν εἰλήφαμεν. τὸ γὰρ προκείμενον ἦν δεῖξαι τὴν σπερματικὴν τῆς συστάσεως ἡμῶν αἰτίαν, μήτε ἀσώματον εἶναι ψυχὴν, μήτε ἄψυχον σῶμα, ἀλλ' ἐξ ἐμψύχων τε C καὶ ζώντων σωμάτων ζῶν καὶ ἔμψυχον παρὰ τὴν πρώτην ἀπογεννᾶσθαι ζῶον, ἐκδεξαμένην δὲ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καθάπερ τινὰ τροφὸν ταῖς οἰκείαις δυνάμεσιν αὐτὴν τιθηνήσασθαι· τὴν δὲ τρέφεσθαι κατ' ἀμφότερα, καὶ καταλλήλως ἐν ἑκατέρῳ μέρει τὴν αὔξησιν ἐπίδηλον ἔχειν. εὐθὺς μὲν γὰρ διὰ τῆς τεχνικῆς ταύτης καὶ ἐπιστημονικῆς διαπλάσεως τὴν συμπεπλεγμένην αὐτῇ τῆς ψυχῆς ἐνδείκνυται δύναμιν, ἀμυδρότερον μὲν κατὰ τὴν πρώτην ἐκφαινομένην, καθεξῆς δὲ τῇ D τοῦ ὀργάνου τελειώσει συναναλάμπουσαν. οἷόν τι ἐπὶ τῶν λιθογλύφων ἔστιν ἰδεῖν. πρόκειται μὲν γὰρ τῷ τεχνίτῃ ζώου τινὸς εἶδος ἐν λίθῳ δεῖξαι. τοῦτο δὲ προθέμενος, πρῶτον μὲν τὸν λίθον τῆς συμφυοῦς ὕλης ἀπέῤῥηξεν. εἶτα περικόψας αὐτοῦ τὰ περιττὰ, προήγαγέ πως διὰ τοῦ πρώτου σχήματος τῇ μιμήσει τῇ κατὰ πρόθεσιν, ὥστε καὶ τὸν ἄπειρον διὰ τῶν φαινομένων τοῦ σκοποῦ τῆς τέχνης καταστοχάσασθαι. πάλιν ἐξεργασάμενος, προσήγγισε πλέον τῇ ὁμοιότητι τοῦ σπουδαζομένου.

Εἶτα τὸ τέλειον καὶ ἀκριβὲς εἶδος ἐγχειρουργήσας τῇ ὕλῃ, εἰς πέρας τὴν τέχνην προήγαγε· καὶ ἔστι λέων, ἢ ἄνθρωπος, ἢ ὅ,τι ἂν τύχῃ παρὰ τοῦ τεχνίτου γινόμενον, ὁ πρὸ βραχέος ἄσημος λίθος· οὐ τῆς ὕλης πρὸς τὸ εἶδος ὑπαμειφθείσης, ἀλλὰ τοῦ εἴδους ἐπιτεχνηθέντος τῇ ὕλῃ. τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς λογισάμενοι, τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτήσομεν. τὴν γὰρ πάντα τεχνιτεύουσαν φύσιν ἐκ τῆς ὁμογενοῦς ὕλης λαβοῦσαν ἐν ἑαυτῇ τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου μέρος, δημιουργεῖν ἀνδριάντα φαμέν. ὥσπερ δὲ τῇ κατ' ὀλίγον ἐργασίᾳ τοῦ λίθου τὸ εἶδος ἐπηκολούθησεν, ἀμυδρότερον μὲν παρὰ τὴν πρώτην, τελειότερον δὲ μετὰ τὴν τοῦ ἔργου συμπλήρωσιν· οὕτω καὶ ἐν τῇ τοῦ ὀργάνου γλυφῇ τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ὑποκειμένου προφαίνεται, ἀτελὲς ἐν τῷ ἀτελεῖ, καὶ ἐν τῷ τελείῳ τέλειον. ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἂν τέλειον ἦν, εἰ μὴ διὰ τῆς κακίας ἡ φύσις ἐκολοβώθη. διὰ τοῦτο ἡ πρὸς τὴν ἐμπαθῆ καὶ ζωώδη γένεσιν κοινωνία, οὐκ εὐθὺς ἐκλάμπειν τὴν θείαν εἰκόνα ἐν τῷ πλάσματι ἐποίησεν, ἀλλ' ὁδῷ τινι καὶ ἀκολουθίᾳ διὰ τῶν ὑλικῶν καὶ ζωωδεστέρων τῆς ψυχῆς ἰδιωμάτων ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει τὸν ἄνθρωπον. τὸ δὲ τοιοῦτον δόγμα καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους διδάσκει, λέγων· ὅτι ἤμην νήπιος, ἐλάλουν ὡς νήπιος, ἐλογιζόμην ὡς νήπιος. ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, κατήργησα τὰ τοῦ νηπίου. οὐκ ἄλλης ἐν τῷ ἀνδρὶ τῆς ψυχῆς ἐπεισελθούσης, παρὰ τὴν ἐν τῷ μειρακίῳ νοουμένην, ἡ νηπιωδεστέρα καταργεῖται διάνοια, καὶ ἡ ἀνδρώδης ἐγγίνεται· ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἐν ἐκείνῳ μὲν τὸ ἀτελές, ἐν τούτῳ δὲ διαδεικνυούσης τὸ τέλειον. ὥσπερ γὰρ τὰ φυόμενά τε καὶ αὐξάνοντα ζῆν λέγομεν, πάντα τε τὰ ἐν μετουσίᾳ ζωῆς καὶ φυσικῆς ὄντα κινήσεως, οὐκ ἄν τις ἄψυχα φήσειεν, οὐ μὴν οὐδὲ τελείας ψυχῆς μετέχειν τὴν τοιαύτην ζωὴν ἔστιν εἰπεῖν. γινομένη γὰρ ἐν τοῖς φυτοῖς ψυχική τις ἐνέργεια, μέχρι τῆς κατ' αἴσθησιν κινημάτων οὐκ ἔφθασε. πάλιν δὲ κατὰ προσθήκην δυνάμεώς τις ψυχικὴ τοῖς ἀλόγοις ἐγγινομένη, οὐδὲ αὐτὴ τοῦ τέλους ἐφίκεται,

A Denique materiei formam accuratè perfectam inſculpens, finem arti imponit. eſtque iam lapis ipſe vel leo, vel homo, vel quidquid tandem artifex de eo fecit, quum paulo antè informis eſſet: non quòd materies per formam ſit commutata, ſed quòd ei forma quædã eiuſmodi ſit artificioſè inducta. Tale quid ſi etiã de animo cogitabimus, à vero non prorſus aberrabimus. Quippe rerum opifex ſumpta generis eiuſdem materie, quæ pars eſt hominis, quamdam quaſi ſtatuam fabricat. Vt autem in comparatione propoſita, leui primùm opera B forma ſaxi exſculpitur, quæ obſcuriuſcula initio eſt, profectior autem opere iam abſoluto: ſic etiam noſtri huius in inſtrumenti ſculptura, ſecundum proportionem ſubiectæ rei, prout hæc ſcilicet perficitur, animus etiam magis ac magis eluceſcit. nimirum imperfectum ſe, dum illud adhuc imperfectũ eſt, deinde perfectum in perfecto declarat. Ac fuiſſet quidem ipſo in ortus noſtri initio perfectus, ſi per peccatum quaſi mutilata natura nõ eſſet. Nunc quũ particeps natura noſtra ſit eius ortus, qui & vitiis obnoxius, & animalium rationis expertium C ortui affinis eſt: fieri nequit vt hominis in figmento ſtatim diuina imago eluceat, ſed via quadam & ordine hominum quaſi penetrantem craſſas & à brutis profectas in animo proprietates, ad perfectionem peruenire neceſſe eſt. Huiuſmodi quiddã nos magnus etiam Apoſtolus ille in epiſtola ad Corinthios ſcripta docet: Cùm puer, inquit, eſſem, 1.Cor.13. puerorum more loquebar & ratiocinabar. Vir factus, puerilia iſtæc aboleui. Nimirum cogitationes pueris conſentaneæ non eo pacto abolentur aſcitis virilibus, vt alius animus ab eo, qui erat in D puero, in hominẽ iam virum immigret: ſed vno eodémq. animo facultatem in puero necdum perfectam, in viro perfectam demonſtrante. Quemadmodum enim res naſcentes, quæ incrementum ſumunt, viuere quidem illas dicimus: ſicut & quod vitæ naturaliſq. motus eſt particeps, inanimũ dici nequit, non tamen perfecta in eis ſic viuentibus anima ſtatui poteſt. Nã in plantis quamquam exiſtat animæ propria quędam effectio, non tamen ex ſenſuũ motũ habent. Deinde ſupra has, animalia bruta ſunt illa quidẽ animæ facultate prædita: finem verò vltimum & perfectionẽ non ſunt adepta.

quippe à rationis & intelligentiæ præſtantiſſimo dono non ſunt inſtructa. Sic veram adeò perfectamque animam ſolam eſſe humanam ſtatuimus, confirmantibus in hoc ſententiam noſtram effectionibus eius vniuerſis. Quòd ſi qua res alia particeps etiam vitæ eſt, ea verò animata dicitur hominum more, vocem hanc propria ſignificatione non vſurpantium. Non enim hoc ea fit ratione, quaſi perfecta ſit in eiuſmodi rebus anima: ſed quòd partes quaſdam in eis videamus effectionum animæ propriarum exiſtere, quas ipſas tum primum cœpiſſe hominis in natura accepimus, quum ad ſtatum perturbationibus & vitiis obnoxium nos demiſiſſemus: ſicut eſt ex arcana Moſæ de hominis ortu narratione declaratum. Icciro Paulus eo loco, quo conſulit omnibus qui parêre conſilio ipſius velint, vt perfectioni ſint addicti: modum etiam ſubijcit, quo fieri compotes voti ſui poſſint, quum ait: Exuendum eſſe hominem veterem, & induendum nouum, qui ſit ad imaginem Creatoris inſtauratus. Age igitur, reuertamur omnes ad diuinam illam gratiam, qua rerum initio Deus hominem creatum ornauit, quum diceret: Faciamus hominem ad imaginem ſimilitudinémque noſtram. Ei ſit gloria & poteſtas ſæculis infinitis, Amen.

Ephes.4.

A λόγου τε καὶ διανοίας χάριν ἐν ἑαυτῇ μὴ χωρήσασα. διὰ τοῦτο φαμὲν τὴν μὲν ἀληθῆ καὶ τελείαν ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην εἶναι, διὰ πάσης ἐνεργείας γνωριζομένην. Εἰ δέ τι ἄλλο μετέχει ζωῆς, ἐν καταχρήσει τινὶ συνηθείας ἔμψυχον λέγομεν, μὴ ὅτι τελεία ἐν τούτοις ἐστὶν ἡ ψυχή, ἀλλά τινα μέρη ψυχικῆς ἐνεργείας, ἃ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὴν μυστικὴν τοῦ Μωϋσέως ἀνθρωπογονίαν ἐπιγεγενῆσθαι, διὰ τὴν πρὸς τὸ
B ἐμπαθὲς οἰκειότητα μεμαθήκαμεν. διὰ τοῦτο συμβουλεύων ὁ Παῦλος τοῖς ἀκούειν αὐτοῦ βουλομένοις τῆς τελειότητος ἔχεσθαι, καὶ τὸν τρόπον ὅπως ἂν τοῦ σπουδαζομένου τύχοιεν ὑποτίθεται, λέγων, ἀπεκδύσασθαι δεῖν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. ἀλλ' ἐπανέλθωμεν πάντες ἐπὶ τὴν θεοειδῆ χάριν ἐκείνην, ἐν ᾗ ἔκτισε τὸ κατ' ἀρχὰς τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεός, εἰπών· ὅτι ποιή-
C σωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΤΗΣ ΓΡΑΦΗΣ ῥήματα· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν.

B

ΛΟΓΟΣ Α.

ΠΑΛΑΙΟΥ χρέους ἔκτισιν ἀποπληρώσων ἥκω. οὗ τὴν ἀπόδοσιν ἀνεβαλόμην, οὐκ ἀγνωμοσύνῃ προαιρέσεως, ἀλλ' ἀσθενείᾳ σώματος. χρέος δικαιότατον καὶ ὀφειλόμενον ὑμῶν τῇ ἀκροάσει. καὶ γὰρ ἂν εἴη ἄδικον τὰ περὶ θηρίων τε νηκτῶν καὶ κτηνῶν καὶ πετεινῶν, οὐρανοῦ τε τῶν κατ' οὐρανόν, περί τε γῆς καὶ τῶν ἐν τῇ γῇ φυτῶν διδαχθέντας ἡμᾶς, μὴ καὶ τὰ περὶ τῆς ἡμετέρας γενέσεως ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς φωτισθῆναι. C ὥσπερ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν τὰ ἔξω βλέποντες, ἑαυτοὺς οὐχ ὁρῶσιν· ἐὰν μήπου τινὸς ἅψωνται στερεοῦ, κἀκεῖθεν ἀνακλασθεῖσα ἡ ὄψις ὥσπερ ἀπὸ παλιρροίας ὁρᾶν αὐτοὺς ποιήσῃ τὰ ἑαυτῶν κατόπιν. οὕτω καὶ ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος, ἄλλα ὁρῶν ἑαυτὸν οὐ βλέπει, ἐὰν μὴ ταῖς γραφαῖς ἐγκύψῃ. τὸ γὰρ ἐνταῦθα φῶς ἀνακλώμενον, τοῦ καθορᾶσθαι ἕκαστον ἡμῶν αἴτιον γίνεται. ἐπεὶ ἀσυνετοί ἐσμεν καὶ ἀπερίσκεπτοι τῆς ἑαυτῶν κατασκευῆς. D ὅπερ ἐσμὲν καὶ τί ἐσμὲν ἀγνοοῦντες. ἀμελέστατα γὰρ ἑαυτῶν διακείμεθα, τῶν προχείρων τῆς γνώσεως καὶ τῶν μικροτάτων τῶν ἐν ἡμῖν γνῶσιν οὐκ ἔχοντες. πολλαὶ πραγματεῖαι περὶ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον τὸ ἀνθρώπινον τὴν πᾶσαν ἑαυτῶν σπουδὴν κατηνάλωσαν· κἂν ἰατρικὴν ἐπέλθῃς, εὑρήσεις πόσα περὶ τῆς χρείας τῶν ἡμετέρων ἡμῖν διηγεῖται, πόσας περὶ τὸ ἔνδοθεν ἡμῶν κατασκευῆς ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν, ἐξεῦρε κεκρυμμένας ὁδοὺς συνυπαρχούσας ἐν τῷ ἀφανεῖ, μίαν σύμπνοιαν ἀπὸ τοῦ σώματος,

Sancti Patris noſtri

GREGORII NYSSENI IN EA SCRIPTVRÆ VERBA, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.

Petro Franciſco Zino interprete.

ORATIO I.

DEBITAM auribus veſtris expoſitionem, cuius nomine tanquam ære alio vobis iampridem obſtrictus ſum neceſſario, cuiuſque ſolutionem adhuc non ingrati animi vitio, ſed infirma corporis valetudine impeditus diſtuli, perſoluturus aduenio. Iniquũ enim eſſet, cum ea, quæ ad feras, tum natantes, tum gradientes, tum volantes, quæque ad cœlũ & ea quæ in cœlo ſunt, quæque ad terram, & ad illa quæ ſunt in terra, pertinent, didicerimus; ea nobis, quę ad ortum procreationẽque noſtram ſpectant, à diuina ſcriptura non patefieri. Quemadmodum enim oculi noſtri, cùm ea quæ ſunt extra ſi videant, ſeipſos non cernunt, niſi leue quippiã, ac ſolidum inſpexerint, vnde refractus obtutus ac refluens efficiat vt ſe ipſi intueantur: ſic animus noſter alia cernens, ſe ipſum non videt, niſi ſcripturis inhæſerit, atque incubuerit. Quod enim in illis eſt lumen, reflectitur, facitque vt nos ipſi perſpiciamus & cognoſcamus. Verùm, quoniam eas negligimus, nec ſcire curamus, quo modo facti conſtructique ſimus, inde fit, vt quid qualéſve ſimus, ignoremus, & eorum quæ in nobis ſunt, licet minima, maximéque rerum omnium facilia atq. in promptu ſint, nullam notitiam habeamus. Ac tametſi multæ facultates in corpore humano dignoſcendo omne ſuum ſtudium collocarunt (ſi enim medicam artem conſideres, facilè animaduertes, quàm multa de vſu partium eius tradiderit, quã multa de interiori noſtra ſtructura in ſectionibus excogitarit, quã abditas occultáſq. vias patefecerit, vt vnũ totius corporis concẽtum, atque concordiam,

ſpiritus, ſanguinis ductus, attractionem animæ, ac domicilium, caloris ſedem in corde perpetuum ſpiritus in præcordiis motum, atque alia innumerabilia inueſtigauerit) tamen eorum nos omnium ignari ſumus, quippe qui in eiuſmodi ſtudium nihil incũbimus, nec eſt ferè quiſquam, qui ſcire curet, quid ipſe ſit. Facilius cœlum quàm noſmetipſos cognoſcere poſſumus. Quamobrem, quod in te admirãdum eſt, homo ne contempſeris. Paruus tu quidem es, vt epinaris, ſed pręſens oratio te magnum eſſe deprehẽdet.
Pſal. 38. Iccirco ſapiens Dauid, qui ſe ipſum diligenter explorare nouerat. Mirabilis, inquit, facta eſt ſcientia tua ex me. Vndenam cognitionem tui ratione mirifica licet inueniri? ex me, Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Artificium ſapientiæ tuæ, quo corpus meum conſtructus eſt, cognoſcens, ex parua fabrica magnum opificem animaduerto. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Paucis, ſed ſatis apertè tamen demonſtratũ eſt antè, quæ ſint, & ad quem referentur hæc verba. Et habet Eccleſia de his demonſtrationes, immo verò fidem habet omni demonſtratione firmiorem. Faciamus hominem. Hinc incipies te ipſum cognoſcere. Nondum in vlla molitione hæc vox ſcripta eſt. Facta fuit lux, ſed ſimplici Dei mandato dicentis, Fiat lux. Cœlum, ſed ſine conſultatione: ſtellæ, ſed nulla præceſſit deliberatio: pelagus, atque innumerabilia maria ad iubentis vocem extiterunt. Eodem modo omnia piſcium genera, beſtiæ, & cete, quæ natant, quæque volant animalia, Dei iubentis verbo facta ſunt. Hic nondum eſt homo, & de homine habetur conſilium. Non, vt aliis in rebus, dixit: fiat homo. Diſce pretium ac dignitatem tuam. Non proiecit mandato & iuſſu procreationem, ſed conſilium ac deliberatio fuit in Deo, quo modo tale animal produceretur in vitam. Faciamus, ſapiens conſulit, artifex meditatur. Ecquid deeſt arti eius? Quanam difficultate adductus conſulit, vt abſolutum & perfectum elaboratúmque faciat charum opus ſuum? an vt oſtendat, te perfectum eſſe apud Deum? Duas aduerte perſonas; vnam, quæ loquitur: alteram, ad quam dirigitur oratio. Cur autem non dixit, Facito, ſed faciamus hominem? vt impe-

A ἀρτηριῶν πνεύματος, ὑδραγωγίας αἵματος, ἀναπνοῆς ὁλκήν, οἴκησιν ἑστίας τοῦ θερμοῦ ἐπὶ τῆς καρδίας, κίνησιν διηνεκῆ τοῦ περικαρδίου πνεύματος. μυρία περὶ ἐκείνοις πεφιλοσόφηται, ὧν οὐδεὶς ἡμῶν ἐστὶν ἔμπειρος, τῷ μηδεμίαν σχολὴν ἀπονέμειν τῷ μέρει τούτῳ τῆς ἐξετάσεως, μηδὲ γνῶναι ἑαυτὸν ἕκαστος ὅς τίς ἐστιν. εὔκολοι γὰρ ἐσμὲν γνῶναι οὐρανὸν μᾶλλον ἢ ἑαυτούς. ὥστε μὴ καταφρονῇς τοῦ ἐν σοὶ θαύματος. μικρὸς γὰρ εἶ ὡς νομίζεις· μέγαν δὲ ἐπερχόμενος ὁ λόγος εὑρήσει. διὰ τοῦτο ὁ σοφὸς Δαβὶδ εἰδὼς ἀκριβῶς ἑαυτὸν ἐξετάσαι, ἐθαυμαστώθη, φησὶν, ἡ γνῶσις σου ἐξ ἐμοῦ. καὶ
B τὴν τέχνην τὴν ἐν ἐμοὶ, ὅσῃ σοφίᾳ κατεσκευάσθη μου τὸ σῶμα κατανοήσας, ἐκ τοῦ μικροῦ τούτου κατασκευάσματος, τὸν μέγαν δημιουργὸν ἐνόησα. ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν. ἐδείχθη πρῴην ἐν παραδρομῇ, καὶ ἀρκούντως ἐδείχθη τίς ὁ λέγων καὶ πρὸς τίνα ὁ λόγος. καὶ ἔχει ἡ ἐκκλησία ἱκανὰς περὶ τούτων ἀποδείξεις. μᾶλλον δὲ ἔχει πίστιν, ἀποδείξεως βεβαιοτέραν. ποιήσωμεν ἄνθρωπον. κατάμαθε σεαυτὸν ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, οὔπω περὶ ἄλλου τῶν κατασκευασμάτων αὕτη ἡ φωνὴ ἀναγέγραπται.
C φῶς ἐγένετο, καὶ ἁπλοῦν πρόσταγμα. εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς. οὐρανὸς, καὶ οὐδὲ βουλῆς ὁ οὐρανός. φωστῆρες, καὶ οὐδὲν προεβουλεύσατο περὶ τῶν φωστήρων. θάλασσα καὶ πελάγη ἄπειρα, καὶ προσταγῇ παρήχθη εἰς τὸ εἶναι. ἰχθύων γένη παντοδαπά, κελευσθέντα ἐγένετο. θηρία, καὶ κτήνη καὶ τὰ πτηνά, εἶπε καὶ ἐγένετο. ἐνταῦθα οὔπω ἄνθρωπος, καὶ βουλὴ περὶ ἀνθρώπου. οὐκ εἶπεν ὡς περὶ τῶν ἄλλων, γενηθήτω ἄνθρωπος. κατάμαθε σε-
D αυτοῦ τὸ τίμιον. οὐ προσέρριψέ σου τὴν γένεσιν προστάγματι. ἀλλὰ βουλευτήριον ἐν τῷ Θεῷ, πῶς μέλλει τὸ τίμιον ζῶον εἰς τὸν βίον παράγεσθαι. ποιήσωμεν, ὁ σοφὸς βουλεύεται, ὁ τεχνίτης ἐνθυμεῖται. ἆρα λείπει αὐτοῦ τῇ τέχνῃ καὶ ἐκ τῆς μερίμνης βούλεται ἀπηρτισμένον καὶ τέλειον καὶ ἠκριβωμένον αὐτοῦ ποιῆσαι τὸ φιλοτέχνημα, ἢ ἵνα σοι δείξῃ ὅτι τέλειος εἶ παρὰ Θεῷ. ἔμαθες ὅτι δύο πρόσωπα, ὁ λέγων καὶ πρὸς ὃν ὁ λόγος. διὰ τί οὐκ εἶπε ποίησον, ἀλλὰ ποιήσωμεν ἄνθρωπον; ἵνα νοή-

σης τὴν δεσποτείαν, ἵνα μὴ τὸν πατέρα ἐπιγινώσκων, τὸν υἱὸν ἀγνοῇς· ἵνα εἰδῇς ὅτι πατὴρ ἐποίησε διὰ υἱοῦ, καὶ υἱὸς ἐκτίσατο πατρῴῳ θελήματι, καὶ δοξάσῃς πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ. οὕτω κοινὸν γέγονας ἔργον, ἵνα κοινὸς προσκυνητὴς ἀμφοτέρων ᾖς, μὴ σχίζων τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ ἑνῶν τὴν θεότητα. ὅρα ἱστορίαν μὲν σχήματι, θεολογίαν δὲ δυνάμει. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. ποιήσωμεν· καὶ οὐκ εἶπε, καὶ ἐποίησαν, ἵνα μὴ πολυθείας λάβῃς ἀφορμάς. εἰ γὰρ πληθυντικὸν παρεισήχθη τὸ πρόσωπον, ἀφειδεῖς ἂν ἐγένοντο οἱ (B) ἄνθρωποι, πολλὰ πλήθη Θεῶν ἑαυτοῖς ἐπισωρεύοντες. νῦν μέν τοι, ποιήσωμεν, ἵνα γνωρίσῃς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον. ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἑνώσῃς τὴν θεότητα. ἑνώσῃς δὲ οὐ ταῖς ὑποστάσεσι, ἀλλὰ τῇ δυνάμει, ἵνα μίαν δόξαν ἔχῃς μὴ μεριζόμενος περὶ τὴν προσκύνησιν, μὴ μεριζόμενος εἰς πολυθείαν. οὐκ εἶπεν ἐποίησαν οἱ θεοὶ τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἐποίησεν ὁ Θεός. ἰδία ὑπόστασις πατρὸς, καὶ ἰδία υἱοῦ, καὶ ἰδία πνεύματος ἁγίου. διὰ τί οὖν οὐ τρεῖς; ὅτι μία θεότης. ἣν γὰρ βλέπω (C) ἐν πατρὶ θεότητα, ταύτην καὶ ἐν υἱῷ, καὶ ἣν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ταύτην καὶ ἐν υἱῷ, διότι μορφὴ ἐν ἑκατέρῳ μία. καὶ ἀρχὴ ἀπὸ πατρὸς ἐν υἱῷ ἡ αὐτή, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παρ' ἡμῖν προσκύνησις καὶ δοξολογία μία. προοίμιον τῆς ἡμετέρας γενέσεως, θεολογία ἀληθινή. ποιήσωμεν ἄνθρωπον καὶ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγόναμεν· πῶς οὖν κατ' εἰκόνα Θεοῦ; ἀποκαθάρωμεν καρδίαν ἰδιωτικὴν, πρόληψιν ἀπαίδευτον, ἀμαθεῖς (D) περὶ Θεοῦ ὑπολήψεις. Εἰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγόναμέν φησι, σύμμορφος ἡμῖν ἐστὶν ὁ Θεός; ὀφθαλμοὶ περὶ Θεὸν καὶ ὦτα, κεφαλή, χεῖρες, ἰσχίον ἐφ' οὗ ἵδρυται; λέγεται γὰρ ἐν τῇ γραφῇ ὁ Θεὸς καθέζεσθαι. πόδες δι' ὧν περιπατεῖ; οὐκοῦν τοιοῦτος ὁ Θεός; ἀποσκεύασον τῆς καρδίας φαντάσματα ἀπρεπῆ. ἔκβαλε ἀπὸ σοῦ διανοίας ἀφαρμόζουσαν τῷ μεγέθει τοῦ Θεοῦ. ἀσχημάτιστος ὁ Θεὸς, ἁπλοῦς, ἀμεγέθης, ἄποσος, μὴ φαντασθῇς μορφὴν περὶ αὐτόν· μὴ κατασμικρύνῃς Ἰουδαϊκῶς τὸν μέγαν. μὴ περιλάβῃς τὸν Θεὸν σωματικαῖς ἐννοίαις, μὴ περιγράψῃς αὐτὸν τῷ σῷ νῷ. ἀπερίληπτός ἐστι τῷ μεγέθει,

A rium, ac dominatum intelligeres: ne patre cognito, filium ignorares. vt ſcires patrem feciſſe per filium, & filium paterna creaſſe voluntate, laudarėſque patrem in filio, & filium in Spiritu ſancto. Commune eorum opus exſtitiſti, vt ipſos pariter adores & colas, ne venerationem cultúmque diuidas, cùm vnicam eſſe diuinitatem intelligas. Vide hiſtoriam ex figura, & theologiam ex vi. Et fecit Deus hominem. Faciamus, inquit, & fecit: ne multiplicem Deorum numerum crederes. Si enim plures feciſſe dicerentur, adduci poſſent homines, vt plures ſibi Deos confingerent. B Nunc autem ſcriptum eſt: Faciamus, vt cognoſcas Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum: Et, Fecit Deus hominem: vt diuinitatem coniungas, atque vnam eſſe ſcias: vnam dico, non vnitate perſonarum, ſed poteſtate: vt, cum ad adorandum accedis, Deum vnum laudes & colas, nec in Deorum multitudinem diſtraharis. Non dixit: Fecerunt hominem Dei. Sed: Fecit Deus hominem. Propria eſt hypoſtaſis, ſeu perſona Patris, propria Filij, propria Spiritus ſancti. Cur igitur non tres Dei? quia vna C diuinitas. Quam enim in patre cernis diuinitatem, eandem cernis in filio. Et quàm in Filio, eandẽ in Spiritu ſancto. Quoniam vna in vtroq. forma, & principium à patre in filio idem eſt, iccirco vnus apud nos vtriuſque cultus, & eadem collaudatio. Noſtræ procreationis exordium veram continet theologiam. Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Ad imaginem Dei facti ſumus. Quonam modo ad imaginem eius? Pſal. 46 D Animos à vulgaribus, & imperitis, ac ſtultis illis de Deo opinionibus expiemus, ad imaginem Dei, inquit ille, facti ſumus, formam Deus noſtræ ſimilem habet oculis, auribus, capite, manibus præditus eſt, coxarumque vertebris, quibus fulcitur & inſidet, quando quidem ſedere Deum ſcriptura tradit: pedibus item, quibus incedit. Talis ne igitur Deus? Recedant ab animo tuo abſurdæ opiniones. Abijce cogitationem, quæ Dei magnitudinem imminuit. Figura vacat Deus, ſimplex eſt. Noli, cum de illo cogitas, formam vllam confingere, & comminiſci: ne more Iudaico magnũ extenues. Noli corporeis illum cogitationibus amplecti, aut mente tua circumſcribere. Ea eſt magnitudine,

vt comprehendi circumſcribique nequeat. Magnum cogita,& huic magno plus etiam atque etiam adde quàm cogitaſti, atque ita exple cogitationem tuam. Neque enim, quæ infinita ſunt, vnquam capiet. Figuram ne finge. Potentia, ſimplicitate naturæ, rerum procreatarum tum magnitudine, tum pulchritudine cognoſcitur Deus. Vbique eſt, & omnia comprehendit, & tangi viderique non poteſt. Amplitudo eſt quantitate carens, quam non capit animus tuus. Nec magnitudine concluditur, nec figura coërcetur, nec potentia continetur, nec temporibus cōprehenditur, nec finibus cohibetur. Nihil eorum quæ ſunt circa nos, cum Deo ſimilitudinem habet. Quo modo igitur dicit ſcriptura, nos eſſe factos ad ſimilitudinē Dei? quæ ad Deū pertinent, recenſuimus: quæ ad nos ſpectant, conſideremus. Nihil profectò in forma corporis eſt, quod eius imagini congruat. Eſt etenim forma corporis caduci ac fragilis: in caduco autem & fragili non imprimitur quod corrūpi non poteſt, nec corruptū incorrupti eſt imago. Corpus augetur, imminuitur, conſeneſcit, immutatur, [aliud in ſenecta eſt,] aliud in iuuēta, aliud cùm proſpera vtitur valetudine, aliud cùm morbis iactatur, aliud cùm metuit, aliud cùm gaudet, aliud quando ſatiatum, atque expletum eſt, aliud quando ſiti, faméve torquetur, aliud in pace, aliud in bello, alius vigilantis, alius dormientis eſt color. Vigilans rubore magis perfunditur, quoniam calor extra progreditur. Dormiens autem calore intus compreſſo palleſcit. Quónam igitur pacto, quod tot immutatur modis, ſimile ſit ei quod eſt immutabile? ei, quod eodem ſemper eſt ſtatu, id quod numquam conſiſtit? Vndarum inſtar res noſtræ nos fugiūt, & antequam videantur, defluxerunt. Aliud ex alio videtur humanū corpus. Ad imaginem noſtram: naturæ immutabilis erit caduca ſimilitudo? forma carentis, quæ formam habet? Vbi ergo quæremus, quod imaginem referat? Nimirum in iis, quæ ipſe Dominus dixit. Si quid meum in medium attulero, id ne ſuſcipiatis. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. & præſit piſcibus [maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, & quę ſequūtur,] corporene, an ratione? an animo ſitum eſt hoc imperium, an in carne? caro noſtra multorum animaliū carne longè eſt imbecillior. Quî enim hominis caro cum carne cameli, aut bouis, aliorumq. ferarum

A κατανόησον τὸν μέγαν, καὶ τῷ μεγάλῳ προσθεὶς πλέον τοῦ νενοημένου, καὶ τῷ πλείονι τὸ πλέον, καὶ τὸν σαυτοῦ λογισμὸν πεῖσον ὅτι τῶν ἀπεράντων οὐκ ἐφίξεται. σχῆμα μὴ νοήσῃς. ἀπὸ δυνάμεως Θεὸς νοεῖται, ἁπλότητα φύσεως. μέγεθος πόσον; πανταχοῦ ἐστὶ καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν περιοδεύει, καὶ ἔστιν ἀφαὴς ἀόριστον. ὑπὲρ τὴν σὴν ἐκπίπτον κατάληψιν, οὔτε μεγέθει περιορίζεται, οὔτε σχήματι περιλαμβάνεται, οὔτε δυνάμει ἐκμετρεῖται, οὔτε χρόνοις περισφίγγεται, οὔτε πέρασιν ὁρίζεται. οὐδέν ἐστι περὶ Θεὸν οἷον

B περὶ ἡμᾶς. πῶς οὖν ἡ γραφὴ εἶπεν ἡμᾶς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενῆσθαι; τὰ περὶ Θεοῦ διδαχθῶμεν, τὰ περὶ ἡμῶν αὐτῶν νοήσωμεν, ὅτι οὐκ ἔχομεν τὸ κατ' εἰκόνα ἐν μορφῇ σώματος· φθειρομένου γὰρ τοῦ σώματος ἡ μορφὴ ἀπόλλυται. οὐκ ἐν φθαρτῷ δὲ τὸ ἄφθαρτον σχηματίζεται, οὐ φθαρτόν ἐστι τοῦ ἀφθάρτου εἰκών. τὸ σῶμα αὔξεται, μειοῦται, γηρᾷ, ἀλλοιοῦται. ἄλλο ἐστὶν ἐν νεότητι, ἄλλο ὅταν εὐεκτῇ, καὶ ἄλλο ὅταν ἐν πάθεσιν ᾖ· ἄλλο φοβουμένου, καὶ ἄλλο εὐφραινομένου· ἄλλο ἐν ἐνδείᾳ, ἄλλο ἐν πλησ-

C μονῇ, καὶ ἄλλο ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἄλλο ἐν μάχῃ· ἄλλο χρῶμα ἐγρηγορότος, καὶ ἄλλο καθεύδοντος. τοῦ μὲν ἐξανθεῖ τὸ ἐρυθρότερον, τοῦ θερμοῦ ἐπὶ τὸ ἔξω χωροῦντος. τοῦ δὲ κατέψυκται καὶ συνέσταλται ἐπὶ τὸ βάθος ἡ θερμότης, διὸ καὶ ὕπωχρα τῶν κοιμωμένων τὰ σώματα. πῶς οὖν δύναται τὸ ἀλλοιούμενον τῷ ἀναλλοιώτῳ ἐοικέναι; τῷ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχοντι, τὸ μηδέποτε ἑστηκός; ἐκφεύγει ἡμᾶς ὡς τὰ ῥεύματα πρὶν θεάσασθαι ὑπέδραμεν, ἄλλο ἐξ ἄλλου φαίνεται τὸ ἀνθρώπινον σῶμα. κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. πῶς σώζεσθαι δύναται τῆς ἀκινήτου φύσεως ἡ ῥευστὴ εἰκών; τῆς ἀ-

D μόρφου ἡ μεμορφωμένη; πῶς οὖν ζητήσωμεν τὸ κατ' εἰκόνα; ἐν οἷς αὐτὸς εἶπεν ὁ κύριος. ἐὰν ἐμόν τι εἴπω, μὴ προσδέξησθε· ἐὰν δεσποτικόν, καταδέξασθε. ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. σώματι ἢ λογισμῷ; ἐν ψυχῇ τὸ ἄρχειν, ἢ ἐν σαρκί; ἡ σὰρξ, πολλῶν ζώων ἀσθενεστέρα. ποία σύγκρισις σαρκὸς ἀνθρώπου καὶ καμήλου, ἀνθρώπου καὶ βοός. ἀνθρώπου καὶ ἑκά-

ἔστιν ἂν αὖ θέλῃς θηρίου. εὐάλωτος ἡ σὰρξ ἡ ἀνθρωπίνη, σαρκὶ θηρίου παραβαλλομένη. ἀλλὰ ἐν τίνι τὸ ἀρχικόν; ἐν τῇ τοῦ λογισμοῦ περιουσίᾳ. ὅσον λείπει τῇ δυνάμει τοῦ σώματος, τοσοῦτον περίεστι τῇ τοῦ λογισμοῦ κατασκευῇ. πόθεν τὰ μεγάλα βάρη μετατίθησιν ἄνθρωπος, ἐπινοίᾳ ἢ τόνοις σωματικοῖς; ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. τὸν ἔσω ἄνθρωπον λέγει, ποιήσωμεν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἐρεῖς σύ, διὰ τί οὐ λέγει ἡμῖν περὶ λογισμοῦ; τὸν ἄνθρωπον εἶπε κατ' εἰκόνα Θεοῦ. ὁ δὲ λογισμὸς ἄνθρωπος; ἄκουε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. πῶς δύο γνωρίζω ἀνθρώπους; ἕνα τὸν φαινόμενον, καὶ ἕνα τὸν ὑποκεκρυμμένον τῷ φαινομένῳ, ἀόρατον τὸν ἔσω ἄνθρωπον. ἔσω τοίνυν ἔχομεν ἄνθρωπον, καὶ διπλοῖ τινες ἐσμέν, καὶ τό γε ἀληθὲς λεγόμενον ὅτι ἔνδον ἐσμέν. ἐγὼ γὰρ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. τὰ ἔξω, οὐκ ἐγὼ ἀλλὰ ἐμά. οὐ γὰρ ἡ χεὶρ ἐγώ, ἀλλὰ ἐγὼ τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς. ἡ δὲ χεὶρ μέρος τοῦ ἀνθρώπου. ὥστε τὸ μὲν σῶμα, ὄργανον τοῦ ἀνθρώπου, ψυχῆς ὄργανον. ἄνθρωπος δὲ κυρίως κατ' αὐτὴν τὴν ψυχήν. ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. τουτέστι, δῶμεν αὐτῷ λόγου περιουσίαν. καὶ ἀρχέτωσαν. οὐχὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ θυμούσθωσαν, καὶ ἐπιθυμείτωσαν, καὶ λυπείσθωσαν. οὐ γὰρ τὰ πάθη εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ εἰκόνα παρελήφθη, ἀλλ' ὁ λογισμὸς τῶν παθῶν δεσπότης. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. εὐθὺς ἐκτίσθης, καὶ ἄρχων ἐκτίσθης. καὶ ἀρχέτωσαν. εἰὸς ἔτους ἐξουσίαν παρὰ βασιλέως λαβὼν ἄνθρωπος παρὰ ἀνθρώπου· θνητὸς παρὰ θνητοῦ, λαβὼν παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος. ποίαν γὰρ ἐξουσίαν ψυχῆς λαμβάνει ἄνθρωπος. σὺ μέντοι παρὰ Θεοῦ ἔλαβες, οὐκ ἐν ξύλοις γεγραμμένην, οὐδὲ ἐν πτυξὶ φθαρταῖς σητῶν παραναλώμασιν, ἀλλ' ἀνάγραπτον ἡ φύσις ἔχει τὴν θείαν φωνήν. ἀρχέτωσαν. ταῦτα σύμβολα ἀρχῆς ἀνθρωπίνης. ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων, τῶν θηρίων τῆς γῆς, τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, τῶν κτηνῶν, τῶν ἑρπετῶν, τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. οὐκ εἶπε ποιήσωμεν ἄνθρωπον καὶ εἰ-

A comparari poteſt, cui collata facilè ſuperatur, ac vincitur? In quo igitur conſiſtit hic principatus? in rationis præſtantia. Quanto enim corporis imbecillitate homo reliquis animátibus infirmior eſt, tanto eſt rationis excellentia ſuperior. Ingentes enim moles ac pondera, quæ pro arbitrio ſuo transferunt homines, quocumque volunt, ſolertia, non corporis viribus aguntur & permouentur. Faciamus hominem ad imaginem noſtram: de interiori homine loquitur. At enim, dices, tu de ratione diſſeris. Oſten-
B de nobis hominem ad imaginem Dei. Eſtne ratio homo? Audi Apoſtolum: Licet, inquit, is qui foris eſt noſter homo, corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. Quónam pacto? Duplicem agnoſco hominem, vnum qui videtur, alterum abſconditum, quem 2.Cor.4.
ille ipſe qui videtur non cernit. Interiorem igitur habemus hominem, & duplices quodam modo ſumus. Ego enim ſum ille, qui intus eſt homo. Quæ verò ſunt extrinſecus, nō ego illa ſum, ſed illa ſunt mea. Neque enim ego ſum manus, ſed ratio, quæ in animo eſt. Manus au-
C tem exterioris eſt hominis pars. Quamobrem corpus, hominis inſtrumentum, eſt animi inſtrumentum: ſi quidem homo propriè animo cenſetur. Faciamus hominem ad imaginem noſtram: Hoc eſt, illi rationis præſtantiam tribuamus. Et præſit. Non inquit, faciamus hominem ad imaginem noſtram, & iraſcatur, concupiſcat, & mœreat. Perturbationes enim non cadunt in imaginem Dei, ſed ratio perturbationum moderatrix ac domina. Et præſit piſcibus. tibi, ſimul atque procreatus es, imperium eſt attributum. Qui magnum
D in multos annos à Rege principatum accipit, homo ab homine, à mortali mortalis, non tantam, quantam tu, obtinet poteſtatem. Ille enim à Rege princeps conſtituitur, vt vni tantum regioni præſit. Tu autem à Deo terræ totius imperium accepiſti. Diuinaque vox non in tabulis ligneis, aut voluminibus, quæ à tineis corrumpuntur, ſed in ipſa natura inſcripta eſt. Præſit. quibus autem præſit? His nimirum omnibus: Præſit piſcibus, beſtiis terræ, volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. Non dixit, faciamus hominem ad ima-

ginem & ſimilitudinẽ noſtram, & veſcatur ex omni ligno fructifero, quod fructum habet in ſemetipſo. Secundo loco ea, quę ad carnem pertinent, conſtituuntur. Primò autẽ, ac potiſſimum illa, quæ ad animum ſpectant. Prima nobis imperandi poteſtas decernitur. Ad imperandum natus es homo. Quid ergo perturbationibus ſeruis? cur dignitatem abijcis tuã? cur te peccato tradis in ſeruitutem? cur te conſtituis mancipium diaboli? Rerum conſtitutus es princeps: cur naturæ tuæ grauitatem proieciſti? At ſeruus diceris: cur mœres corporis ſeruitute, ac non potius principatu tibi à Deo tradito gaudes, & gloriaris? Cùm vides Dominũ tuum voluptati mancipatum, corpus autem tuum illi, nónne intelligis, te nomine dumtaxat eſſe ſeruum, illum contra nomine tantum potiri dominatu, te autem in grauiſſima ſeruitute detineri? illũ ſcorto deuinctum, & obſtrictum cernis, tu autẽ ſcorta deſpicis atque aſpernaris. itaque tu perturbationis dominus es, ille voluptatum, quæ abs te deuictæ ſunt, ſeruus. Faciamus ergo hominẽ, & præſit. Vbi eſt imperandi vis, illic & imago Dei. Præſit piſcibus. Primum nobis datum eſt imperium in ea, quæ habitatione à nobis ſeiuncta ſunt. Non dixit, præſit animantibus, quę ſimul cum ipſo ſunt educata, ſed piſcibus, qui vitam in aquis degunt. Primo igitur nobis in piſces traditum eſt imperium. Quomodo autem piſcibus imperamus? Si propter lacum aliquem conſpiceris, facile potes animaduertere, quo modo ad vmbram tuã omnes trepident ac contremiſcant. Quis herus familiam tumultuantem domi repente conſiſtens ita ſedat, præſentiáque ſua cuncta in ordinem redigit, vt vniuerſum natantium genus ad vnius hominis aſpectũ figuram mutat, vt non amplius liberè degere, nec per maris lacuſve ſummas vndas natare audeat? Delphinus ipſe, qui inter animalia, quæ in aquis degunt, plurimum poteſt, hominem veretur, & obſeruat. Sic homini in ea datus eſt principatus. quid, cũ ratione ad illa accedis, & omnia ſuperas, nónne illis dominaris? Animaduerti ego ſolertiam hominum, qui hamis ad cetos capiendos confectis, atque eſca pro ratione magnitudinis eorum deglutientium adiecta, ſummis

A εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ ἐσθιέτωσαν πᾶν ξύλον κάρπιμον ὃ ἔχει καρπὸν ἐν ἑαυτῷ. δεύτερα τὰ τῆς σαρκός. πρῶτα τὰ τῆς ψυχῆς τὰ προηγούμενα. πρῶτα ἡμῖν συνεχειροτονήθη ἡ τοῦ ἄρχειν δύναμις. ἀρχικὸν εἶ ζῶον ἄνθρωπε. καὶ τί δουλεύεις πάθεσι, τί σαυτοῦ ἀξίωμα καταβάλλεις καὶ δοῦλος γίνῃ τῆς ἁμαρτίας; διὰ τί σεαυτὸν ποιεῖς αἰχμάλωτον τοῦ διαβόλου; ἄρχων κτίσεως ἐχειροτονήθης, καὶ ἀπέρριψας σεμνότητα τῆς ἑαυτοῦ φύσεως; δοῦλος ἐκλήθης; τί σε λυπεῖ ἡ δουλεία τοῦ σώματος; διὰ τί οὐ μέγα φρονεῖς τῇ δεσποτείᾳ τῇ παρὰ Θεοῦ σοι δεδομένῃ, ὅτι λογισμὸν ἔχεις πα-

B θῶν δεσπότην. ὅταν ἴδῃς τὸν δεσπότην σου δοῦλον ὄντα τῆς ἡδονῆς, σεαυτὸν δὲ σώφρονα, γίνωσκε ὅτι σὺ μὲν εἶ δοῦλος ὀνόματι μόνον· ἐκεῖνος δὲ ὀνόματι μὲν ἔχει τὴν δεσποτείαν, ἔργῳ δὲ βεβαιουμένην ἔχει τὴν δουλείαν. ὁρᾷς ἐκεῖνον μετὰ τῆς πόρνης συρόμενον· σεαυτὸν δὲ τῆς πόρνης καταφρονοῦντα; πῶς οὐχὶ σὺ μὲν εἶ δεσπότης τοῦ πάθους· ἐκεῖνος δὲ δοῦλός ἐστι τῶν ὑπὸ σοῦ πατουμένων ἡδονῶν; ὥστε τὸ ποιήσωμεν ἄνθρωπον καὶ ἀρχέτωσαν, δηλοῖ ὅτι ὅπου ἡ τοῦ ἄρχειν δύναμις, ἐκεῖ ἡ τοῦ Θεοῦ εἰκών. ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. πρώτη ἡμῖν τῶν ἀπῳ-

C κισμένων ἡ ἀρχὴ ἐδόθη. οὐκ εἶπεν ἀρχέτωσαν τῶν συντρόφων ζώων, ἀλλὰ τῶν ἰχθύων. ἔνυδρος γὰρ αὐτοῖς ἡ δίαιτα. τῶν οὖν ἰχθύων ἐδόθη ἡμῖν ἡ ἀρχὴ πρώτη. καὶ πῶς τῶν ἰχθύων ἀρχόμεθα; εἴ που ἔγνως ἑαυτὸν ἐν λίμνῃ παραφανέντα, πῶς ἡ σκιά σου πάντα διεπτόησε. τίς οὕτως δεσπότης οἰκίας θορυβουμένου τοῦ οἴκου ἀθρόως ἐπιστὰς ἡσυχίαν ἐποίησε, καὶ πάντα μετέβαλεν εἰς εὐκοσμίαν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κρατοῦντος; πῶς πᾶσα ἡ ἔνυδρος κτίσις ἐπιφανέντος ἑνὸς

D ἀνθρώπου, μεταβάλλει τὸ σχῆμα; οὐκέτι τὴν ἐλευθέραν ἔχει διαγωγὴν, οὐ τολμᾷ ἐπινήχεσθαι τοῖς νώτοις τῆς θαλάσσης ἢ τῆς λίμνης. ὁ δελφὶς ὅταν που πλησίον ἀνθρώπους ὄντας θεάσηται, καίτοι δελφίς ἐστι τῶν νηκτῶν ὁ βασιλικώτατος, αἰδεῖται. οὕτως ἐδόθη τῷ ἀνθρώπῳ ἡ κατὰ τῶν νηκτῶν ἀρχή. ὅταν δὲ ἴδῃς σαυτοῦ τὸν λογισμὸν πάντων ἀνήκοντα καὶ πάντων κρατοῦντα, πῶς οὐχὶ τὸν κητῶν ἀρχῆς; εἶδον ἐγὼ ἐπίνοιαν ἀνθρώπων, ὅτι ποιοῦσιν ἀγκίστρων τινῶν κατασκευὴν, καὶ τούτοις ἐπιβάλλοντες δελεάσματα σύμμετρα τῷ μεγέθει τῶν καταπι-

νήχονται κητῶν. εἶτα τῶν ἄκρων ἐκείνων τῶν σχοινίων ὧν ἀπήρτηνται αἱ ἄγκιστροι, κατὰ τὸ ἕτερον πέρας ἀσκοὺς πνεύμασι διατείναντες καὶ ἐκδήσαντες τῶν ἄκρων ἐκείνων, μετεώρους ἀφιᾶσιν ὑπὲρ, ἐπὶ τοῦ πελάγους. ἐνεχθέντα τοίνυν τὰ ἄγρια κήτη τοῖς δελεάσμασι, καὶ τὰ ἄγκιστρα ἀφ' ἑαυτῶν δεξάμενα, σύρει μὲν τοὺς ἀσκοὺς εἰς τὸ βάθος. ἡ δὲ τῶν ἀσκῶν φύσις ἀνωφερὴς οὖσα, πάλιν ἀνθέλκει εἰς τὴν ἐπιφανείαν, καὶ ἐμπεπαρμένα τῇ ἰδίᾳ τροφῇ ἄνω καὶ κάτω μαιμάσσοντα, καὶ ἐξαλλοιοῦντα τοὺς βυθοὺς διερευνᾶται. πλάνῃ πελαγῶν ἀναμετρεῖ, καὶ τὸν πολὺν πόνον ἀπεραχθὸν ἔχοι, τελευταῖον τῷ ἀγκίστρῳ ἐκείνῳ ἁλώσιμον γίνεται, τῷ πόνῳ δαμασθὲν, τῷ λιμῷ καταπονηθὲν, νεκρὸν μετὰ τῶν ἀσκῶν συρόμενον, θήραμα γὰρ τοῦ θηρευτοῦ τοῦ μικροῦ, τὸ μέγα· τοῦ ἀσθενοῦς, τὸ ἄπλετον. διὰ τί; ὅτι τῇ τοῦ λογισμοῦ περιουσίᾳ δύναμιν τοῦ ἄρχειν λαβὼν, ὡς κακοὺς δραπέτας πρὸς ἀκρίβειαν ἄγει τοὺς ἀπειθεστάτους· τοὺς μὴ δυναμένους δι' ἡμερότητος παραταχθῆναι, τούτους διὰ τῆς ἀνάγκης δουλοῦται. οὕτως πανταχοῦ ἡ τοῦ ἄρχειν δύναμις παρὰ τοῦ κτίσαντος ἐγγινομένη τῷ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει. ἐντεῦθεν Ξιφίαι, καὶ Ζύγαιναι, καὶ Φάλαιναι, καὶ πρίονες, καὶ βόες, καὶ πάντα ἔνθηρα τὰ φοβερὰ τῶν κητῶν ὀνόματα, ὑποχείρια γέγονε τῷ ἀνθρώπῳ. ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς. οὐχ ὁρᾷς τὸν λέοντα τὸν βαρὺν, τὸν βρυχητικὸν, οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἀφόρητον, καὶ ὁ βρυχμὸς ὑποτρέμειν ποιεῖ τὴν γῆν; τῷ τίνι ἐστὶν οὕτως φορητὸν, ὥστε ὁρμὴν αὐτοῦ ὑπομεῖναι; οὐδὲν τῶν ζώων τοσαύτῃ πέποιθε δυνάμεως περιουσίᾳ, ὥστε ὑποστῆναι ὁρμὴν λέοντος. ἀλλ' ὅμως ἔνθηρον ὁρᾷς ἐν μικρῷ ζωγρείῳ καταχεκλεισμένον. τίς ὁ καθείρξας αὐτόν; ὁ τὸ μικρὸν δεσμωτήριον τῷ μεγάλῳ ζώῳ ἐπινοήσας; τίς ὁ τῇ ἀραιότητι τῶν σημείων ἐκείνων τῶν ξυλίνων τὴν ἀναπνοὴν τῷ θηρίῳ παρασκευάσας, ὡς μὴ ἀποπνῖξαι αὐτὸ τῷ ἰδίῳ ἄσθματι, ἀλλὰ καὶ ἀναπνοὴν ἐλευθέραν αὐτοῦ δοὺς, καὶ τὴν ἀσφάλειαν διοικησάμενος. τίς; οὐχὶ ἄνθρωπος, παίγνια ποιεῖται τῶν θηρίων τὰ χαλεπώτατα; οὐκ ἀποπαίζει τῆς παρδάλεως, ὅταν ὑποτείνῃ χάρτην εἰς ἄνθρωπον ἐσχηματισμένον; καὶ ἡ μὲν, τὸν χάρτην ἐσπάραξεν· ὁ δὲ ἄνθρωπος κάτω κείμενος, τῆς ἀνοίας τοῦ θηρὸς καταγελᾷ. οὐ περιουσίᾳ πάντων κρατεῖ ὁ ἄνθρωπος; πῶς εἴπω καὶ περὶ τῶν πετομένων. ὅτι οὐκ ἀναβαίνει μὲν ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸν ἀέρα·

A illis funibus, quibus hami ſuſpenſi ſunt, vtres ex altera parte vẽto plenos alligãt, eóſque penſiles demittunt ſuper mare. At immania cete hamos ſimul cum eſca deglutientia, vtres quidem in profundum trahunt, verum, cum ea ſit vtrium natura, vt ſurſum tendant, rurſum ad mari ſuperficiem retrahuntur, & cum ſuo confixa nutrimento ſurſum deorſum tumultuantur, iactatáque obſtupeſcunt, & modo hoc, modo illoc dimetiuntur mare, donec, multo fruſtra labore conſumpto, defeſſa faméque domita, atque hamis comprehenſa tam-
B dem occidunt, & cum vtribus trahuntur, & venatoris prẹda fiunt, ceduntque paruo grandia, imbecillo valentiã. quid ita? Quoniam is, qui rationis præſtantia dominatum eſſe aſſecutus, tanquam mancipia nequam, ac fugitiua per vim ad officium reuocat, quæ alio pacto adduci non potuiſſent, vt cum vltro parere noluerunt, neceſſario ſeruiant. Adeo vis imperandi à Deo homini inſita & ingenita vbique patet. Ex quo fit, vt ei & Xiphiæ, ſeu Gladij, & Zigænæ, & Balænæ, & Serræ, & vituli marini, &
C reliqua terribilia cetorum genera ſubiecta ſint. Pręſit piſcibus maris, & beſtiis terræ. Grauem ac frendentem leonem non aſpicis, cuius vel nomen ipſum ferri non poteſt, fremitúſque terram tremefacit? Ecquod tantum eſt robur, vt impetum eius queat ſuſtinere? Nullum animal tam viribus confidit ſuis, vt leonis vim perferre poſſit. Attamen illum in paruo viuario incluſum vides. Quis ipſum cohibuit, ac domuit? Quis exiguum ingenti animali carcerem excogitauit? Quis raros caueæ ligneæ cancellos extruxit feræ, quo reſpiraret, ne
D ſuo ipſa anhelitu ſuffocaretur, ſed liberè animam duceret, ſecuréque degeret? quis? nónne homo? Is ſæuiſſimas quaſque feras ſibi ludum facit. Nónne Pantheras illudit obiecta charta, depictam hominis ſpeciem præferente? Illæ correptam chartam diſcerpunt: homo verò infra poſitus ferarum ſtultitiã deridet. Nónne igitur omnibus antecellit? Quid de volucribus dicam? in aẽra non aſcendit homo, non enim habet alas: at auium volatum vi rationis aſſequitur.

Nihil enim rationem coërcere poteſt. Hæc, quæ in profundiſſimis pelagi partibus ſunt, ſcrutatur. Venatur ea, quæ terram incolunt: capit, quæ verſantur in aëre. Vidiſti aliquando in ſummo arboris ramo inſidentem volucrem ſecuram, atque homines aſpernantem. hanc tamen puer ludens comprehendit. Calamos enim calamis ſubijcit, eóſque ſummos illinit viſco. Tum per ramos, ac folia clam ita diſponit & locat, vt viſcum non appareat oculis volucris in ſublimi verſantis: atque in exiguo contactu ſuperat, obſtrictámque tenet eam, quæ aërem incolit, quæ in æthere vagatur. Infra manet homo, infra eſt illius manus, ſed eius aſcendit cogitatio. Atque ita nihil eſt, ad quod ille arte non perueniat. Alites retibus, ſagittiſque petit, & earum auidiores eſca allicit. Nónne aliquando vidiſti aquilam inhiantem prædæ, plagis irretiri? Sic quæ volatu ſublimia petebat, humanis illecebris deorſum trahitur. Omnia hominis manui ſubiecit Deus. Orbem vniuerſum compleuit, & hominem principatus expertem eſſe noluit. Ne dixeris, te ab iis, quæ in aëre verſantur, ſuperari. Ratione enim & illa tibi ſubiecta ſunt, ſicut eorum, quæ per terram gradiuntur & ſerpunt, ratione dominus es. Vides in quo conſiſtat te factum eſſe ad imaginẽ Dei? Et fecit Deus hominem. Quid igitur eſt homo? Ex iis quę de ipſo cognouimus, & audiuimus, eum definiamus. Neque enim iam opus eſt, vt alienas definitiones mutuemus, neque eas ab externa vanitate ſumptas in oratione veritatis inſeramus. Homo eſt opus Dei, ratione præditum, ad eius à quo creatum eſt, imaginem factum. Si quid amplius in hac definitione deſideratur, conſiderent ij, qui multum in caducæ ſapientiæ ſtudiis elaborarunt. Ad imaginem Dei factus eſt homo. Et benedixit Deus homini, & ait. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Eodem modo benedixit etiam piſcibus. Et dixit Deus, Producant aquæ reptilia animarum viuẽtium, & factum eſt ita. Et ait Deus, creſcite, & multiplicamini, & replete aquas. Quid agitur, inquies, amplius eſt mihi? Neceſſariò hæc, quæ communicauit etiam tibi,

A οὐ γὰρ ἔχει πτερά. συμπαίζεται δὲ τοῖς πετεινοῖς τῇ τοῦ νοῦ δυνάμει. οὐδὲν κατέχει τὸν λογισμόν. τὰ ἐν βυθῷ διερευνᾶται, τὰ ὑπὲρ γῆς θηρεύεται, τὰ ἐν τῷ ἀέρι περικαταλαμβάνει. εἶδες ποτὲ ἐπ' ἄκρου κλάδου καθεζόμενον ὄρνεον καταγελῶν τῶν ἀνθρώπων; πέποιθε γὰρ τῇ κουφότητι τοῦ πτεροῦ. ἀλλ' ὅμως ἔστιν ἰδεῖν παῖδα ἀδολεσχεῖν, καλάμους καλάμοις ὑποβάλλοντα, καὶ κατὰ τὸν ἄκρον τῶν καλάμων ἰξὸν προσαρτήσαντα. εἶτα λανθανόντως διὰ τῶν κλάδων καὶ τῶν φύλλων κλέψαντα τοῦ ἰξοῦ τὴν περιουσίαν. B καὶ ἀπομετεωριζόμενον τὸ ὄμμα τοῦ ὀρνέου τηρήσας, μικρᾷ προσψαύσει ἐκράτησε τὸν ἀεροπόρον, τὸν διὰ τοῦ αἰθέρος φερόμενον πτηνόν, δέσμιον ἰξῷ ἤγαγε. κάτω κεῖται ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ κάτω, ἀλλ' ἡ διάνοια ἀναβαίνει. καὶ διὰ τῆς τέχνης, ἐφικτὰ γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ πάντα. δίκτυα ἵσταται πτερωτοῖς. τοξόται τῶν πετομένων καταστοχάζονται, δελεάσμασι θηρεύεται τὰ λαιμαργότερα. οὐκ εἶδες ποτὲ καὶ ἀετὸν λάβρως ἐμπεσόντα θηράμασι; εἶτα περιπεσόντα ταῖς κάτω πάγαις; οὕτως τὸ ὑψηλὸν κάτω γίνεται τοῖς ἀνθρωπίνοις δελεάσμασιν ἑλκυσθέν. C πάντα ὑπὸ τὴν χεῖρα ἤγαγε τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὴν κτίσιν ἐπλήρωσε, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἄμοιρον τῆς δεσποτείας οὐκ ἐποίησε. μὴ εἴπῃς τὰ ἐν τῷ ἀέρι φερόμενα πῶς ἐμοὶ διαφέρει. διὰ γὰρ τοῦ λογισμοῦ κἀκεῖνα σοι ὑποχείρια γίνεται. καὶ τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. ὁρᾷς ποῦ ἔχεις τὸ κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι Θεοῦ; καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. τί οὖν ἐστιν ἄνθρωπος; ἐξ ὧν ἀνέγνωμεν καὶ ἐξ ὧν ἠκούσαμεν, ὁριούμεθα. D οὐκέτι γὰρ ἡμῖν χρεία δανείζεσθαι ὅρους ἀλλοτρίους, οὐδὲ τὰ ἐκ τῆς ματαιότητος ἐπεισάγειν τῷ λογισμῷ τῆς ἀληθείας. ἄνθρωπός ἐστι ποίημα Θεοῦ λογικόν, κατ' εἰκόνα γενόμενον τοῦ κτίσαντος αὐτόν. εἰ δέ τι λείπει τῷ λόγῳ τούτῳ, οἱ πολλὰ προσαναλώσαντες τῇ ἀναλήψει τῆς φθειρομένης σοφίας ἐπισκεψάσθωσαν. κατ' εἰκόνα Θεοῦ γέγονεν ἄνθρωπος. καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ εἶπεν. αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. αὕτη δὲ ἰχθύων εὐλογία. καὶ εἶπεν ὁ Θεός. ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ ἐγένετο οὕτως. εἶτα καὶ εἶπεν ὁ Θεός. αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα. τί οὖν περισσόν; ἀναγκαίως ταῦτα καὶ τὰ κοινά σοι ἐχαρίσατο,

καὶ τὰ ἴδιά σοι ἀναμένει. αὐξάνῃ γὰρ ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα, ἀπὸ μικροῦ τοῦ πρώτου ταῖς κατ' ὀλίγον προσθήκαις ἐπὶ τελείωσιν ἔρχῃ. οὕτω καὶ ἵπποι καὶ κύνες· οὕτω καὶ ἀετοὶ καὶ κύκνοι. καὶ πάντα ἅπερ ἂν εἴπῃς διὰ μικρᾶς τῆς πρώτης κινήσεως τῇ κατ' ὀλίγον προσθήκῃ τὸ τέλειον τῆς αὐξήσεως ἀπολαβόντα, πάλιν διὰ τῆς μειώσεως πρὸς τὸ ἔλαττον ὑποστρέφει. ἃ τοίνυν κοινὰ τῆς φύσεως ἦν, καὶ ἡμῖν ἐδωρήσατο. αὐξάνεσθε, τουτέστι τρέφεσθε, μικροὶ γινόμενοι, μεγάλοι γίνεσθε, καὶ ὅρος ἔστω τῆς αὐξήσεως. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἐν τῇ πρώτῃ ἑπταετίᾳ τρεφόμεθα, καὶ λαμβάνει ἡμᾶς μεθηλικίωσις ἐπὶ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος τῶν ἐτῶν, ἤδη ὀφείλομεν ὁμοίως ἐν παντὶ μέρει τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, κατ' ἑβδομάδας μεθηλικιοῦσθαι. ἡ πρώτη ἑβδομὰς τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἔχει. ὅροι τῆς παιδικῆς ἡλικίας φανεροί, ἡ τῶν ὀδόντων μεταβολή. οἱ μὲν, ἔπεσον· οἱ δὲ, ὑπεφύησαν. δευτέραν ἔλαβεν ἀρχὴν αὔξησις, εἰς τὰ τέλη τῆς τεσσαρεσκαιδεκαέτης, ἡ δευτέρα λοιπὸν ἡ τῶν παίδων. πρῶτον γὰρ παιδίον, εἶτα παῖς, εἶτα ἔφηβος, εἶτα ἀνὴρ ἀπὸ τεσσαρεσκαιδεκαέτους, ἐν ταύτῃ οἱ ὅροι τῆς τρίτης αὐξήσεως. αὐξάνεσθε οὖν. οὐκ ἐὰν γένῃ ἑκατὸν ἐτῶν, ἀπὸ πρώτου εἰς ἑκατοστὸν ἔτος αὔξησιν ἐπιδέχῃ, ἀλλὰ οὕτω τὸ αὐξάνεσθε ἓν ῥῆμα σοφῶς λεχθὲν προσηκόντως οἰκονομεῖται. αὐξάνεσθε μέχρι τινός· ἀλλ' οὐ μέτρα τῆς αὐξήσεως. κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν τὴν καταβληθεῖσαν ἐν τῇ μήτρᾳ, κατεβλήθησαν καὶ οἱ λόγοι τῆς αὐξήσεως. οὐ γὰρ μετὰ ταῦτα νεώτερόν ἐστι τὸ χάρισμα τῆς ἡλικίας ἐπιγινόμενον, ἀλλ' αἱ μητρῷαι καταβολαὶ συγκαταβεβλημένας ἔχουσι τὰς πρὸς τὸ αὐξάνεσθαι ἐπιτηδειότητας. ἔπεσον οἱ ὀδόντες, ἔγνωμεν ὅτι ηὐξήθη πόσον μεῖζον. τελετὲς δὲ παιδίον ἐμέτρησεν ὁ πατήρ. οἶδεν ὅτι τὸ διπλάσιον τούτου μέγεθος ἀπολήψεται ἐν τῇ τελειώσει. ὅσον γὰρ ἐν τῇ τελετίᾳ, δὶς τοσοῦτος ἔσται, ἢ πάλιν τοσοῦτος ἔσται ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς αὐξήσεως. τοῦτο δὲ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μέχρι πέρατος, μέχρι ὅρου, ἀπὸ τῆς ἑβδομάδος τῆς πρώτης ἐπὶ τῆς δευτέρας. ἐκεῖ λοιπὸν ἡ θερμότης πλείων, ἡ διάπλασις τοῦ σώματος ἡ ἀραιοτέρα, ἡ ὑγρότης ἐπιλείπει, κρατύνεται τὰ μέλη, ἐν ἀρχῇ τῶν ἰσχυροτέρων εἰσὶ τῶν ἐφηλίκων οἱ ἄνθρωποι. οὔπω μὲν τὸ τέλειον ἔχοντες. νεοπαγὴς γὰρ αὐτοῖς ἡ σὰρξ οὖσα, καὶ πρὸς πόνους καρτερικοὺς ἀνεπιτηδεία.

A & alia propria te manent munera. creſcis enim, quemadmodum & reliqua animalia, & paulatim per incrementa ex parua ad iuſtam perfectámque magnitudinem peruenis. Sic & equi, & canes, ſic & aquilæ, & cycni, & cętera animantia ·duntur paruula, paulatímque per aſſiduas acceſſiones ad abſolutum perueniunt augmentum, rurſúmque paulatim ad minorem molem reuertuntur. Quæ igitur naturæ communia ſunt, ea largitus eſt etiam nobis. Creſcite, id eſt, enutrimini, & cum parui geniti ſitis, magni euadite, & incrementi ſit ter-
B minus: Neque enim quoniam in primo ſeptennio ita vertimur, vt altero ſeptennio in aliam ætatem immutemur, ſic in omni vita debemus per ſeptennia de ætate in ætatem cõmutari. Primum ſeptennium puerilem ætatem continet, cuius ætatis terminum indicat dentium immutatio, cum in locum eorum qui ceciderunt, alij ſuccreſcunt. Alterum rurſus augmenti principium fit ad finem vſque anni quartidecimi: Atque hæc eſt ſecunda in pueris immutatio. Nam qui primum eſt infans, aut puerulus, tum fit puer,
C poſt autem puber, ac deinde vir, & hic incrementi termini præfiguntur. Creſcite igitur, non ita tamen, vt ſi quis centum annorum vitam aſſequatur, à primo anno ad centeſimum vſque ſemper augmentum ſuſcipiat. Ea vox, creſcite, ſapienter dicta prudenter adhibet modum. Creſcite ad certum terminum, non continua perpetuaq. auctionis menſura. * Pro ratione enim primæ illius in vtero conſtitutionis creſcendi termini pręſcripti ſunt. Ea namque conſtitutio conueniẽtem creſcendi oportunitatem coniunctam ha-
D bet. Dentes exciderunt: cognoſcimus incrementi quantum acceſſerit. Filiolum, cum tertium ætatis annum impleuit, metitur pater. * Duplo enim maior, quàm tunc ſit, futurus eſt ille, cum erit perfectus vir. Hunc habet humana natura terminum atque menſuram. In primo ſecundoque ſeptennio abundat humiditas, mox deficit, caliditas manet, membra corroborantur. in principio imbecilliores ſunt homines, cùm nondum perfecti ſint. Recens enim illorum caro compacta, eſt eáque minus eſt ad perferendos labores idonea.

Leuitatem dumtaxat, agilitatémque tunc animal acquiſiuit. Itaque, quoniã in tertio ſeptennio altitudinis augmentum perfectum eſt, lata deinceps corporis amplitudo comparatur. Etenim poſt ea quam natura à laboribus in altum augendi reſpirauit, in latum incipit progredi, & ædificij ſui faſtigium, tanquam fundamẽtis ſubſtratis adauctiſque, fulcit atque confirmat. Agit hæc quidem ipſa natura ordine ſuo. Cuius tamen ordinis vis pendet ab illo primo Dei mandato, quod ſemel editum per omnia quæ procreantur, ad finem vſque progreditur. Creſcite, inquit, ne in vno ſemper ſtatu res permanerent. Et multiplicamini, ne in vno tantum conſiſterent, ſed numero propagarentur. Et replete terram, Replete, inquam, non habitatione: nimis enim anguſtè degeremus, ſi tota à nobis ita terra cõpleretur: ſed imperio, & poteſtate, quam nobis in ipſa terra donauit Deus. Replete terram. Non vtique qua parte nimio ſolis ardore combuſta eſt, nec vbi glacie immenſóque frigore obriguit. Has enim regiones, non coëgit Deus homines, vt incolerent: ſed nos dominos conſtituit, vt terram omnem imperio repleremus. Nónne replemus eam, quando ratione dimetiendo cognoſcimus, quanta ſit eius pars calore exuſta atque inhabitabilis, quantáque ad boream expoſita, quæ propter frigorum vim inutilis eſt, & coli non poteſt. Nónne terram repleuimus? Nónne quod in ea vtile erat, elegimus, quod autem ad tranſigendam vitam inutile, abiecimus? Dicendo, replete terram, nos terræ dominos conſtituit Deus. Nec, quia vniuerſæ vſum non habemus, ideo non ſumus illius domini. Neque tu totius frumenti, quod emiſti, iccirco non es dominus, quoniam pars eius eſt ad comedendum vtilis, pars inutilis. Sordes, lapides, paleas, & ſi quid aliud, quo veſci commodè nequeas, immixtum eſt, excernis & abijcis, quod autem purum eſt ſeligis, & ad vſum & victum reſeruas tuum. Sic terra nobis donata eſt, partim ad habitandum commoda, partim ad arandum colendumque neceſſaria, partim ad paſcendas quadrupedes apta. Dic mihi, nónne poſſum arbitratu meo terram diſponere, quando munere illius, qui me procreauit, dominus eius ſũ cõſtitutus? Et præſit piſcibus maris, & beſtiis terræ.

A τὸ μὲν κοῦφον καὶ εὐκίνητον, ἀπέλαβε λοιπὸν τὸ ζῶον. ἐν δὲ τρίτῃ λοιπὸν ἑβδομάδι, τὸ τέλειον τῆς αὐξήσεως ἀπολαμβάνει. οὐκέτι δὲ εἰς μῆκος ἡ διαστάσις τοῦ σώματος, μετὰ τὴν τρίτην ἑβδομάδα. ἐπειδὰν δὲ ἀναπαύσηται ἡ φύσις τοῦ καμάτου τῆς ἐπὶ τὸ ἄνω αὐξήσεως, ἄρχεται λοιπὸν εἰς τὰ πλάτη διαβαίνειν, καὶ οἱονεὶ προθεμελιοῦν τὰ ὑψωθέντα, καὶ πάχη αὐτοῖς περιθεῖναι, καὶ καρτερὰ ποιεῖν τοῦ σώματος τὰ μέλη. ταῦτα ποιεῖ μὲν ἡ φύσις κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἀκολουθίαν. ἐλύετο δὲ ἐξ ἀρχῆς προστάγματι δεσποτικῷ, καὶ τότε λαληθὲν
B διὰ πάσης κτίσεως μέχρι τέλους χωρεῖ. αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. αὐξάνεσθε, ἵνα μὴ ἐν ἑνὶ περιορισθῇ ἡ κτίσις. πληθύνεσθε, ἵνα μὴ εἰς ἕνα ἀλλὰ καὶ εἰς πολλούς. καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. πληρώσατε δὲ οὐ τῇ κατοικήσει. οὕτω γὰρ ἂν ἐστενοχωρήθημεν ζῶντες εἰ τοσαύτη ἦν ἡ γῆ ὅσην ἡμᾶς ἐκμετρεῖ. ἀλλὰ πληρώσατε τῇ ἐξουσίᾳ. ἡμῖν γὰρ τὸ κυρίευμα τῆς γῆς ἔδωκε. πληρώσατε τὴν γῆν. οὐ δήπου καὶ ταύτην οἱ ἄνθρωποι κατ' ἀνάγκην πληροῦσιν, ἀλλὰ κυρίους ἡμᾶς ἐποίησε πληροῦν, καὶ πληροῦμεν ἐκείνην
C τῷ λογισμῷ. ἐπὰν εἰδῶμεν πόσον μέρος τῆς διακεκαυμένης καὶ ἀοικήτου, ἐπὰν εἰδῶμεν πόσον τὸ κλίμα τὸ βόρειον, ὃ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ψύξιν ἀγεώργητόν ἐστι καὶ ἄχρηστον, οὐχὶ ἐπληρώσαμεν τὴν γῆν; οὐ τὸ χρήσιμον ἐκλεξάμενοι τὸ ὅσον ἄχρηστον εἰς διαγωγὴν ἀνθρώποις ἀπεπεμψάμεθα; ὥστε πληρώσατε τὴν γῆν, κυρίους ἡμᾶς ἐποίησεν. οὐκ ἐπειδὴ πάσης οὐκ ἔχομεν τὴν χρῆσιν, οὐκ ἔχομεν πάσης τὸ κυριεύειν. οὐδὲ γὰρ σὺ τὸν σῖτον ἀγοράσας, οὐκ εἶ τοῦ παντὸς κύριος, ἐπειδὴ ἐν τῷ σίτῳ τὸ μὲν ἐδώδι-
D μον, τὸ δὲ ἀπορριπτόμενον ἔχεις. ἢ τοὺς λίθους μὲν ὡς ἀχρήστους ἀπορρίπτεις, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐπιμέμικται πρὸς βρῶσιν ἀνεπιτήδειον, καὶ τὸ ἄχυρον ἀποφυσήσας καὶ τὸ ζιζάνιον ἀποκρίνας, τὸ ὅσον καθαρὸν πρὸς τὴν τοῦ βίου σύστασιν τοῦτο ἐκλεξάμενος. οὕτως τοίνυν ἡ γῆ ἡ μὲν, ἐχαρίσθη πρὸς οἴκησιν ἐπιτηδείων, ἡ βελτίων. ἡ δὲ πρὸς γεωργίαν ἀναγκαία, ἄλλη πρὸς βόσκημα τῶν τετραπόδων ἀνεῖται. εἰπέ μοι, ἔστι διατάξασθαι ὃ βούλομαι; ἐπειδὴ γέγονα κύριος κατὰ τὴν τοῦ δεσπότου τοῦ κτίσαντός με δωρεάν. καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς.

A αὕτη λοιπὸν εὐλογία, αὕτη νομοθεσία, τοῦτο ἀξίωμα τὸ δεδομένον ἡμῖν παρὰ Θεοῦ. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. ἆρα οὐκ ἐπισημαίνω ὅτι ἐλλιπὴς ἦν ἡ ἀπόδειξις; ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἡ βουλὴ δύο εἶχε, κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἡ δημιουργία ἓν ἔχει. μὴ ἄλλως ἐβουλήθη καὶ ἄλλως μετεβουλεύσατο; μὴ μεταμέλεια τις ἐν τῇ κτίσει παρηκολούθησε; μὴ ἀτονία τοῦ κτίσαντος ἄλλα προαιρουμένου καὶ ἄλλα ποιήσαντος; ἢ ἀ-

B δολεσχία ἐν τοῖς λόγοις; τάχα γὰρ τοῦτο λέγει, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν. εἰπὼν γὰρ κατ' εἰκόνα, οὐκ εἶπε καθ' ὁμοίωσιν. ὅταν ἂν ἐκλεξώμεθα, κατηγορήσομεν τοῦ γεγραμμένου. εἴτε γὰρ οὕτω λέγει, περιττόν ἐστι δὶς τὰ αὐτὰ λέγειν. ἀργὸν ῥῆμα ἐν τῇ γραφῇ λέγειν, βλασφημία δεινή. ἀλλὰ μὴν οὐκ ἀργολογεῖ. οὐκοῦν ἀναγκαῖον ἐστὶ γενέσθαι ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν. διατί οὐκ ἀποδίδοται ἃ ἠβουλήθη; διατί οὐκ εἴρηται καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἠτόνησεν ὁ ποιῶν; ἀ-

C σεβὴς ὁ λόγος. μετεμελήθη ὁ προστάσσων; ἀσεβέστερον τὸ ἐνθύμημα. ἀλλ' εἶπε καὶ μετεβουλεύσατο; οὔ. οὔτε οὕτω ἡ γραφὴ τοῦτο λέγει, οὔτε ὁ δημιουργὸς ἀτονεῖ, οὔτε ἡ βουλὴ ἐματαιώθη. τίς ὁ λόγος τῆς σιωπῆς. ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. τὸ μὲν, τῇ κτίσει ἔχομεν· τὸ δὲ, ἐκ προαιρέσεως κατορθοῦμεν. ἐν τῇ πρώτῃ κατασκευῇ συνυπάρχει ἡμῖν τὸ κατ' εἰκόνα γεγενῆσθαι Θεοῦ. ἐκ προαιρέσεως ἡμῖν κατορθοῦται, τὸ καθ' ὁμοίωσιν εἶναι Θεοῦ. τοῦτο δὲ τὸ κατὰ προαίρεσιν,

D δυνάμει ἡμῖν ἐνυπάρχει· ἐνεργείᾳ δὲ ἑαυτοῖς ἐπάγομεν. εἰ μὴ προλαβὼν εἶπεν ὁ κύριος ποιῶν ἡμᾶς, ποιήσωμεν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, εἰ μὴ τὴν τοῦ γενέσθαι καθ' ὁμοίωσιν δύναμιν ἡμῖν ἐχαρίσατο, οὐκ ἂν τῇ ἑαυτῶν ἐξουσίᾳ τὴν πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν ἐδεξάμεθα. νῦν μέν τοι δυνάμει ἡμᾶς ἐποίησεν ὁμοιωτικοὺς Θεοῦ. δύναμιν δὲ δοὺς πρὸς τὸ ὁμοιοῦσθαι Θεῷ, ἀφῆκεν ἡμᾶς ἐργάτας εἶναι τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοιώσεως, ἵνα ἄγγελος ᾖ τῆς ἐργασίας μισθὸς, ἵνα μὴ ὥσπερ εἰκόνες ὦμεν παρὰ ζωγράφου γενόμεναι, εἰκῇ κείμεναι, ἵνα μὴ τὰ τῆς ἡμετέρας ὁμοιώσεως, ἄλλῳ ἔπαινον φέρῃ.

A Ita nobis benedixit Deus, hanc legem tulit, hanc largitus eſt dignitatem. Et fecit Deus hominē, ad imaginem ſuam fecit eum. Nónne demonſtrationem hanc eſſe mancam vobis declaraui? Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā. Vnum habet procreatio, ad imaginē. numquid alterum deeſt, ad ſimilitudinem? An aliter decreuit, aliter fecit? Numquid eum in procreando pœnituit? An eſt infirmitas in procreatore, vt aliud conſuluerit, aliud effecerit? An eſt in ſermone nugatoriū

B aliquid, & ſuperuacaneum? vt idem fortaſſe ſit, faciamus hominem ad imaginem, & faciamus ad ſimilitudinem: & qui ad imaginē dixit, ad ſimilitudinem dixiſſe videatur. At ſi hoc modo intellexerimus, ſcriptorem accuſabimus. Etenim ſi ſic habet, vox vacat, & bis idem ponitur. Dicere autem verbum aliquod in ſcriptura redundare, eſt graue nefas. Quod ſi nihil redundat, nihil eſt inane, nihil ſuperuacuum: ergo neceſſe eſt hominem eſſe factum ad imaginem, & ſimilitudinem Dei. Cur igitur non dixit: Et fecit Deus hominem ad imaginem,

C & ſimilitudinem ſuam? Quid, non potuit fortaſſe? impium eſt id dicere. Decreti num pœnituit? nefariū iſtud vel cō gitare. Nunquid dixit, & conſilium mutauit? Minimè verò. Ergo neque ſcriptura hoc dicit, neque creator non poteſt, neque conſilium irritum fuit. Cur igitur ſilentio id prætermiſſum eſt? Faciamus hominē ad imaginem noſtram, & ſimilitudinem. Vnum in creatione, alterum in electione poſitum eſt. Nam, vt fieremus ad imaginē Dei, dum principio procrearemur, obtinuimus. Vt autem efficiamur ad eius ſimilitudinem,

D propoſito voluntateque conſequimur. Atque huius quidē, quod ad arbitrium pertinet ac voluntatem, poteſtas nobis ineſt, re autem & factis ipſi præſtamus. Niſi Deus anteuertiſſet dicens, cùm nos efficeret, faciamus, & ad ſimilitudinem, niſi nobis eam largitus eſſet poteſtatem, vt ad eius ſimilitudinem effingeremur, numquam eſſemus illum viribus noſtris aſſecuti. Nunc autē poteſtate nos fecit ſimiles Dei. Poteſtatem autem tribuēs, vt eius ſimiles redderemur, permiſit nobis, vt eſſemus illius ſimilitudinis effectores, quo merces operis noſtra foret, ne noſtræ ſimilitudinis laudē auferret.

A Quando enim effigiem aliquam cernis diligenter elaboratam, & exemplar optimè referentem, non ipſam laudas, ſed pictorem admiraris. Quapropter, vt mea, non alterius eſſet admiratio, reliquit mihi, vt ad eius ſimilitudinem fierem. Ex imagine habeo, vt ratione ſim præditus: ex ſimilitudine autem, vt bonus efficiar. Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Vides quo modo nobis Dominus illud ad ſimilitudinem reddat? Quoniam ſolem ſuum oriri facit ſuper malos, & bonos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si B oderis ſcelera, ſi iniuriarum memoriam deleueris, ſi heſternas ſimultates, & inimicitias obliuione voluntaria depoſueris, ſi fratrem amore, beneuolentia, benignitate, miſericordia complexus fueris, Deo ſimilis euades. Habes igitur imaginem ex eo, quod rationis es compos: ſimilitudinẽ autem, quia virtutem, probitatem, & bonitatem amplecteris. Suſcipe igitur viſcera miſericordiæ, beneficentiã exerce, vt induas Chriſtum. Per quos enim miſericors, & benignus es, per eos Chriſtum induis, Chriſtique neceſſitudine & coniũctione cum Deo C coniungeris, ac deuinciris. Atque hoc modo hiſtoria eſt humanæ vitæ inſtitutio atque informatio. Faciamus hominem ad imaginem. Habeat homo in creatione ſua, vt ſit ad imaginem, fiat ad ſimilitudinem. Vbi tibi gratia? Quamobrẽ coronaris? ſi creator omnia dedit, quo modo tibi patet aſcẽſus in cœlum? Vnum igitur dedit, alterum inchoatum reliquit, vt te ipſe perficiens dignus fias, qui à Deo præmium & mercedem conſequaris. Quo modo igitur ad ſimilitudinem efficimur? Per Euãgelium. Quid enim aliud eſt, eſſe Chriſtianum, niſi ha- D bere cum Deo ſimilitudinem, quatenus capit humana natura? Proinde, quoniã accepiſti, vt eſſes Chriſtianus, operam da, vt ſis Deo ſimilis: indue Chriſtum: quo autem pacto illum indues, niſi eius ſigneris nota? niſi Baptiſmum ſuſcipias? niſi capias incorruptionis indumentum? Repudias ſimilitudinem Dei? ſi dixiſſem tibi, agedum, eſto ſimilis Regi, nónne amicum me ac beneficum exiſtimares? Nunc autem volo te Dei ſimilem eſſe, & orationem te Deum efficientem fugis & aſpernaris? & aures obſtruis, ne verba ſalutis exaudias?

ὅταν γὰρ τὴν εἰκόνα ἴδῃς ἀκριβῶς μεμορφωμένην πρὸς τὸ πρωτότυπον, οὐ τὴν εἰκόνα ἐπαινεῖς ἀλλὰ τὸν ζωγράφον θαυμάζεις. ἵνα τοίνυν τὸ θαῦμα ἐμὸν γένηται καὶ μὴ ἀλλότριον, ἐμοὶ κατέλιπε τὸ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γενέσθαι. κατ' εἰκόνα γὰρ ἔχω τὸ λογικὸς εἶναι, καθ' ὁμοίωσιν δὲ γίνομαι ἐν τῷ Χριστιανὸς γενέσθαι. γίνεσθε τέλειοι ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν. εἶδες πῶς ἀποδίδωσιν ἡμῖν ὁ κύριος, τὸ κατ' ὁμοίωσιν; ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. ἐὰν γένῃ μισοπόνηρος, ἀμνησίκακος, μὴ μεμνημένος τῆς χθιζῆς ἔχθρας, ἐὰν γένῃ φιλάδελφος, συμπαθής, ὡμοιώθης Θεῷ. ἐὰν ἀφῇς τῷ ἐχθρῷ ἀπὸ καρδίας, ὡμοιώθης Θεῷ. ἐὰν οἷός ἐστιν ἐπὶ σὲ τὸν ἁμαρτωλὸν ὁ Θεός, τοιοῦτος γένῃ ἐπὶ τὸν εἰς σὲ πεπλημμεληκότα ἀδελφόν, τῇ πρὸς τὸν πλησίον εὐσπλαγχνίᾳ ὡμοιώθης Θεῷ. ὥστε τὸ κατ' εἰκόνα μὲν ἔχεις, ἐκ τοῦ λογικὸς εἶναι. καθ' ὁμοίωσιν δὲ γίνῃ ἐκ τοῦ χρηστότητα ἀναλαβεῖν. ἀνάλαβε σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα. ἵνα ἐνδύσῃ Χριστόν. δι' ὧν γὰρ ἀναλαμβάνεις τὴν συμπάθειαν, δι' αὐτῶν Χριστὸν ἐνδύῃ, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν οἰκειώσει οἰκειούμενος Θεῷ. οὕτως ἡ ἱστορία παίδευσίς ἐστι τοῦ βίου τοῦ ἀνθρωπίνου. ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα. ἔχω οὖν ἐν τῇ κτίσει τὸ κατ' εἰκόνα. γίνομαι δὲ τῇ προθέσει, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ποῦ σοι ἡ χάρις. διὰ τί σὺ ἐστεφανοῦ. εἰ γὰρ ὁ δημιουργὸς τὸ ὅλον ἀπέδωκε, πῶς ἄν σοι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἠνοίγετο. νῦν δὲ τὸ μὲν ἐδόθη· τὸ δὲ, ἀτελὲς κατελείφθη· ἵνα σεαυτὸν τελειώσας, ἄξιος γένῃ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ μισθαποδοσίας. πῶς οὖν γινόμεθα καθ' ὁμοίωσιν; διὰ τῶν εὐαγγελίων. τί ἐστι Χριστιανισμός; Θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου φύσει. εἰ ἀνεδέξω τὸ εἶναι Χριστιανός, ἐπείχθητι γενέσθαι ὅμοιος Θεῷ, ἔνδυσαι Χριστόν. πῶς δὲ ἐνδύσῃ ὁ τὸ βάπτισμα μὴ λαβών; ὁ τὸ ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας μὴ δεξάμενος; ἀποπέμπεις τὴν πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν; εἰ ἔλεγόν σοι, δεῦρο γενοῦ ὅμοιος βασιλεῖ, οὐκ ἂν εὐεργέτην με ἔκρινας; ἐπειδὴ βούλομαί σε ὅμοιον Θεῷ ποιῆσαι, φεύγεις τὸν λόγον τὸν θεοποιοῦντά σε, ἐπιφραξάμενος τὰ ὦτα, ἵνα μηδὲ ἀκούσῃς τῶν σωτηρίων λόγων; καὶ ἐποίη-

σεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα. τὸν ἄνθρωπον φησίν. ἡ γυνή, τί πρὸς ἐμέ, ὁ ἀνὴρ ἐγένετο. οὐ γὰρ εἶπε τὴν ἄνθρωπον φησίν. ἀλλὰ τῇ τοῦ ἄρθρου προσθήκῃ τὸ ἀρρενικὸν ἐνέφηνεν. ἀλλ' ἵνα μὴ ἀμαθῶς τις τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἢ μόνου καταχρησάμενος, προσέθηκεν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. καὶ ἡ γυνὴ ἔχει τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενῆσθαι, ὡς καὶ ὁ ἀνήρ. ὁμοίως ὁμότιμοι αἱ φύσεις. ἴσαι αἱ ἀρεταί. ἆθλα ἴσα. ἡ καταδίκη ὁμοία. μὴ λεγέτω ἀσθενής εἰμι. ἡ ἀσθένεια σαρκός, ἐν ψυχῇ τὸ δυνατόν ἐστιν. ἐπειδὴ τοίνυν ὁμότιμος ἡ κατὰ Θεὸν εἰκών, ὁμότιμος ἔστω ἡ ἀρετή, ἡ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξις. οὐδεμία παραίτησίς ἐστι τῷ βουλομένῳ προφασίζεσθαι ἀσθενὲς τὸ σῶμα. οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς. ἀλλὰ ἁπαλὸν μὲν διὰ τὴν συμπάθειαν, εὔτονον δὲ ἐν καρτερίαις. σύντονον δὲ ἐν ἀγρυπνίαις. πότε δύναται ἀνθρώπου φύσις ἁμιλληθῆναι γυναικὸς φύσει καρτερικῶς διαγούσῃ τὸν ἑαυτῆς βίον. πότε δὲ ἐν νηστείαις εὔτονον γυναικῶν μιμήσασθαι δύναται ἄνθρωπος, τὸ ἐν προσευχαῖς φιλόπονον, τὸ ἐν δάκρυσι δαψιλές, τὸ περὶ εὐποιίας ἕτοιμον. εἶδον ἐγὼ γυναῖκα, λάθρα κλέπτουσαν καλὰ κλέμματα, ἄνευ τοῦ ἀνδρὸς τὰς εὐποιίας ποιοῦσαν ὑπὲρ ἀνδρός, ὑπὲρ αὐξήσεως οἴκου, ὑπὲρ τέκνων διαμονῆς, διδοῦσαν καὶ λανθάνουσαν τοῦ ἀνδρὸς τὴν γνῶσιν. ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκβάλλουσαν καὶ αὐτὸν ἀποκρύπτουσαν. ὃ γὰρ ἐποίει, ἐποίει τῷ βλέποντι ἐν τῷ κρυπτῷ, οὐ δημοσιεύουσα ἑαυτῆς τὴν εὐποιίαν. ἡ ἀγαθὴ γυνὴ ἔχει τὸ κατ' εἰκόνα. μὴ πρόσεχε τῷ ἔξω ἀνθρώπῳ. περίπλασμά ἐστι τοῦτο. ἡ ψυχὴ καθέζεται ἔνδον ὑπὸ παραπετάσματι καὶ ἁπαλῷ τῷ σώματι. ψυχὴ μέντοι καὶ ψυχή, ὁμότιμος. ἐν τοῖς παραπετάσμασιν ἡ διαφορά. Θεῷ οὖν ὅμοιος ἐγένου διὰ τῆς χρηστότητος, διὰ τῆς ἀνεξικακίας, διὰ τῆς κοινωνίας, διὰ τοῦ φιλάλληλος καὶ φιλάδελφος εἶναι, μισοπόνηρος, κατακρατῶν τῶν παθῶν τῆς ἁμαρτίας, ἵνα σοι ὑπάρχῃ τὸ ἄρχειν. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. ἐδόθη σοι ἄρχειν τῶν ἰχθύων τῶν ἀλόγων, ὥστε τοῦ ἀλόγου πάθους ἐγένου ἄρχων. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων παντὸς θηρίου ἄρχεις. τί οὖν ἐρεῖς, ἐγὼ θηρία ἔχω ἐν ἐμαυτῷ; καὶ μυρία, καὶ πολὺν ὄχλον ἐν σεαυτῷ θηρίων ἔχεις. καὶ μὴ ὕβριν νομίσῃς εἶναι τὸ λεγόμενον, μη-

A Et fecit Deus hominem ad imaginem ſuam. Hominem (inquit mulier) ita ſcriptum eſt, vt vir tantum intelligatur: Quid igitur ad me? At ne hominis appellatione virũ dumtaxat intelligeres, ſubiecit, maſculum & fœminam fecit eos. Et mulier perinde atque vir ad imaginem Dei facta eſt. Eundem honorem habent ambæ naturæ, pares virtutes, eadẽ certamina, idem iudicium. Ne dixeris, ſum imbecilla. Imbecillitas in carne eſt, in animo autem vis ac robur. Quoniam igitur æqualis eſt virtus, par etiam ſit bonorum operum demon-

B ſtratio. Non temere mulieri ea data eſt mollitudo, ſed vt ad humanitatem facilior ſit, ad miſericordiámque propenſior. In rebus autem, quæ fortitudinem poſtulant, robuſta eſt, in vigiliis & laboribus conſtans. Quando poteſt hominis natura cum fœminæ fortiter vitam agentis natura contendere? Quando poteſt homo firmam mulierum in ieiuniis continentiam imitari? Quando poteſt æquare ſedulum earum in precationibus ſtudium, piam ad lacrymandum propenſionem, & pronam ad be-

C nemerendum facilitatem? Vidi ego fœminam clam honeſtiſſimo vtentem furandi genere. Hæc inſcio marito de re familiari pauperibus largiebatur. Pro viri felicitate, pro familiæ proſperitate, pro incolumitate filiorum impertibat cælans virum, ſed pro ipſo viro. Pro ipſo donabat, qui factum neſciebat. Id enim præſtabat, in gratiam illius, qui videt in abſcondito, nec benefacta ſua diuulgabat. Et mulier igitur habet, vt ad imaginem ſit. Ne conſideres hominem, qui extrinſecus eſt. Ille enim eſt tamquam

D velum. Animus autem ſedet intus in velo etiam corporis imbecilli. Animi honore ſunt æquales, in velis eſt differentia. quamobrem, vt Deo ſimilis fias, liberalitatem amplectere, beneficentiam exerce, innocentiam ſectare, fraterno omnes amore, beneuolentiaque proſequere, ſcelera fuge, peccati perturbationibus dominare. Vt piſcibus præſis ratione carentibus, perturbationes & animi motus rationi contrarios ſupera. Et præſit beſtiis. Impera beſtiis omnibus, quę ſunt in te. Quid? inquies, ego-ne in me ipſo beſtias habeo? Tu verò beſtias habes, & eas quidem innumerabiles. plurima in te eſt beſtiarum multitudo. Ac ne me contumelioſum

exiſtimes, dic, amabo parua ne beſtia eſt iracundia, quando latrat in corde tuo? nónne ea eſt quouis cane crudelior? Quid? in callido animo tuo dolus latitans, nónne quouis vrſo fraudulento ſæuior eſt? Quid? nónne fera eſt hypocriſis vel immaniſſima? Qui autem impetu rapitur ad contumeliam, nónne ſcorpius eſt? Qui præceps ad vindictam vltionémque fertur, nónne eſt vipera grauiſſima? Quid auarus ipſe? nónne lupus eſt rapaciſſimus? Nulla in nobis fera non inuenitur. Qui fœminarum amoribus inſaniunt, nónne furioſi ſunt equi? Equi amatores, inquit, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinnibat. *Hier. 5.* Sic in alicuius feræ naturam quiſque conuertitur, vt aliquo animi vitio perturbationeq. vincitur. Ex quo fit, vt innumerabiles in nobis ſint feræ. Credis igitur, te ferarum eſſe dominum, ac principem, ſi illis, quæ foris ſunt, imperes, eas autem quæ intus verſantur, non domes ac regas? Quorſum tibi ratio, qua leones vincis, eorumque fremitum non reformidas, cùm ipſe dentibus frendas vt leo, & præ iracundia vocem confuſam, & perturbatum clamorem emittas? Quid enim grauius, aut acerbius eſt, quàm cùm iracundiæ furor totus erumpere nititur, nec intus vllo modo contineri poteſt? Cùm ab aliqua perturbatione victus eſt homo, non iam ipſe imperat, ſed in eius animo perturbatio dominatur. Quamobrem, cùm ita creatus ſis, vt beſtiis imperes, & ſerpentibus, & volatilibus, perturbationibus impera. Ne permittas cogitationem tuam ſublimem vagari. Ne ſinas animum tuum leuitate inſtabilem ferri. Datum eſt tibi, vt auibus præſis: abſurdum erit, ſi viſco volitantes illas ita capias, vt ipſe leuis ſis, efferatiſque ſuperbia. Ne ſublimes ſpiritus tollas, ne intumeſcas, ne tibi nimium placeas, aut plus de te ſentias, quàm patiatur humana conditio. Ne laudibus inflatus extollaris, ne te ipſe iactites, aut magnum aliquid eſſe putes. Alioquin eris volucrum ſimilis, quæ natura leues & inſtabiles huc illuc aſſiduè feruntur, & volitant. Tuum igitur animum moderare, eique impera, ſi vis rebus omnibus imperare. Hac ratione nobis in animantia tributum imperium nos monet, ac diſponit, vt ipſi nobis imperemus. Turpe enim eſt, vt, qui domi ſuæ ſeruus eſt, gentibus dominetur, & is reip. tractet gubernacula, qui ſcorti nutus obſeruat, qui meretricis

A χρὸν θηρίων ἐστὶν ὁ θυμὸς ὅταν ὑλακτῇ τῇ καρδίᾳ; κυνὸς παντὸς οὐκ ἔστιν ἀγριώτερος; τῇ δὲ δολερᾷ ψυχῇ ὁ δόλος ἐμφωλεύων ἄρκου πάσης φωλάδος οὐκ ἔστι δυσημερώτερος; οὐκ ἔστι θηρίον ἡ ὑπόκρισις; ὁ δὲ ὀξὺς εἰς ὕβρεις σκορπίος οὐκ ἔστιν; ὁ δὲ λάθρα εἰς ἄμυναν ὁρμῶν ἐχίδνης οὐκ ἔστι χαλεπώτερος; ὁ δὲ πλεονέκτης, οὐκ ἔστι λύκος ἅρπαξ; ποῖον θηρίον ἐν ἡμῖν οὐκ ἔστιν; ὁ θηλυμανὴς οὐκ ἔστιν ἵππος ἐπιμαινόμενος; ἵπποι γάρ, φησι, θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζε. μετέθηκεν αὐ-
B τὸν ἐπὶ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν, διὰ τοῦ πάθους ᾧ προσῳκειώθη. πολλὰ οὖν θηρία ἐν ἡμῖν. ἐγένου τοίνυν ἄρχων θηρίων, εἰ τῶν ἔξω ἄρχεις, τὰ δὲ ἔνδον ἀβασίλευτα καταλείψεις; οἷος ἔσῃ τῷ λογισμῷ κατὰ τοῦ λέοντος μὲν φρονεῖν καὶ καταφρονεῖν αὐτοῦ τοῦ βρυχήματος, πρίειν δὲ τοὺς ὀδόντας καὶ τὴν φωνὴν ἀνάρθρον ἀφεὶς, τοῦ θυμοῦ ἔνδον ὅλου ὁμοῦ προσαποσείειν φιλονεικοῦντος. τί τούτου χαλεπώτερον, οὐδὲ καταμένειν ἔνδον συγχωροῦντος, ὅταν ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ πάθους κρατηθῇ. ὅταν ὁ θυμὸς
C τὸν λογισμὸν παρωσάμενος, αὐτὸς τὴν δυναστείαν τῆς ψυχῆς παραλάβῃ. ἄρχων τοίνυν ἐκτίσθης, ἄρχων παθῶν, ἄρχων θηρίων, ἄρχων ἑρπετῶν, ἄρχων πτηνῶν. μήτε λογισμοὺς ἔχε μετεωροπόρους, μηδὲ κοῦφος ἔσο καὶ ἄστατος τῇ διανοίᾳ. πτηνῶν ἄρχειν ἐκρίθης. ἄτοπος εἰ τὰ μὲν πετόμενα ἴξῳ καταβάλλων, αὐτὸς δὲ κοῦφος ὢν καὶ μετέωρος. μὴ τυφωθῇς, μὴ ὑπεραρθῇς, μὴ μείζω φρονήσῃς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. μὴ ὑπερφυσοῦ ἐπαινούμενος, μὴ δόξαζε σεαυτὸν, μηδὲ μέγα τι εἶναι
D νόμιζε σεαυτόν. ἔσῃ γὰρ οὕτως πτηνὸν ἄστατον, ἀστήρικτον τῇ φύσει ὧδε καὶ ὧδε περιφερόμενος. ἄρχε τῶν ἐν σοὶ λογισμῶν ἵνα γένῃ ἄρχων τῶν πάντων. οὕτως ἡ κατὰ τῶν ζώων δεδομένη ἀρχὴ ῥυθμίζει ἡμᾶς, πρὸς τὸ ἡμῶν αὐτῶν ἄρχειν. ἄτοπον γάρ ἐστι βασιλευόμενον οἴκοι, ἐθνῶν βασιλεύειν. ὑπὸ ἑταίρας κρατούμενον ἔσω, δημοσίᾳ πόλεως εἶναι

A προεστάτην. τὰ οἴκοι πράγματα χρὴ καλῶς διατιθέμενον, καὶ τὰ ἔνδον εὐταξίᾳ κατακοσμήσαντα, οὕτω τῶν ἄλλων λαμβάνειν τὴν ἐπιστασίαν. ἐπεὶ περιγραφήσεται παρὰ τῶν ἀρχομένων ὁ λόγος ἐὰν ἀκόσμητα οἴκοι καὶ ἀδιάτακτα ἔχῃ, ὅτι ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν. ἑαυτοὺς οὖν πρῶτον θεραπεύσωμεν. οὐδεὶς μὴ θηρεύσας λέοντα κατεγνώσθη. μὴ κρατήσας δὲ θυμοῦ, καταγέλαστος πᾶσι. ὥστε ὁ μὲν τῶν ἰδίων παθῶν μὴ περιγενόμενος, εἰς κατάγνωσιν ἄγεται. ὁ δὲ μὴ δυνηθεὶς ἀγρίων θηρίων περιγενέσθαι, οὔπω μέμψεως ἄξιον πεποιηκώς τι B φαίνεται. ὁ δὲ οἰκονομήσας γραφῆναι κύριος, ὁ καὶ τὴν μικρὰν ἡμῶν καὶ ἀσθενῆ γλῶσσαν συγχωρήσας μέχρι τοσούτου ὑμῖν ὁμιλῆσαι, ὁ διὰ τῆς ἀσθενοῦς ἡμῶν διανοίας μεγάλους ὑμῖν θησαυροὺς ἐν τοῖς ὀλίγοις ἀποσκιάσμασι τῆς ἀληθείας παραδηλώσας, δώῃ ὑμῖν διὰ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα, διὰ τῶν ὀλίγων σπερμάτων, τὸ τέλειον τῆς γνώσεως, καὶ ἡμῖν τῆς προαιρέσεως τὸν μισθὸν ἐντελῆ, καὶ ὑμῖν τῆς ἀπολαύσεως τῶν θείων λόγων, καρπὸν πεπληρωμένον, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς C αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩπου κατασκευῆς.

ΛΟΓΟΣ Β'.

ΟΜΕΝ σοφὸς Σολομῶν οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδα- D κτοῖς πνεύματος ἁγίου σοφισθεὶς, ἐν τοῖς ἀρτίως ἡμῖν ἀνεγνωσμένοις ἀποσεμνύνων τὸν ἄνθρωπον, ἐβόα λέγων. μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων. ἐγὼ δὲ ματαίως κατ' ἐμαυτὸν ἐσκόπουν ἅτε εἶχον ἐν τῇ ἐμαυτοῦ διανοίᾳ, καὶ ἃ παρὰ τῆς γραφῆς δεδιδαγμένος ἤμην περὶ τοῦ ἀνθρώπου. αὐτὸς μὲν γὰρ ἐλογιζόμην, ὅτι πῶς μέγα ἄνθρωπος, τὸ ἐπίκηρον ζῶον, τὸ μυρίοις πάθεσιν ὑποκείμενον, τὸ ἐκ γενετῆς εἰς γῆρας μυρίων κακῶν ἑσμὸν ἐξαντ-

arbitrio regitur. Familiam propriam oportet rectè gubernare, &, quæ intus ſunt ratione atque ordine diſponere ac moderari, nec in alios velle imperium exercere, cùm ratio iis, quibus imperare debet, ſeſe ſubiecerit. Si res tuæ domeſticæ confuſæ perturbatæque ſunt, vt bonus medicus te ipſum cura. Noſmetipſos primum curemus. Nemo, quòd leonem non vicerit, condemnatur. At, qui non ſuperauit iracundiam, paſſim irridetur. Qui perturbationibus non eſt ſuperior, meritò vituperatur: qui verò feras immanes ſuperare nõ poteſt, nulla reprehenſione videtur dignus. Et hæc quidem hactenus Dominus: cuius prouidentia factum eſt, vt hæc ſcriberẽtur, quique debilem atque hæſitantem linguam noſtram adiuuit, vt ea vobis vtcumque explicaremus ex noſtræ cogitationis imbecillitate, exiguaque veritatis abumbratione; quique magnos nobis theſauros præbeat, ex paruis magna, & minutis ſeminibus perfectos cognitionis fructus ſubminiſtret, & nobis omnibus tandem largiatur, vt abſolutum diuinorum ſermonum fructum percipiamus in cœlis, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

IN HOMINIS PROCREATIONEM,

ORATIO II.

Eodem Zino interprete.

SAPIENS ille Salomon, non ſapientiæ verbis ad ſuadendum aptis, ſed doctrina ſancti Spiritus eruditus, in his quæ paulò antè à nobis lecta ſunt, hominẽ extollens exclamabat, Magna, inquiẽs, res eſt homo, & præclara, vir miſericors. Ego autem ſtultè mecum ipſe reputans, tum quæ mihi animus ſuggerebat, tum quæ ex ſcriptura didiceram, conſiderabam, quonam modo magna res eſſet homo, cùm mortale ſit animal, innumerabilibus obnoxiũ perturbationib⁹: quippe qui ex quo in lucẽ eſt editus, ad ſenectutẽ vſq. perpetuò innumerabilium moleſtiarum & incommodorum examine conflictetur,

de quo ſcriptum eſt, Domine, quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum? Dauid vt animal vile deſpicit hominem, quem Salomon vt magnum & præclarũ quid effert & cõmendat. Hanc mihi dubitationem adimit hiſtoria, quæ de hominis ortu legitur. Nunc enim audiuimus, Deum accepiſſe de limo terræ, atque hominẽ formaſſe. Quibus ex verbis & nihil & magnum quiddã eſſe hominem intellexi. Si naturam tantum eius aſpicias, nihil eſt homo, & nullo pretio dignus: ſin honorem, quo affectus eſt conſideres, magna res eſt, ac præclara. Quo modo locutus eſt Deus? Fiat, inquit, lux, & facta eſt lux. Perpende hominis & lucis procreationem. Dixit, fiat firmamentum, & magnum ſupra nos cœlum extenſum eſt, verbo Dei confectum. Et ſtellæ, & ſol, & luna, & quaſcumque vel oculis cernimus, vel animo cõprehendimus magnitudines, verbo, vt eſſent, aſſecutæ ſunt. Mare, & terra, & ornatus eorum, tam varia tum animalium tum plantarum genera verbo facta ſunt omnia. Homo quonam factus eſt modo? Nõ dixit: Fiat homo, vt dixit, fiat firmamentum. Amplius aliquid cernis in homine quam in luce, quã in cœlo, quam in luminaribus. Omnibus antecellit hominis procreatio. Accepit Deus. Manu propria dignatur corpus noſtrum formare. Non iuſſit Angelo. Non, vt cicadas, ſponte ſua protulit hominem terra. Non miniſtris Poteſtatibus hoc aut illud faciendum mandauit, ſed manu ſua beneuolus artifex terram accepit. Si illud, quod ſumptum eſt, aſpicis, quid homine vilius? Sin artificem cõſideras, quid homine maius? Quemadmodum propter materiam eo nihil abiectius, ſic propter effectoris dignitatem præclarius nihil. Et accepit Deus. Cur autem, cum antè dictum ſit, & fecit Deus hominem, hîc in eius procreatione, tamquam id non intellexerimus, in hiſtoria dicitur: Et accepit Deus puluerem è terra & formauit hominem. Tradiderunt iam quidam verbum illud, Formauit, ad corpus referri: Fecit autem, ad animum. Quæ quidem ratio fortè non abhorret à vero. Vt cùm exponendum eſſet, hominẽ eſſe factum ad imaginem Dei, ſcriptum ſit, Fecit: cùm autem eſſet explicanda, quæ ad corporis

Pſal. 8.

A λοιπῶ· περὶ οὗ εἴρηται. κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν ψαλμῳδὸς καταφρονεῖ ὡς εὐτελοῦς τοῦ ζώου. καὶ ἡ παροιμία ἀποσεμνύνει ὡς μέγα τι τὸν ἄνθρωπον. ἀλλά μοι τὴν τοιαύτην διαπόρησιν ἔλυσεν ἡ ἱστορία τῆς γενέσεως τοῦ ἀνθρώπου ἀναγνωσθεῖσα. ἠκούομεν γὰρ νῦν ὅτι Θεὸς ἔλαβε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. εὗρον δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων τούτων ἀμφότερα, ὅτι οὐδὲν ἄνθρωπος, καὶ μέγα ἄνθρωπος. ἐὰν πρὸς τὴν φύσιν μόνον ἀποβλέψῃς, τὸ μηδὲν καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιος. ἐὰν δὲ πρὸς τὴν τιμὴν ἣν ἐτιμήθη, μέγα ἄνθρωπος. ποίαν; εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς καὶ B ἐγένετο φῶς. σύγκρινον ἀνθρώπου γένεσιν καὶ φωτὸς γένεσιν. ἐκεῖ εἶπε γενηθήτω στερέωμα. ὁ μέγας οὐρανὸς ἄνωθεν ἡμῖν ὑπερτέταται ῥήματι Θεοῦ γενόμενος, ἀστέρες, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ πάντα ὅσα θεωροῦμεν ὀφθαλμῷ, καὶ ὅσα νῷ καταλαμβανόμενα μεγέθη, ῥήματι ἔσχε τὸ εἶναι. θάλασσα καὶ γῆ, καὶ ἐν αὐτοῖς διακοσμήσεις, ζώων γένη παντοδαπά· φυτῶν διάφοροι ποικιλίαι, πάντα ταῦτα τῷ ῥήματι γέγονεν. ἄνθρωπος δὲ, πῶς; οὐκ ἐλέχθη γενηθήτω ἄνθρωπος, ὡς γενηθήτω στερέωμα. ἀλλὰ πλέον τι ὁρᾷς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ὑπὲρ φῶς, ὑπὲρ C οὐρανὸν, ὑπὲρ φωστῆρας· ὑπὲρ πάντα ἡ ἀνθρώπου γένεσις. ἔλαβε κύριος ὁ Θεός· καταξιοῖ ἰδίᾳ χειρὶ διαπλάσαι τὸ ἡμέτερον σῶμα. οὐ προσέταξεν ἀγγέλῳ. οὐχ ἡ γῆ αὐτομάτως ὥσπερ τοὺς τέττιγας ἡμᾶς ἐξέβρασε. οὐκ εἶπε ταῖς δὲ καὶ ταῖς δὲ ποιῆσαι λειτουργικαῖς δυνάμεσιν. ἀλλ' ἰδίᾳ χειρὶ φιλοτέχνῳ γῆν ἔλαβεν. ὅταν πρὸς τὸ ληφθὲν ἀπίδῃς, τί ἐστιν ἄνθρωπος; ὅταν πρὸς τὸν πλάσαντα κατανοήσῃς, μέγα ἄνθρωπος. ὥστε καὶ τὸ μηδὲν διὰ τὴν ὕλην, καὶ μέγα διὰ τὴν τιμήν. D καὶ ἔλαβεν ὁ Θεός. ἀλλὰ πῶς; ἐκεῖ ἐν τοῖς κατόπιν, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. ἐνταῦθα δὲ, ἄνωθεν ἀνθρώπου γένεσις, ὡς μηδὲν περὶ ἀνθρώπου δεδιδαγμένων ἡμῶν ἡ ἱστορία λέγει. καὶ ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. ἤδη τινὲς ἔφασαν, τὸ μὲν ἔπλασεν ἐπὶ τοῦ σώματος εἰρῆσθαι. τὸ δὲ ἐποίησεν ἐπὶ τῆς ψυχῆς. ἴσως οὐκ ἔξω τῆς ἀληθείας ὁ λόγος. ὅπου μὲν γὰρ εἴρηται, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, τὸ ἐποίησεν εἴρηται. ὅπου δὲ λοιπὸν περὶ τῶν σωματι-

χῆς ὑποστάσεως ἡμῖν διηγεῖται, τὸ ἔπλασε λέγει. διαφορὰν δὲ ποιήσεως καὶ πλάσεως καὶ ὁ ψαλμῳδὸς ἐδίδαξεν εἰπών. αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με. ἐποίησε τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ἔπλασε τὸν ἔξω. καὶ γὰρ πρέπει ἡ μὲν πλάσις πηλῷ· ἡ δὲ ποίησις τῷ κατ' εἰκόνα. ὥστε ἐπλάσθη μὲν ἡ σάρξ, ἐποιήθη δὲ ἡ ψυχή· ἄνω τοίνυν εἰπὼν περὶ ψυχῆς ὑποστάσεως, νῦν περὶ τῆς κατὰ τὸ σῶμα διαπλάσεως ἡμῖν διαλέγεται. ἔχε καὶ τοῦτον τὸν λόγον. τίς δὲ ὁ ἕτερος; ὅτι τὰ μὲν ἐν κεφαλαίῳ λέγεται· τὰ δὲ καθ' ὃν τρόπον γέγονεν ἡμῖν παραδίδοται. ἄνωθεν οὖν ὅτι καὶ ἐποίησεν, ὧδε καὶ πῶς ἐποίησεν. εἰ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν ὅτι ἐποίησεν, ἐνόμισας ἂν ὅτι ἐποίησεν ὡς τὰ κτήνη, ὡς τὰ θηρία, ὡς τὰ φυτά, ὡς τὸν χόρτον. ἵνα οὖν φύγῃς τὴν πρὸς τὰ ἄλογα κοινωνίαν, τὴν ἰδιάζουσαν περί σε τοῦ Θεοῦ φιλοτεχνίαν ὁ λόγος παρέδωκεν. ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς. ἐκεῖ εἶπεν ὅτι ἐποίησεν. ἐνταῦθα δὲ πῶς ἐποίησε. χοῦν ἔλαβεν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε ταῖς ἰδίαις χερσίν. ἐνθυμήθητι πῶς ἐπλάσθης. τὸ ἐργαστήριον τῆς φύσεως λόγισαι. χεὶρ ἐστὶ δεξαμένη σε Θεοῦ, τὸ παρὰ Θεοῦ πλασθέν, διὰ πονηρίας μὴ μιανθῇ, δι' ἁμαρτίας μὴ ἀλλοιωθῇ, μὴ ἐκπέσῃς τῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ. σκεῦος εἶ θεόπλαστον παρὰ Θεοῦ γενόμενον, δόξαζε τὸν ποιήσαντα. οὐδὲ γὰρ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἐγένου, ἢ ἵνα ὄργανον ᾖς ἐπιτήδειον τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ ὁ κόσμος ἐστὶν ὅλος ὥσπερ τι βιβλίον ἔγγραφον ἐστιν, ὑπαγορευόμενον τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν. τὴν ἀπόκρυφον, καὶ ἀόρατον τοῦ Θεοῦ μεγαλωσύνην δι' αὐτοῦ διαγγέλλων σοι τῷ νοῦν ἔχοντι, εἰς κατανόησιν ἀληθείας. πάντως οὖν μέμνησαι τῶν εἰρημένων. καὶ ηὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς καὶ εἶπεν. αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. διπλῆ αὔξησις. ἡ μὲν σώματος, ἡ δὲ ψυχῆς. ἀλλὰ ἡ ψυχῆς αὔξησις, ἡ διὰ τῶν μαθημάτων εἰς τελείωσιν προσθήκη. σώματος αὔξησις, ἡ ἀπὸ μικροῦ εἰς τὸ καθῆκον μέτρον ἀποκατάστασις. αὐξάνεσθε τοίνυν τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις, κατὰ τὴν τοῦ σώματος τελείωσιν κατὰ τὸν ἀναπληρωσμὸν τῆς φύσεως εἴρηται. ἡμῖν δὲ αὐξάνεσθε κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατὰ τὴν προκοπὴν τὴν εἰς Θεὸν οὖσαν, οἷος ἦν

A conſtitutionē pertinerent, ea vox, Formauit, adhibita fuerit, præſertim cùm
Dauid ipſe diſcrimen horum verborum
docuiſſe videatur, dum diceret: Manus Pſal. 11
tuæ fecerunt me, & formauerunt me.
Fecit hominem interiorem, exteriorem
formauit. Formare enim congruit luto,
facere autē imagini Dei. Quamobrem
formata eſt caro, animus verò factus.
Expoſitis igitur antè, quæ ad conſtituendum animum ſpectant, nunc ea
narrat, quæ ad corpus conflandum pertinent. Hæc ſit vna ratio. Altera eſt,
quòd illic rem ſummatim perſtrinxit,
B hîc modum, quo facta eſt, explicat &
enarrat. Antè feciſſe Deum audiuiſti:
nunc quo modo fecerit, intelligis. Etenim ſi ſimpliciter ſcriptum eſſet: Fecit;
cogitares hominem fuiſſe factum, vt
feras, vt cete, vt plantas, vt herbas. quocirca vt tecum agreſtiorib. intelligeres
nihil habere cōmune, Moſes proprium
& ſingulare Dei in te creando artificium explicauit. Sumpſit Deus puluerem è terra. Tunc, quid Deus fecerit,
dixit: nunc, qua ratione fecerit, exponit. Puluerem ſumpſit è terra, hominémque propriis manibus formauit.
C Cogita quemadmodum formatus ſis,
homo: naturæ tuæ artificium conſidera. Dei manus eſt illa, quæ te formauit. Caue ne Dei opus flagitio coinquinetur, ne peccato peruertatur, & excidas è manu Dei. Tu es vas à Deo fictum,
atque conflatum, lauda effectorem
tuum: neque enim aliam ob cauſam factus es, niſi vt ad Dei gloriam celebrandam eſſes inſtrumentum accommodatum. Ac diuinæ quidē gloriæ celebrandę materiam tibi, tanquā liber ſcriptus,
ſuggerit orbis hic vniuerſus. Tibi enim
D mente prædito ad veritatis cognitionē
nuntiat ex ſe magnificentiam Dei. quapropter eorum quæ dicta ſunt, recordare. Et benedixit eis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.
Duplex eſt incrementum, vnum corporis, alterum animi. Augetur animus,
cum diſciplinis excolitur atque perficitur. Corpus autē creſcit, dum ex paruo
ad iuſtum & congruentem magnitudinis modum accedit. Creſcite igitur dictum eſt ratione carentib. animalibus,
vt ad naturalem corporis perfectionem
peruenirent. Nobis autem, vt interioris hominis progreſſu aſcenderemus
ad Deum, quemadmodum faciebat

Philip. 3. Paulus, quæ quidem retrò ſunt, obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendens ſeipſum. Augmentum ſit contemplatione, pietatis cultu, dum ad meliora progredimur, dum eorũ, quæ vera ſunt bona, cupiditate quotidie magis inflammamur; dum quod præceſſit, poſt nos relinquimus, & ad id pietatis quod reliquum eſt; pro viribus contendimus. Talis erat Iſaac, de quo teſtimonium illud ſcriptura prodit, quòd proficiens creſcebat, donec magnus effectus eſt. Neque enim conſiſtebat, neque paululum auctus decreſcebat, ſed magnis *Geneſ. 12.* ſemper ſpatiis progrediebatur. Creſcebat virtutum ſtudiis, & officiis: creſcebat magna modeſtiæ & temperantiæ progreſſione: creſcebat iuſtitia & æquitate. His gradibus ad virilem ætatem peruenit. Sic progrediens & creſcens vir iuſtus ad ſummum boni faſtigium extollitur. Creſcite igitur perfectione illa, quæ Deo placet, quæ fit in homine interiori. Multiplicamini Eccleſiæ fœcunditate. Ne in vno concludatur cognitio Dei, ſed in omnẽ terram promulgetur ſalutis Euangelium. Multiplicamini. Qui? Vos, qui in Euangelio geniti eſtis. Replete terram: carnem vobis ad miniſtrãdum datam bonis actionibus replete. Repleatur oculus earum rerum aſpectu, quæ rectæ ſunt. Repleatur manus operibus bonis. Repleantur itidem pedes ad viſendos pauperes, & ad ea quæ oportet, exequenda proficiſcentes. Omnia deniq; membra noſtra repleantur obſeruatione mandatorum Dei. Hoc ſignificat ea vox, Replete terram. Atque illa oratio, quæ communis eſt nobis cum reliquis animantibus, propriè refertur ad nos, cùm intelligitur ex ea ratione, qua honorati ſumus, & facti ad imaginem Dei. Creſcunt enim cætera animalia corporeis incrementis, nos autem incorporeis, & ad ſpiritum pertinentibus. Atque illa quidem terram replent multitudine, nos autem terrã corporis noſtri bonis coniunctam, bonis operibus replemus. Ecce dedi vobis omne lignum habens fructum in ſemetipſo, vt ſit vobis in eſcam. Ne prætereurrat Eccleſia. Omnia legitima ſunt. Non dixit, Dedi vobis piſces ad veſcendum. Dedi vobis cete, & reptilia, & quadrupeda. Non enim ob id ea creauit. Sed prima lex conceſſit,

A Παῦλος, τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. τῶν δὲ ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος. αὕτη ἐστὶν ἡ αὔξησις τῶν θεωρημάτων, εὐσεβείας ἀνάληψις, ἡ τοῦ πλείονος ἔκτασις, τοῦ ἐπορέγεσθαι ἡμᾶς ἀεὶ τῶν ὄντων, τὸ προηνυσμένον μὲν ἀεὶ κατόπιν ἑαυτοῦ ἀφιέναι, τὸ δὲ λεῖπον τῆς εὐσεβείας τοῦτο ὅση δύναμις ἐπιζητεῖν. οἷος ἦν Ἰσαάκ; περὶ οὗ ἡ μαρτυρία ἐκείνη ἀναγέγραπται, ὅτι προβαίνων ὑψοῦτο, μέχρις οὗ μέγας ἐγένετο. οὐ γὰρ ἀπέστη, οὐδὲ μικρὸν αὐξηθεὶς ἀπέμεινεν· ἀλλὰ προέβαινεν ἀεὶ B διαβήμασι μεγάλοις. διέβαινεν ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς ἀρετῆς, διέβη μεγάλῳ βήματι τὴν σωφροσύνην. ἐπέβη τῇ δικαιοσύνῃ. ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἀνέβη. οὕτω διαβαίνων, ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὕψους τοῦ ἀγαθοῦ κορυφοῦται ὁ δίκαιος. αὐξάνεσθε ταύτην αὔξησιν, τὴν κατὰ Θεὸν τελείωσιν, τὴν κατὰ τὸν ἔνδον ἄνθρωπον. πληθύνεσθε ἐκκλησίας τῇ εὐλογίᾳ. μὴ ἐν ἑνὶ περιγραφέσθω ἡ θεολογία· ἀλλ᾽ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν κηρυχθήτω τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας. πληθύνεσθε. τίνες; οἱ κατὰ τὸ εὐ- C αγγέλιον γεννώμενοι. πληρώσατε τὴν γῆν. σάρκα τὴν δεδομένην ὑμῖν εἰς ὑπηρεσίαν, πληρώσατε ἀγαθῶν ἔργων. ὀφθαλμὸς πλήρης ἔστω τοῦ ὁρᾶν τὰ δέοντα. χεὶρ πλήρης ἔστω τῶν ἀγαθῶν ἔργων. πόδες ἔστωσαν εἰς ἐπίσκεψιν ἀσθενούντων, πορευτικοὶ ὄντες ἐφ᾽ ἃ προσήκει. πᾶσα ἡ τῶν μελῶν ἡμῶν κατάστασις πλήρης ἔστω τῶν κατὰ τὰς ἐντολὰς ἐργασιῶν. τοῦτό ἐστι, πληρώσατε τὴν γῆν. κοιναὶ μὲν αἱ φωναὶ καὶ τοῖς ἀλόγοις· διαφέρουσαι δὲ γίνονται, ὅταν τῷ κατ᾽ εἰκόνα καὶ ᾧ ἐτιμήθημεν τούτῳ χρησώμεθα. τὰ μὲν γάρ, D σωματικῶς αὔξει· ἡμεῖς δὲ πνευματικῶς. ἐκεῖνα μέν, πληροῖ τὴν γῆν τῷ πλήθει· ἡμεῖς δὲ πληροῦμεν ταῖς ἀγαθαῖς ἐργασίαις τὴν συνεζευγμένην ἡμῖν γῆν. τουτέστι τὴν σωματικὴν ὑπηρεσίαν. ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ξύλον ὃ ἔχει καρπὸν ἐν ἑαυτῷ. ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν. μηδὲν παρατρεχέτω ἡ ἐκκλησία· πάντα νόμιμά ἐστιν. οὐκ εἶπε δέδωκα ὑμῖν τοὺς ἰχθύας εἰς βρῶσιν. δέδωκα ὑμῖν τὰ κτήνη, τὰ ἑρπετά, τὰ τετράποδα. οὐ γὰρ τούτων ἕνεκεν ἔκτισε φησίν. ἀλλ᾽ ἡ πρώτη νομοθεσία,

καρπῶν

A καρπῶν ἀπόλαυσιν συνεχώρησεν. ἔτι γὰρ ἐνομιζόμεθα ἄξιοι εἶναι τοῦ παραδείσου. ἔστι δέ τι ἐν τῷ λανθάνοντι μυστήριον; ἡμῖν γὰρ καὶ τοῖς θηρίοις καὶ τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς οἱ καρποὶ ἐδόθησαν, καὶ ἡ χλόη. καὶ μὴν νῦν ὁρῶμεν πολλὰ τῶν θηρίων καρποῖς μὴ τρεφόμενα; ποῖον γὰρ καρπὸν καταδέχεται πάρδαλις τραφῆναι; τίς δὲ καρπὸς δύναται λέοντα θρέψαι; ἀλλ' ὅμως ταῦτα τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑποτεταγμένα, καρποῖς διετρέφετο. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐξεδιῃτήθη καὶ ἐξέβη τὸν ὅρον τὸν δεδομένον αὐτῷ, μετὰ τὸν κατα-
B κλυσμὸν εἰδὼς ὁ κύριος ἀφειδεῖς τοὺς ἀνθρώπους, ἐπὶ πάντων τὴν ἀπόλαυσιν συνεχώρησε· πάντα ταῦτα φάγεσθε ὡς λάχανα χόρτου. ταύτῃ τῇ συγχωρήσει καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἔλαβε τὴν τοῦ ἐσθίειν ἄδειαν. ἐξ ἐκείνου λοιπὸν ὠμοβόρος ὁ λέων, ἐξ ἐκείνου καὶ γῦπες ἀναμένουσι θνησιμαῖα. οὐ δήπου γὰρ καὶ γῦπες ὁμοῦ τῷ γενέσθαι ζῶα περιεσκόπουν τὴν γῆν. οὔπω γάρ τι ἀπέθανε τῶν παρὰ Θεοῦ δημιουργουμένων ἢ γεννωμένων, ἵνα γῦπες τραφῶσιν. οὔτε φύσιν διεχώρησεν· ἀκμαῖα γάρ. οὔτε θηρευταὶ
B ὑλώδεις ἡδονάς, ἀφ' ὧν ἐλπὶς μὲν ἀγαθῶν οὐδεμία, τὸ δὲ παρὸν, καὶ μετεχόμενον, καὶ ὁρώμενον, τὰς αἰσθήσεις τῶν ἀνοητοτέρων ἀνδραποδίζεται. εἰ γὰρ οὖν ἀλλοτριωθείη τῶν ἐπὶ κακῷ δελεαζόντων, πρὸς τὸ κρεῖττον τοῖς λογισμοῖς ἐπιστρέψας, καὶ οἱονεὶ κατὰ νώτου τὴν κακίαν ἐποίησεν· ἀντιπρόσωπον τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οἷόν τι κάτοπτρον, πρὸς τὴν ἐλπίδα τῶν ἀγαθῶν στήσας, ὡς τῆς προδεικνυμένης αὐτῷ θεόθεν ἀρετῆς τὰς εἰκόνας τε καὶ τὰς ἐμφάσεις τῷ καθαρῷ τῆς ἰδίας ψυχῆς ἐντυπώσασθαι· τότε αὐτῷ ἡ τοῦ
C ἀδελφοῦ συμμαχία συναντᾷ καὶ συνίσταται. ἀδελφὸς γὰρ εἴπερ τινὰ κατὰ τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ἄγγελος, ὁ τότε (καθὼς εἴρηται) φαινόμενός τε καὶ παριστάμενος, ὅταν τῷ Φαραὼ προσεγγίζωμεν. μηδεὶς δὲ διόλου τὴν τῆς ἱστορίας ἔκθεσιν παρακολουθεῖν δεῖν τῷ εἱρμῷ τῆς τοιαύτης τοῦ νοῦ θεωρίας νομίζων, εἴπου τι τῶν γεγραμμένων ἔξω ταύτης τῆς διανοίας εὑρίσκοιτο, δι' ἐκεῖνο καὶ τὸ πᾶν ἀθετείτω· ἀλλ' ἀεὶ μεμνήσθω τοῦ σκοποῦ τῶν λόγων, πρὸς ὃν βλέποντες, ταῦτα διεξερχόμεθα, εὐ-
D θὺς ἐν προοιμίοις εἰπόντες, τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν τοὺς βίους εἰς ἀρετῆς ὑπόδειγμα τοῖς ἐφεξῆς προκεῖσθαι. ἐπεὶ οὖν δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς ὕλης ἐλθεῖν τοὺς ζηλοῦντας τὰ ἐκείνων, οὐχ οἷόν τε· πῶς γὰρ ἂν εὑρεθείη πάλιν ὁ ἐκ μετοικεσίας ἐν Αἰγύπτῳ λαὸς πληθυνόμενος; ἢ πάλιν καταδουλούμενος τύραννος, ὁ πρὸς τὴν ἄρρενα γονὴν δυσμενῶς ἔχων, τὸ δὲ μαλακώτερόν τε καὶ ἀσθενέστερον εἰς πλῆθος αὔξων, καὶ τἄλλα πάντα, ὅσα περιέχει ὁ λόγος. ἐπεὶ οὖν ἀδύνατον ἀπεδείχθη δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὰ τῶν μακαρίων μιμήσασθαι θαύματα·

A ſed angelorum qui natura incorporei ſunt, aliquem in adminiculum cuique conſtitutum fuiſſe, naturæque noſtræ corruptorem in omnibus contrà annitentem, prauum aliquem atque maleficum dæmona ad malè viuendum homines impellentem, ad ſingulos deſtinaſſe. Horum autem medium factum hominem, quorum alter bonus, virtutis bona cogitationibus offert, quæ ab illis qui rectè ſe geſſerint, per ſpem videntur, alter verò titillationes & voluptates carnis ſuggerit, ex quibus nulla bonorum ſpes ſurgit, ſed res præſentes,
B & quibus fruimur, & quas cernimus hominum inſipientium ſenſus in ſeruitutem redigunt. Si ergo ſeiunxerit ſe ab iis quibus ad malum pelliciebatur, cogitationibus ſuis in melius conuerſis, & velut reiecto in tergum vitio, tanquam ſpeculum quoddam animum ſuum ex aduerſo ſpei futurorum bonorum collocarit, ſic vt oſtenſæ diuinitùs ſibi virtutis ſpecies & imagines animæ ſuæ puritate poſſit exprimere, tunc ei manifeſtiùs fratris auxilia vndique apparent, ſecum aduerſus hoſtes armati:
C frater enim quodammodo hominis animo angelus eſt, rationali quippe ac intellectuali natura ſecum annectuntur, qui tunc maximè nobis aſſiſtere videtur, vt dictum eſt, cùm Pharaoni appropinquamus. Nemo autem hiſtoriæ veritatem per omnia nos cogat ad propoſitum accommodare: nec ſi quid non conſentaneum huic tropologiæ in hiſtoria veniat, idcirco vniuerſam hanc intelligendæ ſcripturæ viam aſpernetur atque contemnat: ſed recordetur, ab initio ſtatim nos dixiſſe, magnorum virorum vitas ad exemplum & imitatio-
D nem diuinitùs nobis eſſe propoſitas. Itaque cùm per earumdem rerum ſeriem, per eoſdem vitæ caſus, aut materiem minimè poſſimus eos imitari: quomodo enim rurſus ex tranſmigratione reperitur multiplicatus in Ægypto populus: aut quomodo rurſus in ſeruitutem redigat illum tyrannus erga maſculam prolem hoſtiliter affectus, quiq. fœmineam molliorẽ atque infirmiorem numero augeri patiatur, cæteraq. omnia, quæ hiſtoria complectitur, vbi quis inueniet? nullibi profectò. Quare quoniã eiſdem in rebus beatos viros imitari nos minimè poſſe fuerit demõſtratum,

A ad moralem vitam ab hiſtorica ſerie omnia traducamus, quæ benè viuendi rationibus congruunt. Potuit enim profectò Deus ad poſteriorum perfectionem priſcorum vitam in exemplum altiùs intellectam accommodare. Quare ſi quod hiſtoriæ dictum non omnino propoſito conuenit, id prætermittentes, ne ſeries expoſitionis intercidatur, quæ idonea ſunt coniungemus. Hæc dixi ne quis mihi obijciat, congruè quidem hîc, pro Aaron fratre Moyſi maiore, angelum cuſtodem nobis diuinitùs datum, nos ſubintellexiſſe: nam & prior natura
B angelica eſt, & intellectuali ac incorporali cum humano videretur animo conuenire, nec dubitare ſe auxilio nobis maximè tunc eſſe, cùm aduerſus incorporales hoſtes inſurgimus; non tamen rectè pro hoc, quaſi fratre nobis angelo ſemper Aaron capi poſſe. Nam cùm Aaron dux Hebræis ad idolatriam fuiſſe videtur, vt hiſtoria tradit, quomodo cum pro duce pietatis angelo poſitum ab hiſtoria credendum eſt? Hoc igitur prætermittendum forſan erit, ſi omnino accommo-
C dari non poſſit: quamuis angeli quoque nomen, vt & fratris ad vtrámque partem à ſcriptura poſitum inueniamus: non enim Dei ſolùm, verumetiam Satanæ angelum dicimus: nec bonum tantùm, ſed etiam prauum, fratrem nominamus. Fratres enim, inquit ſcriptura, ſint in neceſſitatibus vtiles, in meliorem hîc partem fratris nomen accipiens: in peiorem autem accipit, cum dicit: omnis frater calcaneo ſupplantabit: verùm exquiſitiùs hæc in loco ſuo conſiderabimus.
D Qui autem viſione diuinæ lucis ſeipſum corroborauit, ac talem fratrem adeptus ſit, qui ſibi adeſſe in periculis non timeat, is iam confidenter populum alloquatur, & in memoriam paternæ nobilitatis adducat, ſententiámque dicat, quomodo fimum ac lateres alióſque ſeruiles labores effugere poterit. Sed diligenter aduertendum oro, ne nos fugiat, quod apertiſſimè hiſtoria ipſa prædicat. Videmus enim Moyſen antea quàm perfectiore ſe virtute firmauerit, duos inter ſe contendentes homines conciliare nequiuiſſe: poſtea verò cùm ſibiipſi longo tempo-

Exod.32. — Prou.17. — Hiere.9.4. — Exod.2.13.

A μεταληπτέον ἂν εἴη, πρὸς τὴν ἠθικὴν διδασκαλίαν, ἐκ τῆς ὑλικῆς ἀκολουθίας τὰ ἐνδεχόμενα· δι᾽ ὧν ἄν τις γένοιτο τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἐσπουδακόσι πρὸς τοιοῦτον βίον συνεργία. εἰ δέ τι τῶν ἐν τῇ ἱστορίᾳ γεγονότων, ἔξω τοῦ εἱρμοῦ τῆς εἰρημένης διανοίας, ἡ τῶν πραγμάτων ἀνάγκη πάντως ἐβιάσατο· ὑπερβαίνειν τοῦτο, ὡς πρὸς τὸν ἡμέτερον σκοπὸν ἀνεπιτελὲς καὶ ἀνόνητον, μὴ διακόπτειν ἐν τοῖς ἑξῆς τῆς ἀρετῆς τὴν ὑφήγησιν. Ταῦτα δέ φημι περὶ τῶν κατὰ τὸν Ἀαρὼν νοηθέντων, ὃ ἀντιπίπτειν ἐκ τῆς ἀκολουθίας προσδοκῶν. ἐρεῖ γάρ
B τις, ὅτι μὲν συγγενῶς ἔχειν πρὸς τὴν ψυχὴν ἐν τῷ νοητῷ τε καὶ ἀσωμάτῳ τὸν ἄγγελον, καὶ ὅτι προγενέστερον τῆς ἡμετέρας κατασκευῆς ἐστὶ, καὶ ὅτι συνίσταται τοῖς πρὸς τοὺς ἀντιπάλους συμπλεκομένοις, μὴ ἀμφιβάλλειν. μὴ μέντοι καλῶς ἔχειν, εἰς ἐκεῖνον τύπον, τὸν Ἀαρὼν νοεῖν, τὸν τῆς εἰδωλολατρείας τοῖς Ἰσραηλίταις καθηγησάμενον. πρὸς ὃν ἐροῦμεν, τὸν εἱρμὸν ὑπερβάντες, ταῦτά τε, ἃ εἰρήκαμεν· ὅτι τὸ ἔξω τοῦ σκοποῦ μὴ λόγοις ἀνατρεπέτω τὴν ἐν τοῖς λοιποῖς ἁρμονίαν. καὶ, ὅτι ὁμώνυμόν τι χρῆμα καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τὸ τοῦ ἀγγέλου ἐστὶν,
C ἴσως ἐφ᾽ ἑκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων τῇ σημασίᾳ ἐφαρμοζόμενον. οὐ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ σατανᾶ ἄγγελος ὀνομάζεται· καὶ οὐ τὸν χρηστὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πονηρὸν, ἀδελφὸν καλοῦμεν. οὕτω γάρ φησιν ἡ γραφὴ, ἐπὶ μὲν τῶν χρηστοτέρων, ἀδελφοὶ ἐν ἀνάγκαις χρήσιμοι ἔστωσαν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐναντίων, ὅτι πᾶς ἀδελφὸς πτέρνῃ πτερνιεῖ. Ταῦτα δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ παραθέντες τοῦ λόγου, καὶ τὴν ἀκριβεστέραν περὶ αὐτῶν θεωρίαν εἰς τὸν ἴδιον ὑπερθέμενοι τόπον· νῦν τῶν προκειμένων ἀψώμεθα. ὁ τοίνυν ἑαυτὸν τῷ ἐπιφανέντι φωτὶ
D δυναμώσας, καὶ τὸν τοιοῦτον ἀδελφὸν σύμμαχόν τε καὶ παραστάτην κτησάμενος· θαρσῶν ἐν τῷ λαῷ τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας προσάγει λόγους, καὶ τῆς πατρικῆς εὐγενείας ὑπομιμνήσκει, καὶ ὅπως ἂν ἔξω γένοιτο τῆς περὶ τὸν πηλὸν καὶ τὴν πλίνθον ταλαιπωρίας, δίδωσι γνώμην. τί οὖν ἡμᾶς διὰ τούτων παιδεύει ἡ ἱστορία; τὸ μηδὲν κατατολμᾶν τῆς ἐν τῷ λαῷ φωνῆς, τὸν μὴ διὰ τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὁμιλίαν τὸν λόγον παρασκευάσαντα. ὁρᾷς γὰρ, ὡς νέος ὢν ἔτι, πρὶν εἰς τοσοῦτον αὐξηθῆναι τῇ ἀρετῇ, ἐπὶ δύο τινῶν ἀνθρώπων οὐκ ἀξιόπιστος ἐνομίσθη σύμβουλος εἰρήνης γενέσθαι τοῖς στασιάζουσι. νῦν δὲ τοσαύταις μυριάσι κατὰ ταὐτὸν διαλέγε-

ται. μονονουχὶ βοώσης ἐν τούτῳ τῆς ἱστορίας, μὴ ἐπιτολμᾶν ἐν διδασκαλίᾳ τῇ συμβουλῇ τῶν ἀκουόντων· εἰ μὴ διὰ τοιαύτης καὶ τοσαύτης ἐπιμελείας, ἡ περὶ τοῦτο κατορθωθείη σοι δύναμις. ἀλλὰ γενομένων τῶν χρηστοτέρων λόγων, καὶ τῆς ἐλευθερίας ὑποδειχθείσης, καὶ τῶν ἀκουόντων πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην ἐπιρρωσθέντων· παροξύνεται ὁ πολέμιος, καὶ ἐπιτείνει τὴν ἀλγηδόνα τοῖς ὑπηκόοις τοῦ λόγου. οὐδὲ τοῦτο ἔξω τῶν νῦν γινομένων ἐστί. πολλοὶ γὰρ τῶν παραδεξαμένων τὸν ἐλευθερωτὴν τῆς τυραννίδος λόγον, καὶ προστεθέντες τῷ κηρύγματι, μέχρι τοῦ νῦν ταῖς τῶν πειρασμῶν προσβολαῖς ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου ἐπηρεάζονται. ἐξ ὧν πολλοὶ μὲν δοκιμώτεροι καὶ βεβαιότεροι περὶ τὴν πίστιν καθίστανται, τῇ προσβολῇ τῶν λυπούντων στομούμενοι. τῶν δὲ ἀσθενεστέρων τινὲς, καὶ ἐποκλάζουσι τοῖς τοιούτοις συμπτώμασιν, ἄντικρυς ἐκεῖνα φθεγγόμενοι, ὅτι λυσιτελὲς ἦν αὐτοῖς μᾶλλον ἀνηκόοις μεῖναι τοῦ τῆς ἐλευθερίας κηρύγματος, ἢ τοῖς τοιούτοις, διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην, συνενεχθῆναι. ὃ δὴ καὶ τότε συνέβαινεν, ὑπὸ μικροψυχίας τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐν αἰτίας ποιουμένων τοὺς τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῖς τῆς δουλείας ἀπαγγείλαντας. ἀλλ' οὐδὲν μᾶλλον αἴτιος ὁ λόγος πρὸς τὸ καλὸν ἐφελκόμενος, κἂν παιδικῶς ἀποδειλιάσῃ πρὸς τὰς τῶν πειρασμῶν αἰτίας, ὁ νήπιος ἔτι καὶ ἀτελὴς τὴν διάνοιαν. τῷ μὲν γὰρ βλαπτικῷ καὶ φθοροποιῷ δαίμονι τοῦτο κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἐσπούδασται, τὸ μὴ εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπειν τὸ ὑποχείριον, ἀλλὰ τὸ εἰς γῆν κύπτειν, καὶ ἐν ἑαυτῷ τὸν πηλὸν πλινθεύειν. ὅ,τι γὰρ ἂν ᾖ τῆς ὑλικῆς ἀπολαύσεως, ἐκ γῆς ἐστι πάντως ἢ ὕδατος, παντί που δῆλον· εἴτε τι τῶν περὶ γαστέρα καὶ θοίνην σπουδαζομένων, εἴτε τι καὶ ὅσα περὶ τὸν πλοῦτον ὁρᾶται. ἡ δὲ τῶν στοιχείων τούτων μίξις, πηλὸς γὰρ καὶ ὀνομάζεται. οὐ πληροῦντες ἑαυτοὺς οἱ πρὸς τὰς πηλώδεις ἡδονὰς κεχηνότες, οὐδέποτε τὴν δεκτικὴν τῶν ἡδονῶν εὐρυχωρίαν πλήρη φυλάσσουσιν· ἀλλὰ τὸ ἀεὶ πληρούμενον, κενὸν γὰρ πάλιν τῷ ἐπιρρέοντι. οὕτω γὰρ ὁ πλινθουργῶν ἄλλοτε ἄλλην βλέπων διάθεσιν, εὐκόλως ἂν νοήσαι τὸ αἴνιγμα. ὁ γὰρ πληρώσας ἑαυτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν ἔν τισιν ὧν ἐσπούδασεν· εἰ πρὸς ἕτερόν τι τῇ ἐπιθυμίᾳ ῥέψειε, κενὸς πρὸς ἐκεῖνο πάλιν εὑρίσκεται. κἂν γένηται τούτῳ πλήρης, τῷ ἑτέρῳ πάλιν κενός τε καὶ εὐρύχωρος γίνεται.

rum ſpatio vacauerit, à multis hominum millibus facilè in protectorem recipi. Magna igitur voce ſcripturæ auctoritas clamare videtur, non inſiliendum eſſe ad docendam inſtituendámq; multitudinem, niſi prius magna diligentia magníſque laboribus eam fueris auctoritatem adeptus, vt auditores verbis tuis facilè acquieſcant. Cùm igitur ſententiam Moyſi populus comprobaſſet, libertatíſque deſiderio exarſiſſet, incitatur tunc hoſtis, & maiore labore ipſum comprimere conatur. Quod re ipſa hodie quoque fieri videmus. Nam multi, ne omnes dicam, eorum qui ſermonem de libertate receperunt, ac prędicationi Euangelicæ paruerunt, ad hunc vſque diem à tyranno ac hoſte humani generis multis ac grauibus tentationibus comprimuntur, quibus multi meliores firmioréſque in fide facti ſunt, moleſtiarum incurſione tanquam acie chalybea roborati, vel dolorum impetu obdurati. Nonnulli verò (piget dicere) franguntur aduerſis, malluiſſéque dicunt non audiſſe veritatis & libertatis ſermonem, quàm ea de cauſa tam multis laboribus incidiſſe. Idipſum tunc quoque fiebat Hebræis ex puſillanimitate, libertatis miniſtros accuſantibus: ſed non ceſſabit ideo prædicatio ad libertatem & veritatē nos reuocans, etiamſi multi, quaſi pueri atque infantes, tentationes pertimeſcant. Tyrãnus enim ac hoſtis noſter humanæ naturæ deprauator ſemper ſtudet, ne ad cœlum oculos eleuare poſſimus, ſed in terram continuò inclinati, lateres in ea ex luto faciamus. Nam quicquid in hac vita inuenitur, quo quis materialiter ac ſenſualiter fruatur, id aut ex terra eſt, aut ex aqua, ſiue ad ventrē, ſiue ad diuitias pertinens. Horum autem elementorum mixtura lutum fit, quo repleti, qui ad lutoſas has inhiant voluptates, nunquã ſe plenos retinere poſſunt, ſed quamuis ſemper ſe impleãt, ſemper tamen vacui ſunt. Nam quemadmodum laterum fictor aliud atque aliud lutum formę qua lateres figurat, imponit, adeò vt forma plena ſemper & vacua ſemper luti dici poſſit, quoniã cùm hoc receperit atq. firmauerit, nullus ampli⁹ vſus ipſius ad hoc eſt, ſed ad aliud ad quod vacua eſt: ſic appetēdi vis, ſi quis eã his terrenis cupiditatib. replere ſtudeat, & ſi quod indies cupit, aſſequatur, eoq. ſe repleat, vacua tamē ſemper eſt, cùm ea quæ habuit, reſpuat,

& in aliud atque aliud continuè feratur: nec finis miſerrimi ardoris cupiditatum eſſe poteſt, niſi quis carnalem Exod.5.7. vitam repellat. Paleæ verò quas lateribus immiſcere coguntur, iam à ſacratiſſimo Euangelio & diuina Apoſtoli tuba quid ſignificent, expoſitum eſt. Materiam enim ignis per culmos & paleas oſtendi confirmãt, [quam quidem materiam ignis is ſibi præparat, qui terrenis obruitur voluptatibus.] Verùm quando aliquis eorum, qui virtutis præſtantia excellunt, à ſeruitute ad libertatem ſubmerſos in vitiis homines vendicare conatur, tunc cauillatoris, qui Ephes.4.6. variis, vt Apoſtolus ait, aduerſus animas noſtras vtitur inſidiis, contra diuinam inſtitutionem cauillationes fraudulentas inducit. Hæc dico ad Ægyptios dracones reſpiciens, qui varias fraudes artis diabolicæ ad perniciem hominum excogitatas ſignificãt, quas virga Moyſi deſtruit atque conſumit, [incarnatio videlicet verbi,] ſicuti iam diximus. Qui autẽ hanc virtutis [ac fidei] virgam habet, quę [cùm virga veritatis ſit,] diaboli fraudulentas virgas conſumit: via recta conſequenter ad maiora procedit miracula: quæ quidem miracula, non vt terreant audientes, ſed vt proſint credentibus, fiunt. Nam eiſdem miraculis hoſtes expugnantur, [fideles muniuntur, deijciuntur alieni, eriguntur noſtri: illi communiuntur,] nos augemur. Sed primùm generaliter quid hæc miracula intendant, quomodóque fiant, perſtringamus, deinde facilè ſingula ſpeculabimur. Veritatis igitur hæc ſumma doctrina ad diſpoſitiones hominum qui iam audiunt, commutari videtur: nam cùm æqualiter omnibus quid appetendum & quid fugiendum ſit, benignè oſtendat, is in luce ambulat, mentémque illuminatam habet, qui auſcultat & paret: qui verò reſiſtit, & veritatis radios ad animam ſuam non intromittit, is in tenebris ignorantiæ permanet. Quòd ſi falſum non eſt quod ita generatim in talibus intelligimus, omnino haud aliter ſe habere cenſendum eſt quod ad ſingulos pertinet, cum ex ipſa narratione quod in partę inquirendum erat, ſimul innotuerit. Quapropter non eſt incredibile, nihil mali ſenſiſſe Iudæos, quamuis vnà cum Ægyptiis qui vexabantur, habitarent: nam id ipſum altius intellectum hodie

A καὶ τοῦτο οὐ παύεται διὰ παντὸς ἐν ἡμῖν ἐνεργούμενον, ἕως ἄν τις ὑπεξέλθοι τοῦ ὑλώδους βίου. ἡ δὲ καλάμη, καὶ τὸ ἐκ ταύτης ἄχυρον, ὃ καταμιγνύειν τῇ πλίνθῳ καταναγκάζεται ὁ τοῖς τυραννικοῖς ὑπακούων προστάγμασι· παρά τε τοῦ θείου εὐαγγελίου, καὶ παρὰ τῆς ὑψηλῆς τοῦ ἀποστόλου φωνῆς, ἀμφοτέρων ὁμοίως πυρὸς ὕλην, τό,τι ἄχυρον καὶ τὴν καλάμην ἑρμηνευσάντων. ὅταν τοίνυν τις τῶν ἐν ἀρετῇ προεχόντων, ἀποσπᾶν ἐθέλῃ τοὺς τῇ ἀπάτῃ δεδουλωμένους εἰς βίον ἐμφιλόσοφόν τε καὶ ἐ- B λεύθερον· οἶδεν ὁ ταῖς ποικίλαις, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, μεθοδείαις κατὰ τῶν ψυχῶν ἡμῶν σοφιστεύων, ἀντιπαρεισάγειν τῷ θείῳ νόμῳ τὰ τῆς ἀπάτης σοφίσματα. ταῦτα δὲ λέγω, πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους δράκοντας βλέπων τῷ λόγῳ· τουτέστι· πρὸς τὰς ποικίλας τῆς ἀπάτης κακίας, ὧν τὸν ἀφανισμὸν ἡ τοῦ Μωϋσέως ῥάβδος ἐργάζεται, περὶ ἧς μετρίως ἤδη τὰ εἰκότα προτεθεώρηται. ὁ τοίνυν, ὁ τὴν ἄμαχον ἐκείνην κεκτημένος τῆς ἀρετῆς ῥάβδον, ἣ τὰς σεσοφισμένας ἐξαφανίζουσαν ῥάβδους, ὁδῷ τινὶ C καὶ ἀκολουθίᾳ πρὸς τὰ μείζω πρόεισι τῶν θαυμάτων. ἡ δὲ θαυματοποιΐα οὐ πρὸς σκοπὸν τῆς ἐκπλήξεως τῶν ἐντυγχανόντων γίνεται, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τῶν σωζομένων βλέπει. τοῖς γὰρ αὐτοῖς τῆς ἀρετῆς θαύμασι καθαιρεῖται μὲν τὸ πολέμιον, αὔξεται δὲ τὸ ὁμόφυλον. προσήκει δὲ γενικώτατον τῶν ἐπὶ μέρους θαυμάτων, τὸν κατὰ τὴν ἀγωγὴν καταμαθεῖν σκοπόν· εἶθ' οὕτως δυνατὸν ἂν γένοιτο ἡμῖν, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐφαρμόσαι τὸ νόημα. ἡ γὰρ διδασκαλία τῆς ἀληθείας, πρὸς τὰς διαθέσεις τῶν δεχομένων τὸν D λόγον συμμεταβάλλεται. ἐπίσης γὰρ πᾶσι τοῦ λόγου τὸ κακὸν ἢ τὸ καλὸν προδεικνύντος· ὁ μὲν εὐπειθῶς πρὸς τὸ δεικνύμενον ἔχων, ἐν φωτὶ τὴν διαγωγὴν ἔχει· τῷ δὲ ἀντιτύπως διακειμένῳ, καὶ μὴ καταδεχομένῳ πρὸς τὴν ἀκτῖνα τῆς ἀληθείας τὴν ψυχὴν διαβλέψαι, παραμένει τῆς ἀγνοίας ὁ ζόφος. εἰ δὴ τὸ καθόλου νοηθὲν ἡμῖν ἐν τοῖς τοιούτοις, ψεῦδος οὐκ ἔστιν· οὐδ' ἂν τὰ καθ' ἕκαστον πάντως ἑτέρως ἔχοι, τῆς ἐπὶ μέρους ἐξετάσεως συναποδειχθείσης τῷ λόγῳ. οὐκοῦν οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀπαθῆ τὸν Ἑβραῖον μένειν τῶν Αἰγυπτίων κακῶν, ἐν μέσοις τοῖς ἀλλοφύλοις ἀναστρεφόμενον. ἐπεὶ καὶ νῦν τὸ ἴσον

A ἔστι γινομένους ἰδεῖν. τὸ γὰρ ἐν ταῖς πολυανθρωπούσαις πόλεσι πρὸς τὰς ἐναντίας δόξας διεστηκότων, τοῖς μὲν πότιμόν τε καὶ διαυγές ἐστι τὸ νᾶμα τῆς πίστεως, ὃ διὰ τῆς θείας διδασκαλίας ἀρύονται. τοῖς δὲ διὰ τῆς πονηρᾶς ὑπολήψεως Αἰγυπτιάζουσι, διαφθορᾶς αἷμα τὸ ὕδωρ γίνεται. καὶ πολλάκις ἐπιχειρεῖ ὁ παραλογισμὸς τῆς ἀπάτης καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων ποτὸν, τῷ μολυσμῷ τοῦ ψεύδους αἷμα ποιῆσαι· τουτέστι, τὸν ἡμέτερον λόγον, καὶ ἡμῖν δεῖξαι, μὴ τοιοῦτον ὄντα, οἷός ἐστιν. ἀλλ' οὐκ ἀχρειώσας καθόλου τὸ ποτὸν, κἂν ἐκ τοῦ παρέργου δι' ἀπάτης παρα-
B φοινίξῃ τὸ εἶδος. πίνει γὰρ ὁ Ἑβραῖος τὸ ἀληθινὸν ὕδωρ, κἂν παρὰ τῶν ἐναντίων πιθανῶς διαβάλληται, οὐδὲν πρὸς τὸ εἶδος τῆς ἀπάτης ἐπιστρεφόμενος. οὕτω καὶ τὸ τῶν βατράχων γένος τὸ εἰδεχθὲς καὶ πολύφωνον, οὗ ἀμφίβιος μὲν ἡ ζωὴ, ἑρπυστικὸν δὲ τὸ πήδημα· ἀηδὲς δὲ οὐ μόνον ἡ ὄψις, ἀλλὰ καὶ τῆς χρωτὸς ἡ δυσωδία· ὃ ταῖς οἰκίαις καὶ ταῖς κλίναις καὶ τοῖς ταμείοις τῶν Αἰγυπτίων εἰσέρπει· τῆς δὲ τῶν Ἑβραίων ζωῆς οὐχ ἅπτεται. ἀληθῶς γὰρ ἄντικρυς βατράχων γένη εἰσὶ, τὰ φθοροποιὰ τῆς κακίας γεννήματα, ἐκ τῆς ῥυπαρᾶς καρδίας τῶν ἀνθρώ-
C πων, οἷόν ἔκ τινος βορβόρου ζωογονούμενα. οὗτοι οἱ βάτραχοι οἰκοῦσι μὲν τὰς οἰκίας τῶν Αἰγυπτιαζόντων, κατὰ τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν· δείκνυνται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, καὶ τῶν κλινῶν οὐκ ἀπέχονται, καὶ εἰς τὰ ταμεῖα τῶν ἀποθέτων εἰσδύουσιν. ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν ῥυπαρόν τε καὶ ἀκόλαστον βίον, ἀληθῶς ἐκ πηλοῦ τε καὶ βορβόρου τικτόμενον, καὶ τῇ πρὸς τὸ ἄλογον μιμήσει κατὰ τὸ εἶδος τῆς ζωῆς ἐν οὐδετέρᾳ φύσει ἀκριβῶς μένοντα· καὶ ἄνθρωπον μὲν κατὰ τὴν φύσιν ὄντα, κτῆνος δὲ διὰ πάθος γινόμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀμφίβιον ἐκεῖνο καὶ ἐπαμφοτερίζον τὸ τῆς ζωῆς εἶδος ἐπιδεικνύοντα· εὑρήσεις καὶ ἐπὶ τούτου τὰ τῆς κτηνότης νόσου γνωρίσματα, οὐκ
D ἐπὶ τῆς κλίνης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης, καὶ ἐν τοῖς ταμείοις, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν οἴκησιν. ἐπισημαίνεται γὰρ διὰ πάντων ὁ τοιοῦτος τὴν ἀσωτίαν, ὥστε πάντας ῥᾳδίως ἐπιγνῶναι διὰ τῶν κατὰ τὸν οἶκον σπουδαζομένων τὸν βίον τοῦ τε ἀκολάστου καὶ τοῦ καθαρεύοντος. ὅταν ἐν τούτῳ μὲν ἐπὶ τῶν τοίχου κονιαμάτων δείκνυται παρὰ τῆς τέχνης διὰ εἰδώλων τινῶν τὰ τῆς ἐμπαθοῦς ἡδονῆς ὑπεκκαύματα· δι' ὧν ὑπο-

A quoque fieri videre licet. Non enim ignoramus, in magnis præſertim ciuitatibus in contrarias de veritate opiniones multitudine diuiſa, aliis limpidas aquas atque potabiles eſſe, quæ quotidianis prædicationibus, ſcripturæque vocibus in anima ſua ſcaturiunt: aliis (quoniam peruerſis opinionibus Ægyptiorum imitantur malitiam) in ſanguinem corruptum Euangelij atque prædicationis ſuauiſſimus potus conuertitur: & quod peius eſt, ſæpenumerò fraudulenta hæc Ægyptiorum, id eſt, non credentium perfidia falſita-
B tis, macula Hebræorum potum in ſanguinem conuertere nititur, doctrinam noſtram oſtendere talem non eſſe, qualis eſt: ſed nunquam inutilem potum tum noſtrum reddent, tametſi aquarum ſuperficiem quaſi rubeam apparere cauillationibus efficiant: bibet enim Iſraël, id eſt, Dei populus, aquam veram, nec vllo modo, licet veriſimiliter arguere aduerſarij videantur, ſpecie fallaciæ iſtius commouebitur. Sic pro ranarum quoque ſpecie deformi atque loquaci, cui dubia vita (nam & aquaticum & terreſtre id animal eſt) cuius
C ſaltus repens, cuius aſpectus turpiſſimus, cuius è corpore intolerabilis fœtor emittitur: quod domos lectulóſque ipſáque penetralia Ægyptiorum ſordidat, & Hebræorum vitam nõ maculat, varios malitiæ corruptioniſque fœtus, qui ex fœtido hominum corde, quaſi ex putrido limo naſcuntur, intelligimus. Hæc immunda ranarum multitudo, domos eorum qui Ægyptiacè, id eſt, vitioſè viuere malunt, habitat: in menſis eorum abundat, in lectulis aſſidet, in abditis eorum omnibus atque reconditis rebus inuenitur: verè namque ſordida luxurioſáque vita ex cor-
D rupto fœtidóque limo paſſionum profecta, dubium quoddam animal eſt, aquaticũ ſcilicet atque terreſtre. Homo natura eſt, qui ita viuit, electione verò pecus, pecudéque ſordidius: vnde fit, vt dubium quoddam animal hac vita efficiamur. Nam qui naturam reſpicit, homines: qui vitam conſiderat, non homines, ſed ex brutorum genere nos ipſe putabit: cuius quidem bruti ſigna tam in vniuerſa domo, quàm in ſingulis inuenias partibus. Nam & in muris & in aulis diuerſæ ad luxuriam animi picturæ, & in vaſis ſculpturæ impreſſæ ne-

quitiam prædicant, quibus cogitatio ad cupiditates ſuas reuocatur, vituperoſi ſpectaculi viſione, ad animam vſque paſſionum æſtu perueniente, ne ſcilicet cupiditatum ardor extinguatur, aut retundatur. Similiter ſi menſas, ſi lectos voluptuoſi corruptique hominis conſiderabis, id ipſum inuenies. Quòd ſi recondita abditaque hominis huiuſmodi non dico vaſcula & capſulas (multis enim ea patent, nec aliena ſunt à turpitudine vitæ) ſed occulta mentis & animi perſpicere poteris, iam verò accumulatarum ranarum putredinem reperies fœtidã. At modeſti hominis etiam oculus mundus eſt, & hæc quæ ad luxuriam incitant, ſpectacula reſpuit. Menſa quoque ſimiliter communis ac tenuis, nõ magna carnium aut piſcium onerata congerie. Quod autem iſta virtutis virgam feciſſe dicit hiſtoria, minimè perturbare nos debet: nam & obduratum à Deo fuiſſe tyrannum narrat. quo vero pacto damnandus fuiſſet, ſi Dei neceſſitate coactus obdurato animo reſtitiſſet? Simile namque id ei eſt, quod diuinus Apoſtolus de iis qui conuoluuntur in turpiſſimis nefandiſſimiſque luxuriæ vitiis, dicit. Quod ſicut non probauerunt impij Deum habere in notitiam, tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam & verba ſcripturæ, quaſi diuinitùs eos impulſos ad libidinem, ac ignominiæ paſſionibus traditos ſonare videntur. Nec tamen turpitudini Deus quemquam tradit, nec Pharao nolens ab ipſo Deo in duriciem impellitur, nec vita ranarum à virtute conformatur. Nam ſi Dei voluntate atque impulſu ita fieret, nec turpitudinis & vituperationis hæ paſſiones appellarentur, nec vlla eſſet inter virtutem & vitium differentia. Verùm cùm alius hanc, alius illam eligat vitam, & hic virtuoſè, ille vitioſè viuere malit, non iure altiori cuidam neceſſitati, ſed voluntati ſingulorum viuendi normam attribuimus. Quomodo igitur vituperationis quiſquam paſſionibus à Deo tradatur, ipſe Apoſtolus apertè nos docet, qui non probauit Deum habere in notitiam, is cùm à Deo non defendatur, ne gratia eius, vnde omne bonum eſt, ſuſtentetur (nec enim defendit Deus nolentem cognoſcere) is, inquam, ab eo turpitudini tradi dicitur.

Rom. 1.

A μιμνήσκεται τοῦ νόσου ἡ φύσις, διὰ τῆς ὄψεων ἐκ τῆς ἀτιμίας τῶν θεαμάτων ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἐπεισχεομένου τοῦ πάθους· ἐπὶ δὲ τοῦ σωφρονοῦντος, φυλακὴν πᾶσαν καὶ προμήθειαν, τοῦ τε τὸν ὀφθαλμὸν καθαρεύειν τῶν ἐμπαθῶν θεαμάτων. καὶ ἡ τράπεζα δὲ ὡσαύτως καθαρὰ μέν ἐστι τοῦ σωφρονοῦντος, εὑρίσκεται δὲ βατραχώδης καὶ πολύσαρκος τοῦ πρὸς τὸν βορβορώδη βίον ἰλυσπωμένου. κἂν τὰ ταμεῖα διερευνήσῃς, τουτέστι, τὰ κρυπτὰ τοῦ βίου αὐτοῦ καὶ ἀπόρρητα· πολὺ μᾶλλον ἐν ἐκείνοις σωρείαν βατράχων ἐν τοῖς ἀκολάστοις κατανοήσεις. εἰ δὲ ταῦτα ἡ τῆς ἀρετῆς ῥάβδος ποιεῖ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ὑπὸ B τῆς ἱστορίας λέγεται· μὴ ξενιαζώμεθα περὶ τὸν λόγον· καὶ γὰρ ἐσκληρῦνθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν τύραννον, ἡ ἱστορία φησί. πῶς οὖν ἂν εἴη κατάκριτος, τῇ ἄνωθεν ἀνάγκῃ σκληρός τε καὶ ἀντίτυπος διατεθειμένος; καί που τὸ ἴσον φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὅτι καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. περὶ τῶν ἀρρενοφθορούντων λέγων, καὶ περὶ τῶν ἐν τοῖς ἀτίμοις τε καὶ ἀρρήτοις τῆς ἀσωτίας τρόποις ἀσχημονούντων. ἀλλ' εἰ καὶ οὕτω λέγεται παρὰ τῆς θείας γραφῆς τὰ εἰρημένα· οὔτε τοῖς πάθεσι C τῆς ἀτιμίας ὁ Θεὸς ἔκδοτον δίδωσι τὸν πρὸς τοῦτο φερόμενον, οὔτε Φαραὼ θείᾳ βουλήσει σκληρύνεται, οὔτε ὁ βατραχώδης βίος ὑπὸ τῆς ἀρετῆς πλάττεται. εἰ γὰρ βουλητὸν ἦν τῇ θείᾳ φύσει· πάντως ἂν ἐπὶ πάντων κατὰ τὸ ἴσον ἡ τοιαύτη προαίρεσις ἴσχυσεν, ὡς μηδεμιᾶς ἀρετῆς καὶ κακίας περὶ τὸν βίον διαφορὰν θεωρεῖσθαι. ἄλλων δὲ ἄλλως μετεχόντων τοῦ βίου· καὶ τῶν μὲν δι' ἀρετῆς κατορθουμένων, τῶν δὲ εἰς κακίαν ἀπορρεόντων· οὐκ ἄν τις εὐλόγως D ὑπερκειμέναις τισὶν ἀνάγκαις, ταῖς κατὰ τὸ θεῖον βούλημα συνισταμέναις, τὰς διαφορὰς τῶν βίων λογίσαιτο, ὧν ἡ προαίρεσις ἐφ' ἑκάστου τὸ κράτος ἔχει. τίς οὖν παραδίδοται τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας, σαφῶς ἐστι παρὰ τοῦ ἀποστόλου μαθεῖν· ὁ μὴ δοκιμάσας τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, ὃν οὐκ ἀμυνόμενος ὁ Θεὸς διὰ τὸ μὴ ἐπιγνωσθῆναι Θεὸν εἶναι παρ' αὐτοῦ, παραδίδωσι τοῖς πάθεσι. ἀλλὰ δὴ τὸ μὴ ἐπιγνῶναι τὸν Θεόν, αἴτιον αὐτῷ γίνεται τοῦ εἰς τὸν ἐμπαθῆ καὶ ἄτιμον βίον κατασυρῆναι. ὥσπερ γὰρ

εἴ τινος εἰπόντος, ὅτι μὴ ὀφθεὶς ὁ ἥλιος τὸν δεῖνα τῷ βόθρῳ ἐνέρριψεν· οὐ τοῦτο λογιζόμεθα, ὅτι ὀργῇ χρώμενος ὁ φωστὴρ, τὸν μὴ βουληθέντα πρὸς αὐτὸν ἰδεῖν, ἐπὶ τὸν βόθρον ἀπώσατο· ἀλλ' οὕτως ἂν τὸ ῥηθὲν νοηθείη κατὰ τὸ εὔλογον, ὅτι τὸ μὴ μετέχειν τοῦ φωτὸς, αἴτιον τῷ μὴ βλέποντι τῆς εἰς τὸν βόθρον ἐστὶ καταπτώσεως. οὕτως ἐναργὴς ἂν εἴη, καὶ τὸ τοῦ ἀποστόλου νοεῖν, τὸ τοὺς μὴ ἐπιγνόντας τὸν Θεὸν τοῖς τῆς ἀτιμίας ἐκδίδοσθαι πάθεσι· καὶ τὸ ἐσκληρῶσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν Αἰγύπτιον τύραννον· οὐχ ὡς τὴν ἀντιτυπίαν ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ Φαραὼ τῆς θείας βουλήσεως ἐνθείσης· ἀλλ' ὡς τῆς προαιρέσεως διὰ τῆς πρὸς τὴν κακίαν προσκλίσεως τὸν ἐκμαλάσσοντα τὴν ἀντιτυπίαν λόγον οὐ δεχομένης. οὕτω καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς ῥάβδος ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις φανεῖσα, τὸν μὲν Ἑβραῖον καθαρὸν τῆς βατραχώδους ζωῆς ἀπεργάζεται· τὸν δὲ Αἰγύπτιον βίον πλήρη τῆς τοιαύτης δείκνυσι νόσου. ἀλλ' ἔσθ' ὅτε τοῦ Μωϋσέως καὶ ὑπὲρ τούτων τὰς χεῖρας ἐκτείναντος, ἀφανισμὸς τῶν βατράχων γέγονε. ὃ δὴ καὶ νῦν ἔστι γινώσκειν γινόμενον. οἱ γὰρ τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν τοῦ νομοθέτου κατανοήσαντες (συνήσεις δὲ πάντως, ὅ, τι σοὶ λέγει τὸ αἴνιγμα· ὥστε νοῆσαι διὰ μὲν τοῦ νομοθέτου τὸν ἀληθινὸν νομοθέτην· διὰ δὲ τῆς τῶν χειρῶν ἐκτάσεως, τὸν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰς χεῖρας ἐκτείναντα) οἱ τοίνυν πρὸς ὀλίγον τοῖς ῥυπαροῖς τούτοις καὶ βατραχώδεσι λογισμοῖς συζῶντες, εἰ πρὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν τὰς χεῖρας ἐκτείναντα ἴδοιεν· ἀπαλλάσσονται τῆς πονηρᾶς αὐτῶν συνοικήσεως, νεκρωθέντος τοῦ πάθους καὶ ἐποζέσαντος. ἀληθῶς γὰρ τοῖς ἀπηλλαγμένοις τῆς τοιαύτης νόσου, μετὰ τὴν νέκρωσιν τῶν ἑρπυστικῶν κινημάτων, ἄτοπός τις καὶ δυσώδης ἡ τῶν προβεβιωμένων γίνεται μνήμη, δι' αἰσχύνης τὴν ψυχὴν ἀηδίζουσα, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος πρὸς τοὺς ἐκ τῆς τοῦ κακοῦ μεταβολῆς τὴν ἀρετὴν μετιόντας· ὅτι τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; κατὰ τὴν διάνοιαν ταύτην νόει μοι καὶ τὸν ἀέρα διὰ τῆς ῥάβδου, τοῖς μὲν τῶν Αἰγυπτίων ὀφθαλμοῖς μελαινόμενον· ἐπὶ δὲ τῶν Ἑβραίων τῷ ἡλίῳ καταλαμπόμενον. δι' οὗ μάλιστα βεβαιοῦται τῆς ἀποδοθείσης διανοίας ὁ λόγος· ὅτι οὐκ ἄνωθέν τις ἀναγκαστικὴ δύναμις τὸν μὲν ἐν ζόφῳ, τὸν δὲ ἐν φωτὶ γενέσθαι παρασκευάζει·

A Nam quemadmodū ſi quis de homine qui in foueā decidit, quoniā ſolem, non vidit, iccirco in foueam incidiſſe aſſeueraret, nullo nobis modo in mētem veniret, ab irato ſole in foueā ipſum depulſum, ſed ſtatim intelligeremus, ideo in foueam lapſum, quoniam cæcitate ſua ſolis lucem aſpicere non potuit: Sic oportet illud Apoſtoli dictum intelligere, eos nimirum qui Deum non cognouerant, ignominiæ paſſionibus traditos eſſe, & induratum à Deo fuiſſe tyrannum Ægyptium, non quia diuina voluntas duriciem in animum eius in-
B duxerit, ſed quia cùm ipſe vitioſè viuere maluerit, non ſuſcepit rationem qua induratum in vitio cor permollitur. Sic virga quoque Moyſi apparens in Ægypto, Hebræos à ranis mundat, Ægyptios ranis replet. Verùm cùm etiam pro Ægyptiis manus Moyſes extenderit, tunc & ipſi ab huiuſcemodi abominato ranarum morbo liberantur. Quod ita fieri videmus in hac vniuerſi generis hominum à diabolo liberatione; nam qui prauis cupiditatibus, quaſi ranis immundis tabeſcunt, ſi ad
C verum legiſlatorem Chriſtum aſpexerint, & eum manus in cruce extendiſſe verè crediderint, facilè à cohabitatione ranarum liberantur, mortificato morbo huiuſmodi ac putrefacto. Quippe cùm liberatus ab his prauis cupiditatibus homo ſit, atque hos ſerpentinos animi motus omnino eiecerit, tunc delictorum quæ peſtifera cupiditate victus commiſerat, acerba nimium ac fœtida fit recordatio, amaritudinem ex pudore ingentem inferens, vt ad eos Apoſtolus ait: qui repudiata malè viuendi conſuetudine virtutem comple-
D xi ſunt. Quem igitur fructum in his habebatis, quorum nunc vos pudet? Hoc pacto etiam intellige per virgam Moyſi Ægyptiis quidem atrum & tenebroſum aera eſſe confectum: Hebræis verò eundem eodem in tempore atque loco radiis refulſiſſe. Quare ſententia noſtra maximè comprobatur, quòd ſcilicet non cogens quædam diuinitùs vis alios hominum in tenebris ceſpitare facit, alios in clara luce verſari,

ſed in nobis ipſis atque intrinſecus, in noſtra poteſtate, voluntate, electione, tenebrarum ac lucis cauſas homines poſſidemus, vt nunc videntes, nunc cæci, prout volumus, certè fiamus. Nam etiam ſecundum hiſtoriam non muri, non montes, non alia huius Ægyptiis radios ſolis auferebant, ſed æqualiter quidem ſole omnia perluſtrante, Iudæi luce diei fruebantur, Ægyptij autem videre non poterant. Sic luculenta ſplendidáque via virtutis æqualiter omnibus propoſita, alij malè agendo vitiorum tenebris obcæcantur, alij virtutis lumine reſplendent. Quod ſi poſtquam triduo Ægyptij tenebris laborarunt, luminis fiunt participes, poterit etiam fortaſſe hiſtoriæ ſenſus ad eorum tranſitum referri, qui cum antea Ægyptiorum more viuerent, ad virtutem à vitio per agnitionem crucifixi, atque ad pœnitentiam ſunt traducti: præſertim cum palpabiles illæ tenebræ tam verbo, quam ſenſu peccati atque ignorantiæ tenebris conueniant. Soluitur autem vtrumque iſtorum, cùm Moyſes vt in præcedenti loco intelleximus, pro iis qui in tenebris verſabantur, manus extenderit. Puluerem autem de camino ſumptum, qui turgentia vlcera doloréſque intolerabiles Ægyptiis inferebat, ipſo nomine camini admoniti, gehennæ ac ignis illius cruciatum ſignificaſſe credimus, qui quidem ignis ſolos vexat Ægyptios, id eſt, vt ſæpius diximus, malè viuentes, & extenſionem manuum Chriſti non adorantes. Si quis verò verè Iſraëlita eſt, nepos Abrahæ, qui illius vitam fide ac opere imitetur, is ignem illum non ſentiet, extenſione manuum Moyſis, id eſt, Chriſti liberatus. Scynifes verò illos, qui occultis morſibus Ægyptios exagitarunt, canináſque muſcas, quæ corporibus moriendo figebantur, locuſtáſque agrorum omnium vaſtitatem inferentes, & fulmina ſimul cum grandinis lapidibus decidentia, non erit profectò difficile, ſi quis dictorum ſeriem ſequitur, conueniēter ad noſtrum propoſitum vt decet accommodare,

A ἀλλ' οἴκοθεν ἔχομεν ἐν τῇ ἑαυτῶν φύσει τε καὶ προαιρέσει τὰς τοῦ φωτός τε καὶ σκότους αἰτίας οἱ ἄνθρωποι, πρὸς ὅπερ ἂν ἐθέλωμεν τοῦτο γινόμενοι. καὶ γὰρ, κατὰ τὴν ἱστορίαν, οὐ διά τινος τείχους ἢ ὄρους ἐπιπροσθοῦντος τὰς ὄψεις, καὶ τὰς ἀκτῖνας ἀποσκιάζοντος, οἱ μὲν Ἑβραῖοι τοῦ φωτὸς κατετρύφων· οἱ δὲ ἀναισθήτως εἶχον τῆς χάριτος· οὕτω πᾶσι κατὰ τὸ ἴσον τοῦ φωτεινοῦ βίου κατ' ἐξουσίαν προκειμένου· οἱ μὲν ἐν σκότει διαπορεύονται, διὰ τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων πρὸς τὸν τῆς κακίας ζόφον συνελαυνόμενοι· οἱ δὲ τῷ φωτὶ τῆς ἀρετῆς ἐλλαμπρύνονται. εἰ δὲ μετὰ τὸ B τριήμερον ἐν σκότῳ κακοπαθῆσαι, γίνεται καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ἡ τοῦ φωτὸς μετουσία· τάχα τις ἀπὸ τούτων ὁρμώμενος, πρὸς τὴν ἀπὸ κακίας πρὸς ἀρετὴν δι' ἐπιγνώσεως τοῦ σταυρωθέντος καὶ μετανοίας μετάστασιν τῶν πρὶν κατὰ τὸν βίον Αἰγυπτιαζόντων ἀνάγοι τὸ νόημα. τὸ γὰρ ψηλαφητὸν ἐκεῖνο σκότος, καθώς φησιν ἡ ἱστορία, πρὸς τὸ τῆς ἀγνοίας καὶ ἁμαρτίας σκότος πολλὴν ἔν τε τῷ ῥήματι καὶ τῷ νοήματι τὴν συγγένειαν ἔχει. λύεται δὲ τούτων ἑκάτερον, τοῦ Μωϋσέως C (καθὼς ἐν τῷ περὶ τούτου νενόηται) ὑπὲρ τῶν ἐν σκότει τὰς χεῖρας ἐκτείναντος. ὡσαύτως καὶ ἡ καμιναία κόνις ἐκείνη, ἡ τὰς ὀδυνηρὰς φλυκταίνας τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπάγουσα, κατὰ λόγον ἂν νοηθείη· διὰ τοῦ κατὰ τὸ ὄνομα τῆς καμίνου αἰνίγματος, ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κατὰ τὴν γέενναν ἀπειληθεῖσα κόλασις, ἣ μόνων ἅπτεται τῶν Αἰγυπτιαζόντων κατὰ τὸν βίον· τουτέστι, καθὼς πολλάκις εἴπομεν, τῶν κακῶς ζώντων καὶ τῶν ἔκτασιν τῶν χειρῶν τοῦ Χριστοῦ μὴ προσκυνούντων. εἰ δέ τις ἀληθῶς Ἰσραηλίτης ἐστὶ, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ υἱὸς, καὶ πρὸς ἐκεῖνον τῷ βίῳ βλέπει, ὡς δεῖξαι τῇ προαιρέ- D σει τὴν πρὸς τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀγχιστείαν τοῦ γένους· (ἐκτὸς φυλάσσεται) ἀπὸ τῆς καμιναίας ἐκείνης ὀδύνης. γένοιτο δ' ἂν κἀκείνοις ποτὲ ἡ ἀποδοθεῖσα τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν τοῦ Μωσέως ἑρμηνεία, θεραπεία τῆς ὀδύνης, καὶ ἀπαλλαγὴ τῆς κολάσεως. τοὺς δὲ λεπτοὺς σκνῖπας ἐκείνους, οἳ τοῖς ἀφανέσι δήγμασι τοὺς Αἰγυπτίους ἀλγύνουσι· τήν τε κυνόμυιαν ὀδυνηρῶς διὰ τοῦ δήγματος ἐμφυομένην τοῖς σώμασι· τήν τε ὑπὸ τῶν ἀκρίδων καταφθειρομένην γεωπονίαν· καὶ τοὺς ἄνωθεν πρηστῆρας τοῖς τῆς χαλάζης λίθοις συγκαταπίπτοντας· οὐκ ἄν τις τῷ εἱρμῷ τῶν προεξητασμένων ἑπόμενος κάμνοι, τὰ καθ' ἕκαστον προσαρμόζων τοῖς καταλλήλοις νοήμασι.

A ἃ ἀεὶ πάντα ποιεῖ μὲν, κατὰ τὸ παρηγγελμένον ἡ Αἰγυπτία προαίρεσις· ἐπάγει δὲ ἡ ἀδέκαστος τοῦ Θεοῦ δίκη. ἐπακολουθήσαντες νοήσωμεν ὅτι παρὰ Θεοῦ μὲν γὰρ τὰ λυπηρὰ τοῖς τῶν τοιούτων ἀξίοις· ἀλλ' ὅτι ἕκαστος ἑαυτῷ τῶν πληγῶν γίνεται δημιουργὸς, διὰ τῆς οἰκείας προαιρέσεως τὴν τῶν ἀλγεινῶν παρασκευὴν ἑτοιμάζων. καθὼς φησιν ὁ ἀπόστολος πρὸς τὸν τοιοῦτον λέγων· ὅτι κατὰ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ διὰ τὴν B ἀτακτοτέραν δίαιταν φθοροποιός τις χυμὸς καὶ χολώδης ἐν τοῖς σπλάγχνοις συνίσταται· ὃν ὁ ἰατρὸς διὰ τῆς τέχνης εἰς ἔμετον ἐφελκυσάμενος, οὐκ ἂν ἐν αἰτίᾳ γένοιτο τοῦ αὐτὸς ἐμποιῆσαι τῷ σώματι τὸν νοσώδη χυμὸν, ἀλλ' ἐποίησε μὲν ἡ τῆς τροφῆς ἀταξία, εἰς δὲ τὸ ἐμφανὲς ἤγαγεν ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη· οὕτως κἂν παρὰ τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι λέγηται τοῖς μοχθηροῖς τὴν προαίρεσιν ἡ ἀλγεινὴ ἀνταπόδοσις· εὔλογον ἂν εἴη νοεῖν, ἐξ ἡμῶν αὐτῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας τὰ τοιαῦτα λαμβάνειν πάθη. τῷ γὰρ ἀναμαρτήτως βεβιωκότι, C οὐ σκότος ἐστὶν, οὐ σκώληξ, οὐ γέεννα, οὐ πῦρ, οὐκ ἄλλο τι τῶν φοβερῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων. ὡς δὲ καὶ ἡ ἱστορία φησὶ, τοῖς Ἑβραίοις μὴ εἶναι τὰς Αἰγυπτίας πληγάς. εἰ οὖν ἐν τῷ αὐτῷ, τῷ μὲν εἶναι κακὸν, τῷ δὲ οὐκ ἔστι· τῆς τῶν προαιρέσεων διαφορᾶς ἐν τοῖς καταλλήλοις διακρινούσης ἑκάτερον· δῆλον ἂν εἴη τὸ μηδὲν τῶν κακῶν δίχα τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως δύνασθαι συστῆναι. ἀλλὰ πρὸς τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου προΐωμεν, τοσοῦτον προσθέντες διὰ τῶν ἐξητασμένων, ὅτι Μωϋσῆς τε ἐκεῖνος, καὶ ὁ κατ' ἐκεῖνον διὰ τῆς ἀρετῆς ἑαυτὸν ἐπαίρων, ἐπειδὰν διά τε τῆς χρονίας προσοχῆς τοῦ ὀρθοῦ τε καὶ ὑψηλοῦ βίου, καὶ διὰ τῆς ἄνωθεν γινομένης D φωταγωγίας δυναμωθῇ τὴν ψυχὴν, ζημίαν ἡγεῖται τὸ μὴ καὶ τοῖς ὁμογενέσι πρὸς τὸν ἐλεύθερον καθηγήσασθαι βίον. καὶ πρὸς αὐτοὺς γενόμενος, τῇ παραθέσει τῶν χειρόνων παθῶν σφοδροτέραν αὐτοῖς τῆς ἐλευθερίας τὴν ἐπιθυμίαν ἐντίθησι. καὶ μέλλων ἐξαιρεῖσθαι τοῦ κακοῦ τὸ ὁμόφυλον, θάνατον ἐπάγει παντὶ πρωτοτόκῳ Αἰγυπτίῳ. τοῦτο, δι' ὧν ἐποίησεν ἡμῖν νομοθετῶν, τὸ δεῖν τὴν πρώτην τοῦ κακοῦ γένεσιν ἐξαφανίζειν· μὴ γὰρ ἄλλως εἶναι δυνατὸν διαφυγεῖν τὸν Αἰγύπτιον βίον. καί μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, τὴν

A quæ quidem omnia Ægyptiaca vita quærit & eligit: Dei autem infinita iuſtitia ſecundum ſingulorum merita infert peccantibus. Non decet hiſtoriæ literam ita ſequi, vt Deum putemus cruciatus cauſam, ſed vnumquemque ſua electione ſibi dolores præparaſſe ac feciſſe credere debemus, vt etiam Apoſtolus ad huiuſmodi hominem dicit, quòd ſecundum duriciem tuam, quia cor tuum non pœnitet, iram tibi in die iræ ac reuelationis & iuſti iudicij Dei congregas, qui vnicuique tribuit iuxta ſuorum o- Rom. 2.
B perum merita. Nam quemadmodum ſi praui ac pernitioſi humores in præcordiis ac inteſtinis lateant, non accuſatur medicus, quod eos ipſe fecerit, ſi arte ipſos vomitu eijci curarit, ſed effecit quidem illos inordinata diæta, traxit autem in manifeſtius non imperitus medicus: ſic cùm dolores ac cruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipſis initia & cauſas earum vexationum fuiſſe. Qui enim bene vixit, huic non tenebræ, non vermes, non gehenna, non ignis, non aliud vllum & nomi-
C ne & re terribile imminet, ſicut ipſa quoque teſtatur hiſtoria. Nam cùm in eodem ſimul Hebræi cum Ægyptiis eſſent loco, cruciabantur Ægyptij, Hebræis nihil ſentientibus. Quare manifeſtum eſt, nihil harum pœnarum abſque noſtra electione ac voluntate poſſe conſiſtere. Sed pergamus ad reliqua, ſi prius id prædictis addiderimus: quòd ſicut Moyſes, ſic quicumque illum zelo virtutis imitatur, cùm longis magniſque bene viuendi exercitationibus ſeipſum confirmauerit, & ſuperiore viſione animum ſuum vallauerit atque muniuerit: tunc ma-
D gnam iacturam putabit, ſi eiuſdem naturæ homines peccato ſeruiant, dabitque operam dux eis ad libertatem fieri: cúmque ad ipſos acceſſerit comparatione ac propoſitione peiorum, ingens libertatis deſiderium in animos ſuos immittet, ac demum iam è malis educturus primogenitis Ægyptiorum omnibus mortem inferet, neque enim alia ratione ac via Ægypti effugere vitam poſſibile eſt. Sed hic multis dubitatio accidit, quónam

pacto hiſtoria defenditur, ne iniuſta (vt dicunt) diuina ſententia videatur: iniuriantur enim, aiunt, Ægyptij, & pro illo modò nati pueri puniuntur: & quomodo imperfecta ætas aut boni aut mali differentiam nouit? nónne vita infantium extra malignam omnem perturbationem eſt? dexteræ vel ſiniſtræ diſcrimen ignorant, ad ſolam nutricem reſpiciunt, ſi quicquam dolorem infert, non ſe parant ad defenſionem, ſed ploratu ſolùm ac lacrymis dolorem ſignificant: ſi quicquam quod natura appetit, nanciſcuntur: ſubridendo voluptatem oſtendunt. Cur igitur paternæ prauitatis ſubeunt ſupplicia? vbi iuſtitia? vbi pietas? vbi Ezechiel clamans, Anima quæ peccauerit, Ezech. 18. ipſa morietur, nec patris delicta ſuſcipiet natus? Quomodo igitur hiſtoria rationi aduerſa eſt? Sed quid mali eis contigit, ſi vitam patrum iniquam pueri effugerunt, & patres dolore immaturæ mortis ſuæ admonuerunt? quamuis multa quoque priſcis illis temporibus, quæ non magis propter præſentes, ſub quibus fiebant, quam propter futuros, ad quorum vtilitatem altiùs reductam intelliguntur, facta fuiſſe, non dubitauerim. Quid ergo hac hiſtoriæ figura docemur? quòd oporteat primas cogitationes & prima peccandi initia, & vias primas radicitus tollere. Nam qui principia deſtruxit, is quod ex iis ſequitur, ſimul deleuit, ſicut Dominus per Euangelium nos docet, propemodum clara voce nos admonens, vt Ægyptiorum malorum primogenita interimamus, dum iubet, vt cupiditatem atque iram penitus extinguamus, nec deinceps adulterij pollutionem aut homicidij ſcelus reformidemus: numquam enim aliquid horum oriri poteſt, niſi alterum ex ira alterum ex cupiditate naſcatur. Qui primogenitum interimit, is partum quoque qui ex primogenito naſcitur, ſimul interimit. Sicut in occidendo ſerpente, qui caput oppreſſit atque percuſſit, is totum quod à capite trahitur corpus mortificauit, quod minimè vnquam fieri poterit, niſi ſanguis in oſtiis infundatur, qui percuſſorem facilè repellit. Id ergo vtrumque in vnum complectamur:

A διὰ γνοίας ταύτην μὴ περιδραμεῖν ἀθεώρητον. εἰ γάρ τις μόνον εἰς τὴν ἱστορίαν βλέποι, πῶς ἡ θεοπρεπὴς ἔννοια τοῖς γεγενημένοις λεγομένοις διασωθήσεται; ἀδικεῖ ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ἀντ' ἐκείνου κολάζεται τὸ ἀρτιγενὲς αὐτοῦ νήπιον, ᾧ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς οὐδεμία τίς ἐστι καλοῦ τε καὶ μὴ τοιούτου διάκρισις· ἔξω τοῦ κατὰ κακίαν πάθους ἡ ζωὴ αὐτοῦ. οὐ γὰρ χωρεῖ τὸ πάθος ἡ νηπιότης, δεξιᾶς ἢ ἀριστερᾶς διαφορὰν οὐκ ἐπίσταται. πρὸς μόνην ἀναβλέπει τὴν θηλὴν, μόνην τοῦ λυποῦντος σημαντικὴν αἴσθησιν ἔχει τὸ δάκρυον.
B καὶ εἰ τύχοι τινὸς, οὗ ἡ φύσις ἐφίεται· μειδιάματι τὴν ἡδονὴν ἐπισημαίνει. τοῦτο τῆς πατρικῆς κακίας ἐκτίνει τὴν δίκην. ποῦ τὸ δίκαιον; ποῦ τὸ εὐσεβές; ποῦ τὸ ὅσιον; ποῦ Ἰεζεκιὴλ βοῶν, ὅτι ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται. καὶ, ὅτι οὐ λήψεται τὴν τοῦ πατρὸς ἁμαρτίαν ὁ ἐξ ἐκείνου γενόμενος. πῶς ἀντινομοθετεῖ ἡ ἱστορία τῷ λόγῳ; οὐκοῦν οὐκ εὐλογώτερον ἂν εἴη, πρὸς τὴν ἀναγωγὴν τοῦ νοήματος ὁρῶντας, εἰ καί τι γέγονε τυπικῶς, δόγμα διὰ τῶν γινομένων πιστεύειν τὸ νομοθέτην ἐκτίθεσθαι. τὸ δὲ δόγμα, τοιοῦτόν ἐστι· τὸ δεῖν πρὸς τὴν κακίαν τινὰ διὰ ἀρετῆς συμ-
C πλεκόμενον, τὰς πρώτας τῶν κακῶν ἀρχὰς εἰς ἀφανισμὸν ἄγειν. τῇ γὰρ ἀναιρέσει τῆς ἀρχῆς, τὸ δὲ μετ' ἐκείνην συναφανίζεται, καθὼς διδάσκει διὰ τοῦ εὐαγγελίου ὁ κύριος. μονονουχὶ διαρρήδην βοῶν ἀναιρεῖν τῶν Αἰγυπτίων κακῶν τὰ πρωτότοκα, δι' ὧν κελεύει τὴν ἐπιθυμίαν ἀνελόντας, καὶ τὴν ὀργὴν, μηκέτι δεδοικέναι, μήτε τῆς μοιχείας τὸ μίασμα, μήτε τοῦ φόνου τὸ ἄγος. οὐ γὰρ ἂν ἐφ' ἑαυτοῦ συσταίη τούτων ἑκάτερον, εἰ μὴ φόνον μὲν ἡ ὀργὴ, μοιχείαν δὲ ἡ ἐπιθυμία τελεσφορήσειε. ἐπεὶ οὖν ὁ τῆς κακίας τεκνογονῶν, πρὸ τῆς μοι-
D χείας τίκτει τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ὀργὴν πρὸ τοῦ φόνου· ὁ ἀνελὼν τὸ πρωτότοκον, συνανεῖλε πάντως καὶ τὴν ἀκολουθοῦσαν τῷ πρωτοτόκῳ γονήν. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὄφεως ὁ τὴν κεφαλὴν πλήξας, ὅλον συναπενέκρωσε τὸν κατόπιν ὁλκὸν ὃν ἐφέλκεται. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο, μὴ προσχυθέντος ἡμῖν ταῖς εἰσόδοις ἐκείνου τοῦ αἵματος, ὃ τὸν ὀλοθρευτὴν ἀποστρέφει. καὶ εἰ χρὴ τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν ἀκριβέστερον ἐν τοῖς εἰρημένοις κατανοῆσαι· τοῦτο δὲ ἑκα-

A δι' ἑκατέρων δίδωσιν ἡ ἱστορία νοεῖν, ἔκ τε τοῦ ἀπολέσθαι τὰ πρωτότοκα, καὶ ἐκ τοῦ δι' αἵματος κατασφαλισθῆναι τὴν εἴσοδον. ἐκεῖ τε γὰρ ἡ πρώτη ὁρμὴ τοῦ κακοῦ ἀφανίζεται· καὶ ἐνταῦθα ἡ πρώτη τῆς κακίας εἴσοδος καθ' ἡμῶν διὰ τοῦ ἀληθινοῦ ἀμνοῦ ἐπιστρέφεται. οὐ γὰρ ἐντὸς γενόμενον τὸν ὀλοθρευτὴν δι' ἐπινοίας ἐκβάλλομεν· ἀλλ' ὅπως ἂν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν παρεισδύσῃ, φυλακὴν διὰ τοῦ νόμου ποιούμεθα. φυλακὴ δέ ἐστι καὶ ἀσφάλεια, τὸ τῷ αἵματι τοῦ ἀμνοῦ τήν τε φλιὰν καὶ τοὺς σταθμοὺς τῆς εἰσόδου κατασημήνασθαι· ταῦτα
B περὶ ψυχῆς ἡμῖν φυσιολογοῦντος δι' αἰνιγμάτων τοῦ λόγου, ὃ καὶ ἡ ἔξωθεν παίδευσις ἐφαντάσθη, διαιροῦσα τὴν ψυχὴν εἰς τὸ λογιστικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδές. τούτοις δὲ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὑποβεβηκέναι φασὶν, ἑκατέρωθεν τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς ὑπερείδουσαν· τὸν δὲ λογισμὸν ἀμφοτέροις ἐπεζευγμένον, συνέχειν τε αὐτοὺς, καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀνέχεσθαι· πρὸς μὲν ἀνδρείαν τῷ θυμῷ στομούμενον, πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν δι' ἐπιθυμίας ὑψούμενον. ἕως ἂν οὖν ἡ ψυχὴ τῷ σχήματι τού-
C τῳ κατησφαλισμένη τύχῃ, καθάπερ τισὶ γόμφοις τοῖς κατ' ἀρετὴν νοήμασι τὸ βέβαιον ἔχουσα· ἐν πάσῃ δι' ἀλλήλων γίνεται ἡ πρὸς τὸ καλὸν συνεργία· παρέχοντος ἤδη δι' ἑαυτοῦ τοῖς ὑποβεβηκόσι τοῦ λογισμοῦ τὴν ἀσφάλειαν, καὶ ἐν τῷ μέρει παρ' ἐκείνων τὴν ἴσην χάριν ἀντιλαμβάνοντος. Εἰ δὲ ἀναστραφείη τὸ σχῆμα, καὶ τὰ ἄνω γένοιτο κάτω, ὥστε κατὰ τὸ πατούμενον μέρος τὸν λογισμὸν πεσόντα ἄνω ἑαυτοῦ ποιῆσαι τὴν ἐπιθυμητικήν τε καὶ θυμώδη διά-
D θεσιν· τότε ὁ ὀλοθρεύων εἰς τὰ ἐντὸς παραδύεται, μηδεμιᾶς τῆς ἐκ τοῦ αἵματος ἀντιπαθείας ἀντιβαρούσης αὐτῷ πρὸς τὴν εἴσοδον, τουτέστι, τοῖς οὕτω διακειμένοις τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως συμμαχούσης. τῷ γὰρ αἵματι πρῶτον ἐπαλείφειν κελεύει τὴν ἄνω φλιὰν, εἶθ' οὕτως ἐπιθιγγάνειν τῶν σταθμῶν ἑκατέρωθεν. πῶς δ' ἂν οὖν τις ἐπαλείψειε τὸ ἄνω πρῶτον, τὸ μὴ ἀνευρισκόμενον ἄνω. εἰ δὲ καὶ μὴ τὰ δύο τοῖς Ἰσραηλίταις γεγένηται, ἥ τε τῶν πρωτοτόκων ἀναίρεσις καὶ ἡ τοῦ αἵματος πρόσχυσις· μὴ θαυμάσῃς μηδὲν, μήτε διὰ τοῦτο τὴν ἀποδοθεῖσαν περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ κακοῦ θεωρίαν ἀποβάλῃς, ὡς ἔξω τῆς ἀληθείας παρευρημένην.

A ſic enim rectiùs ac exquiſitiùs exponetur. Primogenitorum nece & poſtium per ſanguinem cuſtodia diſcimus, & illinc primas vitiorum appetitiones tollendas, & hinc primum vitiorum aduerſus nos aditum per verum agnum repellendum eſſe intelligamus: non enim ingreſſum percuſſorem eijcere, ſed ne omnino ſubingrediatur, cauere lex iubet. Cautio autem & cuſtodia tuta eſt, vt agni ſanguine ſuperliminare ſimul & poſtes perungamus: ita per ænigmata nos ea
B lex inſtruit, ſeculi quoq. doctrina philoſophatur. Nam animam in rationale, concupiſcibile ac iraſcibile philoſophi partiuntur: quorum duo poſtrema, iraſcibile dico & concupiſcibile, ſubeſſe aiunt, ac vtrumque rationale ſuſtinere: rationale verò vtriſque innixum vtraq. continere, & ab vtriſque ſuſtineri, vt ad fortiter quidem agendum per iram excitetur ac roboretur, ad boni autem fruitionem concupiſcentia efferatur. Quouſque igitur anima hoc ordine ſeipſam tutatur, rectis cogitationibus quaſi quibuſdam clauis, hunc iſtorum
C trium ordinem conſeruans, alterum ab altero quo ad virtutis cultum coadiuuatur: ratio enim iraſcendi & cupiendi vim ad bonum dirigit, & ab illis, vt diximus, corroboratur. Si verò is ordo conuerſus fuerit, & quod ſupra eſſe debet, ſubijciatur, & cupiendi ac iraſcendi vis rationem de loco ſuo deiectam conculcet, tunc percuſſor ingreditur, tunc nulla ſanguinis vis ipſi reſiſtit: nihil enim fides in Chriſtum his prodeſt, qui peruerſione huius ordinis corrumpuntur. Primò
D enim ſuperliminare inungendum, deinde vtrumque poſtem tingendum ſanguine iubet. Quomodo igitur poteris rationem primùm Chriſti fide communire, cùm eum ſuprà quærere iubearis? ſi ſuprà eam in loco ſuo non inuenies, nullo certè modo. Nec te turbet, quòd primogenitorum cædem Ægyptiis illatam, & ſanguinis effuſionem atque inunctionem à Iudæis factam, in vnum contulimus,

vnus enim atque idem homo & Ægyptius & Iudæus varietate viuendi & varia voluntate ac electione intelligitur. Itaque ſi Iudæum hominem eſſe virtute præditum ſecundum ſpiritualem ſenſum ponimus, non ſanè congruè virtutis fœtuum principia perimi quiſquam requirat, ſed ea quorum interitus multo plus vtilitatis quam educatio attulerit. Conuenienter igitur Ægyptiæ prolis initia tollenda eſſe didicimus, vt deficiat malum iam inde à primordiis ſuis è medio ſublatum. Sed & quadrat hiſtoriæ ſenſus iſte, cum Iſraeliticorum pignorum conſeruatio ex affuſo poſtibus ſanguine pendeat, vt ad perfectam ætatem bonum perueniat. Quod verò poſtquam perfectam ætatem attigerit, ad Ægyptium populum pertinebat, hoc antequam in malo perficeretur, è medio ſublatum eſt. Sed ad hunc quoque ſpiritualem ſenſum, quæ ſequûtur, mirificè congruunt. Iubent enim nutrimentum aſſumendum eſſe, id eſt, corpus vnde ſanguis effuſus eſt, quo repellitur Ægyptiorum percuſſor, ſi aditus noſtros, id eſt, tres illas animæ vires illo ſignatas perſpexerit. Accedit, quòd edendi modum non remiſſum quendam tradit, vt in conuiuiis fieri ſolet, vbi conuiuæ ſedent, manibus liberis, & pedibus non ad iter calceatis, & ad hæc
Exod.12. 46. effuſis induti veſtibus. Sed contrà quaſi ad iter pedes iuſſit comedendo habere duris calceis calceatos, cingulo ſuſtineri ac comprimi veſtem ne effundatur, ac in manibus baculum teneri, quo canes arceantur. In hac itaque diſpoſitione feſtinanter agnum comedere iubentur, non operoſa coquorum arte præparatum, ſed igni vt contigit aſſum, & cum omni celeritate raptim illum abſumere, quouſque totum animalis corpus conſumptum fuerit, dúmq. ex iis quæ oſſibus adhærent, comedunt quicquid eſculentum eſt, & ab eo quod intus eſt abſtinent: prohibitum enim eſt ne oſſa comminuantur animalis huius, ſed quod ex illa manducatione reliquum fuerit, igni tradere iubentur. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt altius quoddam hoc comedendi modo voluiſſe legiſlatorem nobis oſtendere.

A νοεῖται γὰρ τῇ διαφορᾷ τῆς ὀνομασίας, τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ τε καὶ τοῦ Αἰγυπτίου, ὁ τῆς ἀρετῆς πρὸς τὴν κακίαν διάφορος ἐνοήσαμεν. εἰ οὖν Ἰσραηλιτικὸν τὸν ἐνάρετον ἡ ἀναγωγὴ νοεῖν ὑποτίθεται· οὐκ ἂν εὐλόγως τῶν τῆς ἀρετῆς γεννημάτων τὰς ἀρχὰς ἐπιζητοίη τις καταφονεύεσθαι, ἀλλ᾽ ἐκεῖνα, ὧν ὁ ἀφανισμὸς τῆς ἀναστροφῆς ἐστὶ λυσιτελέστερος. οὐκοῦν ἀκολούθως τῆς Αἰγυπτίας γονῆς τὰς ἀρχὰς δεῖν ἀναιρεῖσθαι, παρὰ τοῦ Θεοῦ μεμαθήκαμεν, ὡς ἂν ἐπιλίποι τὸ κακὸν τῷ τῆς ἀρχῆς ὀλέθρῳ συνδαπανώμενον. καὶ συμ-
B βαίνει τῇ ἱστορίᾳ τὸ νόημα· τῶν μὲν Ἰσραηλιτικῶν γεννημάτων διὰ τῆς τοῦ αἵματος προχύσεως γίνεται ἡ φρουρά, ὅπως ἂν εἰς τελείωσιν τὸ ἀγαθὸν ἔλθῃ. ὅπερ δὲ τελειωθὲν εἰς Αἰγύπτιον συντελέσει δῆμον, τοῦτο πρὸ τῆς ἐν τῷ κακῷ τελειώσεως ἠφανίσθη. συνεργεῖ δὲ πρὸς τὴν προκειμένην ἡμῖν ἀναγωγὴν τοῦ νοήματος καὶ τὰ ἐφεξῆς συμπαραλαμβανόμενα τῇ θεωρίᾳ τοῦ λόγου. βούλεται γὰρ τροφὴν ἡμῖν γενέσθαι τὸ σῶμα, ὅθεν ἀπέρρυη τὸ αἷμα, ὃ χαρίζει τοῦ ὀλοθρευτοῦ τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τὴν εἴσοδον δε-
C χύμενον. τό, τε σχῆμα τῶν τὴν τροφὴν ταύτην προσφερομένων, συντονόν τι καὶ κατεσπουδασμένον ἐστὶν, οὐχ οἷον ἐπὶ τῶν εὐπαθούντων ἐν συμποσίοις ὁρᾶται· ὧν ἄνετοι μὲν αἱ χεῖρες, ἐλαφραὶ δὲ ἱματίων ἐπιβολαὶ, καὶ τῆς ὁδοιπορικῆς παρασκευῆς οἱ πόδες ἐλεύθεροι· ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ πάντα. πόδες μὲν διειλημμένοι τοῖς ὑποδήμασι, ζώνη δὲ τὸ περιρρέον τοῦ χιτῶνος τῇ ἰξύϊ συσφίγγουσα, διὰ χειρὸς δὲ ἡ ἀμυντικὴ τῶν κυνῶν βακτηρία. καὶ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι προστίθεται αὐτοῖς ἡ βρῶσις ἄνευ
D τινὸς ὀψαρτυτικῆς καρυκείας, ἐπὶ πυρὸς κατὰ τὸ συμβὰν ἐκ τοῦ παρατυχόντος σχεδιασθεῖσα, ἣν κατὰ πᾶσαν ἔπειξιν ἁρπαλέως οἱ δαιτυμόνες καταβροχθίζουσι, μέχρις ἂν ἅπαν δαπανηθῇ τοῦ ζώου τὸ σῶμα· καὶ τῶν ὀστέων περιεσθίοντες, ὅσον ἐδώδιμον, τῶν ἐντὸς οὐ προσάπτονται. τὸ γὰρ συντρίβειν τοῦ ζώου τούτου τὰ ὀστᾶ, τῶν ἀπειρημένων ἐστί· ὅ, τι δ᾽ ἂν ὑπολειφθείη τῆς βρώσεως, τῷ πυρὶ δεδαπάνηται. ἐξ ὧν ἁπάντων δῆλόν ἐστιν, ὅτι πρός τινα ὑψηλοτέραν διάνοιαν τὸ γράμμα βλέπει, οὐχὶ τὸν τρόπον τῆς βρώσεως ἡμῖν ὑφηγουμένου τοῦ νόμου (ἱκανὸς γὰρ τῶν τοιούτων νομοθέτης ἡ φύσις, ἡ τὴν ὄρεξιν ἡμῖν τῆς τροφῆς ἐνθεῖσα·) ἀλλὰ ἕτερόν τι διὰ τούτων σημαίνεται.

καὶ τὰ ἄλλα πάντα, δι' ὧν ἐνεργὸς ἡ αἴσθησις γίνεται, πολλὴν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἔχει τὴν χώραν. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ θεωρία, οὔτε κατὰ τὸ φαινόμενον, οὔτε κατὰ τὸ ἀκουόμενον ἐνεργεῖται, οὔτε ἐπί τινι τῶν συνήθων νοημάτων καταλαμβάνεται. οὔτε γὰρ ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε τι τῶν ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου συνήθως ἀναβαινόντων ἐστίν. ἀλλὰ χρὴ τὸν μέλλοντα προσβαίνειν τῇ τῶν ὑψηλῶν κατανοήσει, πάσης αἰσθητικῆς τε καὶ ἀλόγου κινήσεως προκαθάρασθαι τὸν τρόπον, καὶ πᾶσαν δόξαν, τὴν ἐκ προλήψεώς τινος γεγενημένην, τῆς διανοίας ἐκπλυνάμενον, τῆς τε συνήθους ὁμιλίας χωρισθέντα τῆς πρὸς τὴν ἰδίαν σύνοικον, τουτέστι, τὴν αἴσθησιν, ἡ συζυγής πως ἐστὶ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει καὶ σύνοικος· καὶ τοιούτων καθαρὸν γενόμενον, οὕτω κατατολμῆσαι τοῦ ὄρους. ὄρος γάρ ἐστιν ἀπότομος ὡς ἀληθῶς καὶ δυσπρόσιτον ἡ θεολογία, ἧς μόλις ὁ πολὺς λαὸς τὴν ὑπώρειαν φθάνει (εἰ δέ τις Μωϋσῆς εἴη γένοιτο ἂν καὶ ἐπὶ τὴν ἄνοδον, χωρῶν τῇ ἀκοῇ τὰς τῶν σαλπίγγων φωνάς, ἃς φησιν ὁ τῆς ἱστορίας λόγος ἰσχυροτέρας ἐν τῷ προσβαίνειν γίνεσθαι) ἀληθῶς σάλπιγξι τὴν ἀκοὴν καταπλήττουσα, τὸ περὶ τῆς θείας φύσεως κήρυγμα, μέγα μὲν καὶ παρὰ τὴν πρώτην φαινόμενον, μεῖζον δὲ καὶ μᾶλλον τῆς ἀκοῆς καθικνούμενον ἐν τοῖς τελευταίοις· ἐσάλπισεν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται τὸ θεῖον τῆς κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομίας μυστήριον· ἀλλ' ἀσθενέστεραι ἦσαν αἱ πρῶται φωναί, ἢ ὥστε καθικέσθαι τῆς ἀπειθοῦς ἀκοῆς. διὸ ἡ βαρυηκοΐα τῶν Ἰουδαίων, τὴν φωνὴν τῶν σαλπίγγων οὐ παρεδέξατο. προβαίνουσαι δέ, καθώς φησιν ὁ λόγος, αἱ σάλπιγγες, ἐγίνοντο ἰσχυρότεραι. αἱ γὰρ τελευταῖαι φωναὶ αἱ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων γεγενημέναι, καθίκοντο τῆς ἀκοῆς. οὕτω τοῦ πνεύματος τοῦ διὰ τῶν ὀργάνων ἠχοῦντος γεγωνότερον ἐν τοῖς ἐφεξῆς, καὶ εὐτονώτερον ποιουμένου τὸν ἦχον. ὄργανα δ' ἂν εἶεν ἕνα πνευματικὸν φθόγγον ἠχοῦντα, προφῆται καὶ ἀπόστολοι ὧν, καθώς φησιν ἡ ψαλμῳδία, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Εἰ δὲ οὐ χωρεῖ τὸ πλῆθος τὴν ἄνωθεν γινομένην φωνήν, ἀλλ' ἐπιτρέπει τῷ Μωϋσεῖ, γνῶναι μὲν δι' αὐτοῦ τὰ ἀπόρρητα, διδάξαι δὲ τὸν λαόν, ὅπερ ἂν διὰ τῆς ἄνωθεν διδασκαλίας τύχῃ μαθὼν δόγμα·

A Quare motus ſui omnes, & opera ſenſuum ſunt. Speculatio autẽ, qua Deum contemplamur, nec viſu, nec auditu, quantum in ſe eſt, indiget: neque conſueta quadam comprehenſione intellectionéque percipitur: oculus enim non vidit, nec auris audiuit: non eſt enim quicquam eorum, quæ in cor hominis aſcendere conſueuerunt. Quare oportet, ſi quis ad contemplationem eius accedere velit, ab omni ſenſuali & irrationali motu mentem ſuã permundare: ac ita cùm omnem opinionem quæ ex ſenſibus originem habeat, ex
B mente abſtruſerit, conſuetudineque coniugis ſuæ caruerit (coniunx verò hic ſenſus intelligitur, qui coniunctus naturæ noſtræ nobiſcum habitat.) Hac igitur cùm caruerit, ſic denique poterit ad montem accedere. Mons autem arduus verè ac acceſſu difficilis, Theologia eſt: cuius vix multitudo ad radices peruenire poteſt. Si quis verò Moſes fuerit, cùm altiùs aſcenderit, poterit ſonitus tubarũ auribus ſentire, quas narrat hiſtoria procedendo fieri fortiores. Eſt autem tuba, non paruum ſtuporem
C per auditum efficiens naturæ diuinæ prædicatio, magnum quidem ſtatim ab initio ſonans, magis autem atque magis in vltimis intonans. Inſonuit lex & prophetæ diuinum incarnationis myſterium: ſed imbecilliores erant illæ primæ voces, quàm vt poſſent duros commouere. Auditus idcirco Iudæorum ſurditas tubarum ſonum minimè ſuſcepit: ſed prophetarum tubæ paulatim procedentes, ſonantiùs cecinerunt. Nam vltimæ voces quæ Euangelica prædicatione factæ ſunt, auditum commouerunt, ſpiritu ſic
D per organa vehementiùs in poſterioribus intonante. Organa verò ac inſtrumenta vnum ſonum ſpiritualem edentia, prophetæ atque Apoſtoli ſunt: quorum ſonus, vt Pſalmiſta dicit, in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum. Quòd verò multitudo vocem illam audire non potuit, ſed commiſit Moyſi, vt ipſe per ſeipſum ſecreta illa perciperet, populúmque poſtea doceret, quæcúmque diuina doctrina didicerit,

Eſa. 64.

1. Cor. 2.

Pſal. 18.

id quoque in eccleſia fieri totum videmus: non enim permittitur omnibus ad myſteriorum cognitionem ſeipſos intrudere, ſed eligitur vnus è multis diuinarum rerum capax, cui cæteri auditum cum obedientia præbeant, illud ſibi credendum faciendúmque putantes, quod ab eo qui initiatus eſt, audiuerint. Non omnes, inquit, Apoſtoli ſunt, nec prophetæ omnes: quod hodie in multis eccleſiis parum ſeruatur. Nam multi cùm adhuc prioris vitæ maculam non abſterſerint, ipſi illoti, ac amictu vitæ ſordido vtentes, irrationalem ſenſum in omnibus pluris facientes, diuinum hunc aſcenſum rapere audent, vnde ipſi ſuis cogitationibus lapidabuntur. Nam hæreticorum opiniones lapides quidem ſunt, quibus prauorum inuentores dogmatum obruuntur. Quid autem ſignificat, quòd in caliginem ſeipſum prius Moyſes intromiſit, deinde in ea Deum proſpexit? Contrarium enim id quodammodo videtur primæ viſioni: nam tunc in luce, nunc in caligine Deum videt. Sed id quoque à ſerie anagogici ſenſus abhorrere non putamus: per hanc enim diuerſitatem hiſtoriæ docemur, quòd religionis cognitio lux eſt ab initio illis, à quibus percepta eſt: quamobrem quod religioni oppoſitum intelligimus, tenebræ ſunt, quarum depulſio non niſi lucis participatione fit. Verùm mens hominis ad maiora ſemper & perfectiora procedens, quantò magis ad Dei ſpeculationem accedit, tantò magis perſpicit, quòd diuina natura inuiſibilis atque incomprehenſibilis eſt. Nam cùm reliquerit non ſolùm omnia quæ ſenſu percipiuntur, verumetiam cuncta quæ mente inſpiciuntur, ac ſemper ad interiora progrediatur, tunc caligine vndique circumſeptus inuiſibili incomprehenſibili, Deum videt. In hoc enim conſiſtit Dei vera cognitio, in hoc eſt eius viſio, vt videas quòd videri non poſſit, quòd omnem cognitionem cognitio eius excedit, quaſi caligine quadam ipſa incomprehenſibilitate vndique contenta. Quapropter diuinus etiam Ioannes, qui in ſplendidiſſimam hanc caliginem peruenerat, non dubitauit exclamare: Deum nunquam vllus vidit: non ſolùm hominibus,

1.Cor.12.

Ioan. 1.
1.Ioan.4.

A καὶ τοῦτο τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν διαγινομένων ἐστί· τὸ μὴ πάντας ἑαυτοὺς εἰσωθεῖν πρὸς τὴν τῶν μυστηρίων κατάληψιν, ἀλλ' ἐπιλεξαμένους ἐξ ἑαυτῶν τὸν χωρῆσαι τὰ θεῖα δυνάμενον, ἐκείνῳ τὴν ἀκοὴν εὐγνωμόνως ὑπέχειν, πιστὸν ἡγουμένους ἅπερ ὅ,τι περ ἂν παρὰ τοῦ τὰ θεῖα μυηθέντος ἀκούσωσιν. οὐ πάντες γάρ φησιν ἀπόστολοι, οὐδὲ πάντες προφῆται. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι νῦν ἐν ταῖς πολλαῖς τῶν ἐκκλησιῶν φυλασσόμενον. πολλοὶ γὰρ καθαρσίων ἔτι ἐκ τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς δεόμενοι, ἄπλυτοι τινὲς καὶ B κατεσπιλωμένοι τῇ τοῦ βίου περιβολῇ, τὴν ἄλογον αἴσθησιν αὐτῶν προβαλλόμενοι, τῆς θείας ἀνόδου κατατολμῶσιν. ὅθεν αὐτοὶ τοῖς ἰδίοις αὐτῶν λογισμοῖς καταλεύονται. αἱ γὰρ αἱρετικαὶ ὑπολήψεις, λίθοι τινὲς ἀτεχνῶς εἰσιν, αὐτὸν τὸν εὑρετὴν τῶν πονηρῶν δογμάτων καταχωννῦντες. τί δὲ δὴ βούλεται τὸ ἐντὸς τοῦ γνόφου γενέσθαι τὸν Μωϋσέα, καὶ οὕτως ἐν αὐτῷ τὸν Θεὸν ἰδεῖν; ἐναντίον γὰρ δοκεῖ πως εἶναι τῇ προτέρᾳ θεοφανείᾳ τὸ νῦν ἱστορούμενον. τότε μὲν γὰρ ἐν φωτί, νῦν δὲ ἐν γνόφῳ τὸ θεῖον. μηδὲ C τοῦτο τοῦ εἱρμοῦ τῶν κατὰ ἀναγωγὴν ἡμῖν θεωρηθέντων ἀπᾴδειν νομίσωμεν. διδάσκει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος, ὅτι ἡ γνῶσις τῆς εὐσεβείας φῶς γίνεται παρὰ τὴν πρώτην οἷς ἂν ἐγγένηται. διότι τὸ ἐξ ἐναντίας τῇ εὐσεβείᾳ νοούμενον, σκότος ἐστίν· ἡ δὲ ἀποστροφὴ τοῦ σκότους, τῇ μετουσίᾳ τοῦ φωτὸς γίνεται. προϊὼν δὲ ὁ νοῦς, καὶ διὰ μείζονος ἀεὶ καὶ τελειοτέρας προσοχῆς ἐν περινοίᾳ γινόμενος τῆς ὄντως κατανοήσεως· ὅσῳ προσεγγίζει μᾶλλον τῇ θεωρίᾳ, τοσούτῳ πλέον ὁρᾷ τὸ τῆς θείας φύσεως ἀθεώρητον. καταλιπὼν D γὰρ πᾶν τὸ φαινόμενον, οὐ μόνον ὅσα καταλαμβάνει ἡ αἴσθησις, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἡ διάνοια δοκεῖ βλέπειν· ἀεὶ πρὸς τὸ ἐνδότερον ἵεται, ἕως ἂν διαδυῇ τῇ πολυπραγμοσύνῃ τῆς διανοίας πρὸς τὸ ἀθέατόν τε καὶ ἀκατάληπτον, κἀκεῖ τὸν Θεὸν ἴδῃ. ἐν τούτῳ γὰρ ἡ ἀληθής ἐστιν εἴδησις τοῦ ζητουμένου· καὶ ἐν τούτῳ τὸ ἰδεῖν, ἐν τῷ μὴ ἰδεῖν· ὅτι ὑπέρκειται πάσης εἰδήσεως τὸ ζητούμενον, οἷόν τινι γνόφῳ τῇ ἀκαταληψίᾳ πανταχόθεν διειλημμένον. διό φησι καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, ὁ ἐν τῷ λαμπρῷ γνόφῳ τούτῳ γενόμενος, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις,

ἀλλὰ καὶ πάσῃ νοητῇ φύσει τῆς θείας οὐσίας τὴν γνῶσιν ἀνέφικτον εἶ), τῇ ἀποφάσει ταύτῃ διοριζόμενος. ὅτε οὖν μείζων ἐγένετο κατὰ τὴν γνῶσιν ὁ Μωϋσῆς, τότε ὁμολογεῖ τὸν Θεὸν ἐν γνόφῳ ἰδεῖν, τουτέστι, τότε γνῶναι, ὅτι ἐκεῖνό ἐστι τῇ φύσει τὸ θεῖον, ὃ πάσης γνώσεώς τε καὶ καταλήψεώς ἐστιν ἀνώτερον. Εἰσῆλθε γάρ φησι Μωϋσῆς εἰς τὸν γνόφον, οὗ ἦν ὁ Θεός. τίς ὁ Θεός; ὃς ἔθετο τὸ σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, καθώς φησι Δαβίδ, ὁ ἐν τῷ αὐτῷ μυηθεὶς τὰ ἀπόρρητα. ὁ δὲ ἐκεῖ γεγονὼς, ἃ προεπαιδεύθη διὰ τοῦ γνόφου, πάλιν διὰ τοῦ γνόφου διδάσκεται· ὡς ἄν, οἶμαι, παγιώτερον ἡμῖν τὸ περὶ τούτου γένηται δόγμα, τῇ θείᾳ φωνῇ μαρτυρούμενον. ἀπαγορεύει γὰρ ἐν πρώτοις, ὁ θεῖος λόγος, πρὸς μηδὲν τῶν γινωσκομένων ὁμοιοῦσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων τὸ θεῖον· ὡς παντὸς νοήματος τοῦ κατά τινα περιληπτικὴν φαντασίαν ἐν περινοίᾳ τινὶ καὶ στοχασμῷ τῆς φύσεως γινομένου, εἴδωλον Θεοῦ πλάσσοντος καὶ οὐ Θεὸν καταγγέλλοντος. διχῇ δὲ τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀρετῆς διῃρημένης, εἴς τε τὸ θεῖον, καὶ εἰς τὴν τοῦ ἤθους κατόρθωσιν. μέρος γὰρ εὐσεβείας, καὶ ἡ τοῦ ἤθους καθαρότης ἐστί. μαθὼν ἐν πρώτοις, ἃ χρὴ περὶ Θεοῦ γινώσκειν· τὸ δέ γε γινώσκειν ἦν, τὸ μηδὲν περὶ αὐτοῦ τῶν ἐξ ἀνθρωπίνης καταλήψεως γινωσκομένων εἰδέναι· οὕτως τὸ ἕτερον τῆς ἀρετῆς εἶδος διδάσκεται, μανθάνων ἐν οἵοις ἐπιτηδεύμασιν ὁ ἐνάρετος κατορθοῦται βίος. μετὰ τοῦτο ἐν τῇ ἀχειροποιήτῳ σκηνῇ γίνεται. τίς ἀκολουθήσει τῷ διὰ τῶν τοιούτων ὁδεύοντι, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὑψουμένῳ τὸν νοῦν; ὃς καθάπερ τινὰ κορυφὴν ἐκ κορυφῆς μεταλαμβάνων, διὰ τῆς τῶν ὑψηλῶν ἀναβάσεως, ἀεὶ ἑαυτοῦ γίνεται ὑψηλότερος. πρῶτον κατέλιπε τὴν ὑπώρειαν, πάντων τῶν πρὸς τὴν ἄνοδον ἀτονησάντων ἀποκριθείς. εἶτα δέχεται τῇ ἀκοῇ τὰς τῶν σαλπίγγων φωνὰς, τῷ ὕψει τῆς ἀνόδου συνεπαιρόμενος. ἐπὶ τούτοις, εἰς τὸ ἀόρατον τῆς θεογνωσίας ἄδυτον παραδύεται. καὶ οὐδὲ ἐν τούτῳ μένει· ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀχειροποίητον μεταβαίνει σκηνήν. τῷ ὄντι γὰρ

A ſed intellectuali omni naturæ impoſſibilem diuinæ ſubſtantiæ cognitionem hac negatione determinans. Quare Moyſes etiam cùm cognitione maior factus fuit, tunc confitetur, in caligine Deum vidiſſe, id eſt, tunc demum cognouiſſe illam eſſe diuinam naturam quæ cognitionem & comprehenſionem omnem excedit. Intrauit enim Moyſes (hiſtoria inquit) in caliginem, vbi Deus erat. Quiſnam Deus? qui poſuit tenebras occultationem ſuam, vt cecinit Dauid ille, qui etiam in eadem caligine initiatus eſt quam qui in- *Exod.20. 21.* *Pſ.17.10.*

B trauit, qui verò illuc intrauit, ea de quibus ante per caliginem fuerat eruditus, rurſus per caliginem docetur vt fide, opinor, firmius hoc decretum diuina voce atque auctoritate comprobatum. Vetat enim in primis diuinum præceptum, ne alicuius rei quam cognoſcas, Deo ſimilem putes: omnis enim intellectus, qui phantaſtica quadam cogitatione, quaſi coniectura diuinam naturam apprehendit, ſimulachrum quidem Dei finxit in mente, Deum autem non intellexit. Verùm *Exo.20.4.*

C cùm virtus, quæ ſecundum veritatem eſt, bipartita ſit, partimque fide in Deum, partim recta viuendi ratione conſtituatur (pietatis enim profectò pars non parua eſt mundicies vitæ) primùm didicit, quid oporteat de Deo cognoſcere: quod quidem cognoſcere nihil aliud eſt, quàm nihil eorũ eſſe Deum cognoſcere, quæ humana mens poteſt cognoſcere. Deinde aliam virtutis partem diligẽter docet: docetur enim quibus operibus bene viuendi ratio perficiatur: ac demum in tabernaculũ quod manus nulla fuerat fabricata, ingredi-

D tur. Quis ſequetur hunc, qui per tot tantáque ſcandit, ac mentem ſemper in altiùs extollit: qui cùm in vnum cacumen aſcenderit, ad alterum illud, ſibi fit gradus, & illud iterum atque iterum ad aliud, ita vt de altiori in altius ſemper aſcendat, ſempérque ſeipſo fiat præſtantior? Primùm cùm cæteri omnes ad aſcenſum deficerent, radices montis ſolus ſupergreditur. Deinde tubarum ſonitus auribus percepit altitudine montis mirabili: ipſe quoque mirificè eleuatus, ad hæc inuiſibilia diuinæ cognitionis penetralia ingreditur. Nec ibi permanſit, ſed in tabernaculum nulla manu factum pertranſit: certè namque

ad hunc tandem ille finem peruenit, qui huiuſmodi aſcenſibus exaltatur. Sed illa quoque ſententia de cœleſti tuba ad diuinam perducente cognitionem, non eſt improbanda, cœlum enim & omnia quæ in cœlo ſunt, ſiue varij motus, ſiue diuerſæ magnitudines, ſiue ſplendores alius alium fulgore perſtringentes, mirabilis fabrica ſapientiam Dei voce magna exclamat, maximúmque ipſius majeſtatem ac poteſtatem per ea quæ videntur, enarrat. Vnde dictum eſt: Cœli enarrant gloriam Dei. *Pſal. 18.* Hæc igitur eſt illa tuba, quæ ſonora, clara, magnáque voce continuè veritatis doctrinam prædicat, vt propheta etiam quidam ait: Deus tuba deſuper ſonum dedit. Hunc ſonum ex inſpectione rerum omnium factum, ſi quis cordis auditum ac ductus ipſius non ſegnis rectè ſuſcipit, tandem eò mentis inquiſitione peruenit, vbi Deus eſt. Id verò caligo à Scriptura nuncupatur, quo incognoſcibile ac incomprehenſibile ipſius, vt diximus, ſignificatur. Illuc autem cùm peruenerit, tabernaculum nulla manu fabricatum perſpicit, & imitatione inferioribus materiale oſtendit. Quod autem qualéque eſt tabernaculum illud abſque manu fabricatum? *Exo. 25. 9.* quod quaſi exemplar in monte Moyſi proponitur, vt ad illud reſpiciens manu præparet, efficiátque hominibus tantum miraculum. Vide namque, inquit, vt omnia facias ſecundum ſimilitudinem, quæ tibi monſtrata eſt in monte. Columnæ aureæ baſibus argenteis inhærentes, argenteis pariter capitibus: aliæ rurſus columnæ, quarum capita & baſes ex ære: quod verò inter extrema erat, ex argento erat, quibus omnibus quaſi ſubiectum ex ligno erat incorruptibili, circum circa verò per ſuperficiem ſplendor prædictæ materiei circumfundebatur, & arca ſimiliter puriſſimo auro fulgens: quod autem aurum hoc ſuſtinebat, ipſum quoque lignum erat incorruptibile. Candelabrum deinceps baſi quidē vnicum, in ſeptem autem ramos in cacumine diuiſum, ſeptem lucernas per ramos ſuſtinebat. Huius candelabri materia puriſſimum erat aurum, non concauum, nec ligno ſuſtentatum, ſed ſolidum. Præter hæc propitiatorium erat, & altare, & quæ dicuntur Cherubin,

A ἐπὶ τοῦτο καταλύει τὸ πέρας, ὁ διὰ τῶν τοιούτων ἀνόδων ὑψούμενος. δοκεῖ γάρ μοι καὶ καθ' ἕτερον νοῦν διδάσκαλος ἡ οὐρανία σάλπιγξ τοῦ ἐπὶ τὴν ἀχειροποίητον πάροδον τῷ ἐπιβαίνοντι γίνεσθαι. ἡ γὰρ τῶν κατ' οὐρανὸν θαυμάτων διασκευή, τὴν ἐμφαινομένην τοῖς οὖσι σοφίαν διαβοῶσα, κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ δόξαν τῶν φαινομένων διηγουμένη, κατὰ τὸ εἰρημένον. ὅτι οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ· αὕτη τοῦ τρανοῦ τε καὶ εὐήχου τῆς διδασκαλίας σάλπιγξ μεγαλόφωνος γίνεται. καθά φησί τις τῶν προφητῶν, ὅτι ἐσάλπισεν ὁ Θεὸς ἄνωθεν. ὁ δὲ κε- B καθαρμένος τε καὶ ὀξὺς τὴν ἀκοὴν τῆς καρδίας, τὴν ἠχὴν ταύτην δεξάμενος, λέγω δὲ τὴν ἐκ τῆς θεωρίας τῶν ὄντων γινομένην πρὸς τὴν τῆς θείας δυνάμεως γνῶσιν, ὁδηγεῖται δι' αὐτῆς πρὸς τὸ ἐκεῖ διαδῦναι τῇ διανοίᾳ, ὅπου ἐστὶν ὁ Θεός. τοῦτο δὲ γνόφος ὑπὸ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται. ὃ δὴ ἑρμηνεύεται, καθὼς εἴρηται, τὸ ἄγνωστόν τε καὶ ἀθεώρητον. ἐν ᾧ γινόμενος τὴν ἀχειροποίητον ἐκείνην σκηνὴν βλέπει, ἣν διὰ τῆς ὑλικῆς μιμήσεως τοῖς κάτω δείκνυσι. τίς οὖν ἡ ἀχειροποίητος ἐκείνη σκηνή; ἡ πα- C ραδεδειγμένη τῷ Μωϋσεῖ κατὰ τὸ ὄρος, πρὸς ἣν κελεύεται βλέπειν, ὡς εἰς ἀρχέτυπον, διὰ τῆς χειροτμήτου κατασκευῆς δεῖξαι τὸ ἀχειροποίητον θαῦμα. ὅρα γάρ, φησι, ποιήσεις πάντα, κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. στῦλοι χρύσεοι βάσεσιν ἀργυραῖς ἐρηρεισμένοι, καὶ κεφαλαῖς ὡσαύτως ἀργυραῖς· ἐπιπρέποντες πάλιν ἕτεροι στῦλοι, ὧν κεφαλαὶ μὲν καὶ βάσεις ἐκ χαλκοῦ τῆς ὕλης· τὸ δὲ διὰ μέσου τῶν ἄκρων, ἄργυρος. πᾶσι δὲ τούτοις ἔρεισμα μὲν ξύλινον ἦν, σηπεδόνα μὴ προσδεχόμενον. ἐν κύκλῳ D δέ, κατὰ τὸ φαινόμενον, ἡ αὐγὴ τῶν τοιούτων ὑλῶν περιεκέχυτο. καὶ κιβωτός τις ὡσαύτως ἐν ἀκηράτῳ στίλβουσα τῷ χρυσῷ. τὸ δὲ διερεῖδον τὴν τοῦ χρυσίου περιβολήν, καὶ αὐτὸ ξύλον ἦν σῆψιν οὐ προσδεχόμενον. λυχνία τις ἐπὶ τούτοις, μία μὲν κατὰ τὸν πυθμένα τῆς βάσεως, ἑπτὰ δὲ κλάδοις κατὰ τὸ ἄκρον διῃρημένη, ἰσαρίθμους κύκλους ἐπὶ τῶν κλάδων ἀνέχουσα. χρυσὸς δὲ ἦν τῆς λυχνίας ἡ ὕλη, οὐδὲ τῆς κατασκευῆς κοῖλον ἔχων, οὐδὲ ξύλῳ διερειδόμενον. θυσιαστήριον δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἱλαστήριον· καὶ τὰ λεγόμενα Χερουβίμ,

ὧν ταῖς πτέρυξιν ἡ κιβωτὸς ἐσκιάζετο. πάντα ταῦτα χρυσὸς ἦν, οὐκ ἐπιπόλαιον περιέχων τῇ ἐπιφανείᾳ τὴν εὔχροιαν, ἀλλὰ δι' ὅλου ὁ αὐτὸς ἦν, μέχρι τοῦ βάθους διηκούσης τῆς ὕλης. ποικίλα τε πρὸς τούτοις ἐξ ὑφαντικῆς φιλοτεχνίας καταπετάσματα, διαφόρων ἀνθῶν ἐπαλλήλοις πρὸς τὴν τοῦ ὑφάσματος ὥραν συμπλεκομένων· οἷς διεκρίνετο τῆς σκηνῆς ὅσον ὁρατόν τε καὶ βάσιμόν τισι τῶν ἱερουργούντων ἦν· καὶ ὅσον ἄδυτόν τε καὶ ἀνεπίβατον· ὄνομα δὲ, τὸ μὲν προτεταγμένον, ἅγιον ἦν· τὸ δὲ ἀποκεκρυμμένον, ἅγιον ἁγίων. λουτῆρες ἐπὶ τούτοις, καὶ πυρεῖα, καὶ ἡ ἔξωθεν τῆς αὐλαίας περιβολὴ, καὶ δέρρεις ἐκ τριχῶν, καὶ δέρματα πεφοινιγμένα τῷ ἐρυθήματι. καὶ ὅσα ἄλλα διασκευάζει τῷ λόγῳ· τίς ἂν δι' ἀκριβείας λόγος κατανοήσειε; ποίων ἀχειροποιήτων ἐστὶ ταῦτα μιμήματα; καὶ τί φέρει τοῖς ὁρῶσι κέρδος, τῶν ἐκεῖ ὀφθέντων ὑπὸ τοῦ Μωϋσέως, ἡ ἐπὶ τῆς ὕλης μίμησις; ἀλλά μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν, τὸν μὲν ἀκριβῆ περὶ τούτων λόγον, καταλιπεῖν ἐκείνοις, οἳ διὰ τοῦ πνεύματος τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἐρευνᾷν δύναμιν ἔχουσιν. εἰ δή τις τοιοῦτός ἐστιν, ὡς πνεύματι λαλεῖν μυστήρια, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος. ὅσα δὲ παρ' ἡμῶν στοχαστικῶς ὑπονοούντων περὶ τοῦ προκειμένου νοήματος λέγεται· τοῦτο ἐπὶ τῇ κρίσει τῶν ἐντυγχανόντων ποιησόμεθα· ὡς ἢ ἀπόβλητον, ἢ ἀπόδεκτον νομισθῆναι, ὅπως ἂν ἡ διάνοια τοῦ κρίνειν ἐπεσκεμμένου λογίσηται. φαμὲν τοίνυν, ἐν μέρει τὸ ἐν τούτοις μυστήριον τοῦ Παύλου παραγυμνώσαντες, βραχεῖαν ἐκ τῶν εἰρημένων ἀφορμὴν λαβόντες· ὅτι ἐν τύπῳ προεπαιδεύθη Μωϋσῆς τὸ περὶ τῆς σκηνῆς τῆς τὸ πᾶν περιεχούσης μυστήριον. αὕτη δ' ἂν εἴη Χριστὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, ἡ ἀχειροποίητος οὖσα κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, δέχεται δὲ κατασκευασθῆναι, ὅταν ἐν ἡμῖν δέῃ τὴν σκηνὴν ταύτην παγῆναι· ὥστε τὴν αὐτὴν, τρόπον τινὰ, καὶ ἀκατάσκευον καὶ κατεσκευασμένην εἶναι· τῷ μὲν προϋπάρχειν, ἄκτιστον· τῷ δὲ ὑλικὴν ταύτην δέξασθαι σύστασιν, κτιστὴν γενομένην. τάχα οὐκ ἀσαφὲς τὸ λεγόμενον τοῖς παραδεξαμένοις ἀκριβῶς τὸ τῆς πίστεως ἡμῶν μυστήριον. εἷς γὰρ

A quorum alis arca adumbrabatur. Hæc omnia ex auro erant non ſuperficie tenus pulchrum colorem exhibente, ſed ita vt ſolidum eſſet, & ad fundum vſque materia permearet. Præterea cortinæ mira varietate diſtinctæ, ac inaudito contextæ artificio, diuerſis coloribus alio alium ſuſcipientibus, ad pulchritudinem cortinarum, quibus in duo diuidebatur tabernaculum; in partem ſcilicet viſibilem, in quam aditum ſacerdotes habebant, & in partem ſecretiorem atque abditam: nomen autem priori parti Sanctum erat: occultæ verò B parti atque reconditæ, Sanctum ſanctorum. Luteres præterea, & foculos, & externum cortinarum amictum, & vela ex pilis, coriáque purpureo colore rubricata, & quæcumque alia recenſet, quis exquiſita ratione poterit ſpiritualiter intelligere? quæ in illo tabernaculo fuerint diuinitùs fabricata? Quis hæc quorum ſunt imagines ac imitationes exponet? quíſnam quam vtilitatem videntes hinc conſequantur, quidve lucrentur ex materiali immaterialium figura explicabit? Rectiùs certè eſt, exquiſitiſſimam atque altiſſi- C mam horum rationem ab illis petere, qui gratia ſpiritus profunda Dei queāt perquirere: ſi quis nunc talis eſt, vt ſpiritu myſteria loquatur, ſicut ait Apoſtolus. Quòd autem à nobis coniectione quadam hæc ad propoſitum accommodantibus dicitur, id iudicio legentium totum relinquimus: nec reclamabimus ſi reiecerint, nec lætabimur ſi ſuſceperint. Dicimus ergo nonnihil ex Paulo, qui myſterium breuiter tetigit, adiuti, quod in figura prædoctus fuit Moyſes tabernaculum, quo vniuerſa continentur, id verò Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia: quæ qui- D dem ſapientia Dei non manu facta, ſed increata, cùm ſit ſecundum naturam ſuam, creaturam ſuſcepit, quando ſecundum nos carne oportuit tabernaculum hoc fabricari. Item idem alio modo factum & non factum eſt, natura in quantum ante ſecula fuit, increatum eſt: in quantum corporalem hanc concretionem ſuſcepit, creatum factúmque eſt. Nec obſcurum eſt quod dicimus, iis qui fidei noſtræ myſterium complectuntur: vnum enim eſt

1. Cor. 14.

ex omnibus tabernaculum quod & ante ſecula fuit, & nouiſſimis temporibus factum eſt. Id temporaliter ita fieri non indigebat: quomodo enim quod ante omnia erat tempora, factione indigebit temporali? Verùm propter nos qui per imprudentiam noſtram naturam corruperamus, ſimilis nobis dignatus eſt fieri, vt id quod extra naturam erat, rurſus ad naturam nos reduceret. Id verò eſt vnigenitus ipſe Deus, qui vniuerſa quidem continet in ſeipſo, ſed & in nobis tabernaculum ſuum fabricatus eſt. Nemo autem ex zelatoribus Chriſti conturbetur, ſi tantam rem, tabernaculum appellamus: quaſi quicquam detrahatur diuinæ naturæ propter vocabuli vilitatem: nec enim vnquam dignum illa natura verbum inuenietur. Nam quæ ab hominibus proferuntur, æqualiter à ſignificanda illa natura omnia diſtant. Sed cætera quæ de Deo dicuntur, piè ad oſtentandam diuinam quandam virtutem capiuntur: vt medicus, paſtor, protector, panis, virtus, via, ianua, manſio, aqua, lapis, fons, aliáque huiuſmodi: ſic conſentanea quadam ſignificatione tabernaculum quoque dicimus. Virtus enim, quæ omnia continet, in qua vniuerſa deitatis plenitudo inhabitat, cùm commune id omnium tectum ſit, cúmque vniuerſa in ipſo contineat, non iniuria tabernaculum nuncupatur. Oportet autem vt tabernaculi viſio myſtico tabernaculo ſic conueniat, vt ſingula ipſius ad aliquid non indignum myſterio nos deducant. Ac quoniam diuinus Apoſtolus viſionem ipſe quoque totius tabernaculi conſecutus, cùm in cœleſtibus adytis per ſpiritum ſibi myſteria paradiſi reuelata ſint, cortynam inferioris tabernaculi carnem Chriſti eſſe ait: propterea quod ex diuerſis, opinor, quatuor elementis compoſita eſt: non erit alienum ad hanc Apoſtolicam vnius patris expoſitionem reſpicientes, totam de tabernaculo noſtram ſententiam explicare. Fiet autem nobis per ipſius Apoſtoli verba in intelligentia ænigmatum tabernaculi facilior aditus: ait enim de vnigenito, quem nomine tabernaculi nuncupari diximus, quia

Hebr.10.20. *2.Cor.12.* *Coloſſ.1.*

A ἐστὶν ἐκ πάντων, ὃ καὶ πρὸ αἰώνων ἦν, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν αἰώνων ἐγένετο· ὃ τῆς μὲν γενέσεως χρονικῶς οὐκ ἐδέετο· πῶς γὰρ τὸ πρὸ χρόνων καὶ αἰώνων δεηθείη χρονικῆς γενέσεως; δι' ἡμᾶς δὲ τοὺς ἐξ ἀβουλίας τὸ εἶναι διαφθείραντας, ἀνεδέξατο τὸ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι. ἵνα τὸ ἔξω τοῦ ὄντος γενόμενον, εἰς τὸ ὂν πάλιν ἐπαναγάγῃ. τοῦτο δέ ἐστιν ὁ μονογενὴς Θεὸς, ὁ ἐν αὐτῷ μὲν περιέχων τὸ πᾶν, πηξάμενος δὲ καὶ ἐν ἡμῖν τὴν ἰδίαν σκηνήν. εἰ δὲ σκηνὴ τοσοῦτον ἀγαθὸν ὀνομάζεται, παραιτείσθω μηδὲν ὁ φιλόχριστος, ὡς κα-

B ταςμικρυνούσης τὸ μεγαλεῖον τῆς φύσεως τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐγκειμένης τῇ λέξει ἐμφάσεως. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι τῶν ὀνομάτων ἄξιον τῆς φύσεως τοῦ σημαινομένου ἐστίν· ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀποπέπτωκε τῆς ἀκριβοῦς σημασίας, τά, τε μικρὰ νομιζόμενα, καὶ οἷς τι μέγεθος νοημάτων ἐξ ὑπολήψεως ἐνορᾶται. ἀλλ' ὥσπερ τὰ ἄλλα πάντα, κατά τι σημαινόμενα, ἕκαστον εὐσεβῶς πρὸς ἔνδειξιν τῆς θείας δυνάμεως λέγεται· οἷον ὁ ἰατρὸς, ὁ ποιμὴν, ὁ ὑπερασπιστὴς, ὁ ἄρτος, ὁ ἄγγελος, ἡ ἄμπελος, ἡ ὁδὸς, ἡ θύρα, ἡ μονὴ, τὸ ὕδωρ, ἡ πέτρα, ἡ πηγὴ, καὶ ὅ-

C σα ἄλλα περὶ αὐτοῦ λέγεται· οὕτω, κατά τινα θεοπρεπῆ σημασίαν, καὶ τῷ τῆς σκηνῆς κατονομάζεται ῥήματι. ἡ γὰρ περιεκτικὴ τῶν ὄντων δύναμις, ἐν ᾗ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, ἡ κοινὴ τοῦ παντὸς σκέπη, ὁ ἐν αὐτῷ τὸ πᾶν περιέχων, σκηνὴ κυρίως κατονομάζεται. ἀνάγκη δὲ πρόσφορον εἶναι τῷ ὀνόματι τὴν ὀπτασίαν, ἑκάστου τῶν ὀφθέντων πρός τινα θεοπρεποῦς ὑπολήψεως θεωρίαν χειραγωγοῦντος. ἐπεὶ οὖν ὁ μέγας ἀπόστολος καταπέτασμα τῆς κάτω σκηνῆς τὴν σάρκα φησὶν εἶναι· διὰ τὸ ἐκ ποικίλων, οἶμαι, τῶν τεσσάρων στοι-

D χείων ἔχειν τὴν σύστασιν· τάχα καὶ αὐτὸς ἐν ὀπτασίᾳ τῆς σκηνῆς γενόμενος, ἐν τοῖς ὑπερουρανίοις ἀδύτοις, ᾧ διὰ τοῦ πνεύματος ἀπεκαλύφθη τὰ τοῦ παραδείσου μυστήρια. καλῶς δ' ἂν ἔχοι τῇ μερικῇ προσέχοντας ἑρμηνείᾳ, πᾶσαν τὴν τῆς σκηνῆς θεωρίαν συναρμόζειν τῷ μέρει. γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν, δι' αὐτῶν τῶν τοῦ ἀποστόλου λόγων, ἡ τῶν τῆς σκηνῆς αἰνιγμάτων σαφήνεια. φησὶ γάρ που περὶ τοῦ μονογενοῦς, ὃν αὐτὴν τῆς σκηνῆς νενοήκαμεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάν-

A τα, τὰ ὁρατά τε καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε ἀρχαί, εἴτε κυριότητες, εἴτε δυνάμεις. Ἐκ τούτου στῦλοι ἀργυρολαμπεῖς καὶ χρυσίλαμποι, καὶ ἀναφορεῖς, καὶ δακτύλιοι, καὶ τὰ Χερουβὶμ ἐκεῖνα, τὰ ταῖς πτέρυξι τὴν κιβωτὸν ἐπικρύπτοντα, καὶ τἆλλα πάντα, ὅσα ἡ τῆς σκηνοπηγίας ὑπογραφὴ περιέχει, εἰ μέν τις πρὸς τὰ ἄνω βλέποι, σκοπῶν· αἱ ὑπερκόσμιοι δυνάμεις εἰσίν, αἱ ἐν τῇ σκηνῇ θεωρούμεναι, αἱ κατὰ θείαν βούλησιν τὸ πᾶν ὑπερείδουσαι. Ἐκεῖ οἱ ἀληθινοὶ ἀναφορεῖς ἡμῶν, οἱ εἰς B διακονίαν ἀποστελλόμενοι, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. οἱ καθάπερ δακτυλίοις τισὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνειρόμενοι τῶν σωζομένων, δι' ἑαυτῶν πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀρετῆς τοὺς κειμένους ἐπὶ τῆς γῆς ἀναφέροντες. Χερουβὶμ δὲ εἰπὼν ὁ λόγος κατακαλύπτοντα ταῖς πτέρυξι τὰ ἐγκείμενα τῇ κιβωτῷ τῆς διαθήκης μυστήρια, βεβαιοῖ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ τῆς σκηνῆς θεωρίαν. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν θεωρουμένων δυνάμεων μεμαθήκαμεν, ἃς ὁ Ἡσαΐας καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ κατενόησαν. ἡ δὲ κιβωτὸς τῆς διαθήκης, κε- C καλυμμένη ταῖς πτέρυξι, μὴ ξενιζέτω τὴν ἀκοήν. καὶ γὰρ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ τὸ ὅμοιον ἔστι μαθεῖν, ἐν αἰνίγματι παρὰ τοῦ προφήτου περὶ τῶν πτερύγων λεγόμενον. ὧδε μὲν ἡ κιβωτός· ἐκεῖ δέ, πρόσωπον, ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ ἐν ἀμφοτέροις νοουμένου. ὅπερ μοι δοκεῖ τὸ ἀκατάληπτον τῆς τῶν ἀπορρήτων θεωρίας αἰνίσσεσθαι. κἂν περὶ λύχνων ἀκούσῃς πολυσχιδῶς ἐκ μιᾶς λυχνίας ἀνεχομένων, ὥστε ἄφθονον εἶναι καὶ διαυγὲς τὸ φῶς πανταχόθεν λαμπόμενον· D οὐκ ἂν ἁμάρτοις, τὸ πολυειδὲς τοῦ πνεύματος μαρμαρυγαῖς διαπρέπειν ταύτῃ τῇ σκηνῇ λογιζόμενος, καθὼς Ἡσαΐας φησίν, ἑπταχῆ διαιρῶν τὰς λαμπηδόνας τοῦ πνεύματος. τὸ δὲ ἱλαστήριον οὐδὲν ἑρμηνείας οἶμαι προσδέεσθαι, τοῦ ἀποστόλου τὸ κεκρυμμένον γυμνώσαντος, ὅς φησιν· ὅτι ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον τῶν ψυχῶν ἡμῶν· θυσιαστήριον δὲ καὶ θυμιατήριον ἀκούων, νόει τὴν διηνεκῶς ἐπιτελουμένην τῇ σκηνῇ ταύτῃ τῶν ἐπουρανίων προσκύνησιν. οὐ γὰρ μόνον ἐπιγείων καὶ ὑποχθονίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπουρανίων τὴν γλῶτταν φησὶν ἀναπέμπειν τὸν αἶνον τῇ τῶν πάντων ἀρχῇ. τοῦτο

A in eo creata ſunt omnia, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue poteſtates, ſiue principatus, ſiue dominationes, ſiue virtutes. Quas ob res columnæ argento atque auro refulgentes, & vectes, ac annuli, Cherubin quoque illa, quæ ſuis arcam contegunt alis, cæteráque omnia, quæ ad ſuſtinendum contegendúmque tabernaculum deſcribuntur; ſiquis ad ſuperiùs reſpicit, angelorum eſt multitudo in tabernaculo ipſo conſpecta, quo corporea hæc ſecundum Dei voluntatem ſuſtinentur atque reguntur. B In illo enim tabernaculo veri vectes noſtri & habitant & ſunt, qui ad miniſterium mittuntur propter futuros ſalutis hæredes, qui ſicuti quidam annuli in animos ſaluandorum immittuntur, ad ſublimitatem virtutis ad terram deiectos eleuantes. Hunc autem altiorem eſſe ſenſum Scripturæ in hoc loco, inde patet, quòd Cherubin illa materialia ſuis alis tegebant myſteria, quæ in arca erant, vt littera dicit. Nam id nomen iis angelis attribuitur, vt Eſaias & Ezechiel aiunt, C qui circa diuinam maieſtatem inſpiciuntur. Arca verò fœderis alis ipſorum Cherubin contecta, hic illud dicitur, quod apud Eſaiam facie ſignificatur. Nam vt arca hîc, ita ibi facies Cherubicis alis contegi affirmatur. Vnum igitur ab vtriſque ſignificari non dubitamus. Videtur autem mihi incomprehenſibile huius ſpeculationis quæ de ineffabilibus eſt, ænigmaticè ſignificari. Cùm verò de lychnis; id eſt, lucernis audis, quod ſe- D ptem partitò ex vna baſi ac radice candelabri ſuſtentabantur, vt lux abundanter vndique perluceret, iure multiformes ſpiritus fulgores in hoc tabernaculo perfulgere intelliges: ſeptempartitò enim ſpiritus radios etiam Eſaias partitus. *Eſa. 11. a.* Propitiatorium autem quid ſit, non opus expoſitione vlla vt intelligatur, cùm Apoſtolus id enodauerit, *Hebr. 9.* qui ait: quem animarum noſtrarum propitiatorium propoſuit. Altare verò & thuribulum cùm audio, adorationem intelligo, quam huic tabernaculo cœleſtes virtutes afferunt. Non enim ſolum inferorum atque terreſtrium, ſed cœleſtium quoque linguam ait laudem atque gloriam, vt rerum omnium principio reddere: id

enim gratum eſt ipſi ſacrificium, labiorum fructus, vt ait Apoſtolus, &
Hebr.13. odor orationis. Quòd ſi corium his etiam ineſt colore purpureo, & pili intexti, non tamen ſpeculationis huius ſeries perturbabitur. Nam oculus ille propheticus in altiſſimarum hac rerum viſione, ſalutarem quoque domini paſſionem tanquam è ſpecula proſpexit, quam ex vtroque dictorum ſignificatam fuiſſe non ambigo. Rubedo enim ſanguinem, pili autem mortem oſtendunt. Nam cùm in corpore pilus abſq; ſenſu ſit, non iniuria mortis ſymbolum dicitur. Hæc igitur in ſuperiore tabernaculo materialibus illis ſignificata putamus. In inferiore verò, quoniam ſæpius à Paulo Eccleſia Chriſtus appellatur, Chriſtus autem, vt diximus, ſuperiùs tabernaculum eſt, non eſt alienum, ſi quis Eccleſiam ſuam inferius eſſe tabernaculum arbitretur, in quo columnæ ſunt myſteriorum Eccleſiæ miniſtri, quos hoc ipſo nomine nonnumquã appellamus: miniſtros autem Apoſtolos, prophetas, doctores. Nec enim ſolum Petrus & Ioannes & Iacobus columnæ Eccleſiæ ſunt, nec Ioannes Baptiſta tantum ardens erat lychnus, ſed omnes quibus Eccleſia ſuſtentatur, qui ſuis operibus luminaria facti ſunt, hi columnæ & lychni nuncupantur.
Matth.5. Vos eſtis lux mundi veritas Apoſtoli ait:
1. Cor. 15. ac rurſum alios diuus Apoſtolus quaſi columnas hortatur, cùm dicit: Firmi
1.Tim.3. eſtote atque immobiles. At verò Timotheum columnam pulcherrimam fabricatus eſt, cùm ipſum firmitatem veritatis ſuæ vocis doctrina effecerit. Hoc in tabernaculo & ſacrificium laudis, & thus orationis in mane ac veſperum adhiberi ſemper videmus. Hoc
Pſal.14. ſic intelligere Dauid ille nos inducit, qui incenſum orationis in odorem ſuauitatis dirigit, & manuum extenſionem ſacrificium eſſe aſſerit veſpertinum. Vrnas verò, id eſt, vaſa ad lauandum, quis ambiget eos eſſe, qui per ſacramentalem aquam peccatorum ſordes auferunt. Luter erat Ioan-
Luc.3. nes, lauans in Iordane, in baptiſma-
Act.2. te pœnitentiæ. Talis erat Petrus, tria millia hominum ſimul ad baptiſmi lauacrum deducens. Philippus quoque vrna Candacis fuit. Quid multa?

A δι᾽ ἧς ἐστὶν ἡ κεχαρισμένη τῷ Θεῷ θυσία, τὸ κάρπωμα τῶν χειλέων· καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος· καὶ τῶν προσευχῶν ἡ εὐωδία. εἰ δὲ καὶ δέρματα ἐν τούτοις ὁρᾶται πεφοινιγμένα βαφῇ, καὶ τρίχες ἐξυφανθεῖσαι· οὐδὲ οὕτως ὁ εἱρμὸς τῆς θεωρίας διακοπήσεται. ὁ γὰρ προφητικὸς ὀφθαλμὸς, ἐν τῇ τῶν θείων ὀπτασίᾳ γινόμενος, ἐκεῖ καθορᾶται προσσημειούμενος τὸ σωτήριον πάθος· ὅπερ ἐν ἑκατέρῳ τῶν εἰρημένων σημαίνεται. τοῦ μὲν ἐρυθήματος τὸ αἷμα· τῆς δὲ τριχὸς ἑρμηνευούσης τὴν νέκρωσιν. ἄμοιρος γὰρ αἰσθήσεως ἡ θρὶξ ἐν σώματι· διὸ κυρίως νεκρότητος γίνεται σύμβολον.
B ὅταν μὲν οὖν τὴν ἄνω σκηνὴν βλέπῃ, ταῦτα διὰ τούτων ὁ προφήτης ὁρᾷ. εἰ δέ τις τὴν κάτω σκηνὴν θεωροίη· ἐπειδὴ πολλαχῇ Χριστὸς ἡ ἐκκλησία παρὰ τοῦ Παύλου κατονομάζεται· καλῶς ἂν ἔχοι τοὺς ὑπηρέτας τοῦ θείου μυστηρίου, οὓς καὶ στύλους τῆς ἐκκλησίας κατονομάζει ὁ λόγος, ἀποστόλους τε καὶ διδασκάλους καὶ προφήτας, τὰ ὀνόματα ταῦτα ὀνομάζειν εἶναι. οὐ γὰρ μόνον Πέτρος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος, στῦλοι τῆς ἐκκλησίας εἰσίν· οὐδὲ μόνος ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ὁ λύχνος ἦν καιόμενος·
C ἀλλὰ πάντες οἱ δι᾽ ἑαυτῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐρείδοντες, καὶ οἱ διὰ τῶν ἰδίων ἔργων φωστῆρες γινόμενοι, καὶ στῦλοι καὶ λύχνοι λέγονται. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, φησὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ὁ κύριος. καὶ πάλιν ἑτέρους ὁ θεῖος ἀπόστολος στύλους εἶναι διακελεύεται, λέγων· ἑδραῖοι γίνεσθε καὶ ἀμετακίνητοι. καὶ τὸν Τιμόθεον καλὸν στῦλον ἐτεκτήνατο, ποιήσας αὐτὸν (καθώς φησι τῇ ἰδίᾳ φωνῇ) στῦλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας ἀληθείας. ἐν ταύτῃ τῇ σκηνῇ καὶ θυσία τῆς αἰνέσεως, καὶ θυμίαμα τῆς προσευχῆς, ἥ τε ὄρθρου καὶ τῇ ἑσπέρᾳ ἐνεργουμένη διὰ
D παντὸς καθορᾶται· νοεῖν δὲ δίδωσι ταῦτα ὁ μέγας Δαυὶδ, κατευθύνων εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ τῆς προσευχῆς τὸ θυμίαμα· καὶ διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν, ἱερουργῶν τὴν θυσίαν. λουτῆρας δέ τις ἀκούων, νοήσει πάντως τοὺς διὰ τοῦ μυστικοῦ ὕδατος τὸν μολυσμὸν ἀποκλύζοντας τῶν ἁμαρτιῶν. λουτὴρ ἦν ὁ Ἰωάννης, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ λούων, ἐν τῷ τῆς μετανοίας βαπτίσματι. λουτὴρ ἦν ὁ Πέτρος, τρισχιλίους κατὰ ταὐτὸν καθάπαξ κατάγων ἐπὶ τὸ ὕδωρ. λουτὴρ τοῦ Κανδάκου ὁ Φίλιππος· καὶ πάντων πάντες

τῶν μετεχόντων τῆς δωρεᾶς, οἱ ἐνεργοῦντες τὴν
χάριν. Τὰς δὲ αὐλαίας, αἳ διὰ τῆς μετ' ἀλλήλων
συμβολῆς τὴν σκηνὴν ἐν κύκλῳ διαλαμβά-
νουσι, τὴν ἀγαπητικήν τε καὶ εἰρηνικὴν τῶν πι-
στευόντων ὁμόνοιαν εἶναί τις ὑπονοήσειεν, οὐκ ἂν ἁ-
μάρτοι τοῦ πρέποντος. οὕτω τοῦ Δαβὶδ ἑρμη-
νεύσαντος, ὅς φησιν· ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην.
δέρμα δὲ πεφοινιγμένον, καὶ δέρρεις ἀπὸ τριχῶν,
πρὸς κόσμον τῆς σκηνῆς συντελοῦσαι, κατάλ-
ληλος ἂν νοηθείη ἥ, τε νέκρωσις τῆς ἁμαρτητι-
κῆς σαρκὸς, ἧς αἴνιγμα τὸ πεφοινιγμένον δέρμα
ἐστὶ, καὶ ἡ τραχεῖα διαγωγὴ κατ' ἐγκράτειαν, οἷς
ὡραΐζεται μάλιστα ἡ τῆς ἐκκλησίας σκηνή. τὰ γὰρ
δέρματα ζωτικὴν ἐν ἑαυτοῖς οὐκ ἔχοντα δύνα-
μιν τὴν ἐκ φύσεως, τῇ βαφῇ τοῦ ἐρυθήματος ἀνα-
θεῖ γάρ. ὅπερ διδάσκει, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος
ἐπανθοῦσαν χάριν μὴ ἐν ἑτέροις γίνεσθαι, εἰ
μή τινες ἑαυτοὺς τῇ ἁμαρτίᾳ νεκρώσαιεν. εἰ δὲ
καὶ ἡ σώφρων αἰδὼς οὐ τῇ βαφῇ τοῦ ἐρυθήμα-
τος ὑπὸ τοῦ λόγου σημαίνεται, ἐπὶ τοῦ βουλο-
μένου ποιοῦμαι τὴν κρίσιν. ἡ δὲ τῶν τριχῶν συμ-
πλοκή, τραχύ τε καὶ δυσαφὲς ἀπεργαζομένη
ἐξύφασμα, τὴν τραχεῖαν ταύτην καὶ δαπανη-
τικὴν τῶν καθωμιληκότων παθῶν ἐγκράτειαν
ὑπαρίσεται. τὰ δὲ τοιαῦτα πάντα δείκνυσιν
ἐφ' ἑαυτῆς ἡ ἐν παρθενίᾳ ζωὴ, ἡ τὴν σάρκα
τῶν οὕτω βιούντων ὑποπιέζουσα. εἰ δὲ τὸ εἴ-
σω, ὅπερ ἅγιον ἁγίων λέγεται, τοῖς πολλοῖς ἐστιν
ἀνεπίβατον· μηδὲ τοῦτο ἀπᾷδον τῆς τῶν νοηθέν-
των ἀκολουθίας νομίσωμεν. ἀληθῶς γὰρ ἅγιόν
τι χρῆμά ἐστι, καὶ ἁγίων ἅγιον, καὶ τοῖς πολλοῖς
ἄληπτόν τε καὶ ἀπρόσιτον, ἡ τῶν ὄντων ἀλή-
θεια. ἧς ἐν τοῖς ἀδύτοις τε καὶ ἀπορρήτοις τῆς τοῦ
μυστηρίου σκηνῆς καθιδρυμένης, ἀπολυπρα-
γμόνητον εἶναι χρὴ τὴν ὑπὲρ κατάληψιν ὄντων
τὴν κατανόησιν. πιστεύοντας εἶναι μὲν τὸ ζητού-
μενον, οὐ μὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς πάντων προκεῖ-
σθαι· ἀλλ' ἐν τοῖς ἀδύτοις τῆς διανοίας μέ-
νειν ἀπόρρητον. ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα παιδευ-
θεὶς διὰ τῆς κατὰ τὴν σκηνὴν ὀπτασίας, ὁ κε-
καθαρμένος ἐκεῖνος ὀφθαλμὸς τῆς Μωϋσέως
ἐκείνης ψυχῆς, καὶ διὰ τῶν τοιούτων ὑψωθεὶς θεα-
μάτων· πάλιν πρὸς κορυφὴν ἄλλων νοημάτων
διαβιβάζεται, τὸν στολισμὸν τῆς ἱερωσύνης ἐκ-
παιδευόμενος. ἐν οἷς ἐστὶν ὅ, τε ὑποδύτης, καὶ
ὁ ἐπενδύτης, καὶ τὸ περιστήθιον ἐκ τῶν ποικίλαις τῶν λίθων αὐγαῖς περιλαμπόμενον, καὶ

A omnibus qui ad baptiſmi donum veniunt, ij ad lotoria ſunt, qui miniſterio ſuo gratiam præbent. Aulæa verò quæ inter ſe cõnexa tabernaculum in orbem complectuntur, amabilem pacificámque credentium eſſe concordiã non abſurdè quiſpiam dixerit. Sic enim Dauid hunc locum expoſuiſſe videtur, cùm dicat: Qui ponis terminos tuos pacem. Corium verò purpureum, & ſaga ex pilis, ad ornatum tabernaculi pertinentia, accommodatè intelligentur, ſi pro corio mortificatio pronæ ad peccandum carnis, pro ſagis ſtrictior
B uiuendi norma, & quaſi durior intelligitur: his enim maximè Eccleſiæ tabernaculum exornatur. Coria enim cùm nullam in ſe viuendi virtutem à natura retineant, colore rubedinis florere videntur: quod oſtendit floridam ſpiritus gratiam non habitare in homine, niſi primò peccati vim in ſeipſo mortificauerit. Si verò pudorem etiam modeſtum coloris rubedine ſignificari quiſpiam contendat, non certè reluctabor. Pilorum autem intricatio aſperam tactui texturam efficiens, aſperam & paſſionum nobis inſitarum domitri-
C cem continentiam ſubindicat. Quæ omnia ita ſe habere confirmat eorum vita, qui in perpetua degunt virginitate, quæ carnem ita viuentium caſtigat. Quæ verò intus erant, ſancta ſanctorum nominabantur, ad quæ multitudo peruenire non poterat, hæc rerum veritatem ſignificant. Veritatem hanc myſterij noſtri dico rem ſanctam, & ſanctam ſanctorum, & multis incomprehenſibilem. Hæc veritas in adytis tabernaculi conſtituta, abſque curioſitate aliqua intelligi ac recipi debet. Credendum enim eſt, ita eſſe vt Eccleſia prædicat, non tamen oculis o-
D mnium cerni poſſe, ſed id mentis ipſius penetralibus indubitabilem veritatem permanere. Hæc aliáque huius tabernaculi viſione ab omni ſorde mundatus oculus ille mentis Moyſaicę doctus, viſionibúſque his altius eleuatus, rurſus ad cacumen altetiùs ſcandit ſpeculationis, ſacerdotalem perdiſcens veſtitum, in quo eſt ſubucula & ſuperior tunica, & pectorale, quod variis ac diuerſis lapidum fulgoribus reſplendebat,

Act. 1.

Pſal. 147.

& vitta circum caput, cum lamina ſuper eã, fœminaliáque, & poma: & ſupra hæc
Exod. 28. 30. omnia rationale, ac eius iudiciũ, & quæ in vtriſque inſpicitur veritas, & horum vtrinq. connectiua ſuperhumeralia patriarcharum inſculpta nominibus, quorum omnium nomina multitudine ipſa oſtendunt, non ſenſualia quædam ſignificari: quibus enim corporis veſtibus hæc nomina, iudicium, rationale, veritas conueniunt? Quare patet non huius ſenſibilis amictus gratia hiſtoriã eſſe deſcriptam, ſed vt alius quidam ornatus animæ virtuoſis operibus oſtendatur. Nam quid ſibi aliud voluerunt hæc nomina tria illis à Moyſe impoſita, iudicium, rationale, veritas? aut cui vnquam corporali veſti hæc indita fuerunt? nulli profectò: nec enim conueniunt, ſed nomina ipſa quid præfigurauerint, aperiunt, & laborem expoſitionis diminuunt. Hyacintho eſt talaris veſtis tincta, qua qui hunc locum ante nos ſpeculati ſunt, aëra ſignificari affirmant. Ego autem vtrum habeat ad aëreum colorem flos hyacinthinus affinitatem, an non, nolo contendere. Rationem verò hanc non reijcio, non enim parum ad virtutem conducere videtur: hortatur enim hoc ænigmate omnem, qui Dei ſacerdotium aſſumere ſtudet, ſeipſũ ac corpus ſuum Deo offerre hoſtiam, non enecatum, aut cæſum. (Viuum enim hoc ſacrificium, rationaliſque cultus hic eſt) nec pingui quodam ac carnoſo huius vitæ amictu, ſed tenue, ſicut telam araneæ munda viuendi ratione confectum, vt viuendi tenuitate leue, atque aëreum factum, ſurſum poſſe ferri videatur. Hoc enim modò cum nouiſſimam tubam illam audiemus, omni onere liberati, leues ad iubentis vocem exiliemus: nec pondere vllo ad terram deprimemur, ſed cum Domino per aëra ſublimes feremur. Qui ergo, vt Pſalmiſta dicit, quaſi araneam animam ſuam tabeſcere fecit, is etiam illam veſtem ſeipſum induit, quæ à capite ad pedes vſque circumfunditur: nec enim mancam aut truncam eſſe virtutem, ſed integram atque per omnes numeros perfectam lex vult. Aurea verò tintinnabula, bonorũ operum ſplendor ſunt, malis punicis intercepta. Duo enim hæc ſunt ſtudia, quibus virtus tota conflatur, recta in Deum fides, & probata in hac vita conſcientia.

A ἡ περὶ τὴν κεφαλὴν ταινία, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῆς πέταλον, ἡ περισκελὶς, οἱ ῥοΐσκοι, οἱ κώδωνες. εἶτα ὑπὲρ ἅπαντα, τὸ λογεῖόν τε καὶ ἡ δήλωσις, καὶ ἡ ἐπ' ἀμφοῖν θεωρουμένη ἀλήθεια. αἵ τε συνδετικαὶ τούτων ἑκατέρωθεν ἐπωμίδες, ἐγκεκολαμμέναι τῶν πατριαρχῶν τὰ ὀνόματα· ὧν ὑποσημαίνεται τὸ πλῆθος τῆς καθ' ἕκαστον ἀκριβοῦς θεωρίας, αὐτὰ τῆς περιβολῆς τὰ ὀνόματα. ποῖον γὰρ σωματικῶν ἐσθημάτων ὄνομα, δήλωσις, ἢ λόγιον, ἢ ἀλήθεια· ἢ δηλονότι δείκνυται διὰ τούτων, τὸ μὴ ταύτην τὴν αἰσθητὴν περιβολὴν B διὰ τῆς ἱστορίας ἡμῖν ὑπογράφεσθαι· ἀλλά τινα κόσμον ψυχῆς, διὰ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐπιτηδευμάτων ἐξυφαινόμενον. Ὑάκινθός ἐστιν ἡ τοῦ ποδήρους βαφή· φασὶ δέ τινες τῶν πρὸ ἡμῶν τεθεωρηκότων τὸν λόγον, τὸν ἀέρα σημαίνεσθαι τῇ βαφῇ. ἐγὼ δὲ εἰ μέν τι τὸ τοιοῦτον τοῦ χρώματος ἄνθος πρὸς τὸ ἀέριον χρῶμα συγγενῶς ἔχει· ἀκριβῶς οὐκ ἔχω διισχυρίζεσθαι. τὸν μέντοι λόγον οὐκ ἀποβάλλω· συντείνει γὰρ πρὸς τὴν κατ' ἀρετὴν θεωρίαν τὸ νόημα. ὅτι βούλεται, τὸν μέλλοντα τῷ C Θεῷ ἱερᾶσθαι, καὶ τὸ ἑαυτοῦ προσάγειν σῶμα τῇ ἱερουργίᾳ, καὶ σφάγιον γίνεσθαι μὴ νεκρούμενον, ἐν τῇ ζώσῃ θυσίᾳ καὶ λογικῇ λατρείᾳ, μὴ παχείᾳ τινὶ καὶ πολυσάρκῳ τοῦ βίου περιβολῇ καταβλάπτειν τὴν ψυχήν· ἀλλ' ἀπολεπτύνειν οἷόν τι ἀράχνιον νῆμα τῇ καθαρότητι τῆς ζωῆς πάντα τὰ τοῦ βίου ἐπιτηδεύματα, καὶ ἐγγὺς εἶναι πρὸς τὸ ἀναφερές τε καὶ κοῦφον καὶ ἐναέριον, τὴν σωματώδη ταύτην φύσιν μεταπλάσαι. ἵνα ὅταν τῆς ἐσχάτης ἀκούσωμεν σάλπιγγος, ἀβαρεῖς τε καὶ D κοῦφοι πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ καλοῦντος ἀρθέντες, μετάρσιοι δι' ἀέρος ἅμα τῷ κυρίῳ φερώμεθα, ὑπὸ μηδενὸς βάρους ἐπὶ τὴν γῆν καθελκόμενοι. οὐκοῦν ὁ κατὰ τὴν τοῦ ψαλμῳδοῦ ὑποθήκην, ἐκτήξας ὡς ἀράχνην τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, τὸν ἀερώδη ἐκεῖνον χιτῶνα περιεβάλετο ἐκ κεφαλῆς εἰς ἄκρους πόδας διήκοντα. οὐ γὰρ βούλεται κολοβοῦσθαι τὴν ἀρετὴν ὁ νόμος. ἡ οὖν λαμπηδὼν τῶν καλῶν ἔργων, οἱ χρυσοῖ κώδωνές εἰσι, τοῖς ῥοΐσκοις περιδονούμενοι. δύο γάρ ἐστι ταῦτα ἐπιτηδεύματα, δι' ὧν ἡ ἀρετὴ συναγείρεται· ἥ, τε περὶ τὸν βίον συνείδησις.

τούτοις

ταύτας προστίθησι τῷ ἐνδύματι τοῦ Τιμοθέου τὰς ῥοΐσκους τε καὶ τοὺς κώδωνας ὁ μέγας Παῦλος, εἰπὼν αὐτὸν ἔχειν δεῖν πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν. ἠχείτω ἡ μὲν πίστις καθαρὸν ἠχείτω καὶ μεγαλόφωνον ἐν τῷ τῆς ἁγίας τριάδος κηρύγματι. ὁ δὲ βίος μιμείσθω τοῦ καρποῦ τῆς ῥοιᾶς τὴν φύσιν. ἐκείνης τε γὰρ ἄβρωτός ἐστιν ἡ ἐπιφάνεια, στρυφνῷ τε καὶ κατεσκληκότι τῷ ἐλύτρῳ διειλημμένη. τὸ δὲ ἐγκείμενον, ἡδὺ μὲν ὀφθῆναι τῷ ποικίλῳ τε καὶ εὐκόσμῳ τῆς τοῦ καρποῦ διαθέσεως, ἥδιον δὲ τῇ γεύσει γίνεται, καταγλυκαῖνον τὴν αἴσθησιν. ἥ, τε φιλόσοφος καὶ κατεσκληκυῖα διαγωγὴ δυσληπτός τις οὖσα καὶ ἀηδὴς τῇ αἰσθήσει, πλήρης ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐστί, κατὰ τὸν ἴδιον καρπὸν πεπαινθεῖσα. ἐπειδὰν γὰρ ὁ γεωργὸς ἡμῶν ἀναπτύξῃ τοῦ βίου τὴν ῥοιὰν τῷ ἰδίῳ καιρῷ, καὶ δείξῃ τῶν ἀποθέτων τὸ κάλλος· τότε γλυκεῖα γίνεται τοῖς ἀπολαύουσιν ἡ μετουσία τῶν ἰδίων καρπῶν. φησὶ γάρ που καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὅτι πᾶσα παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· οὗτό ἐστι τῆς ῥοιᾶς τὸ προσεντυγχάνον τοῖς ἁπτομένοις. ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν ἀποδίδωσι. τοῦτο ἡ τῶν ἔνδοθεν ἐδωδίμων γλυκύτης. τὸν δὲ χιτῶνα οὖν καὶ κοσυμβωτὸν εἶναι ὁ λόγος διακελεύεται. κόσυμβοι δέ εἰσι, τὰ ἔξω τῆς χρείας, κόσμου χάριν, ἀπηρτημένα σφαιροειδῆ ἀπαρτήματα. μανθάνομεν δὲ διὰ τούτων· τὸ δεῖν μὴ τῇ ἐντολῇ μόνον τὴν ἀρετὴν μετρεῖσθαι, ἀλλά τι καὶ παρ' ἡμῶν ἐξευρίσκεσθαι διὰ τῶν ἔξωθεν προσεπινοουμένων. ὡς ἂν προσθήκη τις τοῦ κόσμου γένοιτο τῷ ἐνδύματι, οἷος ὁ Παῦλος ἦν, τοὺς καλοὺς παρ' ἑαυτοῦ κοσύμβους ταῖς ἐντολαῖς συμπλέκων. τοῦ γὰρ νόμου κελεύοντος τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζεσθαι· καὶ μὴ κωλύοντος ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, καὶ τοὺς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλοντας, ἐκ τούτου ζῆν· οὗτος ἀδάπανον ποιεῖται τὸ εὐαγγέλιον, πεινῶν καὶ διψῶν καὶ γυμνητεύων. οὗτοι εἰσὶν οἱ καλοὶ κόσυμβοι, οἱ τὸν χιτῶνα τῶν ἐντολῶν τῇ παρ' ἑαυτῶν προσθήκῃ κατακοσμοῦντες. εἶτα δύο πέπλοι ἄνωθεν ἐπιβάλλονται τῷ ποδήρει ἐκ τῶν ὤμων μέχρι τοῦ στήθους καὶ τῶν μεταφρένων καθήκοντες, δύο πόρπαις καθ' ἑκάτερον ὦμον ἀλλήλοις ἑνούμενοι. αἱ δὲ πόρπαι λίθοι εἰσὶ τὰ τῶν πατριαρχῶν ὀνόματα ἓξ καθ' ἑκάτερον ἐν τοῖς γράμμασι φέρουσαι. ποικίλη δὲ τῶν πέπλων ἡ ἱσουργία. ὑάκινθος μὲν πορφύρᾳ συμπλέκεται. τὸ δὲ τοῦ κόκκου ἐρύθημα τῇ βύσσῳ μίγνυται. πᾶσι δὲ τούτοις τὸ ἐκ χρυσίου νῆμα συγκαταμείρεται.

A Hæc mala punica ac tintinnabula indumēto Timothei Paulus ille innexuit, cùm dicat, oportere vt habeat fidem & probam conſcientiam. *1.Tim. 1.* Fides igitur ſacerdotis, veluti tintinnabulum clarè atque ſonorè in ſanctæ Trinitatis prædicatione exclamet. Vita verò naturam punicorum imitetur pomorū, quorum circumfuſa exteriùs quaſi teſta, incomeſtibilis duráque eſt, quod autem intus reconditum eſt, & viſu ex varietate coloris atque collocationis ordine iucundum eſt; & guſtu iucundius, non parua dulcedine ſenſum afficiens. Phi- B loſophica quoque Chriſtiana viuendi ratio dura exteriùs, atque aſpera ſenſui eſt, intus ſæpius optimarum pulcherrimarúmque rerum plena, tempore ſuo cùm matura fuerit; cúmque agricola noſter poma punica huius vitæ aperiet, dulciſſimam ſuorum fructuū præſtabit fragrantiam. Apoſtolus etiam dicit, *Hebr. 12.* nullam diſciplinam in præſenti vita videri lætitiam afferre, ſed triſtitiam: & id eſt, quod per exteriora pomi punici figuratur. Poſt hæc autem fructum pacificum reddit, & id eſt dulcedo interior, ac pulchritudo. Hanc veſtem coſſym- C botam etiam iubet eſſe, vt à nobis quoque ipſis aliquid vlterius ad virtutis incrementum adinuenire conemur, quo indumētum ornatius fiat, ſicuti Paulus faciebat, qui ornatiſſimos indies coſſymbos virtuti addebat. Nam cùm lex permittat altari miniſtrātes ex altari, & Euangelij nuncios ex Euangelio viuere: ille ſine hac ad vitæ neceſſitatē mercede Euangelium prædicauit, nudus, fameſcens, ſitiens. Hæ pulchrę ſunt fimbriæ, quę veſtem mādatorum acceſſione ſua reddūt ornatiorem. Duo deinde tegumenta ſuperimponūtur indumento illi talari, vſque pectus & renes ab D humeris deſcendenti, duabus vncinis in vtroque humero adinuicem coniuncta. vncini autem ſunt lapides, patriarcharum nomina ſex vnuſquiſque cælata ferentes. Horum tegminum magna varietate colorum textura erat confecta: hyacinthus purpura connectebatur, & cocci rubedó byſſo iungebatur: & his omnibus áurea fila erant inſperſa;

ita vt ex multicolore hac tinctura vnus quidem commixtus ſplendor ex tegu-minibus refulgeret. Ex quibus diſcere poſſumus quòd indumenta ſuperiora quæ cordis ſunt ornamenta, multis variiſque cōſtant virtutibus. Hyacinthus enim ex purpura complicatur: nam viuendi puritas atque munditics naturæ regno coniūgitur. Natura enim quodā modo ipſa duce, vnà cū pudoris rubore laudabilis viuēdi naſcitur ratio. Aurum autē his tincturæ floribus refulgens reſeruatum, huic vitæ theſaurū ſuboſtendit. Patriarcharum quoque nomina lapidibus inſculpta, non parum nobis ad virtutis ornatum conferunt. Præteritorum enim virorum, qui optimè vixerunt, exemplis vita noſtra corroboratur. Sed huic tegminum ornatui alius rurſum deſuper ornatus coniungitur: ſcuta enim aurea ex vtriſque tegminibus dependent: hæc ſuſtinent fabricatum quidem ex auro figura quadratum, duodecim lapidibus reſplendens ordine quodam diſpoſitis. Quatuor autem ordines erant, quorum vnuſquiſque trinitatem lapidum continebat. Lapides autem ita erant varij, vt nullius ad alterum eſſet ſimilitudo: proprio enim ſinguli ſplendore fulgebant. Sed figura quidem ornamenti hæc. Spiritalis verò ſenſus ſcutorum quidem, quæ ab humeris dependebāt, armatos nos eſſe adhortatur aduerſus tyrannum, & hoſtem noſtrum. Virtus enim, vt à Paulo dictum eſt, fide ac bona conſtat conſcientia: quibus ita eſſe aduerſus inimicorum tela munitos oportet, vt his iuſtitię armis dextris atque ſiniſtris, inuulnerabiles maneamus. Quadratus autem ille ornatus, qui vtrinque à ſcutis dependebat, in quo nomina patriarcharum, qui tribubus cognomina dederunt, impreſſa lapidibus fuerūt, cordis fiunt tegumenta. Quare diligenter nos docet omnibus patriarcharum virtutibus animum eius eſſe exornatum, qui duobus his ſcutis aduerſarij tela repulerit. Quadrata verò figura ſtabilitatem virtutis oſtendit. Nam hæc figura æqualiter vndique angulis & conuexis nixa lateribus, non facilè de loco mouetur.

A ὡς ἐκ τῆς πολυειδοῦς ταύτης τῆς βαφῆς, μίαν τινὰ συγκεκραμμένην ὥραν ἐκ τοῦ ὑφάσματος ἀπαυγάζεσθαι· ἃ δὲ διὰ τούτων μανθάνομεν, ταῦτά ἐστιν· ὅτι τὰ ἄνω τῆς περιβολῆς, ὅσα τῆς καρδίας ἴδιος γίνεται κόσμος, ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἀρετῶν κατακίρναται. ἡ μὲν ὑάκινθος τῇ πορφύρᾳ συμπλέκεται· τῇ γὰρ καθαρότητι τῆς ζωῆς ἡ βασιλεία συνέζευκται. κόκκος δὲ τῇ βύσσῳ συμπλέκεται· ὅτι πέφυκέ πως τῷ τῆς αἰδοῦς ἐρυθήματι τὸ λαμπρόν τι καὶ καθαρὸν τοῦ βίου συμφύεσθαι· ὁ δὲ χρυσὸς τοῖς ἄνθεσι B τούτοις συμπαραλάμπων, τὸν ἀποκείμενον τῷ τοιούτῳ βίῳ θησαυρὸν ὑπαινίσσεται. πατριάρχαι δὲ ταῖς ἐπωμίσιν ἐγγεγραμμένοι, οὐ μικρὰ πρὸς τὸν τοιοῦτον καλλωπισμὸν ἡμῖν συνεισφέρουσι· τοῖς γὰρ προλαβοῦσι τῶν ἀγαθῶν ὑποδείγμασι κατακοσμεῖται μᾶλλον ἡ τῶν ἀνθρώπων ζωή. πάλιν δὲ τῷ κόσμῳ τῶν πέπλων ἕτερος ἄνωθεν ἐπιβάλλεται κόσμος· ἀσπίδες ἐκ χρυσοῦ καθ' ἑκατέρων τῶν ἐπωμίδων κατηρτημέναι, καὶ δι' ἑαυτῶν ἀνέχουσαι τὴν χρυσότευκτον ἐν τετραγώνῳ τῷ σχήματι δυοκαίδεκα λίθοις κατα-C λαμπόμενον, στιχηδὸν διακειμένοις· τέσσαρες δὲ οἱ λίθοι, τριάδα λίθων ἕκαστος περιέχοντες. ἐν αἷς οὐκ ἦν εὑρεῖν ταὐτὰ ὁμοειδῆ πρὸς τὴν ἑτέραν· ἀλλ' ἰδιαζούσαις αὐγαῖς ἑκάστη ἐκαλλωπίζετο. τὸ μὲν δὴ σχῆμα τοῦ κόσμου, τοῦτο. ἡ δὲ διάνοια, ἣ μὲν τῶν ἀσπίδων τῶν κατηρτημένων ἀπὸ τῶν ὤμων, τὸ περιδέξιον τὸ κατὰ τοῦ ἀντικειμένου ὁπλίσεως ὑπαινίσσεται, ὡς ἐδιδάχθη. καθὼς μικρῷ πρόσθεν εἴρηται, τῆς ἀρετῆς κατορθουμένης διά τε πίστεως, καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἀγαθῆς συνειδήσεως, πρὸς ἀμφότερα ἠσφαλίσθαι ταῖς τῶν ἀσπίδων προσ-D βολαῖς, ἄτρωτον τῶν τοιούτων βελῶν διαμένοντα, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν· ὁ δὲ τετράγωνος ἐκεῖνος κόσμος, ὁ τῶν ἀσπίδων ἑκατέρωθεν ἐξηρτημένος, ἐν ᾧ εἰσὶν οἱ ἐπώνυμοι τῶν φυλῶν πατριάρχαι τοῖς λίθοις καταγεγραμμένοι· τοῦτο τῆς καρδίας προκάλυμμα γίνεται. παιδεύοντος ἡμᾶς τοῦ λόγου, ὅτι ὁ ταῖς δύο ταύταις ἀσπίσι τὸν πονηρὸν τοξότην ἀποκρουσάμενος, πάσαις ταῖς τῶν πατριαρχῶν ἀρεταῖς κατακοσμήσει τὴν ἰδίαν ψυχήν, ἄλλου ἄλλως ἐν τῷ πέπλῳ τῆς ἀρετῆς διαλάμποντος. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ τετραγώνου, ἔνδειξίς ἐστιν ἴσως τῆς ἐν τῷ καλῷ παγιότητος. δυσμετάθετον γὰρ τὸ τοιοῦτον σχῆμα, δι' ἴσου ταῖς γωνίαις ἐπὶ τῆς εὐθείας τῶν πλευρῶν ἑδραζόμενον

οἱ δὲ τελαμῶνες, δι' ὧν τὰ περικοσμήματα ταῦτα συνδεσμεῖται πρὸς τοὺς βραχίονας, δόγμα μοι δοκοῦσι πρὸς τὸν ὑψηλὸν βίον παρέχεσθαι, τὸ δεῖν συνάπτειν τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν τῇ κατὰ θεωρίαν ἐνεργουμένῃ· ὥστε τὴν καρδίαν μὲν, τῆς θεωρίας· τοὺς δὲ βραχίονας τῶν ἔργων σύμβολα γίνεσθαι. κεφαλὴ δὲ κοσμουμένη τῷ διαδήματι, τὸν ἀποκείμενον τοῖς εὖ βεβιωκόσι στέφανον ἀποσημαίνει, ὃν κοσμεῖ ὁ ἐσφραγισμένος τῷ χρυσῷ πετάλῳ τοῖς ἀρρήτοις χαράγμασιν. ὑπόδημα δὲ οὐ περιτίθησι τῷ τὸν τοιοῦτον κόσμον ἐνδεδυκότι· ὡς ἂν μὴ βαρύνοιτο πρὸς τὸν δρόμον, καὶ δυσκίνητος εἴη τῇ τῶν νεκρῶν δερμάτων περιβολῇ, κατὰ τὴν γινομένην ἐπὶ τῆς τοῦ ὄρους θεωρίας διάνοιαν. πῶς οὖν ἔμελλεν αὐτὸ κόσμος τῷ ποδὶ τὸ ὑπόδημα γίνεσθαι, ὃ κατὰ τὴν πρώτην μυσταγωγίαν ὡς ἐμπόδιον τῆς ἀνόδου ἀποβαλλόμενον. ὁ δὲ τοσοῦτον διαβὰς διὰ τῆς καθεξῆς θεωρηθεισῶν ἡμῖν ἀναβάσεων, τὰς θεοτεύκτους πλάκας διὰ χειρὸς φέρει, αἳ θεῖον νόμον ἐν αὐταῖς περιέχουσιν. ἀλλὰ συντρίβονται αὗται, τῇ τραχύτητι τῆς τῶν ἡμαρτηκότων ἀντιτυπίας περιτελεσθεῖσαι. τὸ δὲ τῆς ἁμαρτίας εἶδος, εἰδωλοποιΐα ἦν, ἐν ὁμοιώματι μόσχου γλυφέντος τοῖς εἰδωλολάτραις τοῦ ἀφιδρύματος. ὃ παρὰ τοῦ Μωϋσέως ἐκλεανθὲν, ὅλον συνελύθη τῷ ὕδατι, καὶ ποτὸν τῶν ἐξημαρτηκότων ἐγένετο· ὥστε πάντη τρόπῳ εἰς ἀφανισμὸν χωρῆσαι τὴν ὕλην, τὴν τῇ ἀσεβείᾳ τῶν ἀνθρώπων ὑπηρετήσασαν. ταῦτα μάλιστα καὶ περὶ τῶν νῦν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ γεγενημένων, τότε ἡ ἱστορία προφητικῶς ἀνεφώνησε. πᾶσα γὰρ ἡ περὶ τὰ εἴδωλα πλάνη, τέλεον ἐξηφανίσθη, καταποθεῖσα παρὰ τῶν εὐσεβῶν στομάτων, τῶν διὰ τῆς ἀγαθῆς ὁμολογίας τὸν ἀφανισμὸν τῆς ἀσεβοῦς ὕλης ἐν αὑτοῖς ποιησαμένων. καὶ ὕδωρ γέγονεν ἀτεχνῶς πρόσκαιρόν τε καὶ ἀνυπόστατα τὰ πάλαι πεπηγότα παρὰ τοῖς εἰδωλολάτραις μυστήρια, ὕδωρ ὑπ' αὐτῶν τῶν ποτὲ εἰδωλομανούντων στομάτων καταπινόμενον. ὅταν γὰρ ἴδῃς τοὺς πρότερον τῇ τοιαύτῃ ὑποπίπτοντας ματαιότητι, νῦν ἀναιροῦντας ἐκεῖνα καὶ ἀφανίζοντας, ἐν οἷς αὐτοῖς ἦν ἡ πεποίθησις· ἆρ' οὐχὶ βοᾶν σοι δοκεῖ φανερῶς ἡ ἱστορία, ὅτι καταποθήσεταί ποτε πᾶν εἴδωλον, τοῖς στόμασι τῶν πρὸς εὐσέβειαν ἀπὸ τῆς ἀπάτης μετατιθέντων; ὁπλίζει δὲ τοὺς Λευίτας ὁ Μωϋσῆς κατὰ τῶν ὁμοφύλων, καὶ διαδραμόντες τὴν παρεμβολὴν,

A At verò catenulæ, quibus ornamenta hæc ad brachia connectuntur, præcipere mihi videtur, oportere in altiori vita praxin ſpeculationi coniungere. Cor enim ſpeculationis loco poni videtur, brachia verò operationis. Caput autem diademate coronatum, reſeruatā virtute prędìtis coronā ſignificat, quā is exornat, qui aurea lamina ineffabilibus erat notis cælatus. Ita induto veſtitóque ſacerdoti nullum calceamentum imponitur, ne tardior ad currendum ſit, aut vix mobilis, pelles ſecum attrahens animalium mortuorum. Nam vt iam diximus, B impedimēto calcei fuerant Moyſi, cùm ad ardentem rubum accederet. Quòd ſi in primo ſtatim aditu reprobantur, multò magis à ſacerdotis pede reijciuntur. Qui autem per omnes gradus, quos iam expoſuimus, aſcēderit, is à Deo ſibi traditas tabulas ad populū defert, quibus diuina lex cōtinetur: ſed dura peccatorum colliſione diruptę cōteruntur. Peccatum verò ſimulachri cultus erat in vituli ſimilitudine conſtituti, quod à Moyſe cōtritum, aquaque diſſolutum, ipſis qui peccarunt factus eſt potus: ita C omnimodo ea materia, quæ hominum peccato ſubminiſtrauit, deleta eſt. Propheticè igitur hæc hiſtoria de iis, quæ noſtris temporibus facta ſunt exclamauit. Omnis enim circa ſimulachra error, funditus eſt ſublatus, atque ore piorum abſorptus, qui bona confeſſione materiam impietatis in ſeipſis deleuerunt. Videmus præterea quæ ſancta fuerunt apud impietatis myſteria, quaſi aquam inſtabilem delapſa defluxiſſe: aquam ab illorum ipſorum ore, qui cultu ſi- D mulachrorum inſaniebant, imbibitam. Nam cùm cernas oculis, qui huic vanitati erant penitus dediti, alia templorum ſuorum, in quibus ſperauerant, diruentes, alia in alios vſus transferentes, nonne magna voce clamare hiſtoria videtur: futurum eſſe tempus olim in quo ſimulachrum omne, ore ipſorum qui ab iniquitatis errore ad pietatem tranſponentur, delebitur & abſorbebitur? Armat deinde Leuitas non in alienigenas, ſed in ſuos ardenter Moyſes,

qui ab altera extremitate caſtrorum ad alteram confuſè, vt quiſque obuiam fieret, omnes interfecerunt. Ita cùm pariter quicumque mucroni incideret, occideretur, nemo interficientium quis amicus aut quis inimicus diſcernebat, quis domeſticus, quis affinis, quis cognatus, aut alienus, nemo proſpiciebat: ſed vnicus atque par aduerſus omnes, in quo inciderant, erat impetus. Vnde diſcimus, idcirco abſque diſpoſitione punitos fuiſſe, quoniam vnà omnes ad malum conſpirantes, ratione vitij quaſi vnus effecti ſunt, & veluti cùm quiſpiã vnum hominem peccatis commotus ſuis cædit vehementer, non hoc hoc aut illud ſuum affligit membrum, ſed quò flagellum cõmodè poteſt inferri, illud verberat. Bene enim nouit quãcúmque partem percuſſerit, ad totum corpus inde ſenſum doloris trãſiturum: ſic quæ ſine diſpoſitione tunc adhibebatur punitio, omnes qui conſpiratione vitij, quaſi erant in vnũ corpus conflati, mirum in modum caſtigabat. Quare ſi nonnunquam peccatis hominum iram Dei excitatam, non in omnes, ſed in aliquos ferri videamus, diuinæ clementiæ magnitudinem admirari debemus: qua fit, vt non omnes ſicuti merentur, percutianrur, omnes tamen flagellis caſtigentur. Verum id ex ipſa hiſtoria non altius intellecta diſcimus. Ad ſublimius autem reducere volẽtes, illus priùs conſiderabimus, quod communi præconio legiſlator exclamauit: Si quis eſt Domini, ad me veniat. Qua voce lex ipſa omnibus edicere videtur: ſi quis Deum amare vult, me legem amet: nam qui legis amicus eſt, certè Dei quoque amicus eſt. Iubet deinde eos, qui tali præconio congregati ſunt abſque diſquiſitione & in fratres, amicos, & proximos gladio ferociter vti. Superioris ſpeculationis ſeriem ſequentes, dicimus omnem hominem, qui ad legem ac Deum reſpicit, malorum domeſticorum cæde purgari. Nec enim ſemper frater, aut amicus, aut proximus in meliorem à Scriptura partem accipitur: ſed ſunt nonnulli fratres, amici, proximi, qui quaſi alieni ac inimici nobis aduerſantur, quos eas arbitramur eſſe cogitationes, quarum vita nobis mortem,

Exod. 32. 25.

A ἀπ' ἄκρου πέρατος ἐπὶ τὸ ἕτερον ἄκρον· ἀνεξέταστον ποιουμένων τῶν ἐντυγχανόντων τὸν φόνον, τῇ ἀκμῇ τοῦ ξίφους τὴν κατὰ τῶν ἀναιρουμένων ἐπιτρέψαντες ψῆφον. ἐπίσης δὲ κατὰ πάντας τοῦ παρατυχόντος ἐνεργουμένου τοῦ φόνου, ὁ διακρίνων ἐν τοῖς ἀναιρουμένοις τῶν ἀνθρώπων, οὐ συνιεὶς τὸν ἐχθρὸν ἢ τὸν φίλον, τὸν ξένον ἢ τὸν οἰκεῖον, τὸ συγγενὲς ἢ τὸ ἀλλότριον· ἀλλὰ μία τις χειρὸς ἦν ὁρμὴ, κατὰ πάντος τοῦ παρεμπίπτοντος ὁμοίως ἐπίσης ἐνεργουμένη. ὁ δὲ περὶ τούτου λόγος τοιαύτην αὖ ἡμῖν παρέχοιτο τὴν ὠφέλειαν, ἐπειδὴ πανδημεὶ πάντες πρὸς τὸ κακὸν συνεφρόνησαν, καὶ ὥσπερ εἷς ἐγένετο τῷ λόγῳ τῆς κακίας τὸ στρατό-
B πεδον ἅπαν· ἀδιάκριτος ἡ κατ' αὐτῶν γίνεται μάστιξ. ὡς γάρ τινα τῶν ἐπὶ κακίᾳ πεφωραμένων ὁ πληγαῖς αἰκιζόμενος, ὅ,τι περ ἂν τύχῃ τοῦ σώματος καταξαίνει διὰ τῆς μάστιγος, εἰδὼς ὅτι ἡ ἐπὶ μέρους ὀδύνη πρὸς τὸ πᾶν διέρχεται· οὕτως ὡς παντὸς ὁμοίως κολαζομένου, τοῦ εἰς τὴν κακίαν συμφυέντος σώματος, ἡ ἐπὶ μέρους ἐνεργουμένη μάστιξ τὸ πᾶν ἐσωφρόνιζεν. οὐκοῦν εἴ ποτε τῆς ἴσης κακίας ἐν πολλοῖς θεωρουμένης, μὴ κατὰ πάντων, ἀλλὰ κατά τινων ἐνεργηθῇ ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγανάκτησις· καλῶς προσήκει τὴν διὰ φιλανθρωπίας τῶν ἐνεργουμένων
C διόρθωσιν· οὐ πάντων μὲν τυπτομένων, πάντων δὲ ταῖς μερικαῖς πληγαῖς πρὸς τὴν τῆς κακίας ἀποστροφὴν σωφρονιζομένων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔτι τῶν καθ' ἱστορίαν γεγραμμένων τὸ νόημα. ἡ δὲ ἀναγωγὴ τοῦτον αὖ ἡμᾶς τὸν τρόπον ὠφελήσειεν. ἐπειδή φησιν ἐν κοινῷ κηρύγματι πρὸς πάντας ὁ νομοθέτης, ὅτι εἴ τις πρὸς τὸν κύριον, ἴτω πρός με. ὥσπερ ἐστὶν ἡ τοῦ νόμου φωνὴ πᾶσιν ἐγκελευομένη τὸ, εἴ τις βούλεται τοῦ Θεοῦ φίλος εἶναι, ἐμοὶ τῷ νόμῳ φίλος γινέσθω. ὁ γὰρ τῷ
D νόμῳ φίλος, καὶ τῷ Θεῷ φίλος ἐστὶ πάντως· καὶ τοῖς πρὸς αὐτὸν διὰ τοιούτου κηρύγματος ἀθροισθεῖσιν ἐγκελεύεται χρήσασθαι τῷ ξίφει κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ φίλου καὶ τοῦ πλησίον. νοοῦμεν δὲ πρὸς τὸ ἀκόλουθον βλέποντες τῆς θεωρίας, ὅτι πᾶς ὁ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν νόμον βλέπων, τῷ φόνῳ τῶν κακῶς οἰκειουμένων αὐτῷ καθαρίζεσθαι. οὐ γὰρ πᾶς ἀδελφὸς, οὐδὲ φίλος, οὐδὲ πλησίον, ἐπὶ τὸ κρεῖττον παρὰ τῆς γραφῆς νοεῖται· ἀλλ' ἔστι τις καὶ ἀδελφὸς καὶ ἀλλότριος, καὶ φίλος καὶ ἐχθρὸς, καὶ πλησίον ἐξ ἐναντίας ἱστάμενος. τούτους νοοῦμεν τοὺς συμφυομένους ἡμῖν λογισμούς· ὧν ἡ ζωὴ μὲν, ἡμέτερος θάνατος·

ὁ δὲ θάνατος αὐτοῖς, ἡμετέραν ζωὴν κατεργάζε-
ται. συμφωνεῖ δὲ τὸ τοιοῦτο νόημα τοῖς ἤδη περὶ
τὸν Ἀαρὼν ἐξετασθεῖσιν, ὅτε διὰ τῆς συντυ-
χίας αὐτοῦ τὸν συμμαχόν τε καὶ παραστάτην ἄγ-
γελον ἐνοήσαμεν, τὸν τὰ σημεῖα κατὰ τῶν Αἰγυ-
πτίων ἐργαζόμενον, πρεσβύτερον εἰκότως νοού-
μενον· διὰ τὸ προκατεσκευάσθαι τῆς φύσεως
ἡμῶν τὴν ἀγγελικὴν καὶ ἀσώματον φύσιν· ἀδελ-
φὸν δὲ, διὰ τὴν συγγένειαν τοῦ νοητοῦ ἐκείνου πρὸς
τὸ νοητὸν τὸ ἡμέτερον. τῆς οὖν ἀντιθέσεως οὔσης,
ὅτι πῶς πρὸς τὸ κρεῖττον λαβεῖν ἐστὶ τὴν τοῦ Ἀα-
ρὼν συντυχίαν, ὃς ὑπηρέτης τοῖς Ἰσραηλίταις
τῆς εἰδωλοποιίας ἐγένετο· κἀκεῖ μετρίως προ-
δήλου τὴν τῆς ἀδελφότητος ὁμωνυμίαν ὁ λό-
γος, ὡς οὐχὶ πάντοτε τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου ἀ-
πὸ τῆς αὐτῆς φωνῆς, ὅταν ἐπὶ τῶν ἐναντίων
νοημάτων τὸ αὐτὸ λαμβάνηται ὄνομα. ἀλλ' ἕτερος
μὲν ἀδελφὸς ὁ καθαιρῶν τὸν Αἰγύπτιον τύραν-
νον. ἄλλος δὲ πάλιν ὁ ἀποτυπῶν τοῖς Ἰσραηλί-
ταις τὸ εἴδωλον, κἂν ἓν ᾖ ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ ὄνο-
μα. κατὰ τῶν τοιούτων οὖν ἀδελφῶν ἀπογυμνοῖ
ὁ Μωϋσῆς τὸ ξίφος. περὶ ὧν γὰρ ἄλλοις διακε-
λεύεται, καὶ ἑαυτῷ δηλαδὴ νομοθετεῖ τὸ ἴσον. ἀ-
ναίρεσις δέ ἐστι τοῦ τοιούτου ἀδελφοῦ, ὁ τῆς ἁ-
μαρτίας ἀφανισμός. πᾶς γὰρ ὁ τὸ διὰ τῆς συμ-
βουλῆς τοῦ ἀντικειμένου ἐνιδρυθέν τινι κακὸν
ἀφανίσας, ἐκεῖνον ἀπέκτεινεν ἐν ἑαυτῷ, τόν πο-
τε διὰ τῆς ἁμαρτίας ζῶντα. μᾶλλον δὲ ἡμῖν τὸ
περὶ τούτου κρατυνθείη δόγμα, εἴ τινα καὶ ἄλλα
τῆς ἱστορίας πρὸς τὴν θεωρίαν ταύτην συμπα-
ραλάβοιμεν. εἴρηται γὰρ, ὅτι προστάγματι γὰρ
τοῦ Ἀαρὼν ἐκείνου, τὸ δεῖν αὐτοὺς περιελέσθαι ἀφ'
ἑαυτῶν τὰ ἐνώτια. καὶ ἡ τούτων περιαίρεσις, ὕλη
τῷ εἰδώλῳ ἐγένετο. τί οὖν φαμὲν, ὅτι Μωϋσῆς
μὲν ἐν τῷ ἐνωτίῳ κόσμῳ, ὅς ἐστιν ὁ νόμος, τὴν
τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀκοὴν ἐκόσμησεν· ὁ δὲ ψευδώ-
νυμος ἀδελφὸς διὰ τῆς παρακοῆς περιαιρεῖ τὸν
ἐντεθέντα τῇ ἀκοῇ κόσμον, καὶ ποιεῖ δι' αὐτοῦ εἴ-
δωλον. καὶ παρὰ τὴν πρώτην τῆς ἁμαρτίας εἴσο-
δον, ἐνωτίου τις ὑφαίρεσις ἦν, ἡ τοῦ παρακοῦσαι
τῆς ἐντολῆς συμβουλή. πῶς ἐνομίσθη φίλος καὶ
πλησίον τοῖς πρωτοπλάστοις ὁ ὄφις, ὡς τι χρήσι-
μον καὶ ἀγαθὸν, τὸ ἀποστῆναι τοῦ θείου προστάγμα-
τος συμβουλεύων; τοῦτό ἐστι τὸ περιελέσθαι τῆς ἀ-
κοῆς τὸ τῆς ἐντολῆς ἐνώτιον. ἐκεῖνον ὁ τῶν τοι-
ούτων ἀδελφῶν τε καὶ φίλων καὶ πλησίον φονεὺς,

A mors verò vitam ſolet inducere. Hæc expoſitio illis etiam conuenit, quæ de Aaron diximus. Ibi enim pro fratre ſocium atque protectorem diuinitùs nobis datum, angelum intelleximus, qui aduerſus Ægyptios ſigna operatur, qui etiam maior ætate iure dictus eſt: nam angelica natura homine prius creata eſt: Frater verò, quia eſt quædam profectò intellectualis, & angelicæ naturæ ad intellectum & animam humanam affinitas: quas ob res, etſi vtroque in loco frater dicitur, non habet tamen locum oppoſitio, quomo-
B do in meliorem partem accipi poſſit conſortium Aaronis, qui Iſraëlitis ad idolum conficiendum miniſtrum ſe præbuit, cùm æquiuocè fratris nomen, nunc vt diximus, accipiatur. Aduerſus igitur hos malos fratres gladiorum opponit aciem Moyſes. Quod enim alios quis iubet, ſibi quoque ipſi ſancit. Horum fratrum cædes, peccatorum interitus eſt. Nam qui aduerſarij conſiliis fixum atque ſtatutum in animo malum deleuit, aduerſarium in ſeipſo interfecit. Hæc autem ſententia ſpiritualis firmior eſſe atque verior vide-
C bitur, ſi quædam etiam alia in hiſtoria dicta huic conuenire oſtendemus. Imperatum enim fuiſſe ab Aaron dicitur, vt inaures ab auribus vxorum tollerent, hæ conflatæ ſimulachri materia fuerunt. Dicimus igitur quòd Moyſes Hebræorum virtutem inauribus exornare voluit, id eſt lex, quam pro Moyſe intelligimus obedientiam, quæ per inaures ſignificatur, Iudæorum virtutem confirmauit: quam tollit Aaron, vt inobedientia ipſorum oſtenderet ad cultum idolorum eſſe peruentum. Idcirco ſtatim ad primum peccandi aditum inaures aufe-
D rantur, vt iam præuaricationis & inobedientiæ conſilia cepiſſe viderentur, qui diuinum præceptum negligendum eſſe hortabantur. Quî tamdem factum eſt vt amicus & propinquus exiſtimaretur ſerpens, ab iis, qui primi creati fuerunt, quaſi rem honeſtam vtilémque conſuleret, vt à diuino mandato declinarent. Id ergo eſt quod dicimus auferre ab aure præceptorum inaurem. Quare qui hos fratres, hos amicos, hos proximos interimet,

Exod. 32. 24.

audiet illam vocem, quam à Moyſe illi perceperunt, qui tunc ſine diſquiſitione multos è cultoribus idoli occiderunt: Impleuiſtis, inquit, manus veſtras hodie Domino, in ſuo vnuſquiſque filiò vel fratre, vt detur ſuper vos benedictio. Sed opportunè modò primorum parentum fecimus mētionem, vt diſcamus quónam pacto diuinitùs confectas tabulas, in quibus lex erat impreſſa, in terram manibus Moyſi proiectas, à duritie ſubiectæ terræ contritas, à Moyſe rurſus fuiſſe ſuſceptas, non omnino eaſdem, ſed Scriptura ſolùm, quæ in illis erat impreſſa. Materiam enim earum ex inferiori hac ſuſcepit materia Moyſes, virtutíque ipſius ſubiecit, qui legem rurſus in his ſecundis tabulis cælauit: & ſic gratiam reuocauit, cùm in lapideis tabulis legem reportauerit, in quibus ipſe Deus legis voces cælauerat. Hinc enim induci poſſumus, vt diuinam de nobis clementiam intelligere queamus. Nam ſi verum dicit Apoſtolus, cum tabulas cordis nominat, hoc eſt, intellectum animi ducem ac principem, ſicut profectò verum dicit, qui per ſpiritum profunda Dei ſcrutatum eſt: inde diſcere licet, infractam atque immortalem diuinis fabricatam manibus naturam noſtram in principio fuiſſe, quam lex non ſcripta, ſed innata, non exteriùs acquiſita, ſed impreſſa exornabat. Naturaliter enim nobis voluntas legis inerat, quæ ad malorum abominationem, & bonorum expeditionē nos inſtitueret. Verum poſteaquam peccati ſonitum in auribus noſtris ſuſcepimus: quem quidē ſonitum prima illa Scriptura vocem ſerpentis, hæc verò de tabulis hiſtoria vocē vino cantantium nuncupauit, tunc naturæ integritas in terram decidit, & contrita eſt. Sed rurſum verus legiſlator, cuius figuram Moyſes gerebat, ex terra noſtra naturę noſtræ tabulas ſibi confecit: nec enim nuptiarum ſolennitas carnem dominicam produxit, ſed ipſe ſuæ carnis factus lapicida, digito Dei eam inſcripſit. Spiritus enim ſanctus peruenit in virginem, & excelſi eam
Luc. 1. 35. virtus obumbrauit. Quo facto, rurſus natura confracta, illius impreſſione digiti immortalitatem conſecuta: digitus enim ſæpius à Scriptura Spiritus ſanctus appellatur. Hoc igitur modo ad glorioſius Moyſes commutatus fuit,

A ἀκούσεται παρὰ τοῦ νόμου τῆς φωνῆς ἐκείνης, ἣν ἔφησεν ἡ ἱστορία παρὰ τοῦ Μωϋσέως γεγενῆσθαι τοῖς τοὺς τοιούτους φονοκτονήσασιν. ἐπληρώσατε τὰς χεῖρας ὑμῶν σήμερον τῷ κυρίῳ ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ υἱῷ ἢ τῷ ἀδελφῷ, δοθῆναι ἐφ' ὑμᾶς εὐλογίας. δοκεῖ δὲ κατὰ καιρὸν καὶ ἡ μνήμη τῶν τὴν ἁμαρτίαν παραδεξαμένων ἐπισυνεληλυθέναι τῷ λόγῳ· ὥστε μαθεῖν, πῶς τὰς θεοτεύκτους πλάκας, ἐν αἷς ὁ θεῖος νόμος ἐνεκεχάρακτο, εἰς τὴν γῆν ἐκ τῶν τοῦ Μωϋσέως χειρῶν πεσούσας, καὶ τῇ ἀντιτυπίᾳ τοῦ ὑποκειμένου
B συντριβείσας, πάλιν ὁ Μωϋσῆς ἀνακομίζεται, οὐκέτι ὅλας τὰς αὐτάς, ἀλλὰ μόνον τὸ ἐπ' αὐταῖς γράμμα. ἐκ γὰρ τῆς κάτω ὕλης λαβὼν τὰς πλάκας, ὑποπίπτει τῇ δυνάμει τοῦ τὸν νόμον αὖθις ἐγχαράσσοντος. καὶ οὕτως ἀνακαλεῖται τὴν χάριν, φέρων ἐν ταῖς λιθίναις πλαξὶ τὸν νόμον, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τῷ λίθῳ τὰς φωνὰς ἐντυπώσαντος. τάχα γάρ ἐστι διὰ τούτων ὁδηγηθέντας, τῆς θείας περὶ ἡμᾶς προμηθείας ἐν περινοίᾳ γενέσθαι. εἰ γὰρ ἀληθεύει ὁ θεῖος ἀπόστολος, καρδίας ὀνομάζων τὰς πλάκας, τουτέστι,
C τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς. ἀληθεύει δὲ πάντως, ὁ διὰ τοῦ πνεύματος τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ διερευνώμενος. ἔστιν ἐκ τούτου δι' ἀκολούθου μαθεῖν, ὅτι ἀσύντριπτος ἦν τὸ κατ' ἀρχὰς καὶ ἀθάνατος ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ταῖς θείαις χερσὶ κατεσκευασμένη, καὶ τοῖς ἀγράφοις τοῦ νόμου κεκαλλωπισμένη χαράγμασι· φυσικῶς ἡμῖν ἐγκειμένου τοῦ κατὰ νόμον βουλήματος ἐν τῇ ἀποστροφῇ τοῦ κακοῦ, καὶ ἐν τῇ τοῦ θείου τιμῇ. ἐπειδὴ δὲ προσέπεσε τῆς ἁμαρτίας ὁ ἦχος, ὃν ἡ πρώτη γραφὴ φωνὴν ὄφεως ὀνομάζει, ἡ δὲ κατὰ τὰς πλάκας ἱστορία, φωνὴν ἐξ οἴνου
D ᾀδόντων· τότε εἰς γῆν πεσοῦσα συντρίβεται. ἀλλὰ πάλιν ὁ ἀληθινὸς νομοθέτης, οὗ τύπος ἦν ὁ Μωϋσῆς, ἐκ τῆς γῆς ἡμῶν ἑαυτῷ τὰς τῆς φύσεως ἡμῶν πλάκας ἐλάξευσεν. οὐ γὰρ γάμος αὐτῷ τὴν θείαν ἐδημιούργησεν σάρκα, ἀλλ' αὐτὸς τῆς ἰδίας σαρκὸς γίνεται λατόμος τῷ θείῳ δακτύλῳ καταγραφείσης. πνεῦμα γὰρ ἅγιον ἦλθεν ἐπὶ τὴν παρθένον, καὶ ἡ τοῦ ὑψίστου ἐπεσκίασε δύναμις. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἐγένετο· πάλιν τὸ ἀσύντριπτον ἔσχεν ἡ φύσις, ἀθάνατος γενομένη τοῖς τοῦ δακτύλου χαράγμασι. δάκτυλος δὲ πολλαχοῦ παρὰ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ οὕτω γίνεται τοῦ Μωϋσέως ἡ ἐπὶ τὸ ἐνδοξότερον μεταποίησις, τοιαύτη καὶ τοσαύτη,

ὡς ἀχώρητον εἶναι τοῖς κάτω ὀφθαλμοῖς τὴν τῆς δόξης ἐκείνης ἔμφασιν. πάντως δὲ ὁ πεπαιδευμένος τὸ θεῖον τῆς πίστεως ἡμῶν μυστήριον, οὐκ ἀγνοεῖ, πῶς συμβαίνει τῇ ἱστορίᾳ ἡ κατὰ ἀναγωγὴν θεωρία. ὁ γὰρ διορθωτὴς τῆς συντετριμμένης ἡμῶν φύσεως πλακὸς (νόσους δὲ πάντως, διὰ τῶν λεγομένων, ἐκεῖνον, τὸν τὰ συντετριμμένα ἡμῶν θεραπεύσαντα) ἐπειδὴ πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἐπανήγαγε κάλλος τὴν συντετριμμένην τῆς φύσεως ἡμῶν πλάκα, τῷ θείῳ δακτύλῳ, καθὼς εἴρηται, κολαπτομένην, οὐκέτι χωρητὸς ταῖς ὄψεσι τῶν ἀναξίων γίνεται, τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς δόξης ἀπαστράψεως τοῖς πρὸς αὐτὸν ὁρῶσι γινόμενος. ἀληθῶς γάρ, ὅταν ἔλθῃ (καθώς φησι τὸ εὐαγγέλιον) ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, μόγις μὲν τοῖς δικαίοις χωρητὸς γίνεται καὶ καταφανής. ὁ δὲ ἀσεβὴς, καὶ Ἰουδαΐζων τὴν αἵρεσιν, καθὼς Ἡσαΐας λέγει, ἀμέτοχος ἐκείνου τοῦ θεάματος μένει. ἀρθήτω γὰρ ὁ ἀσεβής φησιν, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν ἐξητασμένων ἑπόμενοι πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῆς περὶ τὸν τόπον τοῦτον θεωρίας ἐξήχθημεν. ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. πῶς ὁ τοσαύταις θεοφανείαις ἐναργῶς ὁρῶν τὸν Θεὸν παρὰ τῆς θείας φωνῆς μαρτυρούμενος (ἐν οἷς φησιν ὅτι ἐνώπιος ἐνωπίῳ, ὡς ἄν τις λαλήσει πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον) ἐν τούτοις γινόμενος, ὡς μήπω τυχὼν ὧν τετυχηκέναι διὰ τῆς γραφικῆς μαρτυρίας πιστεύεται, δεῖται τοῦ Θεοῦ, φανῆναι αὐτῷ· ὡς τοῦ ἀεὶ φαινομένου μηδέπω ὀφθέντος. καὶ ἡ ἄνωθεν φωνὴ, νῦν μὲν τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ αἰτοῦντος συντίθεται, καὶ τὴν προσθήκην αὐτῷ τῆς χάριτος ταύτης οὐκ ἀπαναίνεται. πάλιν δὲ εἰς ἀπελπισμὸν ἄγει, δι' ὧν ἀποφαίνεται, ἀχώρητον εἶναι τῇ τῶν ἀνθρώπων ζωῇ τὸ παρ' ἐκείνου ζητούμενον. ἀλλὰ τινὰ τόπον εἶναι παρ' ἑαυτῷ φησὶν ὁ Θεὸς, καὶ ἐν τῷ τόπῳ Πέτραν, καὶ ὀπὴν ἐν τῇ Πέτρᾳ, ἐν ᾗ κελεύει γίνεσθαι τὸν Μωϋσέα. εἶτα ἐπιβαλεῖν τὸν Θεὸν τὴν χεῖρα τῷ στομίῳ τῆς ὀπῆς ἔξω γινόμενον, τὰ ὄπισθεν ἰδεῖν τοῦ κελεύσαντος, καὶ οὕτως ἐκεῖνον τὸν ζητούμενον ἰδεῖν δόξαι, τὴν τῆς θείας φωνῆς ἀψευδῆ τὴν ἐπαγγελίαν γενέσθαι. ταῦτα γὰρ εἴ τις κατὰ τὸ γράμμα βλέποι, οὐ μόνον ἀσαφὴς τοῖς ζητοῦσιν ἔσται ἡ διάνοια· ἀλλ' οὐδὲ καθαρεύσει τῆς ἀπεμφαινούσης περὶ Θεοῦ ὑπολήψεως. μόνων γὰρ τῶν ἐν σχήματι θεωρουμένων, τὸ μὲν ἔμπροσθεν, τὸ δὲ, ὄπισθεν

A adeò vt inferioribus his oculis tanta taliſque gloria cerni nequiret: quam quidem immutationem qui noſtræ fidei myſteria nouit, non ignorabit quomodo allegoricus hic ſenſus hiſtoriæ conſentaneus eſt. Nam qui contritam naturam noſtram in integritatem traduxit, qui languores noſtros portauit, & ſanauit ægrotos, poſteaquam in priſtinam pulchritudinem dirutas naturæ noſtræ tabulas reſtituit, Dei, vt diximus, digito cælatas, non amplius indignorum oculis capi poteſt. Nam tanta eſt amplitudo gloriæ atque majeſtatis B eius, vt viſus eorum nequeat ad ipſum accedere. Profectò enim cùm in majeſtate ſua, vt dicit Euangelium, veniet, ac omnes angeli ſecum, vix iuſti gloriæ ipſius erunt capaces: impij autem & Iudaizantes tantæ viſionis expertes erunt, vt Eſaias ait: Tollatur impius, *Eſa.26.* ne videat gloriam Domini. Sed iam multa de hoc, quare ad reliqua tranſeamus. Ambigere profectò quiſpiam poterit, quomodo Moyſes, quem tot *Exod.33.* tantiſque viſionibus Deum vidiſſe Scriptura teſtatur, quo cum Deus ita lo- C quebatur, vt ſi quis amicum ſuum alloqueretur, orat nunc quaſi nunquam vidiſſet, vt videat. Et quomodo diuina vox modò annuit oranti quod petit, & hanc quoque gratiam ſibi velle conferre non negat: modò in deſperationem ducit, cùm aſſerat, non eſſe hanc vitam hominum eius rei, quam poſtulabat capacem, & ad hæc, quem locum eſſe apud ſe Deus dicit, & quem in loco lapidem, & quod in lapide foramen, in quod iubet peruenire Moyſen, deinde Deum manum ſuam ad os foraminis illius poſiturum, & cùm D tranſierit Moyſen inuocatum à foramine, poſteriora eius, qui vocauit inſpecturum: hæc enim Scriptura narrat, & ſic aſſerit Deum à Moyſe perſpectum, ſicut diuina voce ſibi fuerat promiſſum. Hæc omnia ſi quis ſecundum litteram ſolùm conſideret, non obſcurus duntaxat quærentibus ſenſus fiet, verumetiam non rectas de eo generabit opiniones: ſola enim figurata anterius atque poſterius habent,

omnis figura corporis terminus eſt. Quare qui figuram Deo attribuit, corpus ipſum conſequenter putabit: corpus autem omne compoſitum eſt: compoſitum porrò diuerſorum ac differentium concurſu conſtituitur. Quicquid verò ſic conſtitutum eſt indiſſolubile non eſt: quódque diſſoluitur, id corrumpitur: diſſolutio enim corruptio compoſiti eſt. Quas ob res ſi quis poſterius Dei ſecundum litteram capiet, in hoc inconueniens conſequenter deducetur. Nam antè ac retrò in figura in corpore, corpus natura diſſolubile, diſſolubile autem incorruptibile eſſe non poteſt. Sic qui omnino litteræ ſeruit, rerum ipſarum conſequentia corruptibilem eſſe Deum opinari compellitur. Eſt autem Deus incorruptibilis omnino atque immortalis. Sed quis tandem his quæ ſcripta ſunt poterit adaptari ſenſus præter eum qui prima fronte ad litteram exponenti occurrit? Quòd ſi hac in parte altiorem quem littera patitur, ſenſum quærere cogimur, quis alienum eſſe à Scriptura dicet, ſi ad ſpiritualem ſenſum totam reducimus? nam cùm neceſſe ſit partes aliquas ſpiritualiter intelligere, totum quoque neceſſe vt & poſſit & debeat ſicuti partes intelligi: eſt enim totum ex partibus: quare partium naturam ſapiat neceſſe eſt. Locus igitur apud Deum, & lapis in loco, & in lapide quædam capacitas, quam foramen appellauit: ingreſſúſque Moyſi ad illud, impoſitio quoque manus Dei in ore foraminis, & tranſgreſſio eius, & vocatio, ac denique poſteriorum partium aſpectatio ad altius, & conuenientius norma reguláque anagogica ſic reducetur. Quemadmodum igitur grauia & rotunda corpora, ſi è cacuminibus montium lapſa deorſum fuerint, & ſi nullus poſtea impellat, ipſa tamen per ſe vehementiore impetu, ſi nihil impedimento ſit, ſemper deferuntur, quouſque ad planiciem deſcenderint: ſic anima cuius natura ſurſum fertur, terrenis abſoluta cupiditatibus ardentior in dies ſit, velociúſque pertranſit, ad ſublimiora ſemper conſcendens. Nam cùm nihil ſibi ſit impedimento, per ſeipſam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad ſe natura ipſius boni, omnes

A πᾶν δὲ σχῆμα, σώματος πέρας ἐστίν. ὥστε ὁ σχῆμα περὶ τὸν Θεὸν ἐννοῶν, οὐδὲ τῆς σωματικῆς φύσεως καθαρεύειν αὐτὸν οἰηθήσεται. πᾶν δὲ σῶμα, συνθετόν ἐστι πάντως. τὸ δὲ συνθετὸν ἐκ τῆς τῶν ἑτερογενῶν συνδρομῆς ἔχει τὴν σύστασιν. τὸ δὲ συντεθειμένον, οὐκ ἄν τις ἀδιάλυτον εἶναι εἴποι. τὸ δὲ διαλυόμενον, ἄφθαρτον εἶναι οὐ δύναται. φθορὰ γὰρ ἡ διάλυσις τοῦ συνεστῶτος ἐστίν. εἰ οὖν τις τὸ ὀπίσθιον τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ γράμμα νοήσειεν· εἰς ταύτην τὴν ἀτοπίαν ἐκ τῆς ἀκολουθίας κατ' ἀνάγκην ἀπαχθήσεται. τὸ γὰρ
B ἔμπροσθιόν τε καὶ ὀπίσθιον, ἐν σχήματι πάντως· τὸ δὲ σχῆμα, ἐν σώματι. τοῦτο δὲ διαλυθὲν, διαλυτὸν κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐστί. διαλυτὸν γὰρ ἅπαν τὸ συνθετόν· τὸ δὲ διαλυόμενον, ἄφθαρτον εἶναι οὐ δύναται. ἄρα ὁ τῷ γράμματι δουλεύων, φθορὰν διὰ τῆς ἀκολουθίας τὴν νοημάτων περὶ τὸν Θεὸν συννοήσειεν. ἀλλὰ μὴν ἄφθαρτος ὁ Θεὸς καὶ ἀσώματος. ἀλλὰ τίς ἄρα τοῖς γεγραμμένοις ἐφαρμόσει διάνοια παρὰ τὸ ἐκ προχείρου νοούμενον; εἰ δὲ τοῦτο τὸ μέρος τῶν ἐν τῇ συμφορήσει τοῦ λόγου γεγραμμένων, ἑτέραν ἡμᾶς ἐξευρεῖν ἀναγκάζει διάνοιαν· προσ-
C ήκει πάντως καὶ περὶ τοῦ ὅλου τὸ ἴσον διανοηθῆναι. ὅπερ γὰρ ἐν τῷ μέρει νοήσομεν, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ ὅλον λαμβάνεσθαι. οὐκοῦν καὶ ὁ τόπος ὁ παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἡ ἐν τῷ τόπῳ Πέτρα, καὶ τὸ ἐν ταύτῃ χώρημα, ὅπερ ὀπὴ ὀνομάζεται, καὶ ἡ ἐκεῖ τοῦ Μωϋσέως εἴσοδος, καὶ ἡ τῆς θείας χειρὸς ἐπιβολὴ τοῦ στομίου, καὶ ἡ πάροδος, καὶ ἡ κλῆσις, καὶ μετὰ ἡ τῶν ὀπισθίων θεωρία· εὐλογώτερον τῷ τῆς ἀναγωγῆς νόμῳ θεωρηθήσεται. τί οὖν ἐστι τὸ εἰκαζόμενον; ὅτι καθάπερ τὰ κατωφερῆ τῶν σωμάτων, εἴ τινα κατὰ τοῦ πρανοῦς ὁρμὴν λάβοι, κἂν μηδεὶς ἐπωθῶν μετὰ τὴν πρώ-
D την κίνησιν τύχῃ, αὐτὰ δι' ἑαυτῶν ἐπὶ τὸ κάταντες ἐν σφοδροτέρᾳ τῇ φορᾷ συνελαύνεται, ἕως ἂν ἐπικλινὲς ᾖ, καὶ ὑποκατίῃ τῷ σχήματι, τὸ τῇ φορᾷ ὑποκείμενον, μηδενὸς διειργομένου τοῦ ἐξ ἀντιβάσεως τὴν ὁρμὴν ἀνακόπτοντος· οὕτω κατὰ τὸ ἔμπαλιν ἡ ψυχὴ τῆς γηΐνης προσπαθείας ἀπολυθεῖσα, ἀνωφερής τε καὶ ὀξεῖα γίνεται πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω κίνησιν, ἀπὸ τῶν κάτω πρὸς τὸ ὕψος ἀνιπταμένη. μηδενὸς δὲ ὄντος ἄνωθεν τοῦ τὴν ὁρμὴν ἐπικόπτοντος, (ἑλκτικὴ γὰρ πρὸς ἑαυτὴν ἡ τοῦ καλοῦ φύσις ἐστὶ

τῶν πρὸς ἐκείνην ἀναβλεπόντων) ἀεὶ πάντως ὑψηλοτέρα ἑαυτῆς γίνεται, τῇ τῶν οὐρανίων ἐπιθυμίᾳ συνεπεκτεινομένη τοῖς ἔμπροσθεν, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, καὶ πάντοτε πρὸς τὸ ὑψηλότερον τὴν πτῆσιν ποιήσεται. ποθοῦσα γὰρ διὰ τῶν ἤδη κατειλημμένων μὴ καταλιπεῖν τὸ ὕψος τὸ ὑπερκείμενον, ἄπαυστον ποιεῖται τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω φοράν, ἀεὶ διὰ τῶν προηνυσμένων τὸν πρὸς τὴν πτῆσιν τόνον ἀνανεάζουσα. μόνη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια καμάτῳ τρέφει τὴν δύναμιν, οὐκ ἐνδιδοῦσα διὰ τοῦ ἔργου τὸν τόνον, ἀλλ' ἐπαύξουσα. διὰ τοῦτό φαμεν, καὶ τὸν μέγαν Μωϋσέα ἀεὶ γινόμενον, μηδαμοῦ ἵστασθαι τῆς ἀνόδου, μηδὲ ὅρον ἑαυτῷ ποιεῖσθαι τῆς ἐπὶ τὸ ἄνω φορᾶς· ἀλλ' ἅπαξ ἐπιβάντα τῆς κλίμακος, ᾗ ἐπεστήρικτο ὁ Θεός, καθώς φησιν Ἰακώβ, εἰσαεὶ τῆς ὑπερκειμένης βαθμίδος ἐπιβαίνειν, καὶ μηδέποτε ὑψούμενον παύεσθαι, διὰ τὸ πάντοτε εὑρίσκειν τῆς κατειλημμένης ἐν τῷ ὕψει βαθμίδος τὸ ὑπερκείμενον. ἀρνεῖται τὴν πρὸς τὴν βασιλίδα τῶν Αἰγυπτίων κατεψευσμένην συγγένειαν· ἐκδικεῖ γὰρ τὸν Ἑβραῖον· μετοικίζεται πρὸς τὴν ἔρημον διαγωγήν, ἣν ὁ ἀνθρώπινος οὐκ ἐτάραξε βίος· ποιμαίνει ἐν ἑαυτῷ τὴν τῶν ἡμέρων ζώων ἀγέλην· ὁρᾷ τοῦ φωτὸς τὴν λαμπηδόνα· ἀβαρῆ ποιεῖται τὴν πρὸς τὸ φῶς ἄνοδον, τῇ περιαιρέσει τῶν ὑποδημάτων· ἐξαιρεῖται πρὸς ἐλευθερίαν τὸ συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον· ὑποβρύχιον βλέπει τὸν ἐχθρὸν κατὰ τῶν κυμάτων δυόμενον. ὑπὸ τῇ νεφέλῃ αὐλίζεται· τῇ πέτρᾳ θεραπεύει τὸ δίψος· τῷ οὐρανῷ γεωργεῖ τὸν ἄρτον. εἶτα τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν καταγωνίζεται τὸν ἀλλόφυλον· ἀκούει τῆς σάλπιγγος· τὸν γνόφον ὑπέρχεται· ἐπὶ τὰ ἄδυτα τῆς ἀχειροποιήτου σκηνῆς παραδύεται· μανθάνει τῆς θείας ἱερωσύνης τὰ ἀπόρρητα. ἐξαφανίζει τὸ εἴδωλον, ἱλεοῦται τὸ θεῖον, ἀνακαλεῖται τὸν ἐν τῇ κακίᾳ τῶν Ἰουδαίων συντριβέντα νόμον, λάμπει τῇ δόξῃ. καὶ διὰ τοσούτων ἐπαρθεὶς ὑψωμάτων, ἔτι σφριγᾷ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἀκορέστως ἔχει τοῦ πλείονος, καὶ οὗ διὰ παντὸς κατ' ἐξουσίαν ἐνεφορεῖτο, ἔτι διψῇ· καὶ ὡς μήπω μετεσχηκώς, τυχεῖν δεῖται, ἐμφανισθῆναι αὐτῷ τὸν Θεὸν ἱκετεύων· οὐχ ὡς μετέχειν δύναται, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνός ἐστι. δοκεῖ δέ μοι τὸ τοιοῦτο παθεῖν ἐρωτικῇ τινι διαθέσει πρὸς τὸ φύσει καλὸν τῆς ψυχῆς διατεθείσης, ἣν ἀεὶ ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τοῦ ὀφθέντος καλοῦ πρὸς τὸ ὑπερκείμενον ἐπεσπάσατο, διὰ τοῦ πάντοτε καταλαμβανομένου, πρὸς τὸ κεκρυμμένον ἀεὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκαίουσα. ὅθεν ὁ σφοδρὸς ἐραστὴς τοῦ κάλλους, τὸ ἀεὶ φαινόμενον, ὡς εἰκόνα οὗ ποθουμένου

A qui ad pulchritudinis eius radios ſanis
poſſint oculis reſpicere: ita fit, vt cœ-
leſtium deſiderio ſemper ad maiora
(vt Apoſtolus ait) conſurgat, ac ſem-
per ad altiora peruolet. Nam cùm per
ea quæ iam percepit, ad maiora &
perſpicere & aſpicere poſſit, maiore
atque maiore deſiderio ſemper ardet,
ac ſic indeſinenter ſurſum fertur, his
quæ peracta ſunt robuſtior facta: ſo-
lùm enim virtutis actio nutrit laborem,
viréſque auget. Quapropter magnus
ille Moyſes, cùm ſemel per ſcalam in
qua Deus innixus erat, vt Iacob dicit,
B aſcendere cœpiſſet, numquam ſtetit,
numquam terminum motus nouit, ſed
ſemper de gradu in gradum aſcēdebat,
nec enim deficere vnquam poteſt altior
gradus. Negauit falſam Ægyptiorum
reginæ coniunctionem, qua filius eius
putabatur: Hebræum vltus eſt, ad
deſertam & ſolitariam ſe tranſtulit vi-
tam, quam humanæ perturbationes
non vexant, pauit cicurium anima-
lium gregem, vidit reſplendentem
lucem diuinam, abiecit calceos, vt
faciliùs ad lucem accederet, in liber-
C tatem vindicauit ſuos, hoſtem vndis
vidit ſubmerſum, lucida nube ductus
eſt, ſicco lapide ſedauit ſitim, à cœlo
deduxit panem. Præterea extenſione
manuum alienigenam fudit, ſonitum
tubæ audiuit, caliginem ſubiit, ad pe-
netralia diuini tabernaculi ingreſſus
eſt, ſacerdotij didicit myſteria, ſimula-
chrum deſtruxit, propitium Deum
reddidit, legem Iudæorum prauitate
dirutam reſtituit, gloria effulſit. Ad
tot tantiſque ſublimationibus elatus
adhuc ardet deſiderio, adhuc tamquam
fameſcens ac ſitiens, tamquam eo ca-
D rens quo ſemper fruebatur, orat vt
videat, non vt ipſe capere poteſt, ſed
vt ſe habet qui deſideratur. Vnde ar-
bitror immenſo deſiderio atque arden-
ti erga Deum ita fuiſſe affectum, quòd
viſionibus ſibi enituit, vt ferre non
poſſet, quin ab iis quæ comprehendit,
ad occultiora compelleret: quocirca
ſupremæ pulchritudinis amator, quod
iam viderat, tamquam imaginem eius

quod non viderat credens, ipſo frui primitiuo deſiderabat. Id ergo vult audax in monte illa petitio, ne per ſpecula & imagines, ſed per veram & propriam faciem frui pulchritudine poſſet. Diuina verò vox per ea quæ negat, concedit quod petitur, pauculis verbis immenſam ſententiarum profunditatem ſubaperiens. Annuit enim facturum ſe quod petebatur: finem autem atque ceſſationem huius deſiderij futurum non promiſit, nec enim ita quiſpiam Deum videre poteſt vt videndi deſinat deſiderium Nam in hoc profectò Deus videtur, vt numquam deſinas ad eum reſpicere. Quare, inquit, non poteris videre faciem meam, nec enim videbit homo faciem meam & viuet: non quia cauſa mortis videntibus ſit illa facies (nam quomodo vitæ facies cauſa appropinquantibus mortis eſſe poterit?) verum quoniam etſi viuificat quidem Deus natura, proprium tamen ſuum eſt, vt omnem cognitionem excedat: Idcirco qui eorum quæ cognoſcuntur, Deum eſſe opinatur, quaſi deuiaſſet ab eo qui eſt, ad id quod eſſe putatur, vitam non habet. Nam qui verè eſt, is vera vita eſt, & hic cognitione non comprehenditur. Quare ſi hæc viuificans natura cognitionem omnem excedit, non eſt profectò vita id quod cognoſcitur: quod verò vita non eſt, id vitam præbere non poteſt. Sic igitur deſiderium Moyſi adimpletur, vt inſatiabile permaneat: diſcit enim ex iſtis, quòd Deus natura interminabilis eſt, nullo termino comprehenſus. Nam ſi aliquo termino concludi intelligatur, neceſſe eſt termino illi aliquid connectatur: omnino enim quod terminatur, ad aliud deſinit, vt terreſtrium terminus aër eſt, & aqua rerum aquaticarum. Quemadmodum igitur piſces aqua, & aues aëre circumcluduntur, & cùm ſint in medio iſtorum elementorum, aquæ tamen quædam ſuperficies ad piſcem, & aëris ad volatile terminatur: ſic neceſſe eſt ſi Deus termino concluditur, heterogenea quadam natura contineri. Eſt enim quod continet contento maius.

Exod. 33. 20.

A ριζόμενος, αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ ἀρχετύπου ἐμφορηθῆναι ποθεῖ, καὶ τοῦτο βούλεται ἡ τολμηρά τε καὶ παρεξιοῦσα τοὺς ὅρους τῆς ἐπιθυμίας ἡ αἴτησις, τὸ μὴ διά τινων κατόπτρων τε καὶ ἐμφάσεων, ἀλλὰ κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι τοῦ κάλλους. ἡ δὲ θεία φωνὴ δίδωσι τὸ αἰτηθὲν δι᾽ ὧν ἀπαναίνεται, ἐν ὀλίγοις τοῖς ῥήμασιν ἀμέτρητόν τινα βυθὸν νοημάτων παραδεικνῦσα. τὸ μὲν γὰρ πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῷ ἡ τοῦ Θεοῦ μεγαλοδωρεὰ κατένευσε. στάσιν δέ τινα τοῦ πόθου καὶ κόρον οὐκ ἐπηγγείλατο. οὐ γὰρ ἂν ἑαυτὸν ἔδειξε τῷ θεράποντι εἴπερ τοιοῦτον ἦν τὸ ὁρώμενον, ὥστε στῆσαι τὴν B ἐπιθυμίαν τοῦ βλέποντος· ὡς ἐν τούτῳ ὄντος τοῦ ἀληθῶς ἰδεῖν τὸν Θεὸν, ἐν τῷ μὴ λῆξαί ποτε τῆς ἐπιθυμίας τὸν πρὸς αὐτὸν ἀναβλέποντα. Φησὶ γὰρ, οὐ δυνήσῃ τὸ πρόσωπόν μου ἰδεῖν· οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. τοῦτο δὲ, οὐχ ὡς αἴτιον τοῦ θανάτου τοῖς ὁρῶσι γινόμενον ὁ λόγος ἐνδείκνυται· πῶς γὰρ τὸ τῆς ζωῆς πρόσωπον, αἴτιον θανάτου τοῖς ἐμπελάσασι γένοιτ᾽ ἄν ποτε; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ζωοποιὸν μὲν τῇ φύσει τὸ θεῖον, ἴδιον δὲ γνώρισμα τῆς θείας φύσεώς ἐστι, C τὸ παντὸς ὑπερκεῖσθαι γνωρίσματος· ὁ τῶν γινωσκομένων τι τὸν Θεὸν εἶναι οἰόμενος, ὡς παρατραπεὶς ἀπὸ τοῦ ὄντως ὄντος, πρὸς τὸ τῇ καταληπτικῇ φαντασίᾳ νομισθὲν εἶναι, καὶ ζωὴν οὐκ ἔχει. τὸ γὰρ ὄντως ὂν, ἡ ἀληθής ἐστι ζωή· τοῦτο δὲ εἰς γνῶσιν ἀνέφικτον. εἰ οὖν ὑπερβαίνει τὴν γνῶσιν ἡ ζωοποιὸς φύσις, τὸ καταλαμβανόμενον πάντως ζωὴ οὐκ ἔστι· ὃ δὲ μή ἐστι ζωὴ, περιεκτικὸν γενέσθαι ζωῆς, φύσιν οὐκ ἔχει· οὕτως οὖν πληροῦται τῷ Μωϋσῇ τὸ ποθούμενον, δι᾽ ὧν ἀπλήρωτος ἡ ἐπιθυμία μένει. παιδεύεται γὰρ διὰ D τῶν εἰρημένων, ὅτι τὸ θεῖον, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἀόριστον, οὐδενὶ περιειργόμενον πέρατι. εἰ γὰρ ἔν τινι πέρατι νοηθείη τὸ θεῖον· ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸ μετ᾽ ἐκεῖνο συνθεωρηθῆναι τῷ πέρατι· πάντως γὰρ εἴς τι καταλήγει τὸ περατούμενον· ὥσπερ χερσαίων πέρας ὁ ἀήρ ἐστι καὶ τῶν ἐνύδρων τὸ ὕδωρ. ὥσπερ οὖν πᾶσι τοῖς ὁρίοις ἑαυτοῦ ὁ μὲν ἰχθὺς ἐμπεριέχεται τῷ ὕδατι, τὸ δὲ πτηνὸν τῷ ἀέρι, καὶ μέσον τοῦ ὕδατος πρὸς τὸ νηκτὸν, ἢ πρὸς τὸ πτηνὸν τοῦ ἀέρος, ἡ ἄκρα τοῦ πέρατος ἐστὶν ἐπιφάνεια, ἢ τὸ πτηνὸν, ἢ τὸν ἰχθὺν περιέχουσα, ἣν τὸ ὕδωρ ἢ ὁ ἀὴρ διαδέχεται· οὕτως ἀνάγκη, εἴπερ ἐν πέρατι νοοῖτο τὸ θεῖον, τῷ ἑτερογενεῖ κατὰ τὴν φύσιν ἐμπεριέχεσθαι· τὸ δὲ ἐμπεριέχον τοῦ ἐναπειλημμένου πολλαπλάσιον εἶναι, τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ λόγου μαρτυρεῖται.

ἀλλὰ μὴν καλὸν εἶναι τὸ θεῖον ὡμολόγηται τῇ φύσει· τὸ δὲ πρὸς τὸ καλὸν ἑτεροφυῶς ἔχον, ἄλλο τι παρὰ τὸ καλὸν πάντως ἐστί· τὸ δὲ ἔξω τοῦ καλοῦ, ἐν τῇ τοῦ κακοῦ φύσει καταλαμβάνεται. ἐδείχθη δὲ πολλαπλάσιον εἶναι τοῦ περιεχομένου τὸ περιέχον. ἀνάγκη οὖν πᾶσα, τοὺς ἐν πέρατι τὸ θεῖον οἰομένους εἶναι, καὶ ἐμπεριειλῆφθαι τοῦτο τῇ κακίᾳ συντίθεσθαι. ἐλαττουμένου δὲ πάντοτε τοῦ περιεχομένου τῆς τοῦ περιέχοντος φύσεως· ἀκόλουθον ἂν εἴη τὴν ἐπικράτησιν τοῦ πλεονάζοντος γίνεσθαι. οὐκοῦν δυναστεύεσθαι τὸ καλὸν ὑπὸ τοῦ ἐναντίου κατασκευάζει, ὁ πέρατί τινι περιείργων τὸ θεῖον. ἀλλὰ μὴν τοῦτο ἄτοπον. οὐκ ἄρα περίληψίς τις τῆς ἀορίστου φύσεως νομισθήσεται. τὸ δὲ ἀπερίληπτον, καταληφθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. ἀλλὰ πᾶσα πρὸς τὸ καλὸν ἡ ἐπιθυμία ἡ πρὸς τὴν ἄνοδον ἐκείνην ἐφελκομένη, ἀεὶ τῷ δρόμῳ τῷ πρὸς τὸ καλὸν ἱεμένῳ συνεπιτείνεται. καὶ τοῦτό ἐστιν ὄντως τὸ ἰδεῖν τὸν Θεόν, τὸ μηδέποτε τῆς ἐπιθυμίας κόρον εὑρεῖν. ἀλλὰ χρὴ πάντοτε βλέποντα δι' ὧν ἐστὶ δυνατὸν ὁρᾶν, πρὸς τὴν τοῦ πλέον ἰδεῖν ἐπιθυμίαν ἐκκαίεσθαι· καὶ οὕτως οὐδεὶς ὅρος ἂν ἐπικόπτοι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀνόδου τὴν αὔξησιν, διὰ τὸ μήτε τοῦ καλοῦ τι πέρας εὑρίσκεσθαι, μήτε τινὶ κόρῳ τὴν πρόοδον τῆς πρὸς τὸ καλὸν ἐπιθυμίας ἐκκόπτεσθαι. ἀλλὰ τίς ὁ τόπος ἐκεῖνος, ὁ παρὰ τῷ Θεῷ νοούμενος; τίς δὲ ἡ πέτρα; καὶ τί πάλιν ἐν τῇ πέτρᾳ τὸ χώρημα; τίς δὲ ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ, ἡ τὸ στόμιον τοῦ κοίλου τῆς πέτρας διαλαμβάνουσα; ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πάροδος τίς; τί δὲ αὐτοῦ τὸ ὀπίσθιον, ὅπερ αἰτήσαντι τῷ Μωϋσεῖ τὴν κατὰ πρόσωπον ὄψιν, δώσειν ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο; χρὴ γὰρ πάντως μέγα τι τούτων ἕκαστον εἶναι, καὶ τῆς τοῦ διδόντος μεγαλοδωρεᾶς ἐπάξιον· ὥστε πάσης τῆς γενομένης ἤδη τῷ μεγάλῳ θεράποντι θεοφανείας, τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην μεγαλοπρεπεστέραν τε καὶ ὑψηλοτέραν πιστεύεσθαι. πῶς οὖν ἄν τις τὸ ὕψος τὸ ἐκ τῶν εἰρημένων κατανοήσειεν, ἐφ' ὃ μετὰ τὰς τοσαύτας ἀναβάσεις ὁ Μωϋσῆς ἀναβῆναι ποθεῖ, καὶ ὁ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργῶν εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἐξομαλίζει διὰ τῆς ὁδηγίας τὴν ἄνοδον. ἰδοὺ τόπος, φησί, παρ' ἐμοί. συμβαίνει τάχα τοῖς προτεθεωρημένοις τὸ νόημα. τόπον γὰρ εἰπὼν, οὐ περιείργει τῷ ποσῷ τὸ δεικνύμενον. ἐπὶ γὰρ τοῦ ἀπόσου μέτρον οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τῇ παραλήψει τῆς κατὰ τὸ μέτρον περιγραφῆς, ἐπὶ τὸ ἄπειρόν τε καὶ ἀόριστον χειραγωγεῖ τὸν ἀκούοντα.

A At verò Deus natura bonum eſſe conceditur: quod autem ad bonum comparatum heterogenum eſt, non bonum, ſed malum eſſe comprehenditur, & eſt, vt diximus, quod continet contento maius. Quare ſi termino Deus continetur, conſequens erit ſuperare vinciq. à malo, cum continentium vis ea quæ continentur, exuperet. Id autem adeò abſurdum eſt, vt nullus vnquam mentis compos ſic eſſe opinatus ſit. Eſt ergo interminabilis diuina natura, & interminabile comprehendi non poteſt. Quare qui diuinã pulchritudinem videre de-
B ſiderat, & ad id tendit, in hoc curſu ſemper conſiſtat. Et id eſt verè Deum videre, vt nunquam id deſiderium terminetur. Quare neceſſe eſt, vt cùm videamus, ſicut nobis poſſibile eſt, maiore videndi deſiderio exardeſcamus, & ſic nullus vnquam terminus abſcindet nobis iter huius: cùm neque ipſius boni terminus aliquis ſit, nec ſatietas deſiderij huius poſſit fieri. Sed quiſnam eſt ille locus, qui apud Deum eſſe intelligitur? Quid ille lapis? quæ eſt illa capacitas in lapide? quæ eſt illa manus Dei, quæ os
C lapidei foraminis retinet? tranſitus verò Dei quis eſt? aut poſterius eius, quod Moyſi faciem eius ſibi vt videre liceret poſtulanti, permiſſurum ſe Deus eſt pollicitus? oportet enim profectò magnum quid vnumquodque iſtorum eſſe, & Deo donante non indignum, ita vt omnium viſione, quam ad hunc vſque diem Moyſes viderat, maior hæc & ſublimior credi poſſit. Quomodo igitur illorum verborum profunditatem intelligemus? auxilio ſcilicet illius, qui & Moyſi, & omnibus qui eum amant, plenam ad omne bonum viam
D ſolet præſtare: Ecce, inquit, locus apud me. Quod ſic intelligendum eſt, quòd ab iis quæ mox diximus, non ſit alienũ. Locum igitur dicit, non ſuperficie circumfuſum, nec quantitate vlla deſcriptum (nec enim eſt in immenſo menſura) ſed ad infinitum atque interminabile loci nomine, qui circumſcripta menſura terminatur, auditorem deduxit,

hunc ergo ſenſum ſuboſtendere mihi videtur. Quoniam tibi, Moyſes, ad anteriora pergendi ſemper ingens deſiderium eſt, nec vllo huius curſus labore defatigaris, nec terminum huius aſſequendi boni conſtituis, ſed ſemper inhias ad maiora, ſcias tantum eſſe apud me locum vt numquam terminum eius curſu aut volatu aliquo queas inuenire: hic autem curſus atque volatus ſtatus quidem eſt alia ratione. Siſtam enim, inquit, te in lapide. Mirabile auditu, quomodo vnum ac idem ſtatus, & motus eſt: ſi quid aſcendit, non ſtat: ſi ſtat, non aſcendit: at hic aſcendit, quia ſtat. Nam qui caducus ac inſtabilis cogitationibus eſt, non fixus in bono nec permanens, ſed fluctũans & circumactus, vt ait Apoſtolus, variiſque de rerum natura opinionibus in vtramque partem impulſus & exagitatus, is numquam ad ſublimitatem virtutis aſcendit, ſicut qui colles conantur ſcandere ſabuloſos: nam etſi proiectis in longum pedibus magna tranſire ſpacia videantur, ſemper tamen ad inferiora delapſo ſabulo deferuntur. Motus igitur fit, progreſſus autem nullus fit. At ſi quis, vt Pſalmiſta dicit, à fæce profundi retractos pedes in hoc poſuerit lapide (lapis autem Chriſtus eſt, plenitudo virtutum omnium:) quanto firmior ac nobilior, vt Paulus conſulit, in bono fuerit, tantò velociùs volat, hac ſtabilitate quaſi pennis eleuatus. Cùm igitur locum apud ſe oſtendit, ad perpetuum curſum exhortatur: cùm ſtatum in lapide daturum ſe promittit, modum diuini curſus illius Moyſi ſubaperit. Capacitas verò aut foramen lapidis verbis Apoſtoli expoſitum eſt, cùm domum non manu factam cœleſtem ſpe iis reſeruari, qui terreſtre tabernaculum diſſoluerunt, aſſerat. Nam certè qui curſum perfecit, vt ipſe dicit, in lato illo & capaciſſimo ſtadio, quod diuina vox locum appellauit, qui videlicet fidem conſeruauit, ac in lapide, vti ænigmaticè dicitur, pedes ſuos firmauit, is corona iuſtitiæ à manu eius qui hæc certamina nobis poſuit, coronabitur.

A δοκεῖ τοίνυν τοιοῦτόν τινα νῦν ὑποσημαίνειν ὁ λόγος· ἐπειδή σοι πρὸς τὸ ἔμπροσθεν ἡ ἐπιθυμία συντέταται, καὶ σοὶ τοῦ δρόμου κόρος οὐδείς, οὐδέ τινα τοῦ ἀγαθοῦ ὅρον ἐπίστασαι, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ πλέον ὁ πόθος βλέπει· τοσοῦτός ἐστιν ὁ παρ' ἐμοὶ τόπος, ὥστε τὸν ἐν αὐτῷ διαθέοντα, μηδέποτε δυνηθῆναι λῆξαι τοῦ δρόμου. ὁ δὲ δρόμος, ἑτέρῳ λόγῳ στάσις ἐστί. στήσω γάρ σε φησὶν ἐπὶ τῆς πέτρας. τοῦτο δὲ τὸ πάντων παραδοξότατον, πῶς τὸ αὐτὸ καὶ στάσις ἐστὶ καὶ κίνησις. ὁ γὰρ ἀνιών, πάντως οὐχ ἵσταται, καὶ ὁ ἑστὼς οὐκ ἀνέρχεται. ἐνταῦθα δὲ διὰ τοῦ ἑστάναι, τὸ ἀναβῆναι γίνεται. τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι ὅσον τις πάγιός τε καὶ ἀμετάθετος ἐν τῷ ἀ- B γαθῷ διαμένῃ· τοσούτῳ πλέον τὸν τῆς ἀρετῆς διανύει δρόμον. ὁ γὰρ περισφαλής τε καὶ ὀλισθηρὸς, κατὰ τὴν τῶν λογισμῶν βάσιν, ἀβέβαιον τὴν ἐν τῷ καλῷ στάσιν ἔχων, κλυδωνιζόμενός τε καὶ περιφερόμενος, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, καὶ ταῖς περὶ τῶν ὄντων ὑπολήψεσιν ἐπιδιστάζων καὶ κραδαινόμενος· οὐκ ἄν ποτε πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀρετῆς ἀναδράμοι. ὥσπερ οἱ διὰ ψάμμου βαδίζοντες πρὸς τὸ ἄναντες, κἂν μεγάλα τύχωσι τοῖς ποσὶ διαβαίνοντες, ἀνόνητα μοχθοῦσιν, ἀεὶ πρὸς τὸ κάτω τῆς βάσεως συγκαταρρεούσης τῇ ψάμμῳ· ὡς τὴν μὲν κίνησιν ἐνεργεῖσθαι, πρόοδον δὲ μηδεμίαν τῆς κινή- C σεως γίνεσθαι. εἰ δέ τις, καθὼς ἡ ψαλμῳδία φησί, τῆς τοῦ βυθοῦ ὑποστάθμης ἀνασπάσας τοὺς πόδας, ἐπὶ τῆς πέτρας τούτους ἐρείσειεν· ἡ πέτρα δέ ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἡ παντελὴς ἀρετή· ὅσῳ μᾶλλον ἑδραῖος ἐν τῷ ἀγαθῷ καὶ ἀμετακίνητος, κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ Παύλου γίνεται· τοσούτῳ θᾶττον διανύει τὸν δρόμον, οἷόν τινι πτερῷ τῇ στάσει χρώμενος, καὶ πρὸς τὴν ἄνω πορείαν, διὰ τῆς βεβαιότητος τοῦ ἀγαθοῦ, τὴν καρδίαν πτερούμενος. ὁ οὖν ὑποδείξας τῷ Μωϋσεῖ τὸν τόπον, προτρέπει πρὸς D τὸν δρόμον. τὴν δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας ἐπαγγειλάμενος στάσιν, τὸν τρόπον τῆς θείας ἐκείνης σταδιοδρομίας αὐτῷ ὑποδείκνυσι. τὸ δὲ ἐν τῇ πέτρᾳ χώρημα, ὃ ὀπὴν ὀνομάζει ὁ λόγος, καλῶς ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐν τοῖς ἰδίοις λόγοις διηρμήνευσεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον οὐρανίαν ἀποκεῖσθαι δι' ἐλπίδος τοῖς τὴν γηΐνην σκηνὴν διαλύσασι, λέγων. ἀληθῶς γὰρ ὁ τὸν δρόμον τελέσας, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐν ἐκείνῳ τῷ πλατεῖ καὶ εὐρυχώρῳ σταδίῳ, ὃν τόπον ὀνομάζει ἡ θεία φωνή, καὶ τὴν πίστιν τηρήσας, ἤτοι, καθώς φησι τὸ αἴνιγμα, ἐπὶ τῆς πέτρας τοὺς ἰδίους πόδας ἐρείσας· ἐν τῷ τῆς δικαιοσύνης στεφάνῳ παρὰ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγωνοθέτου καλλωπισθήσεται·

ἀποτεθήσεται· τὸ δὲ τοιοῦτον γέρας διαφόροις παρὰ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται. τὸ γὰρ αὐτὸ ἐν τούτῳ μὲν χώρημα πέτρας λέγεται· ἐν ἑτέροις δὲ, παραδείσου τρυφὴ, καὶ αἰωνία σκηνὴ, καὶ μονὴ παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ πατριάρχου κόλπος, καὶ χώρα ζώντων, καὶ ὕδωρ ἀναπαύσεως, καὶ ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, καὶ βασιλεία οὐρανῶν, καὶ βραβεῖον κλήσεως, καὶ στέφανος χαρίτων, καὶ στέφανος κάλλους, καὶ πύργος ἰσχύος, καὶ ἐπιτραπέζιος εὐφροσύνη, καὶ Θεοῦ συνεδρία, καὶ θρόνος κρίσεως, καὶ τόπος ὀνομαστὸς, καὶ σκηνὴ ἀπόκρυφος. ἓν οὖν καὶ τοῦτο φαμὲν εἶναι τῶν εἰς τοῦτο φερόντων τὸ νόημα, τὴν εἰς τὴν πέτραν τοῦ Μωϋσέως εἴσοδον. ἐπειδὴ γὰρ Χριστὸς ἡ πέτρα παρὰ τοῦ Παύλου νενόηται· πᾶσα δὲ ἀγαθῶν ἐλπὶς ἐν τῷ Χριστῷ εἶναι πιστεύεται, ἐν ᾧ πάντας εἶναι τοὺς θησαυροὺς τῶν ἀγαθῶν μεμαθήκαμεν· ὁ ἐν ἀγαθῷ τινὶ γενόμενος, ἐν τῷ Χριστῷ πάντως ἐστὶ τῷ περιεκτικῷ παντὸς ἀγαθοῦ. ὁ δὲ μέχρι τούτου φθάσας, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς σκεπασθεὶς, καθὼς ὁ λόγος ἐπηγγείλατο (χεὶρ δ᾽ ἂν εἴη τοῦ Θεοῦ ἡ δημιουργικὴ τῶν ὄντων δύναμις, ὁ μονογενὴς Θεὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ὃς καὶ τοῖς τρέχουσι τόπος ἐστὶν, ὁδὸς τοῦ δρόμου γινόμενος, κατὰ τὴν ἰδίαν φωνὴν, καὶ πέτρα τοῖς βεβαίοις, καὶ οἶκος τοῖς ἀναπαυομένοις) τότε ἀκούσεται τοῦ προσκαλουμένου, καὶ κατόπιν τοῦ καλοῦντος γίνεται, τουτέστιν, ὀπίσω κυρίου τοῦ Θεοῦ πορεύσεται, καθὼς ὁ νόμος παρεγγυᾷ. ὅπερ ἀκούσας ἐνόησε καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ, τῷ μὲν κατοικοῦντι ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου λέγων, ὅτι ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι. ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ κατόπιν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι· ἐν γὰρ τοῖς ὀπισθίοις ἐστὶ τὸ μετάφρενον. περὶ ἑαυτοῦ δὲ τοῦτο βοᾷ, ὅτι ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου. ὁρᾷς πῶς συμβαίνει τῇ ἱστορίᾳ ἡ ψαλμῳδία. ὡς γὰρ ἐκεῖ φησὶ, τῷ ὀπίσω τοῦ Θεοῦ κεκολλημένῳ τὴν τῆς δεξιᾶς εἶναι ἀντίληψιν· οὕτω κἀκεῖ ἡ χεὶρ ἅπτεται τοῦ ἐν τῇ πέτρᾳ τὴν θείαν φωνὴν ἀναμένοντος, καὶ κατόπιν ἀκολουθεῖν εὐχομένου. ἀλλὰ καὶ ὁ κύριος, ὁ τότε τῷ Μωϋσῇ χρηματίσας, ὁ πληρωτὴς τοῦ ἰδίου νόμου γινόμενος, ὁμοίως πρὸς τοὺς μαθητὰς διεξέρχεται, ἀπογυμνῶν τῶν ἐν αἰνίγματι ῥηθέντων εἰς τὸ ἐμφανὲς τὴν διάνοιαν· εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, λέγων· οὐκ, εἴ τις ἔμπροσθεν. καὶ τῷ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἱκετεύοντι, τὸ αὐτὸ τοῦτο ὑποτίθεται, δεῦρο γάρ φησι, ἀκολούθει μοι. ὁ δὲ ἀκολουθῶν, τὰ ὄπισθεν βλέπει. οὐκοῦν διδάσκεται νῦν ὁ Μωϋσῆς,

A Hæc autem gloria multis nuncupatur à Scriptura nominibus. vna enim & eadem res hic quidem lapidis capacitas appellatur, in aliis autē paradiſi delitiæ, tabernaculum æternum, manſio apud patrem, patriarchæ ſinus, regio viuentium, aqua requietis, Hieruſalem ſuperior, regnum cœlorum, Babylon vocationis, corona gratiarum, corona pulchritudinis, turris fortitudinis, ſupermenſale gaudium, Dei conſeſſus, ſedes iudicij, locus nominatiſſimus, occultum tabernaculum. Vna ergo illius gloriæ hæc quoque appellatio eſt Moyſi in

B lapidem ingreſſus. Nam quoniā Chriſtus lapis eſt, vt Paulo placet, omnem autem bonorum ſpem in Chriſto firmiter eſſe credimus: qui bonum aliquod adeptus eſt, is in Chriſto eſt, qui omne bonum cōtinet: qui verò ad Chriſtum peruenit, & à manu Dei tectus eſt (manus autem Dei quid aliud eſſe poteſt, quam creatrix rerum virtus, ipſe vnigenitus Deus, per quem omnia facta ſunt, qui & currentibus locus eſt, & via, curſus, vt ipſe dicit, & lapis confirmatorum, & domus quieſcentium:) qui ad hunc, inquam, peruenit, is

C audiet vocantem, & à tergo vocantis collocabitur, hoc eſt, poſt Dominum Deum ambulabit, ſicut lex præcipit: quod cùm audiiſſet Dauid, probè intellexit, habitanti enim in auxilio excelſi dicit, in ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, quod eſt poſt Deum eſſe conſtitutum: nam ſcapulæ poſteriora ſunt. De ſe autē clamat: Adhæſit anima mea poſt te, & ſuſcepit me dextera tua. Vides quomodo Pſalmiſta cum hiſtoria conſentit. Nam vt hic dicitur eum à dextera ſuſcipi, qui poſt Deum adhæſit: ſic ibi eum manus tegit, qui Dei vocem expectat in lapide. Sed Dominus quoq; qui Moyſi

D oracula dedit, qui ad implēdum legem ſuam venit, ænigma id enodans apertiſſimè, ſimiliter ad diſcipulos ait: Si quis, inquit, vult poſt me venire, non dixit, ante me. Hoc quoque ipſum cuidā de vita æterna cogitanti præcipit dicens, Veni & ſequere me: qui autem ſequitur, non faciem, ſed tergum aſpicit. Docetur igitur Moyſes deſiderans

X

Matt. 10. Deum videre, quomodo poteſt Deus videri: ſequi enim Deum corde ac animo ſemper quocumque ducat, idipſum eſt Deum videre: etenim tranſitus ille Dei, ducem eſſe Deum ſequentis ſignificat, cùm non ſit poſſibile viam ignoranti rectè ac tutò iter peragere, niſi poſt ducem rectè ſequatur. Dux igitur præeundo ſequenti viam monſtrat: qui autem ſequitur, tunc à recta via non aberrat, cùm ſemper ducis tergum reſpiciat. Nam qui ad latera ſe transfert, aut ducentis faciem cernere ſtudet, non facit eam viam, quam dux oſtendit: ac ideo dicitur ei, Facies mea non videbitur tibi, hoc eſt, noli ad faciem ducentis Dei occurrere, ne oppoſitum curſus fiat. Nam ſi bonum bono contrarium non eſt, & qui ducentis faciem videt, ducenti oppoſitus eſt, cùm ducens bonus ſit, ipſe malus eſt, contrarium virtuti vitium: quare Moyſes non ex oppoſito cōſpicit Deum, ſed tergum eius reſpicit. Nam qui ex oppoſito Deū aſpicit, non viuet, vt vox diuina teſtatur. Non videbit, inquit, homo faciem meam, & viuet. Vides quantum eſt, vt aliquis diſcat Deum ſequi. Nam poſt
Exod. 33. illos aſcenſus mirabiles, poſt glorioſas viſiones, poſt inaudita miracula, vix iuxta finem vitæ hanc conſecutus eſt gratiam, vt diſceret Deum ſequi: nihil enim amplius mali officere illi poteſt, qui poſt Deum hoc modo conſtitutus eſt. Inuidia poſt hæc fraterna ipſum inuadit, inuidia malorum princeps, mortis mater, prima peccati ianua, vitiorum radix, doloris initium, calamitatis parens, inobedientiæ cauſa, ignominiæ principium. Inuidia enim nos longè exterminauit à paradiſo, verſa in ſerpentem aduerſus Euam: inuidia repulit à ligno vitæ, ſacriſque impaſſibilitatis veſtibus detractis, ficulneis ignominioſè foliis induit: inuidia eam aduerſus fratrem armauit, mortem quæ ſeptuplum punita eſt, induxit. Inuidia Ioſeph in ſeruitutem detruſit, inuidia dico, mortifer ſtimulus, mucro reconditus, naturæ morbus, bilis venenoſa, tabes ſpontè adhibita, telum amarum, figens animam clauus, flamma cordis, inteſtinorum ignis,

A ὁ ἰδεῖν τὸν Θεὸν σπεύδων, πῶς ἐστιν ἰδεῖν τὸν Θεόν· ὅτι τὸ ἀκολουθεῖν τῷ Θεῷ, καθ' ὅπερ ἂν καθηγεῖται, τοῦτο βλέπειν ἐστὶ τὸν Θεόν. ἡ γὰρ πάροδος αὐτοῦ τὴν ὁδηγίαν τοῦ ἑπομένου διασημαίνει. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως τὸν ἀγνοοῦντα τὴν ὁδὸν ἀσφαλῶς διοδεῦσαι, μὴ τῷ καθηγουμένῳ κατόπιν ἑπόμενον· ὁ οὖν ὁδηγῶν, τῇ προηγήσει τοῦ ἑπομένου τὴν ὁδὸν ὑποδείκνυσιν. ὁ δὲ ἑπόμενος, τότε τῆς εὐθείας οὐκ ἐκτραπήσεται, εἰ τὸ ὀπίσω ἀεὶ τοῦ ἡγουμένου βλέποι. ὁ γὰρ ἐπὶ τὰ πλάγια τῇ κινήσει παραφερόμενος, ἢ ἀντιπρόσωπον φέρων τῷ ὁδηγοῦντι τὸ βλέμμα· ἄλλην ἑαυτῷ καινοτομεῖ πορείαν, οὐχ ἣν ὁ ὁδηγὸς ὑποδείκνυσι. διό
B φησι πρὸς τὸν ὁδηγούμενον, ὅτι τὸ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι· τουτέστι, μὴ ἀντιπρόσωπος γίνου τῷ ὁδηγοῦντι. πρὸς γὰρ τὸ ἐναντίον πάντως ὁ δρόμος ἔσται· ἀγαθὸν γὰρ ἀγαθῷ οὐκ ἀντιβλέπει, ἀλλ' ἕπεται. τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου νοούμενον, τῷ ἀγαθῷ ἀντιπρόσωπον γίνεται. ἡ γὰρ κακία ἐξ ἐναντίου τῇ ἀρετῇ βλέπει· ἀρετὴ δὲ οὐκ ἀντιθεωρεῖται τῇ ἀρετῇ ἀντιπρόσωπος. ὁ οὖν Μωϋσῆς οὐκ ἀντιβλέπει τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τὰ ὀπίσω αὐτοῦ βλέπει. ὁ γὰρ ἀντιβλέπων, οὐ ζήσεται· καθὼς μαρτυρεῖται ἡ θεία φωνή· ὅτι οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπον κυρίου, καὶ ζήσεται. ὁρᾷς ὅσον ἐστὶ τὸ μαθεῖν ἀκο-
C λουθῆσαι τῷ Θεῷ· ὅτι μετὰ τὰς ὑψηλὰς ἐκείνας ἀναβάσεις, καὶ τὰς φοβεράς τε καὶ ἐνδόξους θεοφανείας, πρὸς τῷ τέλει που τῆς ζωῆς, μόλις ταύτης ἀξιοῦται τῆς χάριτος, ὁ μαθὼν κατόπιν γίνεσθαι Θεοῦ. τῷ δὲ οὕτως ἑπομένῳ τῷ Θεῷ, οὐκέτι τῶν διὰ κακίας προσοχθισμάτων ἀντιβαίνει οὐδέν. μετὰ ταῦτα γὰρ φθόνος αὐτῷ παρὰ τῶν ἀδελφῶν ἐπιφύεται· φθόνος, τὸ ἀρχέκακον πάθος, ὁ τοῦ θανάτου πατήρ, ἡ πρώτη τῆς ἁμαρτίας εἴσοδος, ἡ τῆς κακίας ῥίζα, ἡ τῆς λύπης γένεσις,
D ἡ τῶν συμφορῶν μήτηρ, ἡ τῆς ἀπειθείας ὑπόθεσις, ἡ τῆς αἰσχύνης ἀρχή. φθόνος ἡμᾶς τοῦ παραδείσου ἐξῴκισεν, ὄφις κατὰ τῆς ΕΥας γενόμενος· φθόνος τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἀπετείχισε, καὶ τῶν ἱερῶν ἐνδυμάτων γυμνώσας, τοῖς τῆς συκῆς κλάδοις δι' αἰσχύνης ὑπήγαγε. φθόνος τὸν Κάϊν κατὰ τῆς φύσεως ὥπλισε, καὶ τὸν ἑπτάκις ἐκδικούμενον ἐκαινοτόμησε θάνατον. φθόνος τὸν Ἰωσὴφ δοῦλον ἐποίησε. φθόνος τὸ θανατηφόρον κέντρον, τὸ κεκρυμμένον ὅπλον, ἡ τῆς φύσεως νόσος, ὁ χολώδης ἰός, ἡ ἐκούσιος τηκεδών, τὸ πικρὸν βέλος, ὁ τῆς ψυχῆς ἧλος, τὸ ἐγκάρδιον πῦρ,

A ὅτ' ἂν κρεῖττον ᾖ τῆς διὰ τῶν φαινομένων ἐνδείξεως τὸ τῷ Θεῷ προσαγόμενον. οὐ γὰρ ἐν ᾠδαῖς τισιν ὁ ψαλμὸς ταῖς διὰ ῥημάτων διαφραζούσαις τῶν νοουμένων τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἐν ὕμνοις φησὶν ὁ ψαλμός· τοῦτο δέ ἐστιν κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν, διδασκαλία, τί χρὴ ὑπὸ τοῦ ὕμνου γινώσκειν. μανθάνομεν γὰρ ὅτι ὁ ὑψηλὸς βίος, καὶ τὸ τὰ ἄνω φρονεῖν, καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων τε καὶ ὑπερκειμένων νοημάτων ἔχειν τὸ ἡμέτερον ὄργανον, τοῦτο ὕμνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐν δυνάμει ῥημάτων, ἀλλ' ἐν τῷ ὑπερέχοντι κατορθούμενος βίος. B ὅταν δὲ τὴν τῆς συνέσεως φωνὴν συγγράφοι τοῖς ὕμνοις, συμβουλήν τινά δοκεῖ μοι ποιεῖσθαι ὁ λόγος, μὴ ἀσυνέτως ἔχειν τῶν εἰς δοξολογίαν τῷ Θεῷ ἀναληφθέντων ῥημάτων. μήποτε λάθωμεν ἀνεξετάστῳ τινὶ ὁρμῇ τὰ μὴ πρέποντα τῇ θείᾳ μεγαλειότητι ἀναλαβόντες νοήματα. οἷόν ἐστι τὸ οἴεσθαι τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσιν ἐν τῇ τοῦ βίου τούτου εὐκληρίᾳ προκεῖσθαι τὰς ἀμοιβάς, καὶ τὸ νομίζειν ἐκεῖνο, καὶ παρὰ τῷ Θεῷ καλὸν κρίνεσθαι, ὅπερ ἂν τῇ αἰσθήσει τῶν ἀνθρώπων τοιοῦτο δόξῃ. καὶ πολλὰ τοιαῦτα δυνατόν ἐστιν εὑρεθῆναι νοήματα, τὰς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεσιν C παρὰ τῶν ἀσυνέτων ἀποδεχόμενα. σοὶ δὲ χρεία συνέσεως τοῦ ἐκεῖνα περὶ αὐτοῦ γινώσκειν, ὅσα μὴ μῶμον φέρῃ προσφερόμενα. τὸ μὲν γὰρ οὕτως αὐτῷ πρέπον εἰς ἔπαινον, κρεῖττόν ἐστιν ἢ ὥστε ὑπὸ ἀνθρωπίνης φύσεως εὑρεθῆναι. ἡμῖν δὲ τοσοῦτον ἀγαπητόν, οὐδὲ τὸ δέον περὶ αὐτοῦ γινώσκειν εὑρεῖν, ἀλλὰ τῷ μηδὲν τῶν ἀπεμφαινόντων συνενεχθῆναι. ὅπερ δὴ ἐπὶ τῆς αἰνέσεως τοῦ Δαβὶδ ἐνοήσαμεν, ὡς τῷ τοιούτῳ μόνῳ πρεπούσης τῆς θείας αἰνέσεως. D ταὐτόν μοι δοκεῖ καὶ περὶ τῆς προσευχῆς γινώσκειν, ὅταν ἀκούσωμεν, προσευχὴ τοῦ Δαβίδ, ὡς δέον, καὶ τὸν ἡμέτερον βίον κατὰ τὸν ἐκείνου σπουδάζειν εἶναι, ἵνα τοῦ προσεύχεσθαι τὴν παρρησίαν κτησώμεθα. οὕτως καὶ περὶ τοῦ, προσευχὴ τῷ πτωχῷ ὅτ' ἂν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐναντίον κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ. πολλῆς γὰρ ἡμῖν χρεία τῆς κατὰ Θεὸν ἀναβάσεως, ἵνα νοήσωμεν, τίνων πτωχεύομεν. οὐ γὰρ ἂν εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοιμεν τῶν ἀληθινῶν ἀγαθῶν, εἰ μὴ τὴν ἐν τούτοις ἑαυτῶν πτωχείαν κατανοήσωμεν. ἀλλ' ἔμψυχός τις γίνηται, καὶ ἐνδιάθετος τῆς προσευχῆς ὁ τόνος,

quod ſcilicet id quod Deo offertur, melius ſit omni illo, quod nunc in rebus aſpectabilibus elucoſcit. Non enim in canticis quibuſdam eſt Pſalmus, quæ per verba rerum ſubiectarum vim explanent, ſed *in Hymnis*, inquit, *Pſalmus*. Hoc verò, vt ego quidem arbitror, docet nos, quid Hymni nomine intelligendum ſit. Diſcimus enim, ſublimem illam vitam, & quæ ſurſum ſunt ſapere, noſtrúmque organum ex cœleſtibus & ſupernis cogitationibus ſuſpenſum habere, Hymnum Dei eſſe; vitam videlicet, non verborum efficacia & ſplendore, ſed eo quod his longè præſtantius eſt, illuſtrem. Quando autem *intellectus* vox aſcribitur Hymnis, conſilium dari videtur, ne rudes & imperiti ſimus illorum verborum, quæ ad Dei gloriam decantandam faciunt; ne fortaſſis improuiſo impetu ea quę diuinam magnificentiam minimè decent, de illa concipiamus: cuiuſmodi eſt, exiſtimare, iis qui ſecundùm Deum viuunt, in huius vitæ felicitate repoſitas eſſe retributiones: vt & illud; arbitrari, Dei iudicio, bonum & rectum eſſe, quod humanis ſenſibus huiuſmodi eſſe apparet: multáſque huius generis reperire licet de Deo opiniones ab inſipiētibus receptas. Quapropter opus eſt & tibi intelligentia, vt de illo ea cognoſcas, quæ ſi ei attribuantur, nullam reprehenſionem adferant. Nam id quod verè ad laudem ipſius facit, maius eſt & abſtruſius, quam vt ab humana natura inueniri queat; At nobis id quod adeò amabile & deſiderabile eſt, ne cognoſcere quidem fas eſt, quantū oportet, quippe quos neceſſe ſit ſequi ea quæ nullo modo ſunt ſimilia. Quod per laudationem Dauid intelligendum diximus, ſcilicet huic ſoli competere, vt Dei laudes canat, idem per *orationem* intelligendum iudico, quando audimus: *Oratio Dauid*; quaſi neceſſe ſit, vitam noſtram ad illius vitę normam inſtituere, vt ius & libertatem orandi Deum acquiramus. Idem ſentiendum eſt de illa inſcriptione: *Oratio pauperis, cùm anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem ſuam.* Opus enim nobis eſt magno ad Deum aſcenſu, vt videre poſſimus, quibus egeamus; non enim deſiderio verorum bonorum afficiemur, niſi noſtram in his penuriā probè perſpectam habeamus. Fit autem oratio viuida, valdéque intenditur & inflammatur,

Pſal. 53.54.

Pſal. 85.

cum cognoſcimus, quorum indigi ſumus, affligimúrque & angimur, cùm ea quæ petimus, differuntur: Et ſic effunditur deprecatio noſtra, adhibitis potius oculorum lachrymis, quàm verbis. Ita interpretaberis & illud: *Oratio Moyſi* Pſal. 89. *hominis Dei*, quaſi non liceat aliter per orationem ad Deum accedere, niſi quis ab hoc mundo ſeſe auocans, ſolius Dei homo efficiatur.

CAPVT IV.

De inſcriptione, pro ijs, qui commutabuntur.

AT inſcriptio, *Pro his qui commutabuntur*, hunc mihi videtur habere ſenſum; ſolam diuinam naturam omnis conuerſionis & mutationis expertem eſſe: non enim eſt ad quod mutatione vtatur, cùm in vniuerſum non ſit capax mali; ad id verò quod melius eſt, tranſmutari nequeat: nam nullum bonum eſt, propter quod in eam mutatio cadat: non enim reperitur vllum bonum, ad quod tráſeat, melius illo quod ipſa habet. Nos verò homines in mutatione & alteratione poſiti, ſecundùm vtrumque per facultatem & vim tranſmutatricem deteriores & meliores reddimur; deteriores, quando à communione bonorum excidimus; meliores rurſum, quando ad id quod melius eſt per conuerſionem redimus. Cùm igitur mutatione in malum inciderimus, opus habemus bona mutatione, vt eius beneficio ad id quod melius eſt transferamur, hócque manifeſtum fit ex verbis quæ ſubiunguntur illis, *Pro his qui commutabuntur*. Non enim ſolùm oratio nobis ſuadet, mutationem neceſſariò ſuſcipiendam eſſe, ſed & aliquo modo inſtruit, quomodo rectè fiat, exemplis quibuſdam mutationem illam in melius demonſtrans. Sic verò verba inſcriptionis habent: *In finem, pro ijs qui immutabuntur, in tituli* (ſeu columnæ) *inſcriptione, Dauidi in doctrinam, cùm ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Sobæ, & conuertit Ioab, & percuſſit vallem ſalinarum duodecim millia.* Ex dictis enim manifeſtum eſt, oratione hac doctrinam & conſilium quoddam comprehendi, cùm dicitur, *In tituli inſcriptione, Dauidi in doctrinam.* Non enim doctrinæ vocabulum adiectum fuiſſet, ſi finis totius huius orationis non eſſet docere. Illud verò, *In tituli inſcriptione*, indicat ſermonem hunc memoriæ indelebiliter impreſſum & inſculptum circumferendum eſſe, vt memoria ani-

Deus immutabilis, & quare.

Pſal. 59. 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 18. 1. Reg. 8.

A ὅταν γνῶμεν τίνων ἐπιδεόμεθα, καὶ πρὸς τὴν ἀναβολὴν τῶν ποθουμένων ἀκηδιάσωμεν. καὶ οὕτως ἐκχεῖται ἡ δέησις ἡμῶν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀντὶ ῥημάτων χρωμένη τοῖς δάκρυσιν. οὕτως νοήσεις, καὶ τὸ, προσευχὴ τοῦ Μωϋσῆ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. ὡς οὐκ ἐνὸν ἄλλως διὰ προσευχῆς προσελθεῖν τῷ Θεῷ, εἰ μή τις τοῦ κόσμου τούτου ἀποστὰς, Θεοῦ μόνου γένοιτο ἄνθρωπος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἡ ΔΕ ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ἐ-
B πιγραφὴ τοῦτόν μοι δοκεῖ τὸν νοῦν ἔχειν, ὅτι μόνη κρείττων ἐστὶ τροπῆς τε καὶ ἀλλοιώσεως ἡ θεία φύσις. οὐ γὰρ ἔχει πρὸς ὅ, τι χρήσηται τῇ τροπῇ, τοῦ μὲν κακοῦ ἀνεπίδεκτος οὖσα καθόλου· πρὸς δὲ τὸ κρεῖττον τραπῆναι μὴ δυναμένη. οὐκ ἔστι γὰρ πρὸς ὅτι δέξηται τὴν ἀλλοίωσιν. οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἑαυτῆς κρεῖττον, πρὸς ὃ μεταβήσεται. ἡμεῖς δὲ οἱ ἄνθρωποι, ἐν τροπῇ τε καὶ ἀλλοιώσει κείμενοι, κατ' ἀμφότερα διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς ἐνεργείας, ἢ χείρους, ἢ βελτίους γινόμεθα. χείρους μὲν, ὅτε τῆς μετουσίας τῶν ἀγαθῶν ἀπορ-
C ρέομεν. βελτίους δὲ πάλιν, ὅτε πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοιούμενοι τύχωμεν. ἐπεὶ οὖν τῷ κακῷ διὰ τῆς τροπῆς συνηνέχθημεν, χρεία τῆς ἀγαθῆς ἡμῖν ἀλλοιώσεως, ὡς ἂν διὰ ταύτης γένοιτο ἡμῖν ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολή. καὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἐκ τῆς συμφράσεως τῶν τοῖς ἀλλοιωθησομένοις συγγεγραμμένων. οὐ γὰρ μόνον τὸ δεῖν ἀλλοιωθῆναι συμβουλεύει ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ τρόπον τινὰ ὑποτίθεται, ὅπως ἂν τὸ τοιοῦτο κατορθωθείη, δι' ὑποδειγμάτων τινῶν τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴν προδεικνύων. ἔχει δὲ ἡ
D λέξις τῆς ἐπιγραφῆς οὕτως. εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων εἰς στηλογραφίαν τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχὴν, ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σωβὰ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωὰβ, καὶ ἐπάταξε τὴν Φάραγγα τῶν ἁλῶν δώδεκα χιλιάδας. δῆλον γὰρ ἂν εἴη διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι διδασκαλίαν τινὰ καὶ συμβουλὴν περιέχει ὁ λόγος εἰπὼν, εἰς στηλογραφίαν, τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχήν. οὐ γὰρ ἂν ἡ διδαχὴ προσέκειτο, μὴ πρὸς διδασκαλίαν τοῦ λόγου βλέποντος ἤδη. εἰς στηλογραφίαν δὲ τὸ δεῖν ἀνεξάλειπτόν τε καὶ ἐντετυπωμένον ἔχειν τῇ μνήμῃ τὸν λόγον, ἐνδείκνυται, ὡς εἶναι στήλην μὲν

τὸ μνημονικὸν τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ ἐπὶ στήλης χαράγματα· τὰ τῶν ἀγαθῶν ὑποδείγματα. ταῦτα δὲ ἦν ἡ τοῦ ἀρχιστρατήγου τῆς δυνάμεως τοῦ Δαβὶδ ἀριστεία, δι᾽ ὧν διπλοῦν γίνεται κατὰ τῶν πολεμίων τὸ πάθος, τῶν μὲν πυρὶ παραδοθέντων, τῶν δὲ διὰ πληγῆς ἐν ἀφανισμῷ γενομένων. ἡ μὲν γὰρ μέση τῶν ποταμῶν Συρία διὰ τοῦ πυρὸς ἀναλίσκεται, καὶ τὸ προσχωροῦν αὐτοῖς μέρος τῶν Σύρων, ὡσαύτως δὲ, καὶ ἡ φάραγξ τῶν ἁλῶν ἐν πολλαῖς χιλιάσι καταφονεύεται. ἀλλὰ τὸ μὲν δι᾽ ἀκριβείας τὴν ἱστορικὴν ἀκολουθίαν ἐκθέσθαι, μακρὸν ἂν εἴη, καὶ περιττὸν ἅμα. τί γὰρ ἡμῖν ἂν γένοιτο πλέον δι᾽ ἀκολούθου τὴν ἔκθεσιν τῶν γεγονότων μαθοῦσιν; ἀλλὰ πρός τι φέρει τὸ ἱστορικῆς μνήμης τὸ αἴνιγμα, κρεῖττον οἶμαι δι᾽ ὀλίγων προσθεῖναι τῷ λόγῳ, ὡς ἂν γένοιτο ἡμῖν ἡ τοιαύτη στηλογραφία εἰς διδαχὴν τοῦ ἡμετέρου βίου. τί οὖν ἐστιν ὃ φημί; ὅλον τὸ ἔθνος Συρίαν ὀνόμασιν. μερίζει δὲ τοῦτο εἰς δύο τμήματα. ἕκαστον αὐτῶν ἰδίοις γνωρίσμασιν. ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν, Μεσοποταμία Συρίας λέγεται. ἡ δὲ ἑτέρα τοῦ Σωβᾶ Συρία κατονομάζεται· κατεμπίμπραται δὲ καὶ αὕτη, καὶ αὕτη. καὶ μετὰ τοῦτο ἐξ ἐπιστροφῆς τοῦ ἀρχιστρατήγου ἡ φάραγξ τῶν ἁλῶν, ἐν δύο καὶ δέκα χιλιάσι τῷ θανάτῳ καταδικάζεται. οὐκοῦν νοήσωμεν, ὅτι διπλοῦν ἐστι τῆς Συρίας τὸ εἶδος. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσι τοῖς ποταμίοις ῥεύμασιν ἐν κύκλῳ διειλημμένοι. αὐτοὶ δ᾽ ἂν εἶεν οἱ τοῖς παθήμασι πανταχόθεν περιῤῥεόμενοι· οἱ δὲ ἀνάκεινται τῷ Σωβᾶ, διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου τὴν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τυραννίδα τοῦ λόγου σημαίνοντος. οὐκοῦν αὕτη γένοιτο ἂν ἡμῖν τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοιώσεως ἡ ὁδὸς, εἰ τῷ καθαρσίῳ πυρὶ τὸ διπλοῦν τοῦτο τῆς κακίας ἔθνος ἀφανισθείη. ὡς γὰρ ἡ ἀρετὴ βίῳ καὶ διανοίᾳ χαρακτηρίζεται, οὕτως καὶ ἡ κακία τοῖς δύο τούτοις ἐνθεωρεῖται. καὶ ἡ μὲν κατὰ τὸν βίον ἀταξία, ἣ τὰ τῶν παθῶν ῥεύματα κύκλῳ τὴν ψυχὴν διαλαμβάνει, ἡ τῶν ποταμῶν λέγεται μέση. ἡ δὲ διὰ τῶν πονηρῶν δογμάτων ἀνακειμένη τῷ ἄρχοντι τοῦ κόσμου, Σωβᾶ Συρίας κατονομάζεται. ὧν τῷ φωτιστικῷ τε καὶ καθαρσίῳ λόγῳ δαπανηθέντων, ἐπεῖναι τὸ τὴν ἄγονόν τε καὶ ἁλμώδη γῆν, ἣ τῆς στρατοπεδόν ἐστι τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, τῇ τοῦ

A noſtræ quaſi columna ſit; notæ huic inſcriptæ bonorum exempla. Hæc autem ſuppeditat nobis fortitudo & ſtrenuitas Imperatoris ſummi exercitus Dauidis, quibus duplex hoſtibus infertur clades; his quidem igne abſumptis, illis gladio ſublatis. Syria quæ inter duos fluuios ſita eſt, igne conſumitur, & huic finitima Syrorum natio, ſimiliter & vallis Salinarum vaſtatur, multis millibus trucidatis. Verùm accuratè hiſtoricam narrationem perſequi velle; longum fortaſſe & ſuperfluum fuerit: quæ enim vtilitas inde ad nos redeat, ſi totam re-
B rum geſtarum ſeriem diſcamus? Quapropter vtilius eſſe arbitror, breuiter explicare quid nobis hiſtoricæ narrationis inuolucro inſinuetur, vt hæc *Tituli inſcriptio* cedat in vitæ noſtræ inſtructionem. Quid igitur dicere propoſui? Totam hominum nationem Syriam appellauit, diuiſitque in duas partes: quamlibet propriis notis diſcriminans: altera enim Meſopotamia Syriæ appellatur, altera Syria Soba: ſuccenditur & hæc & illa: poſtea reuerſione ſummi imperatoris vallis Salinarum morte mulctatur, duodecim millibus
C interemptis. Intelligamus ergo duplicem eſſe Syriæ formam: nonnulli enim fluuiorum curſibus in orbem circumdati ſunt, & hi non ſunt alij, quàm quos paſſiones animique perturbationes vndique circumfluunt: alij ſubiecti ſunt Sobæ, quo nomine ſignificatur aduerſariæ poteſtatis tyrannis & violenta dominatio. Ergo nobis hæc prima via ad mutationem in melius fuerit, ſi igne expurgante & luſtrante duplicem hanc malitiæ nationem aboleamus: quemadmodum enim virtus vita & ratione ſignatur, ſic & malitia in his duabus in-
D eſſe cernitur; & vita quidem nullis legibus adſtricta, quæ paſſionum impetu, & quaſi fluctu vndique animum comprehendit, & quodammodo in circuitu includit, Syria media inter fluuios dicitur, illa verò peruerſis & perniciosis dogmatibus & perſuaſionibus principi huius mundi addicta, Syria Soba appellatur, quibus doctrina & ratione ad illuſtrationem & expurgationem apta conſumptis, reſtat vt ſterilis & ſalſuginoſa terra, quæ nihil eſt aliud, quàm aduerſariorum exercitus, virtute & gladio ſummi Im-

peratoris conficiatur: non enim victoriam ab hoſtibus reportabimus, niſi princeps exercitus manum extendat; internecionem autem hoſtium ſequitur certo ordine pax: & hæc eſt victoriæ ſeries, ad quam ſcriptura reſpiciens imprimit, quaſi in columna, in memoria noſtra commemorationem de mutatione, dum exemplis ex hiſtoria adductis oſtendit, quomodo à perturbationibus expediri & liberari poſſimus. Magis porrò innoteſcet nobis diſciplina de mutatione, ſi audiamus alios interpretes, quorum ille quidẽ *pro Floribus*, alius, *pro Lilys* vertit, loco eius quod eſt, *Pro his, qui commutabuntur*: tunc enim flos prodit, cùm hyems in ver mutatur, quod ſignificat tranſitionem à malitia ad vitam ex virtute actam. At lilij aſpectus monet, ad quid oporteat mutationem fieri: eum enim, qui mutatione ſplendidus effectus eſt, liquet ex atro & tenebricoſo ad niueam formam tranſmutatum eſſe. In omni igitur inſcriptione quæ habet, *Pro his, qui commutabuntur*, hoc quaſi documentum accipiendum arbitror, ſemper oportere per curam vitæ eniti ad mutationem in melius.

Pſal. 44.

CAPVT V.

De inſcriptionibus, pro arcanis, pro occultis filij, pro octaua, & aliis nonnullis.

Pſal. 45. 9.

INSCRIPTIO, *Pro occultis*, rectam nobis diligentiam & accurationem circa Deum cognoſcendum proponit. Cùm enim extremus animæ caſus ſit, falſa & aberrans de Deo perſuaſio (nam quid vtilitatis ex vllo bono capiat is qui ipſum bonum non habet?) idcirco tamquam lucernam quamdam proponit tibi inſcriptio rationem indagatricem arcanorum, quibus Dei cognitio inuoluta eſt, cuius caput & ſumma eſt fides in filium; dicit enim inſcriptio, *Pro occultis filij*. nam verè occultum eſt ens illud, & nec cogitationi nec aſpectui peruium, vtpote omnem cognoſcendi vim & facultatem longè excedens, cui, qui per fidem appropinquat, is verè ad victoriæ finem proceſſit. Ratio eius inſcriptionis, *Pro ea quæ hereditatem conſequitur*, manifeſta eſt. Propheta enim pro anima, quæ hæreditate propria excidit, quando præceptum Dei tranſgreſſæ ſol occubuit, hanc ad Deum precationem fundit, vt manè iterum tenebras deponat,

Pſal. 5.

A ἀρχιστρατήγου πληγῇ παραδοθῆναι. οὐ γὰρ ἂν γένοιτο ἡμῖν ἡ κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκη, μὴ τοῦ ἄρχοντος τῶν στρατιῶν ὑπερσχόντος τὴν χεῖρα. τῇ δὲ τῶν πολεμίων ἀπωλείᾳ εἰρήνη κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἕπεται. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀκόλουθον τῆς νίκης, πρὸς ὃ βλέπουσα ἡ γραφὴ, ἐνεστηλίτευσε ταῖς μνήμαις ἡμῶν τὴν πρὸς τὸ ἀλλοιωθῆναι ὑφήγησιν. διὰ τῶν ἱστορικῶν ὑποδειγμάτων τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν παθημάτων ὑποδεικνῦσα. μᾶλλον δ᾽ ἂν ἡμῖν φανερὸν γένοιτο τὸ κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν μάθημα, εἰ τοῖς λοιποῖς τῶν ἑρμηνευτῶν ἀκολουθήσαιμεν. B ὧν ὁ μὲν τὸ ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν, ὁ δὲ ὑπὲρ τῶν κρίνων, ἀντὶ τῆς ἀλλοιώσεως τῷ λόγῳ προσέγραψεν. τό, τε γὰρ ἄνθος ἐνδείκνυται τοῦ χειμῶνος τὴν εἰς ἔαρ μεταβολήν. ὅπερ σημαίνει τὴν ἀπὸ κακίας εἰς τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον μετάστασιν. ἥ τε τοῦ κρίνου ὄψις πρὸς ὅ,τι χρὴ γενέσθαι τὴν ἀλλοίωσιν, διερμηνεύει. ὁ γὰρ δι᾽ ἀλλοιώσεως λαμπρὸς γενόμενος, δηλοῖ ὅτι ἐκ μέλανός τε καὶ ἐσκοτισμένου λαμπρόν τε καὶ χιονῶδες εἶδος μεταλαμβάνει. κατὰ πᾶσαν τοίνυν ἐπιγραφὴν, ἣ τὸ ὑπὲρ τῶν C ἀλλοιωθησομένων προσγέγραπται, ταύτην οἶμαι δεῖν δέχεσθαι τὴν συμβουλὴν παρὰ τοῦ λόγου, κτήσασθαι τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἡ ΔΕ ὑπὲρ τῶν κρυφίων ἐπιγραφὴ, τὸ περὶ τὴν θεογνωσίαν ἀκριβὲς κατορθοῦν ὑποτίθεται. ἐπεὶ γὰρ τὸ ἔσχατον πτῶμά ἐστι ψυχῆς, ἡ διημαρτημένη περὶ τὸ θεῖον ὑπόληψις (τί γὰρ ἂν τις ἀπόναιτο τῶν ἀγαθῶν, αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν οὐκ ἔχων;) τούτου ἕνεκεν οἷόν τινα λύχνον σοι προτείνει ἡ ἐπιγραφὴ τὸν ἐρευνητικὸν τῶν D κρυφίων τῆς θεογνωσίας λόγον, ἧς κεφάλαιόν ἐστιν ἡ εἰς τὸν υἱὸν πίστις. οὕτως γάρ φησιν ἡ ἐπιγραφή, ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ. κρύφιον γὰρ ἀληθῶς ἐκεῖνό ἐστι, τὸ ἀκατανόητόν τε καὶ ἀόρατον, καὶ πάσης ὑπερκείμενον καταληπτικῆς ἐπινοίας, ὅπερ ὁ προσεγγίσας διὰ τῆς πίστεως, εἰς τὸ τῆς νίκης ἔφθασεν τέλος. ὁ δὲ ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης λόγος, δῆλός ἐστιν. ὑπὲρ γὰρ τῆς ψυχῆς τῆς τοῦ ἰδίου κλήρου ἀποπιπτούσης, ὅτε ἐπέδυ τῷ τὴν ἐντολὴν παραβεβηκότι ὁ ἥλιος, τὴν ἔντευξιν ταύτην προσάγει τῷ Θεῷ ὁ προφήτης. ἵνα ἐν πρωΐᾳ γενομένη πάλιν ἀποθεμένη τὸ σκότος.

καὶ τῆς γλυκείας ἐκείνης φωνῆς ἀξία γένηται, ἥ φησι πρὸς τοὺς ἐκ δεξιῶν· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. τὸ αὐτὸ τοῦτο, καὶ ὑπὲρ τῆς ἑωθινῆς ἀντιλήψεώς τις νοήσας, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ δέοντος. ὄρθρον γὰρ τὴν ἑωθινὴν, ἡ τῆς γραφῆς ὀνομάζει συνήθεια. ὁ δὲ ὄρθρος, χρόνος ἐστὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μεθόριος, καθ' ὃν ἡ μὲν ἀφανίζεται, ἡ δὲ ἄρχεται. τῆς δὲ κακίας πολλαχοῦ τῆς γραφῆς διὰ τοῦ σκότους ἐν αἰνίγματι νοουμένης, ὅταν δὲ γένηται ἡμῖν, ἐκ θείας ἀντιλήψεως ἡ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου ἀνατολή. τότε πρὸς τὴν νίκην φθάσωμεν, ἀποθέμενοι τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντες, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος. ἐγγὺς τῶν ἐξητασμένων, καὶ ὁ τῆς ὀγδόης λόγος ἐστίν. πᾶσα γὰρ ἐπιμέλεια τῆς ἐναρέτου ζωῆς πρὸς τὸν ἐφεξῆς αἰῶνα βλέπει. οὗ ἀρχὴ ὀγδόη λέγεται, τὸν αἰσθητὸν διαδεξαμένη χρόνον, τὸν ἐν ἑβδομάσιν ἀνακυκλούμενον. συμβουλεύει τοίνυν ὑπὲρ τῆς ὀγδόης ἐπιγραφὴ, μὴ πρὸς τὸν παρόντα βλέπειν χρόνον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὀγδόην ὁρᾶν. ὅταν γὰρ ὁ ῥοώδης οὗτος, καὶ παροδικὸς παύσηται χρόνος, ἐν ᾧ τὸ μὲν γίνεται, τὸ δὲ λύεται· καὶ παρέλθῃ μὲν ἡ τοῦ γίνεσθαι χρεία, μηκέτι δὲ τὸ λυόμενον ᾖ, τῆς ἐλπιζομένης ἀναστάσεως, εἰς ἄλλην τινὰ ζωῆς κατάστασιν μεταστοιχειούσης τὴν φύσιν· καὶ ἡ παροδικὴ τοῦ χρόνου παύσηται φύσις, τῆς κατὰ γένεσιν, καὶ φθορὰν ἐνεργείας μηκέτι οὔσης· στήσεται πάντως, καὶ ἡ ἑβδομὰς ἡ ἐκμετροῦσα τὸν χρόνον, καὶ διαδέξεται ἡ ὀγδόη ἐκείνη, ἥ τις ἐστὶν ὁ ἐφεξῆς αἰὼν, ὅλος μία ἡμέρα γινόμενος, καθώς φησί τις τῶν προφητῶν. μεγάλην ἡμέραν τὴν ἐλπιζομένην ὀνομάσας ζωήν. ἐπειδὴ οὐχ ὁ αἰσθητὸς ἥλιος φωτίζει τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἀλλὰ τὸ ἀληθινὸν φῶς, ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ὃς ἀνατολὴ ὑπὸ τῆς προφητείας κατονομάζεται, διὰ τὸ μηδέποτε δυσμαῖς συγκαλύπτεσθαι. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν ληνῶν ἐπιγραφαῖς ἐνοήσαμεν. ἡ γὰρ ληνὸς, οἴνου ἐστὶν ἐργαστήριον, ἐν ᾗ τῶν βοτρύων συνθλιβομένων, ὁ οἶνος γίνεται. ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ σεσηπότων ἢ ὀμφακιζόντων τῶν βοτρύων ἀποῤῥυῇ ὁ οἶνος, ἐξπίας εὐθὺς καὶ ἄποτος γίνεται, εἰς δυσωδίαν τινὰ,

A & dulcem illam vocem audire mereatur, *Venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Nec aberrauerit quis à veritate, ſi eundem ſenſum ſubiectum dicat illi, quæ eſt, *Pro ſuſceptione matutina.* In ſcriptura enim communi conſuetudine vocatur aurora, *Matutinum* : eſt autem aurora tempus nocti & diei conterminum, quo illa quidem deſinit, hæc incipit. Cùm verò ſcriptura ſæpè per tenebras, quaſi per tegumentum quoddam, malitiam ſignificet, fit, vt quando nobis diuina ope adiutis, vita ſecundùm virtutem

B inſtituta exoritur, tunc ad victoriam perueniamus, *deponentes opera tenebrarum, &c, vt in die, honeſte ambulantes*, vt loquitur Apoſtolus. Non longè à iam explicatis abit ratio *Octauæ*: Omnis enim cura quam vita virtutis cultrix ſuſcipit, ad futurum ſeculum reſpicit, cuius principium *Octaua* dicitur, ſuccedens ſenſibili huic tempori, quod ſeptenario numero abſoluitur. Monet igitur inſcriptio, *Pro octaua*, ne oculos ad præſentem temporis ſtatum conijciamus, ſed vt ad *Octauam* reſpiciamus. Nam quando aſpectabilis hic & mutabilis

C ſtatus temporis deſierit, in quo aliud naſcitur, aliud corrumpitur, neque amplius opus fuerit, vt quædam naſcantur, quædam diſſoluantur, ſperata reſurrectione corporúmque reparatione in aliam quandam vitæ conditionem naturam noſtram transmutante, ſublata penitus omni actione, quæ ad ortum vel interitum ſpectat; tunc omnino etiam ſeptimana iſta, tempus dimetiens & circumſcribens, finietur, ſuccederétque Octaua illa, quæ eſt ſæculum futurum, tota vnico die comprehenſa, vt & Prophetarum

D quiſpiam teſtatur, qui vitam, quam ſperamus, *magnum diem* nominauit, cùm non iſte Sol viſibilis diem illum illuſtraturus ſit, ſed vera illa lux, Sol iuſtitiæ, qui *Oriens* à Propheta appellatur; eò quod ab occaſu numquam occultetur. Idem ſenſus ſubiectus eſt illis inſcriptionibus, quæ habent: *Pro torcularibus.* Torcular enim officina eſt vini, in qua contritis vuis fit vinum: ſed ſi quidem ex putrefactis aut acerbis botris vinum exprimatur, euanidum & ad potum ineptum confeſtim efficitur, & graueolente quadam,

Matth. 25.
Pſal. 21.
Rom. 13.
Pſ. 6. 11.
Ioel. 2.
Zach. 6.
Pſ. 8. 83.

aceroſáque qualitate inficitur. Eſt cùm A & alio corruptionis modo in vermes commutatur. Quòd ſi torcularibus pulcher & maturus inferatur botrus, dulce & ſuaueolens vinum ex vuis deſtillabit: quódque ipſa temporis diuturnitate multum ad bonitatem gratúmque odorem proficiat. Quid igitur ænigma hoc & abditum botri arcanum nos quàm maximè curare monet? videlicet, vt penus humanæ mentis omni copiarum genere abundet, in qua omnis vitæ apparatus nobis reconditur. Sed tum demùm botrorum natura perſpicua nobis erit, ſi cognoſcamus quoque palmites, eámque quæ & botros & palmites continet, vitem. Quæ quidem plana fiunt ex ſermone Domini, cùm ait, *Ego ſum vitis, vos palmites.* Si enim verè in ipſo radicati fructum ferimus, creſcimúſque vt ait Apoſtolus, intelligemus ex prædictis, à nobis qui in ipſo creati ſumus, & qui ſine ipſo digni non cenſemur, quos alens ille ros contingat, botrum operum exigi, neque ira aceſcentem, & acerbè conſtringentem, neque voluptate quadam, velut putrefactione, corruptum & diſſolutum. In torculari enim cuiuſque vitæ (torcular verò eſt conſcientia) botrus operum vinum nobis in futuram vitam reponet: nam omninò neceſſarium eſt, quemlibet propriis laboribus repleri, qualeſcúmque demùm illi fuerint. Itaque beati ſunt illi coloni, quorum vinum, dum bibitur, cor lætificat: miſerandi è contrario, digníque lachrymis, quorum vinum iuxta Moſis dictum, *fel & ira draconum* efficitur, commutatum in venenum lethale, & ex Sodomitica vinea perditionem adferens. Cùm igitur oculos ad *Octauam* reflexeris, memento, inquit, torcularium, vt tibi per bonorum operum multitudinem vino optimo & odorato torcularia redundent, vt monet Salomon in Prouerbiis.

Ioan. 15. Ephes. 3. Coloſſ. 2. — Deut. 32. — Prou. 3.

ἢ καὶ εἰς ὀξώδη μεταβαλὼν ποιότητα, διά τινος ἑτέρας διαφθορᾶς, εἰς σκωλήκων φύσιν ἀλλοιούμενος. εἰ δὲ εὐφυής τε καὶ ὡραῖος ταῖς ληνοῖς ἐπαχθείη ὁ βότρυς, ἡδύς τε καὶ ἀνθοσμίας ὁ οἶνος τῶν βοτρύων ἀπορρυήσεται, τῷ μακρῷ χρόνῳ συνεπιδιδοὺς εἰς κάλλος καὶ εὐπνοίαν. τί οὖν τὸ αἴνιγμα βούλεται φροντίζειν τοῦ βότρυος ὡς ἔνι μάλιστα; ὅπως ἂν ἡμῖν πλουτοίη τοῦ ἀνθρωπίνου νοῦ ἡ ἀποθήκη, ἐν ᾗ πᾶσα ἡμῖν ἡ τοῦ βίου παρασκευὴ περιέχεται. οὕτω δ' ἂν γένοιτο ἡμῖν περίδηλος τῶν βοτρύων ἡ φύσις, εἰ B φανείη πρότερον τὰ κλήματα, καὶ ἡ περιεκτικὴ τῶν τε αὐτῶν βοτρύων καὶ κλημάτων ἄμπελος. ἀλλὰ τοῦτο ἐκ τῶν τοῦ κυρίου λόγων γενήσεται, εἰπόντος· ἐγὼ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα. εἰ γὰρ ἀληθῶς ἐν αὐτῷ ἐσμεν, ἐρριζωμένοι καρποφοροῦντές τε καὶ αὐξανόμενοι, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, νοήσομεν διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι οἱ ἐν αὐτῷ κτισθέντες, καὶ δίχα αὐτοῦ μὴ ὄντες ἄξιοι τῆς ὑποτρεφούσης ἡμᾶς ἰκμάδος, τὸν ἐκ τῶν ἔργων βότρυν ἀπαιτούμεθα, μήτε δι' ὀργῆς ὀμφακίζοντά τε καὶ κατασύφοντα, μήτε δι' C ἡδονῆς τινος ἐν σηπεδόνι φθειρόμενόν τε καὶ λυόμενον. ἐν γὰρ τῇ ληνῷ τῆς ἑκάστου ψυχῆς (ληνὸς δέ ἐστιν ἡ συνείδησις) ὁ ἐκ τῶν ἔργων βότρυς τὸν οἶνον ἡμῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς ἀποθήσεται βίον. καὶ πᾶσα ἀνάγκη τῶν ἰδίων ἕκαστον ἐμφορεῖσθαι πόνων, οἷοί περ ἂν τύχωσιν ὄντες. ὡς μακάριοί γε τῶν γεωργῶν ἐκεῖνοι, ὧν ὁ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἐν ἀπολαύσει γενόμενος. ἐλεεινοὶ δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ θρήνων ἄξιοι, ὧν θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος γίνεται, κατὰ τὴν Μωϋσέως φωνὴν, εἰς δηλητηριώδη μεταβαλὼν ποιότητα, ἐκ τῆς Σοδομιτικῆς D κληματίδος καρπογονῶν τὴν ἀπώλειαν. εἰ τοίνυν πρὸς τὴν ὀγδόην βλέπεις, μέμνησο φησὶ τῶν ληνῶν, ὡς ἄν σοι διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων τοῦ ἀνθοσμίου οἴνου, κατὰ τὴν παροιμιώδη λέξιν, αἱ ληνοὶ ὑπερεκβλύζωσιν.

CAPVT VI.

Quid nam inſcriptio pro Maeleth & alia quadã nos doceant.

INSCRIPTIO; *pro Maeleth*, clariùs reddita ab illis qui eam Græco vocabulo expreſſerunt, alacritatem quamdam addit illis, qui in ſtadio virtutum decertant, dum quis ſit certaminum finis oſtendit, choros &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

ἩΔΕ ὑπὲρ Μαελὲθ ἐπιγραφὴ σαφέστερον ἐκδοθεῖσα παρὰ τῶν μεταβαλόντων εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ταύτην τὴν λέξιν, προθυμίαν τινὰ τοῖς δι' ἀρετῆς ἀγωνιζομένοις ἐντίθησι, τὸ πέρας τῶν ἄθλων οἷόν ἐστιν ὑποδεικνύουσα· χορείας τε καὶ

εὐφροσύνας τοῖς κεκρατηκόσι τῶν ἀγώνων προκεῖσθαι λέγων, πρὸς ταύτην τὴν ἔμφασιν ἑρμηνευθείσης τῆς λέξεως. τὸ γὰρ Μαελὲθ ὄνομα διὰ χορείας τὴν ἑρμηνείαν ἔχει. οἴδαμεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς νίκης τοῦ Δαβὶδ ἐγνωσμένην διὰ τῆς ἱστορίας, ὅτι πεσόντος τοῦ Γολιὰθ ἐν τῇ μονομαχίᾳ τοῦ νέου, θεραπεύουσι τὸν ἐναγώνιον αὐτοῦ πόνον ἐπαναπλωτῶσαι διὰ χορείας αἱ νεάνιδες. οὕτως πᾶσαν νίκην ἱδρῶτί τε, καὶ πόνῳ κατὰ τῶν ἀντιπάλων κατορθουμένην, ἡ περὶ τοῦ Μαελὲθ ἐπιγραφὴ, εὐφροσύνην λέγει, καὶ χοροστασίαν ἐκδέχεσθαι, πάσης τῆς νοητῆς κτίσεως, ἑαυτὴν, καθάπερ ἐν χοροῦ συμφωνίᾳ τοῖς νικηταῖς συναρμοζούσης. ἦν γάρ ὅτε μία τῆς λογικῆς φύσεως ἦν ἡ χοροστασία, πρὸς ἕνα βλέπουσα τὸν τοῦ χοροῦ κορυφαῖον, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν ἐνδιδομένην αὐτῇ τῇ κινήσει διὰ τῆς ἐντολῆς ἁρμονίαν τὴν χορείαν ἀνελίσσουσα. ἐπεὶ δὲ ἔνθεον ἐκείνην διέλυσεν τοῦ χοροῦ συνῳδίαν παρεμπεσοῦσα ἡ ἁμαρτία, καὶ τοῖς ποσὶ τῶν πρώτων ἀνθρώπων, τῶν ἐν ταῖς ἀγγελικαῖς δυνάμεσι συγχορευόντων, τὸν τῆς ἀπάτης ὄλισθον ὑποχέασα, πτῶμα ἐποίησεν· ὅθεν διεσπάσθη τῆς πρὸς τοὺς ἀγγέλους συναφείας ὁ ἄνθρωπος, τοῦ πτώματος τὴν συμβολὴν διαλύσαντος, τούτου χάριν πολλῶν ἱδρώτων χρεία τῷ πεπτωκότι καὶ πόνων, ἵνα τὸν ἐπικείμενον αὐτοῦ τῷ πτώματι καταγωνισάμενός τε καὶ ἀνατρέψας, πάλιν ἀνορθωθῇ· γέρας τῆς κατὰ τοῦ παλαίοντος νίκης τὴν θείαν χοροστασίαν δεξάμενος. ὅτ' ἂν οὖν ἀκούσῃς τῆς ἐπιγραφῆς συναπτούσης τὸ ὑπὲρ Μαελὲθ τῇ εἰς τέλος φωνῇ, τότε γίνωσκε διὰ τοῦ αἰνίγματος συμβουλὴν σοι προσάγεσθαι, μὴ ἐγχαυνοῦσθαι τοῖς τῶν πειρασμῶν ἀγωνίσμασιν, ἀλλ' εἰς τὸ τέλος τῆς νίκης βλέπειν. τοῦτο δέ ἐστιν τὸ καταταχθῆναι τῇ ἀγγελικῇ χορείᾳ. καὶ τὴν σὴν ψυχὴν τῇ προσβολῇ τῶν πειρασμῶν ἐκκαθαρθεῖσαν. οἴδαμεν δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου γενέσθαι παρὰ τῆς φωνῆς τοῦ κυρίου ἠκούσαμεν. ὃς ἐπειδὴ διὰ τῆς ὑπομονῆς τῶν παθημάτων παρ' ὅλον τοῦ βίου τὸ στάδιον ἐφύλαξεν ἑαυτὸν ἀκατάπληκτον, διαλυθείσης αὐτῷ τῆς κοινῆς, καὶ ἡττηθέντος ἐν τῷ τῆς ζωῆς σταδίῳ τοῦ προσπαλαίοντος, εὐθὺς ἐν ἀγγέλοις ἦν. ἐγένετο γάρ φησιν, ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων.

A ſaltationes, & iucunditates victoribus propoſitas aſſeuerans; In hanc enim ſententiam dictionem illam interpretatam inuenimus: nam dictio Maeleth idem eſt, quod *per chorum*, ſeu *ſaltationem*, cuiuſmodi videlicet ex hiſtoriarum monumentis exſtitiſſe nouimus poſt Dauidis victoriam, quando ab illo adhuc adoleſcente, ſingulari in certamine Goliath proſtrato, iuuenculæ per choros effuſæ, labores illius in pugna illa ſuſceptos celebrarunt. Pari ratione omnem victoriam ab hoſtibus ſudore & labore reportatam, docet inſcriptio pro Maeleth lætitia & choris excipi, cùm omnis creatura rationis particeps ſeipſam, quaſi in chori concentu, victoribus accommodet & attemperet. Tempus enim fuit, quo vnus erat chorus creaturæ rationalis, in vnũ chori coryphæum intentus, ſeſeque explicans & reuoluens ad illam quæ inde ſubminiſtrabatur victoriæ per præceptum relatæ, harmoniam & conſonantiam. Poſtquam autem ortus peccati diuinum illum chori concentum diſſoluit, pedibúſque primorum parentum, qui inter Angelicas poteſtates degebant, lubrica deceptionis ratione ſubſtrata, ruinam effecit, vnde homo ab illa cum Angelis ſocietate auulſus eſt, caſu connexionem diſſoluente, multis ſudoribus & laboribus lapſo homini opus eſt, vt eum qui ſibi iam proſtrato incumbit, debellet & euertat, rémque fortiter gerat, recepturus muneris loco diuinos choros ob victoriam ab aduerſario reportatam. Quando igitur audieris inſcriptionem, quæ illas voces, *pro Maeleth*, adiungit illis, *In finem*, tunc noueris tibi velut per ænigma conſilium dari, ne ſuccumbas in tentationum conflictibus, ſed vt in finem victoriæ reſpicias, qui eſt Angelicis choris annumerari; tuámque animam tentationum impreſſione expurgari cogites, quod & Lazaro accidiſſe ex ipſo Domino didicimus, qui cùm per patientiam calamitatum toto vitæ curriculo ſeſe illæſum caſúſque expertem conſeruaſſet, finita hac communi vita, ſuperatóque in hoc conflictu aduerſario, ſtatim inter Angelos receptus eſt: *Factum eſt enim*, inquit, *vt moreretur mendicus, & deportaretur ab Angelis.*

Pſal. 52. Vide ſuprà cap. 2.

1. Reg. 18.

Luc. 16.

Videlicet hæc cum Angelis chorea, nihil eſt aliud quàm cum Angelis profectio, ſinúſque Patriarchæ, qui Lazarum excipit, ne ipſe quidem extra iucũdam hanc ſymphoniã ſitus eſt. Nam ſi quis cùm *ſinum* audit, velut vaſtam quandam pelagi latitudinem, bonorum omnium plenitudinem per Patriarcham ſignificatam velit, is nequaquam aberrauerit; in qua bonorum abundantia Lazarus quoque collocatur; Nam quod in huius generis certaminibus eluceſcit, nullius proprium eſt, ſed fit omnium commune bonum, omnium, inquam, qui per eandem virtutem ad æquale bonum contendant. At inſcri-
Pſal. 18. 29. 70. ptio quæ ſic habet: *Exitus tabernaculi*, Et illa, *pro dedicatione domus Dauid*, vicinitatem quamdam non modò poſitione & ordine, ſed & ſenſu habent. Illa enim eſt in vigeſimo octauo, hæc in ſequenti Pſalmo. In vtroque autem ad verbum ita eſt concepta inſcriptio; In priori quidem: *Pſalmus Dauid, exitus tabernaculi.* In proximè ſequenti hoc modo: *Pſalmus cantici, dedicationis domus Dauid.* Niſi enim ex ſenſibili hoc tabernaculo egrediamur, vera noſtra domus non dedicatur. Quod vero his inſinuatur, eiuſmodi quiddam eſt: Duæ in humana natura conſiderari poſſunt vitæ, altera carnalis & corpori addicta, quæ per ſenſus operatur; altera ſpiritualis & immaterialis, quæ in viuendi genere à corporeis rebus ſeiuncto, & ſub ſolam intelligentiam cadente conſiſtit, fierique non poteſt, vt hæc duo vitæ genera mutua communione iungantur. Nam ſtudium, quod vni impenditur, alterum è medio tollit: ſi igitur animam noſtram Dei habitaculum efficere velimus, oportet, vt carne egrediamur ex carnali tabernaculo. Aliter enim fieri nequit, vt domus noſtra dedicetur ab illo, qui nos per ſuam inhabitationem dedicat, niſi exitus ex tabernaculo per auerſionem & fugam vitæ corporis iucunditatibus deditæ, legi-
Pſal. 30. timè inſtituatur. Pſalmus *Exſtaſeos*; qui poſt dedicationem ſubiungitur, cui hæc inſcriptio eſt præfixa: *In finem Pſalmus Dauid exſtaſis*, conſonat iis quæ iam præmiſſa ſunt, monens vt ab illis abſiſtamus, quorum coniunctio periculi plena eſt. Quibus verò præponitur illud: *In rememorationem*; illi compendiariam quamdam doctrinam ſalutis noſtræ procurandæ tradunt.

A αὕτη ἐστὶν ἡ χορεία, ἡ μετὰ τῶν ἀγγέλων ὁδοιπορεία, καὶ ὁ κόλπος τοῦ πατριάρχου, ὁ ἐν αὐτῷ συμπεριλαμβάνων τὸν Λάζαρον· οὐδ' αὐτὸς τῆς φαιδρᾶς συμφωνίας ἔξω νοεῖται. κόλπον γὰρ ἀκούσας, οἷόν τινα εὐρύχωρον πελάγους περιοχὴν, τὸ τῶν ἀγαθῶν πλήρωμα, ὡς ἐπωνομάσθη ὁ πατριάρχης, νοήσας τις, οὐκ ἂν ἁμάρτοι, ἐν ᾧ καὶ Λάζαρος γίνεται. τὸ γὰρ ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀγῶσι διαφανέντων, οὐδενὸς ἐστιν ἴδιον οὐδετινός, ἀλλὰ κοινὸν πάντων τὸ ἀγαθὸν γίνεται, διὰ τῶν τῆς αὐτῆς ἀρετῆς ἐπὶ ἴσον ἀγαθὸν συνδραμόντων. ἡ δὲ τὸ ἐξόδιον ἔχουσα τῆς σκηνῆς ἐπιγραφὴ, καὶ πάλιν, ὑπὲρ τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβὶδ, B γειτνιῶσιν ἀλλήλαις κατὰ τὴν θέσιν τε καὶ τὴν ἔννοιαν. ἔστι γὰρ ἡ μὲν ἐν τῷ εἰκοστῷ καὶ ὀγδόῳ· ἡ δὲ ἐν τῷ μετὰ τοῦτον· ἡ δὲ λέξις ἐφ' ἑκατέρου, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· ἐπὶ μὲν τῆς προτέρας ἐπιγραφῆς, ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐξοδίου σκηνῆς. ἐν δὲ τῷ ἐφεξῆς, ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου Δαβίδ. ἐὰν γὰρ μὴ τῆς αἰσθητῆς σκηνῆς ἐξέλθωμεν, ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν οἶκος οὐκ ἐγκαινίζεται. τὸ δὲ λεγόμενον, τοῦτόν ἐστι· δύο περὶ τὴν ἀνθρωπίνην νοεῖται φύσιν. ἥτε σαρκώδης ζωὴ, ἡ διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐνεργουμένη, καὶ ἡ πνευματική τε καὶ C ἄϋλος, ἡ τῷ νοερῷ τε καὶ ἀσωμάτῳ τῆς ψυχῆς βίῳ κατορθουμένη. ἀλλ' οὐκ ἔστι τὼ δύο κατὰ ταὐτὸν ἐν μετουσίᾳ γενέσθαι. ἡ γὰρ περὶ τὸ ἕτερον τούτων σπουδὴ, τὴν τοῦ ἑτέρου στέρησιν ἀπεργάζεται. οὐκοῦν εἰ μέλλοιμεν οἰκητήριον Θεοῦ ποιεῖν τὴν ψυχὴν, ἐξελθεῖν προσήκει τῇ σαρκὶ τῆς σαρκώδους σκηνῆς. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως ἐγκαινισθῆναι τὸν οἶκον ἡμῶν ὑπὸ τοῦ ἀνακαινίζοντος ἡμᾶς διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἐνοικήσεως, εἰ μὴ τὸ ἐξόδιον τῆς σκηνῆς διὰ τῆς τοῦ σω-D ματικοῦ βίου ἀποτελέσεως κατορθωθείη. ὁ δὲ τῆς ἐκστάσεως ψαλμὸς ὁ μετὰ τὸν ἐγκαινισμὸν τεταγμένος, οὗ προκεῖται ἡ ἐπιγραφὴ αὕτη, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ ἐκστάσεως, σύμφωνός ἐστι τοῖς προτεθεωρημένοις, ἐκστῆναι συμβουλεύων ἐκείνων, ὧν ἐπιβλαβής ἐστιν ἡ συνάφεια. οἷς δὲ προσκεῖται τὸ, εἰς ἀνάμνησιν, σύντομόν τινα διδασκαλίαν ὁ λόγος ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ὑποτίθεται.

ἐπεὶ γὰρ ἡ παρακοὴ τῆς θείας ἐντολῆς, ὁδὸς εἰς ἀπώλειαν τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. οὐ γὰρ ἂν ἀπωλώλειμεν, εἰ τῇ μνήμῃ τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν. διὰ τοῦτο ὡς ἀντιφάρμακον τοῦ κατὰ τὴν λήθην πάθους τὴν ἀνάμνησιν τῆς ἐντολῆς, ὁ λόγος ἡμῖν ὑποτίθεται, ἐν δύο ψαλμῳδίαις τοῦτο ποιῶν. ἐν οἷς δὲ ἡ ἐξομολόγησις πρόσκειται, ταῦτα παρὰ τῆς φωνῆς διδασκόμεθα. διπλῆς οὔσης ἐν τῇ γραφικῇ συνηθείᾳ, τῆς κατὰ τὴν ἐξομολόγησιν σημασίας, καὶ νῦν μὲν τὴν ἐξαγόρευσιν, αὖθις δὲ τὴν εὐχαριστίαν ἐνδεικνυμένης· ἐν ταῖς κατ' ἀμφοτέρας τὰς ἐννοίας πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον χειραγωγούμεθα. ἥτε γὰρ ἐξαγόρευσις, χωρισμόν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν τῶν κακῶν ἀπεργάζεται, τό, τε πρὸς τὴν εὐχαριστίαν πρόθυμον πλεονάζει, καὶ τὴν παρὰ τοῦ εὐεργέτου χάριν ἐπὶ τῶν εὐχαρίστων δεχομένων τὰς εὐποιΐας. πρόσκειται οὖν ὁ ψαλμὸς εἰς ἐξομολόγησιν οὕτως, εἰ μὲν τις ἁμαρτίας ὑποσμύχει σε μνήμη, συμβουλεύων τὸ τῆς μετανοίας καθάρσιον. εἰ δέ σοι πρὸς τὸ κρεῖττον εὐοδοῦται ὁ βίος, βεβαίαν σοι ποιεῖ διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐχαριστίας τὴν ἀμείνω προαίρεσιν. ἡ δὲ στηλογραφία, καὶ τὸ μὴ διαφθείρῃς, εἴ τι μετ' ἀλλήλων, εἴ τε κεχωρισμένως τισὶ τῶν ἐπιγραφῶν ἐφευρίσκονται, συμβουλὴν περὶ τῆς κατὰ τὴν μακροθυμίαν ἀρετῆς περιέχουσιν. τὸ γὰρ μὴ διαφθείρῃς, τοῦ Δαβὶδ ἐστὶν ἡ φωνή, κωλύοντος τὸν ὑπασπιστὴν χρήσασθαι κατὰ τοῦ Σαοὺλ τῇ πληγῇ. ἡ δὲ τῆς στηλογραφίας διάνοια, τὸ δεῖν οἷόν τινι στήλῃ τῷ μνημονικῷ τῆς ψυχῆς ἐγκεχαραγμένην ἔχειν τὴν τοιαύτην φωνήν, ὡς ἂν ἐπὶ τῶν ὁμοίων πραγμάτων, εἴ τις περιστάσεις πρὸς τὴν τοῦ λελυπηκότος ἄμυναν τὸν θυμὸν ἡμῶν διερεθίσειεν, ἀναγινώσκοντες τῇ διανοίᾳ τὸ κωλυτικὸν τοῦ φόνου πρόσταγμα, αὐτῇ πρὸς μακροθυμίαν τὸν θυμὸν κατευνάσωμεν. ἀκριβέστερον δὲ τὸν περὶ τούτου λόγον εἰς αὖθις διαληψόμεθα, πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν ἐπιγραφῶν θεωρίαν ἐπαναδραμόντες. χρὴ γὰρ καὶ τὸ ἀλληλούϊα, ὅ, τί ποτε σημαίνει, κατανοῆσαι, ὅπερ πολλοῖς τῶν ψαλμῶν ἐπιγραφὴ γίνεται.

A Nam cùm tranſgreſſio diuini præcepti *Pſal. 37. & 69.*
hominibus viam ad interitum aperue-
rit (non enim periiſſemus , ſi præce-
ptum memoria retinuiſſemus) ob id
quaſi remedium depellendi morbum
obliuionis, proponitur nobis præcepti
recordatio , ídque in duobus Pſalmis.
Confeſſionis voce, cum Pſalmo præ- *Pſal. 99.*
ponitur, hæc docemur : Cùm ſecun-
dùm ſcripturæ conſuetudinem duplex
ſit ſignificatio confeſſionis, modò enim
peccatorum , quæ admiſimus, prola-
tionem, modò gratiarum actionem ſi-
gnificat ; hîc vtroque ſignificatu ad
B vitam ex virtute agendam manuduci-
mur ; prolatio enim peccatorum ſe-
parat nos & abducit à malis; ſtudiúm-
que promptè agendi gratias , auget
etiam gratiam & beneuolentiam be-
nefactoris erga illos qui beneficia me-
mori & grata mente recipiunt. Pſal-
mus igitur cui titulus , *In confeſſionem*,
hunc in modum propoſitus eſt , vt ſi
peccati memoria te angat , pœniten-
tiæ expiationem tibi ſuadeat ; quòd ſi
ad id quod melius eſt , vita tendat &
proficiat ; ſtabile tibi firmúmque per
gratiarum actionem ad Deum tam
C ſanctum propoſitum efficiat. *Tituli*, ſeu *Pſal. 15. 16. 57. 58. & alibi paſſim.*
columnæ *inſcriptio*; & illud: *Ne corrum-
pas* : ſiue coniunctim , ſiue ſeparatim
aliquibus Pſalmis inſcribantur; conſi-
lium continent ſectandæ longanimi-
tatis : Illud enim : *Ne corrumpas:* Daui-
dis vox eſt , prohibentis armigerum,
ne trucidet Saulem. At *tituli* ſeu *co-* *1. Reg. 26.*
lumnæ inſcriptio, hortatur; huiuſmodi
vocem, in memoria, velut in columna
incidendã eſſe, vt & in ſimilibus rebus,
ſi quis caſus ad vltionem eius qui nos
contriſtauit, excitet, cogitatione man-
datum illud cædem vetans relega-
D mus , eóque ad patientiam & longa-
nimitatem impetum animi deflecta-
mus. Accuratiorem autem horum
omnium explicationem inſtituemus
tunc cùm ad reliquarum inſcriptio-
num conſiderationem redierimus. Di-
ſpiciendum enim nunc eſt, quam no-
tionem vox *Alleluia* ſubiectam habeat;
quæ multis Pſalmis loco inſcriptionis
præponitur.

CAPVT VII.

Quid ſignificet inſcriptio, Alleluia. Pſal 110. 111.112.113 & multis aliis.

EST igitur *Alleluia* myſtica cohortatio, ad laudes Dei decantandas auditorem excitans, vt proinde idem ſit eius ſignificatum, quod laudate Dominum. Nam vbi in ſcriptura hæc vox habetur: *Laudate Dominum*: ibi Hebraicè per *Alleluia* idem exprimitur: niſi fortè verbum hoc magis ſupernæ illius pſalmodiæ vim manifeſtat, indicans illam eſſe laudem Dei. Variè enim apud Hebræos quoſdam ex diuerſis vocabulis, & ipſum *ia*, ipſúmque *Allelu*, laudem ſignificant. Neque mireris ſi is, qui rectus caſus dicitur, huiuſmodi ſit in hoc vocabulo; Non enim more noſtro formantur apud Hebræos nomina; ſed diuerſam à noſtra rationem & figurã habent proferendi voces. Nam & prophetæ nomen nos quidem ad Græcam rationem efformantes, *Heliam* appellamus: At proprietas linguæ Hebraicæ in caſu recto Heliu dicit; Ita igitur & in propoſito, quando laudem recto caſu ſignificare vult, ponit Hebræorum lingua, *Alleluia*. Cùm autem laus ad Deum relationem habeat, illúdque *ia*, ſit vnum ex nominibus, quæ Dei naturam declarant, totum ſimul *Alleluia*, laus Dei per interpretationem redditur. quando itaque vox hæc alicui Pſalmo præſcripta eſt, cogitare oportet, id quod ſubditur, ad Dei laudationem & prædicationem ducere. Quibus inſcriptionibus multi ex poſtremis potiſſimùm Pſalmis huius libri inſigniuntur; ex quibus intelligimus, horum qui iam ad perfectionis culmen aſcenderunt, inque præcedentibus Pſalmorum partibus, ſecundùm explicationem de illis traditam, expurgati ſunt, munus eſſe, Deum laudibus proſequi, & in his verſari, in quibus etiam Angelorum natura verſari creditur. Neque enim compertum nobis eſt aliam illorum eſſe occupationẽ, quàm laudare Deum. Neque ab illis quoque, qui vitam ad virtutis normam exigere ſtudent, aliud agitur quàm vt vitam ſuam efficiant, quaſi perennem laudem. Cùm ergo, qui Alleluia inſcriptum habent, omnes propemodum in vltima Pſalmorum ſectione reperiantur, perſpicuè intelligitur, poſtremam Pſalmorum ſectionem ſuperiorem eſſe omni excelſa per Pſalmos aſcenſione, vtpote

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

ΕΣΤΙΝ τοίνυν τὸ ἀλληλούϊα, παρακέλευσις μυστικὴ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ὑμνῳδίαν, τὸν ἀκούοντα ἐπεγείρουσα, ἵνα ταὐτὸν ᾖ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, ὅ,τι αἰνεῖτε τὸν κύριον. ἐν οἷς γὰρ μέρεσι τῆς ἁγίας γραφῆς αὕτη πρόσκειται ἡ φωνὴ λέγουσα, αἰνεῖτε τὸν κύριον, διὰ τοῦ ἀλληλούϊα ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ γραφῇ τὸ τοιοῦτον σημαίνεται. ἢ τάχα μᾶλλον γνωρίζει ὁ λόγος οὗτος τῆς ὑπερκειμένης ψαλμῳδίας τὴν δύναμιν, λέγων αὐτὴν αἶνον εἶναι Θεοῦ. ποικίλως γὰρ ἐκ διαφόρων ὀνομάτων παρὰ Ἑβραίοις ποιὸν καὶ τὸ ια καὶ τὸ ἀλληλοῦ, αἶνος νοεῖται. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ τὴν λεγομένην εὐθεῖαν ἐν τῇ πτώσει τῶν ὀνομάτων τὸ τοιοῦτο σχῆμα τῆς φωνῆς ταύτης ἐνδείκνυται. οὐ γὰρ πρὸς τὴν παρ' ἡμῖν συνήθειαν τυποῦται καὶ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις τὰ ῥήματα, ἀλλ' ἕτερος τύπος τῆς παρ' αὐτοῖς ἐκφωνήσεως τῶν ὀνομάτων παρὰ τὸν ἡμέτερον. οὕτω γοῦν τὸ τοῦ προφήτου ὄνομα, ἡμεῖς μὲν κατὰ τὸν παρ' ἡμῖν τύπον ἐξελληνίζοντες, ἠλίαν φαμέν. ἡ δὲ παρ' Ἑβραίοις εὐγλωττία τὴν εὐθεῖαν τοῦ ὀνόματος ἠλιοῦ λέγει. οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα, ὅτε τὸν αἶνον ἐπ' εὐθείας πτώσεως σημῆναι βούλεται, τῶν Ἑβραίων ἡ γλῶττα ἀλληλούϊα κατονομάζει. ἐπειδὴ ὁ αἶνος εἰς Θεὸν πάντως τὴν ἀναφορὰν ἔχει, τὸ δὲ ια ἓν τῶν ἑρμηνευτικῶν τῆς θείας φύσεώς ἐστιν ὄνομα, ὅλον κοινῇ τὸ ἀλληλούϊα αἶνος Θεοῦ ἑρμηνεύεται. ὅτ' ἂν τοίνυν τοῦτο τὸ ῥῆμα προγεγραμμένον ᾖ τῆς ψαλμῳδίας, νοητέον ἂν εἴη, τὸ δεῖν πάντως τὸ ὑποκείμενον ἀνάγειν εἰς δοξολογίαν Θεοῦ. οὕτω τοι καὶ τοῖς τελευταίοις μάλιστα τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν αἱ πολλαὶ τῶν τοιούτων ἐπιγραφῶν ἐφευρίσκονται, δι' ὧν ἐστιν ἐννοεῖν, ὅτι τοῖς ἤδη πρὸς τὸ τέλειον φθάσασι τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας, καὶ διὰ τῶν προλαβόντων τῆς ψαλμῳδίας τμημάτων κατὰ τὴν νοηθεῖσαν ἐπ' αὐτῶν θεωρίαν ἐκκαθαρθεῖσιν ἁρμόζει τὸ αἰνεῖν τὸν Θεόν, καὶ ἐν τούτοις εἶναι, ἐν οἷς καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων φύσις εἶναι πεπίστευται. οὔτε γὰρ ἐκείνων μεμαθήκαμεν ἀσχολίαν ἄλλην, πλὴν τοῦ αἰνεῖν τὸν Θεόν, οὔτε τοῖς κατ' ἀρετὴν τελείοις ἕτερόν τι σπουδάζεται, ἢ τὸ τὴν ζωὴν ἑαυτῶν αἶνον εἶναι Θεοῦ παρασκευάσαι. ἐπεὶ τοίνυν οἱ τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντες τοῦ ἀλληλούϊα, πάντες σχεδὸν ἐν τῷ τελευταίῳ τμήματι τῆς ψαλμῳδίας ἐνευρίσκονται, σαφές ἐστι κατανοῆσαι, ὅτι πάσης ὑπέρκειται τῆς ὑψηλῆς διὰ τῶν ψαλμῶν ἀναβάσεως τὸ τελευταῖον τμῆμα τῆς

ψαλμῳδίας, ἐν ᾧ τὸ πλεῖστον Θεοῦ αἶνός ἐστιν, ἤ τοι εἰς τὸ αἰνεῖν τὸν Θεὸν παρακέλευσις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

ΛΕΙΠΕΤΑΙ δὲ ἀπὸ τῶν ἀνεπιγράφων τὴν αἰτίαν, ὡς ἔστι δυνατὸν, καταμηνῦσαι. τὰ δὲ ἐν τῷ μέρει τούτῳ παρ' ἡμῶν εὑρισκόμενα, ἐν τῇ δοκιμασίᾳ τῶν ἐντυγχανόντων προκείσθω, ἢ δέξασθαι τὰ ἡμέτερα, ἢ πρὸς μείζονα θεωρίαν προσάγειν αὐτῶν τὴν διάνοιαν. ταύτην τοίνυν τὴν διαφορὰν ἐν τοῖς ἀνεπιγράφοις κατενοήσαμεν. τοῖς μὲν γὰρ αὐτῶν αὐτὴ ἐπιγραφῆς ἢ ψαλμῳδίας γίνεται ἐπίνοια, ἐφ' ὧν κοινὸν καὶ παρ' Ἑβραίοις καὶ παρ' ἡμῖν, τὸ μὴ εἶναι ἄλλην ἐπιγραφὴν τῶν ὑποκειμένων, εἰ μὴ ταύτην μόνην τὴν τοῖς ῥητοῖς ἐμφαινομένην διάνοιαν. τοῖς δὲ λοιποῖς ἐπιγραφαὶ μέν εἰσιν ἐκκλησιαστικαί τε καὶ μυστικαὶ, καὶ τῆς κατὰ τὸ μυστήριον ἡμῶν εὐσεβείας σημαντικαὶ, ἀλλὰ τοῖς Ἑβραίοις οὐκ εἰσὶ, κατὰ τὴν γεγραμμένην ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κατ' αὐτῶν κατηγορίαν, ὅτι δόγμα ἔθεντο, εἴ τις ὁμολογήσειε τὸν Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. ὅσας τοίνυν ἐκεῖνοι τῶν ἐπιγραφῶν κατενόησαν, ἔνδειξίν τινα περιέχειν τοῦ μυστηρίου, ταύτας οὐ παρεδέξαντο. διὸ καὶ παρασημειοῦται δι' ἀκριβείας ἐπ' αὐτῶν τὸ τοιοῦτον ὁ λόγος τῇ ἀναγνώσει τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιγραφῆς προστιθεὶς, ὅτι παρ' Ἑβραίοις ἐστὶν ἀνεπίγραφος. τῆς τοίνυν διαιρέσεως ταύτης ἐν τοῖς ἀνεπιγράφοις προεκτεθείσης, καιρὸς ἂν εἴη δι' αὐτῶν τῶν ῥητῶν δεῖξαι τῷ λόγῳ τὴν μαρτυρίαν. ὁ προτεταγμένος τῶν ὅλων ψαλμὸς ἐπιγραφῆς οὐκ ἐδεήθη. φανερὸς γάρ ἐστι τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὁ τῶν λεγομένων σκοπὸς, ὅτι εἰσαγωγικὸς πρὸς φιλοσοφίαν ἐστὶν ἀποστῆναι τοῦ κακοῦ συμβουλεύων, καὶ ἐν τῷ ἀγαθῷ γενέσθαι, καὶ ὁμοιοῦσθαι τῷ Θεῷ κατὰ δύναμιν. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὴ δεῖν ἀσεβεῖν, ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ μακαρισμοῦ προσετάχθη, ὁ δεύτερος, ὅπως ἂν ἔξω τῆς ἀσεβείας γενώμεθα, ὑποτίθεται τὸ εὐαγγελικὸν προαναφωνήσας μυστήριον, ὥστε τρόπον τινὰ ἐπιγραφὴν τοῦ δευτέρου ψαλμοῦ τὸν πρῶτον εἶναι. λέγει γὰρ τὴν διὰ σαρκὸς ἐκ γέννησιν τοῦ σήμερον μὲν γεννηθέντος δι' ἡμᾶς (χρόνου δὲ μέρος ἐστὶ τὸ σήμερον) ἀεὶ δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς

A in qua maximam partem Dei laus continetur, vel cohortatio ad concelebrandas diuini Numinis laudes.

CAPVT VIII.

SVPEREST, vt quoad vires ferunt, rationem illorum diſquiramus, qui inſcriptione carent; quæ verò hac in parte adferemus, iudicio lectorũ committimus, vt vel noſtra probent & recipiant, vel ad maiora excogitanda induſtriam ſuam conuertant. Hanc ergo in Pſalmis, inſcriptione carentibus, differentiam reperimus, quia nonnullis loco inſcriptionis eſt ipſa totius Pſalmi B ſententia, quibus & apud nos, & apud Hebræos commune eſt, vt alia inſcriptione quæ ſequuntur, non inſigniantur, quam ipſo, qui verbis Pſalmi ſubijcitur ſenſu: Aliis autem præfiguntur inſcriptiones, ſed Eccleſiaſticæ & myſticæ, myſteriiſque, quod ad noſtræ pietatis diſciplinam pertinet, ſignificatrices, ſed apud Hebræos non ſunt, conuenienter videlicet illi in Euangelio aduerſus ipſos accuſationi: *Quoniam legem tulerunt, vt ſi quis confiteatur Chriſtum, extra ſynagogam fiat.* Quaſcumque igitur inſcriptiones ipſi animaduertunt con- C tinere demonſtrationem quandam myſterij Dominici, illas repudiarunt. Qua de cauſſa accuratè etiam verba, quæ lectioni inſcriptionis Eccleſiaſticæ præfixa ſunt, monẽt, & contra illos notant, huiuſmodi Pſalmos apud Hebræos inſcriptionibus carere. Hunc in modum expoſito Pſalmorum diſcrimine, qui inſcriptione non prænotantur, tempus exigere videtur, vt id quod aſſerimus, ipſis Pſalmorum verbis confirmemus. Ergo primus omnium Pſalmus inſcriptione opus non habuit; nam quis ſit finis eorum, quæ in illo dicuntur, manifeſtum eſt lectoribus. Eſt námque D velut introductio ad Philoſophiam ſpiritualem, ſuadens vt à malo recedamus, & ad bonũ accedamus, & vt pro viribus ad ſimilitudinẽ Dei cõtendamus. Poſtquã autẽ in ipſo beatitudinis principio moniti ſumus, vt ab impietate deſiſtamus, hinc vt ab ea liberemur, profert nobis inſonátque ſecundus Pſalmus Euangelicum myſterium, vt proinde primus Pſalmus ſit quodammodo inſcriptio ſecundi. Exponit enim natiuitatem ſecundùm carnem eius, qui hodie propter nos natus eſt. (nam illud *hodie* pars temporis eſt) qui ſemper ex

De Pſalmis, qui inſcriptione carent.

Ioan. 9.

Patre, & in Patre Filius eſt, & Deus. Simúlq. explicat regnum & imperium in eos qui ſub imperio antea non erant, qui ea de cauſa, quòd Deo nõ ſeruirent, gentibus annumerabantur, ſui iuris & exleges, vel potius iniqui, eò quod diuinam legem non reciperent, ſed iugum à ſe abijcerent: iugum autẽ vocat præceptum. His autem in regnum quoque quod omnibus ſupereminet, adſcitis, fiunt illi qui olim ſine Domino viuebant, hæredes Dei per fidem in illum qui hodie genitus eſt, & qui Rex ſuper illos conſtitutus eſt, qui & ipſi renati & reges facti ſunt, in quibus virga ferrea, hoc eſt, immutabilis illa potentia, id quod terreſtre & luteũ erat conterens, in incorruptam naturam eos tranſtulit, ſimúlque docuit, in fiducia erga Deum beatitudinem ſitam eſſe. Cùm igitur hæc, quam expoſui ſit Pſalmi ſententia, integrum eſt cuilibet, qui voluerit ex ipſis diuinis verbis probare opinionem & explanationem noſtram, num ea quæ diximus, diuinitùs inſpiratis vocibus quadrent. Reliqui Pſalmi inſcriptionibus carentes, iuxta ea quæ ſuprà tradidimus, Synagogæ quidem Hebræorum, non Eccleſiæ Dei tales ſunt. In omnibus enim reperire eſt inſcriptionem aliquam, quam Iudæus non recipit ob pietatis quæ in ea latet rationem, quam propter infidelitatem ipſi repudiant. Huiuſmodi Pſalmi in vniuerſum ſunt duodecim, (vt ſummatim numerum dicam, quò & accuratiùs, quæ ad ſingulos pertinent, explicentur, ſimúlque cuiuſlibet ordo & diſpoſitio innoteſcat) nempe, trigeſimus ſecundus, & quadrageſimus ſecundus. Poſt hos ſeptuageſimus, & tertius ab iſto. Poſtea nonageſimus, deinde ſecundus ab hoc vſque ad ſextum. Rurſus octauus, & vltimus inter illos qui inſcriptione carent, centeſimus tertius. Hæc igitur eſt ſeries Pſalmorum, qui apud Hebræos nullis inſcriptionibus inſigniũtur. Cauſam cur non recipiant iſtas inſcriptiones aliam non arbitror eſſe, quàm eam quæ ſuprà à me adducta eſt. Sed clarior & dilucidior huius rei demonſtratio erit, ſi paucis quoſdam Pſalmos inſcriptionis expertes, quaſi in tranſcurſu inſpiciamus, vt reprehenſio & accuſatio, quam in perfidos & inſipientes Iudæos inſtituimus, ex ipſa verborum & ſententiarum conſidera-

A καὶ ἐν τῷ πατρὶ ὄντος υἱοῦ καὶ Θεοῦ. τήν τε βασιλείαν ἐπὶ τῶν ἀβασιλεύτων, οἳ διὰ τὸ μὴ δουλεύειν Θεῷ, ἔθνεσιν ἦσαν κατειλεγμένοι· αὐτόνομοί τινες ὄντες, μᾶλλον δὲ ἄνομοι, τὸ τὸν θεῖον μὴ παραδέξασθαι νόμον, ἀλλ᾽ ἀποῤῥῖψαι ἀφ᾽ ἑαυτῶν τὸν ζυγόν. ζυγὸν δὲ λέγει τὴν ἐντολήν. τῆς δὲ τοῦ παντὸς ὑπερκειμένης βασιλείας, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐλθούσης, οἱ ποτὲ ἀδέσποτοι, Θεοῦ κληρονόμοι γίνονται διὰ τῆς εἰς τὸν σήμερον γεννηθέντα πίστεως. τοῦτον λέγω, τὸν καταστάντα βασιλέα ἐπ᾽ αὐτῶν. καὶ αὐτοὶ γεννηθέντες καὶ B βασιλεῖς γενόμενοι. ἐφ᾽ ὧν ἡ σιδηρᾶ ῥάβδος, τουτέστιν, ἡ ἄτρεπτος δύναμις περιθρύψασα τὸ γήϊνόν τε καὶ ὀστράκινον, εἰς τὴν ἀκήρατον φύσιν μετεστοιχείωσεν. διδάξας ὅτι μόνον ἐστὶ μακάριον, τὸ ἐπ᾽ αὐτὸν πεποιθέναι. ταύτης δὲ οὔσης τοῦ ψαλμοῦ τῆς διανοίας, ἣν ἐξεθέμην, ἔξεστιν τῷ βουλομένῳ δι᾽ αὐτῶν τῶν θείων ῥημάτων δοκιμάσαι τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν, εἴπερ ἐφαρμόζει τὰ παρ᾽ ἡμῶν εἰρημένα τῇ θεοπνεύστῳ φωνῇ. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνεπιγράφων κατὰ τὸν προαποδοθέντα λόγον ἡμῖν, τῇ συναγωγῇ τῶν C Ἑβραίων, οὐ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, τοιοῦτοί εἰσιν. ἐπὶ πάντων γάρ ἐστιν εὑρεῖν τινα πάντως ἐπιγραφὴν, ἣν ὁ Ἑβραῖος οὐ δέχεται διὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον, καὶ ἣν ὑπὸ ἀπιστίας οὐ προσεδέξατο, εἰσὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι ψαλμοὶ, ὡς ἐν κεφαλαίῳ μὲν τὸν ἀριθμὸν εἰπεῖν, δύο καὶ δέκα, ὡς ἂν καὶ ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτῶν ἐκτεθείη, καὶ τὴν τάξιν τῆς ἀκολουθίας ἐφ᾽ ἑκάστῳ γνωρίσωμεν, ὁ δεύτερος καὶ τριακοστὸς, καὶ τεσσαρακοστὸς καὶ δεύτερος. ἐπὶ τούτοις ὁ ἑβδομηκοστὸς, εἶτα ὁ τρίτος μετ᾽ αὐτὸν, καὶ μετὰ τούτους ὁ ἐνενηκοστός. εἶτα D καὶ ὁ δεύτερος, καὶ καθεξῆς ἕως τοῦ ἕκτου, καὶ πάλιν ὁ ὄγδοος· καὶ τελευταῖος ἐν τοῖς ἐπιγράφοις, ἑκατοστός τε καὶ τρίτος. ἡ μὲν οὖν τάξις τῶν παρ᾽ Ἑβραίοις ἀνεπιγράφων ψαλμῶν αὕτη. τὴν δὲ αἰτίαν τοῦ μὴ παραδεχθῆναι παρ᾽ αὐτῶν τὰς ἐπιγραφὰς ταύτας, οὐκ ἄλλην οἶμαι εἶναι παρὰ τὴν εἰρημένην εἶναι. μᾶλλον δ᾽ ἂν ἡμῖν ὁ περὶ τούτων λόγος εἰς ἀπόδειξιν ἔλθοι, εἰ δι᾽ ὀλίγων τινὰς τῶν ἀνεπιγράφων ψαλμῶν ἐξ ἐπιδρομῆς θεωρήσωμεν, ὡς ἂν ἡ κατηγορία τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνης δι᾽ αὐτῆς τῶν ῥητῶν θεωρίας τὸ πιστὸν

ἔχοι. ἐπεὶ τοίνυν ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐλθόντι κελεύει ὁ ψαλμὸς ἐπαγάλλεσθαι, λέγων. ἀγαλλιᾶσθε δίκαιοι ἐν κυρίῳ, ὡς τοῦ παντὸς ἐπιστατοῦντι, καὶ ἐξ οὐκ ὄντος τὸ πᾶν εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντι, καὶ συντηροῦντι ἐν τῷ εἶναι τὰ πάντα. οὗ τὸ πρόσταγμα οὐσία γίνεται. αὕτη γὰρ τῶν θείων ῥημάτων ἡ ἔννοια. ὅτι αὐτὸς εἶπε καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν. οὗτος μακάριον ποιεῖ τὸ ἔθνος τὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ στηριζόμενον. ἡμᾶς λέγων τὸ ἔθνος, οἷς ἡ ἐλπὶς τῆς σωτηρίας τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐστιν, ᾧ συνονομαζόμεθα οἱ πεπιστευκότες. ὅτι ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ κύριος, τοῦ ἰδεῖν πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ ἑτοίμου κατοικητηρίου. κατοικητήριον δὲ αὐτοῦ ἕτοιμον, τὸ ἀεὶ ὄν, τὸν πατέρα ὠνόμασεν, οὗ τὸ εἶναι ἀεί ἐστιν, οὐκ ἔκ τινος γινόμενον, ἀλλὰ πάντοτε ἕτοιμον· καὶ οὐ ξενιζόμεθα, ὅτι ἐξ ἐκείνου τοῦ ἑτοίμου κατοικητηρίου τοῖς τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς καταμίγνυται υἱὸς ἀνθρώπου γινόμενος. διὰ τὸ πεπεῖσθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν. εἰ γὰρ ἐκείνου πλάσμα ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, τί καινὸν ἐκ τοῦ μυστηρίου μανθάνομεν; ὅτι ὁ δεσπότης τῆς φύσεως εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, ἀλλ' οἱ Ἑβραῖοι αὐτὸν οὐκ ἐδέξαντο. διὰ τοῦτο ἡ ἐπιγραφὴ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὁ ἥλιος τῷ μὴ βλέποντι. ὅθεν τὸν κατὰ σάρκα τοῦ νόμου δρόμον, ὃν ψευδῆ ἵππον λέγει, καὶ πᾶσαν τὴν σωματώδη τῶν ἐντολῶν κατανόησιν, ὅπου δ' ἂν εἴη ὁ γίγας, ἄχρηστον εἰς σωτηρίαν κρίνομεν· καθὼς διαβάλλει ὁ ψαλμῳδὸς τὰ τοιαῦτα δι' αἰνίγματος λέγων. ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. βλέποντες δὲ ἐπὶ τὸν ῥυόμενον ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς ἡμῶν διὰ τῆς οὐρανίας τροφῆς (καθώς φησιν ὁ προφήτης, ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν, καὶ τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ) φαμὲν ἐκφιο, ὅτι ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπομένει τῷ κυρίῳ, τῷ ἐξ οὐρανοῦ ἡμᾶς ἐπιβλέψαντι. καὶ ὅτι γένοιτο κύριε τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σέ. διὰ ταῦτα τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ψαλμοῦ τούτου ὁ Ἑβραῖος οὐ δέχεται. πάλιν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ τεσσαρακοστός τε καὶ δεύτερος τοῖς Ἑβραίοις ἐπιγραφὴν οὐκ ἔχει, δεικνύντος, οἶμαι, τοῦ λόγου, ὅτι τὸ ἐν

A tione cōfirmetur, fidémq. ſibi cōciliet. Venienti igitur ex cœlo in terram iubet Pſalmus applaudere his verbis: *Exultate iuſti in Domino*, & applaudite, tãquam vniuerſitatis huius moderatori, qui ex nihilo omne quod eſt, ad eſſe eduxit, & omnia in ſuo eſſe cōſeruat, cuius præceptum eſt rerũ ſubſtantia. Hæc enim notio ſubijcitur diuinis illis verbis: *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt*. Hic beatã facit gentem, quæ nomine ipſius nititur, nos per gentem intelligens, quibus ſpes ſalutis in nomine Chriſti poſita; quique cùm credidimus, à Chriſto Psal. 32.

B nomen accepimus. *Quoniam de cœlo reſpexit Dominus, vt videat omnes filios hominũ, de præparato habitaculo ſuo.* præparatũ eius habitaculũ, quódq. ſemper eſt, Patrem appellauit, cuius eſſe ſemper eſt, quippe qui ex nullo ſit genitus, ſed ſemper præparatum eſt hoc habitaculũ; neque aberrabimus, ſi credamus eum ex illo præparato habitaculo deſcendentem, filiis hominum aggregatum eſſe, factum hominis filium, eò quòd nobis certò perſuaſum ſit, ipſum eſſe qui *finxit ſigillatim corda ipſorum*. Si enim ipſius figmẽtum eſt

C humana natura, meritò quærat quis, quid noui ex hoc myſterio diſcamus? Illud videlicet, Dominum naturæ in propria veniſſe, & ab Hebræis receptum non eſſe. Quocirca inſcriptio illis nulla, vt nec Sol illi, qui nihil videt. Vnde curſum legis ſecundùm carnem, quẽ *fallacem equum* nominat, & omnem illam corporalem mandatorum intelligentiam, quæ fortaſſis fuerit ille gigas, nihil ad ſalutem conferre iudicamus; prout & ipſe Pſalmorum ſcriptor talia ænigmate quodam traducit, cùm ait; *Fallax equus ad ſalutem, & gigas non ſaluabi-*

D *tur in multitudine virtutũ ſuæ.* Reſpicientes verò in eum, qui liberat à morte animas noſtras per cœleſtem cibum, (quemadmodum Propheta dicit; *Oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius, vt liberet à morte animas eorum, & alat eos in fame*) illud proferimus: *Anima noſtra ſuſtinebit Dominum, qui ex cœlis nos intuetur*, &; *Fiat Domine miſericordia tua ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.* Ibidem.

Propter hæc repudiat Iudæus Pſalmi illius inſcriptionem. Rurſus ob eandem rationem Pſalmus quadrageſimus ſecundus apud Hebræos inſcriptione non prænotatur. Oſtendit, arbitror, ipſa verborum Pſalmi ſeries, myſterij in De Pſalmo 42. vulg. edit. Pſal. David. 70

Pſalmo hoc explicati, eos, qui ſectæ Iudaicæ addicti ſunt, capaces non eſſe. Cohortatur namque, vt renouata iuuentute introeamus ad altare. Sed Iudæum nulla huius rei cura tangit. Non enim renouari ſeſe patitur myſterio ſalutis per ſupernam regenerationem. Inſcriptio Pſalmi ſeptuageſimi, quæ in editione Eccleſiæ ſic habet: *Pro filiis Ionadab, & priorum captiuorum*, ab Hebræis omnino prætermiſſa eſt. Cuius cauſa clarè liquet. Nam cùm in his tam perſpicua ſint de Domino noſtro oracula, coarguitur Iudæorum perfidia & incredulitas, vtpotè qui nolint tam manifeſtam de myſterio hoc doctrinam recipere. Quemadmodum enim illi qui oculis laborant, vel affectione illa tenentur, quæ aquæ metus dicitur, neque ſolaris radij acceſſionem, neque conſpectum aquæ tolerare poſſunt, ſed tremulis ſuperciliis, illi quidem male affecti oculos à radiis; illi verò, qui aquam metuunt ab aquæ intuitu auertunt: pari modo & Iudæorum improbitas ſilentio veritatem reprobat, eò quod diuinæ prædicationis gloriam confiteri nolit. Licet porrò ex ipſa Pſalmi ſerie prophetiæ illius arcana cognoſcere. Dicit enim in Pſalmo ſeptuageſimo, cuius inſcriptio eſt: *De prioribus captiuis*, tamquam ex perſona captiuorum, cùm alia quædam ſupplicantis orationi conſentanea, tum illud: *Eripe me de manu peccatoris, de manu contra legem agentis & iniqui.* Quibus verbis deſignat illum, qui vitam noſtram in captiuitatem redegit; Et ſequentibus verbis, poſt multas ad conſolationem accommodatas voces, reditum ex captiuitate deſcribit, cùm ait: *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes, multas & malas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me, multiplicaſti magnificentiam tuam ſuper me, & conuerſus conſolatus es me.* Clariùs verò ex magni Pauli doctrina cognoſcemus quomodo ex abyſſis reducatur, qui pondere peccati in profundum detractus eſt, de quo inquit: *Ne dicas in corde tuo, Quis aſcendet in cælum? quod eſt Chriſtum deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? Hoc eſt Chriſtum à mortuis reuocare.* Vnde enim introiuit in mundum mors, inde iterum eiecta eſt.

De Pſalmo 70.

Rom. 10.

A τοῦ ψαλμικοῦ τούτου μυστήριον τοῖς Ἑβραΐζουσιν κατὰ τὴν αἵρεσιν ἀπαράδεκτον ἦν. εἰσελθεῖν γὰρ εἰς τὸ θυσιαστήριον ἐπαγγέλλεται, νέος γενόμενος, ἀλλὰ τῷ Ἑβραίῳ τοῦτο οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ δέχεται τὸ μυστήριον τῆς σωτηρίας διὰ τῆς ἄνωθεν γεννήσεως ἀνανεώσασθαι. ἐν δὲ τῷ ἑβδομηκοστῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐκδόσεως ἐπιγραφὴν ἐχούσης ὑπὲρ τῶν υἱῶν Ἰωναδάβ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων, παρὰ τοῖς Ἑβραίοις τοῦτο σεσίγηται. ἡ δὲ αἰτία σαφής ἐστιν, ὅτι φανερωτέρας τῆς εἰς τὸν κύριον προφητείας ἐν τούτοις οὔσης, ἡ ἀπιστία τῶν Ἰουδαίων κατηγορεῖται, ὡς δέξασθαι τὴν φανερὰν τοῦ μυστηρίου B διδασκαλίαν μὴ δυνηθέντων. ὥσπερ γὰρ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσοῦντες, ἢ τῷ πάθει τῆς ὑδροφοβίας περιπεσόντες, οὔτε τῆς ἀκτῖνος τὴν προσβολὴν οὔτε τοῦ ὕδατος ἐκεῖνοι τὴν ὄψιν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑποφέρουσιν, ἀλλὰ μεμυκόσι τοῖς βλεφάροις, οἱ μὲν ἐμπαθεῖς τὰ ὄμματα τῆς ἀκτῖνος χωρίζονται· οἱ δὲ ὑδροφοβοῦντες τῆς τοῦ ὕδατος ὄψεως. τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων κακία διὰ τοῦ μὴ θέλειν ὁμολογεῖν τὴν δόξαν τοῦ θείου κηρύγματος, ἀπαράδεκτον ποιεῖ, διὰ τῆς σιωπῆς τὴν ἀλήθειαν. C ἔξεστιν δὲ καὶ δι' αὐτῆς τῆς ψαλμῳδίας ἐπιγνῶναι τὰ τῆς προφητείας αἰνίγματα. λέγει γὰρ ἐν τῷ ἑβδομηκοστῷ, ἐν ᾧ περὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων ἐστὶν ἡ ἐπιγραφή, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ αἰχμαλώτου ὁ λόγος. ἄλλα τέ τινα πρέποντα τῇ τοῦ ἱκέτου φωνῇ, καὶ ὅτι ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος. τούτοις τοῖς ὀνόμασι τὸν αἰχμαλωτίσαντα ἡμῶν τὴν ζωὴν ἐνδεικνύμενος. καὶ ἐν τοῖς ὑπολοίποις μετὰ πολλὰς τὰς παρακλητικὰς ἐκείνας φωνάς, τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας γενομένην ἐπάνοδον διασημαίνει τῷ λόγῳ· ἐν οἷς φησιν, D ὅτι ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακάς. καὶ ἐπιστρέψας ἐζωοποίησάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς, πάλιν ἀνήγαγές με· ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ τὴν μεγαλωσύνην σου, καὶ ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με. ἔστι δὲ σαφέστερον ἐκ τῆς τοῦ μεγάλου Παύλου διδασκαλίας νοήσαντα, πῶς ἐκ τῶν ἀβύσσων ἀνάγεται ὁ τῷ βάρει τῆς ἁμαρτίας καθελκυσθεὶς εἰς τὴν ἄβυσσον. περὶ οὗ φησιν, μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστιν Χριστὸν καταγαγεῖν. ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι, Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. ὅθεν γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ θάνατος, ἐκεῖθεν πά-

λιν τὸ ἐξῳκίσθη. δι' ἀνθρώπου εἰσῆλθεν, δι' ἀνθρώπου καὶ ἐξοικίζεται. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἤνοιξεν τῷ θανάτῳ τὴν εἴσοδον· διὰ τοῦ δευτέρου ἡ ζωὴ ἀντεισάγεται, ἧς ἡ εἴσοδος ἀφανισμὸν τοῦ θανάτου ἐργάζεται. διὰ τοῦτο ἐν τῇ ἀβύσσῳ τοῦ θανάτου, κατέβη διὰ τοῦ πάθους εἰς τὴν ἄβυσσον ταύτην, ἐφ' ᾧτε συναγαγεῖν ἑαυτῷ πάλιν ἐπὶ τὰ ἄνω τὸν βυθόν. ταῦτα γὰρ δι' ἀκριβείας, ἡ μεγάλη τοῦ ἀποστόλου φωνὴ διεσάφησεν, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τούτων εἰπών, φησὶν καὶ τοῦτο. ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν· οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθησόμεθα. διὰ τοῦτο τῆς ἐπιγραφῆς ὑπὲρ τῶν αἰχμαλωτισθέντων γενεᾶς τὴν διὰ σαρκὸς οἰκονομίαν τοῦ κυρίου βοώσης, βύουσι τὴν ἀκοὴν Ἑβραῖοι, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν οὐ παραδέχονται. οὕτως ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ τὴν αὐτὴν εὑρήσεις αἰτίαν, τὴν μὴ παραδέχεσθαι τοῖς Ἑβραίοις, τὴν δηλωτικὴν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοφανείας ἐπιγραφήν. ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ μνημονευθεὶς ψαλμός, αἶνός ἐστιν ᾠδῆς. πᾶς γὰρ αἶνος εἰς Θεὸν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. οἱ δὲ Ἑβραῖοι σιγῶσι τὸν αἶνον, καὶ τοῖς αἰνοῦσι τὸν κύριον, σιγᾶν ἐγκελεύονται. κωλύειν γὰρ ἐπιχειροῦσιν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς παῖδας αἰνεῖν ἐπὶ τῇ εὐποιΐᾳ τὸν κύριον, καθὼς στηλιτεύει αὐτῶν τὴν ἀγνωμοσύνην τὸ εὐαγγέλιον. αὐτὰ δὲ τοῦ αἴνου τῆς ᾠδῆς ταύτης τὰ ῥήματα, περιττὸν ἂν εἴη διὰ τῆς θεωρίας ἀποδεικνύειν, πρὸς τὸν κύριον βλέποντα, γυμνότερον αὐτῆς τῆς λέξεως τῶν γεγραμμένων τὴν τοιαύτην ἐμφαινούσης διάνοιαν. ὁ δὲ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ ἐνενηκοστόν, ἔχει τι πάλιν ἐν τῇ ἐπιγραφῇ φανερώτερον, οὗ χάριν φεύγει ὁ Ἰουδαΐζων τὴν τῆς ἐπιγραφῆς συγκατάθεσιν. ἡ γὰρ λέξις οὕτως φησί. αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου, ὅτε κατῴκισται ἡ γῆ. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν τῶν παραδεδεγμένων τὸν περὶ τῆς εὐσεβείας λόγον, ὅτι τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, τὸ κατὰ τοῦ θανάτου ἐνηργήθη μυστήριον, ἀκριβῶς κατὰ τὸν νόμον ἀκινήτου μείναντος ἐν τῷ μνηματικοίτης ἐκείνου σώματος. καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅτε κατῳκίσθη ἡ γῆ ὑπὸ τοῦ οἰκιστοῦ ἡμῶν. ὃς διὰ τοῦ καταλῦσαι τὸν καθαιρέτην τῆς ἡμετέρας οἰκήσεως. πάλιν τὸ ἐρριπωθὲν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνῳκοδόμησεν. ὁ δὲ καθαιρέτης ἡμῶν ὁ θάνατος ἦν, ὃν τότε κατήργησεν. ὅτε ἡμῖν μὲν σαββατίζειν ἐδόκει μένων ἐν ᾧ ἦν τόπῳ ἀκίνητος. τὴν δὲ τοῦ θανάτου κατηγωνίζετο δύναμιν,

A Per hominem intrauit, per hominem etiam eijcitur. Primus homo aditum mortui patefecit: per ſecundum vita reducitur, cuius ingreſſus abolitionem mortis efficit. Propter hoc in abyſſum mortis deſcendit per paſſionem, vt ſecum ad ſuperna reduceret eum qui in profundum corruerat. Hæc accuratè magnus Apoſtolus patefecit, vt & alia multa, & præter cætera illud: *Quemadmodum in Adam omnes morimur, ſic in Chriſto omnes viuificamur*. 1 Cor. 15. Quocirca cùm inſcriptio, Pro *captiuis*, clara voce annunciet B Domini noſtri in carne œconomiam & diſpenſationem, aures obturant Iudæi, inſcriptionémque reijciunt. Sic in nonageſimo Pſalmo eandem repereris cauſam, videlicet inſcriptionem diuinæ apparitionis Chriſti in carne ſignificatricem. Pſal. 90. Apud nos enim prædictus Pſalmus ita habet: *Laus cantici*. Nam omnis laus ad Deum refertur. At Hebræi laudem reticent, dominúmque laudantibus ſilentium imperant. Etenim & pueros in templo Dominum ob beneficia laudantes, cohibere conantur, prout Euangelium Matth. 21. de hac illorum inſipientia, velut in co- C lumnam inciſa, teſtificatur. Superfluum verò fortaſſis fuerit, ſi ipſa laudis cantici huius verba, per conſiderationem ſingulorum, oſtendere coner ad Dominum ſpectare, cùm ipſa deſcriptionis dictio & oratio planiùs & clariùs hunc ſenſum repræſentet. Nonageſimus ſecundus autem aliquid in inſcriptione manifeſtius præ ſe fert, propter quod Iudæus inſcriptionem illam non admittit. Sic enim ad verbum habet: *Laus cantici Dauid in diem Sabbati, quando fundata eſt terra.* Pſal. 92. Quis enim ex illis, qui pietatis diſciplina imbuti ſunt neſcit, die Sabbati, illud contra D mortem myſterium peractum eſſe, immobili manente ſecundùm legis præſcriptionem, in cubili ſepulchri, corpore illo? Quis item neſcit, quæ ſit dies, quando terra creata & fundata eſt à conditore noſtro, qui euertendo habitationis noſtræ euerſorem rurſus, id quod ſolo æquatum erat, ex fundamentis reſtituit. Euerſor autem noſter mors erat, quem tunc euacuit, quando nobis quidem requieſcere, & ſabbatum agere videbatur, manens in quo erat loco, immobilis. Mortis verò potentiam debellauit, ſeipſo viam

ſternens omnibus mortuis ad reſurrectionem ex morte. Sed non recipit Sabbati myſterium inimicus crucis Chriſti. Quapropter & hæc laudatio apud ipſos inſcriptione caret: non enim concedunt, hunc eſſe Dominum, qui cùm ſeipſum nobis conformaſſet, noſtrámque confuſionem in forma ſerui induiſſet, rurſus regnauit, & proprium decorem induit, & potentiam ſibi circumdedit. Potentia verò & decor Filij, Pater eſt. Hic diſſolutam peccato naturam iterum corroborauit, vt ne amplius ad peccatum delaberetur, neque procellis illis, quæ in peccato exiſtunt, agitaretur: multáque alia diuinæ gratiæ beneficia, cùm per ænigmata decantaſſet, fluuios quoſdam valde ſonantes inducit, Euangelicas, vt arbitror, voces deſignans. Et quid opus eſt ſingula, quæ in pſalmodia ſcripta ſunt, perſequi; cùm nulla ſit in diuinis dictis dubitatio, quin tota illa hymnodia in illum competat, qui aſcendit in iubilatione, qui teſtimonia ſua legitimâ confeſſione firmat, qui ſanctificatione ſpiritus propriam Eccleſiæ domum inſignire conſtituit. Similiter nonageſimi tertij inſcriptionem eandem ob cauſam Iudæus non recipit, quæ his verbis concepta eſt.

Pſal. 93. *Dauidi quarta Sabbati ſine inſcriptione apud Hebræos.* Cæterùm myſterium, quod in hoc Pſalmo continetur, œconomiam paſſionis explicat, cùm enim Dominus quinta Sabbati à Iuda proditus ſit, in ea, quæ hanc diem antecedit, is qui totum mundum ſeipſo redemit, à proditore quodammodo venditus eſt; ſic enim & à Propheta Hieremia factum hoc nominatur, cùm ait: *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati.*

Matth. 27. Eo autem conſilio, vt mihi perſuadeo, venditur, vt nos ſub peccato venditos, ſua venditione emat. Quamobrem præuidens Propheta, id quod futurum erat, ira quadam in facinus illud concitatur, Deum vltionis illum vocitans, & vt exaltetur, qui propter nos humiliatus eſt, commonens quò reddat ſuperbis dignam retributionem, ne in ſua malitia glorientur peccatores: ad quos clamat, ſtultos & inſipientes illos appellans, qui eius, qui apparuit, diuinitatem inficiantur; Nam inſipientis proprium eſt, quod alibi tradit, aſ-

A ὁδοποιῶν δι' ἑαυτοῦ τοῖς πιστεύουσι πᾶσι τὴν ἐκ τοῦ θανάτου ἀνάστασιν. ἀλλ' οὐ δέχεται τὸ τοῦ σαββάτου μυστήριον ὁ ἐχθρὸς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ. διὸ καὶ οὗτός ἐστιν ὁ αἶνος παρ' αὐτοῖς ἀνεπίγραφος. οὐ γὰρ συντίθενται ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κύριος, ὁ καθ' ἡμᾶς ἑαυτὸν σχηματίσας, καὶ τὴν ἀσχημοσύνην ἡμῶν περιβαλλόμενος ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, πάλιν ἐβασίλευσεν, καὶ τὴν ἰδίαν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ τὴν ἑαυτοῦ περιεβάλετο δύναμιν. δύναμις δὲ καὶ εὐπρέπεια τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ ἐστιν. οὗτος λυθεῖσαν δι' ἁμαρτίας τὴν φύσιν, πάλιν στερρὰν ἀπειργάσατο· ὡς μηκέτι αὐτὴν πρὸς κακίαν ἀπωσθῆναι, μηδὲ τὸν ἐν ἁμαρτίᾳ B δέχεσθαι σάλον. καὶ πολλὰ δὲ ἄλλα δι' αἰνιγμάτων ἀνευφημήσας τὴν χάριν, ποταμούς τινας μεγάλα ἠχοῦντας τῷ λόγῳ προστίθησιν, τὰς εὐαγγελικάς, ὡς οἶμαι, λέγων φωνάς. καὶ τί χρὴ τὰ καθ' ἕκαστον διεξιέναι τῶν ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ γεγραμμένων; οὐδεμιᾶς οὔσης ἐν τοῖς θείοις ῥητοῖς ἀμφιβολίας τοῦ εἰς ἐκεῖνον βλέπειν τὴν ὑμνῳδίαν, τὸν ἀναβάντα Θεὸν ἐν ἀλαλαγμῷ. καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ διὰ τῆς ἀγαθῆς ὁμολογίας πιστούμενα. καὶ τὸ ἁγίασμα τοῦ πνεύματος τοῦ ἰδίου οἴκου τῆς ἐκκλησίας ἐμπρέψαι παρασκευάσαντα. ὡσαύτως δὲ τῆς τετάρτου μετὰ τὸν ἐνενηκοστὸν διὰ τὴν C αὐτὴν αἰτίαν ὁ Ἑβραῖος τὴν ἐπιγραφὴν οὐ παραδέχεται. ἔχει δὲ ἡ λέξις τῆς ἐπιγραφῆς οὕτως, τοῦ Δαβὶδ τετράδι σαββάτων, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. τὸ δὲ ἐν τούτῳ μυστήριον, τὴν περὶ τὸ πάθος οἰκονομίαν παραγγέλλει. τῇ γὰρ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου τῆς προδοσίας παρὰ τοῦ Ἰούδα λυτρούμενος, ὑπὸ τοῦ προδότου τρόπον τινὰ πωλεῖται. οὕτω γὰρ καὶ παρὰ τῆς προφητείας Ἱερεμίου τὸ γενόμενον ὀνομάζεται. καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου. διὰ τοῦτο D δέ, οἶμαι, πωλεῖται, ἵνα τῇ ἑαυτοῦ πράσει τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πεπραμένους ἐξαγοράσῃ· ὅθεν προϊδὼν ὁ προφήτης τὸ ἐσόμενον, θυμῷ τινι πρὸς τὸ γινόμενον διεγείρεται, Θεὸν ἐκδικήσεως αὐτὸν ὀνομάζων. καὶ ὑψωθῆναι τὸν δι' ἡμᾶς ταπεινωθέντα παρακαλεῖ, ἀποδοῦναι τοῖς ὑπερηφάνοις τὴν κατ' ἀξίαν ἀνταπόδοσιν, ὡς ἂν μὴ ἐπικαυχῶντο οἱ ἁμαρτωλοὶ τῇ κακίᾳ. πρὸς οὓς βοᾷ, ἄφρονας αὐτοὺς καὶ μωροὺς ὀνομάζων, τοὺς μὴ παραδεξαμένους τὴν τοῦ ὀφθέντος θειότητα. ἴδιον γάρ ἐστι τοῦ ἄφρονος, ὡς ἑτέρωθί φησι, τὸ τὸν ὄντα

A τὸν ὄντα Θεὸν μὴ εἶναι λέγειν. βοᾷ δὲ πρὸς τοὺς τοιούτους, ὅτι, συνέτε ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροί ποτε φρονήσατε. τίς ὁ φυτεύσας τὸ οὖς; τίς ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμόν; τίς ὁ παιδεύων τὰ ἔθνη; τίς ὁ γινώσκων τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων; διὰ τούτων γὰρ οἶμαι πάντων τὸν προφήτην κατὰ τὰς ἰάσεις μηνύειν θαύματα, δι' ὧν ὀφθαλμοί τε ἐπλάσσοντο διὰ τοῦ πτύσματος καὶ τῆς γῆς πηλουργούμενοι. καὶ ἀκοαὶ τρόπον τινά, τοῖς ἐστερημένοις τῆς αἰσθήσεως ταύτης, διὰ τῶν δακτύλων ἐνεφυτεύοντο. καὶ ὅσα ἐν τῷ κρυπτῷ τῶν νοημάτων ἐλάνθανεν, παρὰ τοῦ
B βλέποντος τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν διελέγχετο. ἐπεὶ δὲ τούτοις ἐμβοῶν οὐκ ἠκούσθη, πρὸς τὸν κύριον ἐπιστρέφει τὸν λόγον καί φησι, μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς κύριε. καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν. ὡς τοῦ νόμου καθ' ἑαυτὸν ὠφελοῦντος οὐδέν, εἰ μή τις θεία διδαχὴ τὸ ἐγκείμενον αὐτῷ μυστήριον σαφηνίσειεν. καθὼς εἶπεν ὁ αὐτὸς οὗτος προφήτης. ὅτι ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. ἢ τάχα μακαρίζει τὸν ἐξ ἐθνῶν τῷ πνευματικῷ νόμῳ πιστεύοντα, ὃς ἄν-
C θρωπος ὢν τὸν πρὸ τούτου χρόνον, σαρκώδης τε καὶ συμπαραβεβλημένος τοῖς κτήνεσιν, ἐν τῇ παιδεύσει τοῦ θείου νόμου, τῆς κατάρας εἰς εὐλογίαν ἀνταλλαχθείσης, μακάριος γίνεται. ὅτι αὐτῷ μὲν ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τῶν πονηρῶν ἡ ὀργὴ πραΰνεται, ἐκείνῳ δὲ βόθρος ὀρύσσεται. εἶτα μικρὸν ὑποβὰς τὸν σκοπὸν λέγει τῆς κατὰ ἄνθρωπον τοῦ κυρίου οἰκονομίας. εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐβοήθησέ μοι, παρὰ βραχὺ παρῴκησεν ἡ ψυχή μου τῷ ᾅδῃ. ἡ γὰρ βοήθεια τοῦ κυρίου, οὐκ ἀφῆκεν ἡμᾶς τοῦ ᾅδου παροίκους εἶναι. καὶ ὅτι κατὰ τὸ πλῆθος
D τῶν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ὀδυνῶν, ἀντίρροπος ἐγένετο ἡμῖν ἡ ἰατρεία παρὰ τοῦ ἰατρεύοντος. ἐν ᾧ τε καὶ μεῖζον φιλοσοφεῖ, τὸ μὴ ἐξ ἀϊδίου εἶναι τὸ κακὸν δογματίζων. φησὶν γὰρ ὅτι οὐ συμπαρέσταί σοι θρόνος ἀνομίας ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ πρόσταγμα. τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι οὐ συνθεωρεῖταί σοι ἡ τῆς κακίας ἀρχή. ἀρχὴ γὰρ ὁ θρόνος, ὁ τὴν ἁμαρτίαν κτίζων διὰ προστάγματος. δι' ὧν τὸ μὴ ἐξ ἀϊδίου τὴν κακίαν εἶναι, μηδὲ εἰς ἀεὶ παραμένειν αὐτὴν ἐνεδείξατο. ὃ γὰρ μὴ ἀεὶ ὤν, οὐδὲ εἰς ἀεὶ ἔσται. καὶ τὸν τρόπον τῆς τοῦ κακοῦ ἀναιρέσεως διηγεῖται.

A ſeuerare eum, qui verè Deus eſt, non eſſe; quibus proinde acclamat: *Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite:* Quis eſt, qui plantauit aurem? quis qui finxit oculum? qui erudit populos? quis eſt, qui cognoſcit cogitationes hominum? His omnibus puto Prophetam ſignificare mirabilia in ſanationibus peragendis patrata, quando oculi per ſputum & terram illiti reformabãtur & refingebantur, quando auditus aliquo modo iis qui hoc ſenſu priuati erant, per digitos quaſi inſerebatur, & quãdo ea quę in occulto latebant, animi ſenſa,
B ab eo qui ſingulorum cogitationes videt, in apertum prolata ſunt. At cùm his acclamans exauditus non eſſet, ad Dominum ſermone conuerſo inquit: *Beatus, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum:* quaſi lex per ſe nihil profit, niſi diuina aliqua inſtitutio abditum in ipſa ſenſum manifeſtet: quemadmodum hic ipſe Propheta teſtatus eſt, *Reuela*, inquiens, *oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Vel fortaſſis beatum prædicat illum, qui ex gentibus ſpirituali legi aſſenſum præbet, qui cùm
C anteacto tempore eſſet homo carni addictus, iumentiſque ſimilis; in inſtitutione legis diuinæ, execratione in benedictionem commutata, beatus efficitur; quoniam ipſi quidem ira à diebus malis mitigatur, alteri verò fouea foditur. Deinde paululùm progreſſus finem declarat œconomiæ humanitatis à Domino ſuſceptæ his verbis: *Niſi quia Dominus adiuuit me, paulo minus in inferno habitaſſet anima mea.* Auxilium enim Domini non permiſit nos inferni incolas eſſe; ſimúlque aſſerit, multitudini dolorum, qui ex peccatis naſcuntur, æqualem medicinam
D à medico paratam eſſe. Vbi & grandius quiddam innuit, cùm velut dogmate quodam ſtatuit, malum non eſſe ab æterno. Ait enim: *Non adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto.* Senſus eſt: Tecum vnà conſiderari & concipi nequit mali principium. Principium enim intelligitur nomine ſedis, quæ peccatum per præceptum efficit. Quibus oſtendit, peccatum neque ab ęterno eſſe, neque in ęternum perſeueraturum. Quod enim non ſemper erat, id neque ſemper erit; modúmque, quo malum aboletur, explicat,

in Iudæorum parricidio, quod in Dominum admiſerunt, peccati abolitionem prædicens: cùm inquit: *Captabunt in animam iuſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt*; At hoc mihi ſit ſalutis cauſa. Dominus enim morte damnatus, hoc ipſo refugium mihi efficitur; & iſte Deus in *adiutorium ſpei* credentibus conſtituitur, qui in illo iuſto iudicio vnicuique pro meritis reddens, abolebit & in nihilum rediget malitiam peccatorum, non naturam; ſic enim ad verbum ait: *Quoniam reddet illis Dominus iniquitatem eorum, & in malitia eorum diſperdet illos Dominus Deus.* Quibus ſignificat, eos qui nunc peccato inſigniti ſunt & configurati, deſtructum iri; Nam quando malitia non erit, tum neque is qui malitiæ quaſi formam gerit durare poterit. Perdita igitur malitia, eiúſque figurâ in nullo penitus derelictâ, omnes ſecundùm Chriſtum formabimur, & in omnibus vna effulgebit forma, quæ ab initio naturæ noſtræ indita fuerat.

CAPVT IX.

De Pſalmis 94. 95. 96. 97. 103. Cur inſcriptione apud Hebræos careant.

POST hæc ad alia procedit, inſtituto ordine, nullo muſico inſtrumento vtens, ſed propria voce benè ſonantem laudem Deo reponens. Inquit enim: *Laus cantici ipſi Dauid*: quæ inſcriptio apud Hebræos non reperitur. Prouocat enim auditores ad communionem exultationis, & ad iubilationem victoribus conſentaneam. *Venite*, inquit, *exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro.* Sub finem grauiorem & vehementiorem quandam commninationem contra incredulos ſubiungit, qui peruerſo erant pectore, quadraginta annis commorationis in deſerto: quibus benefactorem irritarunt, quique poſtea oblatam per Euangelium remiſſionem peccatorum reſpuerunt; quibus licebat, (*ſi hodie audire voluiſſent vocem eius*, qui in hunc temporis ſtatum venit, & ex ſempiterna illa & anteſeculari magnificentia ad temporalem natiuitatem deſcendit) aperire ſibiipſis ingreſſum in requiem; ſed errorem & incredulitatem, tamquam duces ſemper ſecuti ſunt, tam prioribus quàm poſterioribus temporibus,

A ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ κυρίου μιαιφονίᾳ, τὸν ἀφανισμὸν τῆς κακίας προαγορεύων. λέγει γάρ, ὅτι ὅτι μὲν θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται. τοῦτο δὲ ἐμοὶ σωτήριον γέγονε. ὁ γὰρ καταδικασθεὶς τῷ θανάτῳ κύριος, διὰ τούτου γίνεταί μοι καταφυγή. καὶ οὗτος ὁ Θεὸς εἰς βοήθειαν ἐλπίδος τοῖς πεπιστευκόσι καθίσταται, ὃς ἀποδιδοὺς ἐν τῇ δικαίᾳ κρίσει τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ, ἀφανίσει τὴν πονηρίαν τῶν ἡμαρτηκότων, οὐχὶ τὴν φύσιν. οὕτως εἰπὼν τῇ λέξει, ὅτι καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς κύριος τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ κατὰ πονηρίαν αὐτῶν ἀφανιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ Θεός· B σημαίνων διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι οἱ νῦν μεμορφωμένοι τῇ ἁμαρτίᾳ ἀφανισθήσονται. τῆς γὰρ κακίας οὐκ οὔσης, οὐδὲ ὁ κατ' αὐτὴν μεμορφωμένος ἔσται· ἀπολομένης οὖν τῆς κακίας, καὶ ἐν μηδενὶ τοῦ τοιούτου χαρακτῆρος ὑπολειφθέντος, πάντες κατὰ Χριστὸν μορφωθήσονται, καὶ μία πᾶσιν ἐξαστράψει μορφή, ἡ ἐξ ἀρχῆς ἐπιβληθεῖσα τῇ φύσει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

C ΜΕΤΑ ταῦτα πρόεισι κατὰ τὸ ἀκόλουθον, μηδενὶ τῶν μουσικῶν συγκεχρημένος ὀργάνων, ἀλλὰ διὰ τῆς ἰδίας φωνῆς, τὸν εὔφημον αἶνον διὰ τῆς ᾠδῆς ἀναθεὶς τῷ Θεῷ. φησὶ γάρ, αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ. καὶ αὕτη δὲ τοῖς Ἑβραίοις ἡ ἐπιγραφὴ οὐκ ἔστιν. προκαλεῖται γὰρ τοὺς ἀκούοντας εἰς κοινωνίαν ἀγαλλιάματος, καὶ εἰς ἀλαλαγμὸν ἐπινίκιον. δεῦτε, λέγων, ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ, τῷ σωτῆρι ἡμῶν. καί τινα πρὸς τῷ τέλει καταφορικωτέραν ἀπειλὴν κατὰ τῶν ἀπιστούντων ἔχει, τῶν τὴν αὐτὴν ἐπιδειξαμένων κακόνοιαν. ἔν τε τοῖς τεσσαράκοντα D ἔτεσι τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ διαγωγῆς, ἐν οἷς τὸν εὐεργέτην παρώξυναν, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διὰ τοῦ εὐαγγελίου κατάπαυσιν τῆς ἁμαρτίας μὴ προσιχόμενοι· οἷς ἐξὸν σήμερον ἀκούσασι τῆς φωνῆς τοῦ δι' ἡμᾶς εἰς τὸ σήμερον εἰσελθόντος, καὶ ἐκ τῆς προαιωνίου, καὶ ἀϊδίου μεγαλειότητος, εἰς χρονικὴν γένεσιν καταβάντος, ἀνοῖξαι ἑαυτοῖς τὴν εἴσοδον τῆς ἀναπαύσεως. ἀλλ' ἀεὶ τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἀπιστίαν ὁδηγὸν ἑαυτῶν προβαλλόμενοι, ἔν τε τοῖς προτέροις, καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις,

ὅρκῳ τῆς εἰσόδου τῆς εἰς τὴν κατάπαυσιν τοῦ Θεοῦ ἀποκλεισθήσονται. πῶς γὰρ ἂν εἰσέλθοιεν εἰς τὴν κατάπαυσιν, οἱ ἑκουσίως ἑαυτοὺς τῆς εὐλογίας ἀπαλλοτριώσαντες; οὕτως καὶ μετὰ τοῦτον ὁ πέμπτος καὶ ἐνενηκοστὸς, τοῖς μὲν Ἑβραίοις ἀνεπίγραφος λέγεται· ἡμῖν δὲ ἐστὶν ᾠδὴ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῷ Θεῷ ᾀσθεῖσα, ὅτε ἀνῳκοδομήθη διαλυθεῖσα ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευή. οὕτως γὰρ ἡ τῆς ἐπιγραφῆς ἔχει λέξις. αἶνος ᾠδῆς, ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομήθη μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις· εὐθὺς δὲ τὸ τῆς καινῆς διαθήκης μυστήριον ἐν προοιμίοις ἡ ψαλμῳδία εὐαγγελίζεται, λέγουσα. ᾄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν. εἰκότως δὲ ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ ψαλμοῦ τούτου, παρὰ τοῖς Ἑβραίοις σεσίγηται, ὅτι μετὰ τὰς εὐαγγελικὰς φωνὰς, ἃς ἐν προοιμίοις τῆς ψαλμῳδίας πεποίηται, πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφει τὸν λόγον ἡ προφητεία λέγουσα. ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. καὶ πᾶς ὁ ἐφεξῆς λόγος τοιοῦτός ἐστιν, τὴν ἐπὶ τὰ ἔθνη τῆς εὐλογίας μετάστασιν παραγορεύων. εἴπατε γάρ φησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι κύριος ἐβασίλευσεν· καὶ λυθεῖσαν ὑπὸ κακίας τὴν οἰκουμένην κατώρθωσεν, ὥστε ἀσάλευτον εἰς τὸ διηνεκὲς μένειν· ἐφ' οἷς εὐφραίνονται οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγάλλεται πᾶσα ἡ γῆ, σαλευομένων τῶν θαλασσίων ὑδάτων σὺν τῷ ἰδίῳ πληρώματι, δι' ὧν τροπικῶς τὴν ἐναντίαν ἐνδείκνυται δύναμιν, ταραττομένην τε καὶ ἀσατοῦσαν ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ ζωῇ· ὅταν οὐρανοὶ γινώμεθα, τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ διηγούμενοι, ἡ γῆ διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν καρποφορίας εὐλογουμένη. σαλευθήτω γάρ φησιν ἡ θάλασσα, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. χαρήσεται δὲ τὰ πεδία λέγει. τὸν ὁμαλὸν ἐν ἀρετῇ βίον πεδία λέγων, οὗ καὶ ὁ Ἡσαΐας ἐν τοῖς ἰδίοις λόγοις ἄλλως μέμνηται εἰπὼν, ἀναπληρωθήσεσθαι μὲν καλδίων τὰς φάραγγας, καταστέλλεσθαι δὲ τοὺς βουνοὺς, καὶ τὰ ὄρη. ὅπερ οὐδὲν ἕτερον μοι δοκεῖ, ἢ τὰς ἐλλείψεις τε καὶ ὑπερπλεονάσεις τῆς κατ' ἀρετὴν ἐπιτηδεύσεως παραστῆσαι βουλόμενος ταῦτα λέγει, ὥστε μήτε δι' ἐλλείψεως τοῦ ἀγαθοῦ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον κοιλαίνεσθαι· μήτε ἀνώμαλον διὰ τῆς ὑπερπλεονάσεως. χαρήσεται γάρ φησι τὰ πεδία, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

propterea à Deo ab ingreſſu in illam requiem, etiam iureiurando interpoſito, excluſi ſunt. Quomodo enim introirent in requiem, qui volentes libentérque ſe à benedictione abalienarunt; id quod infrà teſtatur Pſalmus nonageſimus quintus, & ipſe Hebræis nulla inſcriptione prænotatus: Nobis autem eſt Pſalmus ille canticum Deo cantatum poſt reditum ex captiuitate, quando reædificata eſt diſſoluta naturæ noſtræ fabrica: Sic enim inſcriptio ad verbum habet: *Laus cantici, quando domus ædificata eſt poſt captiuitatem, inſcriptione apud Hebræos carens*; qui Pſalmus ſtatim myſterium noui Teſtamenti annunciat, cùm ait: *Cantate Domino canticum nouum*. Meritò autẽ Pſalmi huius inſcriptio apud Hebræos omittitur, quia poſt Euangelicas voces, quas initio Pſalmi præmiſit, ad eos qui ex gentibus ſunt, conuertitur Prophetæ ſermo: *Afferte Domino patriæ gentium; afferte Domino gloriam & honorem, & adorate Dominum in atrio ſancto eius*, & tota quæ ſequitur oratio eiuſmodi eſt, vt benedictionis ad gentes tranſlationem demonſtret: inquit enim: *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit*: totámque rerum vniuerſitatem ab improbitate deſtructam reſtituit, vt in poſterum perpetuò inconcuſſa conſiſtat: ob quæ *lætantur cœli, & exultat omnis terra, commotis aquis maris cum ſua plenitudine*. Quibus tranſlatione quadam ſermonis, aduerſariam poteſtatem ſignificat, turbatam ſcilicet & loco motam ſuper vita noſtra, quando nos quodammodo cœli facti, gloriã Dei enarramus, qui terra ſumus per virtutem fertilitatem benedicti: dicit enim: *Moueatur terra & plenitudo eius*. Lætari verò ais *campos*; per cãpos æquabilem illam virtutis viam ſignificans. cuius & Eſaias ſuis in ſermonibus alio modo meminit, cùm iubet repleri *valles, & complanari colles & montes*: quod mihi nullo alio conſilio dixiſſe videtur, quàm vt oſtenderet, in virtutis ſtudio exceſſum defectúmque, ſeu nimium & parum, diligenter attendendum eſſe, vt neque per defectum boni, virtutis rationem quaſi excauemus, & exinaniamus: neque etiam per exceſſum reddere inæqualem conemur: Dicit enim: *Lætabuntur campi, & omnia quæ in eis ſunt*.

Pſal. 95.

Iſaia 40.

Pſal. 96. Similiter & is qui ſequitur Pſalmus ab Hebræis repudiatus eſt, eò quòd noſtras res, terræque noſtræ conſtitutionem decantet, & annunciet. Inſcriptio enim pſalmodiam hanc ipſi Dauid attribuit, quæ ſic ſe habet: *Ipſi Dauid, quando terra eius reſtituta eſt.* Illud verò, Eius, non ad Dauid, ſed ad Deum referendum eſt. Nam terra, quæ antea per malitiam defecerat, nunc per Dei cognitionem ſtabilem ſortem & conditionem nacta eſt: Nos verò omnes Dei terra ſumus, qui prius in bono inſtabiles, & propterea in maledictionem coniecti fuimus: poſtea verò maledictione ſoluti rurſus conſtantes, & ſtabiles in bono effecti ſumus, & hoc initio ſtatim pſalmodia iſta annunciat, quòd *Domino regnante exultet terra*: quaſi quis dicat, vt lucente ſole terra illuſtratur; ſic prævalente regno Domini, exiſtit in nobis iucunditas regni; verba verò ſic ſe habent: *Dominus regnauit, exultet terra, lætentur inſulæ multæ.* Pulchrè animas, quæ licet tentationibus agitatæ, ſtabilitatem & firmitudinem retinent, *inſulas* appellauit, quas vndique quidem circumdat malitiæ ſalſugo, ſed tantùm allapſu ſuo non poteſt, vt æſtu aliquo virtutis conſtantiam labefactet. Deinde per ea quæ interiecit, naturam extra omnium aſpectûm poſitam nubis & caliginis inuolucro quodam deſcribit: *Nubes enim & caligo in circuitu eius*, ſimúlque terribilem illam ſpeciem oſtendit, quando venerit, vt vnicuique rependat pro meritis, cùm ait: *Ignis in conſpectu eius præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.* Poſtea Euangelicam lucem, lucíſque diffuſionem demonſtrat. Fulgura appellans diuinæ prædicationis ſermones, qui per totum terrarum orbem effulgent. Dicit enim: *Illuxerunt coruſcationes orbi terræ*, altitudinémque Euangelicorum myſteriorum ſequentibus verbis oſtendit, cùm ait: *Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius.* Euerſionem verò idolorum & abolitionem huiuſcemodi deceptionis prædixit his verbis: *Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.* Móxque, vel vt omnium bonorum ſignaculum,

A παραπλησίως δὲ καὶ ὁ μετ' αὐτὸν ψαλμὸς, οὐ προσεδέχθη τῇ τῶν Ἑβραίων ἐπιγραφῇ, διότι τὰ ἡμέτερα λέγει, καὶ τὴν ἡμετέρας γῆς τὴν κατάστασιν τῷ λόγῳ εὐαγγελίζεται. ἀνατίθησι γὰρ τῷ Δαβὶδ τὴν ψαλμῳδίαν ἡ ἐπιγραφὴ, οὕτως ἔχουσα. τῷ Δαβὶδ, ὁπότε ἡ γῆ αὐτοῦ κατεστάθη. τὸ δὲ, αὐτοῦ, δηλονότι, οὐ πρὸς τὸν Δαβὶδ, ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν τὴν σημασίαν ἔχει. ἡ γὰρ πρότερον διὰ κακίας ἀποστᾶσα γῆ, νῦν διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Θεοῦ, ἔλαχε τὸ στάσιμον. ἡμεῖς δὲ πάντες ἐσμὲν ἡ γῆ τοῦ Θεοῦ, οἱ πρότερον ἐν τῷ
B ἀγαθῷ ἀστατήσαντες, καὶ διὰ τοῦτο ἐν κατάρᾳ γενόμενοι, μετὰ τοῦτο δὲ τῆς κατάρας ἐξαιρεθέντες, καὶ τῆς ἐν τῷ ἀγαθῷ πάλιν ἐπιτυχόντες στάσεως. καὶ τοῦτο εὐθὺς ἡ ἀρχὴ τῆς ψαλμῳδίας εὐαγγελίζεται, ὅτι τοῦ κυρίου βασιλεύσαντος, ἡ γῆ εὐφραίνεται. ὡς ἂν εἴ τις λέγοι, ὅτι τοῦ ἡλίου λάμψαντος ἡ γῆ φωτίζεται. οὕτω ἐπικρατούσης τοῦ κυρίου τῆς βασιλείας, ἐν ἡμῖν ἐστιν ἡ εὐφροσύνη τῆς βασιλείας. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως. ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσεται ἡ γῆ· εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί. καλῶς τὰς ψυχὰς τὰς ἐν τοῖς
C πειρασμοῖς τὸ ἑδραῖόν τι καὶ ἀμετάθετον ἐπιδεικνυμένας, νήσους ὠνόμασεν, ἃς πανταχόθεν μὲν διαλαμβάνει ἡ τῆς κακίας ἅλμη, οὐ μὴν τοσοῦτον ἰσχύει προσαντλοῦσα, ὡς καὶ σάλον τινὰ τῷ παγίῳ τῆς ἀρετῆς ἐμποιῆσαι. εἶτα διὰ μέσου τούτων τὸ ἀθεώρητον τῆς φύσεως, ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ τῷ γνόφῳ δι' αἰνίγματος ἀποσημαίνει ὁ λόγος. νεφέλη γὰρ καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. καὶ τὰ φοβερὰ τῆς ἀνταποδοτικῆς δυνάμεως ὑποδείξας, δι' ὧν φησιν. ὅτι πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύεται. καὶ φλέξει κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐ-
D τοῦ, ἐκκαλύπτει τὴν εὐαγγελικὴν φωταγωγίαν. ἀστραπὰς λέγων τοὺς τοῦ θείου κηρύγματος λόγους. οἳ κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐκλάμπουσιν. ἔφαναν γάρ φησιν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. καὶ τὸ ὕψος τῶν εὐαγγελικῶν μυστηρίων τῷ ἐφεξῆς ὑποδείξας ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ· καὶ εἴδοσαν πάντες οἱ λαοὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. τήν τε τῶν εἰδώλων καθαίρεσιν, καὶ τὸν ἀφανισμὸν τῆς τοιαύτης πλάνης προαγορεύσας, ἐν οἷς λέγει. αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, ἐπάγει τὴν ἀγαθῶν τὴν σφραγῖδα,

A τὴν διὰ σαρκὸς γενομένην τοῦ κυρίου τοῖς ἀνθρώποις ἐμφάνειαν λέγων. Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη. καλῶς δὲ καὶ προσφυῶς, ἡ τοῦ ἐφεξῆς ἀνεπιγράφου ἀρχὴ, πρὸς τὸ πέρας ταύτης τῆς ψαλμῳδίας συνάπτεται. ἡ γὰρ αὐτὴ δύναμις, τῷ μὲν δικαίῳ φῶς τε καὶ εὐφροσύνη γίνεται· ὀργὴ δὲ τῷ ἀπιστοῦντι λαῷ. ὁ κύριος γάρ φησιν ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί. τίς ἐστιν ὁ βασιλεύσας κύριος, ὁ τῆς ἀγγελικῆς τε καὶ οὐρανίας ὑπερκαθήμενος φύσεως; διὰ γὰρ τῶν Χερουβὶμ τὸ ἐξέχον τῆς ὑπερκοσμίου B δυνάμεως ὁ λόγος ἐνδείκνυται. οὗ ἡ βασιλεία διάλυσιν τοῦ κακῶς συνεστῶτος ποιεῖ. οὐ γὰρ τὸ οὐράνιον τῶν ἐν ἡμῖν, ἀλλὰ τὸ γήϊνον εἰς σάλον ἄγει, οὑτωσὶ λέγων τῷ ῥήματι, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ· σαλευέτω ἡ γῆ. καὶ τὰ ἐφεξῆς παρίημι, ὡς ἂν μὴ πολὺν ὄχλον ἐπάγοιμι τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς ἐξηγήσεως· τοσοῦτον εἰπὼν, ὅτι πάντα πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν σκοπὸν βλέπει μέχρι τοῦ τέλους τῆς ψαλμῳδίας. διαμαρτύρεται γὰρ ὅτι ἐστὶν ὁ βασιλεύσας Θεὸς, οὐ νῦν ἡμῖν πέφηνεν πρῶτον, ἀλ- C λὰ καὶ τοῖς ὀνομαστοῖς τῶν προφητῶν ἐμφανὴς ὁ αὐτός ἐστιν. διὸ Μωϋσέως μέμνηται, καὶ Ἀαρὼν, καὶ τοῦ Σαμουὴλ, ὧν ἕκαστος ἀπὸ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας, περίβλεπτός ἐστι καὶ ἀοίδιμος. προστίθησι δὲ τῷ λόγῳ, καὶ τῆς νεφέλης τὸν στῦλον, ἐν ᾧ πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεὸς διελέγετο, διδάσκων οἶμαι τοὺς ἀπίστους διὰ τούτου, μὴ ξενίζεσθαι πρὸς τὴν δι' ἀνθρώπους γενομένην ἡμῖν τοῦ Θεοῦ ὁμιλίαν. ὁ γὰρ τότε ἐν τῷ στύλῳ τῆς νεφέλης λαλήσας Θεὸς, μετὰ ταῦτα ἐφανερώθη ἐν σαρκί. ὥστε εἴ τις ἀναξίαν λέγοι τὴν σάρκα τὴν δι' αὐτῆς ἡμῖν τὸν Θεὸν λαλῆσαι, οὐδ' ἂν τῷ στύλῳ τῆς νεφέλης τὴν ἀξίαν προσμαρ- D τυρήσειεν. τί γὰρ ἐν αὐτῷ τοιοῦτον, ὡς τῆς θείας μεγαλειότητος ἄξιον κρίνεσθαι; εἰ δὲ πιστὸν τοῖς Ἰουδαίοις ἐστὶ τὸ ἐν στύλῳ νεφέλης τὸν Θεὸν λαλῆσαι, μηδὲ τὸ ἐν σαρκὶ αὐτὸν λελαληκέναι ἄπιστον ἔστω. ἄλλως τε καὶ τοῦ Ἠσαΐου τὴν σάρκα διὰ τῆς νεφέλης νοήσαντος. ἰδοὺ γάρ φησι κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης. καὶ τοὺς ἑπομένους αὐτῷ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης ὀνομάζει νεφέλας, ἐν οἷς φησιν. τίνες οἵδε, ὡς νεφέλαι, πέτανται; ὡς διὰ τῆς τῶν νεφελῶν ὁμωνυμίας, τὸ συγγενὲς τῆς τοῦ κυρίου σαρκὸς πρὸς τὴν λοιπὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐνδείξασθαι.

adducit Domini per carnem aſſumptam inter homines apparitionem: *Lux*, inquiens, *orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.* Rectè porrò & ingenioſè ſequentis Pſalmi, qui & ipſe inſcriptione caret, initium cum fine huius connectitur. *Pſal. 97.* Eiuſdem enim potentiæ eſt, vt & iuſto lux ac lætitia; incredulæ autem plebi ira, & indignatio oriatur. Inquit enim: *Dominus regnauit: iraſcantur populi.* Quis iſte, qui regnauit Dominus, Angelicam & terreſtrem naturam ſupergreſſus? Nam per Cherubim excellentia poteſtatis illius ſupra mundum hunc euectæ ſignificatur: cuius regnum, id quod malè coaluit, rurſus diſſoluit. Non enim id quod cœleſte in nobis eſt, ſed id quod terreſtre eſt, commouet, vt teſtatur his ipſis verbis: *Qui ſedes ſuper Cherubim: moueatur terra.* Reliqua omitto, ne expoſitionis continuata ſerie aliquid moleſtiæ adferam. Hoc tantùm addiderim, omnia ad vnum eumdémq. finem tendere, vſque ad finem Pſalmi: Teſtatur enim iſtum Deũ, qui regnauit, non nobis primùm apparuiſſe, ſed manifeſtum fuiſſe magni nominis & celebritatis Prophetis: ob id Moſis meminit & Aaronis, & Samuelis; quorum quilibet propter pietatem in Deũ clarus eſt & memorabilis. Adijcit autem & columnam nubis, in qua Deus cum illis loquebatur, docens, niſi fallor, incredulos, ne adeò abhorreant credere Dei ad homines aduentum. Nam Deus ille, qui tunc in columna nubis locutus eſt, poſtea manifeſtatus eſt in carne. Itaque ſi quis indignam eſſe dicat carnem, per quam nobis Deus loquatur, is neq. columnam nubis dignam fuiſſe aſſerat oportet: quid enim in ipſa eiuſmodi erat, vt digna cenſeretur diuina magnificentia? Si autem nihil à fide alienum videtur, Iudæis Deum in columna nubis locutum eſſe; neque in carne locutum eſſe, indignum videri debet: præſertim cùm & Eſaias carnem nubis nomine ſignificet. *Iſaia 19.* Inquit enim: *Ecce Dominus ſedet in nube leui.* Eóſque qui in illum ſequuntur rurſus idem Propheta *Iſaia 60.* *nubes* nominat, cùm ait: *Quínam iſti, qui vt nubes volant?* Vt per vocabulum *nubis* cognationem Dominicæ carnis cum reliqua hominum natura demonſtret.

Ad hunc igitur Deum, qui priùs quidem per nubem, poſtea verò per carnem cum hominibus loquutus eſt, ait progreſſu orationis Dauid: *Domine Deus noſter tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.* Vt niſi quis in œconomiam diuinam & diſpenſationem oculos conuertat, eum neceſſe ſit in humanas quaſdam & indignas de Deo cogitationes incidere. Hæc autem ad finem Pſalmi addit, ſermone ad nos conuerſo: *Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.* Senſum huius loci hunc eſſe arbitramur, quaſi dicat: O mortales, vobis quidem quantum auditus humanus percipere poteſt, patefacta ſunt diuina myſteria: vos his quaſi ad piam Dei cognitionem manuducti; quantum animus veſter capit, tantum gloriam Dei extollite, certi quòd quò altius cogitatio veſtra ſeſe eleuarit, & omnem quantumuis excelſam exiſtimationem de Deo ſuperauerit, tamen id quod à vobis inuenitur & adoratur, non ipſa eius, qui quærebatur, magnificentia eſt, ſed tantummodò ſcabellum pedum eius: per hoc ſignificans mentis & cogitationis noſtræ ſubmiſſionem, & tenuitatem comparatione illius nullo ſtudio aſſequendæ comprehenſionis. Poſtea non paucis interpoſitis Pſalmis in centeſimo tertio, quem etiam refert in eorum numerum, qui apud Hebræos inſcriptione carent, diſertè prædicat vnigenam illum Deum, eique huius vniuerſi conditi cauſam aſſignat. Dicit enim in mundi creatione Pſalmum hunc Dauidis eſſe, & inſcriptione apud Hebræos non prænotari. Significat autem illos ſcopum & propoſitum huius prophetiæ non recipere. Sic verò ſe habet inſcriptio: *Ipſius Dauid, in mundi creatione, inſcriptionis expers apud Hebræos.* Huius Pſalmi ſenſum ſuo loco & tempore exponemus. Nunc ſatis eſt hoc monuiſſe, eandem cauſam, incredulitatem, inquam, Iudæorum effeciſſe, vt inſcriptionem hanc non admitterent.

A πρὸς τοῦτον οὖν τὸν Θεὸν, τὸν ποτὲ μὲν διὰ νεφέλης, μετὰ ταῦτα δὲ διὰ σαρκὸς τοῖς ἀνθρώποις λαλήσαντα φησὶ προϊὼν ὁ Δαβίδ. κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν σὺ ἐπήκουες αὐτῶν. ὁ Θεὸς σὺ εὐίλατος ἐγίνου αὐτοῖς, καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν. ὡς δή ἂν μή τις πρὸς τὴν οἰκονομίαν βλέπων εἰς ταπεινάς τινας καὶ ἀνθρωπίνας ὑπολήψεις περὶ τὸ θεῖον καταλισθήσεται, ταύτην ἐπὶ τέλει τῆς ψαλμῳδίας ἐπάγει τὴν φωνὴν, πρὸς ἡμᾶς τρέψας τὸν λόγον. ὑψοῦτε κύριον τὸν Θεὸν ἡ- B μῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστιν. τὴν δὲ διάνοιαν τῶν εἰρημένων, ταύτην εἶναι ὑπονοοῦμεν. ὅτι, ὦ ἄνθρωποι, μεμύηνται μὲν ἡμῖν, ὡς δυνατὸν, δέξασθαι τὴν ἀνθρωπίνην ἀκοὴν, τὰ θεῖα μυστήρια. ὑμεῖς διὰ τούτων ὁδηγηθέντες πρὸς τὴν εὐσεβῆ θεογνωσίαν, ὅσον χωρεῖ ὑμῶν ὁ λογισμὸς, τοσοῦτον τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν ὑψώσατε, εἰδότες, ὅτι ὅσον ἂν ὑπεραρθῇ ὑμῶν ἡ διάνοια, καὶ πᾶσαν παρέλθῃ ὑψηλὴν φαντασίαν ἐν ταῖς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεσι. τότε C τὸ παρ' ὑμῶν εὑρισκόμενον καὶ προσκυνούμενον, οὐκ αὐτὴ ἡ μεγαλειότης τοῦ ζητουμένου ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. τὸ ὑποβεβηκὸς διὰ τούτου καὶ κάτω κείμενον τῆς διανοίας ἡμῶν, συγκρίσει τῆς ἀνεφίκτου καταλήψεως διερμηνεύων. εἶτα μετὰ τοῦτο οὐκ ὀλίγων ἐν τῷ μέσῳ παρεληλυθότων ψαλμῶν, ἐν ἑκατοστῷ τρίτῳ, ὃν πολλοστὸν ἐν τοῖς καθ' Ἑβραίοις ἀνεπιγράφοις ἔδειξεν, διαῤῥήδην θεολογεῖ τὸν μονογενῆ Θεὸν, ἐκείνῳ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως ἀνατιθεὶς τὴν αἰτίαν. λέγει γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, τοῦ Δαβὶδ ὄντα D τὸν ψαλμὸν τοῦτον, ἀνεπίγραφον εἶναι παρ' Ἑβραίοις. σημαίνει δὲ τὸ ἐκείνους τὸν σκοπὸν τῆς προφητείας ταύτης μὴ παραδέχεσθαι. ἔχει δὲ ἡ ἐπιγραφὴ οὕτως. τοῦ Δαβὶδ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. τοῦ δὲ ψαλμοῦ τούτου τὴν διάνοιαν, ἐπὶ καιροῦ ἐκθησόμεθα. νῦν δὲ ἡμῖν ἐξαρκέσει τοσοῦτον εἰπεῖν, ὅτι ἡ αὐτὴ αἰτία ἡ κατὰ τὴν ἀπιστίαν λέγω τῶν Ἰουδαίων, καὶ τοῦτον τὴν ἐπιγραφὴν, ἀπαράδεκτον τοῖς Ἑβραίοις ἐποίησεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι΄.

Χρὴ δὲ μηδὲ τὸ διάψαλμα παραδραμεῖν ἀθεώρητον. τοῖς μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν μεταβολὴν τοῦ νοήματος, ἢ προσώπου ἢ πραγμάτων, σημαίνειν ἐνομίσθη τὸ διάψαλμα· ἡμεῖς δὲ τάς τι τῶν πατέρων ὑπολήψεις οὐκ ἀποβαλλόμενοι, καί τι καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐννοῆσαι, πρὸς τὴν τοῦ ῥητοῦ τούτου σημασίαν, οὐ κατοκνήσομεν. τοιαύτην οὖν τινα τοῦ διαψάλματος κατελάβομεν τὴν διάνοιαν, ὅτι προϊούσης κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ψαλμῳδίας, ὅτε τις ἐγίνετο μεταξὺ προφητεύοντος τοῦ Δαβὶδ, ἑτέρα τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔλλαμψις, καὶ προσθήκη τις κατὰ τὴν γνῶσιν χαρίσματος, ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν δεχομένων τὴν προφητείαν· ἐπέχων ἑαυτοῦ τὴν φωνὴν, καιρὸν ἐδίδου τῇ διανοίᾳ δέξασθαι τῶν νοημάτων τὴν γνῶσιν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ παρὰ τῆς θείας ἐλλάμψεως. καὶ ὥσπερ πολλάκις τινὲς ἢ ἐν ὁδῷ συμβαδίζοντες, ἢ ἐν συμποσίοις τισὶν, ἢ ἐν συλλόγοις μετ' ἀλλήλων διαλεγόμενοι, εἴ ποθεν ἀθρόως ἦχός τις ταῖς ἀκοαῖς προσβάλοι, παυσάμενοι τοῦ λόγου πρὸς τὸν ἦχον τῇ διανοίᾳ συντείνονται· σχολὴν παρέχοντες δι' ἡσυχίας τῇ ἀκοῇ τοῦ γνῶναι τοῦ ἤχου τὴν δύναμιν. εἶτα παυσαμένης τῆς προσηχούσης φωνῆς, πάλιν τῶν πρὸς ἀλλήλους ἔχονται λόγων· οὕτως ὁ μέγας Δαβὶδ ὑποφητεύων πνεύματι, ἅτε φθάσας μεμαθήκει, διεξῄει τῇ μελῳδίᾳ. καὶ εἴ τι μεταξὺ λέγων ἐδιδάσκετο, ὑπέχων πνευματικῶς ἐνηχοῦντι τὴν τῆς ψυχῆς ἀκοὴν, καὶ κατασιγάζων τὸ μέλος, ὡς ἂν πλήρης ἐγένετο νοημάτων, τότε διεξῄει πάλιν ἐνείρων τῇ μελῳδίᾳ τοὺς λόγους. ἔστιν οὖν τὸ διάψαλμα, ὡς ἄν τις ὅρῳ περιλαβὼν εἴποι, μεταξὺ τῆς ψαλμῳδίας γινομένη κατὰ τὸ ἀθρόον ἐπηρέμησις, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεόθεν ἐπικρινομένου νοήματος. ἢ οὕτως μᾶλλον ἄν τις ὁρίσαιτο τὸ διάψαλμα εἶναι, διδασκαλίαν παρὰ τοῦ πνεύματος τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ ἀπόρρητον ἐγγινομένην, τῆς περὶ τὸ νόημα τοῦτο προσοχῆς τὸ συνεχὲς τῆς μελῳδίας ἐπικοπτούσης. ὡς δ' ἂν νομισθείη τοῖς πολλοῖς σημεῖον γενέσθαι τὴν σιωπὴν τοῦ ἐπιλελοιπέναι τὸν προφητεύοντα τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν. τούτου χάριν τινὲς τῶν ἑρμηνέων ἀντὶ τοῦ διαψάλματος τὸ ἀεὶ τοῖς διαλείμμασι τούτοις ἐνεγράφουσιν. ὡς δ'

CAPVT X.

A NEQVE quid ſit diapſalma indiſcuſſum relinquere oportet. Illis igitur qui nos anteceſſerunt, viſum eſt, diapſalma ſignificare vel mutationem cogitationis ſeu conſilij, vel perſonæ vel rei. Nos verò Patrum opinione non abiecta, non cunctabimur aliquid etiam ex nobis de vocabuli huius ſignificatione excogitare. Huiuſmodi igitur quadam de diapſalmate exiſtimatione imbuti ſumus; cùm curſu ſuo & ordine, pſalmodia procedente, alia quæ-
B dam inter prophetandum & canendum, à Spiritu ſancto illuſtratio, & velut additamentum quoddam cœleſtis cognitionis veniret, ad vtilitatem eorum qui oracula hęc recepturi erant, cohibens ſuam vocem Dauid, ſpatium animo dabat excipiendi cognitionem cœleſtium arcanorum à diuina illuminatione miſſam; & quemadmodum nonnulli, dum vel iter ſimul faciunt, vel in conuiuiis & conuentibus ſimul colloquuntur; ſi ex improuiſo ſonus quiſpiam ad aures accidat, abrupto ſer-
C mone, animum & cogitationem ad excitatum ſtrepitum conuertunt, otiúmque quodãmodo per quietem auribus largiuntur, vt ad ſonum eò intenſiùs intendant: deinde ſedato ſtrepitu, ſermones interruptos reſumũt; ſic & magnus Dauid Spiritui ſancto in oraculis promendis ſubſeruiens, quæ didicerat, per melodiam explicabat, & ſi quid inter loquendum edocebatur, cedens ei qui ſpiritualiter auditum mẽtis inſonabat, cantúmque ſiſtens, cùm diuinis cogitationibus rurſus repletus eſſet, eas pandebat; acceptóſque ſermones melodiæ
D & concentibus ſuis adaptabat. Eſt igitur diapſalma, ſi quis id definitione comprehendere velit, ceſſatio ſeu quies derepente inter pſallendum facta, ad receptionem diuinitùs miſſæ illuſtrationis. Vel rectiùs diapſalma hoc modo quis definiuerit, ſi dicat, eſſe doctrinam à Spiritu ſancto animæ in occulto inſpiratam, melodiâ per attentionem ad hanc inſtructionem interruptâ; vt ſilentium hoc dederit multis occaſionem exiſtimandi, Prophetam à virtute Spiritus ſancti deſtitutũ fuiſſe. Quocirca quidam interpretes loco diapſalmatis adſcribunt huiuſmodi interuallis, ſeu ſpatiis vocabulum, *Semper*, vt

Quid ſit diapſalma.

Et in quibus Pſalmis reperiatur.

Lege S. Hieronymum epiſt. ad Marcellam.

ex hoc diſcamus, iſtam à Spiritu ſancto animæ immiſſam doctrinam ſemper extitiſſe; ſermonem verò qui nobis explicat ſenſa diuinitùs animæ impreſſa, non ſemper fuiſſe. Cæterùm partim quidem mentis ſenſa Propheta eloquebatur, partim alia cœlitùs excipiebat. Quatenus igitur effabatur à Deo impreſſas ſibi notiones, procedebat non interciſa ſerie pſalmodia; Si quid verò ex diuinioribus rebus auditum mentis circumſonaret, totum ſeſe ad auſcultandum comparabat, intermiſſo cantu. Si igitur, Spiritu ſancto etiam ipſo ſilentij tempore in eo loquente, oratio quaſi interuallum habebat; (interuallum autem ab interpretibus nominatum eſt *diapſalma*) diuiſióque totius huius libri in quinque partes diſtributi rectè à nobis inſtituta eſt, licebit ſanè ex his etiam demonſtrare, veram eſſe rationem, quam dedimus; quod ſcilicet, quaſi introductione quadam ſemper ad ſublimiora per quamlibet ſectionem ducatur, quicumque Pſalmorum auſpiciis ad perfectionem nititur. Sola enim vltima Pſalmorum ſectio ab initio vſque ad finem continuam quamdam & non interruptam hymnodiam continet, & nuſquam diapſalmate interciſam: vt videre eſt in omnibus graduum, quæ vocant canticis, & in iis, quorum inſcriptio eſt; *Alleluia*. Oſtenditur enim, vt arbitror, hac obſeruatione, in aliis quidem, vt inferioribus, locum habere qui ſublimiora edoceat, ſermoniſque ſeriei & ordini interijciat ea quæ mentem ad meliora eleuare & ſubducere poſſunt. At verò *Graduum* conſummationi, & quibus *Alleluia*, præſcribitur, tamquam ad ſummum omnium bonorum culmen iam progreſſis, nullo additamento opus eſt, velut in ſeipſis iam omni bonorum copia perfectis & abſolutis: quod & ipſe ſenſus inſcriptionis, quæ his præfigitur, planū facit, cùm totum quod ſequitur, laudem Dei nominat. Quemadmodum enim corporum per ætates incrementum, terminum ſtabilem à natura præſtitutum habet, poſt quem maioris augmenti non eſt amplius capax; ſed toto inſequenti tempore in eodem ſtatu manet; ſic etiam diuinæ doctrinæ & inſtitutionis incrementum quoddam eſt & ſtatus. Infantes enim adhuc & animo imperfectos per lac & ſimilia,

A ἂν διὰ τούτου μάθοιμεν, ὅτι ἡ μὲν παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῇ ψυχῇ διδασκαλία, πάντοτε ἦν. ὁ δὲ ἑρμηνεύων τὰ ἐγγινόμενα θεόθεν τῇ ψυχῇ νοήματα λόγος, οὐ πάντοτε ἦν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐξεφώνει τῆς διανοίας, τὸ δὲ ὑπεδέχετο. ἐν ᾧ μὲν οὖν ἐξηγόρευε τὰ ἐντυπωθέντα τῇ διανοίᾳ νοήματα, προήει δι' ἀκολούθου ἡ ψαλμῳδία. εἰ δέ τι τῶν θειοτέρων αὐτοῦ τὴν τῆς ψυχῆς ἀκοὴν περιήχησεν, ὅλος τῆς ἀκροάσεως ἦν, κατασιγάζων τὸ μέλος. εἰ τοίνυν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ παρὰ τὸν τῆς σιωπῆς καιρὸν ἐν αὐτῷ λαλοῦντος ὁ λό-
B γος ἐν διαλείμμασιν ἦν, τὸ δὲ διάλειμμα παρὰ τῶν ἑρμηνευσάντων ὠνομάσθη διάψαλμα· τῆς δὲ θεωρηθείσης ἡμῖν διαιρέσεως ἐν πάσῃ τῇ βίβλῳ τῆς ψαλμῳδίας τῆς πενταχῇ διῃρημένης, δυνατόν ἐστι καὶ ἐκ τούτων ἀληθῆ τὴν αἰτίαν ἀποδεῖξαι, ἣν ἐνοήσαμεν, ὅτι διά τινος προσαγωγῆς ἀεὶ πρὸς τὸ ὑψηλότερον δι' ἑκάστου τῶν τμημάτων χειραγωγεῖται ὁ δι' αὐτῶν ὁδηγούμενος. μόνον γὰρ τὸ τελευταῖον τῶν τμημάτων ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος ἐφ' ἑκάστου ψαλμοῦ συνεχῆ τε καὶ ἀδιάσπαστον τὴν ὑμνῳδίαν ἔχει, οὐδαμοῦ διαι-
C ρουμένην τῷ διαψάλματι. ὅτε γὰρ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀναβαθμῶν ᾠδή, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ ὧν ἐπιγραφή ἐστι τὸ ἀλληλούϊα. δείκνυται γὰρ, ὡς οἶμαι, διὰ τῆς τοιαύτης παρατηρήσεως, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις, ἅτε δὴ κατωτέροις οὖσι χώραν ἔχει, ὁ τὰ ὑψηλότερα ἐπεκδιδάσκων νοήματα, καὶ μεταξὺ παρεγείρων τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ λόγου τὸ πρὸς τὸ κρεῖττον δυνάμενον ἀναγαγεῖν τὴν διάνοιαν. ἡ δὲ τῶν ἀναβαθμῶν τελείωσις, καὶ οἷς προγραφή ἐστι τὸ ἀλληλούϊα, ἅτε δὴ τοῦ ἀκροτάτου τῶν πρὸς τὸ ἀγαθὸν νοουμένων ἐπει-
D λημμένη, οὐδεμιᾶς προσθήκης ἐστὶν ἐπιδεής, αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ διὰ πάσης κατηρτισμένη ἐν τῷ ἀγαθῷ τελειώσεως. ὅπερ καὶ ἡ διάνοια τῆς ἐπιγραφῆς ἐπὶ τούτων μαρτύρεται, αἶνον Θεοῦ τὸ ὑποκείμενον ἅπαν κατονομάζουσα. ὥσπερ γὰρ ἡ κατὰ τῆς ἡλικίας τῶν σωμάτων ἀναδρομὴ, ὅρον ἔχει τὸ τῆς φύσεως στάσιμον, μεθ' ὃ τὴν ἐπὶ τὸ μεῖζον προσθήκην οὐ παραδέχεται, ἀλλ' ἐν αὐτῷ διαμένει πρὸς πάντα τὸν ὑπόλοιπον χρόνον· οὕτως ἐστὶ καὶ τῶν θείων διδαγμάτων αὔξησίς τε καὶ στάσις, δι' ὧν τούς τε νηπιώδεις καὶ ἀτελεῖς τὴν διάνοιαν ταῖς καταλλήλοις τροφαῖς τιθηνουμένη διὰ γάλακτός τε καὶ τῶν

τοιούτων καὶ εἰς αὔξησιν ἄγει, καὶ τοῖς ἤδη τελείοις τὴν στερεὰν παρατίθησι τράπεζαν, τοῖς διὰ τῶν ἄλλων μαθημάτων προγυμνασθεῖσι τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια. Ἐν τούτῳ δὲ μηδαμοῦ χρείαν γίνεσθαι κατὰ τὸ ἔσχατον τμῆμα τοῦ ἐν διαψάλματι τὴν ὑψηλοτέραν τῶν νοημάτων ἐκ τῆς περὶ τούτου λόγων κατανοῆσαι, προσθέντα ἐκεῖνα τῆς ψαλμῳδίας τὰ μέρη τὰ διεσταλμένα τῷ διαψάλματι. ἐν τῷ γὰρ τρίτῳ τὴν γενομένην ἐκ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπαναστάσεως στενοχωρίαν τε καὶ ἀμηχανίαν προειπὼν, εἶτα διαστείλας τὸ μέρος τῷ διαψάλματι, τὴν σωτήριον ἐκείνην φωνὴν ἐπιθαρσήσας τῷ κατὰ τὸ ἀπόρρητον αὐτῷ ἐνηχήσαντι εἰπών. ὅτι, σὺ δὲ κύριε ἀντιλήπτωρ μου εἶ. δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου, πάλιν ἐν διαλείμματι τὴν μελῳδίαν ποιήσας, μετὰ τὴν εὐχάριστον ἐκείνην φωνὴν ἣν πεποίηται λέγων. Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ, διδάσκεται τίς ἐστιν τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων κακῶν ἀμηχανίας ἡ λύσις. καὶ τὸ κατὰ τὸ πάθος τοῦ κυρίου μυστήριον διδαχθεὶς, ἐν τῇ γενομένῃ κατὰ τὸ ἀθρόον ἐλλάμψει τοῦ πνεύματος, αὐτὸ τὸ πρόσωπον τὸ δεσποτικὸν ὑποδύεται, καί φησιν. ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, καὶ ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου. τὸ δὲ δι' ἀκριβείας ἐκτιθέναι τὴν ἑκάστῳ τῶν ῥημάτων ἐγκειμένην διάνοιαν, περιέλκον ἂν εἴη, τοῦ λόγου πρὸς ἕτερα σπεύδοντος. χρὴ γὰρ πιστώσασθαι τὴν ἀποδοθεῖσαν τοῦ διαψάλματος ἔννοιαν, ἐξ αὐτῶν τῶν γεγραμμένων συνιστῶντας τὸν λόγον, καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ διαψάλματι, δι' οὗ τὸ ἴσον μανθάνομεν. πάσῃ γὰρ τρόπον τινὰ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει περὶ τῆς τῶν σπουδαζομένων ματαιότητος ἐμβοᾷ, βαρυκαρδίους ὀνομάζων τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οἷς τὸ μάταιόν τε καὶ ἀνυπόστατον ψεῦδος ἐν ἀγάπῃ ἐστί· καὶ πάλιν ἐπηρεμήσας. ὑποδείκνυσιν ἐν τίνι ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. γνῶτε γάρ φησιν ὅτι ἐθαυμάστωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ. δηλοῖ, οἶμαι, διὰ τοῦ ὁσίου τὸν κύριον, καθώς φησι Μωϋσῆς, ὅτι δίκαιος καὶ ὅσιος ὁ κύριος. εἶτα συμβουλὴν κατατιθέμενος, δι' ὧν ἄν τις ἐν καθαρότητι διέλθοι τὸν βίον, κριτής τε καὶ ἐπιγνώμων τῶν τῆς ψυχῆς διανοημάτων γενόμενος, ἐν οἷς φησιν, ὅτι, ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. πάλιν πρὸς ἑαυτὸν ἀναχωρήσας, τὴν

tamquam per alimenta conſentanea, ad incrementum ducit; at perfectis ſolidam apponit menſam, illis videlicet, qui iam ſenſus aliis diſciplinæ generibus habent exercitatos. Igitur in vltima Pſalmorum ſectione, opus non eſſe diapſalmate, vt ſublimiora ſenſa ex eius miniſterio & alloquio percipiantur, planum fiet, ſi eas partes adducamus ex Pſalmis, quæ diapſalmate ſunt interruptæ. In tertio enim Pſalmo, cùm decantaſſet afflictionem & anguſtiam, quæ ſibi ex hoſtium impreſſione euenerat, mox diapſalmate partem illam intertumpens, ſalutarem illam vocem edidit, corroboratus videlicet ab eo, qui ſibi in occulto aliquid inſpirarat. *Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Ruſus interuallo interpoſito poſt vocem illam gratiarum actionis plenam, *Et exaudiuit me de monte ſancto ſuo*; diſcit, quænam ſit ratio euadendi ex communibus humanarum calamitatum anguſtiis & afflictionibus; edoctúſque paſſionis Dominicæ myſterium in ea quæ ſibi ex improuiſo venerat à Spiritu ſancto illuſtratione, ipſam Domini perſonam induit, in hæc verba prorumpens: *Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* Sententiam autem, quæ ſingulis verbis ſubeſt, accuratiùs exponere, ſuperuacaneum fortaſſis fuerit, cùm oratio ad alia feſtinet. Confirmanda enim eſt diapſalmatis notio argumentis ex ipſis Pſalmis petitis; Etenim idem ex quarti Pſalmi diapſalmate cognoſcere poſſumus. Acclamat námque toti quodammodò humanæ ſocietati ob vanitatem earum rerum, quibus vnicè ſtudet, filióſque hominum graui corde oppreſſos pronunciat, quippe quibus vanum, & non ſubſiſtens mendacium curæ ſit & cordi; iterúmque interquieſcens, demonſtrat in quonam ſit veritas. Dicit enim: *Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum*, ſignificans, vt arbitror, *ſancti* nomine, Dominum; quemadmodum & Moyſes ait: *Quoniam iuſtus & ſanctus Dominus.* Deinde conſilium dat; quomodo quis vitam ſuam purè & ſanctè tranſigat; iudéxque & inſpector cogitationum factus, ait: *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini*; & mox ad ſe reuerſus legalium victimarum abolitionem

De Pſalmi tertij diapſalmate.

De quarti Pſalmi diapſalmate.

& ipſe audiuit, aliiſque audiendam promulgauit: monet enim, vt ne ſperet in animalium rationis expertium cædibus, ille qui eget emundatione & expiatione mentis, ſed vt cognoſcat, quibus ſacrificiis placetur Deus. idcirco inquit, *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino.* Sic & in ſeptimo Pſalmo præcedit quidem collocutio cum Deo, quando coram iuſto illo iudice teſtatur malitiam ab inimicis non prouenire retribuendi, & vicem rependendi cauſa, ſed ipſos malitiæ & improbitatis auctores eſſe, ſeque eodem ſceleris loco habere, & malorum auctorem eſſe, æqualibúſque malis auctorem vlciſci: & cùm hæc dixiſſet, rurſus auditum accommodat ei, qui magnum pietatis myſterium patefacit, per quod fit contra veros hoſtes à Domino vindicta: aliter enim fieri non poteſt, vt aduerſariæ poteſtatis coërceatur vis & acerbitas, niſi Dominus pro nobis reſurgat. Neceſſe autem eſt, vt reſurrectionem mors præcedat. Qui igitur reſurrectionem Domini ſignificauit, ille etiam manifeſtauit id quod cum reſurrectione coniunctum eſt, myſterium, inquam, paſſionis. Quocirca Deo plenus ob Spiritus ſancti inhabitationem: *Exurge*, inquit, *Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum tuorum;* indicans iræ quidem vocabulo, facultatem retribuendi, qua iuſtus iudex valet: per reliqua autem abolitionem & excidium malitiæ: nam naturæ illud ſolum eſt inimicum, quod bono oppoſitum conſpicitur, quod eſt malitia, cuius finis abolitio eſt, & in nihilum reuerſio. Qui igitur dixit: *Exaltare in finibus inimicorum tuorum*, is per hoc quod ait malitiam inimicorum finitam eſſe, indicat, non ampliùs relinqui vitæ noſtræ ad malitiam reditum. Quemadmodum enim finis morbi ſanitas eſt, & ſomni finis euigilatio; (neque enim dormiens quamdiu ſomno tenetur, ſomni finem habet, neque etiam ægrotans, dum cum morbo conflictatur, in fine morbi verſatur; ſed ſi ægrum ſanitas excipiat, dormientem verò euigilatio, tunc dicimus illos finem aſſecutos eius, quo vterque illorum tenebatur, illum quidem ſomni, hunc ægritudinis;) ita & in propoſito mutationem naturæ humanæ in ſtatum felicem & beatum,

De diapſalmate ſeptimi pſalmi.

A τὴν ἀναίρεσιν τῆς νομικῆς ζωοθυσίας, αὐτός τε ἤκουσεν, καὶ ἐμβοᾷ τοῖς ἀκούουσι· λέγει γάρ, μηδὲ ἐν ταῖς τῶν ἀλόγων ζώων ἐπελπίζειν σφαγαῖς τὸν τοῦ ψυχικοῦ καθαρσίου δεόμενον, ἀλλ᾽ ἐπιγνῶναι ποίαις ὁ Θεὸς εὐαρεστεῖται θυσίαις. διό φησι, θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης. καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον. οὕτως καὶ κατὰ τὸν ἕβδομον τῶν ψαλμῶν, προηγεῖται μὲν ὁ τῆς ἐντεύξεως λόγος, ἐν ᾧ δικαιολογεῖται πρὸς τὸν δίκαιον κριτήν, ὅτι οὐκ ἐξ ἀνταποδόσεως γίνεται παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἡ κακία, ἀλλ᾽ ὅτι ἐκεῖνοι ἀρχηγοὶ τῆς πονηρίας γίνονται, καὶ ὅτι ἴσον εἰς ἁμαρτίαν οἴεται, καὶ τὸν προκατάρξαντα
B κακίας, καὶ τοῖς ἴσοις ἀμύνασθαι τὸν ἀπάρξαντα. καὶ ταῦτα εἰπών, πάλιν ὑπέχει τὴν ἀκοὴν τὸ μέγα τῷ φανερώσαντι τῆς εὐσεβείας μυστήριον, δι᾽ οὗ γίνεται ἡ κατὰ τῶν ἀληθινῶν ἐχθρῶν παρὰ τοῦ κυρίου ἐκδίκησις. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως καθαιρεθῆναι τῶν ἀντικειμένων τὸ σθένος, μὴ τοῦ κυρίου ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστάντος. τῆς δὲ ἀναστάσεως, θάνατον δεῖ πρώτως προηγήσασθαι. ὁ τοίνυν τὴν ἀνάστασιν τοῦ κυρίου μηνύσας, τὸ συνημμένον τῇ ἀναστάσει συμπαρεδήλωσεν, λέγω δὲ τὸ κατὰ τὸ πάθος μυστήριον. οὗ χάριν θεοφορητὸς ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐπισκηνώσεως,
C ἀνάστηθι φησὶ κύριε ἐν ὀργῇ σου. ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν σου. σημαίνων διὰ μὲν τῆς ὀργῆς, τὴν ἀνταποδοτικὴν δύναμιν τοῦ δικαίου κριτοῦ· διὰ δὲ τοῦ ἐφεξῆς, τὸν ἀφανισμὸν τῆς κακίας. ἐχθρὸν γὰρ τῇ φύσει μόνον τὸ ἐξ ἐναντίου τῷ ἀγαθῷ θεωρούμενον, ὅπερ ἐστὶν ἡ κακία, ἧς τὸ πέρας ἀφανισμός ἐστι, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν μεταχώρησις. ὁ τοίνυν εἰπών, ὅτι ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν μου, προμηνύει διὰ τοῦ περατωθῆναι τῶν ἐχθρῶν τὴν κακίαν, τὸ μηκέτι τὸν
D εἰς κακίαν δρόμον τῇ ζωῇ ὑπολείπεσθαι. ὡς γὰρ πέρας νόσου ὑγεία, καὶ πέρας ὕπνου ἐγρήγορσις γίνεται (οὔτε δὲ ὁ καθεύδων, ἕως ἐν τῷ ὕπνῳ ἐστί, πέρας τοῦ ὕπνου ἔχει· οὔτε ὁ νοσῶν πρὸ τῆς ὑγείας ἐν πέρατι τοῦ ἀρρωστήματος γίνεται, ἀλλὰ διαδεξαμένης, τὸν μὲν ἄρρωστον τῆς ὑγείας, τὸν δὲ καθεύδοντα τῆς ἐγρηγόρσεως, λέγομεν αὐτοὺς ἐν πέρατι γεγενῆσθαι τοῦ ἐν ᾧ ἑκάτερος ἦν· τὸν μὲν τοῦ ὕπνου· τὸν δὲ τῆς νόσου) οὕτως καὶ ἐνταῦθα τὴν εἰς τὸ μακάριον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μεταβολήν,

πέρας τῶν ἐχθρῶν κατωνόμασεν. ἕνα δὲ μόνον ἐξηλλαγμένον τρόπον διαψάλματος ἐν πάσῃ τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν, κατὰ τὸν ἕνα τὸν ψαλμὸν παρετηρήσαμεν. οὐ γὰρ ἁπλῶς διάψαλμά φησιν, ἀλλ' ᾠδὴ διαψάλματος. τάχα μὲν οὖν ἀνέστραπται κατά τι σφάλμα γραφικὸν ὁ λόγος, ὥστε δεῖν λέγεσθαι μᾶλλον, ᾠδῆς διάψαλμα, καὶ οὐκ ᾠδὴν διαψάλματος. πλὴν ἐπεὶ προσήκει πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν, τὸ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Ἰωάννου κείμενον κρίμα κατὰ τῶν μεταποιούντων τὰ θεῖα ἐκ προσθήκης ἢ ὑφαιρέσεως· φυλάσσοντες τὴν παραδοθεῖσαν ἡμῖν ἐν τῷ μέρει τούτῳ τῆς γραφῆς ἀκολουθίαν, ἀναζητῆσαι πειρασόμεθα τὴν αἰτίαν τοῦ τῆς ᾠδῆς διαψάλματος, ἤ τις ἐστίν. λογιζόμεθα τοίνυν, ὅτι ἀπὸ τούτου καὶ μέχρις τοῦ ἐφεξῆς διαψάλματος, ἓν διάψαλμα ἦν, τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐντιθέντος τῷ Δαβὶδ τῆς προφητείας νοήματα. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἐγένετο. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις οὐ κατὰ ταὐτὸν ἐνηργεῖτο ἥ τε κατήχησις ἡ κατὰ τὸ ἀπόρρητον τῇ ψυχῇ παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγγινομένη, καὶ ἡ τῆς ἐντεθείσης αὐτῷ γνώσεως ἐξαγόρευσις· ἀλλὰ τῆς καρδίας ἔνδοθεν διδασκομένης, ὁ λόγος ἡσύχαζεν. ἐνταῦθα δὲ ὁμοῦ τὰ δύο καὶ κατὰ ταὐτὸν ἐνεργεῖται, καὶ παραγίνεται αὐτῷ μεταξὺ προφητεύοντι, ἡ τῶν ὑψηλοτέρων νοημάτων διδασκαλία παρὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ συνεχὲς τῆς μελῳδίας οὐ διακόπτεται· ἀλλ' ἐμφυὲν τῷ ὀργάνῳ τοῦ προφήτου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸ κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην κινεῖ τὰ φωνητικὰ αἰσθητήρια, ὡς μηδὲ τὴν ᾠδὴν διαλιπεῖν, μήτε ἐμποδισθῆναι τὴν διδασκαλίαν τῷ φθόγγῳ· αὕτη γὰρ ἡ διδασκαλία τοῦ πνεύματος τὸ μέλος ἦν, καθὼς ὀνομάζει ὁ σύμμαχος. ἐν πολλοῖς δὲ μέρεσι τῆς ψαλμῳδίας εὑρισκομένης τῆς τοιαύτης διαστολῆς, ἀρκοῦν δ' ἂν εἴη διὰ τῶν εἰρημένων, ἔφοδον κοινὴν τῆς τοῦ διαψάλματος κατανοήσεως καταγομένοις, μηκέτι πᾶσι δι' ἀκριβείας ἐπεξιέναι τοῖς διαψάλμασιν. περιέλκον γὰρ ἅμα καὶ περιττὸν ἐμφιλοχωροῦντα τοῖς ἐγνωσμένοις διὰ τῶν ὁμολογουμένων μηκύνειν τὸν λόγον.

A finem inimicorum appellauit. Porrò vnum dumtaxat diuerſum ab aliis modum diapſalmatis, toto Pſalmorum libro obſeruauimus, in vno quodam ex Pſalmis: non enim ait ſimpliciter *diapſalma*, ſed *canticum diapſalmatis*, & fortè oratio librarij culpa inuerſa eſt, vt dicendum potius ſit, *cantici diapſalma*, & non canticum diapſalmatis. Cæterùm cùm ante oculos verſari debeat diuinum illud in Ioannis Apocalypſi prolatum iudicium contra illos, qui diuina oracula additione vel ſubtractione immutant; cuſtodito eo qui no- B bis in hac parte ſcripturæ traditus eſt, ordine, inueſtigare conabimur quænam ſit cauſa cantici diapſalmatis. In mentem igitur reuocemus, ab hoc vſque ad ſequens diapſalma, vnum diapſalma fuiſſe, Spiritu ſancto Dauidi, prophetiæ & vaticinationis ſenſa & notiones inſpirante: ſed non eo quo in aliis ſolebat modo, ita & hîc egit: In aliis enim ſimul non erant inſtitutio de cœleſtibus arcanis facta à Spiritu ſancto, & cogitationis diuinitùs acceptæ elocutio, & patefactio: ſed cùm cor interiùs erudiretur, ſermo foris quie- C ſcebat. Hîc verò duo hæc coniunguntur ſimul & eodem tempore. Nam & diſciplina ſublimiorum ſecretorum inter vaticinandum illi adeſt, ſeriéſque continua melodiæ non interrumpitur: quia Spiritus ſanctus Prophetæ organo quaſi inhæreſcens, arbitrio ſuo vocalia inſtrumenta mouet, vt neque ceſſet canticum, neque etiam concentu impediatur doctrina. Ipſa enim doctrina Spiritus ſancti cantus ſeu melos erat, prout & à Symmacho nominatur. At verò cum in multis Pſalmorum partibus huiuſmodi interruptio reperiatur, ſatis fortaſſe fuerit D per ea quæ diximus, communem quaſi viam ſtrauiſſe ad percipiendam dipſalmatis notionem, vt proinde ſingulis diapſalmatis explicandis non ſit immorandum: inane enim ſimul & ſuperuacuum foret, ſedulo inſiſtentem rebus iam notis, protrahere ſermonem per ea, quæ omnium conſenſu approbantur.

Pſal. 9.

Quid ſit canticum diapſalmatis.

CAPVT XI.

A

SED & hoc meritò quis quærat, quam tamdem ob cauſam ordo Pſalmorum cum hiſtoriæ ordine non conſentiat : ſi quis enim animum aduertat ad ſpatium temporis quo Dauid vixit, & ad rerum geſtarum ſeriem, non ſanè inueniet Pſalmorum diſtributionem & poſitionem cum temporis ordine conuenire. Reuerſi ad principium ſermonis noſtri reſpondemus, nihil horum doctori & præceptori noſtro curæ eſſe : Doctorem enim niſi fallor, nominare oportet Spiritum ſanctum, prout Dominus ait : *Ille vos docebit omnia*. Huic igitur animorum noſtrorum inſtitutori omnia alia ad rem pertinere non videntur, in id vnum incumbenti, vt conſeruet eos qui in hac vitæ vanitate oberrant, & ad veram vitam adducat. Omni enim illi, cuius actioni finis præſtitutus eſt, ſimul etiam ordo & naturalis & neceſſarius præfixus eſt, qui ſerie quadam id efficit, quod ſibi proponit. Quemadmodum igitur lapidum ſculptoribus & ſtatuariis, finis actionis eſt, lapidem ad alicuius ſimilitudinem conformare : non autem ſtatim ab ipſo fine opus inchoatur, ſed procedendum eſt arti neceſſario quodam ordine, ſine quo nullum operæpretium faciat, aut quidquam proficiat : (oportet enim primò lapidem excidere ab iis partibus, cum quibus naturaliter coaluit : deinde circumcidere eminentias, & excurſus partium inutilium ad ſuſceptæ imaginis imitationem, ſicque labore & ſtudio cauare illas lapidis partes, quibus ſublatis incipit eminere in eo quod relictum eſt, aliqua ſpecies animalis, cui conficiendo artifex operam nauat : Poſt hæc ſubtilioribus quibuſdam & tenuioribus inſtrumentis circumradere, & læuigare lapidis aſperitatem aggreditur, ſubiectæque materiæ exemplaris, ſeu prototypi ſimilitudinem indere, & præterea lapidis ſuperficiem expolire & elimare, & læuiorem reddere, quorum omnium miniſterio ars huiuſmodi ornatum operum addit.) Eodem planè modo, cùm tota nobis natura ob voluptates corporeas veluti in lapidem conuerſa ſit, oratio & inſtitutio, quæ nos ad diuinam ſimilitudinem quaſi erudiendo edolat & efformat, via quadam & certa ratione ad propoſitum finem procedit.

Cur in pſalmis Ordo hiſtoriæ non obſeruetur.

Ioan. 14.

B C D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

ΑΛΛΑ καὶ τοῦτο ἄν τις εἰκότως ἐπιζητήσειε, τί δήποτε τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς ἱστορίας ἀσύμφωνός ἐστιν ἡ τάξις τῆς ψαλμῳδίας. εἰ γάρ τις προσέχοι πρός τε χρονικῷ διαστήματι, ἐν ᾧ γέγονεν ἡ ζωὴ τοῦ Δαβὶδ, καὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἀκολουθίᾳ, οὐκ ἂν εὕροι τὴν τῶν ψαλμῶν θέσιν, τῇ τάξει τῆς ἱστορίας συμβαίνουσαν. φαμὲν τοίνυν ἐπὶ τὸν πρῶτον ἡμῶν τοῦ λόγου σκοπὸν ἀνατρέχοντες, ὅτι οὐδενὸς τούτων μέλει τῷ διδασκάλῳ ἡμῶν. διδάσκαλον γὰρ, οἶμαι, ὀνομάζειν δεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθώς φησιν ὁ κύριος. ὅτι ἐκεῖνος διδάξει ὑμᾶς πάντα. τούτῳ τοίνυν τῷ καθηγητῇ τῶν ψυχῶν καὶ διδασκάλῳ, πάρεργα τὰ ἄλλα πάντα δοκεῖ· σπουδὴ δὲ τὸ περισώσασθαι τοὺς ἐν τῇ ματαιότητι τῆς ζωῆς πλανωμένους, καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν ἐφελκύσασθαι. παντὶ γὰρ τῷ κατά τινα σκοπὸν κατορθουμένῳ, τάξις τις ἔπεστι φυσική τε καὶ ἀναγκαία, ἡ δι' ἀκολούθου κατορθοῦσα τὸ σπουδαζόμενον. ὥσπερ τοίνυν ἐπὶ τῶν λιθογλύφων σκοπὸς μὲν αὐτοῖς τῆς ἐργασίας ἐστὶ τὸ πρός τι τῶν ὄντων ὁμοιῶσαι τὸν λίθον, οὐκ εὐθὺς δὲ τὸ ἔργον ἀπὸ τοῦ πέρατος ἄρχεται, ἀλλ' ἐπιτίθησιν ἀναγκαίαν τινὰ τάξιν ἡ τέχνη, ἧς δίχα οὐκ ἂν τὸ σπουδαζόμενον ἤνυσεν. χρὴ γὰρ πρῶτον μὲν ἀπορρῆξαι τῆς συμφυοῦς πέτρας τὸν λίθον· εἶτα περικόψαι τὰς περιβολὰς τῶν ἀχρήστων, πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου μίμησιν ἐξεχόντων. καὶ οὕτως κοιλᾶναι διὰ τῆς ἐργασίας ἐκεῖνα τοῦ λίθου τὰ μέρη, ὧν ἐξαιρεθέντων, ἄρχεται περὶ τὸ λειπόμενον ἐνορᾶσθαι τὸ χρῆμα τοῦ ζώου, περὶ ὃ τὴν σπουδὴν ὁ τεχνίτης ἔχει. καὶ μετὰ τοῦτο λεπτοτέροις τισὶ καὶ ὁμαλωτέροις ὀργάνοις περιξέειν τε καὶ ἀπολεαίνειν τὴν τοῦ λίθου τραχύτητα. καὶ τότε τῆς ἀρχετύπου μορφῆς ἐπιβάλλει τῷ ἀπολεπτομένῳ τὴν ὁμοιότητα. λαμπρύνειν τε μετὰ ταῦτα καὶ λειοτέραν ποιεῖν τοῦ λίθου τὴν ἐπιφάνειαν. δι' ὧν οὐδὲν ἡ τέχνη τὸν τοιοῦτον ἐπιβάλλει κόσμον τῷ ἔργῳ. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον πάσης ὑμῖν, διὰ τῆς ὑλικῆς προσπαθείας, ὥσπερ ἀπολιθωθείσης τῆς φύσεως, ὁ πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν λατομῶν ἡμᾶς λόγος, ὁδῷ τινι καὶ ἀκολουθίᾳ, πρὸς τὸ τοῦ σκοποῦ πέρας προέρχεται.

πρῶτον

προσόντων χωρίζων ἡμᾶς, οἷον τινος συμφυοῦς πέρας, τῆς κακίας λέγω, ᾗ διά τινος σχέσεως ἦμεν προσπεφυκότες. εἶτα περικόπτει τῆς ὕλης τὰ περιττά. μετὰ τοῦτο τυποῦν ἄρχεται πρὸς τὴν ὁμοίωσιν τοῦ σκοποῦ τὸ ἐγκείμενον τῇ περιαιρέσει τῶν κωλυόντων τὴν μίμησιν. καὶ οὕτως διὰ τῆς λεπτοτέρας τῶν νοημάτων διδασκαλίας, ἐπιξέων τε καὶ καταλεαίνων ἡμῶν τὴν διάνοιαν. τότε διὰ τὸν τῆς ἀρετῆς τύπον, ἐμμορφοῖ ἡμῖν τὸν Χριστόν. οὗ κατ' εἰκόνα ἐξ ἀρχῆς τε ἦμεν, καὶ πάλιν γινόμεθα. τίς οὖν ἐστιν ἡ τῆς γλυφῆς τῶν ἡμετέρων τάξις; ἐν τῷ πρώτῳ τμήματι τῆς ψαλμῳδίας, τῆς ἐν κακίᾳ ζωῆς, ἀπεσχίσθημεν. ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς διὰ προσεχοῦς ἀκολουθίας, ἐπὶ τὸ τέλειον ἤχθη ἡ μίμησις. σύγκειται τοίνυν τῶν ψαλμῶν ἡ τάξις, ἐπειδὴ τὸ σπουδαζόμενόν ἐστιν τῷ πνεύματι, καθὼς εἴρηται, οὐχ ἱστορίαν ἡμᾶς διδάξαι ψιλήν, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἡμῶν δι' ἀρετῆς, κατὰ Θεὸν μορφῶσαι. ὡς ἐπιζητεῖν τὸ τῆς διανοίας τῶν ἐν τοῖς ψαλμοῖς γεγραμμένων ἀκόλουθον, οὐχ ὡς ἡ ἱστορικὴ βούλεται ἀκολουθία. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἐκτεθέντος ἡμῖν τοῦ κατὰ τὴν γλυφὴν ὑποδείγματος, πολλῶν ἐστιν ὀργάνων πρὸς τὴν τοῦ ἀγάλματος ἀπεργασίαν χρεία τῇ τέχνῃ. τὰ δὲ ὄργανα ταῦτα, οὐχ ὁμοίως ἔχει πρὸς ἄλληλα κατὰ τὸν τύπον τοῦ σχήματος, ἀλλὰ τὸ μὲν ἑλικοειδῶς κατὰ τὸ ἄκρον τετύπωται· τὰ δὲ πριονώδη τὴν ἀκμὴν ἔχει. ἄλλα σμιλοειδῶς κατεσκεύασται. ἑτέροις, περιῆκται τὸ εἶδος εἰς ἡμικύκλιον. πάντα δὲ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τὸ ἴδιον ἕκαστον καιρὸν ὑπουργεῖ τῷ τεχνίτῃ, οὕτως τῷ ἀληθινῷ ἐπιστάτῃ τῷ τεχνικῶς διαγλύφοντι ἡμῶν τὰς ψυχὰς πρὸς τὴν τοῦ θείου ὁμοίωσιν, οἷον ὄργανά τινα λιθογλυφικά, αἱ ψαλμῳδίαι παρεσκευάσθησαν, τὴν δὲ τῶν ὀργάνων τούτων χρῆσιν, ἡ χρεία τῆς ἐργασίας εἰς τάξιν ἄγει. καὶ οὐ μέλει τῷ τεχνίτῃ πολυπραγμονεῖν, ποῖον ἐν τοῖς ὀργάνοις πρὸ τοῦ ἑτέρου κεχάλκευται. ἵνα τὸ ἐν τῇ κατασκευῇ πρῶτον, καὶ ἐν τῇ συνεργίᾳ τῆς γλυφῆς γένηται πρῶτον. ὁ γὰρ τῇ χρείᾳ προσέχων, πρῶτον καὶ δεύτερον, καὶ πολλοστὸν ἕκαστον ποιεῖ, ὃ συμβουλεύει ἡ χρεία. εἴ τι οὖν ἐν πρώτοις κατὰ τὸν Γολιὰθ καὶ τὸν Σαοὺλ ἐστὶ πραγματεία· εἴτε ἐν ἐσχάτοις τὰ κατὰ τὸν Ἀβεσσαλὼμ καὶ τὸν Οὐρίαν, καὶ οἱ τοῦ Χουσὶ λόγοι, καὶ ἡ κατὰ τὴν Βηρσαβεὲ συντυχία.

A Primùm enim ſeparat nos à cognata extremitate, à malitia, inquam, ad quam per habitum quemdam adnati ſumus. Deinde amputat ſuperfluam materiam; poſtea formare incipit ſubiectam materiam ad ſimilitudinem exemplaris, exemptione & amotione eorum quæ ſimilitudinem prohibent; ſicque per ſubtiliorem cogitationum, & notionum diſciplinam, limans & poliens noſtram mentem per virtutis typum, efformat in nobis Chriſtum; ſecundùm cuius ſimilitudinem ab initio conformati eramus; ad quam de-
B nuo conformamur. Quis eſt igitur ſculpturæ noſtræ ordo? In prima Pſalmorum ſectione ab improba vita, quaſi abſciſſi ſumus: in ſequentibus verò, continua ſerie, omnibus numeris abſoluta eſt imitatio. Conſtat ergo Pſalmorum ordo; cùm Spiritus ſanctus, vt dictum eſt, non id propoſitum habeat, vt nos nudam hiſtoriam doceat, ſed vt animas noſtras per virtutem ſecundùm Deum formet, vt proinde ſenſus in Pſalmis abditi ſeries quærenda non ſit, prout hiſtoriæ & rerum
C geſtarum ordo requirit: quemadmodum enim in allato à nobis de ſculptura exemplo, ars ad ſtatuæ effectionem multis eget inſtrumentis: inſtrumenta verò hæc non omnia ſimilia ſunt figura & ſpecie, ſed aliud quidem ſumma in cuſpide in gyri modum efformatum eſt, alia cuſpidem habent inſtar ſerræ; alia ſcalpri figuram præ ſe ferunt, quorum forma ſemicirculum refert; omnia autem hæc & talia appoſito tempore artifici inſeruiunt;
D ſic vero noſtro opifici, qui animas noſtras ſcitè ad Dei ſimilitudinem effingit, pſalmodiæ ſunt, velut ſculptoria quædam inſtrumenta; vſum autem huiuſmodi inſtrumentorum ordinat neceſſitas actionis. Neque ſollicitè inquirit artifex, quódnam ex illis inſtrumentis prius ſit fabrefactum, vt id quod prius fabrefactum eſt, ſit etiam primum in actione ſculpturæ. Nam qui ad neceſſitatem tantum attendit, ille quoduis & primo, & ſecundo, & quocumque alio loco collocat, prout ſuadet vſus & neceſſitas. Siue igitur illa, quæ euenerunt cum Goliath & Saule, collocentur primo loco, ſiue vltimo ea quæ cum Abſalone & Vria acciderũt, & verba Chuſi, & congreſſus cum Berſabee,

A nihil horum curæ eſt illi, qui corda noſtra per hæc format: ſed id ſolùm conſiderat, quomodo ſingulis horum ad uirtutem adiumenti aliquid adferat: ad quod etiam ipſe ſalutis ordo tendit: optimúſque ordo eſt continuata ſeries eorum, quæ ad hoc ipſum aliquid opis contribuunt. Verbi gratia, primus Pſalmus abducit hominem à cognatione, quam cum malo contraxit. Secundus oſtendit, cui ſit adhærendum, dum ob oculos ponit Chriſti in carne manifeſtationem, ſimúlque docet fiduciam erga ipſum beatitudinem noſtram eſſe. Tertius explicat tibi B imminentem ab hoſte tentationem.
2.Reg.15. Itaque te iam vnctum in regem per fidem, & cum vero vncto regnantem, deijcere conatur de tantæ dignitatis faſtigio, non foris, ſed ex te ipſo exiſtens: non enim aliunde vim contra nos habet hoſtis, neque ab alio quodam ex dignitate parta exturbamur, niſi nos ipſi mali huius gnati, infelici partu, quaſi patres fiamus, qui in regnum noſtrum inſurgit & arma capit, qui tunc aduerſus nos potiſſimùm inualeſcit, cùm contaminauerit eas quæ nobiſcum habitant, luce palàm, & in omniũ C
2.Reg.16. conſpectu, tanto piaculo perpetrato, hoc eſt, quando ad publicum velut quæſtum exponit virtutum noſtrarum corruptionem, quibus olim cohabitamus. Cùm igitur ab initio virtus noſtra nondum ita ad pugnam ſit corroborata, vt apertè & velut in faciem impreſſioni hoſtis reſiſtere valeamus, ſed neceſſe ſit fugere huiuſmodi conflictum, non parum vtilitatis iis qui bello appetuntur, diuinus ſermo per allatum ſcripturæ eexemplum attulit: hoc videlicet te docens, vt quando tibi naſcitur Abſalon, malitiæ velut coma inſignis, fratríſque interfector, quique venerando tuo D thoro & immaculato cubili furioſè inſultet, *fugias*, vt Dominus monet,
Matth.10. *de ciuitate in ciuitatem.* Fugiendo enim à facie Abſalonis talis filij, cogendóque in vnum copias tuas, ope ligni, quod in ſeipſo pernicioſam illam comam religat & appendit, tribus telis
2.Reg.18. licebit tibi perimere inimicum. Neminem latet, quorſum hoc ex hiſtoriarum monumentis ænigma petitum pertineat, & quale lignũ ſit, cui quaſi clauis, malitiæ coma affixa eſt, chirographum peccatorum nominatur ab Apoſtolo,

A μέλει τούτων οὐδὲν τῷ μορφοῦντι κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν· ἀλλ᾽ ὅπως ἂν δι᾽ ἑκάστου τούτων γένοιτό τις πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμῖν συνεργία. πρὸς τοῦτο βλέπει καὶ ἡ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀκολουθία. καὶ τάξις ἀρίστη γὰρ ἡ τῶν εἰς αὐτὸ τοῦτο συνεργούντων ἡμῖν ἀκολουθία καὶ τάξις. οἷον ὁ πρῶτος, ἀπέστησε τῆς πρὸς τὸ κακὸν συμφυΐας τὸν ἄνθρωπον. ὁ δεύτερος, τίνι προσκολληθῆναι δέον ὑπέδειξε, τὴν διὰ σαρκὸς τοῦ κυρίου προμηνύσας ἐμφάνειαν, καὶ δείξας, ὅτι τοῦτό ἐστι μακάριον τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ πεποιθέναι. ὁ B τρίτος, τὸν παρὰ τοῦ ἐχθροῦ σοι ἐπιστάμενον πειρασμὸν προμηνύει. ὡς ἤδη σε χρισθέντα εἰς βασιλείαν, διὰ τῆς πίστεως, καὶ τῷ ἀληθινῷ Χριστῷ συμβασιλεύοντα, οὐκ ἔξωθεν ἐπιχειρεῖ τοῦ ἀξιώματός σε ἐκβάλλειν, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σοῦ γενόμενος. οὐ γὰρ ἑτέρωθεν ἔχει τὴν ἰσχὺν καθ᾽ ἡμῶν ὁ πολέμιος, οὐδὲ παρ᾽ ἄλλου τινὸς ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος ἐκβαλλόμεθα, εἰ μὴ αὐτοὶ πατέρες τοῦ κακοῦ γεννήματος διὰ τῆς πονηρᾶς ὠδῖνος γενοίμεθα. ὃς ἐπαίρει τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν, καὶ ἐπανίσταται τότε καθ᾽ ἡμῶν τὸ κράτος λαμβάνων, ὅτ᾽ ἂν μολύνῃ τὰς συνοικούσας C ἡμῖν, ἐν ὑπαίθρῳ τὸ ἄγος κατειργασμένος. τουτέστιν, ὅτ᾽ ἂν δημοσιεύσῃ τὴν τῶν ἀρετῶν ἡμῶν διαφθοράν, αἷς ποτὲ συνῳκήσαμεν. ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς πρώτοις, οὔπω τετόνωται πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἡμῖν ἡ δύναμις, ὡς κατὰ στόμα ταῖς προσβολαῖς τοῦ ἀλλοτρίου συμπλέκεσθαι, καὶ τῷ φυγεῖν τοῦ τοιούτου τὴν ἔφοδον, οὐ μικρὰν εἰς ὠφέλειαν τοῖς πολεμουμένοις ὁ λόγος ὑπέδειξεν διὰ τοῦ κατὰ τὴν γραφὴν ὑποδείγματος, τοῦτό σε διδάσκων, ὅτι ὅτ᾽ ἂν σοι γένηται Ἀβεσσαλὼμ ὁ τῇ κακίᾳ κομῶν, ὁ ἀδελφοκτόνος, τότε τιμίοις σου γάμοις καὶ τῇ ἀμιάντῳ D κοίτῃ ἐπιλυσσήσας, φεῦγε, καθώς φησιν ὁ κύριος, ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. ἐν γὰρ τῷ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ ἐστι τοῦ τοιούτου υἱοῦ, τὸ συλλεξάμενον ἑαυτοῦ τὰς δυνάμεις τῇ συνεργίᾳ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν αὐτῷ τὴν πονηρὰν αὐτοῦ κόμην ἐκδήσαντος, διὰ τῶν τριῶν βελῶν ἀνελεῖν τὸν πολέμιον. δῆλον δέ σοι πάντως ἐστὶ τὸ διὰ τῆς ἱστορίας ὑποδεικνύμενον αἴνιγμα, ποῖον ἐκεῖνο τὸ ξύλον, ᾧ προσηλώθη τῆς κακίας ἡ κόμη. ὅπερ ὁ ἀπόστολος χειρόγραφον ἁμαρτιῶν ὀνομάζει,

καθώς φησιν· ὅτι καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας τῷ σταυρῷ· τουτέστι τῷ ξύλῳ. καὶ τίς ἡ τῶν βελῶν τριάς, ἡ μέσην βάλλουσα τοῦ ἐχθροῦ τὴν καρδίαν, δι' ἧς γίνεται τοῦ ἐσχάτου ἐχθροῦ ὁ θάνατος; ὡς δ' ἂν κύριον γένηται ἡμῖν τὸ περὶ τοῦ βέλους νόημα, τῇ προφητείᾳ τοῦ Ἡσαΐου προσέξομεν, ὅς φησιν ἐκ προσώπου κυρίου, ὅτι ἔθηκέν με ὡς βέλος ἐκλεκτόν, καὶ ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ὕψωσέν με. τοῦτο τοίνυν τὸ βέλος, ὁ ζῶν τοῦ κυρίου λόγος ἐστὶ καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον· ὁ δὲ λόγος ἐστὶν ὁ Χριστός· ᾧ δὲ ὀνόματι τοῦτο τὸ τῆς τριάδος ὁμολογεῖται μυστήριον. ἐν ᾧ καὶ τὸν χρίσαντα καὶ τὸν χρισθέντα, καὶ τὸ ᾧ ἐχρίσθη διδασκόμεθα. εἰ γὰρ ἕν τι τούτων λείποι, τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα οὐχ ὑφίσταται. τοῦτο τοίνυν τὸ ὄνομα ὅτ' ἂν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ὑψωθῇ φαρέτρᾳ· τουτέστιν, ὅτ' ἂν ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν διὰ πίστεως γένηται (φαρέτρα γὰρ τοῦ λόγου ἐστὶν ἡ ψυχή) τότε ἀναιρετικὸν γίνεται τοῦ ἐπανισταμένου ἡμῖν καὶ διώκοντος, οὗ ὁ ἀφανισμὸς ἐν τῷ ξύλῳ. διὰ τοῦτο μετὰ τὸ φυγεῖν ἐν τῷ καιρῷ τὸν ἐπανιστάμενον (ὃς εἷς μέν ἐστι τῇ φύσει, πλῆθος δὲ γίνεται τῇ κακῇ συμμαχίᾳ. καὶ εἰπεῖν, ὅτι ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με. καὶ πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ. καὶ ὅσα ἐκ τοῦ ἀκολούθου ἡ ψαλμῳδία περιέχει) τότε γίνεται ἡ τοῦ νικᾶν ἀρχή. ἡ γὰρ εὔκαιρος ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων φυγή, τῆς κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκης αἰτία γίνεται. διὰ τοῦτο ἡ ἐφεξῆς ψαλμῳδία, εἰς τὸ τέλος τὴν ἐπιγραφὴν ἔχει. τέλος δὲ παντὸς ἀγῶνος, ἡ νίκη ἐστί. καθὼς φθάσας ὁ λόγος ἡμῶν περὶ τούτων ἐτεχνολόγησεν. καὶ ἐπειδὰν ἅπαξ τοῦ νικᾶν γεύσῃ, ἐπάλληλοι νῖκαι κατὰ τῶν ἐχθρῶν κατορθοῦνται. ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ νίκῃ τῶν κατὰ τὸν βίον ἡδέων πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ διαμιλλωμένων, ἐν σοὶ ἐκράτησεν τῆς ὑλικῆς ἀπάτης ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπή. καταγνοὺς γὰρ τῶν τὸ μάταιον ζητούντων, καὶ ἀγαπώντων τὸ ψεῦδος, ἠλλάξω τῆς περὶ τὰ φαινόμενα προσπαθείας τὴν τῶν ἀοράτων ἐπιθυμίαν. ἐν τῷ ἐφεξῆς ἄλλον τρόπον νικᾷς. δύο γὰρ ὄντων τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κληρονομίας διαμαχομένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ τοῦ μὲν προβαλλομένου τὸν νόμον· σοῦ δὲ τὴν πίστιν, ὁ δίκαιος ἀγωνοθέτης σοὶ δίδωσιν κατ' ἐκείνου τὰ νικητήρια.

A qui & ait: *Hoc è medio ſublatum, crucique* *Coloſſ. 2.*
affixum eſſe, hoc eſt, ligno. Et quænam
eſt illa trias telorum, quæ medium ho-
ſtis pectus transuerberat? quæ mortem
iurato & capitali hoſti adfert? Vt teli
huius intelligentiam commodè aſſe-
quamur, animum aduertere oportet
ad prophetiam Iſaiæ, qui ex perſona *Iſaia 49.*
Domini ait: *Poſuit me telum electum, &*
in pharetra ſua exaltauit me. Hoc igitur *Hebr. 4.*
telum, eſt Domini ſermo, viuus, *penetra-*
bilior omni gladio ancipiti: ſermo autem iſte
Chriſtus eſt, quo nomine Trinitatis
myſterium ſignificatur. Reuocat enim
B in mentem, & eum qui vnxit, & eum
qui vnctus eſt, cúmque quo vnctus eſt:
ſi enim vel vnum horum deſit, Chriſti
nomen non ſubſiſtit. Huius igitur no-
men quando in pharetra noſtra exal-
tatur, hoc eſt, quando in anima no-
ſtra per fidem exoritur: (Nam phare-
tra ſermonis eſt anima) tunc confeſtim
aduerſarius, qui nos inſequitur & im-
petit, interit & occumbit, cuius in-
teritus in ligno accidit. Quare cùm
quis in tempore fugit hoſtem, (qui
vnus quidem eſt natura, multiplex
verò fit malorum auxiliis & ſuppetiis,
C hinc illud: *Quoniam multiplicati ſunt qui* *Pſal. 3.*
tribulant me, multi inſurgunt aduerſum me,
& id genus alia, quæ in Pſalmo illo
ſeſe conſequuntur:) tunc fit quaſi ini-
tium victoriæ: tempeſtiua enim ab ho-
ſtibus fuga, cauſa exiſtit victoriæ ab
hoſtibus reportatæ. Quocirca Pſalmus
qui ſequitur, hanc inſcriptionem ha-
bet: *In finem.* Finis autem omnis pu- *Pſal. 4.*
gnæ eſt victoria, quemadmodum ſupra
iam oſtendimus, cúmque ſemel dul-
cedinem victoriæ quis guſtauerit, mox
aliæ & aliæ victoriæ ab hoſtibus feliciter
referuntur. In prima enim victoria, di-
D micantibus huius vitæ iucunditatibus
cum bonis animæ, præualuit in te, at-
que adeò domuit corporis deceptio-
nem & ludibria, inclinatio ad meliora.
Damnatis enim illis qui quærunt vani-
tatem, & diligunt mendacium, commu-
taſti voluptates rerũ quæ ſub aſpectum
cadunt, cum deſiderio rerum, quæ ocu-
los effugiunt. In ſequenti Pſalmo alia *Pſal. 5.*
ratione vincis. Cùm enim duo ſint quæ
pro hæreditate veritatis mutuo pu-
gnant; illo quidem obijcientem legem,
te verò fidem, iuſtus agonotheta tibi,
neglecto illo, tribuit victoriæ præmia.

vt proinde purus animæ tuæ ſtatus ſit velut ortus ſolis, qui tibi à tenebris recedenti diluculum adferat, quod Pſalmus *Manè* nominat; & ſic victoria ex victoria athletæ naſcitur, ſemper ad id quod maius & illuſtrius eſt victoriæ trophæis & ornamentis progredientibus. Rurſus alia victoria ordine conſequitur, per ea quæ præceſſerunt, parta. Nam qui hæreditatem notam fecit, ille etiam *Octauæ* meminit, quæ & finis eſt præſentis vitæ, & principium æui futuri. Proprium verò *Octauæ* eſt, nō amplius ſubminiſtrare iis qui in ipſa degunt, occaſionem perpetrandi bona vel mala, ſed quæcumque quis operum ſemina hîc ſparſerit, illorum ibi manipulos capit. Quamobrem hic pœnitentiam agere iubet (quòd in inferno huiuſmodi ſtudio nihil amplius loci relictum ſit) eum, qui his ipſis victoriis exercitatus eſt. Verum enimuerò iterum ad pugnas deflectit oratio, rurſus vngit nos ad tentationum incurſus; Idem enim hoſtis, Abſalon ille, quaſi ex nobis renatus, denuò bellum ex nobis redintegrat, quem cædis noſtræ cupidum auertit noſtra de hac re prouida cura & ſollicitudo, vel potius ſubſidium Dei. Nam cauſam rei feliciter geſtæ propter verba Chuſi Deo aſſignat, eique gratias agit. Sed fortaſſis ſuperfluum fuerit accuratiùs exponere velle, quomodo Chuſi cùm amicus Dauidis & fidelis eſſet, intérque adiutores & defenſores, amicis Abſalonis admiſceatur, eiúſque conſilium tyranno conducibilius viſum ſit, quàm Achitophelis: vnde factum, vt cùm conſilium illius præualuiſſet, is qui contra Dauidem Abſaloni conſilium dederat, à ſeipſo præfocatus interierit. Æquum porrò fuerit hiſtoriæ etiam ænigmata & inuolucra ad vitam virtuti addictam illuſtrandum adhibere, quomodo videlicet mens & cogitatio, quæ nos conſeruat, laqueus aduerſarij fiat, ſalutaris, inquam, illa mens & ſententia, quæ partim hiſtoriæ, partim pſalmodiæ monumentis conſignata eſt. Nobis autem propoſitum eſt rationem ordinis, qui in Pſalmis apparet, quo ad honeſtatem ducimur, perſcrutari. Igitur in præſenti aliud intelligere non debemus, quam mentem & ſententiam illam quæ inſidiatorē noſtrum interimit.

Pſal. 6.

Pſal. 7.

2. Reg. 15. 16. 17.

A ὥστε σοι τὴν καθαρὰν τῆς ψυχῆς κατάστασιν, ἀνατολὴν ἡλίου γενέσθαι, ἀφεστηκότι τοῦ σκότους, τὸν ὄρθρον ἐπάγοντος. ὃν πρωΐαν ὀνομάζει ἡ ψαλμῳδία. καὶ οὕτως ἐστὶν ἀεὶ εὑρεῖν νίκην ἐκ νίκης τῷ ἀθλητῇ προσγινομένην, πρὸς τὸ μεῖζον πλέον τε καὶ περιφανέστερον προϊόντι τῶν ἐκ τῆς νίκης κατορθωμάτων. πάλιν ἑτέρα διαδέχεται νίκη κατὰ τὸ ἀκόλουθον, διὰ τῶν προδεδηλωμένων κατορθουμένη. ὁ γὰρ τὴν κληρονομίαν γνωρίσας, αὐτὸς καὶ τῆς ὀγδόης μέμνηται· ἥ τις πέρας τι τοῦ ἐνεστῶτος χρόνου γίνεται, καὶ ἀρχὴ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. B ἴδιον δὲ τῆς ὀγδόης, τὸ μηκέτι καιρὸν εἰς παρασκευὴν ἀγαθῶν ἢ κακῶν ἐνδιδόναι τοῖς ἐν αὐτῇ γινομένοις· ἀλλ' ὧν ἄν τις ἑαυτῷ καταβάλληται διὰ τῶν ἔργων τὰ σπέρματα, τούτων ἀντιπαρέχειν τὰ δράγματα. οὗ χάριν ἐνταῦθα ἐνεργεῖν νομοθετεῖ τὴν μετάνοιαν (ὡς ἐν τῷ ᾅδῃ τῆς τοιαύτης σπουδῆς ἀπρακτούσης) τὸν ταῖς αὐταῖς νίκαις ἐγγυμνασθέντα. πάλιν ἀπολείφει πρὸς ἑτέρους ἀγῶνας ὁ λόγος. πάλιν ἀλείφει τῇ τῶν πειρασμῶν προσβολῇ. ὁ αὐτὸς γὰρ πολέμιος ὁ Ἀβεσαλὼμ ἐκ νέου ὥσπερ C ἀναγεννηθεὶς ἐξ ἡμῶν, αὐτὸν τὸν πόλεμον τὸν ἐξ ἡμῶν ἐξαρτύεται, ὃν ἀποτρέπει φονῶντα καθ' ἡμῶν ἡ ἡμετέρα περὶ τοῦ πράγματος εὐβουλία, μᾶλλον δὲ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχία. τῶν γὰρ κατορθωμάτων αὐτῷ χρηστῶν διὰ τῶν λόγων Χουσὶ, τῷ Θεῷ τὴν αἰτίαν ἀναθεὶς ταύτῃ τὴν εὐχαριστίαν πεποίηται. περιττὸν δ' ἂν εἴη τὰς ἱστορίας τὰς δι' ἀκριβείας ἐκτίθεσθαι. πῶς πιστὸς ὁ Δαβὶδ ὢν ἐν τοῖς ὑπερασπισταῖς, ἔπειτα ὁ Χουσὶ ἐν τοῖς φίλοις τοῦ Ἀβεσαλὼμ καταμίγνυται, καὶ πιθανώτερος γίνεται τῷ τυράννῳ τῆς τοῦ Ἀχιτόφελ συμβουλῆς. ὅθεν D συνέβη τούτου κατὰ τὴν εἰσήγησιν τῆς γνώμης κατακρατήσαντος, αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ καταπνιγῆναι, τὸν κατὰ τοῦ Δαβὶδ τῷ Ἀβεσαλὼμ συμβουλεύσαντα. ἄξιον δ' ἂν εἴη προσαγαγεῖν τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ καὶ τὰ τῆς ἱστορίας αἰνίγματα. πῶς ἡ σώζουσα ἡμᾶς γνώμη, ἀγχόνη γίνεται τοῦ ἀντικειμένου. ἡ δὲ σωτήριος αὕτη γνώμη, ἡ μὲν τῇ ἱστορίᾳ, ἡ δὲ τῇ ψαλμῳδίᾳ ἐγγέγραπται. ἡμῖν δὲ σκοπός ἐστι τὸν ἐν τάξει τῶν ψαλμῶν εἱρμὸν κατανοῆσαι, δι' οὗ τῷ ἀγαθῷ προσαγόμεθα. ἐκείνην τὴν ἐνταῦθα γνώμην τὴν ἀναιρετικὴν τοῦ ἐπιβουλεύοντος ἡμῖν κατανοήσωμεν.

τίς οὖν ἐστιν αὕτη; τὸ ἴσον εἰς κακίαν λογίσασθαι ἀρχήν τε ἀδικίας καὶ ἀμύνεσθαι τὸν ἀπάρξαντα. τιμᾶται γὰρ ἑαυτῷ ἐσχάτων, καὶ τῆς καθ' ἑαυτοῦ τιμωρίας ὁριστὴς γίνεται, εἰ ἀρεθείη κακοῦ τὸ κακόν, ὥσπερ ἐν συναλλάγματι, διαμείψας καὶ ἀντιδοὺς τοῖς προπεπραγμένοις ὃ ἔλαβεν. καὶ οὕτως μετὰ τοὺς ἀγῶνας τούτους, πάλιν νικητὴς ἀναδείκνυται. διαδέχεται γὰρ ἐπιγραφή, τὸ ὑπὲρ τῶν ληνῶν προδεικνύουσα τέλος. τὸ δὲ τῶν ἀγώνων τέλος, νίκη ἐστίν. πάλιν δὲ τὴν ὑπὲρ τῶν ληνῶν ἔννοιαν ἐξαπλοῦσθαι τῷ λόγῳ, περιττὸν ἂν εἴη, ἱκανῶς ἐν τοῖς κατὰ τὸν ἴδιον τόπον ἐξητασμένοις προδηλωθεῖσαν. ὥσπερ δὲ μετὰ τὴν προτέραν ἐκ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ φυγὴν ἐν τῷ διακρῖναι τῶν ἀληθινῶν πραγμάτων τὴν ματαίαν σπουδήν, ἀξιοῦται τῆς νίκης· οὕτως καὶ νῦν μετὰ τοὺς ὁμοίους ἀγῶνας τῷ ὑπὲρ τῶν ληνῶν λόγῳ, συμμάχῳ πρὸς τὸν ἀντίπαλον χρώμενος, νικητὴς γίνεται διὰ τοῦ καταλῦσαι τὸν ἐχθρὸν ἅμα καὶ ἐκδικητήν. ὃς διὰ τοῦτο καὶ ἐχθρός, καὶ ἐκδικητὴς ὀνομάζεται, ὅτι αὐτὰ τὰ πρὸς ἁμαρτίαν αὐτοῦ δελεάσματα, τιμωρία τοῖς αἰσθανομένοις ἡ πικροτάτη ἐστί. καὶ δι' ὧν ἐφέλκεται πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ κοινωνίαν ἐν ἀπάτῃ τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ χαλεπώτατον τῆς τιμωρίας εἶδός ἐστιν. οὕτως ἑρμηνεύει τὴν διάνοιαν ταύτην ὁ θεῖος ἀπόστολος, εἰπών· ὅτι τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν, ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. τίς γὰρ ἂν γένοιτο πρὸς τιμωρίαν ἄλλη χαλεπωτέρα ἐπίνοια τῆς κατὰ τὴν ἀσχημοσύνην ἀκαθαρσίας, ἣν ἐν ἑαυτοῖς κατεργάζονται οἱ τῆς ἀσχημοσύνης ἐργάται; ὁ οὖν καταλύσας ἐν τῷ ἰδίῳ βίῳ τοῦ τοιούτου τὴν δύναμιν· ὃς τιμωρεῖται τὸν ἐν κακίᾳ γενόμενον δι' αὐτοῦ τοῦ μετασχεῖν τῆς κακίας, ὁρᾷ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν ὑπερκειμένην μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀξίωμα, τίνων τε ἄρχει, καὶ τίσι συντεταγμένη ἐστίν. τῷ γὰρ αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ἡγεμονεύει, καὶ τοῖς ἀγγέλοις διὰ συγκρίσεως παρ' ὀλίγον μικρὸν ἐλαττοῦται. τοίνυν λόγος ἐστὶ δι' οὗ γίνεται ἡ κατὰ τούτων ἀρχή, καὶ πρὸς τοὺς ἀγγέλους οἰκείωσις. πάλιν ἐκδέχεται νίκης ἑτέρας τρόπος, ὅτ' ἂν ὑπερβὰς τὰ φαινόμενα τοῖς ἀπορρήτοις ἐμβατεύσῃ τῷ λόγῳ. υἱὸς δὲ ὁ λόγος· καὶ ἱκανῶς ἤδη γέγονε ταῖς προλαβούσαις,

Quæ igitur iſta? Eodem loco reputare auctorem iniquitatis, & auctorem vlciſci velle: ipſe enim ſeſe extremis pœnis vlciſcitur, & aduerſus ſeipſum pœnam ſibi decernit & definit, ſi velut ex mutua pactione & contractu malum malo compenſat, iiſque quibus affectus eſt iniuriis, iniurias rependit. quare poſt iſta certamina rurſus victor pronunciatur. Sequitur enim inſcriptio: *Pro torcularibus*, quæ finem demonſtrat: Finis autem certaminum victoria eſt. At ſuperfluum fuerit de ſenſu inſcriptionis, *Pro torcularibus*, fuſiùs diſputare, cùm de ea iam ſuis locis abundè dictum ſit. Supra cap. 5. Porrò quemadmodum poſt primam ab Abſalone fugam, dum vanum ſtudium & inanem operam à veris & ſeriis negotiis & rebus internoſcit, victoriæ ornamentis inſignitur; ita & nunc ſimilibus exactis pugnis oratione *Pro torcularibus*, velut auxiliatrice contra aduerſarium vſus, victor euadit, eò quòd deleuerit hoſtem ſimul & perſecutorem, qui ob id etiam hoſtis & vltor nominatur, quia ipſius ad peccatum illecebræ acerbiſſima deguſtantibus ſunt pœna, & ea quibus ad malitiæ communionem homines deceptos pertrahit, grauiſſimi ſupplicij ſpeciem habent. Hoc modo ſenſum hunc exponit diuinus Apoſtolus, cùm Rom. 1. ait, *eos quam merentur mercedem erroris, in ſemetipſis accipere.* Quid enim ad ſupplicium grauius excogitari queat, quàm illud immunditiæ dehoneſtamentum & dedecus, quod in ſeipſis efficiunt probri & dedecoris effectores? Qui ergo vitæ ſuæ inſtituto vim eius eneruat, qui malitiæ communione ſibi coniunctum hac ipſa participatione punit, ille & homines, & illam quæ ſuper cœlos euecta eſt magnificentiam, dignitatémque naturæ, quibus imperet, & cum quibus eiuſdem ſit claſſis & ordinis, contemplatur. Eadem enim parte & dominium in bruta habet, & cum angelis comparatione collatus paululum illis inferior conſpicitur. Ratio itaque eſt, qua & brutis animantibus præeſt, & cũ angelis neceſſitudine quadam iungitur. Rurſus alia victoriæ ſpecies ſuccedit, quando hæc quæ ſub aſpectum cadunt ſupergreſſus, rationem in arcana & recondita inſeris: filius verò ratio eſt, ſatíſque iam præcedentibus

Pſal. 9. victoriis exercitatus *pro occultis filij* pſallis per continuam conſonámque & ſtudioſam contemplationem, iterúmque illum qui in occulto venandis & capiendis nobis inſidiatur, profligas, ne qua amplius hoſti contra nos gloriandi relinquatur occaſio; *vt non apponat vltrà magnificare ſe homo ſuper terram.* Tunc ex victoria, quæ deinceps tibi obuenit, maiori erga Deum concepta fiducia

Pſal. 10. dicis: *In Domino confido:* móxque in ea quæ ſequitur victoria, rurſus in memoriam reuocas *Octauam*, in qua *lingua ma-*

Pſal. 11. *gniloqua* penitus deſtruetur, & *labia doloſa*, & omnis contra Deum inſania. Conſeruabuntur verò à generatione hac in ſæculum, qui in circuitu impietatis non ambulant, ſed rectam inſiſtunt viam, quam Deus nobis nouam præiuit, viam recentem & viuentem. Et quid opus eſt ſingula explicare, cùm quę hactenus introductionis quaſi loco allata ſunt, ſatis ſupérque tibi oſtendant viam, qua per Pſalmorum ordinem & inſcriptiones ad id quod bonum & rectum eſt deducaris, non parum ad hanc etiam intelligentiam conducente illa, quam ſuprà præmiſimus inſcriptionum explicatione.

CAPVT XII.

Quomodo per Pſalmos ſecunda ſectione ad virtutem erudiamur.

FINITA prima ſectione aſcenſionis per Pſalmos, rurſus quadrageſimo Pſalmo reſumitur beatitudinis mentio. Aliter tamen in initio definitur beatitudo, ſub initium enim fuga & auerſio à malo in beatitudine numerabatur:

Pſal. 40. At hic beata prædicatur boni & recti cognitio. Boni verò natura, vel ſi quod excellentius hoc, vel nomen, vel cogitatum reperiri poteſt; nihil eſt aliud, quàm vnigenitus Dei Filius, qui cùm diues eſſet, propter nos factus eſt egenus. Cuius in carne egeſtatem Euangelicis ſcriptis nobis demonſtratam, oratio hoc loco præſignificat, cùm beatum prædicat, qui debita intelligentia paupertatem illam cognoſcit; qui pauper quidem erat ſecundùm ſerui formam, benedictus autem ſecundùm diuinitatis naturam. Egenus enim & pauper principio huius pſalmodiæ nominatur; at in fine ſectionis additur: *Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo & in ſæculum, fiat, fiat.* Qui igitur hanc altitudinem euaſit, ille alteram aſcenſio-

A νίκαις ἐγγυμνασθεὶς, ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ ψάλλεις διὰ τῆς διαρμόστου τε καὶ ἐμμελοῦς θεωρίας. καὶ πάλιν νικήσας τὸν ἐν κρυφίοις ἐνεδρεύοντα καθ᾽ ἡμῶν θῆρα, ὥστε μηκέτι τῷ ἐχθρῷ τὸ καθ᾽ ἡμῶν καύχημα περιλελεῖφθαι. ἵνα γὰρ μὴ προστεθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς. τότε διὰ τῆς ἐκ τῆς ἀκολούθου σοι προσγινομένης νίκης, τελειοτέραν τὴν εἰς τὸν Θεὸν πεποίθησιν ἔχων λέγεις. ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα· ἐν τῇ ἐφεξῆς νίκῃ, πάλιν τῆς ὀγδόης μεμνήσῃ, ἐν ᾗ ἐξολοθρεύεται μὲν ἡ μεγαλορρήμων γλῶσσα, καὶ τὰ χείλη τὰ δόλια, καὶ ἡ κατὰ τοῦ Θεοῦ μανία. φυλαχθήσονται δὲ ἀπὸ τῆς γε-

B νεᾶς ταύτης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, οἱ μὴ ἐν κύκλῳ τῆς ἀσεβείας συμπεριπατοῦντες, ἀλλὰ τῆς εὐθείας ἐχόμενοι, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν. καὶ τί χρὴ τὰ καθ᾽ ἕκαστον διεξιέναι; ἱκανῶς σοι τῆς ἐφόδου ταύτης τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω πρόοδον διὰ τῆς τῶν ψαλμῶν τάξεώς τε καὶ ἐπιγραφῆς προδεικνυούσης. οὐ μικρῶς ἡμῖν πρὸς τὴν τοιαύτην συμβαλλομένης διάνοιαν τῆς προσβληθείσης τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις τῶν ἐπιγραφῶν ἑρμηνείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

C ἌΛΛΟ τι συνεπεράνθη τὸ πρῶτον τμῆμα τῆς διὰ τῶν ψαλμῶν ἀναβάσεως, ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πάλιν ἡ τοῦ μακαρισμοῦ ἐπανάληψις γίνεται, ἄλλως τοῦ λόγου περὶ τὴν ἀρχὴν ὁριζομένου ἡμῖν τὸ μακάριον. ἐν γὰρ τοῖς πρώτοις, τὸ ἀποστῆναι τοῦ κακοῦ μακάριον ἦν. ἐνταῦθα δὲ τὸ ἐπιγνῶναι τὸ ἀγαθὸν μακαρίζεται. ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ φύσις, ἢ εἴ τι καὶ ὑπὲρ τοῦτο δυνατόν ἐστιν ἐξευρεῖν ῥῆμα ἢ νόημα, τοῦτ᾽ ὁ μονογενής ἐστιν Θεὸς, ὃς δι᾽ ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν.

D οὗ τὴν ἐν σαρκὶ πτωχείαν τὴν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας ἡμῖν ἐπιδειχθεῖσαν ἐνταῦθα προμηνύει ὁ λόγος, μακαρίζων τὸν μετὰ συνέσεως τὴν πτωχείαν ἐκείνην γνωρίσαντα. ὃς πτωχὸς μὲν κατὰ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, εὐλογητὸς δὲ κατὰ τὴν τῆς θεότητος φύσιν. πένητα γὰρ αὐτὸν καὶ πτωχὸν ἐν προοιμίοις τῆς ψαλμῳδίας ὀνομάσας ὁ λόγος, ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ τμήματός φησιν. εὐλογητὸς κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, γένοιτο, γένοιτο. ὁ τοίνυν ἐπὶ τοῦτο φθάσας τὸ ὕψος, ἑτέρας ἀναβάσεως ἄρχεται.

καταλιπὼν γὰρ τὸν πατέρα τὸν Κορὲ, τὸν δι' ὑπερηφανείας ἐπαναστάντα τῇ ἱερωσύνῃ, καὶ διὰ τοῦτο κατατεφρωθέντα τῷ πυρὶ, καὶ καταχωσθέντα τῷ χάσματι, καὶ ὑπόγειον ἐξ ἁμαρτίας γενόμενον, τῷ ἀληθινῷ πατρὶ ἑαυτὸν εἰσποιεῖ διὰ τῆς πίστεως. συνεὶς ὅσον ἐστὶ τὸ διάφορον Θεοῦ τέκνον γενέσθαι, ἢ τοῦ ἀποστάτου Κορὲ υἱὸν χρηματίζειν. τυχὼν τοίνυν τοῦ τέλους τῆς νίκης, καὶ νοήσας ὅσον ἐστὶ μεταξὺ τούτου, καὶ τοῦ πονηροῦ πατρὸς τὸ διάφορον· διαφαγών τε καὶ ἐξαναλώσας ἐν ἑαυτῷ πᾶν τὸ θηριῶδες καὶ ἰοβόλον νόημα κατὰ τὴν τῶν ἐλάφων φύσιν, αἷς ἀφανιστικὴ τῶν ἑρπετῶν συνουσίωται δύναμις, μιμεῖται καὶ τῷ δίψει τὴν ἔλαφον, καὶ πρὸς τὰς θείας πηγὰς, αὕτη δ' ἂν εἴη θεία φύσις, διψητικῶς ἔχει, ἡ μία τε οὖσα καὶ ἐν τριάδι θεωρουμένη. ὃν τρόπον γάρ φησιν, ἐπιποθεῖ ὁ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ Θεός. εἶτα παραμυθεῖται τὴν δίψαν συνεχομένην τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ σπεύδουσα τοῦ ποθουμένου τυχεῖν, καὶ τὴν ἐν ὀλίγῳ τῆς τῶν ἀγαθῶν μετουσίας ἀναβολὴν ἐν συμφορᾷ ποιουμένη λέγει κατά τε τὸ μέσον, καὶ ἐπὶ τέλει τῆς ψαλμῳδίας. ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου. καὶ, ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν· ὡς ἀληθῶς ἡμῖν τὴν ἀγαθὴν ἀπόλαυσιν τῆς θείας ἐλπίδος ἐγγυωμένης. καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ ἑξῆς πρόεισιν, ἐν ᾧ διὰ τοῦ θείου θυσιαστηρίου γίνεται νέος· καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς πάλιν τοὺς ἐκ τοῦ Κορὲ τὸ γένος κατάγοντας, νικητὰς ἀπεργάζεται. δεικνὺς ὅτι οὐκ ἀμβλύνει τῇ δυσγενείᾳ τῶν πατέρων, ἡ παρὰ τῷ Θεῷ εὐδοκίμησις. καὶ ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ δὲ ταύτῃ τῷ Θεῷ τῆς τῶν ἐχθρῶν καθαιρέσεως ἀνατίθησι τὴν αἰτίαν, ἐν οἷς φησιν. ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῄσχυνας, μετέρχεται εἰς τὴν τοῦ ἀγαπητοῦ ᾠδήν. ἵν' οἱ πρότερον ἐκ τοῦ ἀποστάτου γενόμενοι, εἶτα νικηταὶ τοῦ πονηροῦ καταστάντες, διὰ συνέσεως εἰς τὸ τῆς νίκης φθάσωσι τέλος. εἰς τὸ τέλος γὰρ εἰς σύνεσιν ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ. ἐν ᾗ καὶ διδασκόμεθα, τίς μέν ἐστιν οὗ ὁ θρόνος ἐξ ἀϊδίου ἐπιστατεῖ τῶν ὄντων. τίς δὲ ἡ παρθένος νυμφοστολεῖται αὐτῷ πρὸς συμβίωσιν, οὐκ ἄλλως ἀξιουμένη τῆς τιμῆς ταύτης, εἰ μὴ τοῦ πατρὸς αὐτῆς λήθην λάβοι. καὶ ταύτην ἀναθεὶς τῷ ἀγαπητῷ τὴν ᾠδὴν, πάλιν ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ διέξεισιν, διὰ τῶν ἀπορρητοτέρων προάγων τὸν λόγον ὑπὲρ

A nem incipit. Nam relicto patre Core, Num.16.
qui per arrogantiam ſacerdotium ſibi
vſurpauit, & ob id igne exuſtus, & ab
hiatu abſorptus, & ſub terram propter
ſcelera abditus eſt, vero & legitimo patri
ſe per fidem adoptandum committit, non ignarus, quanto diſcrimine diſtent
Dei Filium fieri, & filium deſertoris Core nominari. Adeptus ergo finem
victoriæ, ſimúlque intelligens, quanta ſit inter hunc & malum illum
patrem differentia, conſumptóque in ſe & deuorato eo quod ferum eſt & venenatum,
more ceruorum, quibus re-
B ptilia conſumere vis innata viget, imitatur ſiti quoque ceruum, & ad diuinos
fontes, quos equidem ipſam diuinam naturam eſſe arbitror, ſiti æſtuans fertur,
quæ naturâ vna quidem numero eſt, & tamen in Trinitate ſubſiſtit. Ait
enim: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad* Pſal.41.
fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Deinde ſolatur ſitim cupiditati
copulatam, feſtinánſque id quod deſiderabat conſequi, & vel exiguam dilationem,
quæ bonorum illorum communionem moratur, in damno ponens,
C ait circa medium, & ſub finem Pſalmi:
Quare triſtis es anima mea? Et, *Spera in Deo,*
tamquã videlicet veræ quietis fructum diuina ſpes nobis polliceatur. Sicque
ad id quod ſequitur procedit, vbi per Pſal.41.
diuinum altare denuò iuuenis efficitur, Pſal.45.
& in ſequente rurſus illos qui genus à Core trahunt, victores reddit: oſtendens,
non obſcurari ignobilitate patrum celebritatem & gloriam, quam quis apud Deum obtinet,
ſimúlque hoc Pſalmo peremptorum hoſtium cauſam Deo adſcribens his verbis: *Liberaſti
enim nos de affligentibus nos, & odien-*
D *tes nos confudiſti;* tranſit ad dilecti canticum, vt qui prius deſertore patre prognati,
deinde victores hoſtis maligni effecti ſunt, per intellectum in finem victoriæ perueniant.
In finem, ad intellectum: Canticum pro dilecto: ſic enim inſcriptio habet: Quo docet etiam quis Pſal.44.
ſit thronus, qui ab æterno rebus præſidet, & quæ virgo ad conſortium ipſi quaſi ſponſa
quæratur, non aliter hoc honore dignanda, niſi patrem ſuum obliuiſcatur: hócque dilecto
canticum conſecrans & dedicans, rurſus epinicion texit, & exequitur pro filiis Core,
ſermone per abſtruſiora inſtituto: eſt

Pſal.45. enim *pro arcanis* Pſalmi huius argumentum & ſumma; vbi *ſonum aquarum, & turbationem gentium, & regum vocationem motúmque terræ* deſcribit, *dominúmque omnis virtutis nobiſcum eſſe* aſſeuerat. Quibus omnibus Domini per carnem manifeſtationem prædicit, quando natura quidem reſonat; tranſeunt verò & transferuntur montes, hoc eſt, terrea ſenſa & cogitata, quæ olim videbantur immobilia & loco cedere neſcia. Lætitiæ autem fluuius lætificat ciuitatem Dei, & tabernaculum ſuum ſanctificat Altiſſimus, & alia quæ ad eandem orationis ſeriem pertinent, quibus tamquam ænigmatis, & inuolucris nonnullis prædicuntur arcana. Rurſus ad aliam victoriam ſeſe confert, cui applaudunt omnes gentes, & ſimul exultant, quia *aſcendit Deus in iubilatione.*

Pſal.46. Plana porrò tibi fuerit aſcenſionis mentio per ipſius Pauli interpretationem, qui dicit: *fieri non poſſe, vt quis aſcendat,*

Epheſ.4. *niſi præceſſerit deſcenſus.* Hæc cùm ab omnibus intelligenter & ſapienter decantari iuſſiſſet, orationem ad ſubli-

Pſal.47. miorem quemdam ſtatum traducit, *ſecunda Sabbati* pro argumēto cantici conſtituta. Quæ ſi ad primam rerum procreationem referatur, nihil eſt aliud, quàm cœli & firmamenti effectio, cœleſtiúmque aquarum ab aquis terreſtribus diſcretio. Sin autem ad Euangelium reſpicias, verè ipſe eſt, qui cœlum nobis condidit. Nam cœlum à Deo fir-

Geneſ.1. mamentum appellatur. Paulus autem per firmamentū nihil aliud quàm fidem in Chriſtū intelligit. Tunc enim nobis verè ſecundùm fidem cœlum creatum eſt, cùm Sabbati obſcuritas præteriit, illúdq. fidele & acceptabile accidit myſterium eius qui prędeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecūdùm ſpiritum ſanctificationis myſteriū, inquam, reſurrectionis ex mortuis Domini noſtri Ieſu, qui verè eſt magn⁹ Deus & laudabilis nimis: & ſimilia, quæ toto decurſu Pſalmus ille continet. Cuiuſmodi ſunt *diuina ciuitas*, quam & *montem benè fundatum* nominat, & vniuerſæ terræ exultationes, & mons Sion; de qua vrbe maximè admirabile quiddam tradit, quod quæ olim *latus Aquilonis* erat, nunc facta ſit *ciuitas regis magni*: quódque *Deus in domibus eius cognoſcatur*: manifeſtè per hæc Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum & dignitatem deſignans. Nam Borealis pars terræ

A γὰρ τῶν κρυφίων ἐστὶν ἡ τῆς ψαλμῳδίας ἐπαγγελία. ἐν οἷς ἤχους ὑδάτων, καὶ κίνησιν ἐθνῶν, καὶ βασιλέων κλῆσιν, καὶ σάλον γῆς διελθὼν τῷ λόγῳ, καὶ τὸν κύριον πάσης δυνάμεως μεθ' ἡμῶν εἶναι εἰπὼν, δι' ὧν ἁπάντων τὴν διὰ σαρκὸς προαγορεύει τοῦ κυρίου ἐμφάνειαν. ὅτι ἠχεῖ μὲν ἡ φύσις, μεταβαίνει τε καὶ ὄρη τὰ γεώδη τῆς κακίας φρονήματα, ἀκίνητα εἶναι δοκοῦντα τοῖς πάλαι καὶ ἀμετάθετα. ὁ δὲ τῆς εὐφροσύνης ποταμὸς, εὐφραίνει τοῦ Θεοῦ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἑαυτοῦ σκήνωμα ἁγιάζει ὁ ὕψιστος. καὶ ὅσα τῆς ἀκολουθίας ἔχεται ταύτης, δι' ὧν τοῖς αἰνίγμασι

B τούτοις προαγορεύει ὁ λόγος τὰ κρύφια. πάλιν ἐφ' ἑτέραν μεταβαίνει νίκην ὁ λόγος, ἣ πάντα ἐπικροτεῖ τὰ ἔθνη καὶ ἐπαγάλλεται, διότι ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ. σαφὴς δέ σοι πάντως ἐστὶν, ὁ τῆς ἀναβάσεως λόγος, διὰ τῆς ἑρμηνείας τοῦ Παύλου, ὅς φησι, μὴ εἶναι δυνατὸν ἀναβῆναι, εἰ μὴ τὸ καταβῆναι προκαθηγήσατο. ὃς ψάλλειν μετὰ συνέσεως πάντας ἐγκελεύσας, μεταβαίνει τῷ λόγῳ πρὸς ὑψηλοτέραν κατάστασιν, τὴν δευτέραν τοῦ σαββάτου ὑπόθεσιν τῆς ᾠδῆς ποιησάμενος. αὕτη δὲ εἰ μὲν κατὰ τὴν

C πρώτην σύστασιν θεωροῖτο, οὐρανοῦ τε καὶ στερεώματός ἐστιν κατασκευὴ, καὶ τῶν ἐπουρανίων ὑδάτων ἀπὸ τῶν ἐπιγείων διάκρισις. εἰ δὲ πρὸς τὸ εὐαγγέλιον βλέποις, ἀληθῶς αὕτη ἐστὶν ἡ τὸν οὐρανὸν ἡμῖν κατασκευάσασα. ὁ γὰρ οὐρανὸς τὸ στερέωμα παρὰ τοῦ Θεοῦ ὀνομάζεται. ὁ δὲ Παῦλος νοεῖ τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν τὸ στερέωμα. τότε γὰρ ἡμῖν ὄντως κατὰ τὴν πίστιν οὐρανὸς δημιουργεῖται, ὅτε παρῆλθεν ἡ τοῦ σαββάτου κατήφεια. καὶ ἐγένετο ἡμῖν πιστὸν τὸ μυστήριον τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν Ἰησοῦ

D κυρίου τοῦ κυρίου ἡμῶν, ὅς ἐστι τῷ ὄντι μέγας κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα. καὶ τὰ ὅσα κατὰ τὸ ἀκόλουθον ὁ ψαλμὸς περιέχει, τὴν θείαν πόλιν ἐκείνην, ἣν καὶ ὄρος εὔριζον ὀνομάζει, καὶ πάσης γῆς ἀγαλλίαμα, καὶ Σιὼν ὄρη. ἐφ' ἧς μάλιστα τὸ πάντων παραδοξότατον ἐκδιηγεῖται, ὅτι ἡ ποτὲ οὖσα πλευρὰ τοῦ Βορρᾶ, νῦν γέγονεν πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. καὶ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται. σαφῶς διὰ τούτων τὸ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν θαῦμα μηνύων τῷ λόγῳ. τὸ γὰρ βόρειον κλίμα

τῆς γῆς τῆς κατεσκιασμένης τε καὶ κατεψυγμένης ἐστὶν, ἀλαμπὴς ἀεὶ μένον, καὶ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἀμέτοχον. οὗ χάριν, ἡ ἀντικειμένη δύναμις ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Βορέου διασημαίνεται. ἡ τοίνυν ἐοικυῖα ποτὲ τῷ Βορρᾷ, καὶ οὖσα αὐτοῦ πλευρά, αὕτη μεταταξαμένη ἀπὸ τοῦ σκοτεινοῦ τε καὶ κατεψυγμένου βίου, Θεοῦ πόλις γίνεται, καὶ βασιλείας ἐνδιαίτημα. ἧς ἐν ταῖς βάρεσιν ὁ Θεὸς γινώσκεται. βάρεις δὲ λέγει τὰς τῶν οἰκοδομημάτων περιγραφὰς ἐν τετραγώνῳ τῷ σχήματι, δι᾽ ὧν τὰς ἑδραίας, καὶ ὑψηλὰς τῆς ἀρετῆς πυργοποιΐας τὰς ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἁγίων θεωρουμένας. A παραδηλοῖ δι᾽ αἰνίγματος, ὡς μόνοις τοῖς τοιούτοις βίοις τοῦ Θεοῦ γινωσκομένου. καὶ τὰ ἐφεξῆς συνῳδὰ τοῖς προαποδεδομένοις ἐστὶν, συνήχθησαν γὰρ ἐν ταύτῃ οἱ βασιλεῖς· οὐ γὰρ δουλευόντων, ἀλλὰ βασιλευόντων συνδρομὴ τὴν θείαν ἐκείνην συνοικίζει πόλιν. οἵ τινές φησιν ἰδόντες, οὕτως ἐθαύμασαν. καὶ τὴν αἰτίαν διηγεῖται τοῦ θαύματος, ἐπειδὴ οἱ πρότερον κατοικοῦντες ἀναξίως τὴν πόλιν ταύτην, ὅτε ἦν πλευρὰ τοῦ Βορρᾶ ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, καὶ τρόμος ἐπελάβετο αὐτῶν. καὶ οὐ μόνον τρόμος, ἀλλὰ καὶ πόνοι μιμούμενοι ὠδῖνας τικτούσης. ἅπερ πάντα φησὶν κατὰ τούτων γεγενῆσθαι ὑπὸ τοῦ βιαίου πνεύματος, τοῦ τὰ πλοῖα τῆς ἀποστασίας συντρίβοντος, τὰ κακῶς τῇ θαλάσσῃ τοῦ βίου ἐπιπλάζοντα. ἐν πνεύματι γάρ φησιν βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς. ὁ δὲ τῆς τῶν πράξεων ἱστορίας τὴν μνήμην ἔχων, οὐκ ἀγνοεῖ τὴν βιαίαν πνοὴν τὴν ἐν τῷ ὑπερῴῳ τοῖς μαθηταῖς γνωρισθεῖσαν. καὶ ὁ τῇ προφητείᾳ τοῦ Ἰωνᾶ προσεσχηκώς, γινώσκει πάντως, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ ἀποστὰς ζητεῖ πλοῖον τὸ ἐπὶ Θαρσεῖς ναυτιλλόμενον. εἶτα ὥσπερ δύο προσώποις ἐπιμερισθεὶς ὁ λόγος, ἐν μὲν τοῖς προλαβοῦσι τὸ τοῦ προκαθηγοῦντος ὑποδύεται πρόσωπον, ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς, τὰς τῶν ὑποδεξαμένων τὸν λόγον φωνὰς ὑποκρίνεται. λέγει γὰρ συντιθέμενος τῇ ἀληθείᾳ τῶν προηγουμένων, ὡσανεὶ παρ᾽ ἄλλου τινὸς τὰ εἰρημένα μαθών, ὅτι, καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως καὶ εἴδομεν. ἐν πόλει κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. διὸ καὶ παρακαλουμένους ἀλλήλοις ἐποίησε τοὺς ἐν ἡδονῇ θεασαμένους, ἃ ἠκούσαμεν. ἡ δὲ παρακέλευσις αὕτη, τὸ κυκλώσατε Σιὼν καὶ περιλάβετε αὐτήν. διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς. θέσθε τὰς καρ-

A ex illis eſt, quæ nubilis perpetuis vrgentur, & frigore, & gelu, ſine ſplendore, expérſque radiorum ſolarium: ob id aduerſaria illa poteſtas *Aquilonis* nomine denotatur. Igitur quæ olim ad Aquilonem vergebat; imò, quæ ipſius latus erat, hæc tranſlata à tenebricoſa & algida vita, ciuitas Dei fit, & regis habitatio, cuius in domibus Deus cognoſcitur. *βάρεις* vocat ædium circumſcriptionem, & ſitum forma & ſpecie quadrangula: quibus tamquam inuolucris quibuſdam inſinuat firmas & excelſas virtutum turres & munitiones, B quæ in Sanctorum mentibus conſpiciuntur, quaſi ſolis hiſce viuendi generibus Deus cognoſcatur. Reliqua quæ ſequuntur cum prædictis concinant: congregati namque ſunt in ipſa reges terræ: non enim ſeruorum, ſed Regum conuentus ciuitatem illam habitat, *qui*, inquit, *Videntes hæc admirati ſunt*. Cauſámque admirationis addit. Nam qui prius ciuitatem hanc indignè incolebant, quando erat latus Aquilonis, illi *conturbati; & commoti ſunt, & tremor apprehendit eos*. Nec tremor tantùm, ſed & moleſtiæ ſimiles doloribus parturienC tium. Quæ omnia aduerſus iſtos eueniſſe dicit à ſpiritu vehementi, qui fugitiuas naues confringit, quæ improbè mari huius vitæ innatant. *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis*. Porrò cui quod in Apoſtolorum Actis proditum eſt, memoria non excidit, ille non ignorat ſpiritum illum vehementem, qui diſcipulis in cœnaculo congregatis cognitus eſt: quíque prophetiam Ionæ attentè legit, is perſpicuè exploratum habet, eum qui à Deo deficit, quærere nauem in Tharſis euntem. Deinde ſermone quaſi in duas perſonas diſtributo, in prioribus quidem perſonam & D habitum eius induit, qui oratione aliquos tamquam dux antecedit; poſtea voces ſubſequentium repræſentat. Inquit enim, aſſentiens veritati eorum quæ ſupradicta ſunt, quaſi ab alio quodam quæ dixerat, didiciſſet; *Quemadmodum audiuimus, ſic & vidimus: in ciuitate Domini Virtutum, in ciuitate Dei noſtri*: Qua de cauſſa introduxit etiam mutuò ſeſe cohortantes illos, qui cum delectatione viderant, quæ audierant: Cohortatio autem huiuſmodi eſt: *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius*,

Act. 2.

Ionæ 1.

ponite corda veſtra in virtute eius, & diſtribuite domus eius, & cætera quæ ibidem
Pſal. 48. ſequuntur. Poſt hæc diffundit prædicationem ſuam in totum terrarum orbem, & quemadmodum ante confuſionem linguarum omnibus erat vnum labium & vna vox, ſic & nunc omnes gentes, & totus orbis, & omnes homines, fiunt vnus velut auditus, & vnum cor, vna oratione omnibus, & ad omnes inſonante. Collecta enim vnum in locum tota humana ſocietate, vnóque quaſi theatro ex omnibus terrarum oris extructo, omnibus pariter ſermonem illum intonat: *Audite hæc omnes gentes; auribus percipite omnes qui habitatis orbem; quique terrigenæ & Filij hominum, ſimul in vnum diues & pauper:* his enim tribus coniugationibus & ordinibus generatim complexus eſt omnem diuerſitatem, quæ in hac vita mortalium apparet. Nam primo ordine vocat omnes gentes, quíque habitant orbem; vt gentium quidem nomine circumſcriptionem locorum ſignificauerit; ſequentibus verò verbis locorum incolas. Cùm autem terrigenas & filios hominum nominat, ſecernit carnales & corporeis rebus addictos, & à ratione alienam vitam degentes, ab his qui ſaluantur, & aliquem characterem naturæ humanæ in ſe continent: proprius verò hominis character eſt ſimilitudo cum DEO. At inæqualitas circa paupertatem & diuitias maximè generalis cauſa eſt variç & multiformis illius diuerſitatis, quæ in hominum negotiis eluceſcit. Et quis iſte, qui in tali ac tanto auditorio concionatur? quis alius, quàm qui in ſeipſo teſtatur ſe locuturum ſapientiam & prudentiam? Loquitur verò hæc ille, qui habet ſpiritum ſapientiæ & intellectus, eximiam iſtam gratiam, quæ ex attenta cura & meditatione prouenit. Non enim prius dixit ſe aperire os, quàm inclinauerit aurem ad ſermonem illius, qui ei ſuggerebat omnia. Inquit enim: *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam,* ſeu intellectum, primúmque, *inclinabo in parabolam aurem meam,* & tunc *aperiam in Pſalterio propoſitionem meam.* Quæ igitur eſt iſta prudẽtia, & quod problema ſeu propoſitio? Non vidit, inquit, Dei creatura mali alicuius Dei effectionem; vt teſtatur narratio mundi recens conditi,

A δίας ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς. καὶ ὅσα κατὰ τὸ ἀκόλουθον παρελέγει ὁ λόγος. μετὰ τοῦτο δὲ δι' ἀκολούθου εἰς πᾶσαν τὴν γῆν διαφοιτᾷ τοῦ λόγου τὸ κήρυγμα, καὶ ὥσπερ ἦν πρὸ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν χεῖλος ἓν πᾶσι καὶ μία φωνή· οὕτω καὶ νῦν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἡ οἰκουμένη πᾶσα καὶ πάντες ἄνθρωποι μία γίνονται ἀκοή, καὶ καρδία μία, ἑνὸς τοῖς πᾶσιν ἐνηχοῦντος τοῦ λόγου. πᾶσαν γὰρ κατὰ ταὐτὸν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐκκλησιάσας, καὶ θέατρον τὸν κόσμον ὅλον ἑαυτῷ περιστήσας, κοινῇ τοῖς πᾶσιν ἐμβοᾷ τὸν λόγον. ἀκούσατε λέγων πάν-
B τα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. οἵ τε γηγενεῖς καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· καὶ πλούσιος τις ἐν ἡμῖν, κἂν πενόμενος τύχῃ. ταύταις γὰρ ταῖς τρισὶ συζυγίαις πᾶσαν γενικῶς διαλαμβάνει τὴν κατὰ τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων διαφοράν. ἐν τῇ πρώτῃ συζυγίᾳ, ἔθνη λέγει πάντα, καὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην. ὡς τοῖς μὲν ὀνόμασι τῶν ἐθνῶν, τὰς περιγραφὰς τῶν τόπων σημαίνεσθαι· τῷ δὲ ἐφεξῆς λόγῳ, τοὺς τῶν τόπων οἰκήτορας. γηγενεῖς δὲ εἰπὼν καὶ ἀνθρώπων υἱούς, τοὺς σαρκώδεις τε καὶ χοϊκοὺς καὶ ἀλογωτέρους, διακρίνει
C ἀπὸ τῶν σωζομένων, καὶ τινα ἐν αὐτοῖς χαρακτῆρα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐχόντων. ἴδιος δὲ χαρακτὴρ ἀνθρώπου, ἡ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσις. ἡ δὲ κατὰ πενίαν τε καὶ πλοῦτον ἀνισότης τοῦ βίου, τὸ γενικώτατόν ἐστιν αἴτιον τῆς ποικίλης τε καὶ πολυειδοῦς τῶν ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων ἀνωμαλίας. τίς ἐστιν ὁ ἐν τοσούτῳ καὶ τηλικούτῳ ἀκροατηρίῳ δημηγορῶν; τίς ἄλλος, ἢ ὁ μαρτυρῶν ἐν αὑτῷ, ὅτι σοφίαν λαλήσει καὶ σύνεσιν. λαλεῖ δὲ αὐτά, ὁ ἔχων πνεῦμα σοφίας τε
D καὶ συνέσεως, τὴν μεγάλην ταύτην χάριν, τὴν ἐκ προσοχῆς καὶ μελέτης κατορθουμένην. οὐ γὰρ πρότερον εἶπεν ἀνοίγειν τὸ στόμα, πρὶν ἀποκλῖναι τὴν ἀκοὴν τῷ παραβάλλοντι λόγῳ. τὸ στόμα μου, φησίν, λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν. καὶ πρότερον κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, καὶ τότε ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου. τίς οὖν ἡ σύνεσις, καὶ τί τὸ πρόβλημα; οὐκ οἶδεν, φησίν, ἡ τοῦ Θεοῦ κτίσις πονηρᾶς τινος ἡμέρας κατασκευήν, ὡς μαρτυρεῖ τὸ κοσμο-

γινείας ὁ λόγος; ἀλλ' ἡ ἁμαρτία τὴν ἀγαλλιάσιμον ἡμέραν φόβου, καὶ τιμωρίας ἡμέραν ἐποίησεν, ἣν ἐξῆν μὴ φοβεῖσθαι, εἰ μὴ ὁ τὴν πτέρναν ἡμῶν ἐπιτηρῶν ὄφις, οὗ ὄνομά ἐστιν ἡ ἀνομία, κύκλῳ τὴν πορείαν τοῦ βίου διέλαβεν, τῷ ἰδίῳ ὁλκῷ ταῖς ποικίλαις τῶν παθῶν φολίσιν φοβερῶς ἐπιφρίσσων πανταχόθεν καὶ τραχυνόμενος. εἶτα διχῇ διελὼν πᾶσαν τὴν ψαλμῳδίαν, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ μέρει, συμβουλὴν κατατίθεται, τοῦ μὴ πρὸς ἄλλον βλέπειν τινὰ λυτρωτήν· οὔτε γὰρ ἀδελφὸς λυτροῦται φησίν, οὔτε ἄλλος τις ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτὸν ἐξαιτήσεται, ἐὰν δὲ δώσῃ τῷ Θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. ὃ βούλεται συμβουλὴν πρὸς ὑπερηφανίαν τῶν μάτην σπουδαζομένων γενέσθαι τὴν σπουδαζομένην ἐν τῷ βίῳ τούτῳ κατὰ τὸ μάταιον ἀκολουθίαν. πῶς ἐν ἀνονήτοις διάγουσι κόποις οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἀεὶ ζήσεσθαι προσδοκῶντες; πῶς τὴν διὰ τοῦ θανάτου καταφθορὰν οὐκ ἐλπίζουσιν, οἱ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἀποθνήσκοντας βλέποντες; καὶ ὅτι ἄφρονές εἰσιν ὡς ἀληθῶς, καὶ ἀνόητοι, οἱ οὐκ εἰδότες, ὅτι μετὰ τὸν τῇδε βίον ἄλλοις καταλείψουσι τὸν πλοῦτον αὐτῶν· αὐτοὶ δὲ τάφοις εἰς τὸ διηνεκὲς παροικήσουσιν, οἱ τὰ ὀνόματα αὐτῶν οὐκ ἐν οὐρανοῖς διὰ τῆς ὑψηλοτέρας ζωῆς ἀπογράψαντες, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ γενέσθαι ὀνομαστοὶ ποθήσαντες, ἀνωνύμους ἑαυτοὺς ἐν τῇ ἄνω πόλει ἐποίησαν. πάντων δὲ τούτων αἴτιον, τὸ μὴ συνιέναι τὸν ἄνθρωπον τῆς ἰδίας τιμῆς, ἀλλὰ πρὸς τὰς κτηνώδεις ἡδονὰς ἑκουσίως κατασυρῆναι, λαιμῷ καὶ γαστρὶ, καὶ τῷ μετὰ γαστέρα ῥύπῳ γενόμενον ἔκδοτον, τοῦτο τῆς πρώτης διαιρέσεως τοῦ ψαλμοῦ τὸ μέρος. τὸ δὲ λειπόμενον ἐν ἄλλοις ἔχει τὴν κατηγορίαν. πάλιν δὲ εἰς τὸ αὐτὸ ῥῆμα περαιοῦται ὁ λόγος. τοῦτο, οἶμαι, φιλοσοφούσης ἡμῖν τῆς προφητείας, ὅτι τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς τῶν κακῶν εἰσόδου, τὸ ἀποκτηνωθῆναι τὸν ἄνθρωπον τοῖς ζωωδεστέροις παθήμασιν. γενομένης δὲ ἡμῖν ἐκ χάριτος τῆς θεραπείας τοῦ τοιούτου κακοῦ διὰ τοῦ ἐπισκεψαμένου οἰκτιρμῷ τὸ ἀνθρώπινον, πάλιν ἀφέντες τὸν ἀγαθὸν ποιμένα, ὑπὸ τοῦ θανάτου ποιμαίνονται. οὐ πρὸς τὰ οὐράνια, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐν ᾅδου νομὴν ἑαυτοὺς ἐπικλίναντες, πρόβατα τοῦ ᾅδου γινό-

A ſed peccatum, lætabilem illam & plenam exultationis diem effecit nobis diem timoris & iudicij, quam poteramus non timuiſſe, niſi ſerpens, qui calcaneo noſtro inſidiatur, cuius nomen iniquitas, vndique viam vitæ nobis circumſepiſſet proprio ſuo rotatu & gyro, & variegatis paſſionum quaſi ſquamis, terribili aſpectu vndique infrendens & inhorreſcens. Deinde Pſalmo in duas partes diſtributo, in prima quidem parte conſilium dat, ne ad alium quemdam liberatorem reſpiciant: neque enim frater, inquit, redimet, nec alius quiſ-
B piam hominum, ſed quilibet pro ſeipſo exorabit, *ſi dederit Deo placationem, & pretium redemptionis animæ ſuæ.* Quod quidem conſilij loco ad illorum ſuperbiam coarguendam dicit, qui fruſtrà operam in hac vita conſumunt, ſtudiúmque in infructuoſis rebus ponunt. Quàm variis laboribus ſeſe fatigant homines, quaſi ſemper victuri eſſent. Quàm procul ab illis cogitatio corruptionis, quæ mortem comitatur, qui quotidie ante oculos ſuos vident alios morientes, quódque certiſſimum & veriſſimum
C ſtultitiæ & inſipientiæ argumentum eſt, qui neſciunt ſe poſt hanc vitam aliis diuitias has relicturos, ſeipſos autem in ſepulchris in perpetuum manſuros, qui nomina ſua per vitam ſublimiorem in cœlo non deſcripſerunt; ſed cùm in terra fieri celebres cuperent, fecerunt ſeipſos in cœleſti illa ciuitate obſcuros & ſine nomine. Horum omnium cauſa eſt, quòd homo proprium ſuum honorem non intelligat, ſed ad brutas voluptates ſponte ſua ſeſe abijciat, obnoxius gulæ & ventri, iiſque quæ ventrem conſequuntur, ſordibus. Hæc pars
D eſt primæ diuiſionis huius Pſalmi. Reliqua pars ad alia reprehenſionem & accuſationem dirigit; rurſúſque iiſdem verbis terminatur oratio; videlicet hoc nobis inſinuat Propheta, primam cauſam mali in mundum ingreſſi fuiſſe, quòd homo brutis & à ratione alienis cupiditatibus ſimilis ſit effectus iumentis; cùm autem contra malum medicina parata nobis eſſet ab eo, qui humanum genus miſericordia motus viſitauit, homines, deſerto rurſus bono paſtore, morti paſcendos ſe tradunt, non ad cœleſtia pabula, ſed ad infera tendentes, inferni oues facti. Dicis

enim: *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Sic denuò per peccatum inducitur obliuio eius dignitatis, quæ nobis diuino beneficio obtigit, & ad vitam rationis expertem inclinatio exoritur: omne enim illud, quod extra veram rationem eſt, rationis deſtitutio eſt: proprium verò iumenti eſt ratione & mente carere.

CAPVT XIII.

De Pſalmis 50. 51. 53. & 54.

VERVM omnia quæ in Pſalmo ſunt, ſigillatim velle proſequi, & commemorare, ſuperuacaneum fuerit, cùm ea quæ omiſſa ſunt, facili labore ex iis quæ diximus poſſint innoteſcere, vt proinde non arbitrer orationem longiùs protrahendam eſſe, niſi fortè illud tantummodo repetendum ſit ex iis, quæ iam ſupra diſputata ſunt, magnum Dauidem in humanum genus vtroque modo beneficium eſſe, tunc ſcilicet, cùm ſalutem noſtram per ſymbola quædam efformat & adumbrat, & tunc cùm hominibus modum pœnitentiæ demonſtrat: cui egregiè facto & laudabili operi, velut artem quamdam addit per Pſalmum quinquageſimum, quo alia victoria contra aduerſarium nobis præparatur. Noſſe enim ſeipſum expurgare, cedit in præparationem & ſubminiſtrationem perpetuæ victoriæ ab hoſte reportandæ. Nam cùm in hac vita indeſinentem luctam ſuſcipere debeamus aduerſus principem tenebrarum harum, & aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, cúmque vnicam tantùm reſiſtendi rationem, nempè pœnitentiam, & quidem ad omnem hoſtis inuadentis impreſſionem habeamus, certè qui illa rectè vtitur, is fit perpetuus victor perpetui noſtri aduerſarij. Cæterùm hiſtoriæ in his etiam quæ ſequuntur, ordo non conſtat, ſed ſolus ſenſus apto ordine connexus & diſpoſitus eſt. Nam id quod cum Berſabee & Vria accidit, longè poſterius eſt, quàm illud de Doeg Idumæo; quia hoc initio tyrannidis Saulis accidit; illud paulò ante finem regni Dauid: ſed temporalis & carnalis rerum ordo Spiritui ſancto non eſt curæ. Quid enim vtilitatis inde ad me rediret, ſi primum quidem edoceret ea, quę cum Idumæo contigerunt, poſtea illa, quæ cum Berſabee?

Pſal. 50.

2. Reg. 2.

1. Reg. 22.

A μένοι φησὶν γάρ, ὅτι, ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθεντο, θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς. καὶ οὕτως ἐκ δευτέρου γίνεται πάλιν διὰ τῆς ἁμαρτίας ἡ τῆς τιμῆς τῆς κατὰ χάριν ἡμῖν γενομένης ἀναισθησία, καὶ πρὸς τὸν ἄλογον βίον καταφορά. πᾶν γὰρ τὸ ἔξω τοῦ ἀληθινοῦ λόγου γινόμενον, ἀλογία ἐστίν. ἴδιον δὲ τῶν κτηνῶν τὸ ἄλογόν τε καὶ ἀνόητον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

B ΤΑ δὲ καθ' ἕκαστον τῶν ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ δι' ἀκριβείας ἐπὶ λέξεως ἀναγράφειν, περιττὸν ἂν εἴη, πολλῆς εὐκολίας οὔσης τῷ βουλομένῳ διὰ τῶν εἰρημένων, καὶ τὰ παρεθέντα κατανοῆσαι. ὥστε οὐδὲν οἶμαι δεῖν μηκύνειν διὰ πολυλογίας τὸν λόγον. ἢ τοῦτο μόνον ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀναλαβεῖν ἐκ τῶν προεξητασμένων, ὅτι δι' ἀμφοτέρων εὐεργετεῖ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ μέγας Δαβίδ, δι' ὧν τε προτυποῖ συμβολικῶς τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ δι' ὧν ὑποδείκνυσι τοῖς ἀνθρώποις τῆς μετανοίας τὸν τρόπον, οἷόν τινα τέχνην ἐπιβάλλων τούτῳ τῷ C κατορθώματι διὰ τῆς πεντηκοστῆς ψαλμῳδίας, δι' ἧς ἄλλη νίκη κατὰ τοῦ ἀντιπάλου ἡμῖν ἑτοιμάζεται. τὸ γὰρ εἰδέναι τὴν κακίαν ἑαυτῆς ἐκκαθαίρειν, τῆς διηνεκοῦς κατὰ τοῦ ἐχθροῦ νίκης παρασκευὴ γίνεται καὶ ὑπόθεσις· ἀδιαλείπτου γὰρ ἡμῖν οὔσης ἐν τῷ βίῳ τῆς πάλης τῆς γινομένης πρὸς τὸν κοσμοκράτορα τοῦ σκότους τούτου, καὶ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις· ἐπεὶ ἓν μόνον ἀντιπάλαισμα, καὶ πρὸς πᾶσαν πειρατηρίου προσβολὴν ἔχομεν τὴν μετάνοιαν, ὁ τοῦτο ἐν ἑαυτῷ κατορθώσας, D διὰ παντὸς νικητὴς γίνεται τοῦ ἀεὶ προσπαλαίοντος. μετὰ τοῦτο δὲ καὶ ἡ ἱστορία ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς τὸ ἀνακόλουθον ἔχει. ἀλλ' ὁ νοῦς πρὸς τὴν ἀκολουθίαν συνήρτηται, πολὺ γὰρ μεταγενέστερον τὸ κατὰ τὴν Βηρσαβεὲ καὶ τὸν Οὐρίαν ἔργον, τοῦ κατὰ τὸν Ἰδουμαῖον τὸν Δωὴκ ἐστὶ τὸ διήγημα. τοῦτο μὲν γὰρ ἐν ἀρχαῖς τῆς τοῦ Σαοὺλ τυραννίδος ἐγένετο, ἐκεῖνο δὲ μικρὸν πρὸ τοῦ τέλους τῆς τοῦ Δαβὶδ βασιλείας συνέβη. ἀλλ' οὐ μέλει τῷ πνεύματι λόγου τῆς χρονικῆς τε καὶ σαρκίνης τῆς πραγμάτων τάξεως. τί γάρ με τοσοῦτον ὀνίνησιν ἐν πρώτοις τὸ κατὰ τὸν Ἰδουμαῖον μαθεῖν, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ κατὰ τὴν Βηρσαβεὲ διδαχθῆναι;

A τίς ἀρετὴ διὰ τούτου; ποία πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνάβασις; τίς πρὸς τὴν τῶν ὑψηλῶν ἐπιθυμιῶν διδασκαλίαν; εἰ δὲ μάθοιν τὰ ἐν τῷ πεντηκοστῷ μυστήρια, ὅσα κατὰ τὸ βαθύτερον περιέχει ὁ λόγος, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνο τὸ πρὸς τὴν καθαίρεσιν τοῦ ἀντιπάλου δοθὲν ἡμῖν φάρμακον διδαχθείην, ἐν τῷ τῆς μετανοίας λόγῳ, ὥστε διὰ τούτου με πάντοτε νίκῃ τῇ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ συνεθίζεσθαί τε καὶ ἐγγυμνάζεσθαι, σκόπησον ὅπως προσβαίνω κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῇ ἐφεξῆς ἀνόδῳ, νίκην ἐκ νίκης μεταλαμβάνων. ἀναγνώσομαι δέ σοι τῆς ἱστορικῆς ἐπιγραφῆς τὴν ἀ- B κολουθίαν ἔχουσαν οὕτως. εἰς τὸ τέλος συνέσεως τῷ Δαβίδ, ἐν τῷ ἐλθεῖν Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαοὺλ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ, ἦλθεν Δαβὶδ εἰς τὸν οἶκον Ἀβιμέλεχ. δι᾽ ὧν διδασκόμεθα, ὅτι τότε μὲν εἰς τὸ τέλος τῆς νίκης ἄγει, ὅτ᾽ ἂν σύνεσις καθηγεῖται τοῦ βίου, καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ μεγάλου Δαβίδ. καὶ τότε μάλιστα λυπῶ τὸν Δωὴκ τὸν τῆς ἐμῆς σωτηρίας τύραννον, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἱερέως γινόμενος, καὶ ὅτ᾽ ἂν ὁ ἡμιόνων ὑπηρέτης, μηκέτι μοι κατὰ πρόσωπον συμπλέκεσθαι δύναμιν ἔχων, λάθρα κατ᾽ ἐμοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξαρτύεται, τῷ C κατ᾽ ἐμοῦ φονῶντι, τὴν παρὰ τῷ ἱερεῖ διαγωγήν μου καταμηνύων. δῆλον δ᾽ ἂν εἴη τίνες εἰσὶν αἱ ἡμίονοι, ὧν ἐπιστατεῖ ἐστὶν ὁ Ἰδουμαῖος, ὁ τὴν ἄγονον βουκολῶν φύσιν, ἐν ᾗ τοῦ Θεοῦ ἡ εὐλογία τόπον οὐχ εὗρεν, ἥ φησιν ἐξ ἀρχῆς τὸν πληθυσμὸν ἐνθεῖσα τῇ κτίσει, ὅτι, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. οὐ γὰρ ἐκ Θεοῦ ὁ πληθυσμὸς τῇ κακίᾳ· ὡς οὐδὲ ἐξ ἀλλήλων ἐστὶν ἡ τῆς γενέσεως τῶν ἡμιόνων διαδοχή. ἀλλ᾽ ἀεὶ καινοτομεῖ τὸ ζῶον ἡ φύσις τὸ μὴ ὂν ἐν τῇ κτίσει δι᾽ ἑαυτῆς παρασοφιζομένη, καὶ παρεισάγουσα. D δῆλον δὲ πάντως διὰ τῶν εἰρημένων ἐστὶν πρὸς τίνα σκοπὸν βλέπει ὁ λόγος. εἰ γὰρ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ κύριος καλὰ λίαν, ἡ δὲ ἡμίονος ἔξω τοῦ καταλόγου τῶν ἐν τῇ κτίσει γεγονότων ἐστὶν, δῆλον ἂν εἴη, ὅτι πρὸς κακίας ἔνδειξιν τὸ ὄνομα· τοῦτο ὑπὸ τῆς ἱστορίας παρείληπται. οὔτε ἐκ Θεοῦ οὖσα τὴν ὕπαρξιν ἔχει, οὔτε γενομένη ὡς γίνεται διαρκεῖ τῇ ὑποστάσει πρὸς τὸ ἴδιον. ὡς γὰρ οὐ συντηρεῖ δι᾽ ἑαυτῆς ἑαυτὴν ἡ τῶν ἡμιόνων φύσις, οὕτως οὐδὲ ἡ κακία μένει κατὰ τὸ διηνεκὲς αὐτῇ φυλασσομένη,

Quæ per hæc virtus mihi compararetur? quæ ad meliora aſcenſio? quæ doctrina ad ſublimiorum cupiditatem? ſi verò diſcam in quinquageſimo Pſalmo myſteria, quæ in eo abdita latent, & poſtea ad euerſionem aduerſarij datum nobis medicamentum in illo pœnitentiæ ſermone intelligam, vt per hoc me ſemper victoriæ contra hoſtem aſſuefaciam, & in ea me exerceam; mirum dictu eſt, quàm apto & conueniente ordine accedam ad ſequentem aſcenſum, victoria ex victoria reportans. Legam verò tibi ipſam hiſtoricæ inſcriptionis ſeriem, quæ ſic habet: *In finem intellectus Dauid, quando venit Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli & dixit: Venit Dauid in domum Abimelech.* Quibus docemur, tum ad finem victoriæ perueniri, quando intellectus vitam regit ſecundùm ſimilitudinem magni Dauidis, túmque maximè triſtitia affici Doëg ſalutis meæ hoſtem, quando in domo ſacerdotis verſor, & quando mulorum famulus nō amplius apertè & palam mecum congredi audet, ſed occultè contra me inſidias texit, dum indicat ei qui cædem mihi machinatur, meam in ſacerdotis domo commorationem. Liquet porò quinam ſint muli, quibus iſte Idumæus præeſt, qui infœcundam illam naturam paſcit, in qua locum non habet Dei benedictio, quam protulit ab initio, cùm creaturam vi ſeſe multiplicandi donaret his verbis; *Creſcite & multiplicamini.* Nam multiplicatio malitiæ à Deo non proficiſcitur. *Geneſ. 1.* Itaque neque ex ſe mutuò mulorum genus naſcitur; ſed natura ſemper noua quadam ratione progenerat hoc animal, id videlicet, quod in natura non eſt, ſuopte ingenio quaſi comminiſcens & ſuperinducens. Ex dictis autem omnino perſpicuum arbitror, quorſum hæc tendat oratio: ſi enim omnia quæ Dominus fecit, bona valde ſunt, mulus verò extra cenſum & claſſem eorum eſt, quæ in creatione ſunt condita, perſpicuum ſanè fit, ad malitiam demonſtrandam nomen hoc à ſacra hiſtoria vſurpatum eſſe. Neque à Deo igitur ſubſtantiam habet, neque cùm fit eo modo quo fit, ſufficit ipſa ſibi per ſuam ſubſiſtentiam ad ſui conſeruationem. Quemadmodum enim mulorum natura ſeipſam per ſeipſam non conſeruat, ſic neque malitia ſeipſam durando conſeruare poteſt,

Sed perpetuò ex alio quopiam exoriatur, quando illa excelſa & volubilis animæ noſtræ pars ad cupiditatem terrenæ & irrationalis coniunctionis delabitur. Ergo alienigena ille Doëg, nuntius Saulis contra Dauidem, infecundi gregis mulorum paſtor, alius non eſt, quàm malus Angelus, qui per varias peccati affectiones, genus humanum ad ſcelera pertrahit; qui quando viderit aliquem eſſe in domo veri ſacerdotis, cúmque ſtimulis mulorum percutere nequiuerit, tunc nuntiat id principi malitiæ ſpiritus operantis in filiis diffidentiæ. Ille autem altis radicibus actis, vt oliua fructifera in domo Domini, illos contra tyrannum inſtituit ſermones, quos in Pſalmo audiuimus, cùm ait: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate. Cuius lingua eſt, ſicut nouacula acuta*, ſpolians eos quos tetigerit, honore & decore crinium, abſcindénſque ſeptem illos capillorū nexus, in quibus omnis virtus reſidet. Intelligis, opinor, ex ipſo ſeptenario numero, ſpiritualium cincinnorū ſenſum, prout videlicet Iſaias

Iſaiæ 11. ſeptiformem ſpiritus gratiam enumerat, quibus abſciſſis, vt Samſoni accidit, ſequitur oculorum interitus & perdi-

Iud. 16. tio, iámque temulentis & ebriis alienigenis ludibrium efficitur. Poſthæc deſcribit eius qui in malitia potens eſt, notas & proprietates; Quoniam *Deus deſtruet hunc in finem: nunc verò euellet & emigrabit eum à diuino habitaculo*, & de terra viuentium excindet malitiæ illius & acerbitatis radices, & id genus alia, quæ Pſalmus ille toto ſuo decurſu complectitur, ad eumdem finem ſpectantia; quibus conſtantia & ſtabilitas eorum perficitur, quemadmodum diuinus ait Apoſtolus, qui *radicati ſunt in fide: Ego enim*, inquit, *tamquam oliua fructifera in domo Dei mei, ſperaui in miſericordia Dei in ſæculum*, & vltra hoc ſpatium, cuius menſura eſt infinitas, quod vocat *ſæculorum ſæculum*: Simúlque ſe Deo perpetuas gratias acturum pollicetur, cùm ait: *Confitebor tibi in ſæculum*: tu enim feciſti mihi digna gratiarum actione, *& exſpectabo*, inquit, *nomen tuum*: bona eſt enim hæc exſpectatio ſanctis tuis.

A ἀλλὰ πολλάκις γὰρ ὑπ' ἄλλου ζωογονουμένη, ὅτ' ἂν τὸ ὑψηλὸν καὶ γοργὸν τῆς ἐν ἡμῖν φύσεως, καὶ παχὺ, καὶ ὑψαύχενον πρὸς ἐπιθυμίας τῆς ἀνώδους τε καὶ ἀλόγου συζυγίας καθολισθήσῃ. ὁ τοίνυν ἀλλόφυλος ἐκεῖνος Δωὴκ ὁ τοῦ Σαοὺλ κατὰ τοῦ Δαβὶδ γινόμενος ἄγγελος, ὁ τῆς ἀγόνου ἀγέλης τῶν ἡμιόνων νομεὺς, οὐκ ἂν ἕτερος εἴη παρὰ τὸν πονηρὸν ἄγγελον, τὸν διὰ τῶν ποικίλων τῆς ἁμαρτίας παθημάτων τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν πρὸς τὸ κακὸν ἐφελκόμενος· ὃν ὅτ' ἂν ἴδῃ, ὅτι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀληθινοῦ ἱερέως ἐστὶν, B ἀδυνατῶν πλῆξαι αὐτὸν τοῖς τῶν ἡμιόνων λακτίσμασι, τότε καταμηνύει πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς πονηρίας τοῦ πνεύματος τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας. ὁ δὲ ἐῤῥιζωμένος, ὡς ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἐκείνους ποιεῖται κατὰ τοῦ τυράννου τοὺς λόγους, οὓς ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ ἠκούσαμεν. λέγων. τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν, οὗ ἡ γλῶσσα ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον, εἰς ὧν ἐπαφῇ ἀποψιλοῦσα τὴν τριχῶν τὴν εὐπρέπειαν, καὶ τὰς ἑπτὰ τῶν βοστρύχων σειρὰς, ἐν αἷς ἐστιν ἡ δύναμις ἡμῶν C ἀποτέμνουσα. νοεῖς δὲ πάντως ἐκ τῆς ἑβδομάδος τῶν πνευματικῶν βοστρύχων τὴν ἔννοιαν, καθὼς Ἡσαΐας τὴν ἑπταχῆ γενομένην τοῦ πνεύματος χάριν ἀπηριθμήσατο. ὧν ἀποτμηθέντων καθὼς ἐπὶ τοῦ Σαμψὼν συνέβη, ἕπεται τῶν ὀφθαλμῶν ἡ ἀπώλεια, καὶ τὸ ἐπιγέλαστον εἶναι τοῖς ἀλλοφύλοις, ὅτ' ἂν μεθύωσιν. ἐπάγει δὲ μετὰ τὸ εἰπεῖν, δι' ὧν ὑπογράφεται τὰ τοῦ ἐν κακίᾳ δυνατοῦ ἰδιώματα· ὅτι ὁ Θεὸς τοῦτον μὲν καθαιρήσει εἰς τέλος. τέως δὲ νῦν ἐκτίλλει καὶ μεταναστήσει ἀπὸ τοῦ θείου σκηνώματος, καὶ ἐκ τῆς τῶν ζώντων γῆς ἀ- D νορύξει τὰ τῆς πονηρίας αὐτοῦ καὶ πικρίας ῥιζώματα. καὶ ὅσα τούτοις κατὰ τὸ ἀκόλουθον περιέχει ἡ ψαλμῳδία, πρὸς τὴν αὐτὴν διάνοιαν βλέποντα· δι' ὧν κατορθοῦται τὸ βέβαιον, καθὼς εἶπεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, τῶν ἐῤῥιζωμένων ἐν τῇ πίστει. ἐγὼ γάρ φησιν ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου, ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ τὸ ὑπὲρ τοῦτο διάστημα, οὗ μέτρον ἐστὶν ἡ ἀπειρία, ὅπερ αἰώνων ὀνομάζει αἰῶνα. ἐν τούτῳ καὶ τῆς εὐχαριστίας κατὰ τὸ ἀΐδιον τῷ Θεῷ προσοίσειν καταπαγγέλλεται λέγων· ἐξομολογήσομαί σοι εἰς τὸν αἰῶνα. σὺ γάρ μοι τὰ ἄξια τῆς εὐχαριστίας ἐποίησας. καὶ ὑπομενῶ φησι τὸ ὄνομά σου. ἀγαθὸν γάρ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ τοῖς ὁσίοις

ον. ὥσπερ δὲ ἡ πολύχρωμος αἴγλη ἐν διαφόρῳ τῷ τῆς βαφῆς ἄνθει λεληθότως πρὸς τὸ ἕτερον χρῶμα μεταβαίνει, προσφυῶς τὰς ἄκρας τῶν χρωμάτων αὐγὰς ἀλλήλαις καταμιγνύουσα· οὕτως ἐστὶν ἰδεῖν τῆς ψαλμῳδίας ταύτης κατὰ τὸ ἄκρον τὴν τοῦ νοήματος ἀκτῖνα, τῷ προοιμίῳ τῆς τοῦ παρακειμένου ψαλμοῦ λαμπηδόνος, δι' ἀκολούθου προσμιγνυμένην. ὥστε λανθάνειν τὸ μέσον τούτων, αὐτομάτως τῆς διανοίας ἀπὸ τούτου πρὸς τὴν ὑποκειμένην ψαλμῳδίαν καταμιχθείσης. ὁ γὰρ ὡς ἐλαία κατάκαρπος ῥιζωθεὶς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἑδραῖόν τε καὶ ἀμετακίνητον τοῦ κατὰ τὴν πίστιν στερεώματος ἐν ἑαυτῷ βεβαιώσας, καὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ θείου ἐλαίου δι' εὐχαριστίας τῇ ἀπειρίᾳ τῶν αἰώνων συμπαρατείνας, θυμῷ χρῆται κατὰ τῶν ἀφραινόντων, ὧν κεφάλαιον τῆς ἀφροσύνης, τὸ τὸν ἀληθινῶς ὄντα τὸν ἐπὶ πάντων, καὶ ἐν πᾶσι, τοῦτον μὴ εἶναι λέγειν. τοιούτων γάρ φησι, καὶ τοσούτων ὄντων (πρῶτον τοῦ Θεοῦ δείκνυσι τὴν ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων προμήθειαν. ἐφ' οὗ τὸ τῆς ἐλπίδος βέβαιον οὕτως ἀμετάθετόν ἐστιν, ὡς μὴ κάμνειν τῇ ἀιδιότητι τῶν αἰώνων, τὸν πόθον συνεκτεινόμενον) πῶς λέγει ὁ ἄφρων ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Οὐκ ἔστι Θεός; διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν τοῖς τοιούτοις τῆς διανοίας ἐπιτηδεύμασι. φθορὰ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς, καὶ διάλυσις τοῦ συνεστῶτος, ἡ τοῦ ὄντως ὄντος ἀπόπτωσις. πῶς γὰρ ἄν τις ἐν τῷ εἶναι εἴη, μὴ ἐν τῷ ὄντι ὤν; πῶς δ' ἄν τις μένοι ἐν τῷ ὄντι, μὴ πιστεύων τῷ ὄντι, ὅτι ἐστίν; ὁ δὲ ἀληθῶς ὤν, Θεός ἐστι πάντως, καθὼς τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ ἡ ὀπτασία τῆς θεοφανείας μαρτύρεται. ὁ οὖν ἐκβάλλων τῆς ἑαυτοῦ διανοίας τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι, ἐν τῷ ἐκείνου μὴ εἶναι λέγειν, ἑαυτοῦ τὸ εἶναι διέφθειρεν, ἔξω τοῦ ὄντος γενόμενος. διὰ τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξέκλιναν, εὐθὺς ἠχρειώθησαν οἱ πάντες, οἷόν τι σκεῦος ἀπόβλητον, καταγνωσθὲν ἀχρηστίαν. τὸ δὲ τῷ καλῷ ἄχρηστον, τὴν πρὸς τὸ κακὸν ἐπιτηδειότητα, διὰ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀναρμοστίας, σαφῶς ἐπιδείκνυσιν. ἐπεὶ οὖν διὰ ταῦτα ὁ κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων διέκυψεν. ὁ δὲ τοιοῦτος λόγος τὴν ἐν ἀνθρώποις τοῦ κυρίου συναναστροφὴν προμηνύει, ὅτε τοῖς προκαθηγουμένοις πρὸς τὴν ἀπιστίαν τοῖς ἱερεῦσι τοῦ

A Quemadmodum autem diuerſi coloris ſplendor ob tincturæ varietatem, variis quaſi floribus diſtinctæ, ſenſim ad diuerſum colorem tranſit, ipſas auras colorum alternante fulgore ſcitè picturans; ſic & videre eſt Pſalmi huius ſenſus extremi quaſi radium, initio ſequentis Pſalmi, tamquam lucernæ conſequentia quadam, allucere & permiſceri, vt medium quod interijcitur non appareat, ſponte ſua animo ab hac ad ſubiectam pſalmodiam delabente. (Pſal. 52.) Qui enim vt oliua ferax in domo Domini radices fixit, fixumque illud & B immotum fidei firmamentum ſibi comparauit; & qui ſpem diuini olei per gratiarum actionem ad infinitatem ſæculorum extendit, is iracundia in inſipientes exardeſcit, quorum inſipientiæ caput eſt, aſſerere eum non eſſe, qui verè eſt, & ſuper omnes & in omnibus: Cùm enim tot & talia ſint, inquit, ex quibus Dei natura colligitur, (primùm Dei erga homines demonſtrat prouidentiam, cui ſpei noſtræ firmamentum adeò immobiliter innititur, vt non fatigetur, quando deſiderio ſuo C totum æternitatis ambitum amplectitur.) quomodo *dicit inſipiens in corde ſuo, Nō eſt Deus; corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt*, in talibus cogitationis ſuæ ſtudiis. Verè enim eius quod ſubſiſtit, corruptio & interitus eſt, decidere ab eo qui verè eſt. Quomodo enim quis ſuo in eſſe duret, qui non eſt in eo qui eſt? Quomodo quis maneat in eo qui eſt, ſi non credat ei qui eſt, quod ſit? Qui autē verè eſt, is omnino Deus eſt: quēadmodum & magno Moyſi viſio diuinæ apparitionis teſtatum fecit. Qui igitur ex ſuo ani-D mo abijcit eſſe Dei, is hoc ipſo quod Deum eſſe negat, proprium ſuum eſſe corrumpit, quippe abalienatus ab eo qui eſt: ob id, inquit, Poſtquam à Deo declinauerunt, derepentè *inutiles facti ſunt omnes*, velut vas quoddam abiectum, cognitæque inutilitatis iam damnatum. (Exod. 3.) Perſpicuè autem ſermo hic docet, id quod bono eſt inutile, nihil aliud eſſe quàm aptitudinem & propenſionem ad peccatum, propter incōuenientiam, quam habet cum eo, quod eſt rectum & honeſtum. Dominus igitur propter hæc *de cælo reſpexit ſuper filios hominum.* Quæ verba Domini inter homines conuerſationem indicant, quando præeuntes ad incredulitatem Sacerdotes

A & Phariſæos, & Scribas, omnes ſubditi ſecuti ſunt: illi enim erant, qui blaſphemis ſuis dentibus populum laniabant & deuorabant. Et de cauſa ait: *Trepidauerunt timore, vbi non erat timor, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis*, qui idem morbus eſt cum illis, qui aquam metuunt: qui ſi quo modo aquam admittere poſſent, medicamentum vtique aliquod ſuæ ægritudinis haberent: ſed metuunt ea ipſa quæ ad ſalutem ſunt propoſita, & alieno ſunt animo ab eo quod conſeruat, metúque ne pereant, interitum ſibi creant. Sic & illi clamante ad eos fonte: *Si quis ſitit, veniat ad me*
B Ioan. 7. *& bibat*, furore incredulitatis in animæ potentiis præoccupati, trepidabant timore vbi non erat timor, potum ſalutis aſpernati, neſcientes in generatione iuſtorum Deum eſſe, qui dat ex Sion ſalutare Iſraël; quique captiuitatem plebis ſuæ, ab eo qui nos per peccatum improbè in ſeruitutem coniecit, rurſus ad ſeipſum conuertit, quando verus Iſraëlita & ſpiritualis Iacob lætitia & exultatione repletur. Senſus igitur Pſalmi, quantum quidem inueſtigare potui, per ipſa Pſalmi verba, is eſt, quem dixi, cúmque hoc ſenſu conuenit: In-
C ſcriptio Pſalmi. Nam Pſalmi orationem eſſe epinicium teſtatur inſcriptio, per chorum in intellectu compoſitum: *In finem* enim inquit, *pro Maeleth*, quod *Per Chorum* interpretari licet. Pro illo: *In finem*, alij interpretes reddiderunt: *Epinicium*, hoc eſt, *carmen victoriæ*. Rurſus inſtituto ordine curſus orationis progreſſus, conſentaneè cogitationibus eorum, qui proficiunt accommodat hiſtoriæ ænigmata & inuolucra, quando nihil aduerſus nos Doeg ille Idumæus molitur, in ſeipſo ambiguam illam, & in duplici confinio poſitam mulorum naturam paſcens. Dictum
D eſt autem & ſuprà, peccatum per hoc animal ſignificari: quemadmodum enim peccatum fructus eſt ligni illius in vtrumque penduli & ancipitis, quod bonum & malum appellatur: bonum quidem, quod tegat peccatum voluptatis eſcâ, quam corporis amici loco boni corripiunt: malum verò, quia in amarum exeat finem, quod nunc vt bonum & pulchrum tanto ſtudio quæritur: Sic etiam videre licet vtriuſque naturæ, equi videlicet & aſini,

A καὶ Φαρισαίοις καὶ γραμματεῦσιν, ἅπαν ἐπηκολούθησε τὸ ὑπήκοον· ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ τοῖς βλασφήμοις ἑαυτῶν ὀδοῦσι τὸν λαὸν σπαράσσοντές τε καὶ διεσθίοντες. διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι, ἐκεῖ φοβηθήσονται φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος. οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου, ὅμοιον πάσχοντες τῷ πάθει τῶν ὑδροφοβούντων. οἷς εἴπως δυνηθεῖεν παραδέξασθαι τὸ ὕδωρ, ἰαματικὸν ἔσται τοῦ πάθους τῷ κάμνοντι. ἀλλὰ φοβοῦνταί πως τὸ ἐπὶ σωτηρίᾳ προκείμενον, καὶ ἀλλοτριοῦνται τοῦ σώζοντος, φόβῳ τοῦ μὴ ἀπολέσθαι κατασκευάζοντες ἑαυτοῖς τὴν ἀπώλειαν. οὕτως κἀκεῖνοι τῆς πηγῆς
B αὐτοῖς ἐκβοώσης· εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω, τῇ λύσσῃ τῆς ἀπιστίας προκατειλημμένοι τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια, ἐφοβοῦντο φόβον, οὗ οὐκ ἦν φόβος, τὸ ποτὸν τῆς σωτηρίας ἀποστρεφόμενοι. οὐκ εἰδότες, ὅτι ἐν γενεᾷ δικαίων ὁ Θεός ἐστιν, ὁ διδοὺς ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραήλ, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν αἰχμαλωτίσαντος. πάλιν πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφων, ὅτε γίνεται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάματι ὁ ἀληθινὸς Ἰσραηλίτης, καὶ πνευματικὸς Ἰακώβ. ἡ μὲν
C οὖν διάνοια τῆς ψαλμῳδίας, καθὼς ἐξῆν εὑρεῖν διὰ τῆς παρούσης τῆς λέξεως τῆς ψαλμῳδίας, τοιαύτη. ἡ δὲ ἐπιγραφὴ τοῦ ψαλμοῦ συμβαίνει πρὸς τὴν διάνοιαν. ἐπινίκιον γὰρ εἶναι τὸν λόγον τῆς ψαλμῳδίας, ἡ ἐπιγραφὴ σημαίνει, διὰ χορείας ἐν συνέσει γενόμενον. εἰς τὸ τέλος γάρ φησιν ὑπὲρ Μαελὲθ ἑρμηνεύεται. καὶ ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ τέλος ἕτεροι τὴν ἑρμηνείαν ἐπινίκιον ἐκδεδώκασιν. πάλιν διὰ τὴν ἀκολουθίαν περιιὼν ὁ λόγος, καταλλήλως τοῖς διὰ τῆς προκοπῆς ὑψουμένοις νοήμασιν, ἐφαρμόζει τὰ τῆς ἱστορίας αἰνίγματα, ὅτ' ἂν ἄπρακτος γένηται καθ' ἡμῶν
D ὁ Δωὴκ ἐκεῖνος ὁ Ἰδουμαῖος, τὴν ἐπαμφοτερίζουσαν τῶν ἡμιόνων φύσιν ἐν ἑαυτῷ νομεύων. εἴρηται δὲ τοῦτο καὶ ἐν φθάσασιν, ὅτι ἡ ἁμαρτία διὰ τοῦ ζώου τούτου σημαίνεται. ὡς γὰρ αὐτὴ ἐπαμφοτερίζοντος ἐκείνου τοῦ ξύλου ἐστὶ καρπὸς, ὃν καλόν τε καὶ πονηρὸν ὀνομάζει ὁ λόγος, καλὸν, καὶ διὰ τὸ κεκαλύφθαι τὴν ἁμαρτίαν τῷ τῆς ἡδονῆς δελεάσματι, ὧν αὐτὴ καλοῦ μετέρχονται οἱ τοῦ σώματος φίλοι, πονηρὸν δὲ πάλιν, ὅτι εἰς πικρὸν καταλήγει πέρας, τὸ νῦν ὡς καλὸν σπουδαζόμενον· οὕτως ἐστὶν ἑκατέρας φύσεως, ἵππου τε καὶ ὄνου,

A τὰ σύμβολα περὶ τὸ ὑποκείμενον ζῷον ἰδεῖν, ὡς εἶναι τὴν ἡμίονον τὸ αὐτὸ καὶ ἵππον, καὶ ὄνον, οὐ διῃρημένως ἑκάτερον, ἀλλ' ἐν ἑνὶ τὰ δύο, τῆς διπλῆς τῶν ζώων φύσεως πρὸς τὴν τοῦ ζώου ἀπεργασίαν καταμιχθείσης. ὅτ' ἂν τοίνυν μηνυτὴς γένηται τῷ τυράννῳ τῆς παρὰ τῷ ἱερεῖ διαγωγῆς ἡμῶν ὁ ἀλλόφυλος ἐκεῖνος, ὃν ἐνοήσαμεν, εἶτα ἡμεῖς τὸν ἐν κακίᾳ καυχώμενον, καὶ ἐν ἀνομίᾳ κεκτημένον τὴν δύναμιν, διὰ τῆς θείας συμμαχίας καθέλωμέν τε τῆς δυναστείας, καὶ προθέλυμνον αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς τῶν ζώντων ἀναρριζώσωμεν, ἐ- B λαία γινόμενοι τῷ πλήθει τῶν καρπῶν ἀγαλλομένη καὶ βρίθουσα, καὶ διὰ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος δυναμωθέντες χορεύσωμεν κατὰ τοῦ ἡττηθέντος τὰ ἐπινίκια· τότε κατὰ λόγον τοῖς ὑψηλοτέροις προσβαίνομεν, ὄντως κατὰ τὴν ἐν τῷ ᾄσματι φωνὴν, ὄρη διαπηδῶντες καὶ βουνοῖς ἐφαλλόμενοι. τί οὖν ἐστι τοῦτο τὸ ὄρος ἐφ' ὃ νῦν ὁ λόγος ἐκ τοῦ προτέρου ὄρους τῶν νοημάτων μεθάλλεται ἄλλη νίκη πάλιν, καὶ ἄλλοι ἐπὶ τῇ νίκῃ ὕμνοι διὰ συνέσεως τῷ Δαβὶδ κατορθούμενοι; οἱ δὲ κινοῦντες τοὺς ἀγῶνας εἰσὶν οὐκέτι ἡμιόνων ἀγέλη, ἀλλὰ Ζηφαίων ἔθνος. οἱ τοῖς C στενοῖς τῆς αὐχμώδους διαβάσεως προσκαθήμενοι, ὅτ' ἂν κωλῦσαι τὴν διὰ τοῦ στενοῦ πορείαν ἡμῶν ἀδυνατήσωσι, τὸν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν λυπούμενοι, εἰς τὸ τέλος γάρ φησι συνέσεως ἐν ὕμνοις τῷ Δαβὶδ, ἐν τῷ ἐλθεῖν τοὺς Ζηφαίους, καὶ εἰπεῖν τῷ Σαοὺλ, ἰδοὺ Δαβὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν. πάντως δὲ ὁ τῆς ἱστορίας οὐκ ἀγνοῶν, οἶδεν στενὸν καὶ αὐχμώδη τόπον ἐν τῷ μέρει τούτῳ μνημονευόμενον. διὰ δὲ τῆς ἀποστενουμένης διόδου, τὴν εὐαγγελικὴν τῆς βασιλείας ὁδὸν ἐνοήσαμεν, ἣν κωλύουσι μὲν οἱ Ζηφαῖοι, τουτέστιν, τὸ ἀλλόφυλον τῶν δαιμόνων D ἔθνος. οἱ ὑπηρέται τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως, εὑρίσκουσι δὲ οἱ ὀλίγοι οἱ τὴν πλατεῖαν ἀποστρεφόμενοι. ἔχει δὲ ἡ λέξις τῆς ἱστορίας οὕτως. οὐκ ἰδοὺ Δαβὶδ κέκρυπται ἐν μασερὲθ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς στενοῖς ἐν τῷ βουνῷ; ἀληθῶς γὰρ τῇ στενῇ ταύτῃ οἱ κατὰ Θεὸν ζῶντες ἐναποκρύπτονται. δείκνυσι δὲ ταύτην ἡμῖν τὴν ὁδὸν ἡ καινὴ διαθήκη. δι' ἧς ἐστι πρὸς τὴν ἀκροτάτην τοῦ ὄρους κορυφὴν ἀνελθεῖν, ἣν βουνὸν ὀνομάζει ὁ λόγος τῆς ἱστορίας. ὅτ' ἂν οὖν

ſymbola & notas in eo, de quo loquor animali, vt perinde idem mulus ſit & equus & aſinus: non quidem diuiſim vtrumque, ſed ſimul, in vnam duplici animalium naturâ ad noui huius animalis conſtitutionem commixtâ & confuſâ. Quando igitur alienigena ille, de quo agimus, tyranno noſtram apud ſacerdotem commorationem & conuerſationem indicat, deinde nos eum, qui in malitia gloriatur, & in iniquitate potentiam & vires ſuas collocat, diuina ope ſuperauerimus, & ex dominatione deturbauerimus, funditúſque ex terra viuentium euulſerimus, facti oliua, multitudine fructuum læta & onuſta, per ſpem in Deum corroborati, tunc celebrabimus in choreis aduerſus deuictum à nobis hoſtem epinicia; tunc meritò gradum ad altiora faciemus, verè, vt in Canticis dicitur, *ſalientes in montibus & tranſilientes colles.* Cantic. 2. Quiſnam igitur iſte mons eſt, ad quem nunc ex prioris montis, quaſi notionibus, reſultat denuò alia victoria, & alij hymni ſuper victoria per intelligentiam Dauidi confecti? Qui iam bellum mouent, non ſunt amplius de grege mulorum, ſed natio Ziphæorum, qui anguſtias arentis & ſiticuloſi tranſitus obſident, & quando nequeunt prohibere noſtrum per anguſtias illas iter, triſtes ob ſalutem noſtram, proſperóſque ſucceſſus euadunt. Inquit enim: *In finem intellectus in* Pſal. 53. *carminibus Dauid; cùm veniſſent Ziphæi, &* 1. Reg. 23. *dixiſſent ad Saul, Ecce Dauid abſconditus eſt apud nos.* Omnino autem is, qui hiſtoriæ ignarus non eſt, probè videt, per anguſtum & arentem locum, cuius hîc fit mentio, & per tranſitum adeò ad penetrandum difficilem, Euangelicam illam regni cœleſtis ſemitam intelligendam eſſe, quã nos quidem Ziphęi prohibent, hoc eſt, alienigena dęmonum natio, miniſtri aduerſariæ poteſtatis: Inueniunt verò eam pauci illi, qui latam viam auerſantur. Sic autem hiſtoriæ ſeſe illius narratio ad verbum habet: *Nónne ecce Dauid abſconditus eſt in Maſera apud nos in anguſtiis, in colle?* verè enim in anguſta hac via abſconduntur, qui vitam Deo conſentaneam ducunt. Hanc viam oſtendit nobis nouum teſtamentum, cuius beneficio ad ſupremum montis verticē peruenire poſſumus, quem *collem* hiſtoriæ cõtextus nominat. quando igitur

abſque impedimento anguſtam illam viam pertranſierimus, Ziphæi ſalutem noſtram & proſperitatem ad tyrannum deferunt; nos autem nomini eius, qui nos ſaluauit, poteſtatem rectè de nobis iudicandi deferimus, dicentes: *Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me.* Nam id quod factum iam erat, oratione ita repræſentat, quaſi adhuc futurum eſſet. Sic enim ſolet ſcriptura accuratam temporis rationem quaſi negligere. Nam diuina oracula id quod futurum eſt, ſæpè vt præteritum referunt, & id quod iam præterijt, vt futurum: quemadmodum & in fine huius Pſalmi videre licet: non enim dixit: *Super inimicos meos deſpiciet*; ſed, *Deſpexit oculus meus.* Quibus docemur, Deo nihil futurum aut præteritum eſſe, ſed omnia præſentia adeſſe. Itaque ſiue præteriti, ſiue futuri vim & ſignificationem habeant verba de diuina poteſtate prolata, animus tamen haud egreditur extra præſentis terminos. Ait igitur ad Deum ille, qui per arentem & anguſtam ſemitam euaſit, Ziphæorúmque turbam & coitionem fugauit: In nomine tuo ſalus nobis venit, & in virtute tua iudicium de bono & recto robur habet, id quod ſemper eueniet: & per hoc aduocat Dei velut aures, vt gratiarum actiones audiant, enumerans quomodo alieni aduerſus ipſum inſurrexerint, & quomodo fortes & potentes in malitia animam eius quæſiuerint, quibus Deus non præit dux, ſed is qui Deo contrarius eſt. Ob id dicit: Illi *non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum*, me verò Deus adiuuat, conuertens mala ad ipſos malitiæ auctores: &, *In veritate ſua diſperdet* omne illud quod veritati inimicum eſt & extraneum: Ego autem nomini, inquit, in quo ſaluatus ſum, gratias agam, quoniam bona eſt gratiarum actio, quia ærumnas & tribulationes euaſi, oculíſque meis inimicorum meorum diſperditionem vidi. Ideo enim Prophetæ oculus exultat, quòd nihil amplius virtuti oppoſitum cernat: ſublata enim malitia, quæ inimici loco & nomine virtuti aduerſatur, non amplius relinquetur inimicorum nomen & memoria: Quomodo enim quis inimicus appellaretur, nō amplius gliſcentibus & virentibus inimicitiis, quas interemit pax, vt ait Apoſtolus.

A τὴν στενὴν ἐκείνην ὁδὸν ἀνεμποδίστως παρέλθωμεν, Ζιφαῖοι τῷ τυράννῳ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν καταμηνύουσιν. ἡμεῖς δὲ τῷ ὀνόματι τοῦ σώσαντος, τὴν δυναστείαν τῆς εἰς τὸ καλὸν κρίσεως ἡμῶν ἀνατίθεμεν λέγοντες, ὁ Θεὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με, καὶ ἐν τῇ δυνάμει σου κρινεῖς με. τὸ γὰρ γινόμενον, ὡς προσδοκώμενον, ὑπὸ τοῦ λόγου διεσχημάτισται. οὕτω τῆς γραφῆς τῆς κατὰ τὸν χρόνον ἀκριβείας ὑπερορώσης. καὶ γὰρ τὸ ἐσόμενον ἡ προφητεία πολλάκις ὡς παρῳχηκὸς διηγήσατο, καὶ τὸ γεγονὸς,
B ὡς προσδοκώμενον. ὡς καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ψαλμῳδίᾳ κατὰ τὸ πέρας ἰδεῖν. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ἐπόψεται· ἀλλ' ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου, δι' ὧν ταῦτα μανθάνομεν, ὅτι τῷ Θεῷ οὔτε τι μέλλει, οὔτε τι παρῴχηκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐνεστῶτι τὰ πάντα ἐστίν. ὥστε κἂν τοῦ παρῳχηκότος, καὶ τοῦ μέλλοντος παρὰ τῆς θείας δυνάμεως ἔμφασίν τινα ἔχῃ τὰ ῥήματα, τοῦ ἐνεστῶτος οὐκ ἐξῆλθεν ἡ ἔννοια. λέγει τοίνυν πρὸς τὸν Θεὸν ὁ τὰς αὐχμώδεις τε καὶ στενὰς ἐπιβὰς, καὶ φυγαδεύσας τὸ τῶν Ζιφαίων συγκρότημα.
C ὅτι, ἐν τῷ σῷ ὀνόματι γέγονεν ἡμῖν ἡ σωτηρία, καὶ ἐν τῇ δυναστείᾳ σου, ἡ ἐν τῷ καλῷ κρίσις τὴν ἰσχὺν ἔχει, καὶ εἰς ἀεὶ ταῦτα γενήσεται. καὶ προσκαλεῖται ὑπὲρ τούτων τὴν θείαν ἀκοὴν πρὸς τὴν τῆς εὐχαριστίας ἀκρόασιν, λέγων τῶν ἀλλοτρίων τὴν ἐπανάστασιν, καὶ τῶν ἐν κακίᾳ κραταιῶν, τὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ζήτησιν, ὧν οὐ προηγεῖται Θεὸς, ἀλλ' ὁ ἐκ τοῦ ἐναντίου νοούμενος. διὰ τοῦτο γάρ φησιν ἐκεῖνοι μὲν, οὐ προέθεντο τὸν Θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν· ἐμοὶ δὲ ὁ Θεὸς βοηθεῖ. ὁ ἀποστρέφων τὰ κακὰ
D τοῖς τῆς κακίας εὑρεταῖς. καὶ διὰ τῆς ἀληθείας ἐξαφανίζων ἅπαν, ὅσον ἐστὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸν, καὶ ἀλλόφυλον. ἐγὼ δέ φησιν, ᾧ ἐσώθην ὀνόματι, τούτῳ εὐχαριστήσω, ὅτι ἀγαθὸν ἡ εὐχαριστία. ἐφ' οἷς ἔξω τε τῶν θλίψεων ἐγενόμην, καὶ τὸν ἀφανισμὸν τῶν ἐχθρῶν τοῖς ὀφθαλμοῖς κατενόησα. ἐπὶ τοῦτο γὰρ ὁ προφητικὸς ὀφθαλμὸς εὐφραίνεται, ὅτι δὴ μηκέτι μηδὲν ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ ἀρετῇ θεωρεῖται, τῆς γὰρ κακίας ἐξαιρεθείσης, ἥτις πρὸς τὴν ἀρετὴν εἰς ἐχθροῦ τάξιν ἀντικαθίσταται, οὐκέτι τὸ τῶν ἐχθρῶν ὑπολειφθήσεται ὄνομα· πῶς γὰρ τις ἐχθρὸς ἔτι κληθήσεται, μηκέτι τῆς ἔχθρας ζώσης, ἣν ἀπέκτεινεν ἡ εἰρήνη, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος.

ὡς δ᾽ ἂν ἀκολούθως ἐφαρμοσθείη τὰ ῥηθέντα νοήματα τοῖς ῥήμασι τῆς ψαλμῳδίας, αὐτὴν ἐπὶ λέξεως ἀνάγνωθι τὴν ψαλμῳδίαν, τὴν ἐν τῇ πεντηκοστῇ τρίτῃ κατὰ τὸ ἀκόλουθον τεταγμένην, ὅτε τῶν Ζηφαίων ἤδη κρείττων γενόμενος, ἐφιδὼν τὴν τῆς κακίας πανωλεθρίαν, πάλιν ἐν συνέσει τῆς ἄνωθεν κατὰ τὰς συμμαχίας, ὕμνον προσάγει τῷ Θεῷ ἐπινίκιον. οὕτω γὰρ ὁ τῆς ἐπιγραφῆς περιέχει λόγος. εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαβίδ, ὥσπερ γὰρ κατὰ τοὺς σωματικοὺς ἀγῶνας, οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀντιπάλοις οἱ ἀθληταὶ παραμάχονται, ὧν ἂν ἐν νεότητι κατὰ τὴν παλαίστραν κρατήσωσιν, ἀλλ᾽ αὐξηθείσης αὐτοῖς τῆς δυνάμεως, πρὸς μείζονάς τε καὶ ἰσχυροτέρους ἀνταγωνιστὰς ἀποδύονται, καὶ ἐκείνων κρατήσασι, κατὰ τῶν ὑπερεχόντων κονίζονται, πάντοτε τῇ προσθήκῃ τῆς δυνάμεως καταλλήλως πρὸς τοὺς δυνατωτέρους τῶν ἀντιπάλων ἀγωνιζόμενοι. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ὁ διὰ τοσούτων τῶν κατὰ τῶν ἐχθρῶν νικῶν ἐγγυμνασθεὶς, ἐπισημοτέρας τὰς νίκας ἑαυτῷ ποιεῖ, πρὸς τοὺς ἐπισημοτέρους τε καὶ μείζονας τῶν ἀνταγωνιστῶν συμπλεκόμενος. καὶ διὰ τοῦτο προσκαλεῖται τὴν ἀκοὴν τοῦ ἀγωνοθέτου λέγων. ἐνώπιον ὁ Θεὸς τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου καὶ προσέχειν αὐτοῦ τῇ ἀθλήσει παρακαλεῖ. πρόσχες μοι λέγων, καὶ εἰσάκουσόν μου. καὶ ὑποδείκνυσι διὰ τοῦ λόγου τῶν ἀγώνων τοὺς πόνους, λύπην, καὶ ἀδολεσχίαν, καὶ ταραχὴν καρδίας, καὶ φωνὴν ἐχθροῦ, καὶ θλῖψιν ἁμαρτωλοῦ διηγούμενος, οἷά τινα κρατήματα παλαιστρικὰ κατὰ γενόμενα παρὰ τῶν ἀνταγωνιζομένων αὐτῷ τῷ ἀγωνοθέτῃ ἐπιδεικνύμενος. καὶ ἔτι πρὸς τούτοις καρδίας ταραχὴν, καὶ δειλίαν θανάτου, καὶ φόβον, καὶ τρόμον, καὶ ζόφον τὴν ζωὴν αὐτοῦ πάντοθεν διαλαβόντα, ὧν πάντων μίαν ἐπίνοιαν εὗρε πρὸς τὸ κρεῖττόν τε καὶ ἀνώτερον τῆς τοιαύτης συνοχῆς γενέσθαι. τὸ πτερωθῆναι αὐτὸν τοῖς τῆς περιστερᾶς ὠκυπτέροις, καὶ μετάρσιον γενόμενον ἐκεῖ παῦσαι τὴν πτῆσιν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. ὃς τῶν κακῶν πάντων ἔρημος ὢν θαλής ἐστι τοῖς θειοτέροις. αὐλισθεὶς γάρ φησιν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀπὸ τῆς κάτω ὀλιγοψυχίας, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν πειρασμῶν καταιγίδος, ἐκεῖ περισώζεσθαι τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργείᾳ. ὅπου ἀφανίζεται ἡ κακία. ὁ γὰρ καταποντισμὸς, τὸν ἀφανισμὸν ἑρμηνεύει. διότι πᾶν τὸ ἐν βυθῷ γεγονός, ἀφανίζεται.

A Cæterùm vt aptè & debito ordine ſenſus, quos hactenus expoſuimus, verbis Pſalmi accommodentur, ipſam ad verbum lege, quæ ordine eſt quinquageſima tertia, pſalmodiam, quādo Ziphęis ſuperior effectus, contemplatúſque malitiæ omnimodum interitum, ruſus in intellectu ſuperni auxilij conſtitutus, Deo hymnum epinicium, & carmen victoriale decantat: ſic enim habent inſcriptionis verba: *In finem in carminibus intellectus Dauid.* Porro ſicut in certaminibus, quæ corpore perficiuntur, non congrediuntur pugiles cum iiſdem B aduerſariis, quos iuuentutis tempore deuicerant, ſed aucto robore, viribúſque confirmatis, maiores & validiores antagoniſtas ſibi depoſcunt; illis deuictis, cum excellentioribus adhuc in puluerem deſcendunt, ſemper virium incremento conuenienter cum robuſtioribus aduerſariis manum conſerentes: Pari modo, qui tot à tantis hoſtibus victorias reportauit, illuſtriores adhuc victorias ab illis refert, congreſſus cum celebrioribus, maioríſque nominis & famæ antagoniſtis, & ob id agonothetam ad audiendum aduocat, cùm C ait: *Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam:* Rogátque, vt ad pugnam ſuam animum aduertat: *Intende*, inquit, *mihi & exaudi me*, monſtrátque certaminum ſuorum labores, enarrans *triſtitiam & conturbationem, & vocem inimici, & tribulationem peccatorum.* Quæ omnia oſtendit certaminis præſidi velut palæſtricas quaſdam victorias ab aduerſariis relatas, & ad hæc etiam *conturbationem cordis, & formidinem mortis, & timorem, & tremorem, & tenebras* vitam ipſius vndique complexas; quibus omnibus vnum id remedij inuenit, quo ex rebus tam D afflictis emergeret, vt pernices columbæ alas aſſumeret, & in altum ſeſe tolleret, & in eo loco volatum ſiſteret ac conquieſceret, qui in malis omnibus ſecurus, perpetuò diuinioribus rebus circumfluit. Inquit enim: *Manſi in ſolitudine*, vt ibi à puſillanimitate ſpiritus quæ in terra, & à procellis tentationum, Dei ope, ſeruaretur, vbi euaneſcit omnis malitia. Nam præcipitatio in mare, abolitionem & interitionem ſignificat: Quia omne illud, quod in profundum demergitur, euaneſcit, & ex conſpectu hominum eripitur.

Pſal. 54.

Submerſio igitur & pernicies peccati, eſt diſſolutio concretionis peccati. Propterea dicit, à Deo præcipitari malitiam in mare, cùm diuidit linguas eorum qui in malo conſpirant, alia item omnia quæ in ordine Pſalmus continet, vt eſt deſcriptio ciuitatis habitatæ à malis & prauis ſtudiis & inſtitutis, eodem pertinent: Refert enim malos huius ciuitatis incolas, *iniquitatem* ſcilicet, & *contradictionem*, quæ noctu ciuitatis muros circumeunt; rurſus iniquitatem, & laborem, & iniuſtitiam enutritam in medio ciuitatis: oſtendit & improbum populum qui plateas eius complet, quem nominat vſuram & dolum, ſeu fraudem, & quæ omnium grauiſſima peſtis eſt, hypocriſin, quæ animi conſenſionem & delectionem habitu ſimulans, fraudem pulchro tegumento velat: propterea dignos huiuſmodi incolis mittit iuſtus iudex aduenas. Vis ſcire quænam ſint horum aduenarum nomina? *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes;* cúmque omnia triſtia & aſpera ipſis euentura demonſtraſſet, emiſit dulcem illam vocem, qua & ciuitatem illam cum tota ſua multitudine vicit: *Ego autem in te ſperabo.* Turbam verò ciuitatis nominat viros *ſanguinum & doloſitatis*, qui nullam ſpeciem mali dici dimidiant, neque imperfectam malitiam eſſe ſinunt, ſed in malitia omnes numeros habent: quorum omnium victor fit vna illa voce, qua ſuam erga Deum affectionem prodit, cùm ait: *Ego autem in te ſperabo.*

CAPVT XIV.

De Pſal. 55. 56.

PRÆDICTIS ſenſibus inſiſtens, quicumque harum rerum ſtudioſus eſt, ipſe ſuo ſtudio diuinitùs inſpirata pſalmodiæ huius verba percurrat: ne à nobis confuſio potius introducatur, ſi omnia ad verbum exponam, diſputationémque in quouis ſenſu longiùs protraham. Quemadmodum autem illi, qui difficilem & præcipitem viam aſcendunt, ſi interea ſedem aliquam reperiant, contentionem illam laboris remittunt, vt reſumptis & reparatis viribus ſeipſos ad ſuperanda celſiora quæ reſtant faſtigia excitent: Sic & virtutis ſectator, cuius aſcenſiones ſunt victoriæ ab aduerſariis

A βυθισμὸς οὖν ἁμαρτίας ἐστὶ καὶ ἀπώλεια, ἡ τῶν συνεστώτων τῆς κακίας διάλυσις. διὰ τοῦτό φησιν καταποντίζεσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ κακὸν ἐν ᾧ καταδιαιρεῖ τὰς γλώσσας τῶν ἐπὶ κακῷ συμφρονούντων. καὶ ὅσα ἐφεξῆς περιέχει ἡ τῆς ψαλμῳδίας ταύτης διάνοια, τὴν τῆς πόλεως ὑπογραφὴν, τὴν ὑπὸ τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων συνῳκισμένην, πάντα πρὸς τὸ αὐτὸ βλέπει. λέγει γὰρ καὶ ἀπαριθμεῖται τοὺς κακοὺς τῆς πόλεως ταύτης οἰκήτορας, ἀνομίαν λέγων καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει διὰ νυκτὸς, περιπολούσας τὸ τεῖ-
B χος, καὶ πάλιν ἀνομίαν, καὶ κόπον, καὶ ἀδικίαν ἀναστρεφομένας ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἄστεος. δείκνυσι δὲ καὶ τὸν κακὸν δῆμον, τὸν τὰς πλατείας αὐτῆς πληροῦντα. ὀνομάζων τόκον καὶ δόλον, καὶ τούτων τῶν εἰρημένων πάντων τὸ βαρύτατον, τὴν ὑπόκρισιν εἶναι λέγει, ἣ τὸ ἰσόψυχόν τι καὶ ἀγαπητικὸν ὑποδυομένη σχῆμα, κρύπτει τὸν δόλον τῷ χρηστῷ περικαλύμματι. διὰ τοῦτο ἀξίους τῶν τοιούτων ἐνοίκων ὁ δίκαιος κριτὴς τοὺς ἐποίκους ἐκπέμπει. βούλει μαθεῖν τὰ τῶν ἐποικίων ὀνόματα; ἐλθέτω φησὶ θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ κα-
C ταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες. καὶ πάντα περὶ αὐτῶν τὰ σκυθρωπὰ διὰ τοῦ λόγου παραδείξας, ἐπάγει τὴν γλυκεῖαν ἐκείνην φωνὴν, ἐν ᾗ καὶ νενίκηκε τὴν πόλιν αὐτῷ πληρώματι λέγων. ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ. πλήρωμα δὲ λέγει τῆς πόλεως ταύτης, ἄνδρας αἱμάτων, καὶ δολιότητος, τοὺς οὐδὲν εἶδος πονηρᾶς ἡμέρας ἡμισεύοντας, οὐδὲ ἀτελῆ τὴν πονηρίαν ἐπιδεικνυμένους. ἀλλ' ἐν τῷ κακῷ τὸ τέλειον ἔχοντας, ὧν πάντων νικητὴς γίνεται τῇ μιᾷ ταύτῃ φωνῇ, ᾗ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καταμηνύει διάθεσιν λέγων· ἐγὼ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

D ΤΟΥΤΟΙΣ ἐπελθὼν τοῖς νοήμασιν ὁ φιλόπονος, αὐτὸς ἀναγινωσκέτω τὰ θεόπνευστα τῆς ψαλμῳδίας ῥήματα, ὡς ἂν μὴ δι' ἡμῶν ὄχλος ἐπεισαχθείη, τῷ πάντα κατὰ λέξιν ἐκτιθεμένῳ καὶ μηκύνοντι τὴν ἐφ' ἑκάστῳ νοήματι θεωρίαν. ὥσπερ δὲ οἱ τὴν ἀνωφερῆ, καὶ δυσπόρευτον ὁδὸν ἀνιόντες, ὅτ' ἂν μεταξὺ καθέδρας τινὸς ἐπιτύχωσι, τὸ πολύ τε καὶ σύντονον τοῦ κόπου διαναπαύουσιν, πάλιν τῆς δυνάμεως αὐτοῖς ἀναρρωσθείσης, πρὸς τὴν ἄνοδον τῶν ὑποκειμένων ἑαυτοὺς ἐπεγείρουσιν· οὕτως καὶ ὁ τῆς ἀρετῆς ὁδοιπόρος, οὗ τὰ διαβήματα νῖκαι κατὰ τῶν ἀντιπάλων εἰ-

donec præteritis iis quæ mouentur, fluxoque motu, vt inquit Apoſtolus, aliquando ceſſante, venerint ea, quæ non amplius fluctuant, & agitantur: quæ deinceps alteratio mutatióque non amplius attingit in eiſdem, eodem modo ſemper in ſequentia ſecula manente illa creatura, in qua vera humanæ naturæ circumciſio per ademptionem vitæ corporalis, & vera purificatio verarum ſordium fit. Sordes autem hominis peccatum eſt, quod vnà cum humana editur natura. quoniam in peccatis concepit me mater mea: quod peccatum is qui purificationem peccatorum noſtrorum confecit, tunc in vniuerſum expurgat, abſumens ac tollens ex rerum natura quicquid vel cruentum vel ſordidum vel præputioſum eſt. Atque ita accipimus legem de octaua: quæ lex purget pariter & circumcidat, propterea quòd ſeptimanario tempore finito, poſt ſeptimum inſtabit dies octauus: qui octauus quidem dicitur, quia poſt ſeptimum exiſtit: numeri verò viciſſitudinem in ſeſe non amplius admittit. Vnus enim in perpetuum nulla vnquam nocturna caligine diremptus permanet. Alius enim eum efficit ſol, qui veram ſuo fulgore lucem edit. qui poſteaquàm nobis ſemel illuxerit, vt inquit Apoſtolus, deinceps occaſu non occultatur, ſed omnia illuminatrice vi ſua amplexus, perpetuum pariter ac viciſſitudinis expers lumen dignis ingenerat, etiam ipſos, qui illius luminis participes fuerint, alios ſoles efficiens: quemadmodum in Euangelio Sermo dicit: Tunc iuſti fulgebunt vt ſol. Quoniam igitur in ſuperiori pſalmo pro ea, quæ hæreditatem capit, ſermonem fecit: hæreditas autem in octaua dignis repoſita atque recondita eſt: atque in hac iuſtum quoque iudicium Dei, vnicuique, id quo dignus fuerit, tribuens exercetur; rectè propheta cum mentione octauæ, de pœnitentia ſimul intulit ſermonem. Quis enim terribilis iudicij Chriſti recordatus, non ſtatim in conſcientia ſua quaſi conuellitur? ac terrore & angore non conſtringitur? atque etiam ſi vitæ meliùs quàm deterius actæ ſibi conſcius ſit: attamen ad exactam diligentiam & rigorem iudicij reſpiciens, in quo minimæ quoque culpæ in quæſtionem adducuntur ac prorſus expectatione terribilium pœnarum

1.Cor.7.31
Pſal.50.
2.Cor.4.
Matth. 1

perhorreſcit, ignorans quiſnam ſibi iudicij exitus & euentus futurus ſit. Idcirco quaſi in oculis habens terribilia ſupplicia, gehennam illam & tenebro-
Matth. 8. ſum ignem, & conſcientiæ vermem
Marc. 9. numquam emorientem, qui animam ſemper pudore ſugillat, ac recordatione malè actæ vitæ cruciatus renouat
Pſal. 6. atque reintegrat: Deo iam ſupplex fit, orans ne in illo furore tradatur ad quæſtionem & iudicium, neu per illam iram adhibeatur ſibi caſtigatio propter delicta. (Nam ab iis qui acerba caſtigatione terribilis illius ſupplicij condemnati ſunt, furoris eſſe opus & iræ iudicium illud exiſtimatur.) atque idcirco quaſi iam in doloribus atque cruciatibus conſtitutus, dolentium voces imitatur, quibus furor eſſe videtur & ira, quicquid ad puniendum impios adhibetur. Dicit igitur: Non expecto donec ex illo furore per terribilia flagella de me occultorum delictorum quæſtio habeatur: ſed præoccupo reuelatione atque ſpontanea confeſſione neceſſitatem ex illa ira mihi imponendã. Quod cruciatus facit in illis qui verberantur, inuitis eis occulta ſcelera manifeſta faciens, id à ſe ipſo liberũ arbitriũ facit, ſeipſum per pœnitentiã & flagellãs & puniens, publicãſq. atq. diuulgans in oc-
Ibidem. cultis abſcõditũ peccatũ. Cùm dixiſſet
Ibid. igitur, Neque in furore tuo arguas me, neq. in ira tua caſtiges me, congruenter deinceps confugit ad miſericordiã, non tam in liberam volũtatem & arbitrium, quàm in infirmitatẽ naturæ cauſſã mali conferens. In vitiis me natum, inquit, miſericordia cura: ex infirmitate enim incidi in morbum. Quænã autem infirmitas eſt? Loco mota ſunt oſſa mea, atq. à mutua conueniẽtique inter ſeſe compage diſſoluta. Oſſa autẽ dicit ſanas & conſtantes cogitationes & ratiocinationes animam confirmãtes. Sana me Domine, quoniam oſſa mea turbata ſunt. Atq. interpretatur ſermonis inuolucrũ
Ibidem. per ea, quę dictis ſubiũgit, videlicet, ani-
Eſa. 38. ma mea turbata eſt valde. Quid igitur
Bar. 2. differs, inquit, ſanationem tu domine? quouſque tandẽ miſericordiam non adhibes? an non vides quàm breuis æui, quàm præcipitis fati vita humana ſit? præoccupa animam meam conuertendo vitæ noſtræ neceſſitatem, ne cùm mors tãdem nos inuaſerit, omnis ad curandũ excogitata ratio nullius vſus ſit.

A προσδοκίᾳ, οὐκ εἰδὼς εἰς ὅ, τι αὐτῷ τὸ τῆς κρίσεως καταλήξει πέρας. τούτου χάριν ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς λαβὼν τὰ φοβερὰ κολαστήρια, τὴν γέενναν ἐκείνην καὶ τὸ σκοτεινὸν πῦρ, καὶ τὸν ἀτελεύτητον τῆς συνειδήσεως σκώληκα, τὸν ἀεὶ μυζῶντα τὴν ψυχὴν δι' αἰσχύνης, καὶ τῇ μνήμῃ τῶν κακῶς βεβιωμένων τὰς ἀλγηδόνας ἀνακαινίζοντα· ἤδη τοῦ Θεοῦ ἱκέτης γίνεται, δεόμενος, μὴ τῷ θυμῷ ἐκείνῳ παραδοθῆναι πρὸς ἔλεγχον, μήτε διὰ τῆς ὀργῆς ἐκείνης ἐπαχθῆναι αὐτῷ τὴν ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησε παιδείαν.
B τοῖς γὰρ καταδικασθεῖσι τῇ πικρᾷ παιδείᾳ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης κολάσεως, θυμοῦ ἔργον νομίζεται καὶ ὀργῆς ἡ διάκρισις. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἐν ταῖς ἀλγεινοῖς ἤδη γινόμενος, τὰς τῶν ὀδυνωμένων φωνὰς ὑποκρίνεται, οἷς θυμὸς εἶναι δοκεῖ καὶ ὀργὴ τὸ ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν ἀσεβῶν ἐπαγόμενον. λέγει τοίνυν, ὅτι οὐκ ἀναμένω ἐκ τοῦ θυμοῦ ἐκείνου διὰ τῶν φοβερῶν μαστίγων γενέσθαι μοι τῶν κεκρυμμένων τὸν ἔλεγχον· ἀλλὰ προλαμβάνω τῇ ἐξαγορεύσει τὴν ἐκ τῆς ὀργῆς ἐκείνης ἀνάγκην. ὅπερ ἡ ὀδύνη ἐπὶ τῶν μαστιγουμένων ποιεῖ, ἀκόντων αὐτῶν τὰ κρυπτὰ τῆς
C ἀνομίας ἐμφανῆ ποιοῦσα· τοῦτο ποιεῖ ἀφ' ἑαυτῆς ἡ προαίρεσις, ἑαυτὴν διὰ τῆς μετανοίας μαστίζουσά τε καὶ κολάζουσα, καὶ δημοσιεύουσα τὴν κεκαλυμμένην ἐν τοῖς κεκρυμμένοις ἁμαρτίαν. εἰπὼν τοίνυν, ὅτι μήτε τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μήτε τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με· ἀκολούθως καταφεύγει ἐπὶ τὸν ἔλεον, οὐ τοσοῦτον εἰς προαίρεσιν, ὅσον εἰς ἀσθένειαν φύσεως, τοῦ κακοῦ τὴν αἰτίαν ἀνάγων· ἐν κακοῖς γεγονότα, ἐλέῳ θεράπευσον· ἐξ ἀσθενείας γὰρ ἦλθον ἐπὶ τὸ πάθος. τίς δὲ ἡ ἀσθένεια; ἐξηρμόσθη τὰ ὀστᾶ μου, καὶ διελύθη ἀπὸ τῆς μετ' ἀλ-
D λήλων ἁρμονίας. ὀστᾶ δὲ λέγει, τοὺς σώφρονας λογισμούς, τοὺς τὴν ψυχὴν διερείδοντας· ἴασαί με, κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. καὶ ἑρμηνεύει τοῦ λόγου τὸ αἴνιγμα, δι' ὧν ἐπήγαγε τοῖς εἰρημένοις· ὅτι ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. τί οὖν ἀναβάλλῃ, φησί, πρὸς τὴν ἴασιν; σὺ κύριε, ἕως πότε, οὐκ ἐπάγεις τὸν ἔλεον; οὐχ ὁρᾷς τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς τὸ ὠκύμορον; πρόλαβε τῇ ἐπιστροφῇ τῆς ψυχῆς μου τὸ ἀναγκαῖον τῆς ζωῆς ἡμῶν· μή ποτε τοῦ θανάτου ἐπιλαβόντος ἀργῇ πᾶσα πρὸς θεραπείαν ἐπίνοια.

οὐκέτι γάρ ἐστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ διὰ τῆς μνήμης τοῦ Θεοῦ θεραπεῦσαι δυνάμενος τὴν ἐκ κακίας αὐτῷ γενομένην νόσον. διότι ἐπὶ γῆς μὲν ἰσχὺν ἡ ἐξομολόγησις ἔχει· ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ, τοῦτο οὐκ ἔστιν. εἶτα ὡς εἰπόντος τινός, πῶς καλεῖς ἐπὶ θεραπείαν τῶν πλημμελημάτων τὸν ἔλεον; ποίῳ τρόπῳ τὸ θεῖον ἱλεωσάμενος; οὕτω φησίν· ὅτι ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, καὶ ἐκπλυνῶ τὴν ἐξ ἁμαρτίας στρωμνὴν τῷ τῶν δακρύων ὕδατι. διὰ τί ταῦτα; ὅτι ἐν θυμῷ φησιν ὁ ὀφθαλμός μου ἐταράχθη· καὶ διὰ τοῦτο παλαιός τις καὶ ἐρρυτιδωμένος ἐγενόμην, τοῦ θυμοῦ τοῦ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μοι ἐγγενομένου, τῇ ψυχῇ τὴν σηπεδόνα ποιήσαντος. Εἰ δὲ θυμὸς μόνος τοσοῦτον ἐμποιεῖ φόβον τῷ δι' αὐτοῦ πλημμελήσαντι· πόσῳ μᾶλλον εἰκός ἐστιν ἐν ἀπογνώσει γενέσθαι τῆς σωζούσης ἐλπίδος, τοὺς μὴ μόνον τὰ ἐκ τοῦ θυμοῦ πάθη τῷ ἰδίῳ βίῳ συνεγνωκότας· ἀλλὰ καὶ ὅσα ἐπιθυμία ἐργάζεται, καὶ πλεονεξία, καὶ τῦφος, καὶ φιλοτιμία, καὶ φθόνος, καὶ ὁ λοιπὸς ἑσμὸς τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν. διὰ τοῦτο πρὸς τοὺς παντοδαποὺς ἐχθροὺς ἀποστρέψας τὸν λόγον· ἀπόστητε, φησίν, ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. δείκνυσι δὲ τῷ ἐφεξῆς λόγῳ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα τοῦ ἐκ μετανοίας προσγενομένου ἡμῖν κατορθώματος. εὐθὺς γὰρ ὁμοῦ τε τοὺς ὑπὲρ τῆς μετανοίας τῷ Θεῷ προσήγαγε λόγους, καὶ εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν εὐμενείας· δημοσιεύει τὴν χάριν, καὶ τῇ δωρεᾷ ἐπαγάλλεται, λέγων· εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. ὡς ἂν οὖν εἰς τὸ διηνεκὲς αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν παραμένοι, τὸ ἐκ τῆς μετανοίας αὐτῷ προσγενόμενον, καὶ μὴ δευτέρας πάλιν μετανοίας χρείαν ὁ βίος λάβοι· ἀποστραφῆναι τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ δεῖται δι' αἰσχύνης μαστιγουμένους. ὁ γὰρ αἰσχυνθεὶς ἐπὶ τῇ τοῦ κακοῦ ἐγχειρήσει, παιδαγωγῷ πρὸς τὸ μηκέτι τοῖς αὐτοῖς συνενεχθῆναι τῇ αἰσχύνῃ χρώμενος, τῆς τῶν ὁμοίων πείρας εἰς τὸν ἐφεξῆς χρόνον ἀφέξεται. αὕτη τῆς ἀγαθῆς ἀναβάσεως ἡ ἀκολουθία· ὁ τέταρτος ψαλμὸς τὸ ἄϋλον ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ καὶ σαρκωδεστέρου διέκρινεν· ὁ ε΄. τοῦ τοιούτου ἀγαθοῦ τὴν κληρονομίαν ἐπηύξατο· ὁ ἕκτος τὸν

A Non enim amplius erit in morte, qui morbum ex vitioſitate atque nequitia ſibi contractum per recordationem Dei curare poſſit. quoniam in terra quidem confeſſio vires habet: in inferno autem non itidem. Deinde quaſi aliquis dixiſſet: Quomodo curandis delictis miſericordiam imploras? qua ratione numen diuinum placaſti? ita dicit, Laboraui in gemitu meo, & lacrymarum flumine eluam ex peccato conſtratum lectum. Hæc quamobrem? *Pſal. 6.* quoniam in furore & iracundia, inquit, turbatus eſt oculus meus, atque idcirco *Ibidem.*
B co vetuſtus quidam ac marcidus factus ſum, quippe cùm furor, & iracundia per inimicos in me generata animam putredine infecerit atque corruperit. Quòd ſi furor & iracundia ſola tantum terrorem ei, qui per eam deliquerit, incutit, quanto magis veriſimile eſt, ſalutem deſperaturos eſſe eos, qui non modò per iracundiam in vita commiſſorum, verumetiam eorum, quæ cupiditas, quæ fraus atque auaritia; quæ faſtus, quæ ambitio, quæ inuidia, quæ reliquum humanorum vitiorum perpetrat examen, peccatorum ſibi conſcij
C ſunt? Idcirco ad varij generis inimicos auerſo ſermone, Diſcedite, inquit, à me omnes, qui operamini iniquitatem. Oſtendit autem proximè ſequenti verſu bonam ſpem ſucceſſus proſperi nobis ex pœnitentia prouenientis. Statim enim ſimulatque verba Deo pro pœnitentia obtulit, cùm beneuolentiam Dei erga ſe ſenſit, tum gratiam diuulgat ac prædicat, & ob donum ſibi placet atque lætatur, dicens: Exaudiuit dominus vocem deprecationis meæ: Dominus orationem meam ſuſcepit. Vt igitur in perpetuum apud ſe maneat, id *Ibid.* *Matth. 7.*
D quod ex pœnitentia bonum ipſi acceſſit, ac vita non altera rurſus pœnitentia opus habeat, orat, vt inimici ſui pudore caſtigati auertantur. Nam qui ob id quod malum facere auſus ſit, erubuit, pudore quaſi moderatore vtens ad hoc, ne amplius iiſdem malis conflictetur, à tentatione ſimilium in poſterum abſtinebit. Hæc bonæ aſcenſionis conſequentia eſt. Quartus Pſalmus immateriale incorporeúmque bonum à corporeò carneoque diſcreuit: quintus, eiuſmodi boni hæreditatem precatus eſt: ſextus octauæ facta mentione, tem-

A

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΑΚΡΙΒΗΣ εἰς τὸν ἐκκλησιαστὴν τοῦ Σολομῶντος.

Ῥήματα ἐκκλησιαστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ βασιλέως, Ἰσραὴλ ἐν Ἱερουσαλήμ.

B

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

ΜΑΤΑΙΟΤΗΣ ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης, εἶπεν ὁ ἐκκλησιαστής. τίς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ, ᾧ μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον; γενεὰ πορεύεται, γενεὰ ἔρχεται, καὶ ἡ γῆ εἰς τὸν αἰῶνα ἕστηκεν. καὶ ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει. C ἀνατέλλων αὐτὸς ἐκεῖ, πορεύεται πρὸς νότον· καὶ κυκλοῖ πρὸς βορρᾶν. κυκλοῦν πορεύεται τὸ πνεῦμα, καὶ ἐπὶ κύκλους αὐτοῦ ἐπιστρέφει τὸ πνεῦμα. πάντες οἱ χείμαρροι πορεύονται εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἐμπιπλαμένη. εἰς τὸν τόπον οὗ οἱ χείμαρροι πορεύονται, ἐκεῖ αὐτοὶ ἐπιστρέφουσι τοῦ πορευθῆναι. πάντες οἱ λόγοι ἔγκοποι, οὐ δυνήσεται ἀνὴρ τοῦ λαλεῖν. καὶ οὐκ ἐμπλησθήσεται ὀφθαλμὸς τοῦ ὁρᾶν· καὶ οὐ πληρωθήσεται οὖς D ἀπὸ ἀκροάσεως. τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον· καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον. καὶ οὐκ ἔστι πᾶν πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον, ὃς λαλήσει καὶ ἐρεῖ. ἰδοὺ τοῦτο καινὸν ἤδη γέγονεν ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς γενομένοις ἔμπροσθεν ἡμῶν. οὐκ ἔστι μνήμη τοῖς πρώτοις. καί γε τοῖς ἐσχάτοις γενομένοις. οὐκ ἔσται αὐτοῖς μνήμη μετὰ τῶν γενησομένων εἰς τὴν ἐσχάτην.

Sancti Patris noſtri

GREGORII EPISCOPI NYSSENI ACCVRATA expoſitio in Eccleſiaſten Salomonis.

Gentiano Herueto interprete.

Verba Eccleſiaſtæ filij Dauid, Regis Iſraël Hieroſolymis.

HOMILIA I.

VANITAS vanitatum, omnia vanitas, dixit eccleſiaſtes. 3. Quid ſupereſt homini in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole? 4. Generatio tranſit, & generatio aduenit: terra autē in æternū ſtat. 5. Oritur ſol & occidit, & ad locum ſuum trahitur. Ipſe ibi oriens vadit ad auſtrum, & gyrat ad aquilonē. 6. Luſtrans vniuerſa pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur ſpiritus. 7. Omnes torrentes intrant in mare, & mare non eſt repletum. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum exeant. 8. Omnes ſermones laborioſi, non poterit vir eos loqui. Non ſaturabitur oculus viſu, nec auris auditu implebitur. 9. Quid eſt quod fuit? Ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? Ipſum quod faciendum eſt. 10. Nihil eſt ſub ſole recens. Nec eſt qui loquatur & poßit dicere de re qualibet, hoc eſt recens. Ecce enim hoc recens iam factum eſt in ſeculis quæ fuerant ante nos. 11. Non eſt memoria primis & iis qui fuerunt vltimi. Non erit eorum recordatio cum iis, qui futuri ſunt in nouißimo.

A

NOBIS exponendus propoſitus eſt Eccleſiaſtes, qui magnitudini vtilitatis habet parem laborem cōtemplationis. Nam cùm ſenſa prouerbiorum iam mentem prius exercuerint, quorum obſcurę ſunt rationes, & dicta ſapientiæ & ænigmata, & varij verborum flexus, ſicut libri illius continet proœmium, tunc iis, vt quibus ad perfectiores diſciplinas facta fuerit, acceſſio, ad hanc ſcripturam, quæ verè eſt excelſa & diuinitùs inſpirata, exiſtit adſcenſus. Si ergo prouerbium, & quæ nos ad has diſciplinas præparat meditatio, eſt adeò laborioſa & contemplatu difficilis: quantum inſpiciendum eſt ineſſe laborem in his ſublimibus ſenſis, quæ nunc contemplanda nobis ſunt propoſita? Quomodo enim qui apud pædotribam in palæſtrica arte laborauerunt, ad maiores ſudores & labores in certaminibus gymnicis ſe exuunt: ita prouerbiorum doctrina mihi videtur eſſe quædam meditatio, noſtros animos tamquam pueros ad eccleſiaſtica certamina exercens & præmolliens. Si ergo cum tantis ſudoribus & laboribus fit hæc meditatio, quid exiſtimandum eſt de ipſis certaminibus? Quantumuis certè magni cogitantur & immodici, verbis pro dignitate nemo aſſequi poteſt, quantos oſtendat labores huius ſcripturæ ſtadium iis qui decertant, vt per athleticam experientiam rerum quæ cadunt ſub intelligentiam, tutam aſſequantur notitiam, neque cadentem oſtendant rationem, ſed in omni ſenſorum cōnexione per veritatem rectam conſeruent intelligentiam. Ioan.5.39. Cæterùm quoniam eſt hoc quoque diuinum præceptum, vt ſcrutemur ſcripturas, neceſſe eſt omnino, vt ſi poſt veritatem ambulans mens noſtra inuenta fuerit, non aſſequi ſenſorum magnitudinem, ne videamur tamen domini præceptum deſpicere, pro viribus in diuino ſermone ſtudium ponentes noſtro fungamur officio. Scrutemur ergo vt poſſumus propoſitā ſcripturam. Qui enim ſcrutandi dedit præceptum, ad hoc etiam omnino dabit vires, ſicut ſcriptum Ps.67.12. eſt: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Ac primum quidem nobis proponatur conſideranda libri inſcriptio. In omni eccleſia

ΠΡΟΚΕΙΤΑΙ ἡμῖν ὁ ἐκκλησιαστὴς εἰς ἐξήγησιν· ἴσον ἔχων τὸ μέγεθος τῆς ὠφελείας τὸν πόνον τῆς θεωρίας. τῶν γὰρ παροιμιακῶν νοημάτων ἤδη προγυμνασάντων τὸν νοῦν, ὧν οἱ σκοτεινοὶ λόγοι καὶ αἱ σοφαὶ ῥήσεις καὶ τὰ αἰνίγματα, καὶ αἱ ποικίλαι τῶν λόγων ἀναστροφαί, καθὼς περιέχει τὸ τοῦ βιβλίου ἐκείνου προοίμιον, τότε τοῖς πρὸς τὰ τελειότερα τῶν μαθημάτων αὐξηθεῖσιν, ἐπὶ ταύτην τὴν γραφὴν τὴν ὑψηλὴν B οὕτως ἐστὶ θεόπνευστον, ἡ ἄνοδος γίνεται. εἰ οὖν ἡ παροιμία καὶ ἡ μελέτη ἡ πρὸς ταῦτα ἡμᾶς ἐπιμάζουσα τὰ μαθήματα, οὕτως ἐπίπονός τις ἐστὶ καὶ δυσθεώρητος, πόσον χρὴ πόνον αὐτοῖς ἐνορᾶν τοῖς ὑψηλοῖς τούτοις νοήμασι, τοῖς νῦν προκειμένοις εἰς θεωρίαν ἡμῖν. ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν παιδοτρίβου παλαιστρικὴν ἐκπονήσαντες, πρὸς μείζονας ἱδρῶτας καὶ πόνους ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνικοῖς ἀποδύονται· οὕτω μοι δοκεῖ μελέτη τις εἶναι ἡ παροιμιώδης διδασκαλία, πρὸς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἀγῶνας παιδοτριβοῦσα τὰς ψυχὰς ἡμῶν καὶ προμαλάσσουσα. εἰ οὖν ἡ C μελέτη μετὰ τοσούτων ἱδρώτων κατορθοῦταί τε καὶ πόνων, τί χρὴ περὶ αὐτῶν τῶν ἀγώνων λογίσασθαι; ἤτοι ποίαν τις ὑπερβολὴν ἐννοήσας, οὐκ ἂν παραστήσειε κατ' ἀξίαν τῷ λόγῳ, πόσους ὑποδείκνυσι πόνους τὸ τῆς γραφῆς ταύτης στάδιον τοῖς ἀγωνιζομένοις πρὸς τὴν τῶν νοητῶν ἀσφάλειαν διὰ τῆς ἀθλητικῆς ἐμπειρίας, ὡς μὴ ἐν πτώματι δεῖξαι τὸν λόγον, ἀλλ' ἐν πάσῃ νοημάτων συμπλοκῇ, ὄρθιον διασῶσαι διὰ τῆς ἀληθείας τὸν νοῦν. πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο τῶν δεσποτικῶν παραγγελμάτων ἐστί, τὸ δεῖν ἐρευνᾶν τὰς γραφάς, ἀνάγκη πᾶσα, κἂν κατόπιν τῆς ἀληθείας D ὁ ἡμέτερος ἐρευνηθῇ νοῦς τῷ μεγέθει τῶν νοημάτων οὐκ ἐφικνούμενος, ὅμως δεῖ τὸ μὴ δοκεῖν παρορᾶν τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου, διὰ τῆς κατὰ δύναμιν περὶ τὸν λόγον σπουδῆς κατορθῶσαι. οὐκοῦν ἐρευνήσωμεν τὴν προκειμένην γραφὴν ὡς δυνάμεθα. πάντως γὰρ ὁ τοῦ ἐρευνᾶν τὴν ἐντολὴν δεδωκώς, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ τοῦτο δύναμιν δώσει, καθὼς γέγραπται· ὅτι κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· καὶ πρῶτόν γε ἡμῖν ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ βιβλίου προτεθήτω. εἰς θεωρίαν κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν

Μωϋσῆς καὶ ὁ νόμος ἀναγινώσκεται, οἱ προφῆται, ἡ ψαλμῳδία, ἱστορία πᾶσα, καὶ εἴ τι ἀρχαίας τε καὶ τῆς καινῆς διαθήκης ἐστί, πάντα ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν καταγγέλλεται. πῶς οὖν τοῦτο μόνον καὶ ἐξαίρετον τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ καλλωπίζεται; τί οὖν ἐστιν ὃ περὶ τούτων ἡμεῖς ὑπειλήφαμεν; ὅτι ταῖς μὲν ἄλλαις πάσαις γραφαῖς, ἱστορίαις τε καὶ προφητείαις, καὶ πρὸς ἄλλα τινὰ τῶν μὴ πάνυ τῇ ἐκκλησίᾳ χρησίμων ὁ σκοπὸς βλέπει. τί γὰρ μέλει τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς τῶν πολέμων συμφορὰς δι᾽ ἀκριβείας μαθεῖν, ἢ τίνες ἐθνῶν ἄρχοντες καὶ πόλεων γεγόνασιν οἰκισταί, καὶ τίνες τίνων ἄποικοι, ἢ ποῖαι βασιλεῖαι κατὰ τὸν ἐφεξῆς χρόνον διαφανήσονται, καὶ ὅσοι γάμοι καὶ παιδοποιΐαι δι᾽ ἐπιμελείας ἐμνημονεύθησαν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὅσα ἑκάστης ἐστὶ διδαχθῆναι γραφῆς, τί ἂν τοσοῦτον πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς εὐσεβείας τῇ ἐκκλησίᾳ συναγωνίσαιτο; ἡ δὲ τοῦ βιβλίου τούτου διδασκαλία, πρὸς μόνην τὴν ἐκκλησιαστικὴν πολιτείαν βλέπει, δι᾽ ὧν ἂν τὸν ἐνάρετόν τις κατορθώσειε βίον ταῦτα ὑφηγουμένη. ὁ γὰρ σκοπὸς τῶν ἐνταῦθα λεγομένων ἐστί, τὸ ὑπεράραι τὸν νοῦν τῆς αἰσθήσεως, καὶ παῦσαι καταλιπόντα πᾶν ὅπερ ἐστὶ μέγα τε καὶ λαμπρὸν ἐν τοῖς οὖσι φαινόμενον· πρὸς τὰ ἀνέφικτα τῇ αἰσθητικῇ καταλήψει διὰ τῆς ψυχῆς ὑπερκύψαι, κἀκείνων τὴν ἐπιθυμίαν λαβεῖν, ὧν οὐκ ἐφικνεῖται ἡ αἴσθησις. τάχα δὲ καὶ πρὸς τὸν καθηγεμόνα τῆς ἐκκλησίας ἡ ἐπιγραφὴ βλέπει. ὁ γὰρ ἀληθινὸς ἐκκλησιαστής, ὁ τὰ ἐσκορπισμένα συναγαγὼν εἰς ἓν πλήρωμα, καὶ τοὺς πολλαχῇ κατὰ τὰς ποικίλας ἀπάτας πεπλανημένους εἰς ἕνα σύλλογον ἐκκλησιάζων, τίς ἂν ἄλλος εἴη, εἰ μὴ ὁ ἀληθινὸς βασιλεὺς τοῦ Ισραήλ, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Ναθαναήλ· ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ισραήλ; εἰ οὖν τὰ ῥήματα ταῦτα τοῦ βασιλέως ἐπὶ τοῦ Ισραήλ, ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος καὶ Θεοῦ υἱὸς ἐστί, καθὼς λέγει τὸ εὐαγγέλιον· ἄρα καὶ ὁ αὐτὸς ἐκκλησιαστὴς ὀνομάζεται. τάχα δὲ οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος εἰς ταύτην τὴν διάνοιαν τὴν τῆς ἐπιγραφῆς ἀναφέρομεν σημασίαν, ἵνα διὰ τούτου μάθωμεν, ὅτι εἰς αὐτὸν τὸν διὰ τοῦ εὐαγγελίου τὴν ἐκκλησίαν πηξάμενον, ἡ τῶν ῥημάτων τούτων ἀναφέρεται δύναμις. ῥήματα γάρ, φησιν, ἐκκλησιαστοῦ υἱοῦ Δαβίδ. οὕτω δὲ αὐτὸν καὶ Ματθαῖος ἐν ἀρχαῖς τοῦ εὐαγγελίου κατονομάζει, υἱὸν Δαβὶδ λέγων τὸν κύριον.

A Moyſes & lex legitur, prophetæ, pſalmodia, omnis hiſtoria, & ſi quid eſt veteris & noui teſtamenti, annunciantur omnia in eccleſiis. Quomodo ergo hoc ſolum & eximium inſcriptione ornatur Eccleſiaſtæ? Quid ergo eſt quod nos de his exiſtimamus? Quod aliis quidem omnibus ſcripturis, hiſtoriiſque ac propheтiis, ad quædam alia quæ eccleſiæ non ſunt valde vtilia, ſcopus proponitur. Quid enim curæ eſt eccleſiæ exactè & accuratè diſcere bellorum calamitates, aut quinam fuerunt gentium principes & vrbium conditores, & quinam à quibúſnam deducti ſunt in colonias, & quænam regna deinceps ſunt exori- B tura, & quæcumque matrimonia liberorúmque procreationes ſunt litterarum monimentis diligenter mandata: & quæcumque doceri poſſunt in qualibet ſcriptura; quid ad ſcopum pietatis eccleſiæ magnopere contulerint? Huius autem libri doctrina ad ſolam eccleſiaſticam conuerſationem pertinet, vt quæ ea explicet per quæ quis rectè & ex virtute vitam inſtituat. Eorum enim quæ hîc dicuntur eſt ſcopus, mentem ſupra ſenſum exigere, & vt quieſcat efficere, relictis omnibus quæ magna & præclara videntur in rebus: ad ea quæ ſenſus comprehenſio minimè C poteſt aſſequi, aſſurgere, & illorum teneri deſiderio quæ ſenſus non attingit. Fortè autem & ad ducem eccleſiæ intuetur inſcriptio. Verus enim eccleſiaſtes, qui diſperſa in vnum cœtum colligit, & eos qui multifariam variis seducti ſunt erroribus in vnum cogit conuentum, quiſnam alius fuerit quam verus rex Iſraël, filius Dei, cui dixit Nathanaël: tu es filius Dei: tu es rex Iſraël? Si ergo hæc ſunt verba regis Iſraël, idem etiam vocatur Dei filius, *Ioan. 1.*
D ſicut dicit euangelium: ergo idem quoque vocatur Eccleſiaſtes. Fortaſſe autem nō abs re ad hūc ſenſum inſcriptionis referimus ſignificationem, vt per id diſcamus, quòd ad eum qui eccleſiam fixit per euangelium, horum verborum vis referatur. Verba enim, inquit, Eccleſiaſtæ filij Dauid. Ita etiam Matthæus in principio euangelij ipſum nominat, filium Dauid dicens dominum.

Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, A *omnia vanitas*. vanum intelligitur quod non poteſt conſiſtere, quod in ſola verborum prolatione ſuam habet eſſentiam : res autem quæ conſiſtat, non ſimul apparet cum nominis ſignificatione, ſed eſt ocioſus quidam & inanis ſonus, qui ſub ſpecie alicuius dictionis temerè profertur per ſyllabas, in aures incurrens abſque ſignificatione : ſicut per ludum nonnulli fingunt nomina, quæ nihil ſignificãt. Hoc eſt ergo vnum genus vanitatis. Aliud autem dicitur vanitas, eorum quorum nullus vſus quę magno ſtudio, & contentione facta B ſunt nullo ſcopo propoſito : qualia ſunt puerorum in arena ædificia, quæ fit aduerſus ſtellas iaculatio, ventorum venatio, curſoris aduerſus ſuam vmbram concertatio : quando contendit quiſpiam vmbræ ſuæ verticem aſcendere, & ſi quid eiuſmodi inuenimus in iis quæ facta ſunt temerè, quæ quidem omnia vanitatis verbo ſubijciuntur. Eſt autem hoc quoque ſæpe poſitum in conſuetudine, vt vanum dicatur, quando quiſpiam ad ſcopum aliquem aſpiciens, & tanquam vtile quidpiam C ex iis quæ ſunt propoſita ſtudio vehementi perſequens, agit ſingula : deinde cum aliquid contrarium euenerit, labor fuerit irritus : & tunc quod ex eo magno labore nihil rectè ſucceſſerit, hoc vani verbo ſignificatur. De iis enim quæ ſunt eiuſmodi ſolet dici : in vanum laboraui, in vanum ſperaui, & in vanum multos labores ſubij. Et ne ſingula perſequamur, in quibus vanitatis nomen proprium dicitur, paucis huius vocis ſenſum comprehendamus. Vanitas eſt vel verbum quod non cadit ſub cogitationem & D intelligentiam, vel res inutilis, vel conſilium quod non poteſt conſiſtere, vel ſtudium quod non peruenit ad finem, vel vt in ſumma dicam, id quod in quauis re vtili non poteſt conſiſtere. Atque ſi iam quidem intelleximus quiſnam ſit vani ſenſus, examinandum eſt quid ſibi velit vanitas vanitatum. Quiſnam autem ſit qui quæritur ſenſus, fuerit nobis notius, ſi ſcripturæ conſuetudinem examinemus in iis quæ intelliguntur eſſe meliora ac præſtantiora. Eorum quæ ſunt neceſſaria & vtilia actio, opus nominatur à ſcriptura.

Ματαιότης ματαιοτήτων, εἶπεν ὁ ἐκκλησιαστής, τὰ πάντα ματαιότης. μάταιον κεῖται τὸ ἀνυπόστατον, ὃ ἐν μόνῃ τῇ τοῦ ῥήματος προφορᾷ τὸ εἶναι ἔχει· πρᾶγμα δὲ ὑφεστὼς τῇ τοῦ ὀνόματος σημασίᾳ οὐ συνεμφαίνεται, ἀλλ' ἔστι τις ψόφος ἀργὸς καὶ διάκενος, ἐν σχήματι λέξεώς τινος, διὰ συλλαβῶν προφερόμενος εἰκῇ, προσπίπτων τῇ ἀκοῇ χωρὶς σημασίας, οἷα δὲ παίζοντές τινες ὀνοματοποιοῦσιν, ὧν τὸ σημαινόμενόν ἐστιν οὐδέν. ἓν μὲν τοῦτο εἶδος τῆς ματαιότητος. ἄλλη δὲ ματαιότης λέγεται ἡ κατά τινα σπουδὴν πρὸς οὐδένα σκοπὸν γινομένων ἡ ἀχρηστία, ὡς τὰ τῶν ἐν ψάμμῳ παιδίων οἰκοδομήματα, καὶ ἡ κατὰ τῶν ἄστρων τοξεία, καὶ ἡ τῶν ἀνέμων θήρα, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἰδίαν σκιὰν τοῦ δρομέως ἅμιλλα, ὅτι φιλονεικῇ τις τοῦ σκιάσματος τῆς κορυφῆς ἐπιβῆναι, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐν τοῖς εἰκῇ γινομένοις εὑρίσκομεν, ἅπερ πάντα τῷ τῆς ματαιότητος ὑπάγεται ῥήματι. ἔστι δὲ πολλάκις κἀκεῖνο μάταιον ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον, ὅταν πρός τινα σκοπόν τις ὁρῶν, καὶ ὥς τι λυσιτελὲς τῶν προκειμένων κατὰ σπουδὴν μετιὼν, ἕκαστα πράττῃ, εἶτά τινος ἐναντίου γεγενημένου, εἰς ἀνόνητον περιέλθῃ ὁ πόνος, καὶ τότε καὶ ἐπὶ μηδενὶ κατορθώματι τὴν σπουδὴν προχωρῆσαι, τῷ ῥήματι τοῦ ματαίου διασημαίνεται. λέγει γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡ συνήθεια· τὸ μάτην ἐκοπίασα, καὶ μάτην ἐπήλπισα, καὶ ἐπὶ ματαίῳ τοὺς πολλοὺς ὑπέστην καμάτους. καὶ ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον διεξίωμεν, ἐφ' οἷς τὸ ὄνομα τῆς ματαιότητος κυρίως λέγεται, ἐν ὀλίγῳ τὴν ἔννοιαν τῆς φωνῆς ταύτης περιληψώμεθα. ματαιότης ἐστὶν, ἢ ῥῆμα ἀδιανόητον, ἢ πρᾶγμα ἀνόνητον, ἢ βουλὴ ἀνυπόστατος, ἢ σπουδὴ πέρας οὐκ ἔχουσα, ἢ καθόλου τὸ ἐπὶ παντὶ λυσιτελοῦντι ἀνύπαρκτον. Εἰ δὲ νενόηται ἡμῖν τοῦ ματαίου ἡ ἔννοια, ἐξεταστέον ἂν εἴη, τί βούλεται ἡ ματαιότης τῶν ματαιοτήτων. τάχα δ' ἂν ἡμῖν γνωριμώτερον τὸ ζητούμενον νόημα γένοιτο εἰ τὴν γραφικὴν συνήθειαν ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ κρεῖττον νοουμένων, συνεξετάσαιμεν. ἡ τῶν ἀναγκαίων τε καὶ συμφερόντων πρᾶξις, ἔργον παρὰ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται·

ἀλλὰ τὰ ὑπερβαίνοντα τῶν σπουδαζομένων, ὅσα εἰς αὐτὴν ὁρᾷ τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν, ἔργα ἔργων λέγεται, καθὼς ἡ ἱστορία δηλοῖ, δεικνύουσα οἶμαι τῷ λόγῳ, διά τινος ἀναλογίας ἡμῖν ἐκ τοῦ ἔργου τῶν ἔργων, τί τὸ ἐν τοῖς σπουδαζομένοις ἐστὶ προτιμότερον. ὃν γὰρ ἐπέχει λόγον πρὸς τὴν καθόλου ἀργίαν, ἡ περὶ τὰ ἔργα σπουδὴ, τοιοῦτον ἔχει λόγον πρὸς τὰ λοιπὰ ἔργα, ἡ πρὸς τὰ ὑψηλότερα καὶ προτιμότερα τῶν σπουδαζομένων ἐνέργεια. οὕτω καὶ ἅγιόν τι παρὰ τῇ γραφῇ λέγεται· καὶ πάλιν ἅγιον ἁγίων, ὡς ἴσῳ τῷ μέτρῳ τοῦτο ἐξ ἁγίου τὸ ἅγιον ὑπερέχον ἐν ἁγιότητι. καὶ τούτου πάλιν, τὸ τῶν ἁγίων ἅγιον, τὸ καθ' ὑπέρθεσιν ἐν ἁγιασμῷ θεωρούμενον. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ κρείττονος ἐδιδάχθημεν λόγου τῆς γραφικῆς συνηθείας τῷ τοιούτῳ εἴδει τὴν ἐπίτασιν τοῦ ὑποκειμένου νοήματος σημαινούσης, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ματαιοτήτων ματαιότητα νοοῦντες, οὐ σφαλησόμεθα. λέγει γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἶναι μάταια ἐν τοῖς οὖσι φαινόμενα, ἀλλὰ κατὰ ὑπέρθεσίν τινα τῆς κατὰ τὸ μάταιον σημασίας εἶναι τοιαῦτα· ὡς εἴ τις λέγοι τοῦ νεκροῦ νεκρότερον, καὶ τοῦ ἀψύχου ἀψυχότερον· καίτοι ἡ συγκριτικὴ ἐπίτασις χώραν ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐκ ἔχει. ἀλλ' ὅμως λέγεται τούτῳ τῷ ῥήματι, πρὸς τὴν τῆς ὑπερβολῆς τοῦ δηλουμένου ἐμφάνειαν. ὥσπερ οὖν ἐστὶ τὰ ἔργα τῶν ἔργων, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων νοούμενα, ὧν ἡ ὑπερθετικὴ πρὸς τὸ κρεῖττον ἔνδειξις ἑρμηνεύεται, οὕτω καὶ ἡ τῶν ματαιοτήτων ματαιότης, τὸ ἀνυπέρθετον δείκνυσι, τῆς ἐν τῷ ματαίῳ ὑπερβολῆς. καὶ μηδεὶς ὑπολάβοι κατηγορίαν εἶναι τῆς κτίσεως τὰ λεγόμενα. καὶ γὰρ ἂν εἰς τὸν πεποιηκότα πάντα διαβαίνοι τὸ ἔγκλημα, εἰ τούτων ἡμῖν δημιουργὸς ἀναφανείη, ὁ συστησάμενος ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα, εἴπερ ματαιότητος εἴη τὰ πάντα. ἀλλ' ἐπειδὴ διπλῆ μέν ἐστιν ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴ, ψυχῆς σώματι συνδραμούσης· μεμέρισται δὲ καταλλήλως ἑκατέρῳ τῶν ἐν ἡμῖν θεωρουμένων καὶ τῆς ζωῆς εἶδος. ἄλλη γὰρ ψυχῆς καὶ ἑτέρα σώματός ἐστι ζωή· ἡ μὲν γὰρ, θνητὴ καὶ ἐπίκηρος· ἡ δὲ, ἀπαθὴς καὶ ἀκήρατος. καὶ αὕτη μὲν εἰς τὸ παρὸν βλέπει μόνον, τῆς δὲ ὁ σκοπὸς, εἰς τὸ διηνεκὲς παρατείνεται.

A ſed eorum in quæ ſtudium confertur, quæcumque excellunt, & quæ ſpectant ad ipſum Dei cultum, dicuntur opera operum, ſicut declarat ſcriptura, oſtendente, vt puto, hac dictione, per quandam analogiã. ex opere operum, quidnam ſit præſtantiſſimum ex iis in quæ ſtudium confertur. Nam quam habet rationem ad otium in genere id quod in opera confertur ſtudium, eandem habet rationem ad alia opera quæ in altiſſimis & præſtantiſſimis eorum, in quæ ſtudium confertur, ponitur operatio. Ita etiam ſanctum aliquid dicitur
B in ſcriptura, & rurſus ſanctum ſanctorum, adeò vt pari menſura & ſanctum ſuperet profanum in ſanctitate, & hoc rurſus ſanctum ſanctorum, quod ſummè & per exuperationem conſideratur in ſanctificatione. Quod ergo didicimus in re meliori ac præſtantiori, ſcripturæ conſuetudine ſignificante, hac ratione intenſionem rei quæ intelligitur: hoc etiam in vanitatum vanitate intelligentes, minimè aberrabimus. Dicit enim non abſolutè eſſe vana quæ in rebus apparent, ſed ea eſſe eiuſmodi in aliqua exuperatione vani ſignificatio-
C nis: perinde ac ſi quis dicat mortuo magis mortuum, & inanimo magis inanimum: etiamſi comparatiua intentio locum non habet in iis quæ ſunt eiuſmodi. & tamen hoc verbo dicitur ad declarãdam exuperationem eius quod ſignificatur. Quomodo ergo intelligimus opera operum, & ſancta ſanctorum, quorum explicatur exuperatio in eo quod eſt melius: ita etiam vanitas vanitatum oſtendit inſeparabilem in vanitate exuperationem. Neque verò exiſtimet quiſpiam ea quæ dicuntur, creaturæ eſſe accuſationem. Reuera enim in eum qui creauit omnia, tranſiret cri-
D minatio, ſi eorum nobis exiſteret opifex, qui ex iis quæ non erant condidit omnia, ſi quidem eſſent omnia vanitatis. Sed quoniam duplex eſt hominis conſtructio, cùm anima concurrat cum corpore: conuenienter autem vtrique eorum quæ in nobis conſiderantur, diſpertitum eſt vitæ genus. alia enim eſt animæ, alia vita corporis: Nam hæc quidem eſt mortalis, & in eam cadit interitus: illa autem impatibilis & aliena ab interitu. & hæc quidem aſpicit tantùm quòd adeſt, & quòd præſens eſt; illius autem ſcopus tendit ad æternitatem.

Quoniam ergo multum differt immortale à mortali, & æternum à temporali, hunc tendit vox Eccleſiaſtæ, non oportere ad hanc ſenſilem intueri vitã: quæ ſi conferatur cum ea quæ verè eſt vita, non eſt, nec poteſt cõſiſtere. Sed nihilo ſecius dixerit quiſpiam hoc quoque dictum eſſe nõ citra creatoris criminationem, quandoquidem ab eo eſt anima & corpus. Nam ſi quæ per carnem agitur vita, accuſatur, carnis autem creator eſt Deus, in illum neceſſariò confertur hæc reprehenſio. Sed hæc quidẽ dicet omnino quiſpiam, qui nondum eſt extra carnem, neque ad ſublimiorem vitam diligenter & accuratè aſpexit. Nam qui in diuinis eſt eruditus myſteriis, non ignorat omnino, quòd hominibus quidem conueniens & ſecundum naturam eſt vita, quæ diuinæ eſt naturæ ſimilis: vita autem ſenſilis, quæ per ſenſuum traducitur operationem, ad hoc data eſt naturæ, vt eorum quæ ſub aſpectum cadunt cognitio, dux ſit animæ ad notitiam eorum quæ non ſunt aſpectabilia. Sap.13.5. quomodo dicit Sapientia, Ex magnitudine pulchritudinis creaturarum per proportionem conſpici omnium genitorem & creatorem. Humana autem conſilij egeſtas, nõ per ea quæ aſpiciuntur, videt eum qui habetur in admiratione, ſed quod videt, admiratur. Quoniam ergo eſt tẽporaria, & quæ mox interit, ſenſuũ operatio, per ſublimẽ hanc vocem hoc diſcimus, quòd qui ad hæc aſpicit, nihil aſpicit. Qui autem per hæc deducitur ad eius, quod eſt, intelligentiam, & per ea quæ prætercurrunt, ſtabilem intelligit naturã & mente agitat id quod ſemper ſimiliter & eodem modo ſe habet, videt & quòd verè eſt bonum, & quòd videt, poſſidet. eſt enim poſſeſſio boni huius cõtemplatio. Quid enim ſupereſt homini, inquit, in omni labore quo laborat ſub cœlo? Quæ in corpore agitur vita, appellauit laborem, qui nullo rectè facto lucrum quærit. Quid enim ſupereſt, inquit, homini? hoc eſt, quid redit ad animam per laborem qui pro victu ſuſcipitur, iis qui viuunt ſpectantes id quod videtur? In quónam eſt autem vita? Quídnam ex iis quæ ſub aſpectum cadunt bonis, idem manet? Sol ſuum peragit circuitum, viciſſim reſplendens & obſcuratus, & illuminans qui ſuper nos eſt aërem, cum ſe terris oſtenderit,

A ἐπεὶ οὖν πολλὴ διαφορὰ τοῦ θνητοῦ πρὸς τὸ ἀθάνατον, καὶ τοῦ προσκαίρου πρὸς τὸ ἀΐδιον, πρὸς τοῦτο φέρει τοῦ ἐκκλησιαστοῦ ἡ φωνή, τὸ μηδὲν πρὸς τὴν αἰσθητὴν ταύτην βλέπειν ζωήν· ἥτις συγκρινομένη πρὸς τὴν ὄντως ζωήν, ἀνύπαρκτός τις καὶ ἀνυπόστατος ἐστίν. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον εἴποι τις ἂν μὴ ἔξω τὸ τῆς δημιουργοῦ κατηγορίας καὶ τοῦτον εἶναι τὸν λόγον, διότι παρ' αὐτοῦ καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα. ὡς εἰ ἡ διὰ σαρκὸς κατηγορεῖται ζωή, σαρκὸς δὲ ποιητὴς ὁ Θεός, εἰς ἐκεῖνον ἀναγκαίως ἡ τοιαύτη μέμψις τὴν ἀναφορὰν B ἔχοι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐρεῖ πάντως, ὁ μήπω τῆς σαρκὸς ἔξω γενόμενος, μηδὲ ἀκριβῶς πρὸς τὴν ὑψηλοτέραν διακύψας ζωήν. ἐπεὶ ὅ γε πεπαιδευμένος τὰ θεῖα μυστήρια, οὐκ ἀγνοεῖ πάντως, ὅτι οἰκεία μὲν καὶ κατὰ φύσιν τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν ἡ ζωὴ ἡ πρὸς τὴν θείαν φύσιν ὡμοιωμένη· ἡ δὲ αἰσθητικὴ ζωή, διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων ἐνεργείας διεξαγομένη, ἐπὶ τούτῳ φύσει δίδοται, ἐφ' ᾧ τὴν τῶν φαινομένων γνῶσιν ὁδηγὸν γενέσθαι τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν τῶν ἀοράτων ἐπίγνωσιν. καθώς φησιν ἡ σοφία, ἐκ μεγέθους καλλονῆς C κτισμάτων, ἀναλόγως τὸν πάντων γενεσιουργὸν καθορᾶσθαι. ἡ δὲ ἀνθρωπίνη ἀβουλία, οὐ τὸν διὰ τῶν φαινομένων θαυμαζόμενον εἶδεν, ἀλλ' ὃ εἶδεν ἐθαύμασεν. ἐπεὶ οὖν πρόσκαιρός τε καὶ ὠκύμορος ἡ τῶν αἰσθητηρίων ἐνέργεια, τοῦτο μανθάνομεν διὰ τῆς ὑψηλῆς ταύτης φωνῆς, ὅτι ὁ πρὸς ταῦτα βλέπων, βλέπει οὐδέν. ὁ δὲ διὰ τούτων πρὸς τὴν τοῦ ὄντος κατανόησιν ὁδηγούμενος, καὶ διὰ τῶν παρατρεχόντων τὴν στάσιμον φύσιν κατανοήσας, καὶ τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος ἐν περινοίᾳ γενόμενος, εἶδε τὸ D ὄντως ὂν ἀγαθόν, καὶ ὃ εἶδεν ἐκτήσατο. κτῆσις γάρ ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ τούτου ἡ εἴδησις. τίς γάρ φησι, περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ, ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ ᾧ μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον; τὴν ἐν τῷ σώματι ζωὴν προσηγόρευσε μόχθον, ἐπὶ μηδενὶ κατορθώματι κέρδος σπουδαζόμενον. τίς γὰρ περισσεία, φησί, τῷ ἀνθρώπῳ; τουτέστι, τί περιγίνεται τῇ ψυχῇ διὰ τοῦ βιωτικοῦ μόχθου τοῖς πρὸς τὸ φαινόμενον ζῶσιν; ἐν τίνι δὲ καὶ ἔστιν ἡ ζωή; τί μένει τῶν φαινομένων καλῶν ἐν ταυτότητι; ἥλιος περιέρχεται τὸν ἴδιον δρόμον λάμπων ἀνὰ μέρος καὶ σκοτιζόμενος, φωτίζων τὸν ὑποκείμενον ἡμῖν ἀέρα, ὅταν ὑπὲρ γῆς ἑαυτὸν δείξῃ,

καὶ σκότος διὰ τῆς δυσμικῆς ἐφελκόμενος. ἕστηκε δὲ ἡ γῆ, καὶ μένει ἐν τῷ παγίῳ ἀκίνητος, καὶ τὸ ἑστὼς οὐ κινεῖται, καὶ οὐκ ἵσταται τὸ κινούμενον. πάντα δὲ αὐτοῖς ἐν παντὶ τῷ χρονικῷ διαστήματι δείκνυται κατ' οὐδὲν, διὰ τὸ πρὸς τὸ καινότερον μεταβολῆς ἀλλασσόμενον. δοχεῖόν ἐστι τῶν πανταχόθεν συρρεόντων ὑδάτων ἡ θάλασσα, καὶ οὔτε ἡ σύρροια λήγει, οὔτε ἡ θάλασσα αὔξεται. τίς ὁ σκοπὸς τοῦ δρόμου τοῖς ὕδασιν ἀεὶ πληροῦσι τὸ πληρούμενον; ἐπὶ τίνι δέχεται τὰς ἐπιρροὰς τῶν ὑδάτων ἡ θάλασσα, ἀναυξὴς διὰ τῆς προσθήκης εἰς ἀεὶ διαμένουσα; ταῦτα λέγει, ἵνα ἐξ αὐτῶν τῶν στοιχείων, ἐν οἷς ἐστιν ἡ ζωὴ τῶν ἀνθρώπων, παρερμηνεύσῃ τῶν ἐν ἡμῖν σπουδαζομένων τὸ ἀνυπόστατον. εἰ γὰρ ὁ συντεταγμένος ἐστὶ τοῦ ἡλίου δρόμος ὅρον οὐκ ἔχει· οὔτε ἡ ἀνὰ μέρος φωτός τε καὶ σκότους διαδοχὴ, στάσιν ἐνδέχεται, ἥ τε γῆ καταδεδικασμένη τὴν στάσιν, μένει ἐν τῷ παγίῳ ἀκίνητος, ἀνήνυτα δὲ μοχθοῦσιν οἱ ποταμοὶ, τῇ ἀπληρώτῳ φύσει τῆς θαλάσσης δαπανώμενοι· μάτην δὲ τὰς ἐπιρροὰς δέχεται τῶν ὑδάτων ἡ θάλασσα, εἰς οὐδὲν πλέον ὑπολαμβάνουσα τοῖς κόλποις, τὸ διαπαντὸς εἰσχεόμενον. εἰ ταῦτα ἐν τούτοις ἐστὶν, ἐν τίνι εἰκὸς τὸ ἀνθρώπινον εἶναι, ὃ ἐν τούτοις τὴν ζωὴν ἔχει, καὶ τί ξενιζόμεθα, εἰ γενεὰ πορεύεται καὶ γενεὰ ἔρχεται, καὶ οὐκ ἐπιλείπει τὴν φύσιν οὗτος ὁ δρόμος τῆς ἐπεισιούσης γενεᾶς τῶν ἀνθρώπων, τό τε προεισελθὸν ἐξωθούσης καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπεισιόντος ἐξωθουμένης; τί οὖν βοᾷ διὰ τούτων τῇ ἐκκλησίᾳ ὁ λόγος; ὅτι ὦ ἄνθρωποι εἰς τὸ πᾶν ἀποβλέποντες, τὴν ἑαυτῶν φύσιν νοήσατε. ἃ περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν βλέπεις, ἃ ἐν τῷ ἡλίῳ καθορᾷς, ἃ ἐν τῇ θαλάσσῃ κατανοεῖς, ταῦτά σοι καὶ τὴν σὴν φύσιν ἑρμηνευέτω. ἔστι γὰρ καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἡλίου καὶ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀνατολή τε καὶ δύσις. μία ὁδὸς τοῖς πᾶσιν, εἷς ὁ κύκλος τῆς τοῦ βίου πορείας. ὅταν διὰ γενέσεως ἀνατείλωμεν, πάλιν εἰς τὸ συγγενὲς χωρίον ἡμῶν καθελκόμεθα. τῆς γὰρ ζωῆς ἡμῶν ἐπιδυείσης, ὑπόγειον καὶ τὸ ἡμέτερον γίνεται φέγγος, ὅταν ἡ ἀντιληπτικὴ τοῦ φωτὸς ἡμῶν αἴσθησις γίνεται. πάντως δὲ ἡ γῆ πρὸς τὸ συγγενὲς ἀναλύεται. καὶ οὗτος κύκλος ἐστὶ διηνεκὴς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἑλισσόμενος. καθάπερ ἐπὶ ἡλίου φησὶν ὁ δρόμος,

A & tenebras per occaſum attrahens. Stat autem terra, & in ſtabili manet immobilis, & quod ſtat, non mouetur. Omnia per ſe in omni interuallo temporis, nihil eſſe oſtenduntur; vt quæ mutantur per eam quæ fit ad recentius mutationem. Mare eſt receptaculum aquarum, quæ vndique confluunt: & neque deſinit confluxus, neque mare augetur. Quis aquarum curſus eſt ſcopus, quæ ſemper replent id quod impletur? Quãobrem aquarũ fluxus ſuſcipit mare, per acceſſionem nullam accipiens augmentum? Hæc dicit, vt ex ipſis elementis, in B quibus conſiſtit vita hominũ, interpretetur quam minimè conſiſtant ea quæ inter nos magno ſtudio appetuntur. Si enim hic cõſtitutus ſolis curſus non habet terminum: neque lucis, & tenebrarum quæ fit viciſſim ſucceſſio, ſtatum accipit, & terra quæ vt ſtet eſt condẽnata, manet in ſtabili immobilis, fruſtra autem laborant fluuij, vt qui ab inſatiabili maris natura conſumantur: nequicquam autem aquarum fluxus mare ſuſcipit, in ſinum ſuum, nulla facta inde acceſſione, ſuſcipiens id quod ſemper C infunditur: Si hæc ita ſe habent, quemadmodum hominem ſe habere eſt conſentaneum, qui in iis etiã vitam habet, & cur nobis videtur alienum, ſi generatio tranſit, & generatio aduenit, neque naturam deſerit hic curſus, generatione hominũ quæ ingreditur, tunc id quod prius eſt ingreſſum extrudente, & extruſa ab eo quod ingreditur? Quid ergo per hæc Eccleſiæ clamat oratio? O homines qui vniuerſitatem aſpicitis, veſtram ipſorum naturam intelligite. Quæ in cœlo & in terra cernis, quæ in ſole aſpicis, quæ in mari conſideras, ea etiam tibi tuam interpretentur D naturam. eſt enim ad ſolis ſimilitudinem noſtræ quoque naturæ ortus & occaſus. vna eſt omnibus via, vnus ingreſſus vitæ circulus. Quando per generationem orti fuerimus, rurſus ad cognatum nobis locum detrahimur. Nam cum paſſa fuerit occaſum vita noſtra, ſub terram lux etiam noſtra deſcendit, quando lucem noſter ſenſus apprehendit: omnino autem in id quod eſt cognatum terra reſoluitur, & hic circulus perpetuò in iiſdem circumagitur. Quomodo eſt, inquit, curſus ſolis, vt qui oriens in ſuperiori parte terræ, in auſtrali regione ingreditur,

Quando autem eſt ſub terra, eam quæ ex aduerſo ſita eſt, nempe borealẽ, ſubit partem. & hoc modo ſemper vertens, ſuum in orbem peragit curſum, & rurſus in orbem reuertens circuit. Gyrat, inquit, in orbem. Sic ergo tuus quoque ingreditur ſpiritus (à parte totum nominans ſpiritum hominis) hunc in orbem motum per ſimilia peragens. Pergit enim, inquit, ſpiritus, & ad circulos ſuos reuertitur. Qui autem hæc conſiderauerit, ad ſuam vitam non paruam acceperit vtilitatem. Quid eſt luce ſplendidius? Quid radiis clarius? & tamen ſi ſol ſub terra fuerit, lux abſconditur, & non apparet radius. Ad hæc aſpiciens modeſtius tuam traduces vitã, qui hic eſt, ſplendorem deſpiciens, vt qui ex iis quę videntur, didiceris, quòd non perpetuò durat id quod eſt clarum & illuſtre: ſed ſubinde mutabiles ſunt contrariorum ſucceſſiones: nihil autem manet tale quale eſt in præſentia, non iuuentus, non pulchritudo, non poteſtatum & dominatuum claritas. Et hæc quidem iis quibus in vita ſors obtigit proſpera. Quibus autem videtur laborioſa, quæ ex virtute agitur vita, iis terræ exemplo ad ea quæ ſunt grauia fortiter ferenda, erudiatur anima. Terra ſtat in æternum. Quid eſt hac immobili firmitate ac ſtabilitate laborioſius? & tamen vſque in æternum extenditur eius ſtatio. tibi autem perexiguum eſt tempus certaminis. Ne ſis magis inanimus quam terra. Ne ſis iis quæ ſenſu carent inſipientior, qui es rationis particeps, & qui ratione vitam regis & adminiſtras: ſed mane, vt dicit Apoſtolus, in iis quæ didiciſti, & quæ ſunt tibi credita, in ſtatu firmo & immobili. Nam hoc quoque eſt in diuinis præceptis: Eſtote ſtabiles & immobiles. In te inconcuſſa maneant temperantia, firma fides, immutabilis charitas, ſtabilis & immobilis in omni bono ſtatio, ſicut & quæ eſt in te, terra ſtat in æternum. Si quis autem auaritia laborans pluribus diuitiis inhiat, & veluti quoddam mare immenſam extendens cupiditatem, vndique affluentibus lucris non poteſt ſatiari, is ad mare quod eſt hic, aſpiciens, morbum curet. Quomodo enim illud in innumerabilibus aquarum influxionibus ſuum non tranſgreditur modum,

2.Tim.3.
1.Cor.15. 58.

A ὅτι ἀνατέλλων μὲν κατὰ τὸ ἄνω τῆς γῆς μέρος τοῖς νοτίοις ἐνδιαβαίνει, ὑπόγειος δὲ κατὰ τὸ ἀντικείμενον τὸ βόρρειον ὑπέρχεται μέρος· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς ἀεὶ περιοδεύων κυκλοῖ τὸν ἑαυτοῦ δρόμον, καὶ πάλιν ἀνακυκλῶν περιέρχεται. κυκλοῖ γάρ, φησι, κυκλῶν. οὕτω τοίνυν καὶ τὸ σὸν πορεύεται πνεῦμα (ἀπὸ μέρους ἅπαν ὀνομάζων τὸ ἀνθρώπινον πνεῦμα) τὴν ἐγκύκλιον ταύτην διὰ τῆς ὁμοίας περιτρέχον φοράς. πορεύεται γάρ, φησι, τὸ πνεῦμα, καὶ ἐπὶ κύκλους αὐτοῦ ἐπιστρέφει τὸ πνεῦμα. ὁ δὲ ταῦτα κατανοήσας, οὐκ ἂν μικρὰ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ βίον ὠφεληθείη. τί λαμπρότερον τοῦ φωτός; τί τῆς ἀκτῖνος φανερώτερον; ἀλλ᾽ ὅμως εἰ ὑπὸ γῆν ὁ ἥλιος ἔλθῃ, κρύπτεται τὸ φέγγος, καὶ ἡ ἀκτὶς ἀφανίζεται. πρὸς ταῦτά τις βλέπων, σωφρονέστερον τὸν ἑαυτοῦ διέρχεσθαι βίον, καταφρονῶν τῆς ὧδε περιφανείας. μαθὼν ἐκ τῶν ὁρωμένων, ὅτι οὐ διαρκεῖ πρὸς τὸ διηνεκὲς τὸ ἐπίσημον· ἀλλὰ ἀγχίστροφοι εἰσὶν αἱ τῶν ἐναντίων διαδοχαί. μένει δὲ οὐδὲν εἰς τὸ τοιοῦτον, οἷόν ἐν τῷ παρόντι ἐστίν, οὐ νεότης, οὐ κάλλος, οὐχ ἡ ἐκ τῶν δυναστειῶν περιφάνεια. καὶ ταῦτα μὲν, τοῖς ἐν εὐκληρίᾳ τινὶ ζῶσιν· ὅσοις δὲ ἐπίπονος ὁ πρὸς ἀρετὴν δοκεῖ βίος, ἐν τῷ τῆς γῆς ὑποδείγματι πρὸς τὸ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς, ἡ ψυχὴ παιδοτριβείσθω. ἡ γῆ εἰς τὸν αἰῶνα ἕστηκε. τί μοχθηρότερον τῆς ἀκινήτου ταύτης παγιότητος; καὶ ὅμως παρατείνεται μέχρις αἰῶνος ἡ στάσις. σοὶ δὲ ὀλίγος ὁ τῆς ἀθλήσεως χρόνος. μὴ γίνου τῆς γῆς ἀψυχότερος. μὴ γίνου τῶν ἀναισθήτων ἀνοητότερος, ὁ λογισμὸν εἰληχὼς καὶ λόγῳ πρὸς τὴν ζωὴν διοικούμενος· ἀλλὰ μένε, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, ἐν ἑδραίᾳ καὶ ἀμετακινήτῳ τῇ στάσει. ἐπεὶ καὶ τοῦτο τῶν θείων παραγγελμάτων ἐστί, τό, ἑδραῖοι καὶ ἀμετακίνητοι γίνεσθε. ἄσειστος ἐν σοὶ μενέτω ἡ σωφροσύνη, παγία ἡ πίστις, ἀμετάθετος ἡ ἀγάπη, ἀκίνητος ἡ ἐν παντὶ καλῷ στάσις, ὡς ἂν καὶ ἡ ἐν σοὶ γῆ εἰς τὸν αἰῶνα ἑστήκοι. εἰ δέ τις κεχηνὼς πρὸς τὴν πλεονεξίαν, καὶ καθάπερ τινὰ θάλασσαν τὴν ἀμετρίαν τῆς ἐπιθυμίας ἁπλώσας, πρὸς τὰ πανταχόθεν εἰσρέοντα κέρδη ἀπλήστως ἔχει· οὗτος πρὸς τὴν ὄντως θάλασσαν βλέπων, θεραπευέσθω τὴν νόσον. ὡς γὰρ ἐκείνη τὸ ἑαυτῆς οὐχ ὑπερέρχεται μέτρον ἐν ταῖς μυρίαις τῶν ὑδάτων ἐπιρροαῖς,

B

C

D

ἀλλ' ἐν τῷ ἴσῳ διαμένει πληρώματι, καθάπερ οὐδεμιᾶς αὐτῇ ἐξ ὑδάτων γινομένης προσθήκης, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἰδίοις μέτροις ἐν τῇ ἀπολαύσει τῶν προσόντων διειλημμένη, συμπλατῦναι τῷ πλήθει τῶν προσόδων τὴν ἀπολαυστικὴν λαιμαργίαν οὐ δύναται, ἀλλὰ τὸ μὲν εἰσρέον παύεται, ἡ δὲ τῆς ἀπολαύσεως δύναμις ἐν τῷ ἰδίῳ ὅρῳ φυλάσσεται. εἰ οὖν ἡ ἀπόλαυσις πλεονάσαι οὐ δύναται παρὰ τὸ μέτρον τῆς φύσεως, εἰς τί τὰς τῶν προσόδων ἐπιρροὰς ἐφελκόμεθα, οὐδέποτε πρὸς εὐποιίαν ἀνοίγειν ὑπὲρ τῶν εἰσιόντων ὑπερχεόμενοι; ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν ἀποδοθέντα ἡμῖν τῆς ματαιότητος λόγον, ἢ τὸ ἀνόητον ῥῆμα, ἢ τὸ ἀνόητον πρᾶγμα ματαιότης ἐστὶν, καλῶς ἐντεῦθεν τοῦ λόγου ἄρχεται. ὡς ἂν μήτε τι τῶν γινομένων, μήτε τι τῶν λεγομένων, εἴ τι πρὸς τὸν ὧδε βλέπει σκοπὸν, ὡς ὑφεστὸς λογισώμεθα. πᾶσα γὰρ ἀνθρώπων σπουδὴ, πρός τι τῶν περὶ τὸν βίον ἀσχολουμένη, νηπίων ἄντικρυς ἐστὶ, τὰ ἐπὶ ψάμμον ἀθύρματα, οἷς ἡ τῶν γινομένων ἀπόλαυσις τῇ περὶ τὰ γινόμενα σπουδῇ συναπολήξει. ἅμα τε γὰρ τοῦ ποιεῖν ἐπαύσαντο, καὶ ἡ ψάμμος πρὸς αὐτὴν συρρυεῖσα οὐδὲν ἴχνος τῶν πεποιημένων ὑπελείπετο. τοῦτ' ἐστιν ὁ ἀνθρώπινος βίος, ψάμμος ἡ φιλοτιμία, ψάμμος, ἡ δυναστεία, ψάμμος ὁ πλοῦτος, ψάμμος ἕκαστον τῶν κατὰ σπουδὴν διὰ σαρκὸς ἀπολαυομένων, ἐν οἷς νῦν αἱ νηπιώδεις ψυχαὶ τοῖς ἀνυποστάτοις ἐμματαιάζουσι, καὶ πολλοὺς περὶ ἕκαστον τούτων ὑπομένουσι πόνους, εἰ μόνον ἀπολίποιεν τὸ τῆς ψάμμου χωρίον, τὴν ἐν σαρκὶ λέγω ζωὴν, τότε τὸ μάταιον τῆς ὧδε διατριβῆς ἐπιγνώσονται. τῷ γὰρ ὑλικῷ βίῳ καὶ ἡ ἀπόλαυσις συναπέμεινεν· ἐφέλκονται δὲ μεθ' ἑαυτῶν οὐδὲν ὅτι μὴ τὴν συνείδησιν μόνην. ὅ μοι δοκεῖ καὶ ὁ μέγας ἐκκλησιαστὴς, ὥσπερ ἤδη τούτων ἔξω γενόμενος, καὶ γυμνῇ τῇ ψυχῇ τῆς ἀΰλου ζωῆς ἐπιβατεύων, ἐκεῖνα εἰπεῖν, ἃ εἰκός ποτε καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν, ὅταν ἔξω τοῦ παραλίου τούτου τόπου γενώμεθα, περὶ ὃν ἡ ψάμμος ἐστὶν, ἡ ὑπὸ τῆς τοῦ βίου θαλάσσης ἐκπτυομένη, καὶ πάντων χωρισθῶμεν τῶν ἐκτυπούντων ἡμᾶς καὶ καταβομβούντων κυμάτων, ἐκ τῆς νοηθείσης θαλάσσης μόνην τὴν μνήμην τῶν ὧδε σπουδασθέντων ἐπαγόμενοι. λέγομεν· τὸ ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ τὰ πάντα ματαιότης, καὶ οὐδεὶς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ

A ſed æquè plenum ſemper remanet, perinde atque ſi ex aquis nulla fiat acceſſio: ita etiam humana natura in iis quæ adſunt fruendis, ſuis modulis comprehenſa, per prouentum ac vectigalium multitudinem, nō poteſt ſimul dilatare auidam præter naturæ modum fruendi cupiditatem, ſed ceſſat quidē id quod influit: vis autem fruendi ſeruatur in proprio termino. Si ergo in fruendo non poteſt redundare copia præter naturæ modum, cur vectigalium attrahimus influxus, pro iis quæ ingrediuntur nunquam effuſi ad benefaciendum aliis?

B Quoniam autem conuenienter à nobis datæ vanitatis definitioni, eſt vel verbū inutile, vel res inutilis ad vanitatē pertinet, ex eo pulchrè ſuū librum incipit. Vt neque quicquā ex iis quæ fiunt, neque quicquam ex iis quæ dicuntur, ſi aſpiciamus ad eum qui hîc proponitur ſcopum, tanquā quod conſiſtat, reputemus. Nam omne ſtudiū hominū, quod verſatur in iis quæ ad vitā pertinent, eſt planè puerorum ludus in arena, in quo quæ ex iis quæ fiunt capitur oblectatio, ſimul deſinit cum ſtudio quod ponitur

C in iis quæ facta ſunt. Nam ſimulatque à labore ceſſatū eſt, ſimul arena collapſa nullum relinquit veſtigium eorum quę fuerāt elaborata. Hoc eſt humana vita, arena eſt ambitio, arena eſt potentia, arena diuitię, arena eſt quicquid eſt ex iis quibus magno ſtudio per carnem fruimur, in quibus vt quæ minimè valeant conſiſtere, vanè laborantes infantiles animæ, & in vno quoque eorum multos labores tolerātes, ſi ſolum arenæ locum relinquerint, quę in carne, inquā, tranſigitur vitā, tunc agnoſcent quā in hac re vanum poſuerit ſtudiū. Nam cum vita

D materiali ſimul manet delectatio: ſecum autē nihil trahunt præter ſolā conſcientiam. Quāobrem mihi videtur magnus Eccleſiaſtes, vt qui iā extra hæc eſſet, & nuda ac ſeparata anima in vita materiæ experte inſideret, illa dixiſſe quæ nos quoque dicturos eſt cōſentaneū, quādo fuerimus extra hunc locū maritimum, in quo eſt arena, quæ à mari huius vitæ exſpuitur, & ſeparati fuerimus ab omnibus fluctibus qui nos circū ſonant & circumſtrepunt, ex mari quod hîc intelligimus, ſolam reportantes memoriam eorum in quæ ſtudium noſtrum contulimus, dicimus; *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Neque quicquam ſupereſt homini,*

ex omni labore qui eſt ſub ſole. Reuera enim, vt ego quidem iudico, cuiuſuis animæ eſt hæc oratio, quando iis quæ hic ſunt ſpoliata, ad vitam quæ ſperatur migrauerit. Nam ſiue quid rectè geſſit ex iis quæ in hac vita ſunt ſublimiora, id accuſat in quo erat, ſi conferatur cum eo quod eſt inuentum, deſpicatui habens id quod præterit. Siue etiam cum valde effecta fuerit in materiã, viderit ea quæ euenerunt præter expectationem, & experiẽtiã didicerit, quanta ſit ſtultitia in iis in quæ ſtudium cõfertur in hac vita: tunc lugẽs hanc emittet vocem, qualia nos homines facimus, ex pœnitentia ſtulta noſtra conſilia in noſtris narrãtes eiulatibus, & dicẽtes: Vanitas vanitatũ, & ea quæ ſequuntur. *Omnes,* inquit, *ſermones ſunt laborioſi, & non poterit vir eos loqui.* Atqui nec in prõptu cẽſetur quidquam facilius quã loqui. Quis eſt enim labor ei qui quod vult loquitur? Lingua eſt humida & verſatilis, & citra laborem ſe fingens ad quodcũq. genus verborum: citra impedimentũ eſt attractio ſpiritus aërij, quo vtens ſonos efficit: citra moleſtiã genæ ſunt ei adminiſtræ, & labra ſimul opẽ ferunt ad vocẽ enunciandum id quod dicitur. In ſermone ergo quemnam videt laborem? Non enim terrã fodientes, aut petras voluentes, aut in humeris onera ferentes, aut aliquo alio labore nos exercentes ſermonẽ tranſmittimus, ſed quæ in nobis conſiſtit conceptio mentis per vocem reuelata, vox exiſtit: ſed quoniam hic ſermo nullum habet laborem, cogitandum eſt quinam ſint ſermones laborantes, quos vir loqui non poterit. Presbyteri, inquit, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in ſermone.
1. Tim. 5. Presbyter, id eſt ſenior, dici ſolet, qui inſolentem & inordinatam exceſſit ætatem, & qui ad ſenilem ſtatum peruenit. Quo fit vt ſi quis ſit mente inſtabilis, & vitam agat inordinatam, is nondum eſt presbyter, etiamſi videatur habere canos, ſed adhuc vir eſt. Sermones ergo ſunt qui verè ſunt ſermones, qui fiunt ad animarum vtilitatem, & hominibus ſunt conducibiles, ij pleni ſunt ſudoribus & laboribus, & multos labores inducunt vt ſint ſermones. Laboran-
2. Tim. 2. 6 tem enim agricolam oportet primum fructum accipere, inquit horum ſermonum artifex, vtpotè quod oporteat non verbum intelligi ſermonem,

A ᾧ μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον. οὕτως γὰρ κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, πάσης ἐστὶ ψυχῆς οὗτος ὁ λόγος, ὅταν γυμνωθεῖσα τῶν τῇδε πρὸς τὸν ἐλπιζόμενον μετοικισθῇ βίον. εἴτε γάρ τι τῶν ὑψηλοτέρων ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ κατώρθωσε, κατηγορεῖ τούτου ἐν ᾧ ἦν, τῇ πρὸς τὸ εὑρεθὲν συγκρίσει, τοῦ παρελη-θόν τι ἀτιμάζουσα, εἴτε καὶ προσπαθῶς περὶ τὴν ὕλην διατεθεῖσα, ἴδοι τὰ ἀπροσδόκητα καὶ τῇ πείρᾳ μάθοι τῶν σπουδασθέντων περὶ τὸν βίον αὐτῇ τὸ ἀνόητον· τότε θρηνοῦσα τὴν φωνὴν ταύτην προήσεται, οἷα δὴ ποιοῦμεν ἐκ μεταμελείας οἱ ἄνθρωποι, τὰς ἀβουλίας ἑαυτῶν ἐν
B τοῖς ὀλοφυρμοῖς διηγούμενοι. τὸ, ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ τὰ λειπόμενα. πάντες οἱ λόγοι, φησὶν, ἔγκοποι, καὶ οὐ δυνήσεται ἀνὴρ τοῦ λαλεῖν. καὶ μὴν, οὐδὲν ἐκ τοῦ προχείρου νομίζεται τοῦ λαλεῖν εὐκολώτερον. τίς γάρ ἐστι κόπος τῷ λαλοῦντι ὅ τι βούλεται; ὑγρὰ ἡ γλῶσσα καὶ εὔστροφος, καὶ πρὸς ὅπερ ἐθέλει ῥημάτων εἶδος ἀπόνως ἑαυτὴν σχηματίζουσα· ἀκώλυτος ἡ ὁλκὴ τοῦ ἀερίου πνεύματος, ὡς συγκεχρημένη τοὺς φθόγγους ἐργάζεται· ἄλυπος ταῖς παρειαῖς ἡ ὑπουργία, καὶ τοῖς χείλεσιν ἅμα καὶ πρὸς τὴν ἐκφώνησιν
C τοῦ λεγομένου συνεργεία. τίνα οὖν ἐνορᾷ τῷ λόγῳ τὸν κόπον; οὐ γὰρ γῆν σκάπτοντες, ἢ πέτρας ἀνακυλίοντες, ἢ ἐπὶ τῶν ὤμων ἀχθοφοροῦντες, ἢ ἄλλο τι τῶν ἐπιπόνων κατεργαζόμενοι, τὸν λόγον διεξοδεύομεν. ἀλλὰ τὸ συστὰν ἐν ἡμῖν νόημα διὰ φωνῆς ἐκκαλυφθὲν, λόγος ἐγένετο· ἀλλ' ἐπεὶ ὁ τοιοῦτος λόγος κόπον οὐκ ἔχει, νοητέον ἂν εἴη τίνες οἱ κοπιῶντες λόγοι, οὓς οὐ δυνήσεται ἀνὴρ τοῦ λαλεῖν. οἱ πρεσβύτεροι, φησὶ, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ. πρεσβύτερος κατὰ
καιοσύνῃ, ἐν ἀφθαρσίᾳ, ἐν παντὶ ἀγαθῷ. τοῦ A σοφοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ, ἐν κεφαλῇ αὐτοῦ· ὁ δὲ ἄφρων, ἐν σκότει πορεύεται. ὁ γὰρ μὴ ἐπὶ τὴν λυχνίαν τὸν ἑαυτοῦ λύχνον περιθείς, ἀλλ' ὑποβάλλων τῇ βάσει τῆς κλίνης, τὸ φέγγος ἑαυτῷ σκότος ἐποίησεν. δημιουργὸς τοῦ ἀνυπάρκτου γενόμενος. μάταιον δὲ τὸ ἀνύπαρκτον. ἴσον οὖν ἐστι κατὰ τὸ σημαινόμενον τῷ ματαίῳ τὸ σκότος. τοῦ τοίνυν ἄφρονος ἡ ψυχὴ φιλοσώματός τις καὶ σαρκώδης γεγενημένη ἐν τῷ ταῦτα βλέπειν, βλέπει οὐδέν. σκότος γάρ ἐστιν ἀληθῶς ἡ ἐν τούτοις ὀξυωπία. ὁρᾷς τοὺς δριμεῖς τούτους καὶ εὐ- B στρόφους κατὰ τὸν βίον, οὓς δικανικοὺς ὀνομάζομεν, ὅπως ἑαυτοῖς τὴν ἀδικίαν ἐξευμαρίζουσι, μάρτυσι, συνηγόροις, γραφαῖς, τῇ τῶν δικαστῶν θεραπείᾳ, ὥστε καὶ τὸ κακὸν κατεργάζεσθαι καὶ ἐκδοῦναι τὴν τιμωρίαν; τίς οὐ θαυμάζει τὴν ἀγχίνοιαν τῶν τοιούτων καὶ εὐπερίτρεπτον; ἀλλ' ὅμως τυφλοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι εἰ πρὸς ἐκεῖνον τὸν ὀφθαλμὸν ἐξετάζοιντο, τὸν τὰ ἄνω βλέποντα, τὸν τῇ κεφαλῇ τῶν ὄντων ἐγκείμενον, τυφλοί εἰσιν ἄντικρυς, οἱ τὴν πτέρναν ἑαυτῶν καλλωπίζοντες, τὴν σπαρασσομένην τοῖς ὀδοῦσι τοῦ ὄφεως. δι' C ὧν γὰρ τὰ κάτω βλέπουσι, τὰ δόγματα τῆς ἁμαρτίας ἑαυτοῖς ἐγχαράσσουσιν. ὁ γὰρ ἀγαπῶν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, καὶ τὸ μακαριζόμενον αὐτῶν ἐν ἀνθρώποις, πάσης δυσπραγίας ἐλεεινότερον. πόσοι δὲ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου τῶν ἐν τῷ ὕψει ἀγώνων ἐμφορούμενοι, καὶ τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντως ὄντων ἀπασχολάζοντες, τυφλοί τινες ἐν τοῖς ὑλικοῖς πράγμασιν εἶναι νομίζονται καὶ ἀνόητοι, οἷον καὶ ὁ Παῦλος εἶναι καυχᾶται, μωρὸν ἑαυτὸν διὰ τὸν Χριστὸν εἶναι λέγων. D ἡ γὰρ φρόνησις αὐτοῦ καὶ ἡ σοφία περὶ οὐδὲν τῶν ὧδε σπουδαζομένων ἠσχολεῖτο. διὸ λέγει, ἡμεῖς μωροὶ διὰ τὸν Χριστόν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ἡμεῖς τυφλοὶ τῷ κάτω βίῳ, διὰ τὸ ἄνω βλέπειν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχειν. τούτου χάριν ἄστεγος ἦν καὶ ἀτράπεζος, πένης, ἀλήτης, γυμνός, λιμῷ καὶ δίψει κατατρυχόμενος. ἀλλ' ὁ κάτω τοιοῦτος, ἐν τοῖς ἄνω σκόπησον οἷος ἦν. ἕως γὰρ τρίτου οὐρανοῦ ὑψωθείς, ὅπου ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἦν, ἐκεῖ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶχε, τοῖς ἀπορρήτοις τοῦ παραδείσου μυστηρίοις ἐναγαλλόμενος, καὶ τὰ ἀθέατα βλέπων, καὶ ἐν-

ritate, in iuſtitia, in incorruptibilitate, in omni bono. *Sapientis ergo oculi ſunt in capite eius: ſtultus autẽ in tenebris ambulat.* Qui enim non ponit ſuam lucernã ſuper candelabrum, ſed eã ponit ſub baſe lecti, efficit vt lux ſibi ſint tenebræ, vt qui euaſerit opifex eius quod non poteſt conſiſtere. Vanum eſt autem id quod conſiſtere non poteſt. Tenebræ ergo in ſignificatione tantum valent, quantum vanum. Stulti ergo anima quæ corpus diligit, & eſt carnalis, dum hæc aſpicit, nihil videt. Veræ enim ſunt tenebræ acer viſus in ſenſilibus. Vides iſtos acres & in hac vita verſutos ac verſatiles, quos nos vocamus iuris-peritos, quàm facilè efficiant vt liceat facere iniuriam, teſtibus, patronis, libellis, iudicum obſeruantia, vt & malum faciant & ſumant ſupplicium? Quis non eorum miretur ſubtilitatem & verſatile ingenium? Sunt tamen iſti cæci, ſi conferantur cum illo oculo, qui ea quæ ſuprà ſunt, aſpicit, qui eſt in capite eorum quæ verè ſunt, planè ſunt cæci, qui ſuum ornant calcaneum, qui laceratur à dentibus ſerpentis. Propterea enim quod ea quæ infernè ſunt, aſpiciunt, ſibiipſis imprimunt dogmata peccati. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam, & quod ex iis inter homines cenſetur beatum, eſt quibuſuis rebus aduerſis miſerabilius. Quàm multi autem rurſus contrà ſunt, qui replentur iis quæ ſunt in alto certaminibus, & verſantur in eorum quæ verè ſunt contemplatione, exiſtimantur autem cæci & inutiles in rebus materialibus, qualem ſe gloriatur eſſe Paulus, dicens ſe eſſe ſtultum propter Chriſtum. Eius enim prudentia & ſapientia verſabatur in nullo eorum, quorum ſtudio hîc tenemur. Dicit itaque, Nos ſtulti propter Chriſtum: perinde ac ſi diceret, Nos cæci in iis quæ pertinent ad hanc, quæ deorſum agitur, vitam, propterea quòd ſurſum aſpicimus, & oculos habemus in capite. Hac de cauſa erat ſine tecto & menſa, pauper, errans, nudus, fame & ſiti laborans. Sed qui in rebus quæ ſunt infrà erat talis, conſidera qualis erat in ſupernis. Ad tertium enim vſque cœlum ſublatus, vbi erat eius caput, illic habebat oculos, exultans in arcanis cœli myſteriis, & ea aſpiciens, quæ cerni non poſſunt, & illis

Pſal.10.

1.Cor.4.

1.Cor.11.

A ſe oblectans, quæ ſenſum ſuperant & cogitationem. Quis autem non exiſtimaſſet eum eſſe miſerabilem, eum videns in vinculis, & plagis per probrum affici, & naue fracta eſſe in profundis fluctibus maris, & cum vinculis circumferri? Sed tamen etſi talis eſſet inter homines, non auertit tamen oculos, quo minus eos ſemper haberet in capite, dicens: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, quæ eſt in Chriſto Ieſu? afflictio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas, an periculum, an gladius? Quod perinde eſt ac ſi diceret: Quis meos oculos effodiet à capite, & transferet ad id quod conculcatur & eſt terreſtre? Nobis quoque hoc iubet ſimiliter facere dum præcipit, quæ ſurſum ſunt ſapere, quod perinde eſt ac ſi diceret, habere oculos in capite. Sed ſi dicimus quemadmodum ſunt ſapientis oculi in eius capite, fugiamus inſipientiam, quæ eſt tenebræ iis, qui in hac vita ambulant. *Stultus enim*, inquit, *ambulat in tenebris*. Inſipiens autē eſt, vt dicit prophetia, qui in corde ſuo dicit non eſſe Deum, qui corruptus & abominandus euaſit in ſuis ſtudiis. Quod autem ſequitur in contextu orationis, iis medetur per ea quæ deinceps dicta ſunt, qui ad hanc vitam ſunt puſilli & abiecti animi, qui mortem graue aliquid & terribile exiſtimant, & ideo iis qui ex virtute viuendo vitam perſequuntur ſublimiorem, nihil lucri credunt accedere, quoniam in eundem finem vtriſque vita deſinit: neque mortem nobis ex eo licet effugere, quod vitam agamus meliorem. Tales ergo faciens obiectiones, tanquam ex propria perſona, ruſus inſectatur abſurditatem eorum quæ illa obijciunt, vt qui minimè conſiderent eorum, quæ ſunt, naturam: & docet differentiam, & in quónam ſit virtus vitio ſuperior: nempe quòd non per mortis communitatem quædam in eis ſperetur æqualitas: ſed per bona vel mala quæ poſtea expectantur, inueniatur, differentia. Sic autem habet contextus obiectionis. *Noui ego quod vnus euentus occurret omnibus.* 14. *Et dixi ego in corde meo: Stulti euentus mihi quoque eueniet. Cur ergo maiorem operam dedi ſapientiæ? Locutus ſum in corde meo, propterea quòd ſtultus ex abundantia loquitur. Hoc quoque*

Rom. 8. 35. — Coloſſ. 3. — Pſal. 13.

A τρυφῶν ἐκείνοις ὅσα ὑπὲρ αἴσθησιν ἐστὶ καὶ διάνοιαν. καὶ τίς οὐκ ἂν ἐλεεινὸν αὐτὸν ᾠήθη, δεσμώτην βλέπων, καὶ πληγαῖς αἰκιζόμενον, καὶ βύθιον ἐν ναυαγίῳ διὰ πελάγους τοῖς κύμασι μετὰ τῶν δεσμῶν συμφερόμενον; ἀλλ' ὅμως εἰ τὰ ἐν ἀνθρώποις τοιαῦτα, τὸ μέν τοι ἐν κεφαλῇ διαπαντὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχειν, οὐκ ἀπετράπη λέγων· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός, ἢ λιμός, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ λέγειν· B τίς μου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐξορύξει, καὶ πρὸς τὸ πατούμενόν τε καὶ γήϊνον μεταθήσει; τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν ἐγκελεύεται τὸ ἴσον ποιεῖν, ἐν τῷ παραγγέλλειν, τὰ ἄνω φρονεῖν, ὅπερ ὅμοιόν ἐστι τῷ λέγειν, ἐν κεφαλῇ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. ἀλλ' εἰ μεμαθήκαμεν πῶς εἰσὶ τοῦ σοφοῦ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν κεφαλῇ αὐτοῦ, φύγωμεν τὴν ἀφροσύνην, ἥ τις σκότος τοῖς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ πορευομένοις γίνεται. ὁ γὰρ ἄφρων, φησὶν, ἐν σκότει πορεύεται. ἄφρων δέ ἐστι, καθὼς ἡ προφητεία φησὶν, ὁ ἐν τῇ καρδίᾳ λέγων μὴ εἶναι Θεὸν, ὃς διεφθάρη καὶ ἐβδελύχθη ἐν ἐπιτηδεύ- C μασι. ἡ δὲ ἀκολουθία τοῦ λόγου θεραπεύει, διὰ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων τοὺς μικροψύχως περὶ τὴν ζωὴν ταύτην διακειμένους· οἷς χαλεπόν τι τὸ τοῦ θανάτου νομίζεται, καὶ διὰ τοῦτο κέρδος οὐδὲν τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου τοῖς τὴν ὑψηλοτέραν μετιοῦσι ζωὴν εἶναι πεπίστευται, ὅτι ἀμφοτέροις πρὸς τὸ αὐτὸ πέρας ἡ ζωὴ καταλήγει· καὶ οὐκ ἔστιν ἀποφυγεῖν τοῦ θανάτου, εἰ μὴ διὰ τῆς ἀστειοτέρας κατορθωθείη ζωῆς. τὰς οὖν τοιαύτας ἀντιθέσεις ὡς ἐξ ἰδίου προσώπου ποιούμενος, πάλιν καθάπτεται τῆς ἀτοπίας τῶν προφερόντων ἐκεῖνα, ὡς ἀνεπισκέπτως ἐχόντων τῆς D τῶν ὄντων φύσεως, καὶ διδάσκει τὴν διαφορὰν, ἐν τίνι τὸ πλέον ἔχει ἡ ἀρετὴ τῆς κακίας· ὡς οὐχὶ διὰ τῆς τοῦ θανάτου κοινότητος ὁμοτιμίας τινὸς ἐν αὐτοῖς ἐλπιζομένης· ἀλλὰ διὰ τῶν εἰς ὕστερον ἀναμενόντων καλῶν ἢ κακῶν, τῆς διαφορᾶς εὑρισκομένης. ἔχει δὲ ἡ λέξις τῆς ἀντιθέσεως, οὕτως. ἔγνων ἐγὼ ὅτι συνάντημα ἓν συναντήσεται τοῖς πᾶσιν αὐτοῖς, καὶ εἶπα ἐγὼ ἐν τῇ καρδίᾳ μου· ὡς συνάντημα ἄφρονος, καί γε ἐμοὶ συναντήσεται. καὶ ἵνα τί ἐσοφισάμην ἐγὼ περισσόν; ἐλάλησα ἐν τῇ καρδίᾳ μου, διότι ὁ ἄφρων, ἐκ περισσεύματος λαλεῖ.

ὅτι

ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης. ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ μνήμη τοῦ σοφοῦ μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα· καθ' ὅτι ἤδη αἱ ἡμέραι αἱ ἐρχόμεναι· τὰ πάντα ἐπιλήσθη, καὶ πῶς ἀποθανεῖται ὁ σοφὸς μετὰ τοῦ ἄφρονος; οἷς ἐπάγει τὸ μίσους ἄξια νομίσαι τὰ πάντα, περὶ ἃ πρότερον ἐμπαθῶς εἶχε, τὸ μάταιον ὡς ἀγαθὸν ἀσπαζόμενος. καὶ πάντα μεμισηκέναι φησὶν, ὅσα πρὸς τὴν ζωὴν ταύτην βλέπων ἐπόνησε· διότι οὐδὲν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῷ μετ' αὐτὸν πάντα ἐπόνησεν· ὃς τί χρήσεται τοῖς πεπονημένοις προγνῶναι διὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἀδηλίαν οὐχ οἷός τε. λέγει δὲ κατὰ λέξιν οὕτως. καὶ ἐμίσησα τὴν ζωὴν, ὅτι πονηρὸν ἐπ' ἐμὲ τὸ πεποιημένον ὑπὸ τὸν ἥλιον, ὅτι πάντα ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος. καὶ ἐμίσησα ἐγὼ σύμπαντα τὸν μόχθον μου, ὃν ἐγὼ μοχθῶ ὑπὸ τὸν ἥλιον, ὅτι ἀφίω αὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ γενομένῳ μετ' ἐμέ· καὶ τίς οἶδεν, εἰ σοφὸς ἔσται ἢ ἄφρων, καὶ εἰ ἐξουσιάσεται ἐν παντὶ μόχθῳ ᾧ ἐμόχθησα, καὶ ἐσοφισάμην ὑπὸ τὸν ἥλιον; καί γε τοῦτο ματαιότης. ταῦτα εἰπὼν, ἀλγεινῶς φησὶ καὶ πρὸς τοῦτο τῇ ψυχῇ διατεθῆναι, τὸ νομίσαι μίαν εἶναι τῷ τε κατ' ἀρετὴν βεβιωκότι, καὶ τῷ μηδεμίαν πρὸς τοῦτο πεποιημένῳ σπουδὴν τὴν μερίδα. τῷ μὲν γὰρ τὸν μόχθον εἶναι φησιν, ἐν σοφίᾳ, καὶ γνώσει, καὶ ἀνδρείᾳ· τῷ δὲ ἑτέρῳ ἐν θυμῷ καὶ ἐν ἀλγήμασι τοῖς διὰ τὴν περὶ τὸν βίον σπουδὴν προσγινομένοις. τὸ οὖν εἰς ἴσον ἀλλήλοις ἄγειν τούτοις, οὐ ματαιότητος μόνον, ἀλλὰ καὶ πονηρίας εἶναι φησιν. ἔχει δὲ καὶ αὕτη ἡ λέξις οὕτως. καὶ ἐπέστρεψα ἐγὼ τοῦ ἀποτάξασθαι τῇ καρδίᾳ μου, ἐν παντὶ μόχθῳ μου ᾧ ἐμόχθησα ὑπὸ τὸν ἥλιον. ὅτι ἔστιν ἄνθρωπος, ὅτι μόχθος αὐτοῦ ἐν σοφίᾳ, καὶ ἐν γνώσει, καὶ ἐν ἀνδρείᾳ, καὶ ἄνθρωπος ὃς οὐκ ἐμόχθησεν ἐν αὐτῷ, δώσει αὐτῷ μερίδα αὐτοῦ. καί γε τοῦτο ματαιότης, καὶ πονηρία μεγάλη. ὅτι γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ προαιρέσει καρδίας αὐτοῦ, ᾧ αὐτὸς μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον. ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἀλγημάτων, καὶ θυμοῦ περισπασμὸς αὐτοῦ, καί γε ἐν νυκτὶ οὐ κοιμᾶται ἡ καρδία αὐτοῦ, καί γε τοῦτο ματαιότης. πάλιν ἑτέραν ἀνθυποφορὰν τὴν τοῦ ἀπο-

A *eſt vanitas.* 16. *Non eſt memoria ſapientis cum ſtulto in æternum: quandoquidem iam dies venientes: omnia obliuioni mandata ſunt, & quonam modo morietur ſapiens cum inſipiente?* Quibus ſubiungit ſe odio digna exiſtimaſſe omnia, quorum prius vehementi ſtudio tenebatur, vanum tanquam bonum amplectens. Et omnia ſe dicit odio habuiſſe; quæ laborauit ad hanc vitam intuens: quòd nihil ſibi, ſed ei qui poſt ipſum futurus eſt, omnia laborauit, qui quemadmodum vtetur iis quæ labore parta ſunt, propter futuri incertitudinem

B præſcire non potuit. Sic autem dicit ad verbum 17. *Et odio habui vitam, quoniam laborioſum aduerſum me eſt quod factum eſt ſub ſole, quoniam omnia ſunt vanitas & electio ſpiritus.* 18. *Et odio habui ego vniuerſum laborem meum quo laboro ſub ſole, quoniam dimitto ipſum homini qui poſt me natus eſt.* 19. *Et quis ſcit, ſit ne ſapiens futurus an ſtultus, & an inſolenter dominabitur in omni labore quem laboraui, & per induſtriam excogitaui ſub ſole? & hoc quoque eſt vanitas.* Hæc cùm dixiſſet, ægrè quoque dicit ſe ad hoc affectum

C fuiſſe animo, nempe quòd vnam & eandem exiſtimarit eſſe partem ei qui ex virtute vixit, & ei qui ad hanc rem nihil contulit ſtudij. Nam alteri quidem dicit eſſe laborem in ſapientia, & in cognitione, & animi magnitudine: alteri verò in ira & in doloribus, qui accedunt propter ſtudium quod ponitur in hac vita. Eos ergo ſibi inuicem pares eſſe ducere, non ſolum vanitatis, ſed etiam improbitatis dicit eſſe ſignum. Sic autem ha-

D bet contextus. 20. *Et conuerti ego vt renunciarem cordi meo in omni labore meo quo laboraui ſub ſole.* 21. *Eſt homo cuius labor in ſapientia, & in cognitione, & in animi magnitudine, homini qui non laborauit in ipſo, dabit partem ſuam. Et hoc quidem eſt vanitas, & improbitas magna.*

22. *Quod ſit homini in omni labore ſuo, & in voluntate cordis ſui, quo ipſe laborat ſub ſole.* 23. *Omnes dies eius ſunt dolorum, & eius animi vexatio, & certè nocte non dormit cor eius, & hoc quoque eſt vanitas.* Ipſe rurſus ſibiipſi aliam obiectionem

eorum qui vitam voluptariam iudicant præſtantiorem, quàm ſit vita ſublimior, & euertit quod objicitur, vtrumque perſequens in propria perſona, nempe & ſolutionem & obiectionem. Eſt enim quod fuit obiectum, nihil aliud eſſe bonum exiſtimandum, quam quod in ſeipſum quiſpiam admiſerit. Hoc autem eſt cibus & potus. Ei autem obiectioni hoc modo occurritur, ea non eſſe quibus homo alitur & lætatur, ſed ſapientiam & cognitionem. Quo fit vt bonum quidem ſit in his ponere ſtudium. Quod autem per carnem ſuſcipitur ſtudium & diligentia, eſt animi afflictio & vanitas. Sublimis autem doctrinæ verba hoc modo ſe habent. 24. *Non eſt bonum homini qui comedet & bibet, & oſtendet animæ ſuæ bonum in labore ſuo.* 25. *Quinetiam hoc vidi ego. De manu Dei eſt, quod quis comedet & bibet abſque ipſo.* 26. *Homini bono in conſpectu ſuo dedit ſapientiam & cognitionem & lætitiam, & peccatori dedit anxiam ſollicitudinem vt addat & congreget, vt det ei qui eſt bonus in conſpectu Dei. Et hoc quoque eſt vanitas & voluntaria electio ſpiritus.* Eſt ergo hic ſenſus eorum quę deinceps ſcripta ſunt, & hæc eſt quæ eſt ex conſequentia præmittenda contemplatio, quam paucis nunc adduximus. Tempus autem eſt nunc repetendi contextum, & verbis accommodandi accuratè ſententiam. Noui ego quòd vnus euentus occurret omnibus, & dixi ego quod ſtulti euentus mihi quoque occurret. Cur itaque maiorem operam dedi ſapientiæ? Hæc eſt autem obiectio quam ipſe ſibi objicit, dicens. Si ineſt in vtriſque euentus mortis, nec virtus, eum qui euaſit ſapiens, à morte eximit, fruſtra meam collocaui operam in ſtudio ſapientiæ. Quemadmodum autem iis quę dicta ſunt, occurrit oratio? Ego, inquit, hoc ſuperuacaneum dixi in corde meo: ſtultus ex ſuperabundantia loquitur. Hoc quoque eſt vanitas. Non eſt memoria ſapientis cum ſtulto in æternum. Damnat enim hanc obiectionem, vt ſuperuacaneè & non conſequenter illatam, & ſermonem vocat inſipientem, qui non eſt ex reconditis, neque expromitur ex internis ſapientiæ penariis,

A λαυστικὸν βίον προτιμότερον κρινόντων τῆς ὑψηλοτέρας ζωῆς, ὑποφέρεται αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ ἀνατρέπει τὸ προφερόμενον, ἐν τῷ ἰδίῳ προσώπῳ διεξιὼν ἑκάτερα, καὶ τὴν λύσιν καὶ τὴν ἀντίθεσιν. τὸ γὰρ ἀντιτεθέν ἐστι, τὸ μηδὲν ἀγαθὸν οἴεσθαι δεῖν ἄλλο, ἢ ὅπερ ἄν τις εἰς ἑαυτὸν καταδέξηται. τοῦτο δέ ἐστι βρῶσις καὶ πόσις. ἡ δὲ πρὸς τοῦτο ἀπάντησις, τὸ μὴ ταῦτα εἶναι οἷς ὁ ἄνθρωπος τρέφεται καὶ εὐφραίνεται, ἀλλὰ σοφίαν καὶ γνῶσιν. ὡς τοῦτο μὲν ἀγαθὸν εἶναι τὸ ἐν τούτοις τὴν σπουδὴν ἔχειν. τὸ δὲ διὰ
B σαρκὸς σπουδαζόμενον, περισπασμὸν ψυχῆς εἶναι καὶ ματαιότητα. τὰ δὲ ῥήματα τῆς ὑψηλῆς διδασκαλίας, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ ὃς φάγεται καὶ πίεται, καὶ δείξει τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθὸν ἐν μόχθῳ αὐτοῦ. καί γε τοῦτο εἶδον ἐγώ. ὅτι ἀπὸ χειρὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὅτι τίς φάγεται καὶ πίεται πάρεξ αὐτοῦ. ὅτι ἀνθρώπῳ τῷ ἀγαθῷ, πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἔδωκε σοφίαν καὶ γνῶσιν καὶ εὐφροσύνην, καὶ τῷ ἁμαρτάνοντι ἔδωκε περισπασμὸν τοῦ προσθεῖναι καὶ συναγαγεῖν, τοῦ
C δοῦναι τῷ ἀγαθῷ πρὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης καὶ προαιρέσεις πνεύματος. ἡ μὲν οὖν διάνοια τῶν ἐφεξῆς γεγραμμένων, καὶ ἡ κατὰ τὸ ἀκόλουθον προθεωρία, αὕτη ἐστίν· ἣν δι' ὀλίγων νῦν προεθέμεθα. καιρὸς δ' ἂν εἴη πάλιν ἐπαναλαβεῖν τὴν λέξιν, καὶ προσαρμόσαι δι' ἀκριβείας τοῖς ῥητοῖς τὰ νοήματα. καὶ ἔγνων καί γε ἐγὼ, ὅτι συνάντημα ἓν συναντήσεται τοῖς πᾶσιν αὐτοῖς, καὶ εἶπα ἐγὼ ὡς συνάντημα τοῦ ἄφρονος καί γε ἐμοὶ συναντήσεται, καὶ ἵνα τί ἐσοφισάμην; τοῦ-
D το δέ ἐστιν ἡ ἀντίθεσις ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιτίθησι, λέγων. εἰ ἕν ἐστιν ἐπ' ἀμφοτέρων τοῦτο θανάτου συνάντημα, καὶ οὐκ ἐξαιρεῖται τῆς τοῦ θανάτου μεθέξεως ἡ ἀρετὴ τὸν ἐν σοφίᾳ γενόμενον, εἰς μάτην μοι γέγονεν ἡ περὶ τὴν σοφίαν σπουδή. ἡ δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα τοῦ λόγου ἀπάντησις ποία; ἐγώ, φησι, τοῦτο περισσὸν ἐλάλησα ἐν τῇ καρδίᾳ μου, ὅτι ἄφρων ἐκ περισσεύματος λαλεῖ. καὶ ὅτιγε τοῦτο ματαιότης. ὅτι οὐκ ἔστι μνήμη τοῦ σοφοῦ μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα. καταγινώσκει γὰρ ὡς περιττῶς τε καὶ ἀκολούθως τῆς ἀντιθέσεως ταύτης ἐπενεχθείσης, καὶ ἄφρονα ὀνομάζει τὸν λόγον, ὃς οὐχὶ τῶν ἀποθέτων ἐστὶν, οὐδὲ ἔνδοθεν ἐκ τῶν ταμείων τῆς σοφίας προσφέρεται,

ἀλλ' ὥσπερ τι περίττωμα τῆς διανοίας ἐστὶν, ἀφρὸν δίκην ἀποπτυόμενος. ἄφρων γὰρ ἐκ περισσεύματος λαλεῖ. τὸ δὲ οὕτως χρῆσθαι τῷ λόγῳ, μάταιόν τε καὶ εἰς οὐδὲν πλέον ἐστὶ, πρὸς οὐδὲν ἕτερον τοῦ λόγου τὴν σπουδὴν ἔχοντος, ἢ πεῖσαι μὴ τὰ φαινόμενα βλέπειν. ἐκ τῶν ὁρωμένων γὰρ ποιεῖται ὁ ἀντιλέγων τὴν μάχην· καὶ γὰρ ὁ θάνατος τῶν φαινομένων ἐστίν. τί δήποτε λέγων, οὐκ ἐν τούτῳ τοῦ ἐναρέτου τε καὶ τοῦ πονηροῦ βίου ἡ κρίσις γίνεται, ὡς δέον μόνον τὸν πονηρὸν τεθνάναι τῷ σώματι· τὸν δὲ ἀγαθὸν μένειν τοῦ σωματικοῦ θανάτου ἀπείρατον, οὐκ εἰδὼς ἐν τίνι ἐστὶ τῆς ἀρετῆς τὸ ἀθάνατον, καὶ τίς τῶν ἐν κακίᾳ ζώντων ὁ θάνατος. σοφοῦ, φησὶν, ἡ μνήμη, διαπαντὸς ζῇ, καὶ παντὶ τῷ αἰῶνι συμπαρατείνεται· τῷ δὲ ἄφρονι, συναποσβέννυται καὶ τὸ μνημόσυνον. περὶ γὰρ τῶν τοιούτων φησὶ καὶ ὁ προφήτης, ὅτι ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν περιφανῶς καὶ δήλως. τοῦτο γὰρ ἡ ἤχου προσθήκη ἐνδείκνυται. οὐκ ἔστιν οὖν, φησι, μνήμη τοῦ σοφοῦ μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα· ἀλλὰ τοῦ μὲν σοφοῦ ἡ ζωὴ διαιωνίζει διὰ τῆς μνήμης· τὸν δὲ ἄφρονα διαδέχεται λήθη. ἐν γὰρ ταῖς ἐρχομέναις ἡμέραις τὰ πάντα τοῦ ἄφρονος ἐν λήθῃ γίνεται· οὕτως αἰεὶ λέγων τῷ ῥήματι, καθ' ὅτι ἤδη αἱ ἡμέραι ἐρχόμεναι, τὰ πάντα ἐπελήσθη. εἰ οὖν ὁ μὲν σοφὸς ζητεῖ σοφίαν, ὁ δὲ ἄφρων τῷ θανάτῳ τῆς λήθης ἐναφανίσθη, πῶς, φησὶ, λέγεις ὅτι ἀποθανεῖται ὁ σοφὸς μετὰ τοῦ ἄφρονος; διὰ τοῦτο τοῖς κατὰ τὴν ζωὴν ταύτην ἐσπουδασμένοις αὐτῷ ἀλγύνεται καὶ ἐπαισχύνεται, καὶ μισεῖν λέγει πάντα ὅσα αὐτῷ πρὸς τὴν ζωὴν ταύτην ἐσπούδασται, ὅμοιον πάσχων ὥσπερ ἂν εἴ τις φαρμακωμένου μέλιτος ἀναιδῶς ἐμφορηθεὶς ἐκ λαιμαργίας, εἶτα εἰς χυμὸν αὐτῷ πονηρὸν τῆς λιχνείας μεταβληθείσης, ἐν τῷ ἐμέτῳ λάβοι τοῦ ἀνακεκραμμένου φαρμάκου τὴν αἴσθησιν τοῦ συνεκπτυομένου μετὰ τοῦ μέλιτος· καὶ διὰ τοῦτο τῇ μνήμῃ τῆς ἀηδίας μισοῖ τὸ μέλι· ὅτι πλησμονὴ διὰ τοῦ φαρμάκου τὴν ἀνατροπὴν κατειργάσατο. τούτου χάριν, οὐ μέχρι κόρου τῶν πρὸς τρυφὴν σπουδαζομένων ἑαυτὸν ἐμπλήσας ἐν τῷ τῆς ἐξαγορεύσεως ἐμέτῳ,

A ſed eſt mentis veluti quoddam excrementum, vt qui inſtar ſpumæ expuatur. Stultus enim ex ſuperabundantia loquitur. Sic autem vti ſermone, vanum eſt, & nihil affert commodi, cùm eius non ſit aliud inſtitutum in hoc libro, quàm vt perſuadeat non intueri ea quæ apparent. Nam qui contradicit, contendit ex iis quæ videntur: ex iis enim quæ videntur eſt mors. Quidnam autem dicit? Bonæ & ſceleratæ vitæ non in hoc eſt iudicium; quaſi oporteret ſceleſtum ſolum mori corpore: bonum autem manere ex- B pertem mortis corporis, vt qui neſciat in quónam ſit virtutis immortalitas, & quænam ſit mors eorum qui viuunt in vitio. Nam ſapientis quidem, inquit, memoria viuit in perpetuum, & ſimul cum æuo vniuerſo extenditur: cum ſtulto autem extinguitur eius memoria. De eiuſmodi enim hominibus ait etiam Propheta, Periit memoria eorum clarè ac manifeſtè. Soni enim hoc indicat adiectio. Nõ eſt ergo, inquit, memoria ſapientis cum ſtulto in æternum: ſed ſapientis quidem vita in æternum manet per memoriam: ſtultum autem ex- C cipit obliuio. In venientibus enim diebus quæcumque ſunt ſtulti, mandantur obliuioni: hoc verbo veluti dicens, quòd vt iam dies venientes, mandata ſunt omnia obliuioni. Si ergo ſapiens quidem quærit ſapientiam; ſtultus autem deletur morte obliuionis, quomodo, inquit, dicis moriturum eſſe ſapientem cum ſtulto? Et ideo dicit ſe dolere & erubeſcere propter ea in quæ ſuum ſtudium poſuit in hac vita, & dicit ſe odiſſe omnia quorum ipſe in hac vita ſtudio tenebatur, vt cui vſuueniret perinde, atque ei qui medicamento melle perfuſo præ ingluuie D imprudenter impletus, deinde in malum ſaporem ei mutata dulcedine, in vomendo accipiat ſenſum permiſti medicamenti, quod ſimul cum melle expuitur: & ideo propter amaroris memoriam mel oderit: quoniam ſatietas per medicamentum ſubuertit ſtomachum. Hac de cauſa, cùm non vſque ad ſatietatem ſe in iis impleſſet, quæ faciunt ad delicias, quarum ſtudio tenebatur, in vomitu confeſſionis,

A tanquam aliquam veneni calamitatem, eorum quæ egerat probrum ac dedecus odio habens & abominans, clamat ſe illam odiſſe vitam, ſic dicens ad verbum: *Et odio habui vitam, quia malum adverſum me eſt, opus quod factum eſt ſub ſole.* Non enim, inquit, vlli alij, ſed mihi ipſi fui malus iis quæ fecerunt ſub ſole. Mihi enim nihil ſtat eorum quæ facta ſunt: ſed opinio erant omnia in quæ ſtudium conferebant, & impetus liberi arbitrij & electionis. Omnia enim vanitas, & voluntaria electio ſpiritus, inquit. Et aliter dicit odio eſſe dignum quod in hæc confertur ſtudium, quod
B quiſpiam non ſibi, ſed ei qui poſt ſe futurus eſt, laborat quodcumque in hac vita acri ſtudio effecerit, naualia, portus, præclaras ac magnificas propugnaculorum & ædificiorum ſtructuras, veſtibula, atria & turres pulchras, porticus, moles aſſurgentes, & qui in colenda terra ſuſcipiũtur labores, omne genus nemora, pratáque amœniſſima, & vineta, quæ latitudine ſunt inſtar maris, & ſi quid aliud eiuſmodi laborat quicumque laborauerit, fruitur autem qui poſt illum vitam agit.
C Incertum eſt autem num vitij materiam copias & opes ſit effecturus. Non eſt enim quorumlibet, cognitionis cauſa demittere ſenſum ad faciẽdum harum rerum periculum. Quod quidem ego, inquit, feci ob ſapientiam. Cùm ſiuiſſem enim veluti quemdam pullum, naturæ appetitionem liberè in inferioribus parumper exultare animi motibus, eam rurſus repreſſi habenis rationis, & eius ſubieci poteſtati. Quis, inquit, ſcit, an ille quoque qui poſt nos in his fuerit, voluptati imperabit, & non ipſe potius ſeruiet, veluti quoddã mancipium,
D voluptatis poteſtati ſe ſubmittens? Propterea, inquit, ego vniuerſum laborem meum odio habui, quem laboro ſub ſole: quoniam eum dimitto homini qui poſt me natus eſt. Quis autem ſcit ſapienſne erit an ſtultus, & an poteſtatem exercebit in omni labore meo quẽ laboraui, & mea induſtria excogitaui ſub ſole? Exiſtimo enim eſſe hunc ſenſum huius dicti, quòd non aliqua animi perturbatione delapſus ſit ad hanc vitam voluptariam, ſed ad eam venerit quadam ratione ſapientiæ, vt qui ei imperans eius fuerit particeps,

καθάπερ τινὸς δηλητηρίου ποιότητα τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις αἰσχύνην σικχανθείς τε καὶ βδελυξάμενος, μισεῖν βοᾷ τὴν ζωὴν ἐκείνην, λέγων οὑτωσὶ κατὰ τὴν λέξιν· ὅτι καὶ ἐμίσησα τὴν ζωήν, ὅτι πονηρὸν ἐπ' ἐμὲ τὸ ποίημα τὸ πεποιημένον ὑπὸ τὸν ἥλιον. οὐ γὰρ ἄλλῳ τινί, φησίν, ἀλλ' ἐμαυτῷ γέγονα πονηρός, οἷς ἐποίησα ὑπὸ τὸν ἥλιον. ἕστηκε γάρ μοι τῶν γινομένων οὐδέν· ἀλλ' οἴησις ἦν πάντα τὰ σπουδαζόμενα, καὶ ὁρμὴ προαιρέσεως. τὰ γὰρ πάντα ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος, φησί. καὶ ἄλλως λέγει μίσους ἀξίαν εἶναι τὴν ὧδε σπουδήν, ὅτι μὴ ἑαυτῷ τις, ἀλλὰ τῷ μεθ' ἑαυτὸν πονεῖ, ὅπερ ἂν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ κατὰ σπουδὴν ἐνεργήσας τύχοι, νεώρια, λιμένας, τὰς λαμπράς τε καὶ πολυτελεῖς τῶν ἐπάλξεών τε καὶ οἰκοδομημάτων κατασκευάς, προπύλαιά τε καὶ πύργους, καὶ κάλλι στοάς, ἀναστήματά τε, τάς τε κατὰ γῆν φιλεργίας, ἄλση παντοδαπά, καὶ λειμώνων κάλλη, καὶ ἀμπελῶνας, μιμουμένους τὰ πελάγη τοῖς πλάτεσι, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, πονεῖ μὲν ὥσπερ ἂν τύχῃ πονήσας, μετέχει δὲ ὁ μετ' ἐκεῖνον ἐπιδημῶν τῷ βίῳ. ἄδηλον δὲ εἰ μὴ κακίας ὕλην, τὴν περιουσίαν ποιήσηται. οὐ γὰρ πάντων ἐστὶ τὸ γνώσεως ἕνεκεν εἰς τὴν τῶν τοιούτων πεῖραν καθεῖναι τὴν αἴσθησιν. ὅπερ ἐγώ, φησιν, ὑπὸ σοφίας πεποίηκα. κατ' ἐξουσίαν, οἷόν τινα πῶλον τὴν τῆς φύσεως ὁρμὴν μικρὸν ἀφεὶς ἐπισκιρτῆσαι τοῖς κάτω πάθεσι, πάλιν ἀνεστόμωσα τῇ τοῦ λογισμοῦ ἡνίᾳ, καὶ τῇ τούτου ἐξουσίᾳ ὑπήγαγον. τίς οἶδε, φησιν, εἰ κἀκεῖνος ὅς τις ποτὲ μεθ' ἡμᾶς ἐν τούτοις γενόμενος, ἐξουσιάσει τῆς ἀπολαύσεως, καὶ οὐκ αὖθις μᾶλλον κυριευθήσεται, οἷόν τι ἀνδράποδον τῇ δυναστείᾳ τῆς ἡδονῆς ὑποκύψας; διὰ τοῦτο, φησιν, ἐμίσησα ἐγὼ σύμπαντα τὸν μόχθον μου ὃν ἐγὼ μοχθῶ ὑπὸ τὸν ἥλιον· ὅτι ἀφίω αὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ γινομένῳ κατ' ἐμέ. καὶ τίς οἶδεν, εἰ σοφὸς ἔσται ἢ ἄφρων, καὶ εἰ ἐξουσιάσεται ἐν παντὶ μόχθῳ μου ᾧ ἐμόχθησα καὶ ἐσοφισάμην ὑπὸ τὸν ἥλιον; ταύτην γὰρ οἶμαι τοῦ ῥητοῦ τούτου εἶναι τὴν ἔννοιαν, τὸ μὴ πάθει αὐτὸν πρὸς τὸν ἀπολαυστικὸν βίον κατολισθῆσαι, ἀλλά τινι λόγῳ σοφίας ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν, ἐν ἐξουσίᾳ ποιούμενον τὴν μετουσίαν,

καὶ οὐκ αὐτὸν ὑπὸ τῆς δυναστείας ταύτης κατακρατούμενον. τίς οὖν εἶδε, φησιν, εἰ μὴ ἐξουσιασθήσεται ὑπὸ τούτων ὁ μετ' ἐμὲ, ἅπερ οὐ διὰ πάθους ἐγὼ, ἀλλὰ ὑπὸ σοφίας ἐμόχθησα; δηλοῖ γὰρ διὰ τοῦ μόχθου ὀνομάσαι τὴν τρυφὴν, ὅτι βεβιασμένως οἷόν τινα δυσκαταγώνιστον ἆθλον τῆς ἡδονῆς τὴν μετουσίαν προσήκατο. καὶ τοῦτο οὖν, φησιν, ἐν τοῖς ματαίοις καταριθμείσθω. καὶ ἄλλῳ δέ τινι λέγει τῶν ὧδε, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀποτετάχθαι, καὶ φανεροῖ τῷ λόγῳ ὃ βούλεται. διαβέβληται γὰρ πρὸς τὸν τῆς ὀρθῆς κρίσεως ἁμαρτάνοντα, ὅτι βλέπων ἐναργῆ τῶν ἐναντίων βίων τὴν διαφορὰν, ἐξ ὧν ὁ μὲν περὶ τὴν ἀρετὴν ποιεῖ, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀνθρώπινον τὴν ἐπιθυμίαν κατάγει, ὁ δὲ ἕτερος, κατὰ τὸ ἔμπαλιν, πόνον μὲν τινὰ τῶν ἐναρέτων οὐχ ὑπομένει· μόνοις δὲ τοῖς σωματικοῖς μόχθοις ἐγκατατρίβεται. ὅταν οὖν τις πρὸς τοῦτον φέρει τοῦ καλοῦ τὴν ψῆφον, παρορῶν τὸν ἐν τῇ σοφίᾳ προέχοντα, οὐ μόνον ματαίαν, ἀλλὰ καὶ πονηρὰν τὴν ἄδικον ταύτην ἀποφαίνεται κρίσιν. λέγει δὲ τοῖς ῥήμασιν οὕτως· καὶ ἐπέστρεψα, φησὶν, ἐγὼ τοῦ ἀποτάξασθαι τὴν καρδίαν μου πρὸς τῷ ἄλλῳ μόχθῳ, ᾧ ἐμόχθησα ὑπὸ τὸν ἥλιον. τί οὖν ἐστιν ὃ ἀπεταξάμην; ὅτι ἔστιν ἄνθρωπος, ὅτι μόχθος αὐτοῦ ἐν σοφίᾳ καὶ ἐν γνώσει καὶ ἐν ἀνδρείᾳ, καὶ ἄλλος ἄνθρωπος οὐδὲν ἐν τοῖς τοιούτοις πονήσας. πῶς οὖν τις τὴν μερίδα τῆς προτιμήσεως τῷ τοιούτῳ προσθήσει; καὶ ἄνθρωπος γὰρ, φησιν, ᾧ ἐμόχθησεν ἐν αὐτῷ, τουτέστι, τῷ βίον μὴ μοχθήσαντι ἐν τῷ ἀγαθῷ δώσει αὐτῷ μερίδα αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐν ἀγαθοῦ μοίρᾳ τὸν τοιοῦτον βίον ὁρίσεται. ἀλλὰ ματαιότης, φησὶ, τοῦτο καὶ πονηρία μεγάλη. πῶς γὰρ οὐκ ἔστι πονηρία μεγάλη, ὅταν γινώσκῃ τὴν ἐγκειμένην τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τοὺς μόχθους σπουδὴν καὶ προαίρεσιν; τοῦτο γάρ ἐστιν ἐν οἷς φησιν, ὅτι γινώσκει τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ προαιρέσει καρδίας αὐτοῦ, ᾧ αὐτὸς μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον. τί οὖν ἐστιν ὃ γινώσκει; ὅτι πᾶσαι, φησιν, αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἀλγημάτων, καὶ θυμοῦ περισπασμὸς αὐτοῦ. καί γε ἐν νυκτὶ οὐ κοιμᾶται ἡ καρδία αὐτοῦ. τῷ ὄντι γὰρ οἷς εἰς τὸν πειρασμὸν τοῦτον τὴν ψυχὴν ἀσχολοῦσιν, ἐπαλγὴς μὲν

A non autem parens eius imperio. Quis ergo ſcit, inquit, an qui poſt me eſt futurus, eorum non parebit imperio, quæ ego laboraui non per aliquam animi perturbationem, ſed per ſapientiam? Per hoc enim quòd laborem nominauit delicias, ſignificat quòd per vim, veluti quoddam difficile certamen, admiſit voluptatis participationem. Et hoc ergo, inquit, in vanis numeretur. Porrò autem alicui quoque alij ex his quæ hic ſunt, dicit animam ſuam renunciaſſe, & oratione id quod ſibi vult ſignificat. Inſimulatus enim fuit apud eum qui à recto aberrat iudicio, quod cùm videret euidentem contrariorum
B vitæ generum differentiam, ex quibus alterum quidem verſatur in virtute, & ad nullam rem humanam adducit cupiditatem: alterum verò contrà non ſuſtinet quidem vllum laborem eorum quæ geruntur ex virtute: verſatur autem in ſolis laboribus ad corpus pertinentibus. Cùm quiſpiam ergo ei boni & honeſti dat calculum, eum deſpiciens qui antecellit ſapientia, non ſolum vanam, ſed etiam improbam hanc iniuſtam pronunciat ſententiam. Dicit autem his verbis: Et conuerti, inquit, ego cor meum, vt renuntiaret alij labori, quem laborauit ſub ſole.
C Quid eſt ergo quod renunciaui? Eſt homo, cuius labor eſt in ſapientia & cognitione & excelſi animi virtute, & alius homo qui in his nihil laborauit. Quomodo ergo quiſquam primas honoris partes ei tribuet? Homo enim, inquit, qui non laborauit in ipſo, hoc eſt, ei qui non laborauit in bono, dabit ei partem ſuam, pro eo quod eſt, hanc vitam in boni locum referet. Sed hoc eſt, inquit, vanitas, & magna improbitas. Quomodo enim non eſt
D magna improbitas, quando cognoſcit ſtudium & liberam electionem quæ ineſt homini ad labores? Hoc enim eſt vbi dicit, Cognoſcit homini in omni labore ſuo, & in libera electione cordis ſui, qua ipſe laborat ſub ſole. Quid eſt ergo quod cognoſcit? Quod omnes, inquit, eius dies ſunt dolorum, & eius animi vexatio & diſtractio. Quinetiam noctu non dormit cor eius. Reuera enim iis quorum animus verſatur in hac tentatione, vita quidem

eſt laborioſa veluti quibuſdam ſtimulis, plura habendi cupiditatibus cor flagellans: dolore autem & moleſtia plenum eſt plura habendi ſtudium, non tantum gaudens iis quæ habet, quantum triſte ob ea quæ deſunt, quibus noctu & interdiu labor diuiditur, vt qui per vtrumque eorum in ſe inuicem exerceatur, cùm dies quidem conſumatur in laboribus: nox autem ſomnum amandet ab oculis. Somnum enim expellunt de lucro ſollicitudines. Qui ergò ad hæc aſpicit, quemadmodum non condemnat vanitatem eius ſtudij? Et ideo addit iis quæ prius dicta ſunt, quòd hoc quoque ſit vanitas. Rurſum aliam tangit obiectionem. Hoc eſt autem quòd obijcitur. Si quod extra nos eſt, in vanis numeras, ô præceptor: quòd in nos ipſos acceperimus, non iurè damnabitur vt vanum. Atqui in nobis eſt cibus & potus. Non eſt ergo hoc reijciendum, ſed diuinum hoc eſſe beneficium eſt ſtatuendum. Hic eſt ſenſus obiectionis. Verba autem hoc modo habent. *Non eſt bonum, inquit, in homine, niſi quod bibet & comedet, & oſtendet animæ ſuæ bonum in labore ſuo. Et hoc certè vidi ego, quòd ſit à manu Dei, quod quiſpiam comedit & bibit ſine ipſo.* Quiſpiam autem patronus gulæ hæc obijcit præceptori. Ad hæc autem dicit doctor ſapientiæ, homini bono. Boni autem adiectio efficit omnino diſtinctionem, vt ſit manifeſtum, quod bonitati intelligitur eſſe contrarium. Homini ergo, non pecudi, neque ei qui pronus eſt in ventrem, qui guttur habet pro ratione; ſed bono, qui viuit ad boni ſolius imaginem. Non de iis Deus legem ſanxit deliciis, quibus inhiat belluina natura: ſed pro alimento dedit in ſapientiam & cognitionem & lætitiam. Quomodo enim auxeris bonitatem per ea quæ ventri ſunt eſculenta? Non in ſolo

Matth.5. pane viuet homo. Hoc veri Verbi eſt verbum. Pane non alitur virtus, non carnibus vis animæ fit bonæ habitudinis, & pingueſcit. Aliis cibis ſublimis vita alitur, plenáque redditur & ſucculenta. Boni enim alimentum eſt temperantia, panis ſapientia, opſonium iuſtitia, potus impatibilitas,

A ἡ ζωή, οἷόν τισι κέντροις ταῖς τῶν πλειόνων ἐπιθυμίαις τὴν καρδίαν μαστίζουσα· ἐπώδυνος δὲ ἡ περὶ τὴν πλεονεξίαν σπουδή, οὐ τοσοῦτον οἷς ἔχει εὐφραινομένη, ὅσον ἀλγυνομένη τοῖς λείπουσιν, οἷς μερίζεται νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ὁ πόνος, κατ' ἀλλήλως δι' ἑκατέρας αὐτῶν ἐνεργούμενος, τῆς μὲν ἡμέρας δαπανωμένοις ἐν μόχθοις· τῆς δὲ νυκτὸς ἀποπεμπούσης τῶν ὀμμάτων τὸν ὕπνον. αἱ γὰρ τοῦ κέρδους φροντίδες, τὸν ὕπνον ἐκκρούουσιν. ὁ οὖν πρὸς ταῦτα βλέπων, πῶς οὐ καταψηφίζεται τῆς σπουδῆς ταύτης τὴν ματαιότητα; B διὰ τοῦτο προστίθησι τοῖς προειρημένοις, ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης, πάλιν ἄλλης ἀντιθέσεως καθάπτεται· τὸ δὲ ἀντιτιθέμενον τοῦτό ἐστιν. εἰ τὸ ἔξω ἡμῶν ἐν τοῖς ματαίοις ἀριθμεῖς ὦ διδάσκαλε· ὅπερ ἂν εἰς ἑαυτοὺς ἀναλάβωμεν, οὐκ ἂν εἰκότως καταγνωσθῇ ὡς μάταιον· ἀλλὰ μὴν ἡ βρῶσίς τε καὶ ἡ πόσις ἐν ἡμῖν αὐτοῖς γίνεται. οὐ τῶν ἀποβλήτων ἄρα τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ θείαν τις εὐεργεσίαν τὴν τοιαύτην χάριν ὁρίσαιτο. αὕτη τῆς ἀντιθέσεως ἡ διάνοια· τὰ δὲ ῥήματα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Οὐκ C ἔστιν ἀγαθόν, φησίν, ἐν ἀνθρώπῳ, ὃ φάγεται καὶ πίεται, καὶ δείξει τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθὸν ἐν μόχθῳ αὐτοῦ. καί γε τοῦτο εἶδον ἐγώ· ὅτι ἀπὸ χειρὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὅτι τίς πίεται πάρεξ αὐτοῦ. Ταῦτα ὁ τῆς λαιμαργίας συνήγορος ἀντιπροφέρει τῷ διδασκάλῳ, ὅτι δὲ πρὸς ταῦτα ὁ τῆς σοφίας ὑφηγητὴς τῷ ἀνθρώπῳ φησὶ τῷ ἀγαθῷ· ἡ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ προσθήκη παντελῶς τὴν διαφορὰν ἐνεδείξατο. ὥστε δῆλον εἶναι τὸ τῇ ἀγαθότητι ἐκ τοῦ ἐναντίου νοούμενον. τῷ οὖν ἀνθρώπῳ, οὐ τῷ βοσκήματι, οὐδὲ τῷ τῇ γα- D στρὶ ἑαυτοῦ ἐπικεκυφότι, τῷ λαιμὸν ἀντὶ λογισμοῦ κεκτημένῳ· ἀλλὰ τῷ ἀγαθῷ τῷ κατ' εἰκόνα μόνου τοῦ ἀγαθοῦ ζῶντι. οὐ ταύτην ἐνομοθέτησεν ὁ Θεὸς τὴν τρυφήν, περὶ ἣν ἡ κτηνώδης κέχηνε φύσις· ἀλλ' ἔδωκεν αὐτῷ, φησίν, ἀντὶ τροφῆς σοφίαν καὶ γνῶσιν καὶ εὐφροσύνην. πῶς γάρ τις τι ἀγαθότητος διὰ τῶν τῆς γαστρὸς ἐδωδίμων αὐξήσειεν; οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος. ἔστι τοῦ ἀληθινοῦ λόγου ὁ λόγος. οὐ τρέφεται ἄρτῳ ἡ ἀρετή, οὐ διὰ κρεῶν ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις εὐεκτεῖ καὶ πιαίνεται. ἄλλοις ἐδέσμασιν ὁ ὑψηλὸς βίος τρέφεται καὶ ἁδρύνεται. Τροφὴ τοῦ ἀγαθοῦ ἡ σωφροσύνη, ἄρτος ἡ σοφία, ὄψον ἡ δικαιοσύνη, ποτὸν ἡ ἀπάθεια, ἡδο-

ἡ οὐχ ἡ τοῦ σώματος, ὁποία δή ἡ περὶ τὸ καταθύμιον σχέσις· ἀλλ' ἧς ὄνομά τε καὶ ἔργον ἡ εὐφροσύνη ἐστί. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὠνόμασε τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ πρὸς τὸ καλὸν γινομένην διάθεσιν· ὅτι ἐκ τοῦ εὖ φρονεῖν, ἡ τοιαύτη παραγίνεται κατάστασις. χρὴ τοίνυν καὶ ἐν τούτῳ μαθεῖν, ἅπερ καὶ παρὰ τοῦ ἀποστόλου ἠκούσαμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ βασίλεια τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ ἀπάθεια, καὶ μακαριότης. ἃ δὲ τῆς σωματικῆς ἀπολαύσεως ἕνεκεν παρὰ τῶν ἀνθρώπων σπουδάζεται, ἁμαρτωλῶν ἐστι σπουδὴ καὶ περισπασμὸς ψυχῆς, ἀπὸ τῶν ἄνω πρὸς τὰ κάτω κατασπωμένης, ἧς πᾶν τὸ διάστημα τῆς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ διαγωγῆς, εἰς τὴν περὶ τοῦ προσθεῖναι καὶ συναγαγεῖν σπουδὴν ἀναλίσκεται. ὁ οὖν τοῦτο ἀγαθὸν ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ κρίνων, ἀγνοεῖ ἐν τῷ ματαίῳ τὸ ἀγαθὸν ὁριζόμενος. ταῦτα εἶπον ἐγώ, τῇ ἐμαυτοῦ φωνῇ. ἐπισφραγίζει δὲ τὴν διάνοιαν ταύτην, ἡ τῶν θείων ῥημάτων παράθεσις. φησὶ γάρ, τῷ ἁμαρτωλῷ ἔδωκε περισπασμὸν τοῦ προσθεῖναι καὶ συναγαγεῖν, τοῦ δοῦναι τῷ ἀγαθῷ πρὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης καὶ προαίρεσις πνεύματος. ὅσα τοίνυν ἐκ τῆς παραλλήλου ταύτης συνεξετάσεως τοῦ τε καλοῦ καὶ χείρονος, διὰ τῆς νῦν μεμαθήκαμεν ἀναγνώσεως, γένοιτο ἡμῖν βοήθεια πρὸς ἀποφυγὴν μὲν τῶν κατεγνωσμένων, ἐφόδιον δὲ τῶν πρὸς τὸ κρεῖττον κατορθουμένων.

A voluptas non voluptas carnis, cuiuſmodi eſt habitus qui capitur ex eo quod eſt iucundum: ſed ea cuius eſt & nomen & officium lætitia, quæ dicitur εὐφροσύνη: propterea enim appellauit hoc nomine eam, quæ eſt in anima ad bonum & honeſtum affectionem, quoniam ex εὖ φρονεῖν, quod eſt rectè ſapere, fit eiuſmodi conſtitutio. Oportet ergo hic quoque diſcere ea quæ etiam didicimus ab Apoſtolo, quòd Dei regnum non eſt cibus & potus, ſed iuſtitia & impatibilitas & beatitudo. Quæ autem propter vo- *Rom. 14.*

B luptatem corporis vehementi ſtudio fiunt ab hominibus, ea ſunt ſtudium peccatorum, & animæ diſtractio, quæ ad inferiora abſtrahitur à ſupernis: cuius omne interuallum in hac vita traducenda, conſumitur in ſtudio addendi & congregandi. Qui ergo hoc eſſe bonum iudicat in Dei conſpectu, ignorat ſe bonum definire in eo quod vanum eſt. Hæc ego dixi voce mea. Hunc autem ſenſum obſignabunt adducta verba diuina. Dicit enim,

26. *Peccatori dedit occupationem, vt addat*

C *& congreget vt tradat bono in conſpectu Dei. Hoc quoque eſt vanitas & præſumptio ſpiritus.* Quæ ergo didicimus ex hac inuicem comparatione boni & mali per hanc lectionem, dent nobis auxilium ad vitanda quidem ea quæ ſunt damnata, perſequenda autem ea quæ ſunt bona.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΚκλησιαστὴν ἐξήγησις ϛʹ.

Τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος, καὶ καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι ὑπὸ τὸν οὐρανόν. αὕτη τῶν προκειμένων ἡμῖν λογίων εἰς θεωρίαν ἀρχή. ἔστι δὲ ὁ πόνος τῆς ἐξετάσεως οὐ μικρός, καὶ τὸ ἐκ τοῦ πόνου κέρδος, τοῦ πόνου ἄξιον. τάχα γὰρ ὁ σκοπὸς τῶν ἐν τοῖς πρώτοις τῆς βιβλίου θεωρηθέντων ἡμῖν, ἐν τούτῳ μάλιστα φανεροῦται τῷ μέρει, ὡς προϊὼν ἐπιδείξει διὰ τῆς ἀκολουθίας ὁ λόγος.

EIVSDEM IN ECCLEſiaſten HOMILIA *VI.*

D OMNIBVS eſt tempus, & opportunitas vniuerſæ rei ſub cœlo. Hoc eſt initium eloquiorum quę contemplanda nobis ſunt propoſita. Eſt autem & non modicus labor examinationis, & quod ex labore capitur lucrum, eſt operæpretium. Fortè enim ſcopus eorum quæ ſunt à nobis conſiderata in principio libri, maximè apparet in hac parte, vt procedens per conſequentiam oſtendet oratio. In iis quæ *Cap. III. Eccleſiaſt.*

præceſſerunt, damnata ſunt omnia tanquam vana, in quæ ab homine conſertur ſtudium ob nullum lucrum animæ. Oſtenſum eſt enim bonum, ad quod eſt intuendum per ea mentis cogitata, quæ ſita ſunt in capite. Iis autem qui corpoream prætendunt voluptatem, oppoſitæ ſunt deliciæ quæ ſunt ex ſapientia. Reſtat, vt ſciamus quemadmodum ſit ex virtute viuendum, quadam veluti arte & methodo per rationem accepta ad vitam rectè degendam. Hæc ſunt ergo quæ nobis pollicetur in procemio propoſita verborum examinatio, in quibus pronunciat eſſe tempus & oportunitatem vniuerſæ rei ſub cœlo. Si quis enim profunditatem ſenſus introſpexerit, inueniet in verbis eſſe comprehenſum multum philoſophiæ, tam contemplatiuæ, quàm eius quæ conſulit ea quæ ſunt vtilia. Vt autem ſit nobis paucis certa via ac ratio ad contextum intelligendum, de eo tractare ita aggrediemur. Ex iis quæ ſunt, aliud quidem eſt materiale & ſenſile: aliud autem quod cadit ſub intelligentiam, & eſt expers materiæ. Ex iis, id quidem quod eſt incorporeum, exuperat ſenſus comprehenſionem, quatenus tunc cognoſcemus, quando ſenſus exuerimus. Materialem autem naturam ſenſus apprehendens, non eſt eius naturæ vt poſſit tranſire cœleſte corpus, & peruadere vltra ea quæ cernuntur. Quamobrem nobis loquitur ſermo de rebus terrenis & cœleſtibus, vt citra errorem in hac vita viuamus. Materialis hæc vita eſt vita per carnem. Ab iis autem quæ per ſenſum apparent, obſcuratur quodammodo contemplatio eius quod eſt bonum & honeſtum. Opus eſt ergo aliqua ſcientia ad iudicandum id quod eſt bonum & honeſtum, vt tanquam in ædificiis regula aliqua aut amuſſis, id totum quod fit dirigat. Ab oratione ergo hoc nobis prius oſtenditur, per quod vita dirigitur ad id quod oportet. Dicit enim duo eſſe, per quæ quod bonum & honeſtum eſt iudicatur in vita, in vnoquoque eorum in quæ ſtudium in ea confertur: nempe ſymmetria & opportunitas. De eo autem nunc decretum ſtatuit, dicens: Omnibus eſt tempus, & opportunitas vniuerſæ rei. Pro tempore autem intelligere oportet modum ſeu menſuram, propterea quòd cum quolibet eorum quæ

A κατεγνώσθη τὰ πάντα ἐν τοῖς προλαβοῦσι λόγοις ὡς μάταια, ὅσα κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐπ' οὐδενὶ ψυχικῷ κέρδει σπουδάζεται. ὑπεδείχθη γὰρ τὸ ἀγαθὸν, πρὸς ὃ χρὴ διὰ τῶν τῇ κεφαλῇ ἐγκειμένων νοημάτων βλέπειν, τοῖς δὲ τὴν σωματικὴν προϊσχομένοις ἀπόλαυσιν ἀντιτέθη ἡ κατὰ τὴν σοφίαν τρυφή. λείπει τὸ γνῶναι πῶς ἄν τις κατ' ἀρετὴν βιώσῃ, καθάπερ τινὰ τέχνην καὶ ἔφοδον πρὸς τὴν τοῦ βίου κατόρθωσιν διὰ τοῦ λόγου λαβών. ταῦτα οὖν ἐστιν ἃ ἐπαγγέλλεται ἡμῖν ἐν προοιμίοις ἡ προκειμένη τῶν λόγων ἐξέτασις, ἐν οἷς ἀποφαίνεται ὅτι τοῖς πᾶσιν ὁ
B χρόνος καὶ καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι ὑπὸ τὸν οὐρανόν. εἰ γάρ τις τῷ βάθει τῆς διανοίας ἐγκύψειε, πολλὴν ἂν εὕροι τὴν φιλοσοφίαν ἐναποκειμένην τοῖς ῥήμασι, θεωρητικήν τε καὶ συμβουλευτικὴν τῶν συμφερόντων. καὶ ὡς ἂν γένοιτό τις ἡμῖν δι' ὀλίγων ἔφοδος πρὸς τὴν τοῦ ῥητοῦ θεωρίαν, οὕτωσὶ τὸν λόγον διαληψόμεθα. τῶν ὄντων, τὸ μέν ἐστιν ὑλικόν τε καὶ αἰσθητόν· τὸ δὲ νοητόν τε καὶ ἄϋλον. τούτων τὸ μὲν, ἀσώματον ὑπέρκειται τῆς αἰσθητῆς καταλήψεως, ἣν τότε ἐγνωσόμεθα, ὅταν τὰς αἰσθήσεις ἀποδυσώμεθα.
C τῆς δὲ ὑλικῆς φύσεως ἡ αἴσθησις τὴν ἀντίληψιν ἔχουσα, διαβῆναι τὸ οὐρανικὸν σῶμα, καὶ εἰς τὰ ἐπέκεινα τῶν φαινομένων διαδῦναι φύσιν οὐκ ἔχει. οὗ χάριν τὰ περὶ τῶν γηΐνων καὶ ἐπουρανίων ὁ λόγος ἡμῖν διαλέγεται, ὅπως ἂν ἀπταίστως ἐν τούτῳ διαβιῶμεν. ὑλικὸς ἐστὶν ὁ βίος, διὰ σαρκὸς ἡ ζωή. ἐπισκοτεῖται δέ πως ὑπὸ τῶν κατ' αἴσθησιν ἐμφαινομένων ἡ τοῦ καλοῦ θεωρία. ἐπιστήμης οὖν τινὸς πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ κρίσιν ἐπιδεόμεθα, ἵνα καθάπερ ἐπὶ τῶν κατασκευασμάτων κανών τις ἢ ἐπι-
D στάθμη διευθύνῃ πᾶν τὸ γινόμενον. τοῦτο οὖν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ λόγου προδείκνυται, δι' οὗ πρὸς τὸ δέον ἡ ζωὴ κατευθύνεται. δύο γάρ εἶναί φησι τοῦ καλοῦ κριτήρια παρὰ τὸν βίον, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ σπουδαζομένων, τὸ σύμμετρον καὶ τὸ εὔκαιρον. καὶ τοῦτο δογματίζει νῦν λέγων· τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος, καὶ καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι. νοητέον δὲ ἀντὶ τοῦ χρόνου τὸ μέτρον, διότι παντὶ τῷ γε-

νομένων συμπαρατείνεται χρόνος. ταῦτα τοίνυν τοῦ καλοῦ τὰ κριτήρια, εἰ μὲν καθόλου πρὸς πᾶσαν ἀρετῆς κατόρθωσιν ἐπιτηδείως ἔχει, οὔπω διϊσχυρίζομαι, ἕως ἂν ὁ λόγος προϊὼν ἐπιδείξῃ. ὅτι μέν τι τὸ πλεῖον τῆς τεταγμένης ζωῆς τῇ τοιαύτῃ κατορθοῦται, παρατηρήσαντος ἂν εἴη κατανοῆσαι. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ ἡ ἀρετὴ μέτρον ἐστὶ τῇ μεσότητι τῶν παρακειμένων μετρούμενον; οὐ γὰρ ἂν γένοιτο ἀρετὴ ἡ ἐλλιπὴς τοῦ καθήκοντος μέτρου, ἢ ὑπερπίπτουσα, οἷον ἐπὶ τῆς ἀνδρείας, ἧς τὸ μὲν ἐλλεῖπον, δειλία· τὸ δὲ ὑπερβάλλον, θράσος γίνεται. οὐ χεῖρον καί τινες τῆς ἔξω σοφίας κλέπται τάχα τῶν ἡμετέρων γενόμενοι, διελόμενοι τὴν σημαινομένην ἐν τῷ ῥητῷ τούτῳ διάνοιαν, ὁ μὲν τὸ μηδὲν ἐλλείπειν, ἐν ἀποφθέγματι συνεβούλευσεν· ὁ δὲ τὸ λίαν ἐκώλυσεν. ὁ μὲν γὰρ τὸ μέτρον ἄριστον ἀπεφήνατο· ὁ δὲ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἐνομοθέτησεν. δείκνυται δὲ δι' ἑκατέρων, ὅτι καὶ τὸ μὴ ἐφικέσθαι τοῦ ἐπιζητουμένου κατ' ἀρετὴν μέτρου, τῶν κατεγνωσμένων ἐστί, καὶ τὸ ὑπερβάλλειν τὴν συμμετρίαν ἀπόβλητον. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν εὐκαιρίαν μέρους ὁ αὐτὸς ἂν ἡμῖν ἀποδοθήσεται λόγος· ὅτι οὔτε τὸ προλαμβάνον τῆς εὐκαιρίας, οὔτε τὸ ἐπυστερίζον ἐν ἀγαθοῦ κρίνεται μοίρᾳ. τί ὀνίνησι τὸν γεωπόνον ἐμπιστευθέντα τὴν τῶν ἀσταχύων τομήν, πρὶν ἀδρυνθῆναι καθ' ὥραν τὰ λήϊα, ἢ ὑπερτιθέμενον τὴν περὶ τὸν ἄμητον σπουδήν, ἕως οὗ περιρρυῇ τῇ καλάμῃ τὰ σπέρματα; ἐν οὐδετέρῳ γὰρ ἐνεργὴς ἐπ' ἀγαθῷ γίνεται ἡ σπουδή, καθ' ἕτερον τοῦ καιροῦ τὴν ὠφέλειαν, ἐν τῇ ἀκαιρίᾳ τῆς τομῆς ἀπολλύοντα. ὃ δὲ ἐπὶ μέρους εἴρηται, καὶ ἐν παντὶ δυνατόν ἐστι κατανοῆσαι. οἶδε γὰρ τὸ ἴσον καὶ ἡ ναυτιλία, εἴτε τις προλάβοι τὴν εὐκαιρίαν, εἴτε ἐφυστερήσειε. τί δ' ἄν τις τὰ τῆς ἰατρικῆς λέγοι περὶ ὅσον ἐστὶ καὶ εἰς βλάβην ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις ἐν τῇ θεραπείᾳ καθήκοντος καιροῦ καὶ μέτρου; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐᾶσαι χρὴ διὰ τοῦ ἐφεξῆς λόγου, ἐν αὐταῖς ταῖς τοῦ ἐκκλησιαστοῦ φωναῖς σαφέστερον φανερουμένου τοῦ ὑποδείγματος. ἀλλ' οὗ χάριν ταῦτα ἡμῖν προτεθεώρηται; ὅτι οὔτε τὸ ἄμετρον ἀγαθόν ἐστιν, οὔτε τὸ ἄκαιρον· ἀλλ' ἐκεῖνο καλόν τε καὶ αἱρετόν, ὃ δι' ἀμφοτέρων

A fiunt tempus ſimul extendatur. Hæc ergo quibus bonum & honeſtũ iudicantur, an ſint omnino apta ad omnem rectam ex virtute actionem, nondum conſtituo, donec id procedens oſtendat oratio. Quòd autem maxima pars vitæ verè inſtitutæ ſe rectè gerat, ea obſeruatione poteſt quilibet perſpicere. Quis enim neſcit virtutem eſſe menſuram, quam metitur medium eorum quę iuxta eam conſiderantur? Non enim poteſt eſſe virtus, cui vel deeſt, vel cui excedit conueniens menſura, vt in magni & excelſi animi virtute, cuius quod deficit B quidem, eſt timiditas; quod exſuperat autem, eſt audacia. Quamobrem externæ ſapientiæ nonnulli, à noſtris fortè ſuffurati, diſtinguentes ſenſum qui in hoc textu ſignificatur, alius quidem, vt nihil deeſſet conſuluit in apophtegmate: alius verò quod nimium eſt, prohibuit. Nam hic quidem eſſe menſuram optimam pronunciauit: alter verò vt ne quid eſſet nimis, lege ſanxit. Per vtrumque autem oſtenditur, quòd non aſſequi menſuram quæ ex virtute quæritur, eſt ex iis quæ ſunt reprobata: & C conuenientem exuperare modum, eſt reijciendum. Sed & de parte opportunitatis idem quoque à nobis tradetur: nempe quòd neque quod præuenit opportunitatem, neque quod fit tardius, bonum cenſetur. Quid prodeſt agricolæ, cui mandata eſt cura ſecandæ ſegetis, ſi priuſquam ſit ſeges matura, eam ſecet, aut metere differat, donec ex culmis effluxerint ſemina? In neutro enim ita exercetur ſtudium vt ſit bono, vtpotè quòd ſecando importunè perdat opportunitatem temporis. Quod autem dictum eſt in parte, in- D telligi poteſt etiá in vniuerſo. Idipſum enim vſuuenit etiam in nauigatione, ſiue quiſpiam præuenerit opportunitatem, ſiue tardius acceſſerit. Quid autem dicendum de medendi arte, cùm damnum afferat exuperatio & defectus temporis & menſuræ, quæ conuenit curationi? Sed hæc quidem ſunt mittenda, cùm per id quod deinceps ſequitur, in ipſis verbis Eccleſiaſtæ exemplum fiat clarius. Sed quare ſunt hæc nobis præmiſſa, vt ea conſideraremus? Quoniam neque quod menſura caret, eſt bonum, neque quod eſt importunum, ſed illud eſt bonum & ex virtute factum, quod per vtrum-

que accepit perfectionem. Si enim vni A
ſoli ex iis attenderetur, reliquum autem
negligeretur, eſſet inutile etiam quod
rectè geſtum eſſet in reliquo. Sicut
ergo cum nos motum duobus peraga-
mus pedibus, ſi quidpiam alteri acci-
diſſet, inutilis eſſet ad curſum is etiam
cui nihil accidit, propter eius qui ſimul
cum altero operatur, imbecillitatem:
Ita ſi tempori deſit menſura, aut men-
ſuræ opportunitas, cum eo quod reſtat,
omnino etiam id quod adeſt, eſt inutile.
Sed & in tempore conueniens ſymme-
tria, & in menſura vtilis eſt opportu-
nitas. Tempus ergo intellectum eſt à B
nobis pro menſura, propterea quòd
cuiuſlibet menſuræ menſura eſt tem-
pus. Quæ enim fiunt, omnino fiunt
in tempore, & cum vniuſcuiuſque eo-
rum quæ fiunt extenſione, ſimul quo-
que ſpatium temporis extenditur, mo-
dicum in minori, & in ampliori plus
temporis. Eſt menſura conceptionis,
menſura incrementi ſpicarum, men-
ſura plenæ fructuum perfectionis, men-
ſura nauigationis, menſura ambula-
tionis, menſura vniuſcuiuſque ætatis,
infantiæ, pueritiæ, adoleſcentiæ, iu-
uentutis, virilis & conſtantis & pro- C
uectæ ætatis, ſenectutis, & ætatis de-
crepitæ. Quoniam ergo non eſt omni-
bus vna menſura temporis: neque enim
fieri poteſt, vt ſint omnia æqualis inter
ſe menſuræ, propter ſubiectorum diffe-
rentiam: omnium autem quæ cadunt
ſub menſuram, eſt cõmunis, vt dictum
eſt, menſura tempus, in ſe omnia con-
tinens: ea de cauſa non dixit, Men-
ſura eſt omnibus, propterea quod eo-
rum quæ cadunt ſub menſuram, magna
ſit æqualitas in eo quod eſt plus & mi-
nus: ſed tempus dixit quod eſt omni-
bus menſura generalis, quæ quidquid
fit & oritur, dimetitur. Quomodo D
enim in humano genere, id quod æta-
tis quidem eſt prouectę, eſt imbecillum:
quod autem nondum confirmatæ &
ſtabilitæ eſt ætatis, eſt immoderatum
& inſolens: optimum autem eſt quod
inter duo intercedit, quod quidem
vtramque effugerit moleſtiam: in quo
oſtenduntur vires quidem iuuentutis
ſeparatæ ab inſolentia, à ſenectutis au-
tem imbecillitate prudentia minimè
ſeparata: adeò vt ſint vires contempe-
ratæ cum prudentia, ex æquo fugientes & ſenectutis imbecillitatem, & iuuen-
tutis audaciam. Ita qui tempus definit, omnibus per vtrumque verbis ſeparat, quod

A ἔχει τὸ τέλειον. εἰ γὰρ μόνον τὸ ἓν ἐξ αὐτῶν σπουδασθείη, παροφθείη δὲ τὸ λειπόμενον, ἀνόνητον ἔσται καὶ τὸ κατορθωθὲν ἐν τῷ λείποντι. ὥσπερ οὖν καθάπερ δύο ποσὶν ἐνεργουμένων ἡμῶν τὴν κίνησιν, εἴ τι συμβαίη περὶ τὸν ἕτερον, ἄχρηστός ἐστι καὶ ὁ ἀπαθὴς πρὸς τὸν δρόμον, διὰ τὴν τοῦ συνεργοῦντος ἀσθένειαν· οὕτως εἰ λείποι τῷ καιρῷ τὸ μέτρον, ἢ τῷ μέτρῳ ἡ εὐκαιρία, τῷ λείποντι πάντως καὶ τὸ παρὸν συνηχρειῶσθαι. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἡ συμμετρία, καὶ ἐν τῷ μέτρῳ ἡ εὐκαιρία τὸ χρήσιμον ἔχει. χρόνος οὖν
B ἀντὶ τοῦ μέτρου ἡμῖν νενόηται, διότι παντὸς τοῦ καθ᾽ ἕκαστον μέτρου, ὁ χρόνος μέτρον ἐστίν. τὰ γὰρ γινόμενα ἐν χρόνῳ γίνεται πάντως, καὶ τῇ παρατάσει ἑκάστου τῶν γινομένων, καὶ τὸ διάστημα τοῦ χρόνου συμπαρατείνεται, ὀλίγον ἐν τῷ ἐλάττονι, καὶ ἐν τῷ πλείονι πλέον χρόνου. μέτρον κυήσεως, μέτρον τῆς τῶν ἀσταχύων αὐξήσεως, μέτρον τῆς τῶν καρπῶν τελειώσεως, μέτρον ναυτιλίας, μέτρον πορείας, μέτρον τῆς καθ᾽ ἕκαστον ἡλικίας, βρέφους, παιδίου, μειρακίου, παιδὸς, ἐφήβου, ἀνδρὸς, μεσήλικος, τελείους, προήλικος, πρεσβύτου γέροντος. ἐπειδὴ τοί-
C νυν οὐχ ἓν τὸ ἐκ τοῦ χρόνου μέτρον τοῖς πᾶσιν ἐστίν· οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν γενέσθαι πάντα ἀλλήλοις ἰσόμετρα διὰ τὴν τῶν ὑποκειμένων διαφοράν· κοινὸν δὲ, καθὼς εἴρηται, πάντων μετρουμένων μέτρον, ὁ χρόνος ἐστὶν, ἐν ἑαυτῷ περιέχων τὰ πάντα· τούτου χάριν οὐχὶ μέτρον εἶπε τοῖς πᾶσι, διὰ τὸ πολλὴν εἶναι τῶν μετρουμένων τὴν περὶ τὸ πλέον τε καὶ ἔλαττον ἰσότητα· ἀλλὰ χρόνον εἶπε τοῖς πᾶσι τὸ γενικὸν μέτρον, ᾧ πᾶν τὸ γινόμενον παραμετρεῖται. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ἀνθρωπότητος τὸ μὲν παραβεβηκὸς, ἀσθενεῖ· τὸ δὲ μήπω κα-
D θεστηκὸς ἀτακτεῖ· ἄριστον δὲ τὸ μέσον τῶν δύο, ὅπερ ἂν τὰς ἑκατέρων ἀηδίας ἐκφύγῃ· ἐν ᾧ δείκνυται, τῆς μὲν νεότητος, κεχωρισμένη τῆς ἀταξίας ἡ δύναμις· τοῦ δὲ γήρως διεζευγμένη τῆς ἀδρανείας ἡ φρόνησις. ὥστε εἶναι δύναμιν συγκεκραμμένην φρονήσει, ἐπίσης φεύγουσαν τήν τε τοῦ γήρως ἀδρανείαν, καὶ τὸ θρασὺ τῆς νεότητος. οὕτως ὁ χρόνον ὁρίζων τοῖς πᾶσι καθ᾽ ἑκάτερον χωρίζει τῷ λόγῳ τὴν ἐξ ἀμα-

πρείας κακίας, τότε ὑπάρχοντι ἀτιμάζων, καὶ τὸ ἐλλεῖπον ἀποπεμπόμενος. ἀλλὰ καιρὸς ἂν εἴη καὶ αὐτὴν ἡμῖν δι᾽ ἀκολούθου περιστῆσαι τὴν θεοπνεύστων λόγων τὴν θεωρίαν. καιρὸς, φησι, τοῦ τεκεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ ἀποθανεῖν. καλῶς ἐν πρώτοις τὴν ἀναγκαίαν ταύτην συζυγίαν τοῦ λόγου συνέζευξε, συνάπτων τῇ γενέσει τὸν θάνατον. ἕπεται γὰρ κατ᾽ ἀνάγκην τῷ τόκῳ ὁ θάνατος, καὶ πᾶσα γένεσις, εἰς φθορὰν διαλύεται· ἵνα διὰ τοῦ συνημμένως δηλῶσαι τὸν θάνατόν τε καὶ τὴν γένεσιν, οἱονεὶ κέντρῳ τινὶ τῇ τοῦ θανάτου μνήμῃ τοὺς ἐμβαθύνοντας τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς διυπνίσῃ, καὶ πρὸς τὴν φροντίδα τῶν μελλόντων διαναστήσῃ. ταῦτα φιλοσοφεῖ κατὰ τὸ λεληθὸς ἐν ταῖς πρώταις τῶν βιβλίων ἐπιγραφαῖς, καὶ ὁ φίλος τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆς εὐθὺς τῇ Γενέσει συμπαραγράψας τὴν Ἔξοδον· ὡς τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς ἐπιγεγραμμένοις, καὶ δι᾽ αὐτῆς τῆς τῶν βιβλίων τάξεως τὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς παιδευθῆναι. οὔτε γάρ ἐστι Γένεσιν ἀκούσαντα μὴ Ἔξοδον εὐθὺς ἐννοῆσαι. ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα νενοηκὼς ὁ μέγας ἐκκλησιαστὴς ἐπιδείκνυται, τῇ γενέσει σύστοιχον ἀποδείξας τὸν θάνατον. καιρὸς γάρ, φησι, τοῦ τεκεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ ἀποθανεῖν. ἦλθεν ὁ καιρὸς, φησι, καὶ ἐγεννήθην· ἥξει ὁ καιρὸς, καὶ τεθνήξομαι. εἰ πρὸς τοῦτο πάντες ἐβλέπομεν, οὐκ ἂν τὴν σύντομον πορείαν καταλιπόντες, κύκλῳ μετὰ τῶν ἀσεβῶν περιῄειμεν, τὴν περιοδικὴν τοῦ βίου πλάνην ἑκουσίως πλανώμενοι, ἐν δυναστείαις καὶ ὑπερηφανείαις καὶ πλούτοις, δι᾽ ὧν ταῖς πολυοδίαις τοῦ βίου τούτου ἐναμηχανοῦντες, οὐκέτι τοῦ λαβυρίνθου τῆς ζωῆς ταύτης, τὴν ἔξοδον εὑρίσκομεν, δι᾽ ὧν δοκοῦμεν σπουδάζειν, διὰ τούτων ἑαυτοῖς τὰ σημεῖα τῆς ἀπλανοῦς ὁδοιπορείας συγχέοντες. ὡς μακάριοί γε, φησὶ, τῶν ἀνθρώπων ἐκεῖνοι, οἳ τὰς περιοδικὰς τῆς ζωῆς ἀπάτας καταλιπόντες, ἐπὶ τὴν σύντομον τῆς ἀρετῆς ὁδὸν ἑαυτοὺς ἄγουσιν; αὕτη δέ ἐστι τὸ πρὸς μηδὲν τῶν τῇδε τὴν ψυχὴν ἐπιστρέφειν, ἀλλὰ συντετάσθαι τῇ σπουδῇ πρὸς τὸ διὰ πίστεως ἐν ἐλπίσι προκείμενον. πάλιν δὲ τὸ ῥηθὲν ἐξετάσωμεν. καιρὸς, φησι, τοῦ τεκεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ ἀποθανεῖν. εἴθε κἀμοὶ γένοιτο,

A ex menſuræ defectu oritur, vitium: vt qui & quod tempus excedit, vituperat, & id quod deficit, amãdat. Sed tempus eſt conſequenter addendi ipſam diuinitus inſpiratorum verborum contemplationem. 2. *Tempus eſt*, inquit, *pariendi, & tempus moriendi*. Pulchrè in principio verbis hanc neceſſariam cõiunxit coniugationem, cum generatione copulans mortem. Partum enim mors ſequitur neceſſariò, & omnis generatio diſſoluitur in interitum; vt propterea quòd coniunctim oſtenſa ſint mors & generatio, mentione mortis veluti quo-
B dam ſtimulo eos expergefaciat, qui in carnalis vitæ profundum ſunt immerſi, & ad curam futurorum excitet. Hæc tacitè philoſophatur in primis librorum ſuorum inſcriptionibus Dei quoque amicus Moſes, qui ſtatim cum Geneſi, quod eſt generatio, ſimul quoque ſcripſit Exodum, id eſt, exceſſum: vt qui ea legerent quæ ſcripta ſunt, etiam per ipſum ordinem librorum ea diſcerent quæ ad ſeipſos pertinent. Neque enim fieri poteſt vt qui Geneſim, generationem inquam, audierit, non
C Exodum, id eſt exceſſum protinus cogitet. Quod quidem hîc quoque magnum intellexiſſe Eccleſiaſten oſtenditur, vt qui in eodem ordine poſuerit mortem quo generationem. Tempus eſt enim, inquit, pariendi, & tempus moriendi. Venit, inquit, tempus, natus ſum: veniet tempus, & moriar. Si ad hoc vniuerſum aſpiceremus, non relicto viæ compendio in circuitu cum impiis ambularemus, mundi qui in orbem circũagitur errore noſtra ſponte errantes, in potentia & ſuperbia & diuitiis, per quæ in multiplici & varia
D huius mundi via implicati, è labyrintho huius vitæ exitum minimè inuenimus, eo ipſo quòd vehementer laborare, & ſtudium videmur adhibere, certæ & à qua aberrari non poteſt viæ ſigna confundentes. Quàm beati, inquit, ſunt illi homines, qui quæ in orbem feruntur fraudibus huius vitæ relictis, ad compendiariam virtutis viam ſe conferunt? Ea autem eſt, ad nihil eorum quæ hîc ſunt animum conuertere, ſed acri ſtudio contendere ad id quod per fidem in ſpe eſt propoſitum. Quod dictum eſt autem rurſus examinemus. Tempus eſt, inquit, pariendi, & tempus moriendi. Vtinam

mihi quoque detur, vt in tempore naſcar, & opportunè moriar. Nemo enim dixit inuoluntariam hanc partionem, & ſpontaneam mortem nunc oſtendi ab Eccleſiaſte, tanquam ex eo ſit recta virtutis actio. Neque enim propter mulieris voluntatem exiſtit partus: neque mors eſt in decedētium libero arbitrio. Quod autem non eſt in noſtra poteſtate, neque virtutem neque vitium quiſquam definierit. Intelligere ergo oportet partum tempeſtiuum, & mortem quæ eſt in tempore. Mihi videtur maturus eſſe partus & non abortiuus, quando, vt dicit Eſaias, cùm quiſpiam ex Dei timore conceperit, per animæ in partu labores ſuam ſalutem genuerit. Nobis enim ipſis quodammodo patres ſumus, quando per bonum animi inſtitutum, liberúmque arbitrium nos ipſos formauerimus & genuerimus, & in lucem ediderimus. Hoc autem facimus ex eo, quòd Deum in noſipſos formauerimus & genuerimus, & in lucem ediderimus. Hoc autē facimus ex eo, quòd Deum in noſipſos admittamus, effecti filij Dei & filij virtutis, & filij altiſſimi. Et noſipſos rurſus abortiuos edimus, nóſque imperfectos & ſubuentaneos reddimus, quādo nō fuerit in nobis formata, ſicut ait Apoſtolus, Chriſti forma. Oportet enim integrum & perfectum eſſe hominem Dei. Integer autem ille omnino eſt, cui perfecta naturæ completa fuit ratio. Si quis ergo per virtutem ſeipſum Dei filium fecerit, præclari huius ortus accepta poteſtate, is nouit tempus boni partus, & meritò gaudet, conuenienter euangelio, quòd natus ſit homo in mundo. Qui autē natus eſt filius irę, & filius perditionis, & fœtus tenebrarū, germen viperę, malus fœtus, & alia omnia, quib. malus malè audit partus, is nō nouit tēpus quod gignit vitalia: eſt enim vnū tempus pariens ad vitā, & nō plura. Qui ergo propter importunitatē partum nō eſt aſſecutus, ſeipſum parturiit interitui, & ad mortē ſuæ eſt animę obſtetricatus. Si eſt autē perſpicuū, quemadmodū naſcimur in tēpore, perſpicuū quoq. eſt omnib. quēadmodum morimur in tēpore, quēadmodū ſancto Paulo ad bonā mortē omne tēpus erat opportunū. Clamat enim in ſuis ſcriptis, quodāmodo adiurās, quādo dicit, Quotidie morior, per veſtrā gloriationē, & illud: Propter te morte afficimur quoti-

Coloſſ. 1. Ioan. 16. 1. Cor. 15. Rom. 8.

A ἐν καιρῷ τε ὁ τόκος, καὶ ὁ εὔκαιρος θάνατος. οὐ γὰρ ἄν τις εἴποι τὴν ἀκούσιον ταύτην ὠδῖνα, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον παρὰ τῷ Ἐκκλησιαστοῦ, νῦν ὡς ἐν ἀρετῆς κατορθώσει προδείκνυσθαι. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῷ θελήματι τῆς γυναικὸς ἡ ὠδίς· οὔτε ἐν τῇ προαιρέσει τῶν τελευτώντων ὁ θάνατος. ὃ δὲ ἐφ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν οὔτε ἀρετὴν ἄν τις οὔτε κακίαν ὁρίσαιτο. οὐκοῦν νοῆσαι προσήκει τὸν τόκον τὸν εὔκαιρον, καὶ τὸν ἐν καιρῷ γινόμενον θάνατον. ἐμοὶ δοκεῖ τόκος ὥριμος καὶ οὐκ ἀμβλωθρίδιος εἶναι, ὅταν,
B καθώς φησιν Ἡσαΐας, ἐκ τοῦ θείου τις φόβου κυοφορήσας διὰ τῆς τῆς ψυχῆς ὠδῖνος τὴν ἰδίαν σωτηρίαν γεννήσῃ. ἑαυτῶν γὰρ τρόπον τινὰ πατέρες γινόμεθα, ὅταν διὰ τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως αὐτοὺς πλάσωμέν τε καὶ γεννήσωμεν, καὶ εἰς φῶς προαγάγωμεν. τοῦτο δὲ ποιοῦμεν, διὰ τοῦ δέξασθαι ἐν ἑαυτοῖς τὸν Θεόν, τέκνα Θεοῦ, καὶ τέκνα δυνάμεως, καὶ υἱοὶ ὑψίστου γινόμενοι. καὶ πάλιν ἑαυτοὺς ἀμβλίσκομεν, καὶ ἀτελεσφορήτους τε καὶ ὑπηνεμίους ἀπεργαζόμεθα, ὅταν μὴ μορφωθῇ ἐν ἡμῖν, καθώς φη-
C σιν ὁ ἀπόστολος, ἡ τοῦ Χριστοῦ μορφή. δεῖ γὰρ εἶναί φησιν ἄρτιον τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον. ἄρτιος δὲ πάντως ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ τελείως ὁ τῆς φύσεως συμπεπλήρωται λόγος. οὐκοῦν εἰ μέν τις δι' ἀρετῆς τέκνον Θεοῦ ἑαυτὸν ἐποίησε, λαβὼν ἐξουσίαν τῆς εὐγενείας ταύτης, ἔγνω οὗτος τὸν καιρὸν τῆς ἀγαθῆς ὠδῖνος, καὶ χαίρει κατὰ τὸ εὐαγγέλιον εἰκότως, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. ὁ δὲ γινόμενος τέκνον ὀργῆς, καὶ υἱὸς ἀπωλείας, καὶ σκότους ἔκγονος, γέννημα ἐχίδνης, ἔκγονον κακόν, καὶ τὰ
D ἄλλα πάντα δι' ὧν ὁ πονηρὸς διαβάλλεται τόκος, οὐκ ἔγνω τὸν ζωογονοῦντα καιρόν· εἷς γὰρ καιρὸς τίκτων εἰς ζωήν, καὶ οὐ πολλοί. οὗ ὁ διαμαρτὼν ἐν τῇ ἀκαιρίᾳ τοῦ τόκου, τῇ ἀπωλείᾳ ἑαυτὸν ὤδινε, καὶ τῷ θανάτῳ τὴν ψυχὴν ἐμαιεύσατο. εἰ δὲ φανερόν ἐστι πῶς ἐν καιρῷ τικτόμεθα, δῆλον πᾶσι πῶς ἐν καιρῷ ἀποθνήσκομεν, ὅτι πᾶς τῷ ἁγίῳ Παύλῳ καιρὸς τοῦ ἀγαθοῦ θανάτου εὔκαιρος ἦν. βοᾷ γὰρ ἐν τοῖς ἰδίοις λόγοις, ἔνορκον τρόπον τινὰ ποιούμενος, ἐν οἷς φησιν, ὅτι καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν· καὶ τό, ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα πᾶσαν ἡμέραν. καί,

αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν. πάντως δὲ οὐκ ἄδηλον πῶς ἀποθνήσκει καθ' ἡμέραν ὁ Παῦλος, ὁ μηδέποτε τῇ ἁμαρτίᾳ ζῶν, ὁ ἀεὶ τὰ μέλη τῆς σαρκὸς νεκρῶν, καὶ τὴν νέκρωσιν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, ὁ πάντοτε Χριστῷ συσταυρούμενος, ὁ μηδέποτε ἑαυτῷ ζῶν, ἀλλὰ ζῶντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστόν, οὗτος ἂν εἴη κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν ὁ εὔκαιρος θάνατος, ὁ τῆς ἀληθοῦς ζωῆς γενόμενος πρόξενος. ἐγὼ γάρ, φησιν, ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω, ὡς πεπεῖσθαι ἀληθῶς Θεοῦ δῶρον εἶναι τὸ νεκρωθῆναι τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ζωοποιηθῆναι τῷ πνεύματι. διὰ γὰρ τοῦ ἀποκτεῖναι, ζωοποιεῖν ἐπαγγέλλεται ἡ θεία φωνή· ὅμοιον δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τὸ ἑπόμενον. καιρός, φησι, τοῦ φυτεῦσαι, καὶ καιρὸς τοῦ ἐκτῖλαι τὸ πεφυτευμένον. οἴδαμεν τίς ἡμῶν ὁ γεωργός, καὶ ἡμεῖς, τίνος γεώργιον. τὸ μὲν γὰρ παρὰ Χριστοῦ· τὸ δὲ παρὰ τοῦ δούλου τοῦ Χριστοῦ μεμαθήκαμεν Παύλου. ὁ μὲν γὰρ κύριος φησίν, ὅτι ὁ πατήρ μου γεωργός ἐστιν. ὁ δὲ ἀπόστολος πρὸς ἡμᾶς λέγει· ὅτι Θεοῦ γεώργιον ἐστέ. ὁ οὖν μέγας γεωργὸς τὰ ἀγαθὰ φυτεύειν ἐπίσταται μόνον. ἐφύτευσε γὰρ ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, τὰ δὲ ἐναντία, τοῖς ἀγαθοῖς ἀποτίλλει. πᾶσα γὰρ φυτεία ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται. οὐκοῦν ἡ φαρισαϊκὴ κακία τε καὶ ἀπιστία, καὶ ἡ πρὸς τὰ γινόμενα παρὰ τοῦ κυρίου θαύματα ἀγνωμοσύνη, ταῦτα τὰ φυτά ἐστι τὰ ἐκτιλλόμενα. χρὴ γὰρ ἐπικρατῆσαι τὸ κήρυγμα τῆς σωτηρίας. χρὴ κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. χρὴ πᾶσαν γλῶσσαν ἐξομολογήσασθαι ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός. ἐπεὶ οὖν ταῦτα γενέσθαι χρὴ πάντως, ἡ νῦν ἐπικρατοῦσα τισὶν ἀπιστία, οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς φυτείας, ἀλλὰ τοῦ παρασπείροντος τὰ ζιζάνια, ἢ τοῦ παραφυτεύοντος τῷ δεσποτικῷ ἀμπελῶνι τὴν Σοδομιτικὴν κληματίδα. ὅπερ οὖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παρὰ τῆς δεσποτικῆς φωνῆς ἐπαιδεύθημεν· τοῦτο νῦν καὶ ἐν τῷ αἰνίγματι τοῦ ἐκκλησιαστοῦ ἐδιδάχθημεν, ὅτι αὐτὸς καιρός ἐστι τό τε σωτήριον τῆς πίστεως φυτὸν παραδέξασθαι, τό τε αὐτὸ τῆς ἀπιστίας ἀποτῖλαι ζιζάνιον. ὃ δὲ ἐπὶ μέρους περὶ τοῦ κατὰ τὴν πίστιν κατορθώματος εἴρηται, τοῦτο καὶ ἐπὶ πάσης ἀρετῆς ἀκολούθως ἂν

die. Et ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus. Omnino autem non eſt obſcurum, quemadmodum Paulus moritur quotidie, qui numquam peccato viuit, qui ſemper membra carnis mortificat, & mortificationem corporis Chriſti in ſe circumfert, qui ſemper cum Chriſto crucifigitur, qui numquam ſibi viuit, ſed viuentem in ſeipſum habet Chriſtum, hæc meo iudicio fuerit mors opportuna, quæ veræ vitæ fuit conciliatrix. Ego enim inquit, occidam, & viuere faciam, vt perſuaſum ſit verè Dei eſſe donum, mortuum eſſe peccato, & viuificatum ſpiritu. Propterea enim quo occiderit, viuificare promittit vox diuina. Iis autem quæ dicta ſunt, ſimile quoque eſt quod ſequitur. 2. *Tempus*, inquit, *plantandi, & tempus euellendi quod plantatum eſt*. Scimus quis ſit noſter agricola, & nos, cuiuſnam ſimus agricultura. Nam illud quidem à Chriſto, hoc autem didicimus à ſeruo Chriſti Paulo. Dicit enim Dominus: Pater meus agricola eſt. Apoſtolus autem nobis dicit: Dei agricultura eſtis. Magnus ergo agricola ſcit ſolùm bona plantare. Plantauit enim Deus paradiſum in Edem ad Orientem: vellit autem ea quæ ſunt bonis contraria. Omnis enim plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Phariſaica ergo malitia & incredulitas, & ingrati animi crimen ad ea quæ à Domino facta ſunt miracula, hæ plantæ ſunt quæ euelluntur. Dominari enim oportet præconium ſalutis. Oportet Euangelium prædicari in toto mundo. Oportet omnem linguam confiteri, quòd Dominus Ieſus Chriſtus in gloriam Dei patris. Quoniam ergo hæc omnino fieri oportet, quæ nunc in nonnullis dominatur incredulitas, non eſt ex plantatione patris, ſed eius qui ſuperſeminat zizania, vel qui iuxta vineam domini palmitem plantat Sodomorum. Quod igitur in Euangelio didicimus à voce Domini: Hoc nunc quoque ænigmate docuit nos Eccleſiaſtes, quòd idem eſt tempus & ſalutarem fidei plantam ſuſcipiendi, & ipſum incredulitatis lolium euellendi. Quòd autem in parte dictum eſt de eo quod rectè geſtum eſt ex fide, hoc etiam in omni virtute conſequenter

2.Cor.1.
Deut.32.
Ioan.15.
1.Cor.3.
Gen 2.
Matth.15.
Matth.24.
Phil.42.

intellexeris. Tempus eſt plantandi temperantiam, & euellendi plantam intemperantiæ. Ita etiam plantata iuſtitia, iniuſtum germen radicitùs euellitur, & planta humilitatis euertit arrogantiam, & quæ germinauit, charitas exſiccauit malam arborem odij: quomodo etiam ex contraria arbore, nempe odio, multiplicata iniuſtitia refrigerat charitatem. Alia quoq; omnia, ne in ſingulis dicendis immoremur, eodem modo ſimiliter intelligentes, non aberrabimus. Rurſus id quod deinceps ſequitur, conſonat iis quæ prius ſunt examinata. 3. *Tempus eſt enim, inquit, occidendi, & tẽpus medendi.* Hoc autem apertè explicatur in propheta, cùm dicit ex perſona Dei: Occidam, & viuere faciam. Niſi enim in nobis occidamus inimicitias, non medebimur affectioni charitatis quæ ægrotat propter odium. Ita etiã cætera omnia quæ malo noſtro aduerſus nos viuunt; dico malam animi motuũ aciem, & hoc ciuile quod in nos per voluptates geritur bellum, & nos captiuos reddit legi peccati, tempus eſt occidendi. Eorum enim cædes, eſt medela eius qui infirmus extitit per peccatum. Aiunt medici lumbricos, & quædam eiuſmodi alia animalia, ex malis humoribus intus viua gigni in viſceribus, quorum vita eſt morbus corpori. Quod ſi illa interfecta ſint per aliquam medicamenti potionem, rurſus ægrotus reſtituitur priſtinæ ſanitati. Hæc quæ corpori accidunt, habent quandam proportionem & conuenientiam cum morbis animæ. Quando ira intus feruet, aut per iniuriæ acceptæ recordationem eneruat animi robur & rationem, aut inuidiæ beſtiã, aut ſi quod aliud eiuſmodi malum mala viuẽdi ratio procreauerit, qui ſenſerit quòd intus beſtiam alit eius anima, opportunè vtetur medicamento quod animi vitia interimit. Hoc autem eſt doctrina euangelij, vt illis enecatis, ei qui hoc fecerit, adſit ſanitas. *Tempus eſt diruendi, & tẽpus ædificandi.* Hęc diſci poſſunt etiã ex iis quæ à Deo dicta ſunt Hieremiæ Prophetę, cui diuinitùs data eſt poteſtas ad prius purgandũ, & radicitùs euellendũ, & fodiẽdum, & tunc excitandũ, & ędificandũ & plantandũ. Oportet enim in nobis prius dirui vitij ædificia,

Deut. 32. — *Hier. 1.*

A τῆς νοήσεις. καιρὸς τοῦ φυτεῦσαι τὴν σωφροσύνην καὶ ἐκτῖλαι τὸ τῆς ἀκολασίας φυτόν. οὕτω δὲ δικαιοσύνης φυτευθείσης, ἀποῤῥιζοῦται τὸ ἄδικον βλάστημα, καὶ τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης φυτὸν, τὸν τῦφον ἀνέτρεψε, ἥ τε ἀγάπη βλαστήσασα τὸ πονηρὸν τοῦ μίσους δένδρον ἐξήρανεν· ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου δένδρου μίσους δηλαδὴ ἡ ἀδικία πληθυνομένη τὴν ἀγάπην κατέψυξε, καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἵνα μὴ τὰ καθ᾽ ἕκαστον λέγοντες διατρίβωμεν, ὁμοίως νοοῦντες, οὐ σφαλησόμεθα. πάλιν ὁ ἐφεξῆς λό- B γος σύμφωνος τοῖς προεξητασμένοις ἐστί. καιρὸς γὰρ, φησι, τοῦ ἀποκτεῖναι, καὶ καιρὸς τοῦ ἰάσασθαι. τοῦτο δὲ σαφῶς ἐν τῷ προφητικῷ προερμηνεύεται, ὃ ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φησὶ, ὅτι ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω. ἐὰν γὰρ μὴ ἀποκτείνωμεν ἑαυτοῖς τὴν ἔχθραν, οὐκ ἰασόμεθα τὴν ἀγαπητικὴν διάθεσιν τὴν ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ μίσους νοσήσασαν. οὕτω καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ὅσα ἐπὶ κακῷ καθ᾽ ἡμῶν ζῇ· λέγω δὴ τὴν κακὴν τῶν παθημάτων παράταξιν, καὶ τὸν ἐμφύλιον τοῦτον πόλεμον, τὸν καθ᾽ ἡμῶν διὰ τῶν ἡδονῶν στρατευό- C μενον, καὶ αἰχμαλωτίζοντα ἡμᾶς τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας καιρός ἐστι τοῦ ἀποκτεῖναι. ὁ γὰρ τῶν τοιούτων φόνος, ἴασις γίνεται τοῦ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐξασθενήσαντος. φασὶν οἱ ἰατροὶ τὰς ἕλμινθας, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα θηρία ἔσωθεν ἐκ κακοχυμίας ζωογονεῖσθαι τοῖς σπλάγχνοις, ὧν ἡ ζωὴ, νόσος τῷ σώματι γίνεται. εἰ δὲ ἐκεῖνα διά τινος φαρμακοποσίας ἀναιρεθείη, πάλιν εἰς ὑγείαν ὁ κάμνων ἀναῤῥωσθήσεται. ἀναλογεῖ τὰ τοιαῦτα τοῦ σώματος πάθη, πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστήματα. ἐπὰν ὁ θυμὸς ἔνδοθεν ἐκμύζων, ἢ διὰ τῆς D μνησικακίας τῆς ψυχῆς τὸν τόνον καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐκνευρίζων, ἢ τὸ τοῦ φθόνου θηρίον, ἢ εἴ τις ἄλλο τοιοῦτον κακὸν ἡ κακὴ δίαιτα ζωογονήσῃ. ὁ αἰσθόμενος ὅτι θηρίον τρέφει ἔνδοθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, εὐκαίρως χρήσεται τῷ ἀναιρετικῷ τῶν παθῶν φαρμάκῳ. τοῦτο δέ ἐστιν ἡ ἐκ τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλία, ὥστε ἐκείνων φονευθέντων ἐπιγενέσθαι τῷ πεποιηκότι τὴν ἴασιν. καιρὸς τοῦ καθελεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ ἀνοικοδομῆσαι. ταῦτα δὲ ἐκ τῶν τῷ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ παρὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθέντων ἐστὶ μαθεῖν, ᾧ δίδοται θεόθεν ἡ δύναμις, εἰς τὸ πρότερον καθαίρειν, καὶ ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ τότε ἀνορθοῦν, καὶ ἀνοικοδομεῖν καὶ καταφυτεύειν. χρὴ γὰρ πρότερον ἐν ἡμῖν ἐρειπωθῆναι τὰ τῆς κακίας ἀνοικοδομήματα,

A καὶ τότε καιρόν τι καὶ εὐρυχωρίαν εὑρεῖν πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ κατασκευὴν, τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς οἰκοδομουμένην, οὗ ἡ ὕλη, ἀρετή ἐστιν. εἴ τις γὰρ ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσίον ἢ ἀργύριον, λίθους τιμίους, ταῦτα ἡ ἀρετὴ ὀνομάζεται· ξύλα δὲ καὶ χόρτος καὶ καλάμη, ἡ τῆς κακίας ἑρμηνεύεται φύσις, ἣ πρὸς εἰς οὐδὲν ἄλλο, ἢ εἰς πυρὸς δαπάνην παρασκευάζεται. ὅταν οὖν ἐκ χόρτου καὶ καλάμης τὰ οἰκοδομήματα ᾖ, τουτέστιν, ἐξ ἀδικίας τε καὶ ὑπερηφανίας, καὶ τῆς λοιπῆς τοῦ βίου κακίας, πρότερον ταῦτα εἰς ἀφανισμὸν ἀγαγεῖν ὁ λόγος διακελεύεται· B εἶθ' οὕτω τὸ χρυσίον τῆς ἀρετῆς ὕλην τῆς κατασκευῆς τοῦ πνευματικοῦ οἴκου ποιήσασθαι. οὐ γὰρ ἔστι συμφυῆναι τῇ καλάμῃ τὸν ἄργυρον, ἢ τῷ χόρτῳ τὸ χρυσίον προσκολληθῆναι· ἢ τὸν μαργαρίτην τῷ ξύλῳ. ἀλλ' εἰ μέλλει τοῦτο εἶναι, χρὴ πάντως ἀφανισθῆναι τὸ ἕτερον. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; οὐκοῦν καθαιρεθήσεται πρότερον τὰ τοῦ σκότους, καὶ τότε κατασκευασθήσεται τὰ φωτεινὰ τοῦ βίου οἰκοδομήματα. καιρὸς τοῦ κλαῦσαι, καὶ καιρὸς τοῦ γελάσαι. σαφηνίζεται ὁ λόγος ἀπὸ τῆς εὐαγγελικῆς φωνῆς τῆς ἐκ C προσώπου τοῦ κυρίου γεγενημένης, ἥ φησιν· ὅτι μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. νῦν οὖν ἐστιν ὁ τοῦ κλαῦσαι καιρός· ὁ δὲ τοῦ γελάσαι δι' ἐλπίδος ἀπόκειται. ἡ γὰρ παροῦσα κατήφεια, τῆς ἐλπιζομένης εὐφροσύνης μήτηρ γενήσεται. τίς δὲ οὐκ ἂν ἐν θρήνοις καὶ σκυθρωπότητι πάντα τὸν βίον ἑαυτοῦ δαπανήσειεν, εἴπερ αἴσθησιν λάβοι αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ γνοίη καθ' ἑαυτὸν ἅτε εἶχεν, ἅτε ἀπώλεσεν, καὶ ἐν οἷς ἦν τὸ κατ' ἀρχὰς ἡ φύσις, καὶ ἐν τίσιν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐστίν; τότε θάνατος οὐκ ἦν, νόσος ἀπῆν, τὸ ἐμὸν καὶ τὸ σὸν, τὰ πονηρὰ ταῦτα ῥήματα, τῆς ζωῆς πρότερον ἐξώριστο. ὡς γὰρ κοινὸς ὁ ἥλιος, καὶ ὁ ἀὴρ D κοινὸς, καὶ πρὸ πάντων τοῦ Θεοῦ ἡ χάρις κοινὴ, εὐλογία κοινή· οὕτως ἐν ἴσῳ καὶ παντὸς ἀγαθοῦ μετουσία κατ' ἐξουσίαν προέκειτο, καὶ ἡ νόσος τῆς πλεονεξίας οὐκ ἐγνωρίζετο, καὶ τὸ πρὸς τὸ ἐλαττοῦσθαι μῖσος κατὰ τῶν ὑπερεχόντων οὐκ ἦν. οὐδὲ γὰρ ὅλως τὸ ὑπερέχον ἦν· καὶ μυρία ἐπὶ τούτοις ἄλλα, ἃ οὐδ' ἂν παραστῆσαί τις δυνηθείη τῷ λόγῳ, παμπληθὲς τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ μέγεθος προέχοντα. λέγω δὲ τὴν πρὸς ἀγγέλους ὁμοτιμίαν, τὴν ἐπὶ Θεοῦ παρρησίαν, τὴν τῶν ὑπερκοσμίων ἀγαθῶν θεωρίαν,

& tunc inuenire tempus & ſpatium ad templi Dei conſtructionem, quod ædificatur in nobis, cuius materia eſt virtus. Si quis enim ædificat ſuper fundamentum aurum & argentum, lapides pretioſos, ea nominantur virtus: ligna autem & fœnum & ſtipula, vitij exponitur natura, quæ quidem non paratur ad aliud quàm vt igne conſumatur. Cùm igitur ex fœno & ſtipula fuerint ædificia, hoc eſt, ex iniuſtitia, ſuperbia, & cæteris vitæ vitiis, prius iubet verbum ea abolere, & deinde aurum virtutis efficere materiam ſtructuræ domus ſpiritualis. Fieri enim non poteſt, vt cum ſtipula coaleſcat argentum, vel fœno agglutinetur aurum: vel ligno margaritum. Sed ſi hoc eſt futurum, oportet omnino aboleri alterum. Quæ eſt enim luci ſocietas cum tenebris? Deſtruentur ergo prius opera tenebrarum, & tunc conſtruentur lucida vitæ ædificia. 1.Cor.3.

Ibidem.

4. *Tempus eſt flendi, & tempus ridendi.* Declaratur hic locus voce euangelica, quæ prolata fuit à perſona Domini, quæ quidem dicit, Beati qui lugent, quoniam ipſi accipient conſolationem. Nunc eſt ergo tempus flendi: ridendi autem tempus in ſpe reponitur. Præſens enim triſtitia fiet mater lætitiæ quę ſperatur. Quis autem non in luctu & mœrore totam ſuam vitam conſumpſerit, ſiquidem ſui ſenſum acceperit, & ſua cognouerit quæ habuit & perdidit, & in quo ſtatu erat ab initio natura, & in quo eſt in præſentia? Tunc mors non erat, morbus aberat, meum & tuum, verba hæc pernicioſa, à vita primum fuerunt exterminata. Nam ſicut communis eſt ſol, & aër communis, & ante omnia Dei eſt communis gratia, & benedictio communis; ita etiam ex æquo liberè erat propoſita cuiuſuis boni participatio, & non cognoſcebatur morbus auaritiæ, nec ex eo quòd quiſpiam minus habebat, odio habebat eum qui ſuperabat. Neque enim erat omnino quod ſuperaret: & alia præterea innumerabilia, quæ nec verbis quidem poſſunt explicari, quæ quidem magnitudine ea quæ dicta ſunt plurimum antecellunt. Honor, inquam, par angelis, apud Deum confidentia, ſupermundanorum bonorum contemplatio, Matth.5.

ineffabili beatæ naturæ pulchritudine nos quoque honeſtari, in nobis oſtendendo diuinam imaginem in animæ decore relucentem. Illis autem quę in eorum locum ſucceſſerunt, ſunt tanquam improbum examen calamitatum, & moleſtiarum mala tanquam veſparum caterua. Quidnam ex vitæ malis primum dicemus? Omnia eundem honoris gradum inter ſe obtinent, omnia primas tenent in malorum excellentia, omnia præbent parem luctus occaſionem. Quid enim miſeriæ magis deflebis, & qua ex parte magis quereris de natura? vitæ breuitatem & laborem incipere à lachrymis, & deſinere in lachrymas, miſerabilem infantiam, in ſenectute delirium, iuuentutis inconſtantiam, conſtantis ætatis laborum perpeſſionem, onera matrimonij, cælibatus ſolitudinem, in liberorum orbitate deficere radicem, diuitiarum inuidiam, paupertatis moleſtiam. Taceo multiplicem morborum differentiam, damna, mutilationes, putrefactiones, ſenſuum orbitates, à dæmonibus vexationes, quæcumque in ſe continet natura, quæ quidem homo quilibet poteſtate habet, cùm ea accidant in natura. Mitto autem amoris inſaniam, & malè olens cænum, in quo volutatur eiuſmodi rabies, nec loquor de nutritioni coniuncta per excretionem moleſtia, ne videar ratione omnino inuehi in vitam ſtercoris effectricem, oſtendens eſſe noſtram naturam. His omnibus prætermiſſis, & quæ ſunt huiuſmodi, illud dico maximè dignum eſſe lachrymis iis qui ſentiunt, quòd ſciant omnes, cùm hæc vmbroſa vita præterierit, nos manere expectationem iudicij, & zelum ignis deuoraturi aduerſarios. Qui ergo hæc & quæ ſunt huiuſmodi reputat, an non ſemper ſimul viuet cum luctu & lamentatione? Tempus ergo eſt hæc nunc mente verſandi. Ex eo enim quod ad præſentem vitam attinet, mœrore & moleſtia affecti ſimus, vt nihil in ea peccemus, vt eſt conſentaneum, aderit. Hoc autem ſi rectè fiat, promiſſa lætitiæ gratia per ſpem nobis reponitur. Spes autem pudore non afficit, vt dicit Apo- Rom. 5.
ſtolus. Quod autem ſubiungitur, eſt veluti repetitio eius quod prius dictum eſt. Nam cum dixiſſet lachrymarum & riſus opportunitatem, ſubiunxit,

A τῷ ἀφράστῳ κάλλει τῆς μακαρίας φύσεως καὶ ἡμᾶς ὡραΐζεσθαι, δεικνῦντας ἐν ἑαυτοῖς τὴν θείαν εἰκόνα τῇ ὥρᾳ τῆς ψυχῆς ἀποστίλβουσαν. τὰ δὲ ἀντ' ἐκείνων, οἷα ὁ πονηρὸς τῶν παθημάτων ἐσμὸς, ἡ κακὴ τῶν λυπηρῶν σφηκία. τί ἄν τις πρῶτον εἴπῃ τῶν τοῦ βίου κακῶν; πάντα ὁμότιμως ἔχει πρὸς ἄλληλα, πάντα πρεσβεύει ταῖς τῶν κακῶν ἐξοχαῖς, πάντα τὴν ἴσην θρήνων ἀφορμὴν γίνεται. τί μᾶλλον γὰρ τις θρηνήσει τῆς ἀθλιότητος, πόθεν πλέον τὴν φύσιν ἀπολοφύρηται; τὸ ἀκύμορον τῆς ζωῆς, τὸ ἐπίπονον, τὸ B ἀπὸ δακρύων ἄρχεσθαι καὶ καταλήγειν εἰς δάκρυον, τὴν ἐλεεινὴν νηπιότητα, τὴν ἐν τῷ γήρᾳ παράνοιαν, τὸ ἄστατον τῆς νεότητος, τὸ πολύμοχθον τῶν τῇ ἡλικίᾳ καθεστηκότων, τοῦ γάμου τὸ φορτικὸν, τῆς ἀγαμίας τὸ ἔρημον, τῆς ἀπαιδίας τὸ ἄρριζον, τοῦ πλούτου τὸ ἐπίφθονον, τῆς πενίας τὸ ἐπώδυνον, καὶ σιωπῶ τὰς πολυτρόπους τῶν νοσημάτων διαφορὰς, τὰς λώβας, τοὺς ἀκρωτηριασμένους, τὰς σήψεις, τὰς τῶν αἰσθητηρίων πηρώσεις, τὰς ἐκ δαιμόνων παραφορὰς, πάντα ὅσα ἡ φύσις ἐν ἑαυτῇ περιέχει, ἃ τῇ δυνάμει C ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν ἔχων ἐν τῇ φύσει τὰ πάθη. τὴν δὲ τῶν ἐρώτων μανίαν, καὶ τὸν δυσώδη βόρβορον εἰς ὃν καταστρέφεται ἡ τοιαύτη λύσσα, παρίημι, καὶ τὴν συνεζευγμένην τῇ τροφῇ διὰ τῆς ἀποκρίσεως ἀηδίαν οὐ λέγω, ὡς ἂν μὴ δόξαιμι διὰ πάντων στηλιτεύειν τῷ λόγῳ τὸν βίον, κοπροποιόν τινα τὴν φύσιν ἡμῶν ἀποδεικνύων. πάντα ἀφεὶς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐκεῖνο μάλιστα φημὶ δακρύων ἄξιον εἶναι τοῖς αἰσθανομένοις, τὸ εἰδέναι πάντας ὅτι τῆς σκιοειδοῦς ταύτης παραδραμούσης, μένει ἡμᾶς τις D ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους. ὁ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λογιζόμενος, ἆρ' οὐκ ἀεὶ τῷ θρήνῳ συνεζήσεται; οὐκοῦν καιρὸς ἂν εἴη νῦν ταῦτα τῷ λογισμῷ λαμβάνειν. ἐκ γὰρ τοῦ σκυθρωπῶς πρὸς τὴν παροῦσαν ἔχειν ζωὴν, τὸ μηδὲν πλημμεληθῆναι ἐν ταύτῃ κατὰ τὸ εἰκὸς προσγενήσεται. τούτου δὲ κατορθωθέντος, ἡ ἐπαγγελθεῖσα τῆς εὐφροσύνης χάρις δι' ἐλπίδος ἡμῖν ἀποκείσεται· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, καθὼς φησιν ὁ ἀπόστολος. τὸ δὲ ἐπαγόμενον, οἷον ἐπανάληψίς τοῦ προειρημένου ἐστίν. εἰπὼν γὰρ τοῦ δακρύου καὶ τοῦ γέλωτος τὴν εὐκαιρίαν, ἐπάγει·

A καιρὸς τοῦ κόψασθαι, καιρὸς τοῦ ὀρχήσασθαι, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἐπίτασις ἑκατέρου τῶν μνημονευθέντων ἐστίν. ὁ γὰρ εὐπαθής τι καὶ ἐνδιάθετος θρήνος, κοπετὸς ὑπὸ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ὄρχησις σημαίνει τὴν τῆς εὐφροσύνης ἐπίτασιν, καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὸ τοιοῦτον ἐμάθομεν, ἐν οἷς φησίν, ηὐλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ἐκόψασθε. οὕτω φησὶν ἡ ἱστορία, κοπετὸν μὲν ἐπὶ τῇ μεταστάσει τοῦ Μωσέως ἐπὶ τοῖς Ἰσραηλίταις γενέσθαι, ὀρχήσασθαι δὲ τὸν Δαβὶδ τῆς κιβωτοῦ προπομπεύοντα, ὅτε B αὐτὴν ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἀνεκομίσατο, μὴ ἐν τῷ συνήθει διακεκοσμημένον σχήματι. ὑποφθέγγεσθαι γάρ αὐτόν φησι τὴν ἐναρμόνιον μελῳδίαν ἐν τῷ μουσικῷ ὀργάνῳ ἀνακρουόμενον· συγκινεῖσθαι δὲ πρὸς τὸν ῥυθμὸν τῷ ποδὶ, καὶ τῇ ἐνρύθμῳ κινήσει τοῦ σώματος τὴν ἔνδον δημοσιεύειν διάθεσιν. ἐπεὶ τοίνυν διπλοῦς μέν ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, διπλῆ δὲ ἡ ζωὴ καταλλήλως ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐν ἡμῖν ἐνεργουμένων, καλὸν ἂν εἴη τῇ σωματικῇ ζωῇ κοπτομένοις πολλαὶ καὶ τῶν θρήνων κατὰ τὸν βίον C τοῦτον αἱ ἀφορμαί, τῇ ψυχῇ παρασκευάζειν τὴν ἐναρμόνιον ὄρχησιν. ὅσον γὰρ πλέον καταστυγνάζεται διὰ κατηφείας ὁ βίος, τοσούτῳ μᾶλλον αἱ τῆς εὐφροσύνης ἀφορμαὶ τῇ ψυχῇ συναθροίζονται. στυγνὸν ἡ ἐγκράτεια, κατηφὲς ἡ ταπείνωσις· θρήνου τὸ ζημιοῦσθαι· πένθους ὑπόθεσις τὸ μὴ ἴσον πρὸς τοὺς κρατοῦντας ἔχειν· ἀλλ' ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται, καὶ ὁ ἐναθλῶν τῇ πενίᾳ στεφανωθήσεται, καὶ ὁ τοῖς ἕλκεσι βρύων καὶ διὰ πάντων θρήνου ἄξιον τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐπιδεικνύμενος, τοῖς κόλποις τοῦ Πατριάρχου ἐναναπαύσεται. ἐν ᾧ καὶ ἡμεῖς γενοίμεθα τῷ ἐλέει τοῦ σώζοντος ἡμᾶς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. D

A *Tempus eſt plangendi, & tempus ſaltandi*, quod quidem nihil eſt aliud, quàm amplificatio vtriuſque eorum quorum facta eſt mentio. Nam qui facilè mouetur, & eſt ex interna affectione luctus, à ſcriptura nominatur planctus. Similiter autem & ſaltatio ſignificat intenſam lætitiam; quomodo didicimus in Euangelio, cum dicit, Tibia vobis cecinimus, & non ſaltaſtis, lamentati ſumus vobis, & non planxiſtis. Ita dicit hiſtoria fuiſſe quidem planctum apud Iſraëlitas, cùm migraret Moſes, ſaltaſſe autem Dauidem arcam in pompa præce- *Matth. 11. Luc. 7.* B dentem, quando eam repetiuit ab alienigenis, non eo habitu quo ſolebat. *Deut. 34. 2. Paral. 15.* Dicit enim eum modos cecinisse harmonicos, pulſantem muſicum inſtrumentum: ſe autem mouiſſe ad numerum, & numeroſo motu corporis in publicum internam protuliſſe affectionem. Quoniam igitur duplex quidem eſt homo, vt qui ex anima conſtet & corpore; & conuenienter duplex quoque eſt vita; in vtroque eorum quæ fiunt à nobis; bonum fuerit vitæ corporeæ, vt qui plangunt, multas luctuum & lamen- C tationum in hac vita occaſiones & adminicula animæ parent ad numeroſam ſaltationem. Nam quo magis vita mœrore angitur & contrahitur, eo maiores lætitiæ occaſiones congregantur in anima. Arcta & aſpera res eſt continentia; res triſtis eſt humilitas; res eſt lamentabilis damnum pati: luctus eſt argumentum, non tantum habere, quantum ij qui dominatum obtinent: ſed qui ſeipſum humiliat, exaltabitur, & qui in paupertate exercetur, coronabitur, & qui ſcatebat vlceribus, & in omnibus oſtendebat vitam dignam D quæ lugeretur, quieſcet in ſinu Abrahæ. In quo nos quoque ſimus, miſericordia eius qui nos ſeruat, Ieſu Chriſti; cui gloria in ſæcula ſæculorum; Amen.

A

EIVSDEM IN ECCLEſiaſten HOMILIA VII.

Tempus iaciendi lapides, & tempus cogendi lapides. Per ea quæ oſtendit, auditorum iam vires auxit Eccleſiaſticarum copiarum præfectus, vt & iam poſſint ferire aduerſarios, & ea comparare quæ ſunt vſui ad feriendum. Ea enim quæ prius didicimus, ex eo quòd omnibus adaptet eam quæ eſt ex tempore menſuram, & eam quæ eſt in vniuerſo opportunitatem, boni & honeſti conſtituere iudicem edocti ſumus, ad hanc nos deducunt facultatem, vt intelligatur animæ noſtræ eſſe aliquod brachium, & rectà mittamus lapides qui occidant inimicos, & rurſus eos reuocemus, ad quemcumque hoſtem iecerimus, ad hoc vt ſemper eoſdem iaculemur in aduerſarium. Atque ij quidem qui ſolam intuentur litteram, & ad ſenſum qui eſt ad manum tantum aduertunt, accommodabunt legem Moſis præſentibus verbis, in qua lex iubet iacere lapides, ſi quidpiam inueniantur aliqui delinquere in legem, ſicut & nos per ipſam didicimus hiſtoriam, tam in iis qui peccant aduerſus ſabbatum, quàm in eum qui ſacra eſt ſuffuratus, & in aliis delictis, quæ lex iuſſit puniri lapidibus. Ego autem, ſi cogere lapides opportunum faceret Eccleſiaſtes, de quo lex nihil iubet, neque vlla ex hiſtoria actio refert ſimile, iis aſſentirer qui verba per legem interpretantur, quod ſcilicet tunc ſit tempus iaciendi lapides, quando quiſpiam vel deliquit aduerſus ſabbatum, vel abſtulit aliquid eorum quæ ſunt dedicata. Nunc autem adiectio eius quod oporteat rurſus cogere lapides, quod quidem nulla lege eſt definitum, nos ducit ad alium ſenſum. Diſcamus autem cuiuſmodi ſit hoc genus lapidum, quod poſt iactum rurſus poteſt poſſideri ab eo qui proiecit. Poſtquam enim lapides in tempore iecerimus, rurſus eos cogere docemur in tempore. Mihi ergo videtur non ſatis ſublimiter accipere legem

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΚκλησιαστὴν ἐξήγησις ζ.

Καιρὸς τοῦ βαλεῖν λίθους, καὶ καιρὸς τοῦ συναγαγεῖν λίθους. ηὔξησεν ἤδη δι' ὧν ἔδειξε τὴν τῶν ἀκουόντων ἰσχὺν, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς δυνάμεως ταξίαρχος, ὥστε καὶ βάλλειν δύνασθαι τοὺς ἀντιτεταγμένους, καὶ τὰ εἰς
B τὸ βάλλειν παρασκευὰς συμπορίζεσθαι. ἃ γὰρ προεπαιδεύθημεν δι' ὧν πᾶσιν ἐφαρμόζειν τὸ ἐκ τοῦ χρόνου μέτρον, καὶ τὴν ἐν παντὶ εὐκαιρίαν ποιεῖσθαι τοῦ καλοῦ κριτήριον μεμαθήκαμεν, εἰς ταύτην ἡμᾶς ἄγει τὴν δύναμιν, ὡς τὸ νοηθῆναί τινα ἡμῖν τῆς ψυχῆς βραχίονα, καὶ κατὰ σκοποῦ πέμπειν τοὺς ἀναιρετικοὺς τῶν ἐχθρῶν λίθους, καὶ πάλιν ἀνακαλεῖσθαι τούτους εἰς ὅπερ ἂν τὸν πολέμιον βάλωμεν, εἰς τὸ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν κατακοντίζειν τὸν ἀντικείμενον. οἱ μὲν οὖν πρὸς τὸ γράμμα βλέποντες μόνον, καὶ τὸ
C πρόχειρον παριστάμενοι διανοίᾳ τῶν εἰρημένων, τὸν Μωσέως νόμον ἴσως τοῖς παροῦσι ῥητοῖς ἐφαρμόσουσιν, ἐφ' ὃν προστάσσει ὁ νόμος βάλλειν λίθους εἴ τινες παρανομοῦντες εὑρίσκοιντο, οἷα δὴ καὶ δι' αὐτῆς μεμαθήκαμεν τῆς ἱστορίας, ἐπί τε τῶν εἰς τὸ σάββατον ἐξαμαρτανόντων, καὶ τοῦ τὰ ἱερὰ κεκλοφότος, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πλημμελημάτων οἷς τὴν διὰ τῶν λίθων τιμωρίαν ὁ νόμος ἐπέταξεν. ἐγὼ δὲ εἰ καὶ τὸ συναγαγεῖν λίθους εὔκαιρον ὁ ἐκκλησιαστὴς ἐποιεῖτο, περὶ οὗ νόμος οὐδεὶς ἐγκελεύεται, οὔτε τῆς ἱστορίας πρᾶξις ὑ-
D φηγεῖται τὸ ὅμοιον, συνεθέμην ἂν τοῖς διὰ τοῦ νόμου τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύουσιν, ὡς τότε ὄντος καιροῦ βάλλειν λίθους, ὅταν τις ἢ παρανομήσας τὸ σάββατον, ἤ τι τῶν ἀνατεθέντων ὑφέληται. νυνὶ δὲ ἡ προσθήκη τοῦ δεῖν πάλιν συναγαγεῖν τοὺς λίθους, ὅπερ οὐδενὶ νόμῳ διώρισται, εἰς ἄλλην ἡμᾶς ἄγει διάνοιαν. μάθωμεν ὁποῖον τὸ γένος λίθων ἐστὶ, ὃ μετὰ τὴν βολὴν πάλιν κτῆμα τοῦ προϊεμένου γίνεσθαι χρή. ἐπειδὰν γὰρ βάλλωμεν, κατὰ καιρὸν τοὺς λίθους πάλιν συναγαγεῖν αὐτοὺς ἐν καιρῷ διδασκόμεθα. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ μηδὲ τὸν νόμον οὕτως ὑψηλῶς κατὰ τὸ

προέχειν ἔννοιαν ἐκλαμβάνειν. τί γὰρ θεοπρεπὲς καὶ μέγα τῇ ψιλῇ διανοίᾳ τῶν γεγραμμένων ἐμφαίνεται; εἰ φρυγανιζόμενός τις ἑάλω κατὰ τὸ σάββατον, διὰ τοῦτο καταλευσθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἔδει, μηδεμιᾶς ἀδικίας ἐν τῷ πλημμελήματι φαινομένης; τί γὰρ ἠδίκει τινὰ κάρφη κατὰ τὸ συμβὰν διερριμμένα κατὰ τὴν ἔρημον πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς χρείαν συγκομιζόμενος; οὐ γὰρ τὸ ἀλλότριον ἀφαιρεῖσθαι κατηγορεῖται, ὥστε δοκεῖν εὐλόγως τὴν ἀδικίαν κολάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ κοινῇ πᾶσι προκείμενον αὐτῷ αἴτιον γέγονε τῆς τῶν λίθων βολῆς. ἀλλ' ὅτι ἐν σαββάτῳ τοῦτο ἐποίησε, διὰ τοῦτο ὡς κακοῦργος κατακρίνεται. τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τῶν γινομένων ἕκαστον τῇ ἰδίᾳ κρίνεται φύσει, εἴτε καλὸν, εἴτε μὴ τοιοῦτον ἐστιν; ὁ δὲ χρόνος καθ' ὃν ἐνεργεῖται πρᾶξις, ἔξωθεν τῆς τῶν γινομένων φύσεως θεωρεῖται. τί γὰρ κοινὸν ἔχει τὸ χρονικὸν διάστημα, πρὸς τὸ ἐκ προαιρέσεως ἡμετέρας ἀποτελούμενον; ἐὰν ἔρηται τις ἡμᾶς, τί ἡμέρα ἐστὶ, τὸ ὑπὲρ γῆς εἶναι τὸν ἥλιον πάντως ἀποκρινούμεθα, καὶ μέτρον αὐτῆς ὄρθρον καὶ ἑσπέραν ποιούμεθα. ὁ δὲ τοιοῦτος λόγος τῆς ἡμέρας, οὐ μιᾷ τινι μόνῃ τῶν κατὰ τὴν ἑβδοματικὴν περίοδον ἀνακυκλουμένων ἐφαρμοσθήσεται· ἀλλὰ καὶ πρώτης καὶ δευτέρας καὶ μέχρι τῆς ἑβδόμης, ὁ αὐτός ἐστι λόγος, καὶ οὐδὲν ἡ τοῦ σαββάτου ἡμέρα κατὰ τὰς λοιπὰς κατὰ τὸ εἶναι ἡμέρα παρήλλακται. ἐὰν δέ τις τὴν τοῦ ἁμαρτήματος ἐξετάσῃ διάνοιαν, τὸ μηδέν τι κατὰ τοῦ πέλας ποιεῖν, πάντως εὑρήσομεν, οἷον οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, καὶ τὰ λοιπά· ὧν γενικός ἐστι νόμος, τὰ καθ' ἕκαστον ἐν ἑαυτῷ περιέχων, καὶ ὅπερ ἡ τοῦ ἀγαπῆσαι τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν· ταῦτα καὶ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν ἐπίσης κατορθούμενά τε καὶ παρανομούμενα, ἢ καλὰ πάντως ἐστὶν, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου νοούμενα. οὐκ ἂν δέ τις ὃ σήμερον κακὸν ἐκρίθη γινόμενον, εἴτε φόνος εἴη τὸ πλημμέλημα, εἴτε τι ἄλλο τῶν ἀπειρημένων, τὸ αὐτὸ τοῦτο τῇ ἐφεξῆς καλὸν εἶναι νομίσειεν. εἰ οὖν τὸ κακὸν ἀεὶ τοιοῦτόν ἐστιν, ἐν ᾧπερ ἂν χρόνῳ τύχῃ τολμώμενον καὶ τὸ ἀνεύθυνον, οὐδ' ἂν γένοιτο παρὰ τὸν χρόνον ὑπεύθυνον. εἰ τοίνυν τὸ πρὸ τοῦ σαββάτου φρυγανίζεσθαι καὶ πυρὰν ἅπτειν ἔξω ἀδικίας ἐστὶ καὶ κολάσεως· καὶ πῶς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ πλημμέλημα γέγονε; ἀλλ' εἰδέναι

A in eo ſenſu qui eſt ad manum. Quid
enim magnum & quòd Deum deceat,
apparet in nudo ſenſu eorum quæ ſcri-
pta ſunt? Si quis deprehenſus eſſet ſar- *Num. 15.*
mentum colligens ſabbato, propterea
oportebat hominem obrui lapidibus,
cum nulla iniuria appareat in delicto?
Quam enim fecerat iniuriam, aliquas
feſtucas caſu diſiectas per ſolitudinem
ad ignis alimentum apportans? Non
enim accuſatur quòd alienum auferat,
vt iure videatur puniri iniuria, ſed quod
eſt communiter omnibus propoſitum,
eſt ei cauſa, vt in eum iaciantur lapides.
Sed quia hoc fecit in ſabbato, propterea
damnatur tanquam maleficus. Quis
B neſcit, quòd eorum quæ fiunt vnum-
quodque, propria iudicatur natura, ſit
ne bonum an malum? Tempus autem
in quo fit actio, conſideratur extra eius
quod fit naturam. Quid enim commu-
ne habet temporis ſpatium, cum eo
quod ex noſtro libero peragitur arbi-
trio? Si quis nos roget quid ſit dies,
Solem eſſe ſuper terrã omnino reſpon-
debimus, & mane & veſperam ſtatue-
mus eius eſſe menſuram. Hæc autem
diei ratio non congruet vni ſoli ex iis
qui voluuntur per ambitum hebdo-
madæ: ſed & primi & ſecundi, & vſque
ad ſeptimum eadem eſt ratio; neque
C dies ſabbati quicquam differt à cæteris
in eo quod ſit dies. Si quis autem exa-
minabit quid ſibi vult peccatum, dice-
mus omnino nihil facere contra proxi-
mum, vt Non mœchaberis, non occi-
des, non furaberis, & cætera: quorum
lex eſt generalis in ſe ſingula comple-
ctens, & id quod datum eſt præceptum
diligendi proximum vt ſeipſum; hæc
quotidie, ſeu rectè & ex virtute, ſeu
contra leges fiant, aut ſunt omnino
bona, aut intelliguntur eſſe contraria.
D Nemo autem quod malum eſt hodie
iudicatum, & pro delicto habitum, ſeu
cędes, ſeu quicquam aliud prohibitum,
hoc ipſum die ſequenti bonum eſſe &
honeſtum cenſuerit. Si ergo malum eſt
huiuſmodi, quocumque tempore ad-
mittatur, & id quod eſt nulli culpæ af-
fine: ne fieri quidem poteſt vt propter
tempus ſit aliquid crimini obnoxium.
Si ergo ante ſabbatum ligna colligo-
re, & rogum accendere, eſt ab ini-
quitate remotum, nec eſt puniendum:
quomodo hoc ipſum efficitur deli-
ctum die ſequenti? Cæterùm noui

ſabbatum quietis, noui legem nihil agendi, quæ non alligata hominis naturali operationi, cum iubet nihil agere. Si enim iubet quæ fieri non poſſunt, iubens nos nihil agere, quibus etiam abſque cæteris operibus ipſum vitæ genus eſt opus: oculorum quidem viſus, aurium autem ea quæ eſt ſecundum naturam operatio, narium verò odoratus, oris aëris attractus, linguæ ſermo, dentibus nutrimenti adminiſtratio, viſceribus concoctio, pedibus motus, manibus ea quæ vt illa membra operarentur nobis à natura eſt inſitum. Quomodo ergo fieri poteſt, vt nihil agendi lex confirmetur, ſi vt natura ſit ocioſa minimè admittimus? Quomodo perſuadebo oculo ne videat ſabbato, cuius natura eſt vt ſemper aliquid aſpiciat? Quomodo audiendi ſiſtam operationem? Quomodo à me perſuadebitur odoratui, vt deponat ſenſum qui apprehendit vapores? Quo pacto autem non exercebunt viſcera ſuam operationem, legi ſeruientia, ita vt incoctum maneat in corpore nutrimentum, vt in ſabbato naturam oſtendat ocioſam? Si itaque reliquæ partes corporis noſtri non poſſunt ſuſcipere legem nihil agendi: neque enim omnino viua erunt quæ non operantur: fieri non poteſt vt omnino non violetur ſabbatum, etiamſi pes aut manus maneat immobilis in eadem figura & eodem loco. Cum ergo non alicui parti, ſed toti homini lex lata ſit, non eo magis nihil agentes per vnum ex membris legem ſeruabimus, ſi reliquis ſenſuum inſtrumentis ſecundum naturam operantes, violemus quod iuſtum eſt. Atqui lex data eſt diuinitùs: nihil autem eorum quæ à Deo iubentur, eſt eiuſmodi, vt ſit præter naturam, aut ſit extra rationem virtutis. Quod autem ratione caret otium, non eſt virtus. Quęrendum eſt ergo quid ſibi vult præceptum otij ſabbati. Dico itaque cuiuſlibet legis à Deo datæ vnum eſſe ſcopum, vt à vitij opere mundi ſint qui legem acceperunt, & lex omnis quæ vetita prohibet, iubet ſabbatiſmum agere à malis operibus. Hoc ſunt tabulæ, hoc Leuitica obſeruatio, hoc quod accuratè traditum eſt in Deuteronomio, vt ocioſi ſimus, & nihil agamus illorum, quorum opus eſt vitium. Si ergo ita lex accipiatur

A τὸ σαββατίζειν τῆς ἀναπαύσεως, οἶδα τὸν τῆς ἀπραξίας νόμον, ὃς οὐχὶ πεδήσας τὸν ἄνθρωπον τῆς φυσικῆς ἐνεργείας, ἀπρακτεῖν εἶναι διακελεύεται. εἰ γὰρ αὖ τὰ ἀδύνατα κελεύει ἀπρακτεῖν προστάσσων ἡμῖν οἷς καὶ δίχα τῶν λοιπῶν ἔργων, αὐτὸ τὸ τῆς ζωῆς εἶδος ἔργον ἐστίν· ὀφθαλμῶν μὲν ἡ ὄψις, ἀκοῆς δὲ ἡ κατὰ φύσιν ἐνέργεια, μυκτήρων δὲ ἡ ὄσφρησις, στόματος ἡ τοῦ ἀέρος ὁλκή, γλώσσης ὁ λόγος, ὀδοῦσιν ἡ τροφῆς ὑπηρεσία, σπλάγχνων ἡ πέψις, ποσὶν ἡ κίνησις, χερσὶν ἐκεῖνα πρὸς ἃ πέφυκεν ἡμῖν ἐνεργεῖν ταῦτα τὰ μέλη. B πῶς οὖν ἐστι δυνατὸν κυρωθῆναι τὸν τῆς ἀπραξίας νόμον, οὐ παραδεχομένοις τὴν ἀργίαν τῆς φύσεως; πῶς πείσω τὸν ὀφθαλμὸν μὴ ὁρᾶν ἐν σαββάτῳ, οὗ φύσις ἐστὶ τὸ πάντως τι βλέπειν; πῶς τὴν ἀκουστικὴν ἐπίσχω ἐνέργειαν; πῶς πεισθῇ μοι ἡ ὄσφρησις, τὴν ἀντιληπτικὴν αἴσθησιν τῶν ἀτμῶν ἀποθέσθαι κατὰ τὸ σάββατον; πῶς δὲ οὐκ ἐνεργήσει τὰ σπλάγχνα τὴν ἰδίαν ἐνέργειαν, τῷ νόμῳ δουλεύοντα ὥστε ἄπεπτον τὴν τροφὴν ἐμμεῖναι τῷ σώματι, ἵνα ἀργὴν δείξῃ τὴν φύσιν κατὰ τὸ σαββατίζειν; εἰ δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος ἡμῶν οὐ δύναται δέξασθαι τὸν τῆς ἀργίας νόμον· C οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐν τῇ ζωῇ ἔσται τὰ μὴ ἐνεργοῦντα· οὐκ ἔστι πάντως τὸ μὴ παρανομηθῆναι τὸ σάββατον, κἂν ἀκίνητος ἡ χεὶρ ἢ ὁ ποὺς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματός τε καὶ τόπου μένῃ. ἐπεὶ οὖν οὐχὶ μέρει τινί, ἀλλ' ὅλῳ κεῖται τῷ ἀνθρώπῳ νόμος, οὐ μᾶλλον ἀπρακτοῦντες δι' ἑνὸς τῶν μελῶν νόμον φυλάξομεν, εἰ τοῖς λοιποῖς αἰσθητηρίοις κατὰ φύσιν ἐνεργοῦντες, τὸ προσταχθὲν παραλύσομεν. ἀλλὰ μὴν θεόθεν ὁ νόμος· οὐδὲν δὲ τῶν παρὰ Θεοῦ προστεταγμένων τοιοῦτον, οἷον εἰ παρὰ φύσιν εἶναι, ἢ ἔξω τοῦ κατ' ἀρετὴν ἐλέγχεσθαι λόγου. ἡ δὲ ἄλογος ἀργία, D ἀρετὴ οὐκ ἔστιν. ζητεῖν ἄρα προσήκει τί βούλεται τὸ παράγγελμα τῆς τοῦ σαββάτου ἀργίας. φημὶ τοίνυν ἐγὼ πάσης νομοθεσίας τῆς θεόθεν γεγενημένης ἕνα σκοπὸν εἶναι, τὸ καθαρεύειν τοὺς τῆς κακίας ἔργων τοὺς δεξαμένους τὸν νόμον, καὶ πᾶς νόμος ὁ τὰ ἀπειρημένα κωλύων σαββατίζειν, ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἔργων διακελεύεται. τοῦτο αἱ πλάκες, τοῦτο ἡ Λευιτικὴ παρατήρησις, τοῦτο ἡ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἀκρίβεια, τὸ ἀργοὺς ἡμᾶς καὶ ἀπράκτους ἐκείνων εἶναι, ὧν τὸ ἔργον κακία ἐστίν. εἰ μὲν οὖν οὕτω τις ἐκλαμβάνειν

τὸν νόμον ἀργὸν ἐν κακίᾳ εἶναι τὸν ἄνθρωπον, κἀγὼ συντίθημι τὸν σοφὸν ἐκκλησιαστὴν κατὰ τοῦ ξύλα ἑαυτοῦ συνάγοντος, καιρὸν ὁρίζειν εἰς τὸ βάλλειν λίθους, δι' ὃν κωλύεται ἡ συλλογὴ τῶν τῆς κακίας φρυγάνων, τῶν εἰς πυρὸς ὕλην συναγομένων. εἰ δὲ ψιλότης παραμένει τῷ γράμματι, οὐκ οἶδα ὅπως τὸ θεοπρεπὲς ἐν τῷ νόμῳ λογίσαιτο. οὐκοῦν νοητέον τοὺς λίθους τίνες εἰσὶν οἱ κατὰ τοῦ τοιούτου βαλλόμενοι, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἀφίκοιτο ἡ περὶ τὸν φρυγανισμὸν σπουδή. εἰ δὲ τὰ ξύλα δι' ὧν τὸ πῦρ ἐκκαυθήσεται τῷ συνειλοχότι. πάντως δὲ οὐκ ἄδηλα ταῦτα, τῷ καὶ ὁπωσοῦν μυστικὸν ἐπαγαγόντι λόγον· ἡ γὰρ καλῶς ὁ ἀπόστολος ξύλα καλάμην καὶ χόρτον τὴν πονηρὰν οἰκοδομὴν ὀνομάζει, διότι τὰ τοιαῦτα οἰκοδομήματα ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ πῦρ γίνεται· καὶ τὸ ἄχυρον, φησὶν ἡ τοῦ εὐαγγελίου φωνὴ, πυρὶ ἑτοιμάζεται, καὶ τὴν ἄκαρπον κληματίδα, μόνῳ εὔθετον τῷ πυρὶ ἀπεφήνατο· δῆλον ἂν εἴη, ὅτι ξύλα ἐστὶν εἰς πυρὸς παρασκευὴν συναγόμενα, τὰ μάταια τοῦ βίου ἐπιτηδεύματα, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ ἐν καιρῷ τοῖς λίθοις βαλλόμενος, ὅνπερ τὸν εἰς τὰ κακὰ ῥέποντα λογισμὸν τις νοήσας, οὐχ ἁμαρτάνει τοῦ δέοντος. χρὴ δὲ πάντως νοεῖν ὅτι οἱ ἀναιρετικοὶ τῆς κακίας λογισμοὶ, οὗτοι εἰσὶν οἱ λίθοι οἱ εὐστόχως ὑπὸ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ σφενδονώμενοι, οὓς ἀεὶ καὶ πέμπεσθαι χρὴ, καὶ συνάγεσθαι. πέμπεσθαι μὲν εἰς καθαίρεσιν τοῦ κατὰ τῆς ἡμετέρας ζωῆς ὑψουμένου· συνάγεσθαι δὲ, εἰς τὸ ἀεὶ πλήρης εἶναι τὸν τῆς ψυχῆς τὸν κόλπον τῶν τοιούτων παρασκευῶν, ὥστε πρόχειρον εἶναι κατὰ τοῦ ἐχθροῦ τὴν βολὴν, εἴποτε ἄλλως τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλὴν ἐννοήσειεν. πόθεν οὖν συναγάγωμεν λίθους οἷς τὸν ἐχθρὸν καταγεύσωμεν. ἤκουσα τῆς προφητείας εἰπούσης, λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς. οὗτοι δ' ἂν εἶεν ἀπὸ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς εἰς ἡμᾶς κατιόντες λόγοι, οὓς χρὴ συναγαγεῖν ἐν τῷ τῆς ψυχῆς κόλπῳ, ἵν' ἐν καιρῷ κατὰ τῶν λυπούντων χρησώμεθα, ὧν ἡ βολὴ οὕτω καλὴ, καὶ ἀναιρεῖ τὸν πολέμιον, καὶ τῆς τοῦ βάλλοντος χειρὸς, οὐ χωρίζεται. ὁ γὰρ τῷ λίθῳ τῆς σωφροσύνης καταβάλλων τὸν ἀκόλαστον λογισμὸν τὸν διὰ τῆς ἡδονῆς τὰς τῆς πυρὸς ὕλας φρυγανιζόμενον, κἀκεῖνον τῇ βολῇ κατηγωνίσατο, καὶ διὰ χειρὸς ἀεὶ φέρει τὸ ὅπλον.

A vt homo ſit otioſus in vitio, ego quoque aſſentior, ſapientem Eccleſiaſten aduerſus eum qui ſua ligna colligit, conſtituere tempus ad iaciendum lapides, propter quod prohibetur collectio ſarmentorum vitij, quæ colliguntur ad materiam igni ſuppeditandam. Sed ſi nuda maneat littera, non video quemadmodum in lege cogitari poſſit quod Deo dignum ſit. Videndum eſt ergo quinam ſint lapides, qui aduerſus eum iaciuntur, ne colligendorum ſarmentorum ſtudium finem ſuum aſſequatur. Sin autem ligna ſunt, per quæ B ignis ardebit ei qui collegerit, ſunt autem ea omnino ſatis clara ei qui vtcumque ſenſum induxerit myſticum: pulchrè enim Apoſtolus ligna, ſtipulam & fœnum, malum nominat ædificium, 1.Cor.3. propterea quòd talia ędificia fiunt ignis in tempore iudicij, & ſterile ſarmentum igni ſolum eſſe aptum pronuntiauit: & palea, inquit vox Euangelij, paratur igni: perſpicuum eſt, quòd ligna quæ ad ignem ſtruendum colliguntur, ſunt inania huius vitæ ſtudia, iſque eſt qui in tempore percutitur lapidibus, C quem ſi quis intellexerit eam quæ ad malà propéſa eſt cogitationem, is à ſcopo minimè aberrauerit. Eſt autem omnino intelligendum, quòd quæ vitium perimunt cogitationes, eæ ſunt lapides, qui ab Eccleſiaſte funda rectè iaciuntur, quos ſemper mitti oportet & colligi. Mitti quidem ad eum euertendum qui contra vitam noſtram erigitur: colligi autem ad hoc, vt animæ noſtræ ſinus plenus ſit iis præparatis, vt ad manum ſit quod iaci poſſit in aduerſarios, ſi quando aliter nobis fuerit inſi- D diatus. Vnde ergo colligemus lapides quibus inimicũ obruamus? Audiui prophetiam dicentẽ, lapides ſancti voluuntur ſuper terram. Zach.9. Ij autem ſunt, quæ à diuinitùs inſpirata ſcriptura ad nos verba deſcendunt, quæ colligere oportet in ſinu animæ, vt in tempore iis vtamur aduerſus eos qui ſunt nobis moleſti: quorum eſt adeò pulcher iactus, vt & hoſtem interimant, & ab eius qui iacit manu non ſeparantur. Qui enim lapide temperantiæ impudicam proſternit cogitationem, quę per voluptates ſarmenti igni materiam ſuppeditat, illam iactu ſuperat, & in manu ſemper fert arma.

Ita etiam iuſtitia fit lapis aduerſus iniuſtitiam, illámque perimit, & ſeruatur in ſinu eius qui emiſit. Eodem modo omnia quæ de eo quod eſt melius intelliguntur, & deteriora perimunt, & non ſeparantur ab eo qui ex virtute ſe gerit. Mea quidem ſententia oportet ita in tempore iacere lapides, & in tempore colligere lapides, vt & ſemper bonos mittamus iactus, ad profliganda quæ ſunt deteriora, & nobis nunquam deficiat eiuſmodi armorum copia. Qui autem deinceps ſequitur verborũ contextus, definit tempus & importunitatem cuiuſdam complexus. Sic autem habet contextus. 5. *Tempus eſt complectendi, & tempus eſt procul ſe remouendi à complexu.* Non erit autem ſenſus nobis aliter clarus, quàm ſi contextus per ſcripturam fuerit prius intellectus: vt nobis fiat perſpicuũ in quónã diuinitùs inſpirata ſcriptura voce vti ſciat. Atque magnus quidem Dauid hoc in Pſalmis ſignificauit. Clamat enim dicens: Circumdate Sion, & complectimini eam. Hic ipſe autem Salomon, quando intrinſecus poſitam faciebat coniunctionem eius qui amore captus erat ſapientiæ, & alia dicit, per quæ fit nobis cum virtute coniunctio, & hoc ſubiungit, Honora ipſam, vt te complectatur. Si ergo Dauid iubet nos Sion complecti: Solomon autem dicit eos qui honorarunt ſapientiam, ipſam complecti, à conueniente ſenſu fortè non aberramus, ſi rem didicerimus cuius eſt tempeſtiuus complexus. Sion enim mons eſt Hieroſolymorum, qui ſuper arcem eminet. Qui ergo adhortatur vt eam complectaris, iubet vt ſublimi vitæ agendæ rationi coaleſcas, vt peruenias ad ipſam arcem virtutum, quam ſub nomine Sion ſignificat in ænigmate. Qui ergo tecum habitare vult ſapientiam, eum qui apud illos ſequitur annunciat tibi complexum. Eſt ergo tempus complectendi Sion, & tempus vt nos complectatur ſapientia, nomine quidem Sion oſtendente ſublimitatem vitæ agendæ rationis: ſapientia autem ex parte omnem per ſe virtutem ſignificante. Si ergo per ea quæ dicta ſunt cognouimus opportunitatem complexus, per ea ipſa didicimus, à quibúſnam ſeparatio ſit vtilior coniunctione. Tempus eſt enim, inquit,

Pſal. 47.

Prou. 4. 8.

A οὕτω καὶ ἡ δικαιοσύνη λίθος κατὰ τῆς ἀδικίας γίνεται, κἀκείνην ἀναιρεῖ, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ προσιεμένου φυλάττεται. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον πάντα τὰ πρὸς τὸ κρεῖττον νοούμενα, ἀναιρετικὰ τοῦ χείρονός ἐστι, καὶ τοῦ κατορθοῦντος τὴν ἀρετὴν οὐ χωρίζεται. κατά γε τὸν ἡμέτερον λόγον, οὕτως χρὴ ἐν καιρῷ βάλλειν τοὺς λίθους, καὶ ἐν καιρῷ συναγαγεῖν λίθους, ὡς καὶ ἀεὶ πέμπειν τὰς ἀγαθὰς βολὰς ἐπὶ τὸ καταλύειν τὰ χείρονα, καὶ μηδέποτε ἡμᾶς ἐπιλείπειν τῶν τοιούτων ὅπλων τὴν ἀφθονίαν. ἡ δὲ ἐφεξῆς κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐγκειμένη
B ῥῆσις, περιλήψεώς τινος καιρὸν καὶ ἀκαιρίαν ὁρίζεται. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως· καιρὸς τοῦ περιλαβεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ μακρυνθῆναι ἀπὸ περιλήψεως. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο ἡμῖν καταφανῆ τὰ νοήματα, μὴ τῆς λέξεως πρότερον διὰ τῆς γραφῆς νοηθείσης· ὥστε γενέσθαι δῆλον ὑμῖν, ἐπὶ τίνος οἶδεν ὁ θεόπνευστος λόγος τῇ φωνῇ κεχρῆσθαι. ὁ μὲν οὖν ὁ μέγας Δαβὶδ διὰ ψαλμῳδίας διεσήμανε, καὶ βοᾷ λέγων· κυκλώσατε Σιών, καὶ περιλάβετε αὐτήν. αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ Σολομών, ὅτε τὴν ἐνδιάθετον ἐποίει συζυγίαν
C τοῦ ἐρωτικῶς πρὸς τὴν σοφίαν διατεθέντος, τά τε ἄλλα φησί, δι' ὧν γίνεται ἡμῖν πρὸς τὴν ἀρετὴν συνάφεια, καὶ τοῦτο ἐπάγει· τίμησον αὐτήν, ἵνα σε περιλάβῃ. εἰ οὖν Δαβὶδ τὴν Σιὼν ἡμᾶς παρακελεύεται λαμβάνειν· Σολομὼν δὲ τοὺς τετιμηκότας τὴν σοφίαν παρ' αὐτῆς εἶπε περιλαμβάνεσθαι, τάχα τῆς προσηκούσης ἐννοίας οὐχ ἁμαρτησόμεθα, μαθόντες τὸ πρᾶγμα οὗ εὔκαιρός ἐστιν ἡ περίληψις. τὸ γὰρ Σιὼν ὄρος ἐστὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἄκρας ὑπερφαινόμενον. ὁ οὖν ταύτην σε περιλαμβάνειν προτρεπόμενος,
D τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ συμφυῆ εἶναι παρακελεύεται, ὥστε εἰς αὐτὴν φθάσαι τῆς ἀρετῆς τὴν ἀκρόπολιν, ἣν τῷ ὀνόματι Σιὼν παραδηλοῖ δι' αἰνίγματος. ὁ δὲ τῆς σοφίας ἑαυτῷ συνοικίζων, τὴν παρ' ἐκείνοις ἑπομένην περίληψίν σοι εὐαγγελίζεται. οὐκοῦν καιρός ἐστι Σιὼν περιλαμβάνειν, καὶ ὑπὸ τῆς σοφίας περιλαμβάνεσθαι, τοῦ μὲν ὀνόματος Σιὼν τὸ ὑψηλὸν τῆς πολιτείας ἐνδεικνυμένου· τῆς δὲ σοφίας πᾶσαν ἀπὸ μέρους τὴν ἀρετὴν δι' ἑαυτῆς σημαινούσης. εἰ τοίνυν ἐγνώκαμεν διὰ τῶν εἰρημένων τὸ τῆς περιλήψεως εὔκαιρον, διὰ τῶν αὐτῶν ἐδιδάχθημεν, τίνων ὁ χωρισμὸς τῆς συμφυΐας ἐστὶ λυσιτελέστερος. καιρὸς γάρ, φησί,

τοῦ μακρυνθῆναι ἀπὸ περιλήψεως. ὁ πρὸς τὴν ἀρετὴν οἰκειωθεὶς, τῆς πρὸς τὴν κακίαν σχέσεως ἠλλοτρίωται. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἢ Χριστῷ πρὸς Βελίαλ; ἢ πῶς δυνατόν ἐστι δυσὶ κυρίοις ἐναντίοις δουλεύοντα, εὔνουν ἀμφοτέροις γενέσθαι; ἡ γὰρ τοῦ ἑνὸς ἀγάπη, μῖσος τοῦ ἑτέρου ἐποίησεν. ὅταν οὖν ἡ ἀγαπητικὴ διάθεσις περιποιῇ τὸ καλὸν, τοῦτο δέ ἐστι τὸ εὔκαιρον, ἐπηκολούθησεν ὄντως ἡ πρὸς τὸ ἀντικείμενον ἀλλοτρίωσις. εἰ ἀληθῶς τὴν σωφροσύνην ἠγάπησας, ἐμίσησας αὖ τὸ ἀντικείμενον. εἰ πρὸς τὴν καθαρότητα βλέπεις ἐρωτικῶς, ἐβδελύξω δῆλον τὴν τοῦ βορβόρου δυσωδίαν. εἰ τῷ ἀγαθῷ προσεκολλήθης, ἐμακρύνθης πάντως τῆς τοῦ πονηροῦ προσκολλήσεως. εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν τοῦ πλούτου περιβολὴν ἄγοι τις τὸ τῆς περιλήψεως σημαινόμενον, δείκνυσι καὶ τοῦτο ὁ λόγος ποῖον πλοῦτον ἀγαθόν ἐστι περιβάλλεσθαι, καὶ ποίων κτημάτων περιβολὴν ἀποπέμπεσθαι. οἶδα θησαυρὸν σπουδαζόμενον, τὸν κεκρυμμένον ἐν τῷ ἀγρῷ, οὐχὶ τὸν πᾶσι φαινόμενον. οἶδα πάλιν πλοῦτον ἀτιμαζόμενον, οὐ τὸν ἐλπιζόμενον, ἀλλὰ τὸν ὀφθαλμοῖς προφαινόμενον. διδάσκει οὕτω ἡ τοῦ ἀποστόλου φωνὴ, λέγουσα· μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. εἰ ταῦτα νενοήκαμεν, καὶ τὸν ἐφεξῆς λόγον διὰ τούτων νενοηκότες ἐσόμεθα. καιρὸς γὰρ, φησὶ, τοῦ ζητῆσαι, καὶ καιρὸς τοῦ ἀπολέσαι. ὁ γὰρ νοήσας διὰ τῶν ἐξετασθέντων, τίνων προσήκει μακρύνειν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς περιλήψεως, καὶ τίσι συνάπτεσθαι γνώῃ αὖ· τί τε προσήκει ζητεῖν, καὶ τίνων ἡ ἀπώλεια κέρδος ἐστίν. καιρὸς γὰρ, φησι, τοῦ ζητῆσαι, καὶ καιρὸς τοῦ ἀπολέσαι. τί τοίνυν ἐστὶν ὅ με ζητῆσαι χρὴ, ὥστε ἐπιτυχεῖν τοῦ καιροῦ τοῦ καθήκοντος; ἀλλὰ τί μὲν ζητεῖσθαι δεῖ, ἡ προφητεία δείκνυσι, λέγουσα· ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ κραταιώθητε. καὶ πάλιν· ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτὸν ἐπικαλέσασθε, καὶ εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν κύριον. ἔγνων τοίνυν διὰ τῶν εἰρημένων ὅπερ ζητῆσαι χρή· οὗ ἡ εὕρεσις ἐστὶν αὐτὸ τὸ ἀεὶ ζητεῖν. οὐ γὰρ ἄλλο τί ἐστι τὸ ζητεῖν, καὶ ἄλλο τὸ εὑρίσκειν· ἀλλὰ τὸ ἐκ ζητήσεως κέρδος, αὐτὸ τὸ ζητῆσαι ἐστί. βούλει καὶ τὴν εὐκαιρίαν μαθεῖν; τίς καιρὸς τοῦ ζητεῖν τὸν κύριον;

A longe fieri à complexu. Qui virtuti eſt coniunctus neceſſitudine ac familiaritate, eſt alienatus ab ea quæ cum vitio eſt habitudine. Quæ eſt enim ſocietas luci cum tenebris, aut Chriſto cũ Belial? (1.Cor.6. Matth.6.) Aut quomodo fieri poteſt, vt qui duobus dominis ſeruit contrariis, ſit vtriſq; beneuolus? Vnius enim dilectio odium efficit alterius. Quando ergo dilectionis affectio ſibi vendiçat id quod eſt bonum & honeſtum, hoc autem eſt opportunum & tempeſtiuum, verè ſequitur alienatio ab eo quòd ei aduerſatur. Si verè dilexiſti temperantiam, id quod aduerſatur odiſti. Si ad puritatem oculis aſpicis amatoriis, odiſti ſcilicet fæ-
B torem cœni. Si bono adhæſiſti, longè omnino ab adhæſione mali te remouiſti. Quod ſi quis etiam complexus ſignificatum deducat ad complexum diuitiarum, id quoque oſtendit, quænam ſint amplexandæ diuitiæ, & quarum diuitiarum amplexus ſit amandandus. Noui theſaurum qui magno ſtudio quæritur, (Matth.13.) nempe eum qui eſt abſconſus in agro, non eum qui apparet omnibus. Noui rurſus diuitias quæ habentur contemptui, non eas quæ ſperantur, ſed quæ ſe offerunt oculis. Hoc docet vox Apoſtoli, dicens: Non conſiderantibus nobis (2.Cor.4.) quæ videntur, ſed quæ non videntur;
C quæ enim videntur, ſunt tẽporalia; quæ autem non videntur, æterna. Si hæc intelleximus, ea etiam quæ deinceps ſequuntur, per hæc intellexerimus.

A ſtudio. Si quid autem occultè dictum in arcanis ſenſibus & ænigmatibus, ad vtilitatem ſit planè otioſum, ſi ſpectetur ſenſus qui eſt in promptu & de eo ſermo fiat, ſicut nobis oſtendit liber qui nos erudit per Prouerbia ad intelligendum, vel tanquam parabolam id quod factum eſt, vel tanquam obſcuram orationem, vel tanquam dictum ſapientum, vel tanquam aliquod ænigma. Quæ per anagogen autem exiſtit contemplatio, ſeu tropologiam, ſeu allegoriam, ſeu aliter velis nominare, de nomine nihil contendemus, ſi à ſenſu vtili
B non recedat. Magnus enim Apoſtolus legem dicens eſſe ſpiritualem: legis nomine comprehendit etiam hiſtoricas narrationes, adeò vt vniuerſa à Deo inſpirata ſcriptura ſit lex iis qui ipſam legunt, non ſolum per præcepta, ſed etiam per hiſtoricas narrationes erudiēs, & ad cognitionem myſteriorum, & ad ſinceram vitæ inſtitutionem, eos qui ad ſcientiam accommodatè audiunt: vtitur quidem expoſitione, vt ſibi placet, aſpiciens ad id quod eſt vtile, non curat autem quo nomine ſit vocandum
C genus expoſitionis: ſed nunc quidem dicit ſe mutare vocem, traducturus hiſtoriam ad indicandum teſtamentorum diſpoſitionem: Deinde mentionem faciens duorum filiorum Abrahæ, qui ei nati ſunt ex ancilla & libera, appellat allegoriam de iis contemplationem. Rurſus autem cùm quædam narraſſet ex hiſtoria dicit, Hæc in figura illis eueniebant: ſcripta ſunt autem ad noſtram admonitionem. Et rurſus cum dixiſſet, Non eſſe alligandum os boui trituranti, adiecit illud, Deo nō eſſe curam de bobus, ſed omnino ea eſſe ſcri-
D pta propter nos. Alicubi autem obſcuriorem intelligentiam, & quæ eſt ex parte cognitionem, ſpeculum nominat & ænigma. Et rurſus tranſitum à rebus corporalibus ad eas quæ cadunt ſub intelligentiam, appellat tranſitum ad dominum, & veli ablationem. In omnibus autem his diuerſis locis & nominibus eius quæ eſt in mente contemplationis, nos vnum docet doctrinæ genus, non oportere omnino manere in littera, vtpotè quod quæ eſt in promptu eorum quæ dicuntur ſignificatio, in multis nos lædat in iis quæ pertinent ad vitam rectè & ex virtute degendam;

Rom. 7.
Gal. 4.
1.Cor.10.
1.Cor.13.
2.Cor.3.

ſed tranſire ad materiæ expertem, & quæ ſub intelligentiam cadit contemplationem, vt ſenſus qui ſunt paulò magis corporales, traducantur ad mentem & intelligentiam, excuſſa pulueris in modum eorum quæ dicuntur aperta

2. Cor. 3. ſignificatione. Et ideo dicit: Littera occidit, ſpiritus autem viuificat: vtpotè quòd ſæpe hiſtoria ſiſtentibus in nudis rebus nobis minimè prębeat exemplum bonæ vitæ. Quid enim ad virtutē audituri profuerit, quòd Propheta filios pro-

Oſee 1. Eſa. 8. creet ex fornicatione: & Eſaias ingrediatur ad Prophetiſſam, ſi non vltra litteræ dictionem procedat id quod dicitur? Aut quid ad vitam ex virtute degendam conferunt quæ de Dauide fiunt narrationes, cùm adulterium & cædes eius in vnum concurrerint nefarium facinus? Si autem aliqua inueniatur ratio, quæ oſtendat id quod per ea diſpenſatur, in nullam cadere reprehenſionem, tunc verum eſſe oſtendetur id quod dicit Apoſtolus, nempe quòd littera occidit: malarum enim rerum in ſe habet exempla: ſpiritus autem viuificat, ſenſum enim qui apparet & cadit in vituperationem, ad diuiniorem traducit ſignificationem. Scimus autem & ipſum Verbum, quod ab vniuerſa adoratur creatura, quando in ſimilitudine hominis & figura per carnem diuina tradebat myſteria, ſic nobis reuelare legis ſenſus & myſteria, vt duos homines, quorum eſt verum teſtimonium, ſeipſum dicat eſſe & patrem: & ſerpentem æneum ſublime elatum, qui populo mortiferis morſibus ſauciato opem ferebat, transferat ad diſpenſationem in cruce pro nobis factam: ipſo-

Ioan. 8. rúmque ſanctorum ſuorum Diſcipulorum ingenij acumen per tectos exerceat ſermones, in parabolis, in ſimilitudinibus, in verbis obſcuris, in dictis quæ proferuntur per ænigmata, quorum ſeorſum dabat expoſitiones, eorum ſoluens obſcuritatem. Nonnun-

Ioan. 1. Matth. 13. Luc. 8. quam autem, ſi non eſſet ab illis comprehenſus ſenſus eorum quæ dicebantur, reprehendebat eorum ingenij tarditatem, & imbecillitatem, vt qui eſſent rudiores ad intelligendum. Quando enim iubebat eos abſtinere à fermento Phariſaïco: illi verò puſillo & abiecto animo aſpiciebant ad corbes in quibus

Matt. 16. panum commeatum non attulerant,

A ἀλλὰ μεταβαίνειν πρὸς τὴν ἄυλόν τε καὶ νοητὴν θεωρίαν, ὥστε τὰς σωματικωτέρας ἐννοίας, μεταβληθῆναι πρὸς νοῦν καὶ διάνοιαν, κόνεως δίκην τῆς σαρκωδεστέρας ἐμφάσεως τῶν λεγομένων ἐκτιναχθείσης. καὶ διὰ τοῦτό φησιν· ὅτι τὸ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ· ὡς πολλαχοῦ [τῆς γραφῆς, τουτέστι] τῆς ἱστορίας, εἴπερ ἐπὶ ψιλῶν σταίημεν τῶν πραγμάτων, οὐκ ἀγαθοῦ βίου παρεχομένης ἡμῖν τὰ ὑποδείγματα. τί γὰρ ὠφελεῖ πρὸς ἀρετὴν τὸν ἀκούοντα Ὠσηὲ, ὁ προφήτης ἐκ πορνείας παιδοποιούμενος· καὶ Ἡσαΐας

B εἰσιὼν πρὸς τὴν προφῆτιν, εἰ μέχρι τῆς λέξεως στήσειέ τις τὸ λεγόμενον; ἢ τί πρὸς τὸν ἐνάρετον συντελεῖ βίον τὰ περὶ τὸν Δαβὶδ ἠγήματα, μοιχείας τε καὶ φόνου κατὰ ταὐτὸ περὶ τὸ ἓν συνδεδραμηκότων ἄγος; εἰ δέ τις εὑρεθείη λόγος ὁ τὰ διὰ τούτων οἰκονομούμενα ἐπιδεικνύων ἀνεύθυνον, τότε ἀληθεύων ὁ τοῦ αὐτοῦ λόγος ἐπιδειχθήσεται. ὅτι τὸ γράμμα ἀποκτείνει· πονηρῶν γὰρ ἔχει πραγμάτων ἐν ἑαυτῷ τὰ ὑποδείγματα· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ· μετατίθησι γὰρ τὴν ἀπεμφαίνουσαν καὶ διαβεβλημένην ἔννοιαν εἰς θειοτέρας ἐμφά-

C σεις. οἴδαμεν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν λόγον τὸν παρὰ πάσης κτίσεως προσκυνούμενον, ὅτι ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου, καὶ σχήματι διὰ σαρκὸς παρεδίδου τὰ θεῖα μυστήρια, οὕτως ἀνακαλύπτοντα ἡμῖν τὰ τοῦ νόμου νοήματα, ὥστε τοὺς δύο ἀνθρώπους, ὧν ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία, ἑαυτὸν καὶ τὸν πατέρα λέγειν εἶναι· καὶ τὸν χαλκοῦν ὄφιν τὸν ἐπὶ τοῦ ὕψους ἀνατεθέντα, ὃς ἦν τῷ λαῷ τῶν θανατηφόρων δηγμάτων ἀλεξιτήριος, εἰς τὴν διὰ τοῦ σταυροῦ γενομένην ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν με-

D ταλαμβάνοντα. καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἁπλῶς αὐτοῦ μαθητῶν τὴν ἀγχίνοιαν διὰ τῶν κεκαλυμμένων τε καὶ ἐπικεκρυμμένων λόγων διαγυμνάζοντα ἐν παραβολαῖς, ἐν ὁμοιώμασιν, ἐν σκοτεινοῖς λόγοις, ἐν ἀποφθέγμασι, τοῖς δι' αἰνιγμάτων προφερομένοις, ὑπὲρ ὧν κατὰ μόνας μὲν ἐποιεῖτο ἐξηγήσεις, ἐπιλύων αὐτοῖς τὴν ἀσάφειαν. ἔστι δὲ ὅπου, εἰ μὴ κατελήφθη παρ' αὐτῶν ἡ τῶν λεγομένων διάνοια, διεμέμφετο αὐτῶν τὸ βραδύνον, καὶ περὶ τὴν σύνεσιν ἄτονον. ὅτε γὰρ ἀπέχεσθαι τοῦ Φαρισαϊκοῦ αὐτοῖς ἐκέλευε ζύμου, οἱ δὲ μικροψύχως πρὸς τὰς πήρας ἀπέβλεπον, ἐν αἷς τὸν ἐκ τῶν ἄρτων ἐπισιτισμὸν οὐκ ἐπήγοντο,

A τότε καθάπτεται τῶν μὴ συνιέντων, ὅτι διδασκαλία ἦν τὸ διὰ τῆς ζύμης δηλούμενον. καὶ πάλιν τράπεζαν αὐτῷ τῶν μαθητῶν παραθέντων, ἀποκρινάμενος ὅτι ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, ὑπονοησάντων αὐτῶν περὶ σωματικῆς αὐτὸν λέγειν τροφῆς, ὡς ἑτέρωθεν αὐτῷ προσενεχθείσης, ἑρμηνεύει τὸν ἑαυτοῦ λόγον, ὅτι βρῶσίς ἐστιν αὐτῷ πρέπουσα καὶ κατάλληλος, ἡ τοῦ σωτηρίου θελήματος ἀποπλήρωσις. καὶ μυρία τοιαῦτα ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν ἔστιν ἀναλέξασθαι, ἐφ' ὧν ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἐκ τοῦ προχείρου νοούμενον· ἕτερον δὲ B πρὸς ὃ βλέπει ἡ τῶν λεγομένων διάνοια· οἷον τὸ ὕδωρ ὃ τοῖς διψῶσι κατεπηγγείλατο, δι' οὗ πηγαὶ ποταμῶν γίνονται οἱ πιστεύοντες, τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβαίνοντα, τὸν ναὸν τὸν λυόμενον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγειρόμενον, τὴν ὁδὸν, τὴν θύραν, τὸν λίθον τὸν παρὰ τῶν οἰκοδομούντων ἐξουθενούμενον, καὶ τῇ ἐπιγωνίῳ κεφαλῇ ἁρμοζόμενον· τοὺς δύο τοὺς ἐπὶ κλίνης μιᾶς, τὸν μυλῶνα, τὰς ἀληθούσας, τὴν παραλαμβανομένην, τὴν καταλιμπανομένην, τὸ πτῶμα, τοὺς ἀετοὺς, τὴν συκῆν τὴν ἁπαλυνομένην, καὶ τοὺς κλάδους C ἐκφύουσαν. ἅπερ πάντα καὶ ὅσα τοιαῦτα, γίνοιτο ἂν ἡμῖν εἰς προτροπὴν τοῦ χρῆναι καὶ διερευνᾶν τὰς θείας φωνὰς, καὶ προσέχειν τῇ ἀναγνώσει, καὶ κατὰ πάντα τρόπον διϊχνεύειν εἴ πού τις εὑρεθείη λόγος τῆς προχείρου κατανοήσεως ὑψηλότερος, ἐπὶ τὰ θειότερά τε καὶ ἀσώματα χειραγωγῶν τὴν διάνοιαν. τούτου χάριν τὸ ἀπηγορευμένον τῇ βρώσει τοῦ ξύλου, οὐχὶ συκῆν, ὥς τινες ἀπεφήναντο, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ἀκροδρύων εἶναι πειθόμεθα. εἰ γὰρ τότε θανατηφόρος ἦν ἡ συκῆ, οὐδ' ἂν νῦν πάντως ἐδώδιμος ἦν. ἅμα δὲ καὶ μεμαθήκαμεν παρὰ τῆς τοῦ δεσπότου φωνῆς, δι' ἀποφάσεως τοῦτο δογματιζούσης· ὅτι οὐ- D δέν ἐστι τῶν εἰσπορευομένων διὰ στόματος ὃ δύναται κοινῶσαι τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἑτέραν τινὰ ζητοῦμεν διάνοιαν ἐπὶ τοῦ νόμου, ἀξίαν τῆς τοῦ νομοθέτου μεγαλειότητος· κἂν τῆς τοῦ Θεοῦ φυτείας ἔργον τὸν παράδεισον εἶναι ἀκούσωμεν, κἂν ξύλον ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου πεφυτευμένον, ζητοῦμεν παρὰ τοῦ ἀποκαλύπτοντος τὰ κεκρυμμένα μυστήρια μαθεῖν, ποίων φυτῶν γίνεται ὁ πατὴρ γεωργός τε καὶ φυτοκόμος, καὶ πῶς δυνατόν ἐστι κατὰ τὸ μεσαίτατον τοῦ παραδείσου τὰ δύο εἶναι ξύλα, τό τε τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἀπωλείας.

A tunc eos inſectatur, vt qui non intel-
ligerent, quòd eſſet doctrina, quæ ſi- *Ioan. 4.*
gnificabatur per fermentum. Et rurſus
cùm ei menſam apponerent diſcipuli,
ipſéque reſpondiſſet, ego habeo co-
medendum cibum quem vos neſcitis,
exiſtimaſſéntque eum dicere de cor-
porali cibo tanquam aliunde ad eum
allato, ſuum ſermonem interpreta-
tur, quod ſibi conueniens eſſet cibus,
ſalutaris voluntatis adimpletio. Eiuſ- *Ioan. 7.*
modi plurima licet colligere ex voci- *Ioan. 6.* *Ioan. 2.*
bus euangelicis, in quibus eſt aliud *Ioan. 14.*
quod intelligitur ex eo quod eſt in *Ioan. 10.* *Matt. 12.*
B promptu, aliud autem ad quod in- *Matt. 24.*
tuetur ſententia eorum quæ dicuntur: *Luc. 17.* *Ibidem.*
vt aquam quam promiſit ſitientibus, *Matth. 21.*
per quam fiunt fontes fluuiorum iis *Marc. 11.*
qui credunt, panem qui de cœlo de-
cendit, templum quod ſoluitur, &
triduo excitatur: viam, oſtium, lapi-
dem qui ab ædificatoribus eſt repro-
batus ac contemptus, & in capite an-
guli adaptatur: duos qui ſunt in vno
lecto, molendinum, molentes mulie-
res; eam quæ adſumitur, eam quæ re-
linquitur, cadauer, aquilas, ficum,
quæ tenera euadit & ramos producit.
C Quæ omnia, & quæcumque ſunt eiuſ-
modi, nos adhortantur vt diuinas ſcru-
temur ſcripturas, & attendamus lectio-
ni, & omni ratione inueſtigemus, ſi-
cubi aliqua inueniatur ratio ſublimior
ea quæ eſt in promptu, deducens cogi-
tationem ad res magis diuinas & incor-
poreas. Hac de cauſa quod in eſu ligni
eſt prohibitum, neque ficum eſſe cre-
dimus, vt nonnulli pronunciarunt,
neque aliquam ex frugiferis arbori-
bus. Si enim tunc ficus fuiſſet letife-
ra, nec nunc quidem eſſet omnino
eſculenta. Simul etiam hoc quoque
didicimus à voce Domini, quæ hoc
D decretum pronunciat, Nihil eſt eorum
quæ per os ingrediuntur quod inqui-
net hominem: ſed in hac lege aliam *Matth. 15.* *Gen. 2.*
quærimus intelligentiam, quæ legiſla-
toris digna ſit maieſtate. Et ſi audieri-
mus paradiſum eſſe opus Dei planta-
tionis, & ſi lignum vitæ plantatum in
medio paradiſi, quærimus ex eo qui
occulta reuelat myſteria, vt diſcamus
quorumnam agricola & plantator fue-
rit pater, & quemadmodum fieri poſ-
ſit, vt in medio paradiſi ſint duo ligna,
alterum ſalutis, alterum interitus.

Nam quod perfectè eſt medium, tanquam in deſcriptione circuli, omnino vnum eſt vno centro. Si autem in centro extenſum fuerit ex altera parte alterum centrum, neceſſe eſt omnino, vt cum centro ſimul transferatur circulus, adeò vt non ſit amplius medium id erat prius. Cùm ergo illic ſit vnus paradiſus, quo pacto dicit ſcriptura ſeorſum quidem conſiderari vtrumque lignum, in medio autem eſſe hoc & illud, quorum id quod letiferum erat, à Dei plantatione fuiſſe alienum docet is ſcripturæ locus, qui omnia Dei opera valde bona eſſe declarat? In quibus niſi per philoſophiam veritatem fueris contemplatus, videbitur id quod dicitur, eſſe fabuloſum, aut non poſſe conſiſtere, hominibus non ſatis conſiderantibus. Longum fuerit ex Prophetis ſingula colligere, quemadmodum Michæas dicit in vltimis diebus,
Mich. 4. 1. manifeſtum fore montem ſuper vertices montium, ita nominans pietatis myſterium, quod oſtenditur ad delendas poteſtates aduerſarias, quemadmodum dicit virgam & florem oriri ex radice Ieſſe, Domini per carnem oſtenſionem
Eſa. 11. ſignificans ſublimis Eſaias, aut mons caſeatus apud magnū Dauidem quem
Pſal. 67. habet ſenſum qui apparet in dictione litteræ, aut currus decem millibus multiplex, aut congregatio taurorum quæ immittitur in vaccas populorum, aut pes qui tingitur ſanguine: aut canum linguæ, aut qui inſtar vituli à cedris diuiditur, Libanus: & alia præter hæc innumerabilia licet ex reliqua colligere prophetia, & docere eſſe neceſſariam verborum contemplationem ex ſententia. Quæ ſi reijciatur, vt placet nonnullis, mihi videtur id perinde eſſe, vt ſi quis ad humanum in menſa eſum non confectas apponat ſegetes, ſpicis non tritis, granis ventilabro non ſecretis à palea, frumento in farinam non comminuto: neque pane parato, eo quo par eſt modo, ad hoc vt ſit eſculentus. Quomodo ergo non confectum frumentum eſt alimentum iumentorum & non hominum; ita dici
* poteſt brutorum potius quàm ratione præditorum animantium eſſe alimentum per ſubtiliorem non confecta contemplationem verba à Deo inſpirata, non ſolum veteris teſtamenti,

A τὸ γὰρ ἀκριβῶς μέσον, καθάπερ ἐν κύκλου τῇ περιγραφῇ, ἐν τῷ ἑνὶ κέντρῳ πάντως ἐστίν. εἰ δὲ παρατεθείη τῷ κέντρῳ κατά τι μέρος, ἕτερον κέντρον, ἀνάγκη πᾶσα συμμετατεθῆναι τῷ κέντρῳ τὸν κύκλον, ὥστε μηκέτι μέσον εἶναι τὸ πρότερον. ἐκεῖ τοίνυν ἑνὸς ὄντος τοῦ παραδείσου, πῶς φησιν ὁ λόγος ἰδιαζόντως ἑκάτερον θεωρεῖσθαι τῶν ξύλων· ἐπὶ δὲ τοῦ μέσου εἶναι τοῦτο καὶ τοῦτο, ὧν τὸ θανατηφόρον τῆς τοῦ Θεοῦ φυτείας, ἀλλότριον εἶναι διδάσκει ὁ πάντα καλὰ λίαν εἶναι τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα ἀποφη-
B νάμενος λόγος; οἷς εἰ μή τις διὰ φιλοσοφίας ἐνθεωρήσειε τὴν ἀλήθειαν, ἀσύστατον ἢ μυθῶδες εἶναι τοῖς ἀνεπισκέπτοις τὸ λεγόμενον δόξει. καὶ μακρὸν ἂν εἴη τὰ καθ' ἕκαστον ἐκ τῶν προφητῶν ἀναλέγεσθαι· ὡς ὁ Μιχαίας ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν, ἐμφανὲς ὄρος λέγει γενήσεσθαι ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, τὸ ἐπὶ καθαιρέσει γίνεσθαι τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, ἀναδεικνύμενον τῆς εὐσεβείας μυστήριον οὕτω κατονομάζων. πῶς δὲ ῥάβδον ἀνατέλλειν φησὶ καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης, τὴν διὰ σαρκὸς τοῦ κυρίου ἀνάδειξιν ὁ ὑψηλὸς Ἡσαΐας οὕτω μηνύων,
C ἢ τὸ τετυρωμένον ὄρος παρὰ τῷ μεγάλῳ Δαβίδ, ὁποῖον ἔχει νοῦν ἐν τῇ λέξει φαινόμενον, ἢ τὸ μυριοπλάσιον ἅρμα, ἢ τῶν ταύρων ἡ συναγωγὴ, ἡ ἐπαφιεμένη ταῖς δαμάλεσι τῶν λαῶν, ἢ ὁ βαπτόμενος τῷ αἵματι πούς, ἢ τῶν κυνῶν αἱ γλῶσσαι· ἢ καθ' ὁμοιότητα, τοῦ μόσχου διαλεπτυνόμενος τῶν κέδρων ὁ Λίβανος· καὶ μυρία πρὸς τούτοις ἐστὶν ἐκ τῆς λοιπῆς ἀναλεξαμένους προφητείας, διδάξαι τὸ ἀναγκαῖον τῆς κατὰ διάνοιαν τῶν ῥητῶν θεωρίας, ἣν ἀποβαλλόμενος καθὼς ἀρέσκει τισὶν, ὅμοιον εἶναι μοι δοκεῖ τὸ γινόμενον· ὡς εἴ τις ἀκατέργαστα
D προθείη πρὸς ἀνθρωπίνην βρῶσιν τῆς τραπέζης τὰ λήϊα, μὴ τρίψας τὸν ἄσταχυν, μὴ τῷ λικμητῷ διακρίνας ἐκ τῶν ἀχύρων τὰ σπέρματα, μὴ λεπτύνας τὸν σῖτον εἰς * ἄλευρον, μηδὲ κατασκευάσας ἄρτον τῷ καθήκοντι τρόπῳ τῆς σιτοποιΐας; ὥσπερ οὖν τὸ ἀκατέργαστον γέννημα τῶν κτηνῶν ἐστι τροφὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπων· οὕτως εἴποι τις ἂν ἀλόγων μᾶλλον ἢ λογικῶν εἶναι τροφὴν μὴ κατεργασθέντα διὰ τῆς λεπτοτέρας θεωρίας τὰ θεόπνευστα ῥήματα, οὐ μόνον τῆς παλαιᾶς διαθήκης,

ἀλλὰ καὶ τὰ πολλὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκα- A
λίας, τὸ πτύον τὸ διακαθαῖρον τὴν ἅλωνα,
τὸ ἀποφυσώμενον ἄχυρον, ὁ παραμένων σῖτος
τοῖς ποσὶ τοῦ λικμήτορος, τὸ ἄσβεστον πῦρ, ἡ
ἀγαθὴ ἀποθήκη, τὸ τῶν κακῶν ἔφορον δέν-
δρον, ἡ ἀπειλὴ τῆς ἀξίνης, ἡ φοβερῶς τῶν δέν-
δρων τὴν ἀκμὴν παραδεικνύουσα, οἱ πρὸς
τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν μεταποιούμενοι λίθοι.
Ταῦτα μοι διὰ τῶν πρὸς τὴν σεμνήν σου κατὰ
σπουδὴν γραμμάτων ἀπολογία τις γεγρά-
φθω πρὸς τοὺς μηδὲν πλέον παρὰ τὴν πρό-
χειρον τῆς λέξεως ἔμφασιν ἐκ τῶν θείων ῥη- B
μάτων ἀναζητεῖν νομοθετοῦντας. εἰ δὲ τοῦ Ὠ-
ριγένους φιλοπόνως περὶ τὸ βιβλίον τοῦτο σπου-
δάσαντος, καὶ ἡμεῖς γραφῇ παραδοῦναι τὸν
πόνον ἡμῶν προεθυμήθημεν, ἐγκαλείτω μη-
δείς, πρὸς τὸ θεῖον τοῦ ἀποστόλου λόγιον βλέ-
πων, ὅς φησιν, ὅτι ἕκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λή-
ψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. ἐμοὶ δὲ οὐ πρὸς ἐ-
πίδειξιν ἐστὶ συντεταγμένος ὁ λόγος· ἀλλ' ἐπειδὴ
τὰ πολλὰ τῶν ἐπ' ἐκκλησίας ῥηθέντων, τινὲς
τῶν συνόντων ἡμῖν ὑπὸ φιλομαθείας ἐση-
μειώσαντο, τὰ μὲν παρ' ἐκείνων λαβών, ὅπῃ δ' C
ἀκόλουθον εἶχεν αὐτὸν ἡ σημείωσις, τὰ δὲ καὶ
ἀπ' ἐμαυτοῦ προσθείς, ὧν ἀναγκαία ἦν ἡ
προσθήκη, ἐν ὁμιλιῶν εἴδει τὴν ὑφήγησιν
πεποίημαι, καθεξῆς πρὸς λέξιν προαγαγὼν
τὴν τῶν ῥητῶν θεωρίαν, ἀφ' ὅσον ὁ καιρός τε
καὶ τὰ πράγματα, τὰ τὴν περὶ τούτου μοι
σχολὴν ἐνεδίδου κατὰ τὰς ἡμέρας τῶν νηστειῶν. ἐν
ταύταις γὰρ ἡμῖν πρὸς τὴν δημοσίαν ἀκοὴν ὁ
περὶ τούτου λόγος διεσπουδάσθη. εἰ δὲ παρά-
σχοι καὶ ζωῆς χρόνον ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν ταμίας
Θεός, καὶ εἰρηνικὴν εὐκαιρίαν, καὶ τοῖς λειπομέ- D
νοις ἴσως ἐπιδραμούμεθα. νῦν γὰρ ἡμῖν μέχρι
τοῦ ἡμίσεως προῆλθεν ὁ λόγος καὶ ἡ θεωρία. ἡ
χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάν-
των ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A ſed multa etiam doctrinæ Euangeli- *Matth. 3.*
cæ: vtpotè ventilabrum quod purgat *Luc. 3.*
aream, paleam quæ à vento aſporta-
tur, & triticum quod remanet ad pe-
des eius qui ventilat, ignem inextin-
guibilem, bonum horreum, arborem
quæ fert malos fructus, minas ſecu- *Matt. 7.*
ris quæ intentant terribilem arborum
amputationem, lapides qui in huma-
nam tranſmutantur naturam. Hæc *Matt. 3.*
ad tuam prudentiam ſedulò his literis
à me ſcripta ſunt, vt ſint quædam re-
ſponſio ad eos qui ſtatuunt ex verbis
diuinis nihil amplius eſſe quærendum,
B quàm quæ eſt in promptu litteræ, &
dictionis ſignificationem. Quòd ſi cùm
Origenes plurimum laboris & ſtudij in *Origenes*
hunc librum contulerit, nos quoque *ſcripſit in*
quod à nobis eſt elaboratum litteris *Cantica.*
mandare lubenter ſtatuerimus, nemo
nos accuſet, ad id quod dicit Apoſto-
lus intuens, Vnuſquiſque propriam *1. Cor. 3.*
mercedem accipiet ſecundum ſuum
laborem. Non eſt autem hic liber à
me ſcriptus ad oſtentationem: Sed
quoniam multa ex iis quæ dicta ſunt in
eccleſiis, quidam ex iis qui nobiſcum
C verſantur, dicendi ſtudio adnotarunt,
aliis quidem ab illis acceptis quæ con-
ſequenter habuit eorum adnotatio, &
aliis à me additis, quorum erat neceſ-
ſaria adiectio, ea in formam homilia-
rum enarraui, ad litteræ dictionem
ſtatim addita verborum contemplatio-
ne, quantum mihi ad hæc datum eſt
otij in diebus ieiuniorum. In his enim
hic liber ad aures populi à nobis fuit
elaboratus. Quòd ſi temporis ſpatium
nobis dederit vitæ noſtræ diſpenſator
Deus, tempúſque pacatum & tran-
quillum, fortaſſe cætera perſequemur.
D Nunc etiam nobis vſque ad dimidium
proceſſit liber & contemplatio. Gratia
Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit nobi-
ſcum omnibus in ſæcula ſæculorum,
Amen.

A

IN CANTICVM CANTICORVM,

HOMILIA I.

Cantic. Cap. I.

OSCVLETVR me oſculo oris ſui: quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum, & odor vnguentorum tuorum ſupra omnia aromata. Vnguentũ effuſum nomen tuum. Idcirco adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerunt te. Poſt te enim curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in ſua penetralia. Exultemus & lætemur in te. Diligamus vbera tua ſupra vinum. Te dilexit rectitudo.

QVICVMQVE congruenter conſilio Pauli, veterem hominem, tanquam ſordidum aliquod veſtimentum, exuiſtis cum eius actionibus & deſideriis, & lucidas Domini veſtes, quales oſtendit in Transfiguratione quę facta eſt in monte, induiſtis per vitæ puritatem, imò vero qui ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cum charitate, quæ eſt eius indumentum, induiſtis, & eſtis ei conformati ad impatibilitatem & ad hoc vt ſitis diuiniores, vos audite myſterium Cantici Canticorũ. Vos, inquam, ingredimini intra cubile ſponſi, in quod non cadit interitus, & induimini mundis & impollutis cogitationibus. Si quis autem perturbationi animi obnoxiam & carnalem induens cogitationem, & non habens indumentum conſcientiæ diuinis conueniens nuptiis, propriis alligetur cogitationibus, ab interitu alienas ſponſi & ſponſæ voces attrahens ad belluinas & rationis expertes animi affectiones, & per eas obſcœnis indutus phantaſiis, eiijciatur extra eos qui in nuptiis læti ſunt & alacres, pro thalami lætitia accipiens ſtridorem dentium & lacrymas. Hæc teſtificor tractaturus contemplationem myſticam Cantici Canticorum, Nam per ea quæ hîc ſcripta ſunt, ornatur quodammodo anima tanquam

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ.

ΛΟΓΟΣ Α′.

ΦΙΛΗΣΑΤΩ με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ· ὅτι ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον, καὶ ὀσμὴ μύρων ὑπὲρ πάντα
B τὰ ἀρώματα. μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε, εἵλκυσάν σε. ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμούμεθα. εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ. ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί. ἀγαπήσωμεν μαστούς σου ὑπὲρ οἶνον. εὐθύτης ἠγάπησέ σε.

ΟΣΟΙ κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ Παύλου, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ τι περιβόλαιον ῥυπαρὸν ἀπεδύσασθε σὺν ταῖς πρά-
C ξεσι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, καὶ τὰ φωτεινὰ τοῦ κυρίου ἱμάτια, οἷα ἐπὶ τῆς τοῦ ὄρους μεταμορφώσεως ἔδειξε, διὰ τῆς καθαρότητος τοῦ βίου περιεβάλεσθε, μᾶλλον δὲ οἱ αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μετὰ τῆς ἀγάπης, αὐτοῦ στολῆς ἐνδυσάμενοι, καὶ συμμορφωθέντες αὐτῷ πρὸς τὸ ἀπαθές τε καὶ θειότερον· ὑμεῖς ἀκούσατε τοῦ μυστηρίου τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων. ὑμεῖς ἐντὸς γίνεσθε τοῦ ἀκηράτου νυμφῶνος, λευχειμονοῦντες τοῖς καθαροῖς τε καὶ ἀμολύντοις νοήμασι. μή τις ἐμπαθῆ καὶ σαρκώδη
D λογισμὸν ἐπαγόμενος, καὶ μὴ ἔχων πρέπον τῷ θείῳ γάμῳ τὸ τῆς συνειδήσεως ἔνδυμα, συνδεθῇ τοῖς ἰδίοις νοήμασι, τὰς ἀκηράτους τοῦ νυμφίου τε καὶ τῆς νύμφης φωνὰς εἰς κτηνώδη καὶ ἄλογα καθέλκων πάθη, καὶ δι᾽ αὐτῶν ταῖς αἰσχραῖς ἐνδυθεὶς φαντασίαις ἔξω τῶν ἐν τῷ γάμῳ φαιδρυνομένων ἀποῤῥιφῇ, τὸν βρυγμὸν καὶ τὸ δάκρυον ἀντὶ τῆς ἐν παστάδι χαρᾶς ἀνταλλαξάμενος. Ταῦτα διαμαρτύρομαι μέλλων ἅπτεσθαι τῆς ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων μυστικῆς θεωρίας. διὰ γὰρ τῶν ἐνταῦθα γεγραμμένων, νυμφοστολεῖται τρόπον τινὰ ἡ ψυχὴ

πρὸς τὴν ἀσώματόν τε καὶ πνευματικὴν καὶ ἄϋλον τοῦ Θεοῦ συζυγίαν. ὁ γὰρ πάντας θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, τὸν τελειότατον ἐνταῦθα καὶ μακάριον τῆς σωτηρίας ὑποδείκνυσι τρόπον, τὸν διὰ τῆς ἀγάπης λέγω. ἔστι μὲν γὰρ καὶ διὰ φόβου τισὶ γινομένη ἡ σωτηρία, ὅταν πρὸς τὰς ἀπειλὰς τῆς ἐν τῇ γεέννῃ κολάσεως βλέποντες τοῦ κακοῦ χωριζόμεθα. εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ διὰ τὴν ἀποκειμένην τοῖς εὐσεβῶς βεβιωκόσι τὸν μισθὸν, ἐλπίδα τὴν ἀρετὴν κατορθοῦντες, οὐκ ἀγάπῃ τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἀμοιβῆς κατακτώμενοι. ὁ μέν τοι πρὸς τὸ τέλειον ἀναδραμὼν τῇ ψυχῇ, ἀπωθεῖται μὲν τὸν φόβον· ἀνδραποδώδης γάρ ἡ τοιαύτη διάθεσις, τῷ μὴ δι' ἀγάπης παραμένειν τῷ κυριεύοντι, ἀλλὰ τῷ τῶν μαστίγων φόβῳ μὴ δραπετεύειν· ὑπερορᾷ δὲ καὶ αὐτῶν τῶν μισθῶν, ὡς ἂν μὴ δοκοίη τὸν μισθὸν ποιεῖσθαι περιτιμότερον τοῦ δωρουμένου τὸ κέρδος, ἀγαπᾷ δὲ ἐξ ὅλης καρδίας τε καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως, οὐκ ἄλλο τι τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον ὅς ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἡ πηγή. ταύτην τοίνυν ὁ καλῶν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μετουσίαν, νομοθετεῖ ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς τὴν διάθεσιν. ὁ δὲ βεβαιῶν τὴν νομοθεσίαν ταύτην, ἔστι Σολομὼν· οὗ ἡ σοφία κατὰ τὴν θείαν μαρτυρίαν μέτρον οὐκ ἔχει, πᾶσιν ἐπίσης τοῖς τε προγεγονόσι καὶ τοῖς ἐσομένοις ἀσύγκριτος οὖσα καὶ ἀπαράθετος, ὃν ἔλαθε τῶν ὄντων οὐδέν. ἆρά με τοῦτον οἴει λέγειν τὸν ἐκ τῆς Βηρσαβεὲ Σολομῶντα, τὸν ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀνενέγκοντα τὴν χιλιόμβην, τὸν τῇ Σιδωνίᾳ συμβούλῳ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν χρησάμενον; ἄλλος Σολομὼν δι' αὐτοῦ σημαίνεται, ὃς καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ, τὸ κατὰ σάρκα γενόμενος, ᾧ ὄνομα εἰρήνη, ὁ ἀληθινὸς τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεὺς, ὁ οἰκοδόμος τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ· ὁ πάντων ἐμπεριειληφὼς τὴν γνῶσιν, οὗ ἄπειρος ἡ σοφία· μᾶλλον δὲ οὗ τὸ εἶναι σοφία ἐστὶ καὶ ἀλήθεια, καὶ πᾶν θεοπρεπές τε καὶ ὑψηλὸν ὄνομά τε καὶ νόημα. ἐκεῖνος ὀργάνῳ τῷ Σολομῶντι τούτῳ χρησάμενος, δι' ἐκείνου ἡμῖν διαλέγεται, πρότερον μὲν ἐν παροιμίαις, εἶτα ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ· καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ προκειμένῃ τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων φιλοσοφίᾳ, ὁδῷ καὶ τάξει τὴν πρὸς τὸ τέλειον ἄνοδον ὑποδεικνύων τῷ λόγῳ.

A ſponſa, ad incorpoream & ſpiritualem materiæque expertem Dei coniunctionem. Nam qui vult omnes eſſe ſaluos, & venire ad agnitionem veritatis, oſtendit hic perfectiſſimum & beatum modum ſalutis, cum dico qui fit per charitatem. (1. Tim. 2. 4) Nam nonnullis fit etiam ſalus per timorem, quando intuentes ad minas ſupplicij gehennæ, ſeparamur à malo. Sunt etiam aliqui, qui propter ſpem mercedis repoſitam iis qui piè vixerint, ſe rectè & ex virtute gerunt, non charitate bonum poſſidentes, ſed expectatione remunerationis. Sed qui a-
B nimo currit ad perfectionem, expellit quidem timorem: (eſt enim eiuſmodi ſeruilis affectio, propterea quòd non propter charitatem permaneat apud dominum, propter flagrorum autem metum non aufugiat:) deſpicit autem ipſas quoque mercedes, ne videatur mercedem pluris facere quàm eum qui donat lucrum. Diligit autem ex toto corde & anima & poteſtate, non aliquid aliud ex iis quæ ab ipſo fiunt, ſed eum ipſum qui eſt fons bonorum. Qui itaque nos vocat ad ſui participatio-
C nem, is hanc in auditorum animis ſtatuit affectionem. Qui autem hanc legem ſancit, is eſt Solomon, (Solomon.) cuius ſapientia, vt diuinum eſt teſtimonium, non habet menſuram, vt quæ ex æquo conferri non poſſit cum omnibus qui antea fuerunt & qui futuri ſunt: quem eorum quæ ſunt omnino nihil latet. Num me putas dicere Solomonem qui natus eſt (3. Reg. 4. & 7.) ex Berſabee, qui in monte obtulit mille boues, qui Sidoniæ mulieris conſilio vſus eſt ad peccatum? Sed per hunc alius ſignificatur Solomon, qui ipſe quoque natus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, cui nomen eſt pax,
D qui eſt verus rex Iſraël, qui eſt ædificator templi Dei, qui rerum omnium comprehendit cognitionem, cuius eſt infinita ſapientia, imo verò cuius eſſentia eſt ſapientia & veritas, & quodlibet Deo conueniens excelſúmque nomen & intelligentia. Is vſus hoc Solomone tanquam inſtrumento, per illum nobis loquitur, primum quidem in Prouerbiis, deinde in Eccleſiaſte, & poſtea in propoſita philoſophia Cantici Canticorum, via & ordine rationi oſtendens aſcenſum qui tendit ad perfectum.

Quomodo enim in vita quæ eſt ſecun-
dum carnem, non omnis ætas omnes
naturales complectitur operationes: ne-
que per ſimilia nobis procedit vita in
in ipſis ætatum differentiis. Nam nec
infans adultorum & perfectorum ag-
greditur opera: nec adultus ac perfe-
ctus geſtatur in vlnis nutricis: ſed in
vnoquoque tempore ætatis eſt aliquid
aliud congruens ac conueniens. Ita
etiam licet videre in anima proportio-
nem quandam ac conuenientiam cum
corporis ætatibus, per quas inuenitur
ordo & conſequentia, deducens homi-
nem ad vitam degendam ex virtute.
Quam ob cauſam aliter erudiunt Pro-
uerbia: & aliter diſſerit Eccleſiaſtes: &
quæ per Canticum Canticorum tradi-
tur philoſophia, vtramque ſuperat dog-
matum ſublimitate. Nam quæ per Pro-
uerbia datur doctrina, ad eum qui eſt
adhuc infans verba facit, conuenienter
Pro.1.8. ætati adaptans admonitionem. Audi,
inquit, fili, leges patris tui, & ne repel-
las inſtituta matris tuæ. Vides ex iis
quæ dicuntur, quàm ſit adhuc tenera
ætas animæ, quemadmodum non poſſit
ſe paſcere, & adhuc opus habeat ma-
ternis inſtitutis, & paterna admonitio-
ne. Et vt infans prompto & alacri ani-
ma attendat parentibus, pollicetur ex
diſciplinis ei ornamenta fore puerilia.
Eſt enim ornamentum puerile, torquis
aureus in collo reſplendens, & quæ iu-
cundis ex floribus corona nectitur.
Oportet autem omnino hæc intellige-
re, vt ſenſus ænigmatis deducat ad id
quod eſt melius. Sic ei incipit variam
ac multiplicem deſcribere ſapientiam,
& ineffabilis pulchritudinis interpre-
tari ſpeciem ac decorem: vt non aliqua
neceſſitate & metu, ſed cupiditate &
deſiderio excitetur ad bonorum parti-
cipationem. Nam deſcriptio pulchri-
tudinis attrahit omnem iuuenum cupi-
tatem ad id quod oſtenditur, accendens
deſiderium vt ſit particeps venuſtatis &
elegantiæ. Vt ergo ei magis augeatur
cupiditas à materiali traducta affectio-
ad materiæ expertem habitudinem, or-
nat laudibus ſapientię pulchritudinem.
Neque ſolum ornat verbis eius ſpeciem
& decorem, ſed etiam eius enumerat
diuitias: quarum euadet dominus qui
cum ea habitauerit. Conſiderantur au-
tem diuitiæ in iis quæ ab ipſa propo-

A καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς, οὐ πᾶσα
ἡλικία πάσας χωρεῖ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας· οὐ-
δὲ διὰ τῶν ὁμοίων ἡμῖν ἐν αὐταῖς ἡλικιῶν δια-
φοραῖς ὁ βίος περιέρχεται. οὔτε γὰρ τὸ νήπιον τὰ
τῶν τελείων ἔργα μετέρχεται, οὔτε ὁ τέλειος ἐν
ταῖς ἀγκάλαις τῆς τιθήνης ἀναλαμβάνεται· ἀλλ'
ἐν ἑκάστῳ καιρῷ τῆς ἡλικίας ἄλλο τι πρόσφορόν
ἐστι καὶ κατάλληλον. οὕτω ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἐν τῇ ψυχῇ
ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὰς σωματικὰς ἡλικίας,
δι' ὧν εὑρίσκεται τάξις τις καὶ ἀκολουθία, πρὸς τὸν
κατ' ἀρετὴν βίον χειραγωγοῦσα τὸν ἄνθρω-
πον. οὗ χάριν, ἄλλως ἡ παροιμία παιδεύει· καὶ
B ἄλλως ὁ Ἐκκλησιαστὴς διαλέγεται· καὶ ἡ διὰ
τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων φιλοσοφία, διὰ τῆς
ὑψηλοτέρων δογμάτων ἀμφοτέρων ὑπέρκειται. ἡ
γὰρ διὰ τῶν προοιμιῶν διδασκαλία, πρὸς τὸν
ἔτι νηπιάζοντα ποιεῖ τοὺς λόγους, καταλλήλως
τῇ ἡλικίᾳ τοὺς λόγους ἁρμόζουσα. ἄκουε, φη-
σίν, υἱὲ, νόμους πατρός σου, καὶ μὴ ἀπώσῃ θεσ-
μοὺς μητρός σου. ὁρᾷς ἐκ τῶν λεγομένων τὸ
ἁπαλὸν ἔτι τῆς κατὰ ψυχὴν ἡλικίας καὶ ἄπαστον,
ἔτι μητρῴων αὐτὸν θεσμῶν ἐπιδεᾶ βλέπει, καὶ
C πατρικῆς νουθεσίας. καὶ ὡς ἂν προθυμότερον
προσέχοι τοῖς γονεῦσι τὸ νήπιον, τοὺς παιδικοὺς
αὐτῷ κατεπαγγέλλεται κόσμους, ἐκ τῆς τὰ μα-
θήματα σπουδῆς προσγενήσεσθαι. παιδίων γὰρ
ἐστι κόσμος, χρύσεος μανιάκης τῷ τραχήλῳ
περιλαμπόμενος, καὶ ὁ ἐξ ἀνθέων τινῶν ἐπιχα-
ρίτων ἀναπλεκόμενος στέφανος. νοεῖν δὲ χρὴ ταῦ-
τα πάντως ὅπως ἂν ὁδηγήσῃ πρὸς τὸ κρεῖττον
ἡ τοῦ αἰνίγματος ἔννοια. καὶ οὕτως ὑπογράφειν
ἄρχεται τὴν σοφίαν αὐτῷ, ποικίλως τε καὶ πο-
λυειδῶς τοῦ ἀφράστου κάλλους διερμηνεύων τὴν
ὥραν· μὴ φόβῳ τινὶ καὶ ἀνάγκῃ, ἀλλὰ ἐπιθυ-
D μίᾳ καὶ πόθῳ πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν
διανιστῆναι. ἡ γὰρ τοῦ κάλλους ἐπιγραφὴ ἐπι-
σπᾶταί πως τὴν τῶν νέων ἐπιθυμίαν πρὸς τὸ
δεικνύμενον, πρὸς κοινωνίαν τῆς ὥρας τὸν πόθον
ἀναρριπίζουσα. ὡς ἂν οὖν μᾶλλον αὐτῷ τὸ ἐπι-
θυμητικὸν αὐξηθείη, μετατεθὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς
προσπαθείας πρὸς τὴν ἄυλον σχέσιν, ὡραΐζει
διὰ τῶν ἐγκωμίων τῆς σοφίας τὸ κάλλος. καὶ οὐ μό-
νον τὸ κάλλος τῆς ὥρας διὰ τῶν λόγων προδείκνυ-
σιν, ἀλλὰ καὶ τὸν πλοῦτον αὐτῆς ἀπαριθμεῖται· οὗ
κύριος πάντων ὁ συνοικήσας γενήσεται. ὁ δὲ πλοῦ-
τος τίνος ἐν τοῖς προκεισμήμασι αὐτῆς θεω-

ρίζεται. κόσμος μὲν γὰρ αὐτῇ περιδέξιος αἰῶνες ὅλοι, οὕτως εἰπόντος τοῦ λόγου, ὅτι μῆκος βίου καὶ ἔτη ζωῆς ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς. ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ, τὸν πολύτιμον τῶν ἀρετῶν περίκειται πλοῦτον τῇ λαμπηδόνι τῆς δόξης συνδιαλάμποντα. λέγει γὰρ, ὅτι ἐν τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς πλοῦτος καὶ δόξα. εἶτα καὶ τοῦ στόματος αὐτῆς λέγει τὴν εὔπνοιαν τοῦ καλοῦ τῆς δικαιοσύνης ἀρώματος ἀποπνέουσαν. λέγων, ἐκ τοῦ στόματος αὐτῆς ἐκπορεύεται δικαιοσύνη. τοῖς δὲ χείλεσιν αὐτῆς φησιν ἀντὶ τοῦ φυσικοῦ ἐρυθήματος τὸν νόμον ἐπανθεῖν καὶ τὸν ἔλεον. καὶ ὡς ἂν διὰ πάντων εὑρεθείη τῇ τοιαύτῃ νύμφῃ κάλλος ἐρανιζόμενον ἐπαινεῖται αὐτῆς καὶ τὸ βάδισμα. φησὶ γάρ· ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης περιπατεῖ. οὐ λείπει τοῖς ἐπαίνοις τῆς ὥρας οὐδὲ τὸ μέγεθος, ἴσα φυτῷ τινὶ τῶν εὐερνῶν τῆς αὐξήσεως ἀναδραμούσης. τὸ δὲ φυτὸν τοῦτο ᾧ τὸ ὕψος αὐτῆς προσεικάζεται. αὐτὸ, φησι, τὸ τῆς ζωῆς ξύλον ἐστὶν, ὃ τροφὴ μὲν γίνεται τοῖς ἀντεχομένοις, στύλος δὲ τοῖς ἐπερειδομένοις ἀσφαλής τε καὶ ἄσειστος, νοῶ δὲ * δι' ἀμφοτέρων τὸν κύριον. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ζωὴ καὶ τὸ ἔρεισμα. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως· ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, [καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν ὡς ἐπὶ κύριον ἀσφαλής.] συμπαραλαμβάνεται δὲ μετὰ τῶν λοιπῶν ἐγκωμίων αὐτῆς καὶ ἡ δύναμις, ὡς ἂν διὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν πληρωθείη τοῦ κάλλους τῆς σοφίας ὁ ἔπαινος. ὁ θεὸς γάρ, φησι, τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν. ἡτοίμασε δὲ τοὺς οὐρανοὺς ἐν φρονήσει, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων εἰς τὴν τῆς σοφίας ἄγει δύναμιν, διαποικίλλων αὐτὴν τοῖς ὀνόμασι, τὴν γὰρ αὐτὴν καὶ σοφίαν λέγει καὶ σύνεσιν, αἴσθησίν τε καὶ γνῶσιν καὶ σύνεσιν, καὶ τὰ τοιαῦτα. μετὰ δὲ ταῦτα νυμφοστολεῖν ἄρχεται τὸν νέον πρὸς τὴν τοιαύτην συνοίκησιν, ἤδη πρὸς τὸν θεῖον θάλαμον βλέπειν ἐγκελευόμενος. λέγει γάρ· ὅτι μὴ ἐγκαταλίπῃς αὐτὴν καὶ ἀνθέξεταί σου· ἐράσθητι αὐτῆς καὶ τηρήσει σε· περιχαράκωσον αὐτὴν καὶ ὑψώσει σε· τίμησον αὐτὴν ἵνα σε περιβάλῃ· ἵνα δῷ τῇ κορυφῇ στέφανον χαρίτων, στεφάνῳ δὲ τρυφῆς ὑπερασπίσῃ. ἐν τούτοις δὲ τοῖς στεφάνοις ἤδη τοῖς γαμικοῖς νύμφην κατακοσμήσασα, ἀχώριστον αὐτῆς εἶναι διακελεύεται, λέγων· ἡνίκα ἂν περιπατῇς ἐπάγου αὐτὴν, καὶ μετὰ σοῦ ἔστω· ὡς δ' ἂν καθεύδῃς φυλασσέτω σε,

A nuntur. Nam dexter quidem eſt ei ornatus vniuerſa ſæcula, cùm ita dicat ſcriptura, Longitudo vitæ & anni vitæ eſt in dextera eius. *Prou.3.16.* In ſiniſtra autem manu habet poſitas pretioſas virtutum diuitias, quæ ſimul reſplendent cum ſplendore gloriæ. Dicit enim: In ſiniſtra eius diuitiæ & gloria. Deinde oris quoque eius dicit redolentiam ſpirantem bonum odorem iuſtitiæ, dicens: Ex ore egreditur iuſtitia. In eius autem labris, pro rubore naturali legem florere dicit & miſericordiam. Et vt huius ſponſæ inueniatur omni ex parte perfecta pul-B chritudo, laudatur quoque eius inceſſus. Dicit enim: In viis iuſtitiæ ambulat. Eius quoque pulchritudinis laudibus nec deeſt quidem magnitudo, cum eius incrementum excurrerit tanquam planta aliqua bene germinans. Vt autem intelligas cui plantæ aſſimiletur eius altitudo, Ipſa, inquit, eſt lignum vitæ, quod eſt quidem nutrimentum iis qui eam apprehendunt: iis autem qui innituntur columna, firma ac ſtabilis, & quæ non poteſt labefieri. Per vtrumque autem intelligo Dominum.

C Ipſe enim eſt vita & fulcrum ac firmamentum. Ita autem habet dictionis contextus, Lignum eſt vitæ omnibus *Prou.3.18.* qui apprehendunt eam. Comprehenditur autem cum cæteris eius quoque laudibus potentia, vt per omnia bona impleatur laus pulchritudinis ſapientiæ. Deus enim, inquit, ſapientia fundauit terram. Parauit cœlos in prudentia, & vnumquodque eorum quæ conſiderantur in creatione, deducit ad vim ſapientię, eam ornans variis nominibus: eandem enim ait eſſe & ſapientiam & intelligentiam, ſenſum & cognitionem

D & prudentiam, & quæ ſunt huiuſmodi. Poſt hæc autem incipit tanquam paranymphus deducere iuuenem ad eiuſmodi cohabitationem, ad diuinum thalamum iam iubens intueri. Dicit enim: Ne dimittas eam, & retinebit te: dilige *Prou.4.6.* eam, & cuſtodiet te: circumualla eam, & te in altum euehet: honora eam vt te ampleſtatur: vt det tuo capiti coronam gratiarum, corona autem delitiarum te proteget. Cum his nuptialibus coronis eam iam tanquam ſponſam ornaſſet, iubet ab ea nunquam ſeparari, dicens: Quando ambulas, duc eam, & *Prou.6.22.* ſit tecum. cùm dormies, te cuſtodiat,

vt tecum experrecto colloquatur. Cùm per hæc & quæ ſunt eiuſmodi, eius qui eſt adhuc iuuenis ſecundum interiorem hominem, inflammaſſet cupiditatem, & illam ipſam ſua narrantem oratione oſtendiſſet, per quæ maximè attrahit dilectionis auditorum habitudinem, hoc cum aliis dicens, Ego diligentes me diligo. *Prou. 8. 17.* Spes enim qua ſperatur fore vt redametur, amatorem ardentiori afficit deſiderio: & cum his reliqua adduxiſſet conſilia, in quibuſdam dictis enuntiatoriis & minimè circumſcriptis, & cum ad habitum deduxiſſet perfectiorem, & deinde in fine prouerbiorum pronunciaſſet eſſe beatam hanc coniunctionem, quando mulieris illius fortis perſecutus eſt encomia, tunc adiungit illam quæ eſt in Eccleſiaſte philoſophiam, vt qui per prouerbialem inſtitutionem ſatis introduxiſſet ad deſiderium virtutum: & cùm in eo libro reprehendiſſet hominum ad id quod apparet habitudinem, & vanum eſſe dixiſſet quicquid eſt inſtabile & tranſiens, dicens, Quicquid venit eſt vanitas: cuilibet quod ſenſu comprehenditur, præfert naturalem animæ noſtræ motionem ad pulchritudinem quę non cadit ſub aſpectum. Et cùm ſic cor expurgaſſet ab habitudine quæ eſt ad id quod apparet, tunc per Canticum Canticorum myſticè introduxit cogitationem ad diuina adita: in quibus id quidem quod inſcribitur, eſt apparatus nuptialis: id autem quod intelligitur, eſt humanæ animæ cum Deo contemperatio. Propterea is eſt ſponſus qui in prouerbiis nominatur filius, & ſapientia locum tenet ſponſæ, vt Deo homo deſponſetur caſta virgo, & Deo agglutinatus fiat vnus ſpiritus, per contemperationem cum eo quod eſt ab interitu alienum & impatibile, de graui carne effectus pura intelligentia. Cùm ergo ſit quæ loquitur ſapientia, dilige quantum potes ex toto corde & totis viribus, concupiſce quantum potes capere. Addo autem audacter his quoque verbis, Ama. Neque enim reprehenſioni eſt affinis, & eſt impatibilis in incorporeis hæc affectio, vt ſapientia dicit in prouerbiis, de amore diuinæ pulchritudinis legem ferens. Sed ſimilia quoque præcepit liber nunc propoſitus, non de hoc nudum ſolummodo afferens conſilium:

A ἵνα ἐγρηγορότι συλλαλῇ σοι. Διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τοῦ νεάζοντος ἔτι κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸ ἐπιθυμητικὸν ἀναφλέξας, καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὰ περὶ ἑαυτῆς διηγουμένην ὑποδείξας τῷ λόγῳ, δι' ὧν μάλιστα τὴν ἀγαπητικὴν σχέσιν τῶν ἀκουόντων ἐφέλκεται, τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων εἰποῦσα, ὅτι ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ. Ἡ γὰρ ἐλπὶς τοῦ ἀνταγαπηθῆναι σφοδρότερον εἰς ἐπιθυμίαν τὸν ἐραστὴν διατίθησι· καὶ μετὰ τὰς λοιπὰς ἐπάγων συμβουλίας ἐν ἀποφαντικοῖς τισι καὶ ἀπεριγράπτοις τοῖς ἀποφθέγμασι, καὶ εἰς τελειοτέραν ἕξιν αὐτὸν ἀγαγών, εἶτα πρὸς τοῖς τελευταίοις τῶν παροιμιῶν μακαρίσας ταύτην B τὴν ἀγαθὴν συζυγίαν, ἐν οἷς διεξῆλθε τὰ τῆς ἀνδρείας γυναικὸς ἐκείνης ἐγκώμια, τότε προστίθησι τὴν ἐν τῷ ἐκκλησιαστῇ φιλοσοφίαν, τῷ ἱκανῶς διὰ τῆς παροιμιώδους ἀγωγῆς εἰσηγησαμένῳ εἰς τὴν τῶν ἀρετῶν ἐπιθυμίαν· καὶ διαβαλὼν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὴν περὶ τὰ φαινόμενα τῶν ἀνθρώπων σχέσιν, καὶ μάταιον εἰπὼν εἶναι πᾶν τὸ ἄστατόν τε καὶ παρερχόμενον, ἐν οἷς φησιν, ὅτι πᾶν τὸ ἐρχόμενον ματαιότης· ὑπερτίθησι παντὸς τοῦ δι' αἰσθήσεως καταλαμβανομένου τὴν ἐπιφυτικὴν τῆς ψυχῆς ἡμῶν κίνησιν ἐπὶ τὸ ἀόρατον κάλλος· καὶ οὕτως ἐκκαθάρας τὴν C καρδίαν τῆς περὶ τὰ φαινόμενα σχέσεως, τότε διὰ τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων ἐντὸς τῶν θείων ἀδύτων μυσταγωγεῖ τὴν διάνοιαν· ἐν οἷς τὸ μὲν ὑπογραφόμενον, ἐπιθαλάμιός τίς ἐστι διασκευή, τὸ δὲ νοούμενον τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἐστὶν ἀνάκρασις. Διὰ τοῦτο νυμφίος ὁ ἐν ταῖς παροιμίαις ὀνομάζεται υἱός, καὶ ἡ σοφία εἰς νύμφης τάξιν ἀντιμεθίσταται, ἵνα μνηστευθῇ τῷ Θεῷ ὁ ἄνθρωπος ἁγνὴ παρθένος, καὶ κολληθεὶς τῷ κυρίῳ γένηται πνεῦμα ἕν, διὰ τῆς πρὸς D τὸ ἀκήρατόν τι καὶ ἀπαθὲς ἀνακράσεως νόημα καθαρὸν ἀντὶ σαρκὸς βαρείας γινόμενον. Ἐπεὶ τοίνυν σοφία ἐστὶν ἡ λαλοῦσα, ἀγάπησον ὅσον δύνασαι ἐξ ὅλης καρδίας τε καὶ δυνάμεως, ἐπιθύμησον ὅσον χωρεῖς. Προστίθημι δὲ θαρρῶν τοῖς ῥήμασι τούτοις, καὶ τό, ἐράσθητι. ἀνέγκλητον γὰρ τοῦτο καὶ ἀπαθὲς ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων τὸ πάθος, καθὼς φησὶν ἡ σοφία ἐν ταῖς παροιμίαις, τοῦ θείου κάλλους νομοθετοῦσα τὸν ἔρωτα. Ἀλλὰ καὶ ὁ νῦν προκείμενος λόγος τὰ ἴσα διακελεύεται, οὐ γυμνὴν τὴν περὶ τούτου συμβουλὴν προσάγων.

ἀλλὰ δι' ἀπορρήτων φιλοσοφεῖ, τοῖς νοήμασιν εἰκόνα τινὰ τῶν κατὰ τὸν βίον ἡδίων εἰς τὴν τῶν δογμάτων τούτων κατασκευὴν προστησάμενος. ἡ δὲ εἰκὼν γαμική τίς ἐστι κατασκευή, ἐν ᾗ κάλλους ἐπιθυμία μεσιτεύει τῷ πόθῳ, οὐ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην συνήθειαν τοῦ νυμφίου τῆς ἐπιθυμίας κατάρξαντος, ἀλλὰ προλαμβάνει τὸν νυμφίον ἡ παρθένος ἀνεπαισχύντως τὸν πόθον δημοσιεύουσα, καὶ εὐχὴν ποιουμένη τοῦ νυμφικοῦ ποτε κατατρυφῆσαι φιλήματος. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ τῆς παρθένου προμνήστορες, πατριάρχαι τε, καὶ προφῆται, καὶ νομοθέται προσήγαγον τῇ μεμνηστευμένῃ τὰ θεῖα χαρίσματα, ἅπερ ἕδνα κατὰ τὴν συνήθειαν, τὰ πρὸ τοῦ γάμου δῶρα οὕτω κατονομάζουσα. ταῦτα δέ ἐστιν ἄφεσις παραπτωμάτων, ἀμνηστεία κακῶν, ἁμαρτίας ἀναίρεσις, μεταστοιχείωσις φύσεως, τοῦ φθαρτοῦ πρὸς τὸ ἄφθαρτον μεταποίησις, παραδείσου τρυφή, βασιλείας ἀξίωμα, εὐφροσύνη τέλος οὐκ ἔχουσα. ταῦτα τοίνυν ἡ παρθένος δεξαμένη τὰ θεῖα δωρήματα παρὰ τῶν καλῶν ἑδνοφόρων, τῶν διὰ τῆς προφητικῆς διδασκαλίας αὐτῇ προσαγαγόντων τὰ δῶρα, καὶ ὁμολογεῖ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ ἐπισπεύδει τὴν χάριν, ἤδη τῆς ὥρας τοῦ ποθουμένου κατατρυφῆσαι σπουδάζουσα. ἀκροῶνται αὐτῆς συνήθεις τινὲς καὶ ὁμήλικες πρὸς μείζονα τὴν νυμφικὴν ἐπιθυμίαν διερεθίζουσαι. παραγίνεται δὲ καὶ ὁ νυμφίος, φίλων αὐτῷ τινῶν καὶ καταθυμίων χορὸν ἐπαγόμενος. οὗτοι δ' ἂν εἴσιν τὰ λειτουργικὰ πνεύματα, δι' ὧν οἱ ἄνθρωποι σώζονται, ἢ οἱ προφῆται οἱ ἅγιοι, οἱ τῆς φωνῆς τοῦ νυμφίου ἀκούσαντες, χαίρουσί τε καὶ ἀγάλλονται τῆς ἀκηράτου συζυγίας ἁρμοζομένης, δι' ἧς ἡ κολλωμένη τῷ κυρίῳ ψυχή, ἓν πνεῦμα γίνεται, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος.

Πάλιν τοίνυν ἐν τοῖς προοιμίοις ἐπαναλήψομαι τὸν λόγον· μή τις ἐμπαθὴς καὶ σαρκώδης, ἔτι τὴν νεκρὰν τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου δυσωδίαν ἀπόζων, πρὸς τὰς κτηνώδεις ἀλογίας κατασυρέτω τὰς τῶν θεοπνεύστων νοημάτων τε καὶ ῥημάτων ἐμφάσεις· ἀλλ' ἐκβὰς ἕκαστος αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ ἔξω τοῦ ὑλικοῦ κόσμου γενόμενος, καὶ ἐπανελθὼν τρόπον τινὰ δι' ἀπαθείας εἰς τὸν παράδεισον, καὶ διὰ καθαρότητος ὁμοιωθεὶς τῷ Θεῷ· οὕτως ἐπὶ τὸ ἄδυτον τῶν προφαινομένων ἡμῖν διὰ τοῦ βιβλίου τούτου μυστηρίων χωρείτω. εἰ δέ τισιν ἀπαρασκεύαστός ἐστιν ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τοιαύτην ἀκρόασιν,

A ſed per arcana philoſophatur, iis quæ intelliguntur, coniecturam faciens cuiuſdam imaginis eorum quæ iucunda ſunt in vita, ad conſtituenda dogmata. Imago autem eſt quidam apparatus nuptialis, in quo intercedit deſiderium pulchritudinis, non humano more ſponſo incipiente teneri deſiderio, ſed ſponſum virgo præuenit ſine rubore, ſuum in publicum proferens deſiderium, & in votis habens vt in oſculando ſponſo aliquando ſe oblectet. Nam quoniam boni ſponſi pronubi, Patriarchæ, & Prophetæ, & legiſlatores, diuina dona

B ſponſæ attulerunt, quæ Græci ſolent vocare ἕδνα, ita nominantes donationes ante nuptias. hæc autem ſunt remiſſio delictorum, obliuio malorum, peccati ablatio, naturæ transformatio, eius in quod cadit interitus, in id in quod non cadit, tranſmutatio, deliciæ paradiſi, regni dignitas, lætitia quæ fine caret. Cùm hæc ergo diuina dona virgo accepiſſet à præclaris paranymphis, & fatetur deſiderium, & feſtinat frui gratia pulchritudinis eius quem deſiderat. Eam auſcultant quædã ei familiares &

C ætate pares, ſponſam incitantes ad maius deſiderium. Accedit etiam ſponſus adducens chorum quorumdam amicorum & eidem gratorum. Ij ſunt autem adminiſtratorij ſpiritus, per quos ſeruantur homines, aut ſancti Prophetæ, qui ſponſi voce audita, lætantur & exultent ob puram & ab interitu alienam quæ conſummatur coniunctionem, per quam anima Deo coniuncta fit vnus ſpiritus, ſicut dicit Apoſtolus. *Epheſ. 44.*

Rurſus itaque in prouerbiis repetam orationem: Nemo ergo perturbationibus animi obnoxius & carna-

D lis, veteris hominis mortuum adhuc olens fœtorem, ad beluinas trahat ineptias diuinitùs inſpiratarum ſententiarum ac verborum ſignificationes: ſed vnuſquiſque ipſe à ſeipſo excedens, cùm fuerit extra mundum materialem, & per impatibilitatem quodammodo redierit in paradiſum, & per puritatem Deo ſimilis euaſerit, ita procedat ad aditum myſteriõrum, quæ in hoc apparent libro. Quòd ſi ad hac audienda ſit aliquibus imparatus animus,

audiat Moſem lege cauentem, ne ad montem ſpiritualem audeamus aſcendere, priuſquam cordium noſtrorum lauerimus veſtimenta, & conuenientibus cogitationum aſperſionibus animas expiauerimus. Quamobrem nunc, dum in hac aſſidemus contemplatione, exiſtimo oportere nuptialium obliuiſci cogitationum, conuenienter præcepto Moſis, qui lege cauit, vt qui initiarētur myſteriis, puri eſſent à nuptiis: & in omnibus ſuſcipere præcepta legiſlatoris eos qui ſunt proceſſuri ad ſpiritualem montem legis, in quo fœmininum genus cogitationum, cum apparatu materiali relinquitur in vita inferiori. Quæuis autem rationis expers mentis conceptio, ſi in hoc monte viſa fuerit, rigidioribus cogitationibus, veluti quibuſdam lapidibus, occidetur. Nam ſic quidem vix audierimus vocem huius tubæ, quę magnum & valde mirandum edit ſonitum, & ſupra vires eorū qui ſuſcipiunt, quam emittit ipſa caligo obſcuritatis in qua eſt Deus, qui igne comburit quicquid eſt in hoc monte particeps materiæ. Iam ergo ingrediamur ſanctum ſanctorum, quod quidē eſt Canticum Canticorum. Quomodo enim in ſancto ſanctorum docemur quandam abundantiam & intenſionem ſanctitatis per hanc vocem ſuperlatiuam: ita etiam per Canticum Canticorum, myſteria myſteriorum nos docere profitetur ſublimis oratio. Nam cùm multa ſint ſecundū diuinitùs inſpiratā doctrinā Cantica, per quę à magno Dauid, & Eſaia & Moſe, & multis aliis, docemur magnas de Deo intelligentias: hoc diſcimus ab hac inſcriptione, quòd quantū à Canticis externæ ſapientiæ diſtant ſanctorū Cantica, tantum ſuperat Canticorum ſanctorū myſterium quod eſt in Cantico Canticorum. Quo quid amplius ad mentis comprehenſionem, nec inuenire, nec capere poteſt auris humana, nec natura. Et hac de cauſa, id quod eſt vehementiſſimum eorum quæ ex voluptate fiunt, amatoriam, inquam, affectionem ad dogmatum explicationem ænigmaticè protulit: vt per hoc diſcamus, quòd oportet animam oculos defigentem ad diuinæ naturæ pulchritudinem, ad quam non patet acceſſus, tantum illam amare, quantam habet corpus habitudinem ad id quod eſt ei cognatum & eiuſdem generis, traducta animi perturbatione ad impatibilitatē,

A ἀκουσάτω τοῦ Μωσέως νομοθετοῦντος, μὴ κα-
τατολμῆσαι τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ πνευματικὸν ἀνά-
βασιν, πρὶν πλῦναι τῶν καρδιῶν ἡμῶν τὰ ἱμά-
τια, καὶ τοῖς καθήκουσι τῶν λογισμῶν περιρραν-
τηρίοις τὰς ψυχὰς ἀφαγνίσασθαι. ὥστε νῦν ἐν ᾧ
χρόνῳ προσεδρεύομεν τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ, λήθην
τῶν γαμικῶν νοημάτων ποιήσασθαι, κατὰ τὸ παράγγελ-
μα τοῦ Μωϋσέως, τοῦ καθαρεύειν ἀπὸ τῶν γάμων
τοὺς μυσταγωγουμένους νομοθετήσαντος· καὶ διὰ
πάντων ἀναλαβεῖν οἶμαι δεῖν ἡμᾶς τὰ τοῦ νο-
μοθέτου προστάγματα, μέλλοντας προσβαίνειν
τῷ πνευματικῷ τῷ τῆς θεογνωσίας ὄρει, ἐν ᾧ τὸ
B θῆλυ γένος τῶν λογισμῶν μετὰ τῆς ὑλικῆς ἀπο-
σκευῆς τῷ κάτω καταλείπεται βίῳ. πᾶν δὲ
ἄλογον νόημα, εἰ περὶ τὸ τοιοῦτον ὄρος ὀφθείη,
τοῖς στερροτέροις λογισμοῖς, οἷόν τισι λίθοις κα-
ταφονεύεται. μόλις γὰρ ἂν οὕτω χωρήσαιμεν τὴν
φωνὴν τῆς σάλπιγγος ταύτης, μεγάλην τε καὶ ἐξαί-
σιον, καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν τῶν δεχομένων ἠχού-
σης, ἣν αὐτὸς ὁ γνόφος τῆς ἀσαφείας προΐεται,
ἐν ᾧ ἐστιν ὁ Θεός, ὃ τὸ ὑλικὸν ἅπαν ἐπὶ τοῦ
τοιούτου ὄρους τῷ πυρὶ καταφλέγει. ἤδη τοίνυν
C ἐντὸς τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων γινώμεθα, ὅπερ ἐστὶ τὸ
ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. ὡς γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ τῶν ἁγίων
πλεονασμόν τινα καὶ ἐπίτασιν τῆς ἁγιότητος διὰ
τῆς ὑπερθετικῆς ταύτης φωνῆς διδασκόμεθα·
οὕτω καὶ διὰ τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων, μυστηρίων
μυστήρια διδάσκειν ἡμᾶς ὁ ὑψηλὸς λόγος κα-
ταπαγγέλλεται. πολλῶν γὰρ ὄντων, κατὰ τὴν θεόπνευ-
στον διδασκαλίαν τῶν ᾀσμάτων, δι' ὧν τὰ μεγάλα
νοήματα διδασκόμεθα περὶ Θεοῦ, παρά τε τοῦ
μεγάλου Δαβίδ, καὶ Ἠσαΐου, καὶ Μωϋσέως, καὶ ἄλ-
λων πολλῶν· τοῦτο παρὰ τῆς ἐπιγραφῆς ταύτης
μανθάνομεν, ὅτι ὅσον ἀπέχει τῶν τῆς ἔξω σοφίας
D ᾀσμάτων τῶν ἁγίων ᾄσματα, τοσοῦτον ὑπέρκειται
τῶν ἁγίων ᾀσμάτων τὸ ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων
μυστήριον. οὗ τὸ πλέον εἰς κατανόησιν, οὔτε εὑρεῖν,
οὔτε χωρῆσαι ἡ ἀνθρωπίνη δύναται ἀκοὴ καὶ φύ-
σις. καὶ τούτου χάριν τὸ σφοδρότατον τῶν καθ' ἡδο-
νὴν ἐνεργουμένων· λέγω δὴ τὸ ἐρωτικὸν πάθος· τῇ
τῶν δογμάτων ὑφηγήσεως αἰνιγματωδῶς προεστή-
σατο· ἵνα διὰ τούτου μάθωμεν, ὅτι χρὴ τὴν ψυ-
χὴν πρὸς τὸ ἀπρόσιτον τῆς θείας φύσεως κάλ-
λος ἐνατενίζουσαν, τοσοῦτον ἐρᾶν ἐκείνου, ὅσον ἔχει
τὸ σῶμα τὴν σχέσιν, πρὸς τὸ συγγενὲς καὶ ὁ-
μόφυλον μετασκευάσασθαι εἰς ἀπάθειαν τὸ πάθος.
ὥστε

ὥστε πάσης κατασβεσθείσης σωματικῆς διαθέσεως, μόνῳ τῷ πνεύματι ζέειν ἐρωτικῶς ἐν ἡμῖν τὴν διάνοιαν, διὰ τοῦ πυρὸς ἐκείνου θερμαινομένην, ὃ βάλλειν ἐπὶ τὴν γῆν ἦλθεν ὁ κύριος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπως χρὴ διακεῖσθαι τὴν ψυχὴν τῶν μυστικῶν ῥημάτων ἀκουόντων, ἱκανῶς ἔχειν φημί· καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ αὐτὰς τὰς θείας τοῦ ἄσματος τῶν ᾀσμάτων φωνὰς ἤδη προσαχθῆναι τῇ θεωρίᾳ τοῦ λόγου. καὶ πρότερόν γε τὴν τῆς γραφῆς κατανοήσωμεν δύναμιν. οὐ γὰρ ἀργῶς μοι δοκεῖ τῷ Σολομῶντι τὸ βιβλίον ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς ἀνατεθεῖσθαι· ἀλλ' ὥστε γενέσθαι διάνοιαν τοῖς ἐντυγχάνουσι, τοῦ μεγά τι καὶ θεῖον ἐν τοῖς λεγομένοις προσδέχεσθαι. ἐπειδὴ γὰρ ἀναμφίβλητόν ἐστι παρ' ἑκάστῳ, διὰ τῆς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐπὶ τῇ σοφίᾳ τὸ θαῦμα, τούτου χάριν εὐθὺς ἐκ προοιμίων ἡ τοῦ ὀνόματος μνήμη παραλαμβάνεται· ὥστε τι μέγα καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ δόξης ἐπάξιον ἐλπισθῆναι διὰ τοῦ βιβλίου τούτου τοῖς ἐντυγχάνουσιν. ὥσπερ δὲ κατὰ τὴν γραφικὴν ἐπιστήμην ὕλη μέν τίς ἐστι πάντως ἐν διαφόροις βαφαῖς ἡ συμπληροῦσα τοῦ ζώου τὴν μίμησιν· ὁ δὲ πρὸς τὴν εἰκόνα βλέπων, τὴν ἐκ τῆς τέχνης διὰ τῶν χρωμάτων συμπληρωθεῖσαν, οὐ ταῖς ἐπιχρωσθείσαις τῷ πίνακι βαφαῖς ἐμφιλοχωρεῖ τῷ θεάματι· ἀλλὰ πρὸς τὸ εἶδος βλέπει μόνον, ὃ διὰ τῶν χρωμάτων ὁ τεχνίτης ἀνέδειξεν· οὕτω προσήκει καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης γραφῆς, μὴ πρὸς τὴν ὕλην τὴν ἐν τοῖς ῥήμασι χρωμάτων βλέπειν· ἀλλὰ καθάπερ τι βασιλείας εἶδος ἐν αὐτοῖς καθορᾶν τὸ διὰ τῶν καθαρῶν νοημάτων διατυπούμενον. λευκὸν γὰρ, ὠχρὸν, ἢ μέλαν, ἢ ἐρυθρὸν, ἢ κυάνεον, ἢ ἄλλο τι χρῶμά ἐστι τὰ ῥήματα ταῦτα κατὰ τὰς προχείρους ἐμφάσεις, στόμα, καὶ φίλημα, καὶ μύρον, καὶ οἶνος, κατὰ τῶν μελῶν ὀνόματα, καὶ κλίνη, καὶ νεάνιδες, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἡ δὲ διὰ τούτων ἀποτελουμένη μορφὴ, μακαριότης ἐστὶ καὶ ἀπάθεια, καὶ ἡ πρὸς τὸ θεῖον συνάφεια, καὶ ἡ τῶν κακῶν ἀλλοτρίωσις, καὶ ἡ πρὸς τὸ ὄντως καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἐξομοίωσις. ταῦτά ἐστι τὰ νοήματα τὰ μαρτυροῦντα τῷ Σολομῶντι τὴν σοφίαν ἐκείνην τὴν ὑπερβαίνουσαν τοὺς ὅρους τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας. τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτου παραδοξότερον, ἢ τὸ αὐτὴν ποιῆσαι τὴν φύσιν τῶν ἰδίων παθημάτων καθάρσιον, διὰ τῶν νομιζομένων ἐμπαθῶν ῥημάτων τὴν ἀπάθειαν νομοθετοῦσαν καὶ παιδεύουσαν. οὐ γὰρ λέγει τὸ, δεῖν ἔξω τῶν τῆς σαρκὸς γενέσθαι παθητικῶν κινημάτων,

A adeo vt extincta omni corporali affectione, ſolo ſpiritu amatoriè in nobis mens ferueat, per illũ ignem calefacta, ad quẽ iaciendum ſuper terrã venit Domin⁹. Sed hæc quidẽ ſatis eſſe opinor, ad oſtendendũ, quemadmodũ affectam oporteat eſſe animã eorum qui verba myſticè audiunt: tempus autẽ fuerit, ipſas quoque diuinas voces Cantici Canticorum, iam deducere ad orationis cõtemplationem. Et primum quidẽ conſideremus vim inſcriptionis, Neq; enim mihi videtur otioſa inſcriptione liber eſſe adſcriptus Solomoni: ſed vt qui legerent,

B cogitarent quòd magnũ quidpiã & diuinum in iis quæ dicũtur, contineatur. Nam quoniã apud vnumquẽque, eſt per ipſum, quod ipſe de ſe tulit, teſtimoniũ inſignis eius ob ſapientiã admiratio: ea de cauſa ſtatim à proœmio nominis aſſumitur mẽtio: vt iis qui legunt, magnũ quidpiã, & quæ de eo habetur opinione dignũ, per hunc librũ ſperetur. Quomodo autẽ in ſcientia picturæ quædã eſt omnino materia in diuerſis colorib⁹, quæ animalis cõplet imitationẽ: qui autem aſpicit ad imaginẽ, quæ per colores arte

C eſt abſoluta, in ea contẽplanda non immoratur in coloribus illitis tabulæ: ſed intuetur ad ſolam formã quã coloribus affecit artifex: Ita etiã conuenit in præſenti ſcriptura, nõ intueri ad materiã colorũ quæ eſt in verbis: ſed aſpicere veluti ad quandã Regis formam, quæ in iis exprimitur per puras mentis cõceptiones. Album enim, aut fuluũ, aut nigrum, aut rubrum, aut cæruleum, aut aliquis alius color, ſunt hæc verba, ſi ſpectentur quæ in promptu ſunt ſignificationes, nempe os, & oſculum, & vnguentũ, & vinum, & nomina mẽbrorum, & lectulus, & ado-

aſſimilatur equis qui Ægyptias perdit copias, ea quæ per curſum virtutis Deo appropinquauit. Ita enim ei dicit Verbum: *Equis meis in curribus Pharaonis aſſimilaui te, propinqua mea.* Multas autem eáſque magnas laudes ſimul verbum complectitur: & eſt quidam laudum catalogus quæ his equis facta fuit aſſimilatio. Quæcumq; enim de Iſraële commemorantur in regione Ægyptiorum, ſeruitus, paleæ, lutum, lateres, vniuerſa circa terram occupatio & afflictio, duri eorum operum præfecti, qui quotidie ab eis luteum exigebant tributum, propter quos aqua fit ſanguis, & lux obſcuratur, & ranæ ſerpunt in domos, & è camino puluis facit puſtulas enaſci è corporibus: &, vt ſemel dicam omnia, locuſta, cyniphes, bruchus, grando, quæ acciderũt primogenitis: hæc omnia, & quæcumque melius perſequitur hiſtoria, per quæ acquiritur ſalus Iſraëlitis, eſt laudum argumentum animæ quæ Deo coniungitur. Non enim eſſet aſſimilata illi exercitui qui malos perdit Ægyptios, per quem à mala tyrannide liberatur Iſraël, niſi ea omnia rectè geſta eſſent, quæ & Ægyptum perdunt, & parant iter ad Deum, eorum qui à limo Ægyptio migrant ad terram promiſſionis. Igitur quandoquidem, ſicut dicit diuinus Apoſtolus, omnia ſcripta ſunt ad noſtram admonitionem, quæ diuinitùs inſpirata continet ſcriptura: nihil aliud nobis conſulit Verbum per ea quæ dicta ſunt ſponſæ, quàm quòd nos oportet ſupra nos ſuſcepto Verbo vectore, & deuictis equis Ægyptiis, cum ipſis curribus & aſcenſoribus, & omnibus improbis copiis ſuffocatis, ita aſſimilari illis copiis, tanquã equitatum quendam eos, qui aduerſarium exercitum in aquam demerſerunt. Vt autem apertius intelligamus quod dicitur, id eſt eiuſmodi. Fieri non poteſt vt aſſimiletur quiſquam equis, per quos in profundum ſunt demerſi currus Ægyptiorum, niſi per aquam myſticam liberatus à ſeruitute aduerſarij, omni ſenſu Ægyptiaco, & omni externo vitio & peccato in aqua relicto, purè emergat, Ægyptiacæ conſciẽtiæ nihil ſecum adducens in vitam poſtea futuram.

Rom. 15.

A τῇ καθαιρετικῇ τῆς Αἰγυπτιακῆς δυνάμεως ἵππῳ παρεικάζεται, ἡ διὰ τοῦ δρόμου τῆς ἀρετῆς τῷ Θεῷ πλησιάσασα. οὕτω γάρ φησι πρὸς αὐτὴν ὁ λόγος· ὅτι τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε ἡ πλησίον μου. πολλοὺς δὲ καὶ μεγάλους ἐπαίνους ὁ λόγος ἐν ἑαυτῷ περιείληφε· καί τις κατορθωμάτων κατάλογός ἐστιν, ἡ πρὸς τὴν ἵππον ταύτην ὁμοίωσις. ὅσα γὰρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐν τῇ παροικίᾳ τῶν Αἰγυπτίων μνημονεύεται, ἡ δουλεία, ἡ καλάμη, ὁ πηλὸς, ἡ πλινθεία, πᾶσα ἡ περὶ τὴν γῆν ἀσχολία, οἱ χαλεποὶ τῶν τοιούτων ἔργων ἐπιστάται, οἱ τὸν πήλινον αὐ- B τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαιτοῦντες φόρον, δι' οὓς τὸ ὕδωρ αἷμα γίνεται, καὶ τὸ φῶς σκοτίζεται, καὶ βάτραχοι τοῖς οἴκοις εἰσέρπουσι, καὶ ἡ καμιναία κόνις τὰς φλυκτίδας ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀναζέειν ποιεῖ, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα, ἡ ἀκρὶς, οἱ σκνίπες, ὁ βροῦχος, ἡ χάλαζα, τῶν πρωτοτόκων τὰ πάθη. ταῦτα πάντα καὶ ὅσα πρὸς τὸ κρεῖττον ἡ ἱστορία διέξεισι, δι' ὧν γίνεται τοῖς Ἰσραηλίταις ἡ σωτηρία, ἐπαίνων ἐστὶν ὑπόθεσις τῇ τῷ Θεῷ συναπτομένῃ ψυχῇ. οὐ γὰρ ἂν ὡμοιώθη τῇ δυνάμει ἐκείνῃ, τῇ καθαιρετικῇ τῶν Αἰγυπτίων κα- C κῶν, δι' ἧς ἐλευθεροῦται ὁ Ἰσραὴλ τῆς πονηρᾶς τυραννίδος, εἰ μὴ ταῦτα πάντα καὶ ταύτῃ κατώρθωτο, τά τε καθαιρετικὰ τῆς Αἰγύπτου, καὶ τὰ παρασκευαστικὰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν πορείας, τῶν μετοικιζομένων πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας ἰλύος. οὐκοῦν ἐπειδὴ, καθώς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, πάντα πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν ἀναγέγραπται, ὅσα ἡ θεόπνευστος περιέχει γραφή· οὐδὲν ἄλλο ἢ συμβουλεύει διὰ τῶν πρὸς τὴν νύμφην εἰρημένων ὁ λόγος ἡμῖν, ὅτι χρὴ καὶ ἡμᾶς ἐπόχους δεξαμένους ἐφ' ἑαυ- D τῶν τὸν λόγον, καὶ καταγωνισαμένους τὴν Αἰγυπτίαν ἵππον αὐτοῖς ἅρμασι καὶ ἀναβάταις, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν πονηρὰν δυναστείαν τῷ ὕδατι καταποντίσαντας, οὕτως ὁμοιωθῆναι τῇ δυνάμει ἐκείνῃ, καθάπερ τινὰ ἵππον τῶν ἀντικειμένων στρατιὰν ἐναφέντας τῷ ὕδατι. ὡς δ' ἂν σαφέστερον μάθοιμεν τὸ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστιν. οὐκ ἔστιν ὁμοιωθῆναι τῇ ἵππῳ, δι' ἧς τὰ ἅρματα τῶν Αἰγυπτίων τῷ βυθῷ κατεπόθη, εἰ μή τις διὰ τοῦ μυστικοῦ ὕδατος τῆς τοῦ ἀντικειμένου δουλείας ἐλευθερούμενος, πᾶν Αἰγυπτιάζον νόημα, καὶ πᾶσαν ἀλλόφυλον κακίαν τε καὶ ἁμαρτίαν τῷ ὕδατι καταλιπὼν, καθαρὸς ἀναδύῃ, μηδὲν τῆς Αἰγυπτίας συνειδήσεως τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ συνεπαγόμενος.

ὁ γὰρ ἀκριβῶς πασῶν καθαρθεὶς τῶν Αἰγυπτίων πληγῶν, αἵματος, καὶ βατράχων, καὶ φλυκτίδων, καὶ σκότους, ἀκρίδος τε καὶ σκνιπῶν, καὶ χαλάζης, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐπομβρίας, καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν τῆς ἱστορίας μέμνηται λόγος, οὗτος ἄξιός ἐστιν ὁμοιωθῆναι τῇ δυνάμει ἐκείνῃ, ἧς ἔποχος ὁ λόγος γίνεται. πάντως δὲ οὐκ ἀγνοοῦμεν τὰ διὰ τῶν πληγῶν σημαινόμενα, πῶς γὰρ τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ αἷμα πληγή, καὶ ἡ τῶν βατράχων ὀσμή, καὶ ἡ τοῦ φωτὸς εἰς τὸ σκότος μεταβολή, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα. τίς γὰρ οὐκ οἶδε διὰ ποταποῦ B βίου αἷμά τις γίνεται, ἐκ ποτίμου τοῦ πρότερον εἰς διαφθορὰν ἀλλοιούμενος· καὶ τί ποιῶν ζωογονεῖ τῷ ἰδίῳ οἴκῳ τὴν τῶν βατράχων δυσωδίαν· καὶ πῶς μεταποιεῖ τὸν φωτεινὸν βίον, εἰς ἔργα νυκτὶ φίλα καὶ ζοφώδη, δι' ὧν ἡ τῆς γεέννης κάμινος τὰς πονηρὰς τῆς κατακρίσεως φλυκτίδας ἀναζέειν ποιεῖ; οὕτω δὲ καὶ τὰ καθ' ἕκαστον τῶν ἐν Αἰγύπτῳ κακῶν ῥᾴδιον μεταβαλεῖν εἰς παίδευσίν τε καὶ σωφρονισμὸν τοῦ ἀκούοντος, ἀλλὰ περιττὸν ἂν εἴη μηκύνειν διὰ τῶν ὁμολογουμένων τὸν λόγον. τούτων τοίνυν καὶ τῶν τοιούτων κρείττους γενόμενοι, καὶ τῷ Θεῷ πλησιάσαντες, καὶ αὐτοὶ πάντως C ἀκουσόμεθα· ὅτι τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε ἡ πλησίον μου. ἀλλὰ λυπεῖ τυχὸν τοὺς σώφρονας καὶ καθαρὸν ἐξησκηκότας βίον, ἡ πρὸς τὸν ἵππον ὁμοίωσις· διότι πολλοὶ τῶν προφητῶν ἀπαγορεύουσιν ἡμῖν τὸ ὁμοιοῦσθαι τοῖς ἵπποις, τοῦ μὲν Ἱερεμίου τὴν μοιχικὴν λύσσαν τῷ ὀνόματι τῶν ἵππων διασημήναντος, ἐν οἷς φησιν· ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν, ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζε· τοῦ δὲ μεγάλου Δαβὶδ φοβερὸν ποιουμένου τὸ ὡς ἵππον τινὰ καὶ ἡμίονον γίνεσθαι, D ὧν κελεύει καταγχεῖν ἐν κημῷ τε καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας· διὰ τοῦτο παραμυθεῖται τῷ ἐφεξῆς λόγῳ τὴν τοιαύτην διάνοιαν λέγων· ὅτι οὐ τοιαῦταί σου εἰσὶν αἱ σιαγόνες, κἂν ἵππος ᾖς, ὡς κημοῦ χρῄζειν καὶ χαλινοῦ εἰς ἀγχόνην· ἀλλά σοι διὰ τῆς καθαρότητος τῶν τρυγόνων ἡ σιαγὼν καλλωπίζεται. φησὶ γάρ· τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος. μαρτυρεῖται δὲ παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα παρατετηρηκότων, τοῦτο τὸ ὄρνεον μένειν εἰ διαζευχθείη τῆς συζυγίας, εἰς τὸ ἐφεξῆς ἀσυνδύαστον, ὡς φυσικῶς ἐν αὐτῷ τὸ κατορθοῦσθαι τὴν σωφροσύνην.

A Qui enim eſt planè purus ab omnibus plagis Ægyptiis, ſanguine, & ranis, & puſtulis, & tenebris, locuſtiſque & cyniphibus, & grandine, & imbre ignis, & cæteris quorum diuina meminit hiſtoria, is dignus eſt qui aſſimiletur illi virtuti cuius Verbum eſt vector. Omnino autem non ignoramus ea quæ ſignificantur per plagas, quemadmodum Ægyptiis ſanguis fuit plaga, & odor ranarum, & lucis in tenebras mutatio, & cætera omnia. Quis enim neſcit per cuiuſmodi vitam fit ſanguis quiſpiam, ab eo quod prius erat potabile mutatus in corruptionem: & quid faciens, domi ſuæ procreat tetrum ranarum odorem: & quemadmodum tranſmutat vitam lucidam in opera amica nocti & tenebris, per quæ fornax gehennæ facit ebullire malas puſtulas damnationis? Ita autem vnumquodque ex malis quæ ſunt in Ægypto, facile eſt tranſmutare ad eruditionem & caſtigationem auditoris. Sed fuerit ſuperuacaneum extendere orationem per ea de quibus conſtat. Cum his ergo & quæ ſunt huiuſmodi euaſerimus ſuperiores, & Deo appropinquauerimus, ipſi quoque omnino audiemus: *Equitatui meo in curribus Pharaonis te aſſimilaui, propinqua mea.* Sed eos qui temperatam & puram vitam exercuerunt, fortaſſe malè habet illud, ſe equo eſſe aſſimilatos: propterea quòd multi Prophetæ nobis prohibent ne aſſimilemur equis, cùm Hieremias quidem adulterij rabiem equorum nomine ſignificauit, cùm dicit: Equi in fœminas currentes facti ſunt: vnuſquiſque hinniebat ad vxorem proximi ſui: magnus autem Dauid rem duxerit eſſe terribilem, fieri ſicut equum & mulum: quorum iubet in camo & freno maxillas conſtringere. Et ideo eo quod deinceps ſequitur, eum ſenſum mitigat, dicens: Non ſunt maxillæ tuæ eiuſmodi, vt ſicut equus camo & freno opus habeas vt conſtringaris: ſed per puritatem turturum tibi ornatur gena. Dicit enim: *Quàm pulchræ factæ ſunt tibi genæ ſicut turturis.* De hac autem aue teſtantur qui hæc obſeruarunt, quòd ſi ſeparata fuerit à coniugio, manet deinceps ſolitaria, nec cum vllo conniungitur: adeò vt in ea naturaliter exerceatur temperantia.

Hierem. 5.

Pſal. 31.

Propterea ænigmatica laudum ſignificatione à Verbo comprehenſa eſt hæc auis, quòd pro freno fuerit diuini equi maxillæ turturis aſſimilatio, per quam ſignificatur vitam puram huic equo conueuire. Propterea cum admiratione ei dicit Verbum, Quàm pulchræ factæ ſunt genæ tuæ vt turturis? huic autem ſubiungit aliam quoque laudem per ſimilitudinem: *Collum tuum ſicut torques*. Nam cum ſemel incidiſſet in tropicam ſignificationem, per ea quæ de equis conſiderantur, ſponſæ laudem excogitat. Laudat enim collum, quòd in figuram circuli eat in gyrum, quòd etiam ſuperbis & ferocibus equis videmus fieri. Torquium enim mentio indicat circulum: cuius figura in collo oſtenſa reddit equum ſeipſo decentiorem: Torques autem Græcè dicitur ὁρμίσκος, diminutiuum eius quod eſt ὅρμος. ὅρμος autem propriè quidem dicitur in locis maritimis, in quibus littus intrinſecus in lunæ formam cauatum, ſinu mare excipit, & per ſe facit quieſcere eos qui è mari adnauigant. Ex metaphora autem propter figuram ornatamentum colli dicitur ὅρμος. quando autem diminutiuè dicimus ὁρμίσκος pro ὅρμος per hanc vocem propemodùm oſtendimus ipſam ſimilitudinem. Colli ergo cum torquibus ſimilitudo oſtendit multa encomia quæ ſponſæ cōueniunt: Primùm quidem, quòd equus collum in orbem flectens, ad omnes ſuos greſſus aſpicit, quo fit vt inoffenſus & tutus ſit greſſus eius, neq; ad lapidem offendens, neque in foſſam temerè incidens. Hoc nō parum facit ad laudē animæ, nempe ad ſeipſam aſpicere, & tutiſſimè ad curſum diuinum feſtinare, quæcumque ex tentationibus illi eueniunt ad curſum impedimēta vitans & ſuperans. Deinde autem ipſum quoque primitiuū nomen τῶν ὅρμων vnde propter figuræ ſimilitudinem colli ornamentū nominatum fuit ὁρμίσκος, magnas quaſdā laudes continet, quādo τοῖς ὅρμοις, id eſt, naualibus, collum fuerit aſſimilatum. Quænā autem ſunt laudes, quæ nobis per hæc à ſcriptura ſignificantur? Nauigantibus res iucunda & ſalutaris eſt portus, & qui poſtquam in mari fuerint iactati & vexati, tranquillum aliquē portum occupauerint,

A διὰ τοῦτο τὸ αἴνιγμα τῶν ἐπαίνων συμπαρελήφθη ὑπὸ τοῦ λόγου τοῦτο τὸ ὄρνεον, ὡς ἀντὶ χαλινοῦ γίνεσθαι τῇ σιαγόνι τοῦ θείας ἵππου τὴν τῆς τρυγόνος ὁμοίωσιν, δι' ἧς ἡ καθαρὰ ζωὴ ἐπιπρέπειν τῷ τοιαύτῃ ἵππῳ διασημαίνεται. διὸ θαυμαστικῶς φησι πρὸς αὐτὴν ὁ λόγος· τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνες; ἐπάγει δὲ τούτῳ καὶ ἕτερον δι' ὁμοιώσεως ἔπαινον, λέγων· τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι. ἅπαξ γὰρ ἐμπεσὼν τῇ τροπικῇ σημασίᾳ, διὰ τῶν περὶ τῶν ἵππων θεωρουμένων ἐπινοεῖ τῇ νύμφῃ τὸν ἔπαινον. ἐπαινεῖ
B γὰρ τὸν τράχηλον τὸν ἐν σχήματι κύκλου γυρούμενον, ὃ δὴ περὶ τοὺς γαυροὺς τῶν πώλων ὁρῶμεν γινόμενον. ἡ γὰρ τῶν ὁρμίσκων μνήμη, τὸν κύκλον ἐνδείκνυται, οὗ τὸ σχῆμα ἐπὶ τοῦ αὐχένος δεικνύμενον, εὐπρεπέστερον ἑαυτοῦ τὸν πῶλον ποιεῖ· ὅρμος δὲ λέγεται κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν παραλίων τόπων, ἐν οἷς ἡ ὀχθὴ κατὰ τὸ ἐντὸς μηνοειδὴς κοιλανθεῖσα, ὑποδέχεταί τε τῷ κόλπῳ τὴν θάλασσαν, καὶ ἀναπαύει δι' ἑαυτῆς τοὺς ἐκ πελάγους προσπλέοντας. ἐκ μεταφορᾶς δὲ διὰ τοῦ σχήματος ὁ περιτραχήλιος κόσμος ὅρμος
C λέγεται. ὅταν δὲ ὑποκοριστικῶς ὁρμίσκοι ἀντὶ ὅρμου λέγωμεν, τὴν ἐν ὀλίγῳ τοῦ σχήματος ὁμοιότητα διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς ἐνδεικνύμεθα. πολλὰ τοίνυν εἰς ἐγκώμια συντελοῦντα τὴν νύμφην, ἡ πρὸς τοὺς ὁρμίσκους ὁμοιότης τοῦ τραχήλου ἐνδείκνυται· πρῶτον μὲν ὅτι εἰς κύκλου σχῆμα κάμπτων ὁ πῶλος τὸν αὐχένα, πρὸς τὰς ἰδίας τῶν ποδῶν βάσεις ὁρᾷ· δι' ὧν ἀπρόσκοπόν τε καὶ ἀσφαλῆ ποιεῖται τὸν δρόμον, μήτε τῷ λίθῳ προσπταίων, μήτε κατεμβατῶν τῷ βόθρῳ. τοῦτο δὲ οὐ μικρὸν
D ἐστιν εἰς εὐφημίαν ψυχῆς, τὸ πρὸς ἑαυτὴν βλέπειν, καὶ δι' ἀσφαλείας πάσης πρὸς τὸν θεῖον δρόμον ἐπείγεσθαι, πάντα τὰ ἐκ πειρασμῶν τινων ἐγγινόμενα πρὸς τὸν δρόμον ἐμπόδια, διαλλομένην καὶ ὑπερβαίνουσαν. ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸ τὸ πρωτότυπον τῶν ὅρμων ὄνομα, ὅθεν διὰ τὴν τοῦ σχήματος ὁμοιότητα, ὁ περὶ δέρρεως κόσμος ὁρμίσκους ὠνόμασται, μεγάλων τινῶν ἐγκωμίων ὑπερβολὴν περιέχει, ὅταν ὡμοιώθη τοῖς ὅρμοις ὁ τράχηλος. τίνα δέ ἐστι τὰ ἐγκώμια τὰ διὰ τούτων ἡμῖν ὑπὸ τοῦ λόγου δηλούμενα; ἡδύ τι καὶ σωτήριόν ἐστι τοῖς καταπλέουσιν ὁ λιμήν, καὶ τὸ μετὰ τὴν ἐν θαλάσσῃ κακοπάθειαν, ὅρμον τινὰ καταλαβεῖν διαβάζοντα,

ἐν ᾧ λήθην ποιησάμενοι τῶν ἐν θαλάσσῃ κακῶν, ὅλοι τῆς ἀναπαύσεως γίνονται, τοὺς μακροὺς πόνους δι' ἡσυχίας παραμυθούμενοι, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς. οὐκ ἔστι ναυαγίου φόβος, οὔτε ἡ τῶν ὑφάλων ὑπόνοια, οὔτε πειρατῶν κίνδυνος, οὔτε πνευμάτων ταραχή, οὔτε ἡ ἐκ βυθῶν ἀνοιδαίνουσα διὰ τῶν ἀνέμων θάλασσα· ἀλλὰ πάντων τῶν τοιούτων κινδύνων ἐκτὸς γίνονται οἱ χειμαζόμενοι τοῦ πελάγους, ἐν τῷ ὅρμῳ γαληνιάζοντος. Εἰ τοίνυν οὕτω τις τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καταστήσειεν, ὡς αὐτήν τε γαλήνην ἔχειν ἐν ἀκύμονι τῇ ἡσυχίᾳ, μηδὲν παρακινουμένην ἐκ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, μήτε δι' ὑπερηφανίας οἰδαίνουσαν, μήτε τοῖς τοῦ θυμοῦ κύμασιν ἐξαφρίζουσαν, μήτε κατ' ἄλλο τι πάθος κλυδωνιζομένην, καὶ περιφερομένην παντὶ ἀνέμῳ, τῷ τὰ ποικίλα κύματα τῶν παθημάτων ἐγείροντι. εἰ τοίνυν αὐτή τε οὕτως ἔχοι, καὶ τοὺς ἐν τῷ πελάγει τοῦ βίου χειμαζομένους ἐν ταῖς παντοδαπαῖς τῶν κακῶν τρικυμίαις ἐν ἑαυτῇ καταστέλλοι, λείαν αὐτοῖς καὶ ἀκύμαντον τὴν δι' ἀρετῆς ζωὴν ὑφαπλώσασα, ὥστε τοὺς ἐν αὐτῇ γενομένους ἐκτὸς γίνεσθαι τῶν ἐκ ναυαγίου κακῶν, καλῶς τοῖς ὑπὸ τοῦ λόγου ἐπαινουμένοις ὁρμίσκοις ὁμοιοῦται, τῆς πληθυντικῆς σημασίας, τὴν ἐν ἑκάστῳ εἴδει τῆς ἀρετῆς τελειότητα σημαινούσης. εἰ γὰρ ἦν ἑνὶ μόνῳ προσεικασμένη ὁρμίσκῳ, ἀτελὴς ἂν πάντως ὁ ἔπαινος ἦν, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν μαρτυρίαν ἔχων· νῦν δὲ πᾶσαν συλλαμβάνει τῷ λόγῳ τῶν ἀρετῶν τὴν μαρτυρίαν, ἡ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ὁρμίσκων ὁμοίωσις. καὶ τοῦτο συμβουλή τίς ἐστι παρὰ τοῦ λόγου, τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας προσαγομένη, τὸ μὴ δεῖν ἡμᾶς πρὸς ἕν τι τῶν ἀγαθῶν βλέποντας, ἀμελῶς περὶ τὰ λοιπὰ τῶν κατορθωμάτων ἔχειν. ἀλλ' εἴ σοι γένοιτο ὅρμος ἡ σωφροσύνη, καθάπερ τισὶ μαργαρίταις τῷ καθαρῷ βίῳ τὸν τράχηλον λαμπρύνων· ἔστω σοι καὶ ἕτερος ὅρμος, ὁ τοὺς τιμίους λίθους τῶν ἐντολῶν ἐν ἑαυτῷ περιείργων, καὶ δι' ἑαυτοῦ τῆς δέρρης πλεονάζων τὸ κάλλος· ἔστω σοι καὶ ἄλλος κόσμος περιαυχένιος, ἡ εὐσέβειά τε καὶ ὑγιαίνουσα πίστις, κύκλῳ τὸν τῆς ψυχῆς αὐχένα διαλαμβάνουσα. Οὗτός ἐστιν ὁ κλοιὸς ὁ χρύσεος ὁ ἐκ τοῦ ἀκηράτου τῆς θεογνωσίας χρυσοῦ τῷ τραχήλῳ περιλαμπόμενος· περὶ οὗ φησιν ἡ παροιμία· ὅτι στέφανον χαρίτων δέξῃ σῇ κορυφῇ, καὶ κλοιὸν χρύσεον περὶ σῷ τραχήλῳ.

A in quo afflictiones quas in mari perpeſſi ſunt obliti, toti verſantur in requie, longos labores quiete recreantes, non eſt eis naufragij metus, neque in mari latentium cautium ſuſpicio, nec periculum prædonum, neque à flatibus perturbatio, neque à profundo per ventos tumeſcit mare: ſed remoti ſunt ab omnibus eiuſmodi periculis qui tempeſtate iactantur, cùm mare ſit in portu tranquillum. Si quis ergo animam ſuam ita conſtituerit, vt ipſa ſit tranquilla in quiete, non agitata fluctibus, minimè emota à ſpiritibus improbitatis, neque
B intumeſcens per ſuperbiam, neque ſpumans iræ fluctibus, neque vlla alia vndarum animi perturbatione, vllóve vento lata, qui multos excitat fluctus animi affectuum: Si ergo ipſa ita ſe habeat, & eos qui in mari vitæ tempeſtate agitantur, in ſummis omne genus malorum fluctibus apud ſe in tranquillo retineat, eis planam & nullis procellis agitatam per virtutem explicans vitam: adeò vt qui in ea fuerint ſint extra omnia mala naufragij, rectè à ſcriptura aſſimilatur ὁρμίσκοις, id eſt, torquibus, quę efferuntur numero plurali, voce ſigni-
C ficante perfectionem in vnaquaque virtute. Si enim vni ſoli aſſimilata torqui eſſet, laus omnino eſſet inutilis, quòd non idem haberet teſtimonium in cæteris virtutibus: nunc autem oratione complectitur omne virtutum teſtimonium, quæ ſit torquium multitudini aſſimilatio. Eſt hoc quoque conſilium, quod à Verbo præbetur toti Eccleſiæ, non oportere nos ad vnum aliquod bonum aſpicientes, in cæteris rectè factis eſſe negligentes. Sed ſi ſit tibi monile temperantiæ, veluti quibuſdam margaritis, pura vita in collo reſplendens: ſit tibi aliud monile, quod pretioſas gem-
D mas præceptorum in ſe contineat, & per ſe in ceruice copioſam ſuppeditet pulchritudinem. Sit etiam tibi aliud colli ornamentum, nempe pietas, rectáque & ſana fides, in orbem circundans collum animæ. Hoc eſt collare aureum, quod ex ſincera aure Dei cognitionis circa collum refulget: de quo dicit prouerbium, Coronam gratiarum accipies tuo capiti, & torques aureos collo tuo.

Prou.1.8. Atque eſt quidem eiuſmodi conſilium, per torques. Tempus eſt autem deducendi ad contemplationem ea quoque verba quæ amici ſponſi faciunt ad virginem. Eſt autem huiuſmodi dictio,

11. *Similitudines auri faciemus tibi cum notis argenti: donec rex in accubitu ſuo.* Eorum autem, ei quidem qui aſpicit ad ſeriem prius datæ nobis contemplationis, videtur quodammodo perfectus eſſe ſenſus & habere conſequentiam. Dictionis autem contextus profundas habens tropicas ſignificationes, efficit vt ſit intellectu difficile, quod ſignificatur per ænigmata. Nam quoniam pulchritudo animæ aſſimilata fuit equis qui currus perdunt Ægyptios, hoc eſt exercitui angelico: illis autem equis dicit bonus aſcenſor frænum quidem eſſe puritatem, quam ſignificauit per hoc quod aſſimilauit genas turturibus: ornatum autem & collare, varia monilia quæ reſplendent per virtutes; volunt etiam amici aliquam fieri acceſſionem equi pulchritudini, ornantes phaleras ex auri ſimilitudinibus, quibus etiam imprimunt notas puritatis argenti, vt magis ſplendeat pulchritudo ornamenti, fulgore argenti contemperato cum nitore auri. Neceſſe autem fuerit, tropicis relictis ſignificationibus, non dimouere orationem ab eo ſenſu qui nobis proſit. Illis quidem equis fuit aſſimilata quæ per virtutes purgata fuit anima. Sed nondum erat Verbo ſubiecta, neque in ſe portauit eum, qui propter ſalutem vehebatur his equis. Oportebat enim primum per omnia ornatum eſſe equum, & deinde eum regem vectorem accipere. An autem ex alto equum ſibi accommodet, is qui, vt dicit Propheta, ſuper nos equos aſcendit, & propter noſtram ſalutem ſuper nos equitat, an etiam ſit in nobis, qui inhabitat & inambulat, & in animæ noſtræ profūda permeat, nihil refert quod ad ſenſum attinet. Cui enim eſt vnum ambobus, quod reliquum eſt etiam ſe rectè habet. Nam & qui Deum ſupra ſe habet, omnino etiam in ſe habet: & qui in ſe accepit, ſubit eum qui in ſeipſo eſt. Rex ergo eſt quieturus ſuper hunc equum. In diuina autē poteſtate idem eſt, vt dictum eſt, ſeſſio & accubitus, vtrumuis enim ex ambobus in nobis

A ἐν μὲν οὖν διὰ τῶν ὁρμίσκων συμβουλὴ τοιαύτη. καιρὸς ἂν εἴη καὶ τὸν ἐφεξῆς λόγον προσαχθῆναι τῇ θεωρίᾳ, ὃν οἱ φίλοι τοῦ νυμφίου πρὸς τὴν παρθένον πεποίηνται. ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη· ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσομέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου· ἕως ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. τούτων δὲ τῷ μὲν πρὸς τὸν εἱρμὸν βλέποντι, τῆς προαποδοθείσης ἡμῖν θεωρίας, δοκεῖ πως ἡ διάνοια συνηρτῆσθαι καὶ τὸ ἀκόλουθον ἔχειν. ἡ δὲ λέξις ἐμβαθύνουσα ταῖς τροπικαῖς σημασίαις, δυσκατανόητον ποιεῖ τὸ διὰ τῶν αἰνιγμάτων δηλούμενον. B ἐπειδὴ γὰρ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος τῇ ἵππῳ τῇ καθαιρετικῇ τῶν Αἰγυπτίων ἁρμάτων ἀφωμοιώθη, τουτέστι τῇ ἀγγελικῇ στρατιᾷ· τῇ δὲ ἵππῳ ἐκείνῃ φησὶν ὁ καλὸς ἐπιβάτης, χαλινὸν μὲν εἶναι τὴν καθαρότητα, ἣν διὰ τοῦ ὁμοιῶσαι τὰς σιαγόνας ταῖς τρυγόσιν ἐνεσήμηνε· κόσμον δὲ περιαυχένιον τοὺς ποικίλους ὅρμους τοὺς διὰ τῶν ἀρετῶν περιστίλβοντας· βούλονταί τινα καὶ οἱ φίλοι προσθήκην τῷ κάλλει τῆς ἵππου ποιήσασθαι, ἐξ ὁμοιωμάτων χρυσοῖς κατακοσμοῦντες τὰ φάλαρα, οἷς ἐνστίζουσι καὶ τοῦ ἀργυρείου τὴν καθαρότητα, ὡς ἂν μᾶλλον διαλάμποι C τὸ κάλλος τοῦ περικοσμήματος, τῆς αὐγῆς τοῦ ἀργύρου, πρὸς τὴν λαμπηδόνα τοῦ χρυσίου συγκιρναμένης. ἀναγκαῖον δ' ἂν εἴη τὰς τροπικὰς ἐμφάσεις καταλιπόντας, ὠφελούσης ἡμᾶς διανοίας μὴ ἀποστῆσαι τὸν λόγον. προσεικάσθη μὲν ἐκείνῃ τῇ ἵππῳ, ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν κεκαθαρμένη ψυχή. ἀλλ' οὔπω τοῦ λόγου γέγονεν ὑποχείριος. οὐδὲ ἐβάστασεν ἐφ' ἑαυτῆς τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῖς τοιούτοις ἐποχούμενον ἵπποις. χρὴ γὰρ πρότερον διὰ πάντων κατακοσμηθῆναι τὸν ἵππον, εἶθ' οὕτως τὸν βασιλέα ἔποχον δέξασθαι. εἴτε δὲ ἄνωθεν ἑαυτῷ ἐφαρμόζοι τὸν ἵππον, ὁ κατὰ τὸν D προφήτην ἐπιβαίνων ἐφ' ἡμᾶς τοὺς ἵππους, καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμῶν ἱππαζόμενος, εἴτε καὶ ἐν ἡμῖν γένοιτο, ἐνοικῶν τε καὶ ἐμπεριπατῶν, καὶ ἐπὶ τὰ βάθη τῆς ψυχῆς ἡμῶν διαδυόμενος, οὐδὲν διαφέρει κατὰ τὴν ἔννοιαν. ᾧ γὰρ ἂν τὸ ἓν ἐξ ἀμφοτέρων γένηται, συγκατορθοῦται καὶ τὸ λειπόμενον. ὅ τε γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἔχων, καὶ ἐν ἑαυτῷ πάντως ἔχει· καὶ ὁ ἐν ἑαυτῷ δεξάμενος, ὑπέβη τὸν ἐν αὐτῷ γεγονότα. οὐκοῦν μέλλει ὁ βασιλεὺς τῷ ἵππῳ τούτῳ ἐπαναπαύεσθαι. ταὐτὸν δέ ἐστιν ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεως, καθὼς εἴρηται, καθέδρα τε καὶ ἀνάκλισις· ὁπότερον γὰρ ἂν ἐξ ἀμφοτέρων ἐν ἡμῖν

τρέπηται, ὃ ἴσον ἡ χάρις ἔχει. ἐπεὶ τοίνυν οἱ ἐπι- A
μαςαὶ τοῦ βασιλέως, εὔθετον πρὸς ὑποδοχὴν
αὐτῷ διὰ τῆς περικοσμήσεως τὸν ἵππον ποιοῦσι·
ταὐτὸν δέ ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἔν τινι καὶ τὸ ἐπί τινος
γενέσθαι· καταλιπόντες τὸ κατὰ τὴν τροπικὴν σημα-
σίαν ἀκόλουθον οἱ παρασκευασταὶ καὶ θεράποντες,
κλίνην τὸν ἵππον ἐποίησαν. χρὴ γὰρ ἡμᾶς, φη-
σιν, ὁμοιώματα χρυσοῦ ποιῆσαι μετὰ στιγμάτων τοῦ
ἀργυρίου, τὰ τοῦ ἵππου τὴν μορφὴν ὡραΐζοντα. ἵνα
γένηται ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐν καθέδρᾳ, φησὶν, ἀλλ' ἐν
ἀνακλίσει αὐτοῦ. ἡ μὲν οὖν ἀκολουθία τῆς λέξεως,
καθὼς ὁ λόγος ὑπέδειξε, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· ἄ- B
ξιον δὲ τοῦτο μὴ παραδραμεῖν ἀθεώρητον, τί δή-
ποτε οὐκ αὐτὸ τὸ χρυσίον εἰς κόσμον παραλαμ-
βάνεται, ἀλλὰ τοῦ χρυσοῦ τὰ ὁμοιώματα· καὶ οὐκ αὐ-
τὸς ὁ ἄργυρος, ἀλλὰ τὰ ἐξ ὕλης ταύτης τοῖς ὁ-
μοιώμασι τοῦ χρυσίου ἐγκρουόμενα στίγματα. ὃ
τοίνυν περὶ τούτων ὑπενοήσαμεν, τοιοῦτόν ἐστι.
πᾶσα ἡ περὶ τῆς ἀρρήτου φύσεως διδασκαλία,
κἂν ὅτι μάλιστα δοκεῖ θεοπρεπῆ τινα καὶ ὑψη-
λὴν ἐμφαίνειν διάνοιαν, ὁμοίωμα χρυσοῦ ἐστιν, οὐκ
αὐτὸ τὸ χρυσίον. οὐ γάρ ἐστι παραστῆσαι δι' ἀκρι-
βείας τὸ ὑπὲρ ἔννοιαν ἀγαθόν· κἂν Παῦλός τις ᾖ, C
ὁ ἐν παραδείσῳ μυηθεὶς τὰ ἀπόρρητα, κἂν τῆς
ἀλαλήτων ῥημάτων ἐπακροάσηται, ἀνέκφραστα μέ-
νει περὶ Θεοῦ τὰ νοήματα. ἄρρητα γάρ, φησιν,
εἶναι τῶν νοημάτων τούτων τὰ ῥήματα. οἱ τοίνυν τοὺς
λογισμούς τινας ἡμῖν ἀγαθοὺς ἐντιθέντες περὶ τῆς
τῶν μυστηρίων ἐννοήσεως, αὐτὸ μὲν εἰπεῖν ὅπως
ἔχει φύσεως ἀδυνατοῦσι, λέγουσι δὲ ἀπαύγα-
σμα δόξης, καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως,
μορφὴν Θεοῦ, λόγον ἐν ἀρχῇ, λόγον Θεόν. ἃ
παρὰ πάντα ἡμῖν μὲν τοῖς ἀθεάτοις ἐκείνου τοῦ
θησαυροῦ, χρυσίον δοκεῖ· τοῖς δὲ δυναμένοις D
ἀναβλέπειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ὁμοίωμά ἐστιν
χρυσίου, καὶ οὐ χρυσίον, ἐν τοῖς λεπτοῖς τοῦ ἀρ-
γύρου διαφαινόμενον στίγμασιν. ἀργύριον δὲ ἡ
ῥηματικὴ σημασία ἐστὶ, καθώς φησιν ἡ γραφή·
ἄργυρος πεπυρωμένος γλῶσσα δικαίου. τὸ τοί-
νυν διὰ τούτων δηλούμενον, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἡ
θεία φύσις, πάσης ὑπέρκειται καταληπτικῆς δια-
νοίας. τὸ δὲ περὶ αὐτῆς ἡμῖν ἐγγινόμενον νόη-
μα, ὁμοίωμά ἐστι τοῦ ζητουμένου. οὐ γὰρ αὐτὸ
δείκνυσιν ἐκεῖνο τὸ εἶδος, ὃ οὔτε τις εἶδεν, οὔτε ἰδεῖν

A fuerit, par eſt gratia. Quia ergo ſtratores regis equũ per præcedentia ornamenta aptum faciunt ad eum excipiendum: idem eſt autem Deum in aliquo eſſe, & eſſe ſuper aliquem, relicta conſequentia & ſignificatione tropica, miniſtri qui parant, equum fecerunt lecticam. Oportet enim nos, inquit, facere auri ſimilitudines, cum notis argenti, quæ equi formam decorant. Vt ſit, inquit, rex non in cathedra, ſed in accubitu ſuo. Atque dictionis quidem conſequentia, ſicut oſtendit ſcriptura, hoc modo ſe habet: par eſt autem hoc non B prætermittere inconſideratum, cur non ipſum aurum aſſumitur ad ornatum, ſed auri ſimilitudines: & non ipſum argentum, ſed quæ hac materia impreſſæ ſunt notæ auri ſimilitudini. Quod ergo de his nobis venit in mentem, eſt eiuſmodi. Vniuerſa doctrina de ineffabili natura, etſi maximè Deo conuenientem & excelſam videatur oſtẽdere ſententiam, Dei ſunt ſimilitudines, non autem ipſum aurum. Non poteſt enim fieri, vt plenè & perfectè oſtendatur bonum quod ſuperat intelligentiam & C mentis conceptionem: etiamſi ſit Paulus quiſpiam, qui in paradiſo arcanis myſteriis fuit initiatus, etiamſi audierit verba ineffabilia, manent ineffabiles de Deo intelligentiæ. Dicit enim verba eſſe ineffabilia harum intelligentiarum. Qui ergo nobis afferunt bonas aliquas 2. Cor. 12. conſiderationes de intelligentia myſteriorum, dicere quidem non poſſunt quemadmodum ſe habet ipſorum natura, dicunt autem ſplendorem gloriæ, figuram ſubſtantiæ, formam Dei, verbum in principio, Deum verbum. Quæ quidem omnia nobis, qui diui- D num illum theſaurum non aſpeximus, videntur eſſe aurum; iis autem qui poſſunt aſpicere ad veritatem, ſunt auri ſimilitudo & non aurum, apparens in ſubtilibus notis argenti. Argentum autem eſt verborum ſignificatio, ſicut dicit ſcriptura: Argentum ignitum lingua iuſti. Quod ergo per hæc ſignificatur, eſt huiuſmodi, nempe quòd diuina natura ſuperat omnem quæ comprehendit cogitationem. Quæ autem de ea nobis ineſt intelligentia, mentiſque conceptio, eſt ſimilitudo eius quod quæritur. Non enim oſtendit ipſam illius formam, quam neque nouit quiſpiam, neque noſſe aut videre

poteſt, ſed per ſpeculum & ænigma deſcribit quandam illius quod quæritur apparentem ſpeciem, quæ ineſt animis ex quadam coniectura. Omnis autem oratio quæ ſignificat huiuſmodi mentis conceptiones, habet vim cuiuſdam puncti indiuidui, non valens explicare id quod vult mentis cogitatio: adeò vt omnis quidem cogitatio mentíſque conceptio ſit infra Dei comprehenſionem: Omnis autem interpretans oratio videtur eſſe breuis punctus, vt quæ non poſſit ſimul extendi cum latitudine cogitationis mentiſque conceptionis. Animam ergo, quæ per huiuſmodi mentis conceptiones tanquam manu ducitur ad eorum quæ capi non poſſunt cogitationem, dicit per ſolam fidem oportere ad ſuã introducere habitationem naturam illam quæ omnem ſuperat intelligentiam. Et hoc eſt illud quod dicitur ab amicis, Tibi, ô anima, quæ rectè equis es aſſimilata, faciemus quædã veritatis ſimulachra & quaſdam ſimilitudines, quę non poſſunt accuratè & exactè oſtendere, quæ ineſt, mentis conceptionem. Tu autem his acceptis, fies per fidem ſubiugale iumentũ & habitaculum eius qui in te eſt habitaturus, per eam quę eſt in te habitationem: eius enim fies & ſedes & domus. Fortaſſe autem dixerit quiſpiam Pauli animam, aut ſi qua alia ei fuerit ſimilis, dignam eſſe de qua hæc verba dicantur. Ille enim ſemel factus vas electionis, ſupra ſe & in ſe habebat dominum: equus quidem factus in eo quod portaret eius nomen ad gentes & reges: in eo autem quòd ipſe non amplius viueret, ſed illum in ſe oſtenderet viuẽtem, & daret experimentum Chriſti in ſe loquentis, effectus domus continens illam naturam quæ non poteſt comprehendi. Cùm amici ſponſi hæc puræ didiſſent virgini (hi autem ſunt adminiſtratorij ſpiritus, qui mittuntur ad miniſterium, propter eos qui ſunt futuri heredes ſalutis,) ſponſa fit quodammodo perfectior per gratiarum acceſſionem. Cúmq; ad eum quem deſiderabat magis appropinquaſſet, priuſquam eius pulchritudo oculis apparuiſſet, per odorandi facultatem eum quem quærebat attingit, & veluti cuiuſdam coloris proprietate ab odorandi facultate animaduerſa, dicit ſe eius cognouiſſe odorem, nempe vnguenti ſuauem odorem, cuius nomen eſt nardus, hac

Act. 6.
2 Cor. 13.
Hebr. 1.

A δύναται, ἀλλὰ δι' ἐσόπτρου καὶ δι' αἰνίγματος ἔμφασίν τινα σκιογραφεῖ τοῦ ζητουμένου, ἔκ τινος εἰκασμοῦ ταῖς ψυχαῖς ἐγγινόμενον. πᾶς δὲ λόγος τῶν τοιούτων νοημάτων σημαντικὸς, στιγμῆς τινος ἀμεροῦς δύναμιν ἔχει, μὴ δυνάμενος ἐμφῆναι ὅπερ ἡ διάνοια βούλεται· ὡς εἶναι πᾶσαν μὲν διάνοιαν κατωτέραν τῆς θείας κατανοήσεως· πάντα δὲ λόγον ἑρμηνευτικὸν, στιγμὴν βραχεῖαν δοκεῖν μὴ δυναμένην τῷ πλάτει τῆς διανοίας συνεπεκτείνεσθαι. τὴν οὖν διὰ τῶν τοιούτων νοημάτων χειραγωγουμένην ψυχὴν πρὸς τὴν τῶν ἀλήπτων περίνοιαν διὰ μόνης πίστεως εἰσοικίζειν ἐν ἑαυτῇ λέγει δεῖν τὴν πάντα νοῦν
B ὑπερέχουσαν φύσιν. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ παρὰ τῶν φίλων λεγόμενον· ὅτι σοὶ ποιήσομεν, ὦ ψυχὴ, τῇ καλῶς πρὸς τὸν ἵππον ἀπεικασθείσῃ, ἰνδάλματά τινα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμοιώματα. τοιαύτη γὰρ τούτων λόγων ἐνεργοῦ ἡ δύναμις, ὡς ἐνάσματά τινα σπινθηροειδῆ δοκεῖν εἶναι τὰ ῥήματα, μὴ δυνάμενα δι' ἀκριβείας ἐμφῆναι τὸ ἐγκείμενον νόημα. σὺ δὲ ταῦτα δεξαμένη, ὑποζύγιόν τε καὶ οἰκητήριον γενήσῃ διὰ πίστεως τοῦ σοὶ ἐνανακλίνεσθαι μέλλοντος διὰ τῆς ἐν σοὶ κατοικήσεως· τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ θρόνος εἶ καὶ οἶκος γενήσῃ. τάχα δ' ἄν τις εἴποι τὴν Παύλου ψυχὴν, καὶ
C εἴ τις ἄλλη γέγονε κατ' ἐκείνην τῶν τοιούτων ἀξιοῦσθαι ῥημάτων. ἐκεῖνος γὰρ σκεῦος ἐκλογῆς ἅπαξ τῷ δεσπότῃ γενόμενος, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ εἶχε τὸν κύριον· ἐν μὲν τῷ βαστάζειν αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐναντίον ἐθνῶν καὶ βασιλέων ἵππος γενόμενος· ἐν δὲ τῷ μηκέτι αὐτὸν ζῆν, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ δεικνύειν ζῶντα ἐκεῖνον, καὶ δοκιμὴν διδόναι τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ, οἶκος περιληπτικὸς τῆς ἀπεριλήπτου γενόμενος φύσεως. ταῦτα τῶν φίλων τοῦ νυμφίου τῇ καθαρᾷ καὶ
D παρθένῳ χαρισαμένων ψυχῇ· εἰσὶ δ' οὗτοι τὰ λειτουργικὰ πνεύματα τὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· τελειοτέρα πως γὰρ τῇ προσθήκῃ τῶν χαρισμάτων ἡ νύμφη. καὶ μᾶλλον προσεγγίσασα τῷ ποθουμένῳ, πρὶν τὸ κάλλος αὐτοῦ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐμφανῆναι, διὰ τῆς ὀσφραντικῆς αἰσθήσεως τοῦ ζητουμένου ἐφάπτεται, οἷόν τινος χρωτὸς ἰδιότητα ὀσφραντικῇ δυνάμει καταμηνύσασα, καί φησιν ἐπεγνωκέναι αὐτοῦ τὴν ὀσμὴν τῇ εὐωδίᾳ τοῦ μύρου, οὗ νάρδος ἐστὶ τὸ ὄνομα, ταύτῃ

A πρὸς τοὺς φίλους τῇ φωνῇ χρησαμένη, νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ. ὥσπερ ὑμεῖς, φησὶν, οὐκ αὐτὸ τὸ ἀκήρατον τῆς θεότητος χρυσίον, ἀλλ' ὁμοιώματα διὰ τῶν χωρητῶν ἡμῖν νοημάτων τοῦ χρυσίου χαρίζεσθε, οὐ τηλαυγεῖ τῷ λόγῳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐκκαλύπτοντες, ἀλλὰ διὰ τῆς βραδύτητος τῶν τοῦ λογικοῦ ἀργυρίου στιγμάτων, ἐμφάσεις τινὰς παρεχόμενοι τοῦ ζητουμένου. οὕτω κἀγὼ διὰ τῆς εὐπνοίας τοῦ ἐμοῦ μύρου, τὴν αὐτὴν ἐκείνου εὐωδίαν τῇ αἰσθήσει προσεδεξάμην. τοιοῦτον δέ τινα νοῦν δοκεῖ μοι τὸ λεγόμενον ἔχειν. ἐπειδὴ πολλῶν καὶ διαφόρων ἀρωμάτων, ἀλλ' οὐ κατ' B ἄλλην ἰδιότητα εὐπνοούντων, τεχνική τις καὶ ἔμμετρος μίξις τὸ τοιοῦτον ἀπεργάζεται μύρον, μιᾶς τινος πόας εὐώδους ἐκ τῶν συνεμβαλλομένων, ᾗ ὄνομα νάρδος ἐστὶν, ὅλῳ τῷ σκευάσματι παρεχομένης τὸ ὄνομα· τὸ δὲ ἐκ πάντων τῶν ἀρωματικῶν ἰδιωμάτων εἰς μίαν συνερανιζόμενον εὔπνοιαν, ὡς αὐτὴν τοῦ νυμφίου τὴν εὐωδίαν ἡ κεκαθαρμένη αἴσθησις δέχεται· ταῦτα διὰ τῶν εἰρημένων παιδεύειν ἡμᾶς τὸν λόγον οἰόμεθα, ὅτι ἐκεῖνο μὲν ὅ, τί ποτε κατ' οὐσίαν ἐστὶ, τὸ πάσης ὑπερκείμενον τῆς τῶν ὄντων συστάσεώς τε καὶ C διοικήσεως, ἀπρόσιτόν τε καὶ ἀναφὲς καὶ ἄληπτον· ἡ δὲ ἐν ἡμῖν διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν καθαρότητος μυρεψουμένη εὐωδία, ἀντ' ἐκείνου ἡμῖν γίνεται, μιμουμένη τῷ καθ' ἑαυτὴν καθαρῷ τὸ τῇ φύσει ἀκήρατον, καὶ τῷ ἀγαθῷ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ἄφθαρτον, καὶ τῷ ἀναλλοιώτῳ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ πᾶσι τοῖς κατ' ἀρετὴν ἐν ἡμῖν κατορθουμένοις τὴν ἀληθινὴν ἀρετὴν, περὶ ἧς φησιν Ἀββακοὺμ ὁ προφήτης, ὡς τοὺς οὐρανοὺς πάντας διαλαβούσης. Οὐκοῦν ταῦτα πρὸς τοὺς φίλους τοῦ νυμφίου διεξιοῦσα, ὅτι τὴν ὀσμὴν αὐτοῦ ἡ ἐμὴ νάρδος ἐμοὶ δίδωσι· ταῦτά μοι καὶ τὰ τοιαῦτα δοκεῖ φιλοσοφοῦσα λέγειν, ὅτι εἴ τις πᾶν ἄνθος εὐωδίας D ἢ ἄρωμα ἐκ τῶν ποικίλων τῆς ἀρετῆς λειμώνων ἀνθολογήσας, πάντα ἑαυτοῦ τὸν βίον ἓν μύρον διὰ τῆς τῶν καθ' ἕκαστον ἐπιτηδευμάτων εὐοδμίας ἀπεργασάμενος, διὰ πάντων γένοιτο τέλειος, πρὸς αὐτὸν μὲν τὸν Θεὸν λόγον, ὡς πρὸς ἡλίου κύκλον ἀτενῶς ἐνιδεῖν, φύσιν οὐκ ἔχει· ἐν ἑαυτῷ δὲ καθάπερ ἐν κατόπτρῳ βλέπει τὸν ἥλιον. αἱ γὰρ τῆς ἀληθινῆς ἐκείνης καὶ

voce vtens ad amicos, *Nardus mea dedit odorem ſuũ.* Quomodo enim vos, inquit, non ipſum ſincerũ aurũ diuinitatis, ſed per eas mentis cõceptiones, quas capere poſſumus, nobis donatis auri ſimilitudines, non dilucida oratione quæ ſunt eius aperientes, ſed per exiguas ratione præditi argenti notas, præbentes quaſdam apparentes ſpecies eius quod quæritur. Ita ego quoque per benè ſpirantem mei vnguenti fragrantiam, ſenſu percepi illius ipſius bonum odorem. Mihi autem id quod dicitur, videtur habere talem ſenſum. Quandoquidem multorum & diuerſorum aromatum, ſed non ex alia proprietate, bene ſpirantium, artificioſa & moderata miſtio tale efficit vnguentum, ex iis quæ ſimul iniiciuntur, vna herba redolente, cui nomen eſt nardus, nomen præbens toti compoſitioni: quod autem ex omnibus aromaticis proprietatibus in vnam conciliatur & conflatur fragrantiam, tanquam ipſum ſponſi ſuauem odorem purgatus ſuſcipit ſenſus: hæc per ea quę dicta ſunt exiſtimamus Verbum nos erudire, quod illud quidem, qualecumque ſit ſecundũ eſſentiam, quod eorum quæ ſunt, ſuperat omnem conſtitutionem & adminiſtrationem, inacceſſum eſt, neque tangi aut comprehendi poteſt: qui vero in nobis eſt bonus odor inſtar vnguenti compoſitus per puritatem virtutum, is nobis exiſtit loco illius, ſua puritate imitans id quod eſt natura ſincerũ & interitui minimè obnoxium, & bonitate bonum, & eo quòd non interit id in quod non cadit interitus, & eo quod mutari & alterari non poteſt, id quod eſt immutabile & inalterabile, & omnibus quæ in omnibus rectè geruntur ex virtute, veram virtutem intelligimus, de qua dicit Abacuc Propheta, Abacuc. 3. quòd comprehẽdit omnes cœlos. Quæ ergo hæc diſſerit apud amicos ſponſi, nempe quod ſuum odorem dederit nardus; hæc & quæ ſunt huiuſmodi mihi videtur philoſophando dicere, nempe quòd ſi quis omnem benè olentem florem, aut aroma collegerit ex variis pratis virtutis, & totam ſuam vitam vnum effecerit vnguentum per bonum odorem ſingulorum vitæ ſtudiorum, & ea ratione per omnia fuerit perfectus, ad ipſum quidem Dei Verbum, tanquam ad orbem Solis defigere oculos ſua non poteſt natura: ſed in ipſo tanquam in ſpeculo Solem aſpicit. Illius enim veræ &

diuinæ virtutis radij, puræ vitæ illuceſcentes per manantem ex illis impatibilitatem, efficiunt nobis aſpectabilem qui eſt inaſpectabilis, & comprehenſibilem eum ad quem non patet aditus, in ſpeculo noſtro Solem deſcribentes. Idem eſt autem dicere, quod ad ſenſum attinet, aut Solis radios, aut virtutis fluxus & emanationes, aut odores aromaticos. Quicquid enim poſuerimus ex eo ad ſcopum verbi, vna eſt quæ ex omnibus fit ſententia, nempe quòd boni ſuperantis omnem intelligentiam per virtutes nobis cognitio ineſt, ſicut per quandam imaginem cogitari poteſt primaria pulchritudo. Ita

2.Cor.12. etiam Paulus, qui eſt ſponſa, per virtutes ſponſum imitans, & per ſpeciem in ſe deſcribens eam ad quam non patet aditus pulchritudinem, ex fructibus ſpiritus, charitate, gaudio & pace, & quæ ſunt huiuſmodi ſpecies, hanc nardum componens tanquam vnguentarius, dicit in ſe eſſe Chriſti bonum odorem, gratiam illam exuperantem, ad quam non patet aditus, in ſeipſo odorans, & ſeipſum aliis præbēs, tanquam aliquem ſuffitum liberè ſuſcipiendum, quibus conuenienter ei quæ vnicuique adeſt affectioni, vel viuificus vel letifer erat halitus: Quomodo enim idem vnguentum ſi fuerit appoſitum ſcarabæo & columbæ, non idem efficit in vtriſque: ſed columba quidem per bonum vnguenti halitum fit robuſtior, interit autem ſcarabæus. Ita etiam magnus Paulus in diuino illo ſuffitu, ſi erat quidē quiſpiam aliqua colūba, aut Titus aut Syluanus, aut Timotheus, eum impertiebat bono odore vnguenti, vt qui in omni bono ſua proficeret doctrina & exemplo. Sed ſi quiſpiam erat Demas aut Alexander, aut Hermogenes, non ferentes ſuffitum

2.Cor.2.15 continentiæ, non ſecus atque ſcarabæi fugabantur à bono odore. Quamobrem dicebat is qui eiuſmodi bona olebat vnguenta, Chriſti bonus odor ſumus in iis qui ſeruantur, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Quòd ſi nardus euangelica habet aliquam affinitatem cum vnguento ſponſæ, licet volenti per ea quæ ſcripta ſunt animo cogitare, quænam eſſet nardus illa piſtica pretioſa, quæ Domini quidem capiti infuſa, totam domum re-

Ioan.12. pleuit bono odore. Fortè enim non fuit

A θείας ἀρετῆς ἀκτῖνες τῷ κεκαθαρμένῳ βίῳ διὰ τῆς ἀποῤῥεούσης αὐτῶν ἀπαθείας ἐκλάμπουσαι, ὁρατὸν ποιοῦσιν ἡμῖν τὸ ἀόρατον, καὶ ληπτὸν τὸ ἀπρόσιτον, τῷ ἡμετέρῳ κατόπτρῳ ἐνζωγραφοῦσαι τὸν ἥλιον. Ταυτὸν δέ ἐστιν ὡς πρὸς τὸ ἐγκείμενον νόημα, ἢ ἀκτῖνας εἰπεῖν ἡλίου, ἢ τῆς ἀρετῆς ἀποῤῥοίας, ἢ τὰς ἀρωματικὰς εὐωδίας. ὅ,τι γὰρ ἂν ἐκ τούτων πρὸς τὸν τοῦ λόγου σκοπὸν ὑποθώμεθα, ἓν ἐξ ἁπάντων ἐστὶ τὸ ἐγγινόμενον νόημα, τὸ διὰ τῶν ἀρετῶν ἡμῖν τοῦ πάντα νοῦν ὑπερέχοντος ἀγαθοῦ τὴν γνῶσιν

B ἐγγίνεσθαι, ὥσπερ ἐστὶ διά τινος εἰκόνος τὸ ἀρχέτυπον κάλλος ἀναλογίσασθαι. οὕτω καὶ Παῦλος ἡ νύμφη, ὁ διὰ τῶν ἀρετῶν τὸν νυμφίον μιμούμενος, καὶ ζωγράφων ἑαυτῷ διὰ τοῦ βίου τὸ ἀπρόσιτον κάλλος, ἔκ τε τῶν καρπῶν τοῦ πνεύματος, ἀγάπης τε καὶ χαρᾶς, καὶ εἰρήνης, καὶ τῶν τοιούτων εἰδῶν μυρεψῶν ταύτην τὴν νάρδον, Χριστοῦ εὐωδίαν ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι, τῆς ἀπροσίτου ἐκείνης καὶ ὑπερεχούσης χάριτος ἐν ἑαυτῷ ὀσφραινόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἑαυτὸν παρέχων ὥσπερ θυμίαμά τι κατ' ἐξουσίαν ἀναλαμ-

C βάνεσθαι, ὃς κατὰ τὴν προσοῦσαν ἑκάστῳ διάθεσιν, ἢ ζωοποιὸς ἐγίνετο, ἢ θανατηφόρος εὐπνοια, ὥσπερ τὸ αὐτὸ μύρον εἰ κάνθαρος καὶ περιστερὰ προστεθείη, οὐ ταυτὸν ἐφ' ἀμφοτέρων ἐργάζεται· ἀλλ' ἡ μὲν περιστερὰ ἰσχυροτέρα διὰ τῆς εὐπνοίας τοῦ μύρου γίνεται, ὁ δὲ κάνθαρος φθείρεται. οὕτω καὶ ὁ μέγας Παῦλος τὸ θεῖον ἐκεῖνο θυμίαμα, εἰ μέν τις ἦν περιστερὰ, ἢ Τίτον, ἢ Σιλουανὸν, ἢ Τιμόθεον, συμμετεῖχεν αὐτῷ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου, προκόπτων ἐν παντὶ καλῷ

D τοῖς κατ' αὐτὸν ὑποδείγμασιν. Εἰ δὲ Δημᾶς τις ἦν ἢ Ἀλέξανδρος, ἢ Ἑρμογένης, οὐ φέροντες τὸ τῆς ἐγκρατείας θυμίαμα, κανθάρων δίκην ὑπὸ τῆς εὐωδίας ἐφυγαδεύοντο. οὗ χάριν ἔλεγεν ὁ τοῖς τοιούτοις εὐπνοῶν μύροις, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν, ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. Εἰ δέ τι συγγενὲς καὶ ἡ εὐαγγελικὴ νάρδος ἔχει πρὸς τὸ μύρον τῆς νύμφης, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ διὰ τῶν γεγραμμένων ἀναλογίσασθαι, τίς ἦν ἐκείνη ἡ νάρδος ἡ πιστικὴ, ἡ πολύτιμος, ἡ καταχεθεῖσα μὲν τῆς κεφαλῆς τοῦ κυρίου, πάντα δὲ τὸν οἶκον τῆς εὐωδίας πληρώσασα. τάχα γὰρ οὐκ ἀπηξίωται

A τοῦ μύρου τὸ μύρον, ὁ τὴν νύμφην μὲν τὴν ὀσμὴν τοῦ νυμφίου δίδωσιν· ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ καταχυθὲν τοῦ κυρίου, πληροῖ τῆς εὐωδίας τὸν οἶκον ἐν ᾧ τὸ συμπόσιον ἦν. δοκεῖ γάρ μοι κἀκεῖ προφητικῷ τινι πνεύματι προμηνῦσαι διὰ τοῦ μύρου ἡ γυνή, τὸ τοῦ θανάτου μυστήριον, καθὼς μαρτυρεῖ τοῖς παρ᾽ αὐτῆς γεγενημένοις ὁ κύριος λέγων· ὅτι προέλαβεν εἰς τὸ ἐνταφιάσαι με. καὶ τὸν οἶκον τὸν πληρωθέντα τῆς εὐωδίας ἀντὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ ὅλης τῆς οἰκουμένης νοεῖν ὑποτίθεται, εἰπών· ὅτι ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, B ἡ ὀσμὴ τοῦ ἔργου συνδιαδοθήσεται τῷ τοῦ εὐαγγελίου κηρύγματι, καὶ μνημόσυνον ἔσται, φησί, ταύτης τὸ εὐαγγέλιον. ἐπεὶ οὖν ἐν μὲν τῷ ἄσματι τῶν ἀσμάτων, ἡ νάρδος τὴν ὀσμὴν τοῦ νυμφίου τῇ νύμφῃ δίδωσιν· ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ ὅλου τοῦ σώματος ἐκκλησίας ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ Χριστοῦ εὐωδία γίνεται, ἡ τότε τὸν οἶκον πληρώσασα, τάχα τις εὑρίσκεται διὰ τούτων κοινωνία ἐν ἀμφοτέροις, ὡς ἓν τὰ δύο δοκεῖν. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον· ἡ δὲ ἐφεξῆς ῥῆσις, καταλλήλως μὲν τῇ τοῦ ἐπιθαλαμίου C δράματος ὑποθέσει, ὡς παρὰ τῆς ἐν παστάδι παρεσκευασμένης, ἔχειν δοκεῖ· μείζονα δὲ καὶ τελειοτέραν ἐμφαίνει φιλοσοφίαν, ἣν κατορθῶσαι μόνοι, τῶν ἤδη τετελειωμένων ἐστί. τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοί, ἀνὰ μέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται. φασὶν ἐπιμελὲς εἶναι ταῖς φιλοκόσμοις τῶν γυναικῶν, μὴ τοῖς ἔξωθεν προκοσμήμασι μόνον ἐπινοεῖν ἑαυταῖς τὸ ἐπὶ τῶν συμβιούντων· ἀλλ᾽ ἐπιτηδεύειν διά τινος εὐπνοίας ἡδίω τὰ σώματα τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσι φαίνεσθαι. τὸ κατ᾽ ἀλλήλους ἐνεργοῦν πρὸς τὴν τοιαύτην χρείαν ἄρωμα, ἐντὸς τῆς κατὰ τὴν ἐσθῆτα D περιβολῆς ἀποκρυπτούσας, οὗ τὸν οἰκεῖον ἀτμὸν ἐκδιδόντος, καὶ τὸ σῶμα τῇ τοῦ ἀρώματος εὐπνοίᾳ συγκαταχρώννυται. ταύτης δὲ οὔσης ἐν αὐταῖς τῆς συνηθείας, οἷον τὸ ᾆσμα αὕτη ἡ μεγαλόφρων παρθένος; ἐμοί, φησιν, ἀπόδεσμος, ὃν ἐξαρτῶ τοῦ αὐχένος ἐπὶ τὸ στῆθος, δι᾽ οὗ τὴν εὐοσμίαν παρέχω τῷ σώματι, οὐκ ἄλλο τι τῶν εὐπνοούντων ἀρωμάτων ἐστίν· ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ κύριος στακτὴ γενόμενος ἔγκειται ἐν τῷ ἀποδέσμῳ τῆς συνειδήσεως, αὐτῇ μου τῇ καρδίᾳ ἐναυλιζό-

A ab vnguento alienum vnguẽtum, quod ſponſæ quidem dat odorem ſponſi: in euangelio autem infuſum ipſi Domino, implet bono odore domum in qua erat conuiuium. Mihi enim videtur prophetico quodam ſpiritu per vnguentum ſignificaſſe mulier mortis myſterium, quomodo iis quæ ab ipſa dicuntur, fert dominus teſtimonium, dicens, præoccupauit ad me ſepeliendum. Domum autem bono odore repletam, pro toto mundo & vniuerſo orbe terrarum admonet eſſe intelligendum, dicens: Vbicumque prædicatum fuerit hoc euan- B gelium in toto mundo, odor vnguenti ſimul diſtribuetur cum prædicatione euangelij, & monimentum, inquit, erit eius euangelium. Quoniã ergo in Cantico Canticorum, nardus dat ſponſæ odorem ſponſi, in euangelio autem totius corporis eccleſiæ, in vniuerſo orbe terrarum, & in toto mundo vnctio fit bonus odor, qui tunc domum impleuit; fortaſſe per hæc inuenitur in vtriſque aliqua coniunctio & ſocietas, vt duo videantur vnum. Et hæc quidem hactenus. Quæ autem ſequitur dictio, videtur quidem congruere argumento epithalamij, tanquam ab ea dicatur quæ paratur in tha- C lamo: indicat autem maiorem & perfectiorem philoſophiam, quam rectè exequi eorum eſt ſolùm qui iam ſunt perfecti. Quid eſt ergo quòd dictum eſt? *Faſciculus myrrhæ patruelis meus mihi, in medio vberum meorum commorabitur.* Aiunt ſtudio eſſe ſui ornandi cupidis mulieribus, non ſolum externis procurare ornamentis vt ſint amabiles iis qui cum ipſis viuunt, ſed etiam dare operam vt per quandam ſuaueolentiam, corpora quoque ſuis maritis congruẽter videantur agere: ad eum vſum aroma intra ſuę veſtis ambitum occultantes, quo ſuum D emittente vaporem, corpus quoque bono odore halitus ſimul afficitur. Cùm hæc autem ſit in eis conſuetudo: cuiuſmodi eſt canticum quod canit fortis & excelſi animi virgo? Mihi, inquit, eſt faſciculus, quem à collo ſuſpendo ſupra pectus, per quem bonum odorem præbeo corpori. Nullum autem aliud ex benè ſpirantibus aromatibus, quàm ipſe dominus effectus myrrha, ſitum eſt in faſciculo conſcientiæ, in ipſo meo corde commorans & habitans;

Localis enim cordis poſitura ab iis qui
ea ſunt ſpeculati, dicitur eſſe in medio
vberum. Illic autem dicit ſponſa ſe ha-
bere faſciculum, vbi bonum tanquam
theſaurus reconditur. Sed & cor di-
cunt eſſe quendam fontem nobis innati
caloris, à quo per arterias in vniuerſum
corpus calor diſtribuitur: per quem
fiunt calida & vitalia membra corporis,
vt quæ foueantur ab igne cordis. Quæ
ergo in animæ facultate principatum
tenente ſuſcepit bonũ Chriſti odorem,
& cor ſuum fecit faſciculum huius ſuf-
fitus, ſe ita comparat, vt omnia ſingula-
tim vitæ ſtudia, tanquam alicuius cor-
poris membra ferueant ſpiritu qui ex
corde permeat, nulla iniquitate vllo
membro corporis refrigerante dilectio-
nem in Deum. Sed tranſeamus ad id
quod deinceps ſequitur. Audiamus
quid abundans vitis de ſuis dicit fructi-
bus, quæ in omnibus lateribus domus
Pſ. 127. 4. Dei, ſicut dicit Propheta, extenditur, &
per pampinos dilectionis diuina circũ-
uoluitur vita, & in quam non cadit in-
teritus. *Botrus*, inquit, *Cypri patruelis meus
mihi in vineis Engaddi.* Quis eſt adeò bea-
tus, imò verò quis adeò omnem ſuperat
beatitudinem, vt ſuũ fructum videns, in
ipſo ſuæ animæ botro videat vineæ do-
minum? Vide enim quantũ creuit, quæ
in ſua nardo ſponſi bonum cognouit ha-
litum, myrrha quæ ſeipſam fecit odori-
feram, & cordis faſciculo complexa aro-
ma, vt ſibi perpetuo permaneat bonum
nunquam expirandum, fit mater diuini
botri, qui ante paſſionẽ quidem *κυπρίζει*,
id eſt, florebat, in paſſione autem vinum
effundebat. vinum enim cor lætificans
fit & nominatur ſanguis vuæ poſt paſ-
ſionis œconomiam. Cùm autem botro
fruamur dupliciter, nempe & cùm flos
bono odore ſenſus delectat, & cùm fru-
ctu iam perfecto eum comedendo volu-
ptatem capimus, aut cùm in conuiuio
vino exhilaramur: hîc ſponſa accedit ad
botrum florentem vt fructificet, cyprum
nominans, florem vitis. Qui enim natus
eſt nobis puer Ieſus, qui in iis qui ipſum
ſuſceperunt diuersè proficit, ſapientia &
ætate & gratia, non eſt idem in omni-
bus, ſed pro modo eius in quo eſt, qua-

A μένος. ἡ γὰρ τοπικὴ τῆς καρδίας θέσις ἐν τῷ μέ-
σῳ τῶν μαζῶν παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπεσκεμ-
μένων εἶναι λέγεται. ἐκεῖ δέ φησιν ἡ νύμφη ἔχειν τὸν
ἀπόδεσμον, ἐν ᾧ τόπῳ τὸ ἀγαθὸν θησαυρίζεται.
ἀλλὰ καὶ πηγήν τινα τῆς ἐν ἡμῖν θερμοῦ, τὴν καρ-
δίαν φασίν· ἀφ' ἧς διὰ τῶν ἀρτηριῶν, ἐφ' ἅπαν
ἡ θερμότης τὸ σῶμα καταμερίζεται, δι' ἧς ἔνθερ-
μά τε καὶ ζωτικὰ τὰ μέλη τοῦ σώματος γίνεται, τῷ
πυρὶ τῆς καρδίας ὑποθαλπόμενα. ἡ τοίνυν ἐν
τῷ ἡγεμονικῷ παραδεξαμένη τὴν Χριστοῦ εὐω-
δίαν, καὶ τὴν καρδίαν αὐτῆς ἀπόδεσμον τοῦ τοιούτου
ποιήσασα θυμιάματος, πάντα τὰ κατ' ἕκαστον
τοῦ βίου ἐπιτηδεύματα, οἷόν τινος σώματος μέλη
B ζέειν παρασκευάζει τῷ ἐκ τῆς καρδίας διήκοντι
πνεύματι, μηδεμιᾶς ἀνομίας τὴν πρὸς τὸν Θεὸν
ἀγάπην ἐν μηδενὶ μέλει τοῦ σώματος καταψυχού-
σης. ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἑξῆς λόγον μετέλθωμεν. ἀκού-
σωμεν τί ἡ ἄμπελος ἡ εὐθηνοῦσα περὶ τῶν καρ-
πῶν αὐτῆς διαλέγεται, ἡ ἐν πᾶσι τοῖς κλίτεσι τῆς
τοῦ Θεοῦ οἰκίας, καθὼς φησιν ὁ προφήτης διη-
πλωμένη, καὶ διὰ τῶν τῆς ἀγάπης ἑλίκων περιελισ-
σομένη τῇ θείᾳ τε καὶ ἀκηράτῳ ζωῇ. βότρυς, φη-
σί, τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ ἐν ἀμπελῶ-
σιν Ἐγγαδδί. τίς οὕτω μακάριος, μᾶλλον δὲ τίς
οὕτω κρείττων πάσης μακαριότητος, ὥστε τὸν ἴδιον
C καρπὸν βλέπων ἐν αὐτῷ τῷ βότρυϊ τῆς ἑαυτοῦ ψυ-
χῆς ὁρᾶν τὸν τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότην; ἰδοὺ γὰρ
ὅσον ηὐξήθη ἐν τῇ ἰδίᾳ νάρδῳ τοῦ νυμφίου ἐπι-
γνοῦσα τὴν εὔπνοιαν, ἡ στακτὴ αὐτὴν εὐώδη ποιη-
σαμένη, καὶ διαλαβοῦσα τῷ τῆς καρδίας ἐνδέσμῳ
τὸ ἄρωμα, ὡς ἂν παραμένοι αὐτῇ τὸ ἀγαθὸν
διαπαντὸς ἀδιάπνευστον, μήτηρ τοῦ θείου βότρυος
γίνεται, τοῦ πρὸ μὲν τοῦ πάθους κυπρίζοντος ὅπερ ἐστὶν
ἀνθοῦντος, ἐν δὲ τῷ πάθει τὸν οἶνον προχέοντος. ὁ
γὰρ τὴν καρδίαν εὐφραίνων οἶνος, αἷμα σταφυλῆς
D μετὰ τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν γίνεταί τε καὶ ὀνομά-
ζεται. διπλῆς οὖν οὔσης ἐν τῷ βότρυϊ τῆς ἀπολαύ-
σεως· τῆς μὲν ἐκ τοῦ ἄνθους, ὅταν εὐφραίνῃ τῇ εὐωδί-
ᾳ τὰ αἰσθητήρια· τῆς δὲ διὰ τοῦ τελειωθέντος
ἤδη καρποῦ, ὅταν ὑπάρχῃ κατ' ἐξουσίαν ἢ τῆς
βρώσεως κατατρυφᾶν, ἢ ἐν συμποσίοις τῷ οἴνῳ
φαιδρύνεσθαι· ἐνταῦθα αἰτεῖ ἡ νύμφη τὸν ἀνθοῦντα
βότρυν καρποφορεῖν, κύπρον τὴν οἰνάνθην κατονο-
μάζουσα. τὸ γὰρ γεννηθὲν ἡμῖν παιδίον Ἰησοῦς, ὁ ἐν
τοῖς δεξαμένοις αὐτὸν διαφόρως προκόπτων, σο-
φίᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι, οὐκ ἐν πᾶσιν ὁ αὐτός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέτρον τοῦ ἐν ᾧ γίνεται, κα-
θὼς ἂν

θὼς ἂν ὁ χωρῶν αὐτὸν ἱκανῶς ἔχῃ, τοιοῦτος φαίνεται, ἢ νηπιάζων, ἢ προκόπτων, ἢ τελειούμενος, κατὰ τὴν τοῦ βότρυος φύσιν· ὃς οὐ πάντοτε μετὰ τοῦ αὐτοῦ εἴδους ἐπὶ τῆς ἀμπέλου ὁρᾶται, ἀλλὰ συνεξαλλάσσει τῷ χρόνῳ τὸ εἶδος, ἀνθῶν, κυπρίζων, τελειούμενος πεπαινόμενος. ἐπαγγέλλεται τοίνυν ἡ ἄμπελος τῷ ἰδίῳ καρπῷ, ὃς οὔπω μέν ἐστι πρὸς οἶνον ὥριμος, ἀλλὰ μένει τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν· οὐ μὴν ὡς εἰς τρυφὴν ἀναπόλαυστος. τὴν ὄσφρησιν γὰρ εὐφραίνει ἀντὶ τῆς γεύσεως τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀγαθῶν, ταῖς ἀτμοῖς τῆς ἐλπίδος ἡδύνων τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια. τὸ γὰρ πιστόν τε καὶ ἀναμφίβολον τῆς ἐλπιζομένης χάριτος ἡ ἀπόλαυσις τοῖς δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχομένοις τὸ προσδοκώμενον γίνεται. οὕτως οὖν ὁ τῆς κύπρου βότρυς ἐστί, βότρυς οἶνον ἐπαγγελλόμενος, οὔπω δὲ οἶνος γινόμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἄνθους· ἡ δὲ ἐλπὶς τὸ ἄνθος ἐστί· τὴν ἐσομένην χάριν πιστούμενον. ἡ δὲ τοῦ γαδδὶ προσθήκη σημαίνει τὸν πίονα χῶρον, ἐν ᾧ ἐνριζωθεῖσα ἡ ἄμπελος, εὔτροφον καὶ ἡδὺν τὸν καρπὸν ἀπεργάζεται, οἱ τοπικῶς ἱστορήσαντες λέγουσι τὸν χῶρον τοῦ γαδδὶ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς εὐτροφίαν βοτρύων. ἐπεὶ τοίνυν ὁ τῷ νόμῳ τοῦ κυρίου σύμφωνον ἔχων τὸ θέλημα, καὶ διὰ πάσης νυκτός τε καὶ ἡμέρας ταύτην τὴν μελέτην ποιούμενος, ἀειθαλὲς γίνεται δένδρον, ταῖς τῶν ὑδάτων ἐπιρροαῖς πιαινόμενον, ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ τὸν καρπὸν παρεχόμενος, τούτου χάριν καὶ ἡ τοῦ νυμφίου ἄμπελος ἐν τῷ γαδδὶ τῷ πίονι τόπῳ ἐρριζωμένη, τουτέστιν ἐν βαθείᾳ τῇ διανοίᾳ, τῇ διὰ τῶν θείων διδαγμάτων καταρδομένη καὶ αὔξουσα, τὸν εὐανθῆ τοῦτον καὶ κυπρίζοντα βότρυν ἐκαρποφόρησεν, ᾧ τὸν γεωργὸν καὶ φυτηκόμον ἑαυτῆς ἐνορᾷ. ὡς μακάριον τὸ τοιοῦτον γεώργιον, οὗ ὁ καρπὸς πρὸς τὴν τοῦ νυμφίου ὁμοιοῦται μορφήν. ἐπεὶ γὰρ φῶς ἀληθινόν ἐστιν ἐκεῖνος, καὶ ἀληθινὴ ζωή, καὶ δικαιοσύνη ἀληθής, καθὼς ἡ σοφία φησί, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὅταν τις διὰ τῶν ἔργων ταῦτα γένηται, ὃ ἐκεῖνός ἐστιν, οὗτος τὸν τῆς ἰδίας συνειδήσεως βότρυν βλέπων, αὐτὸν τὸν νυμφίον ἐν τούτῳ βλέπει τῇ φωτεινῇ τε καὶ ἀκηράτῳ ζωῇ τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ἐνοπτριζόμενος. διὰ τοῦτό φησιν ἡ ἄμπελος ἡ εὐθηνοῦσα, ὅτι ἐμὸς βότρυς ὁ δι' ἄνθος κυπρίζων· αὐτὸς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς βότρυς, ὁ ἐπὶ τοῦ ξυλίνου ἀναφορέως ἑαυτὸν δείξας. οὗ τὸ αἷμα τοῖς σωζομένοις τε καὶ εὐφραινομένοις, πότιμόν τε καὶ σωτήριον γίνεται, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

cùm luci appropinquarit, lux efficitur. In luce autem tanquam imago effingebatur ſpecies columbæ, illius, inquam, columbæ, cuius ſpecies ſignificauit aduentum ſancti Spiritus. Cùm ergo ſic eam allocuta eſſet oratio, & ipſam quidem nominaſſet pulchram propter propinquitatem, columbam autem propter pulchritudinem; perſequitur id quod deinceps ſequitur, dicens non amplius dominari hyemis animarum triſtitiam. Neque enim frigus reſiſtit radio. *Ecce enim*, inquit, *hyems præteriijt, imber abijt & ſe recepit*. Malo multa tribuit nomina, vt quod nominetur ex differẽtiis operationum. Idem enim & hyems & imber & ſtillæ, & conuenienter vnicuique nomini tentatione aliqua ex proprietate ſignificata, dicitur hyems, propter multiplicem malorum ſignificationem. Nam hyeme & quæ germinarant, marceſcunt, & arborum pulchritudo, quæ naturaliter ſuam venuſtatem ac decorem accepit à foliis, excidit à foliis & miſcetur terræ: muſicarum auium ſilet concentus: fugit luſcinia, torpet hirundo, à nido peregrinatur turtur, imitantur omnia triſtitiam mortis, interit germen, moritur herba: & quomodo oſſa ſeparata à carnibus, ita rami nudati foliis deforme euadunt ſpectaculum, pro ſpecie ac decore qui ei aderat ex germinibus. Quid autem commemorare attinet ea quæ in mari hyeme accidunt, quemadmodum ab imo euerſum & tumefactum ſcopulos imitatur & montes, in rectam figuram inſtar verticis aqua faſtigiata? quemadmodum in terram irruit, non ſecus atque hoſtis erumpens vltra fines ſuæ habitationis, & frequentiam vndarum ictibus, tanquam aliquibus machinarum inſultibus, ipſam quatiens? Sed has & quæ ſunt huiuſmodi hyemis affectiones omnes mihi mente verſa ad tropicam deduces ſignificationem. Quid ſit quod hyeme defloreſcit & marceſcit? Quid ſit quod in terram ex ramis reſoluitur? Quænam ſit vox quæ ſilet canorarum auium? Quódnam ſit mare quod rugit fluctibus? Quiſnam deinde ſit imber? Quæ ſint imbris ſtillæ? Quemadmodum imber abeat & ſe recipiat? Per hoc enim, id quod eſt animatum & libero arbitrio præditum, tacitè ſignificat ænigma huius hyemis.

A τοῦτο τῷ φωτὶ προσεγγίσασα, φῶς γίνεται. τῷ δὲ φωτὶ τὸ καλὸν τῆς περιστερᾶς εἶδος ἐνεικονίζεται, ἐκείνης λέγω τῆς περιστερᾶς, ἧς τὸ εἶδος τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος παρουσίαν ἐγνώρισεν. οὕτω τοίνυν αὐτῇ προσφωνήσας ὁ λόγος, καὶ ὀνομάσας αὐτὴν, καλὴν μὲν διὰ τὸ πλησίον, περιστερὰν δὲ διὰ τὸ κάλλος, καὶ τὰ ἐφεξῆς διεξέρχεται, οὐκέτι λέγων κρατεῖν τοῦ χειμῶνος τῶν ψυχῶν τὴν κατήφειαν. οὐ γὰρ ἀντέχει πρὸς τὴν ἀκτῖνα τὸ κρύος. ἰδοὺ, φησὶν, ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ. πο-
B λυώνυμον ποιεῖ τὸ κακὸν, κατὰ τὰς διαφορὰς τῶν ἐνεργημάτων ὀνομαζόμενον. ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ χειμὼν καὶ ὑετὸς, καὶ σταγόνες καθ' ἕκαστον τῶν ὀνομάτων, πειρασμοῦ τινος κατὰ τὸ ἰδιάζον σημαινομένου. ἐν γὰρ τῷ χειμῶνι, τὰ τεθηλότα μαραίνεται, τὸ ἐπὶ τῶν δένδρων κάλλος, ὃ διὰ τῶν φύλλων φυσικῶς ὡραΐζεται, ἀποῤῥεῖ τῶν κλάδων, καὶ τῇ γῇ καταμίγνυται. σιγᾷ τῶν μουσικῶν ὀρνίθων ἡ μελῳδία, φεύγει ἡ ἀηδὼν, ναρκᾷ ἡ χελιδὼν, ἀποξενοῦται τῆς καλιᾶς ἡ τρυγών· μιμεῖται πάντα τὴν τοῦ θανάτου κατήφειαν, νεκροῦται ὁ βλα-
C στὸς, ἀποθνήσκει ἡ πόα. καὶ ὥσπερ ὀστέα τῶν σαρκῶν κεχωρισμένα, οὕτως οἱ κλάδοι τῶν φύλλων γυμνωθέντες, εἰδεχθὲς θέαμα γίνονται, ἀντὶ τῆς προσούσης αὐτοῖς ἐκ τῶν βλαστῶν ἀγλαΐας. τί δ' ἄν τις λέγοι τὰ κατὰ θάλασσαν πάθη, τὰ διὰ τοῦ χειμῶνος γινόμενα; πῶς ἐκ βυθῶν ἀναστρεφομένη καὶ διοιδαίνουσα σκοπέλους καὶ ὄρη μιμεῖται, πρὸς τὸ ὄρθιον σχῆμα κορυφουμένη τῷ ὕδατι. πῶς ἐφορμᾷ καθάπερ πολεμία τῇ γῇ, ὑπὲρ τὰς μονὰς ἑαυτὴν ἐπεκ-
D βάλλουσα, καὶ ταῖς ἐπαλλήλοις τῶν κυμάτων πληγαῖς οἷόν τισι μηχανημάτων προσβολαῖς αὐτὴν κατασείουσα. ἀλλά μοι νόει τὰ τοῦ χειμῶνος πάθη, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα μεταλαμβάνων εἰς τροπικὴν σημασίαν. τί ἐστιν ἐν χειμῶνι τὸ ἐπανθοῦν τε καὶ μαραινόμενον; τί τὸ εἰς γῆν ἐκ τῶν ἀκρεμόνων ἀναλυόμενον; τίς ἡ σιωπῶσα τῶν ᾠδικῶν ὀρνίθων φωνή; τίς ἡ θάλασσα ἡ ἐπαιρομένη τοῖς ὕδασι; τίς ἐστι τούτοις ὁ ὑετός; τίνες τοῦ ὑετοῦ αἱ σταγόνες; πῶς ἑαυτῷ πορεύεται ὁ ὑετός; διὰ τούτου γὰρ, τὸ ἔμψυχόν τε καὶ προαιρετικὸν τοῦ τοιούτου χειμῶνος ὑποσημαίνει τὸ αἴνιγμα.

A τάχα γὰρ καὶ μὴ καθ' ἕκαστον διασαφήσῃ ὁ λόγος, πρόδηλός ἐστι τῷ ἀκούσαντι ἡ ἑκάστου τούτων ἐμφαινομένη διάνοια· πῶς ἐπήνθει κατ' ἀρχὰς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἕως ἐν τῷ παραδείσῳ ἦν, τῷ τῆς πηγῆς ἐκείνης ὕδατι πιαινομένη καὶ θάλλουσα· ὅτε ἦν ἀντὶ φύλλων ὁ τῆς ἀθανασίας βλαστὸς, ὡραΐζων τὴν φύσιν· ἀλλὰ τοῦ χειμῶνος τῆς παρακοῆς τὴν ῥίζαν ἀποξηράναντος, ἀπετινάχθη τὸ ἄνθος, καὶ εἰς γῆν ἀνελύθη, καὶ ἐγυμνώθη τοῦ κάλλους τῆς ἀθανασίας ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ τῶν ἀρετῶν πόα κατεξηράνθη, τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης, διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν B καταψυχούσης· ὅθεν τὰ ποικίλα πάθη τοῖς ἀντικειμένοις πνεύμασιν ἐν ἡμῖν ἐκορυφώθη, δι' ὧν τὰ πονηρὰ τῆς ψυχῆς ναυάγια γίνεται. ἀλλ' ἐλθόντος τοῦ τὸ ἔαρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐμποιήσαντος, ὃς τοῦ πονηροῦ ἀνέμου τὴν θάλασσάν ποτε διεγείραντος, καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐπιτιμᾷ, καὶ τῇ θαλάσσῃ λέγει, σιώπα, πεφίμωσο, πάντα εἰς γαλήνην καὶ νηνεμίαν μετεσκευάσθη, καὶ πάλιν ἀναθάλλειν ἄρχεται, καὶ τοῖς ἰδίοις ἄνθεσιν ἡ φύσις ἡμῶν ὡραΐζεται· ἄνθη δὲ τῆς ζωῆς ἡμῶν αἱ ἀρεταὶ, νῦν μὲν ἀνθοῦσαι, τὸν δὲ καρπὸν αὐτῶν τῷ C ἰδίῳ παρεχόμεναι καιρῷ. διὰ τοῦτό φησιν ὁ λόγος, ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ, τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ, καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακεν. ὁρᾷς, φησι, τὸν λειμῶνα τὸν διὰ τῶν ἀρετῶν ἀνθοῦντα; ὁρᾷς τὴν σωφροσύνην· τοῦτό ἐστι τὸ λαμπρόν τε καὶ εὐῶδες κρίνον; ὁρᾷς τὴν αἰδῶ, τὸ ῥόδον; τὸ ἴον, τοῦ Χριστοῦ τὴν εὐωδίαν; τί οὖν οὐ στεφανοπλοκεῖς διὰ τούτων; τοῦτ' ἔστιν ὁ καιρὸς ἐν ᾧ χρὴ δρεψαμένους τῇ πλοκῇ τῶν τοιούτων στεφάνων ἐγκαλλωπίσασθαι. ὁ καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακε. τοῦτό σοι διαμαρτύρεται ἡ φωνὴ τῆς τρυ- D γόνος· τουτέστιν ἡ φωνὴ τοῦ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἰωάννης ἐστὶν ἡ τρυγών. οὗτος ὁ τοῦ φαιδροῦ ἔαρος πρόδρομος, ὁ τὰ καλὰ τῆς ἀρετῆς ἄνθη τοῖς ἀνθρώποις δεικνύων, καὶ τοῖς βουλομένοις ἀνθολογεῖν προτείνων· δι' ὧν ὑπεδείκνυε τὸ ἐκ τῆς ῥίζης τοῦ Ἰεσσαὶ ἄνθος, τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ ὑπετίθετο τὴν ἐκ τῶν κακῶν μετάνοιαν, καὶ τὴν κατ' ἀρετὴν πολιτείαν. ἠκούσθη γὰρ, φησι, φωνὴ τῆς τρυγόνος ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. τάχα γῆν τοὺς κατεγνωσμένους ἐν κακίᾳ κατονομάζει, οὓς τελώνας τε καὶ πόρνας λέγει τὸ εὐαγγέλιον, ἐν οἷς ἠκούσθη τοῦ Ἰωάννου ὁ λόγος, τῶν λοιπῶν οὐ παραδεξαμένων τὸ κήρυγμα. Τὸ

A Fortè enim etſi ſingula non explicarit oratio, auditori erit manifeſta ſententia quæ ſe oſtendit in vnoquoque eorum: quemadmodum in initio humana germinauit natura, quamdiu fuit in paradiſo, aqua illius fontis irrigata & germinans: quando erat pro foliis germen immortalitatis, naturam decorans: ſed cùm hyems inobedientiæ radicem exſiccaſſet, flos in terram excuſſus eſt, diſſolutus; & nudatus fuit homo à pulchritudine immortalitatis, & exſiccata fuit herba virtutũ, refrigerata in Deum charitate, propterea quòd abundaſſet B iniquitas, vnde variæ affectiones aduerſis flatibus in nobis ſunt in altum excitatæ, per quas fiunt mala animæ naufragia. Sed cùm veniſſet qui ver in noſtris animis indidit ac procreauit, qui, cùm malus ventus mare aliquando excitaſſet, & ventos increpat, & dicit mari, Tace, compeſcere: & ad ſerenitatem & tranquillitatem redacta ſunt omnia, & rurſus incipit noſtra natura propriis ornari floribus; vitæ autem noſtræ flores virtutes, nunc quidem florent, ſuum autem fructum præbent ſuo tempore. *Matth. 8. Marc. 4.*

C Propterea dicit ſcripturæ textus, *Hyems præterit, imber abiit, ſe recepit. Flores viſi ſunt in terra, tempus putationis aduenit.* Vides, inquit, pratum florens virtutibus? Vides temperantiam: hoc eſt ſplendidum & benè olens lilium? Vides pudorem, roſam? Vides violam Chriſti bonum odorem? Cur ergo per hæc non texis coronam? Hoc eſt tempus in quo his collectis oportet huiuſmodi coronis ornari. *Tempus putationis aduenit.* Hoc teſtificatur vox turturis: Id eſt, vox clamantis in deſerto. Ioannes enim eſt turtur. *Matth. 3. Marc. 1.* Is eſt præcurſor præclari huius veris, D qui oſtendit hominibus pulchros flores virtutis, & porrigit iis qui volunt flores colligere: per quos oſtendebat florem qui exit è radice Ieſſe, nempe agnum Dei qui tollit peccata mundi, & ſuggerebat de malis pœnitentiam, & vitam degendam ex virtute. *Audita eſt enim,* inquit, *vox turturis in terra noſtra.* Terram fortè nominat eos qui ſunt damnati in vitio, quos publicanos & meretrices dicit Euangelium, à quibus auditum eſt verbum Ioannis, cùm reliqui minimè admiſiſſent prædicationem. Quod

autem dictum eſt de ficu. *Protulit groſſos ſuos*, ratione ſic intelligimus. Ficus ob calorem, eſt prædita vi inſigni attrahendi humoris ex profundo. Cùm autem multus humor conſiſtat in medulla, neceſſario natura per humorum concoctionem in planta, expellit ex ramis inutilem & terreſtrẽ humorem. Idque ſæpe facit, donec ſincerum & ad nutriendum aptum humorem apto proferat tempore, ab inutili expurgatum qualitate. Quod ergo ante dulcem & perfectum fructum, à ficu inſtar fructus producitur, groſſus dicitur, quod quidem eſt ipſum quoque eſculentum nonnunquam volentibus: non eſt tamen ille fructus, ſed fructus procemium. Qui ergo ea vidit, fructum mox futurum omnino expectat. Sunt enim ſignum ficuum eſculẽtarum groſſi, quos dicit ficum protuliſſe. Quia enim ver ſpirituale ſponſæ deſcribit oratio: eſt autem hoc tempus in confinio duorum temporum, nempe & triſtitiæ hyemalis, & fructuum, qui colliguntur æſtate, participationis: propterea mala quidem præteriiſſe dilucidè annunciat: perfectos autem fructus virtutis nondum apertè oſtendit. Sed hos quidem recondit ac reſeruat in tempus opportunum, quando æſtas inſtiterit. Scis autem omnino quid ſignificetur per
Matth.13. æſtatem ex voce Domini, nempe quòd meſſis eſt ſæculi conſummatio: nunc autem oſtendit florentes ſpes virtutum,
Pſal.1. quarum fructus, vt dicit Propheta, apparet in tempore ſuo. Cùm igitur humana natura, congruenter ficui, de qua hîc fit mentio, per intellectam à nobis hiemem malum collegerit humorem, rectè qui animæ ver in nobis efficit, & conuenienti agricultura in nobis plantat id quod eſt humanum, primum quidem à natura expellit quicquid eſt terrenum & inutile, ramorum loco per confeſſionem expellens excrementa. Deinde beatitudinis quæ ſperatur, quendam characterem per honeſtiorem viuendi rationem inijciens hominibus, veluti quibuſdam groſſis, fructuum futuram annunciat dulcedinem. Et hoc eſt quod dicitur, *Ficus protulit groſſos ſuos*. Ita mihi intellige etiam florentem vitem, cuius vinum quidem

A δὲ περὶ τῆς συκῆς εἰρημένον· ὅτι ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, οὑτωσί τῷ λόγῳ καταμανθάνομεν. ἑλκτικῆς τῆς ἐν τῷ βάθει νοτίδος, διαφερόντως ὑπὸ θερμότητός ἐστιν ἡ συκή. πολλῆς δὲ κατὰ τὰς ἐντεριώνας τῆς ἰκμάδος συνισταμένης, ἀναγκαίως ἡ φύσις διὰ τῆς τῶν ὑγρῶν πέψεως τῆς ἐν τῷ φυτῷ γινομένης τὸ ἀχρεῖόν τι καὶ γεῶδες ἰκμάδος ἐκ τῶν ἀκρεμόνων ἀποσκευάζεται, καὶ πολλάκις τοῦτο ποιεῖ, ὡς ἂν εἰλικρινές τι καὶ ἐδώδιμον ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ προβάλλῃ, κεκαθαρμένον τῆς ἀχρήστου ποιότητος. τοῦτο τοίνυν πρὸ τοῦ γλυκέως τε καὶ τελείου καρποῦ ὑπὸ τῆς συκῆς ἐν καρπῶν εἴδει προβαλλόμενον, ὄλυνθος λέγεται· ὅπερ καὶ αὐτὸ μὲν
B ἐδώδιμον ἔσθ' ὅτε τοῖς βουλομένοις ἐστίν· οὐ μὴν ἐκεῖνό ἐστιν ὁ καρπός, ἀλλὰ τοῦ καρποῦ προοίμιον γίνεται. ὁ ταῦτα τοίνυν θεασάμενος, καὶ τὸν καρπὸν ὅσον οὐδέπω πάντως ἐκδέχεται. σημεῖον γὰρ τῶν ἐδωδίμων σύκων οἱ ὄλυνθοι γίνονται, οὓς ἐξενηνοχέναι φησὶ τὴν συκήν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πνευματικὸν ἔαρ ὑπογράφει τῇ νύμφῃ ὁ λόγος· ὁ δὲ καιρὸς οὗτος, μεθόριός ἐστι δύο καιρῶν, τῆς τε χειμερινῆς κατηφείας, καὶ τῆς ἐν τῷ θέρει τῶν καρπῶν μετουσίας. διὰ τοῦτο τὰ μὲν παρῳχηκέναι τὰ κακὰ διαῤῥήδην εὐαγγελίζεται· τοὺς δὲ καρποὺς τῆς
C ἀρετῆς οὔπω τελείως προδείκνυσιν, ἀλλὰ τούτους μὲν ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ ταμιεύεται, ὅταν ἐνστῇ τὸ θέρος· οἶδας δὲ πάντως τὸ διὰ τοῦ θέρους δηλούμενον ἐκ τῆς τοῦ κυρίου φωνῆς, ἣ τοῦτό φησιν, ὅτι ὁ θερισμὸς, συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστι· νῦν δὲ τὰς ἐλπίδας δείκνυσι διὰ τῆς ἀρετῆς ἀνθούσας, ὧν ὁ καρπὸς, καθώς φησιν ὁ προφήτης, ἐν τῷ καιρῷ τῷ ἰδίῳ προφαίνεται. τῆς τοίνυν ἀνθρωπίνης φύσεως κατὰ τὴν μνημονευθεῖσαν ἐνταῦθα συκὴν, πολλὴν διὰ τοῦ νοηθέντος ἡμῖν χειμῶνος κα-
D κὴν ἰκμάδα συλλεξαμένης, καλῶς ὁ τὸ ψυχικὸν ἔαρ ἡμῖν ἐργαζόμενος, καὶ τῇ καθηκούσῃ γεωπονίᾳ φυτηκομῶν τὸ ἀνθρώπινον, πρότερον μὲν ἐκβάλλει τῆς φύσεως πᾶν ὅσον γεῶδές τε καὶ ἄχρηστον ἀντὶ ἀκρεμόνων, δι' ἐξομολογήσεως ἀποσκευάζων τὰ περιττώματα. εἶθ' οὕτως χαρακτῆρά τινα τῆς ἐλπιζομένης μακαριότητος, διὰ τῆς ἀστειοτέρας ζωῆς ἐπιβάλλων τῷ βίῳ, οἷόν τισιν ὀλύνθοις τὴν μέλλουσαν γλυκύτητα τῶν συκῶν διαγγελίζεται. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον, ὅτι ἡ συκὴ ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς. οὕτω μοι νόησον καὶ τὴν κυπρίζουσαν ἄμπελον, ἧς ὁ μὲν οἶνος,

A ὁ τὴν καρδίαν εὐφραίνων, πληρώσει ποτὲ τὸν τῆς σοφίας κρατῆρα· καὶ προχεῖσθαι τοῖς συμπόταις ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ κηρύγματος κατ' ἐξουσίαν ἀρύσασθαι εἰς ἀγαθήν τε καὶ νηφάλιον μέθην. ἐκείνην λέγω τὴν μέθην, δι' ἧς τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῶν ὑλικῶν πρὸς τὸ θειότερον ἡ ἔκστασις γίνεται. νῦν μὲν κυπρίζει διὰ τοῦ ἄνθους ἡ ἄμπελος. καί τις ἐκδίδοται παρ' αὐτῆς ἀτμὸς εὐωδιάζων, ἡδὺς καὶ προσηνής, πρὸς τὸ περιέχον πνεῦμα κατακιρνάμενος. οἶδας δὲ τὸ πνεῦμα πάντως, ὃ τὴν εὐωδίαν ταύτην τοῖς σωζομένοις ἐργάζεται, παρὰ τοῦ Παύλου μαθών. B ταῦτα προδείκνυσι τῇ νύμφῃ ὁ λόγος, τοῦ κατὰ τὰς ψυχὰς ἔαρος τὰ γνωρίσματα, καὶ ἐπισπεύδει πρὸς τὴν τῶν προκειμένων ἀπόλαυσιν, διεγείρων αὐτὴν τῷ λόγῳ· ἀνάστα, λέγων· ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου. ὅσα δόγματα δι' ὀλίγων ἐν τοῖς ῥήμασι τούτοις ὁ λόγος ἡμῖν ὑποδείκνυσιν; οὐ γὰρ κατά τινα περιέλκουσαν ματαιολογίας τοῖς αὐτοῖς ῥήμασιν ἐμφιλοχωρεῖν τὴν θεόπνευστον διδασκαλίαν ἐστὶν εἰκός. ἀλλά τι μέγα καὶ θεοπρεπὲς νόημα διὰ τῆς παλιλλογίας ἡμῖν ὑποδείκνυται. τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστιν. C ἡ μακαρία καὶ ἀΐδιος καὶ πάντα νοῦν ὑπερέχουσα φύσις, πάντα τὰ ὄντα ἐν ἑαυτῇ περιέχουσα, ὑπ' οὐδενὸς περιέχεται ὅρου. οὐδὲν γάρ ἐστι περὶ αὐτὴν θεωρούμενον, οὐ χρόνος, οὐ τόπος, οὐ χρῶμα, οὐ σχῆμα, οὐκ εἶδος, οὐκ ὄγκος, οὐ πηλικότης, οὐ διάστημα, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν περιγραπτικῶν ὄνομα, ἢ πρᾶγμα, ἢ νόημα, ἀλλὰ πᾶν περὶ αὐτὴν νοούμενον ἀγαθὸν εἰς ἄπειρόν τε καὶ ἀόριστον πρόεισιν. ὅπου γὰρ κακία χώραν οὐκ ἔχει, ἀγαθοῦ πέρας ἐστὶν οὐδέν. ἐπὶ γὰρ τῆς τρεπτικῆς φύσεως, διὰ τὸ ἴσον ἐγκεῖσθαι τὴν δύναμιν τῇ προαιρέσει πρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα τῶν ἐναντίων ῥοπήν, τό τε ἀγαθὸν τὸ ἐν ἡμῖν, καὶ τὸ κακὸν ταῖς διαδοχαῖς ἀλλήλων D ἐναπολήγει, καὶ γίνεται τοῦ ἀγαθοῦ ὅρος ἡ ἐπιγινομένη κακία, καὶ πάντα τὰ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐπιτηδεύματα, ὅσα κατὰ τὸ ἐναντίον ἀλλήλοις ἀντικαθέστηκεν, εἰς ἄλληλα λήγει, καὶ ὑπ' ἀλλήλων ὁρίζεται. ἡ δὲ ἁπλῆ καὶ καθαρὰ καὶ μονοειδὴς καὶ ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος φύσις, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσα, καὶ οὐδέποτε ἑαυτῆς ἐξισταμένη, διὰ τὸ ἀπαράδεκτος εἶναι τῆς πρὸς

A quod lætificat cor hominis, implebit ipſum craterem ſapientiæ: & proponetur conuiuis vt ex ſublimi prædicatione, liberè miſceatur ad bonam & ſobriam ebrietatem. Illam dico, per quam hominibus ex rebus materialibus fit tranſmutatio ad id quod eſt diuinius. Nunc quidem floret vitis, & ex ea per florem emittitur vapor quidam bene olens & ſuauis, contemperatus cum ambiente ſpiritu. Noſti autem omnino ſpiritum, qui efficit hunc bonum odorem iis qui ſalui fiunt, vt qui hoc didiceris à Paulo. Hæc ſponſæ oratio B prius oſtendit, indicia & notas boni veris animarum, & eam incitat vt fruatur iis quæ ſunt propoſita, verbis eam excitans, *Surge*, dicens, *Veni propinqua mea, pulchra mea, columba mea*. Quàm multa autem dogmata paucis his verbis nobis oſtendit Verbum? non enim inani aliqua & ſuperuacanea oratione in iiſdem verbis lubenter immorari diuinitùs inſpiratam doctrinam eſt conſentaneum. Sed magna aliqua & Deo conueniens intelligentia oſtenditur nobis per hanc repetitam ſententiam. C Quod autem dicitur eſt huiuſmodi. Beata & æterna & omnem intelligentiam excedens natura, omnia quæ ſunt in ſeipſa coërcens, à nullo termino circundatur. Nihil eſt enim quod circa ipſam conſideratur, non tempus, non locus, non color, non figura, non magnitudo, non quantitas, non interuallum, neque vllum aliud nomen pertinens ad circumſcriptionem, aut res, aut intelligentia, ſed omne bonum quod circa ipſam intelligitur procedit in infinitum, & minimè circumſcribitur. Vbi enim vitio nullus eſt locus, nullus eſt boni finis. In mutabili enim natura, propterea quòd pariter ineſt poteſtas & libera eligendi voluntas ad inclinationem ac propenſionem D ad vtraque contraria, quod eſt in nobis bonum & malum ita deſinunt, vt ſibi inuicem ſuccedant: & boni eſt terminus vitium adueniens: & omnia animarum noſtrarum ſtudia & inſtituta, quæ ſibi inuicem aduerſantur, in ſe inuicem deſinunt, & à ſe inuicem terminantur. Simplex autem & pura & vniformis & immutabilis & inalterabilis, & quæ ſemper ſimiliter & eodem modo ſe habet natura, & à ſeipſa nunquam excedit: propterea quòd non ſit

capax ſocietatis cum malo, manet in bono minimè circumſcripta, in ſe nullum videns finem, propterea quòd in ſe nullum videat contrarium. Quando ergo trahit humanam animam ad ſui participationem, æquali ſemper menſura, in ea quæ ad id quod eſt melius ac præſtantius fit exuperatione, aſſurgit ſupra eam quæ eſt particeps. Nam anima quidem ſeipſa ſemper fit maior, & augetur per participationem eius quod exuperat, neque deſinit augeri: bonum autem quod participatur, ſemper manet in æqualitate, vt quod ab ea quæ ſemper eſt amplius particeps, ſemper inueniatur in æquali exuperatione. Videmus ergo tanquam in ſcalarum aſcenſu per virtutis aſcenſiones ſponſam à Verbo deduci. Immittit primo Verbum radium per feneſtras propheticas, aut cancellos præceptorum legis, & eam aduocat vt appropinquet luci, & pulchra fiat inſtar columbæ formata in luce. Deinde cùm rerum pulchrarũ tantum fuiſſet, quantum potuit capere, particeps, rurſus deintegro, vt quæ bonorum adhuc non eſſet particeps, eam attrahit ad participationem boni ſupereminentis, adeò vt id ipſum quod ſemper apparet congruenter proportioni profectus, ſimul etiam attrahat deſiderium, & propter exuperationem bonorum quæ ſemper conſideratur in eo quod ſupereminet, videatur primò tangere aſcenſum. Propterea ergo ei excitatæ rurſus dicit, *Surge*, & ei cùm veniſſet dicit, *Veni*. Neque enim ei qui verè ſurgit vnquam deerit ſemper ſurgere: neque ei qui currit ad Dominum, vnquam conſumetur amplum & latum campi ſpatium ad diuinum curſum conficiendum. Oportet enim ſemper ſurgere & excitari, & per curſum appropinquando nunquam ceſſare. Quamobrem quoties dicit: Surge & veni, toties ad id quod eſt melius, aſcenſioni largitur facultatem ad id quod melius eſt aſcendendi. Sic intellige, quæ ſequuntur in textu. Nam qui pulchram ex pulchra iubet fieri, apertè admonet & ſuggerit
2.Cor.3.18 illud Apoſtolicum, iubens eandem imaginẽm à gloria transformari in gloriam: adeò vt ſemper videatur eſſe gloria quod accipitur, & quod ſemper inuenitur, & licet ſit magnum & excelſum, credatur eſſe minus eo quod ſperatur. Sic ergo cùm eſſet columba

A τὸ κακὸν κοινωνίας, ἀόριστος ἐν τῷ ἀγαθῷ μένει, οὐδὲ αὐτῆς βλέπουσα πέρας, διὰ τὸ μηδὲν τῶν ἐναντίων βλέπειν. ὅταν τοίνυν ἐφέλκηται πρὸς μετουσίαν ἑαυτῆς τὴν ἀνθρωπίνην ψυχήν, ἀεὶ τῷ ἴσῳ μέτρῳ κατὰ τὴν ἐς τὸ κρεῖττον ὑπεροχὴν τῆς μετεχούσης ὑπερανέστηκεν. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ μείζων αὐτῆς πάντοτε διὰ τῆς τοῦ ὑπερέχοντος μετουσίας γίνεται, καὶ αὐξανομένη οὐχ ἵσταται· τὸ δὲ μετεχόμενον ἀγαθὸν ἐν ἴσῳ μένει ὡσαύτως, ὑπὸ τῆς ἐπὶ πλεῖον ἀεὶ μετεχούσης ἐν ἴσῃ πάντοτε τῇ ὑπεροχῇ εὑρισκόμενον. ὁρῶμεν τοίνυν ὥσπερ ἐν βαθμῶν ἀ-
B ναβάσει χειραγωγουμένην διὰ τῶν τῆς ἀρετῆς ἀνόδων ἐπὶ τὰ ὕψη παρὰ τοῦ λόγου τὴν νύμφην. ἣν ἐνίησι πρῶτον διὰ τῶν προφητῶν θυρίδων, καὶ τῶν δικτύων τῶν τοῦ νόμου παραγγελμάτων τὴν ἀκτῖνα ὁ λόγος, καὶ προσκαλεῖται αὐτὴν ἐγγίσαι φωτί, καὶ καλὴν γενέσθαι πρὸς τὸ εἶδος τῆς περιστερᾶς ἐν τῷ φωτὶ μορφωθεῖσαν. εἶτα μετασχοῦσαν τῶν καλῶν, ὅσον ἐχώρησε, πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς, ὡς ἔτι τῶν καλῶν οὖσαν ἀμέτοχον, πρὸς τοῦ ὑπερκειμένου κάλλους μετουσίαν ἐφέλκεται, ὥστε αὐτῇ κατὰ τὴν ἀναλογίαν
C τῆς προκοπῆς πρὸς τὸ ἀεὶ προφαινόμενον, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν συναύξεσθαι, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν πάντοτε κατὰ τὸ ὑπερκείμενον εὑρισκομένων ἀγαθῶν, πρώτως ἅπτεσθαι τῆς ἀνόδου δοκεῖν. διὰ τοῦτό φησι, πάλιν πρὸς τὴν ἐγηγερμένην ὁ λόγος, ὅτι ἀνάστηθι, καὶ πρὸς τὴν ἐληλυθυῖαν, ὅτι ἐλθέ. οὔτε γὰρ τῷ ὄντως ἀνισταμένῳ λείψει ποτὲ ἀεὶ ἀνίστασθαι, οὔτε τῷ τρέχοντι πρὸς τὸν κύριον, ἡ πρὸς τὸν θεῖον δρόμον εὐρυχωρία δαπανηθήσεται. ἀεί τε γὰρ ἐγείρεσθαι χρή, καὶ μηδέποτε διὰ τοῦ δρόμου προσεγγίζοντας παύσασθαι. ὡς ὁσάκις ἂν λέγῃ τὸ ἀ-
D νάστηθι· καὶ τό, ἐλθέ· τοσάκις τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀναβάσεως τὴν δύναμιν δίδωσιν. οὕτω νόει καὶ τὰ ἐφεξῆς προκείμενα τοῦ λόγου. ὁ γὰρ καλὴν ἐκ καλῆς γενέσθαι κελεύων, τὸ ἀποστολικὸν ἄντικρυς ὑποτίθεται, τὴν αὐτὴν εἰκόνα προστάσσων ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν μεταμορφοῦσθαι· ὡς πάντοτε δόξαν εἶναι λαμβανόμενον καὶ τὸ ἀεὶ εὑρισκόμενον, κἂν ὅτι μάλιστα μέγα τι καὶ ὑψηλόν, ἢ μικρότερον εἶναι τοῦ ἐλπιζομένου πιστεύεται. οὕτω τοίνυν περιστερὰν

A οὖσαν ἐν τοῖς προκατωρθωμένοις, οὐδὲν ἧττον περιστερὰν αὐτὴν πάλιν διὰ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταμορφώσεως γενέσθαι διακελεύεται. καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο, τὸ ὑπὲρ τοῦτο πάλιν ὁ λόγος καθεξῆς διὰ τοῦ ὀνόματος ὑποδείξει. λέγει γάρ· δεῦρο σεαυτὴ, περιστερά μου, ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας ἐχομένη τοῦ προτειχίσματος. τίς οὖν ἡ πρὸς τὸ τέλειον ἄνοδος, ἢ τίς τοῖς νῦν εἰρημένοις ἐμφαίνεται; τὸ μηκέτι πρὸς τὴν τῶν ἐφελκομένων βλέπειν σπουδὴν, ἀλλ᾽ ὁδηγὸν πρὸς τὸ κρεῖττον τὴν ἰδίαν ἐπιθυμίαν ἔχειν. δεῦρο γάρ, φησι, σεαυτὴ, μὴ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἀλ-
B λὰ σεαυτὴ, τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς τὴν προθυμίαν ἐν τῷ καλῷ ἐπιρρώσασα, οὐκ ἀνάγκης καθηγουμένης. ἀδέσποτον γὰρ ἡ ἀρετὴ, καὶ ἑκούσιον, καὶ ἀνάγκης πάσης ἐλεύθερον. τοιοῦτος ἦν Δαβὶδ, ὁ τὰ ἑκούσια μόνα τῶν παρ᾽ αὐτοῦ γινομένων εὐδοκηθῆναι τῷ Θεῷ προσευχόμενος, καὶ ἑκουσίως θύειν ἐπαγγελλόμενος. τοιοῦτος ἕκαστος τῶν ἁγίων, ἑαυτὸν τῷ Θεῷ προσάγων, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγόμενος. καὶ σὺ τοίνυν δεῖξον τὴν τελείαν κατάστασιν τῷ σεαυτῇ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον
C ἀνόδου τὴν ἐπιθυμίαν λαβεῖν. τοιαύτη δὲ γενομένη, φησὶν, ἥξεις ἐπὶ τὴν σκέπην τῆς πέτρας ἐχομένην τοῦ προτειχίσματος. τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστι. χρὴ γὰρ μεταβάλλειν τὸν λόγον ἀπὸ τῶν αἰνιγμάτων πρὸς τὸ σαφέστερον. μία σκέπη τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ ψυχῆς, τὸ ὑψηλὸν εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ ὁ γενόμενος τῆς σκιώδους διδασκαλίας διὰ τῶν τυπικῶν τε καὶ συμβολικῶν νοημάτων οὐκέτι προσδέεται, φανερούσης τῆς ἀληθείας τὰ κεκαλυμμένα τῶν προσταγμάτων αἰνίγματα. πέτραν δὲ τὴν εὐαγγελικὴν ὀνομάζε-
D σθαι χάριν, οὐδεὶς ἀντείποι τῶν καὶ ὁπωσοῦν μετεχόντων τῆς πίστεως· πολλαχόθεν γάρ ἐστιν, ἐκ τῆς γραφῆς τοῦτο μαθεῖν, τὸ πέτραν εἶναι εὐαγγέλιον. τὸ τοίνυν λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ ἐνεγυμνάσθης ὦ ψυχὴ τῷ νόμῳ, εἰ διὰ τῶν προφητικῶν θυρίδων αὐγὰς τῇ διανοίᾳ τεθέασαι, μηκέτι ὑπὸ τὴν τοῦ νομικοῦ τείχου σκιὰν μένε. σκιὰν γὰρ ὁ τοῖχος ποιεῖ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς πέτρας ἐκ τῆς συνεγγὺς ἀπὸ τοῦ τοίχου μετάβηθι. ἔχεται γὰρ ἡ πέτρα τοῦ προτειχίσματος· ἐπειδὴ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως ὁ νόμος προτείχισμα γέγονε· καὶ ἔχεται ἀλλήλων τὰ δόγματα, γείτ-

A iis, quæ prius rectè geſſiſſet, nihilominus eam rurſus iubet fieri columbam, per transformationem in id quod eſt melius. Et ſi hoc factum fuerit, deinceps oſtendet oratio per nomen, id quod eſt ſuperius. Dicit enim: *Et huc veni columba mea, in tegmine petræ iuxta propugnaculum*. Quis eſt ergo aſcenſus ad perfectionem, aut quid ſignificatur in iis quæ nunc dicta ſunt? Non amplius aſpicere ad ſtudium eorum quæ attrahunt, ſed ad id quod eſt melius ducem habere propriam cupiditatem. Huc, inquit ipſi, veni: non ex ægritudine,
B aut ex neceſſitate, ſed propriis tuis rationibus confirmans cupiditatem ad id quod eſt honeſtum, non ducente neceſſitate. Domino enim caret virtus, & eſt voluntaria, & ab omni neceſſitate libera. Talis erat Dauid, qui ex iis quæ ab ipſo facta erant, ea ſola eſſe Deo grata & probata animaduertebat, quæ erant voluntaria, & ſe voluntariè ſacrificaturum promittebat. Talis eſt vnuſquiſque ſanctus qui ſe Deo offert, Pſal. 50.
non actus neceſſitate. Et tu ergo oſtende perfectam in te accepiſſe conſtitu-
C tionem, cupiditatem aſcenſus ad id quod eſt melius. Cùm autem talis, inquit, euaſeris, venies ad petram tegminis iuxta propugnaculum. Quod autem dicit eſt eiuſmodi. Oportet enim ab ænigmatibus abductam orationem tractare dilucidiùs. Vnum tegmen humanæ animæ eſt ſublime Euangelium, in quo cùm fuerit vmbroſa doctrina per typicas & ſymbolicas intelligentias, non amplius opus habet veritate, quæ aperiat operta præceptorum ænigmata. Petram autem gratiam nominare euan-
D gelicam, nemo contradixerit ex iis qui ſunt vtcumque fidei participes: ex multis enim locis ſcripturæ diſci poteſt petram eſſe Euangelium. Quod ergo dicitur eſt eiuſmodi. Si in lege fuiſti exercitata, ô anima, & per feneſtras propheticas ſplendores aſpexiſti, ne maneas amplius ſub vmbra muri legalis: murus enim facit vmbram futurorum bonorum, non ipſam rerum imaginem: ſed ex eo quod eſt prope murum tranſi ad petram. Petra enim eſt propinqua propugnaculo ſeu antemurali: quandoquidem lex fuit propugnaculum ſeu antemurale fidei euangelicæ: & ſibi inter ſe cohærent dogmata, vt quæ vir-

tuce ſunt propinqua. Quid enim præcepto, Non mœchaberis, eſt propinquius, Non concupiſces? & præcepto quod iubet ſe cæde non contaminare, quàm ne ira quidem cor inficere? Quoniam ergo cohæret propugnaculo tegmen petræ, eſt tibi indubitatus tranſitus à muro ad petram. Circumciſio eſt in muro, & circumciſio eſt in petra, ouis & ouis, paſcha & paſcha, & eadem ferè omnia, ſibi inuicem cohærentia: niſi quòd petra quidem eſt ſpiritualis, murus autem eſt terrenus, quòd ſimul cum corporali terrenum quoque eſt effictũ. Petra autem Euangelica non habet carnale lutum ſententiarum. Quinetiam accipit homo circunciſionem, & totus ſanus permanet, figmento naturæ nullam accipiente mutilationem. Obſeruat quoque ſabbatum à malis ceſſationem, & non admittit quietem à bonis, cum didicerit quòd ſabbato licet bonum facere. Facit etiam indiſtinctam cibi participationem, & immundum non tangit. *Matth. 15.* Docet enim petra nihil eſſe immũdum ex iis quæ per os ingrediuntur: ſed corporalibus omnino reiectis obſeruationibus, traducit verborum ſententiam ad id quod eſt incorporeum, & quod cadit ſub intelligentiam, ſic dicente Paulo, Lex eſt ſpiritualis. *Rom. 7.* Nam qui verè legem eiecit, is ſub tegmen petræ euangelicę recipitur, quę eſt proxima corporali propugnaculo, cùm Verbum ſic ei clamaſſet per feneſtras, pulchrè reſpondet colũba, illuminata ſplendore intelligentiarum, & petram intelligens quę eſt Chriſtus. Dicit enim, 14. *Oſtende mihi faciem tuam, & fac me audire vocem tuam. Vox enim tua eſt dulcis, & facies tua decora.* Quod autem dicit eſt eiuſmodi: Non amplius per ſermonem documentorum propheticorum & legalium, ſed vt poſſum videre, ita teipſum mihi apertè oſtende, vt ſim intra petram euangelicam, relicto legis antemurali: aut vt meæ capiunt aures, ita concede, vt vox tua meis auribus inſonet. Si enim vox quæ emittitur per feneſtras eſt adeò dulcis, multò magis tua in conſpectu præſentia erit amabilis. Hæc dicit ſponſa, cùm intellexiſſet myſterium quod eſt in petra euangelica, ad quod eam deduxit Verbum, quod multifa-

A νοῦντα κατὰ τὴν δύναμιν. τί γὰρ ἐγγύτερον τοῦ μὴ μοιχεῦσαι, τὸ μὴ ἐπιθυμῆσαι; καὶ τοῦ καθαρεύειν ἀπὸ φόνου, τὸ, μηδὲ ὀργῇ τὴν καρδίαν μολύνεσθαι; ἐπεὶ οὖν ἔχεται τοῦ προτειχίσματος ἡ σκέπη τῆς πέτρας, ἀδιάστατος ἐστί σοι ἡ ἀπὸ τοῦ τοίχου ἐπὶ τὴν πέτραν μετάστασις. περιτομὴ ἐν τῷ τοίχῳ, καὶ περιτομὴ ἐν τῇ πέτρᾳ, πρόβατον καὶ πρόβατον, αἷμα καὶ αἷμα, πάσχα καὶ πάσχα, καὶ πάντα σχεδὸν τὰ αὐτὰ, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἀλλήλων ἐχόμενα, πλὴν ὅσον πνευματικὴ μὲν ἡ πέτρα, χοϊκὸς δὲ ὁ τοῖχος, ᾧ συναναπέπλασται τὸ σωματικὸν γεῶδες. B ἡ δὲ εὐαγγελικὴ πέτρα, τὸν σαρκώδη τῶν νοημάτων πηλὸν οὐκ ἔχει. ἀλλὰ καὶ περιτομὴν λαμβάνει ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅλος ὑγιὴς μένει, μηδεμιᾶς λώβης ἀκρωτηριαζούσης τὸ πλάσμα τῆς φύσεως, καὶ φυλάσσει ἐν τῇ τῶν κακῶν ἀπραξίᾳ τὸ σάββατον, καὶ τὴν πρὸς τὸ καλὸν ἀργίαν οὐ παραδέχεται, μαθὼν ὅτι ἔξεστι τῷ σαββάτῳ καλὸν ποιεῖν, καὶ ἀδιάκριτον ποιεῖται τῆς τροφῆς τὴν μετουσίαν, καὶ ἀκαθάρτου οὐχ ἅπτεται. οὐδὲν γὰρ τῶν εἰσερχομένων διὰ τοῦ στόματος κοινὸν εἶναι παρὰ τῆς πέτρας C παιδεύεται· ἀλλὰ διὰ πάντων τὰς σωματικὰς τοῦ νόμου παρατηρήσεις ἀποθέμενον, πρὸς τὸ πνευματικόν τε καὶ νοητὸν μεταλαμβάνει τῶν ῥημάτων τὴν διάνοιαν, οὕτως εἰπόντος τοῦ Παύλου, ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν. ὁ γὰρ ὄντως ἐκλαβὼν τὸν νόμον, ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς εὐαγγελικῆς γίνεται πέτρας, τὴν ἐχομένην τοῦ σωματικοῦ προτειχίσματος, ταῦτα τοῦ λόγου διὰ τῶν θυρίδων αὐτῇ ἐμβοήσαντος, καλῶς ἀποκρίνεται ἡ περιστερὰ, ἡ περιλαμφθεῖσα διὰ τῆς τῶν νοημάτων αὐγῆς, καὶ τὴν πέτραν νοήσασα, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. λέγει γάρ· D ὅτι δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν μοι τὴν φωνήν σου, ὅτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ὄψις σου ὡραία. τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστι· μηκέτι μοι διαλέγου διὰ τῶν προφητικῶν τε καὶ νομικῶν αἰνιγμάτων, ἀλλ' ὡς ἰδεῖν δυνατὸν, οὕτω μοι δεῖξον σαυτὸν ἐμφανῶς, ἵνα ἐντὸς γένωμαι τῆς εὐαγγελικῆς πέτρας, καταλιποῦσα τὸ τοῦ νόμου προτείχισμα· καὶ ὡς χωρεῖ ἡ ἀκοή μου, οὕτω δὸς τὴν φωνήν σου ἐν τοῖς ὠσί μου γενέσθαι. εἰ γὰρ ἡ διὰ τῶν θυρίδων φωνὴ τοσαύτη ἐστὶν ἡδεῖα, πολὺ μᾶλλον ἡ κατὰ πρόσωπόν σου ἐμφάνεια τὸ ἐράσμιον ἕξει. ταῦτα λέγει ἡ νύμφη, νοήσασα τὸ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν πέτραν μυστήριον, εἰς ὅπερ αὐτὴν ὁ πολυμερῶς καὶ πολυτρό-

πως ἐν ταῖς θυρίσι γινόμενος λόγος, ἐκκρεμαγῆσι· καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ γένηται τῆς διὰ σαρκὸς θεοφανείας, ὥστε τὸν λόγον γενέσθαι σάρκα, καὶ τὸν Θεὸν ἐν σαρκὶ φανερωθῆναι, καὶ παραθέσθαι ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν τὰς θείας φωνὰς τὰς ἐπαγγελλομένας τοῖς ἀξίοις τὴν αἰώνιον μακαριότητα. πῶς δὲ συμβαίνουσι τῇ εὐχῇ τῆς νύμφης αἱ τοῦ Συμεῶνος φωναὶ, ὅς φησι· ἀπολύεις νῦν τὸν δοῦλόν σου δέσποτα κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. ἴδε γὰρ ἐκεῖνος, ὡς εἰδεῖν ἐπεπόθησεν αὐτόν. τὴν δὲ φωνὴν αὐτοῦ τὴν ἡδεῖαν, οἱ δεξάμενοι τοῦ εὐαγγελίου τὴν χάριν ἐπιγινώσκουσιν οἱ εἰπόντες· ὅτι ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. διὰ ταῦτα δέχεται τὴν εὐχὴν τῆς νύμφης δικαίαν οὖσαν ὁ καθαρὸς νυμφίος, καὶ μέλλων δεικνύειν ἑαυτὸν ἐμφανῶς, προτρέπει τοὺς θηρευτὰς παρορμῶν πρὸς τὴν ἄγραν τῶν ἀλωπέκων, ὡς μηκέτι τὴν ἀμπελῶνα δι' αὐτῶν πρὸς τὸν κυπρισμὸν ἐμποδίζεσθαι, λέγων· πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας, μικροὺς μὲν ὄντας, ἀφανιστικοὺς δὲ τῶν ἀμπελώνων. ἀνθήσουσι γὰρ αἱ ἄμπελοι, εἰ μηκέτι εἴη τὰ λυμαινόμενα. πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς ἀφανίζοντας τοὺς ἀμπελῶνας, καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν. ἆρα ἔστι δυνατὸν κατ' ἀξίαν ἐφικέσθαι τῆς μεγαλοφυΐας τῶν νοημάτων; ὅσον θαῦμα τῆς θείας μεγαλειότητος περιέχει ὁ λόγος; ὅσον ἐμφαίνει τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερβολὴν ἡ τῶν εἰρημένων διάνοια; πῶς ἐκεῖνος περὶ οὗ τὰ τηλικαῦτα λέγεται, ὁ ἀνθρωποκτόνος, ὁ ἐν κακίᾳ δυνατὸς, οὗ ἡ γλῶσσα ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς, καὶ ἐνεδρεύει ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ, ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ἀποστάτης, ὁ ᾅδης, ὁ πλατύνων τὸ στόμα αὐτοῦ, ὁ κοσμοκράτωρ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, ὁ ἔχων τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ ὅσα ἐκ προσώπου αὐτοῦ διηγεῖται ἡ προφητεία· ὁ ἀφαιρούμενος ὅρια ἐθνῶν ἃ ἔστησε, δηλονότι ὁ ὕψιστος κατ' ἀριθμὸν ἀγγέλων αὐτοῦ, ὁ καταλαμβάνων τὴν οἰκουμένην ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ αἴρων αὐτά· ὁ λέγων θήσειν ἐπάνω τῶν νεφελῶν τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ὅμοιος γίνεσθαι τῷ ὑψίστῳ, καὶ ὅσα ἐν τῷ Ἰὼβ ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ διεξέρχεται, τὰ φοβερὰ καὶ φρικώδη, οὗ χαλκαῖ μὲν αἱ πλευραὶ, σίδηρος δὲ χυτὸς ἡ ῥάχις, ἔγκατα δὲ αὐτοῦ σμυρίτης λίθος· καὶ πάντα τοιαῦτα, δι' ὧν τὴν φοβερὰν φύσιν ἐκείνην ὑπο-

A riam multiſque modis extitit in feneſtris: & tenetur deſiderio eius aduentus in carne, nempe vt Verbum fiat caro, & Deus in carne appareat, & diuinas voces noſtris auribus exhibeat, quæ dignis promittunt beatitudinem. Vides quemadmodum voto ſponſæ conueniunt voces Simeonis, Nunc dimittis ſeruum tuum, domine, ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Ille enim vidit ipſum, vt deſiderauit videre. Dulcem autem eius vocem agnoſcunt, qui acceperunt gratiam Euangelij, qui
Simeonis voces. Luc. 2.

B dixerunt, Verba vitæ æternæ habes. Propterea iuſtum ſponſæ votum ſuſcipit purus ſponſus, & ſeipſum apertè oſtenſurus, primum incitat venatores ad venandas vulpes, ne amplius ab eis impediatur vinea, quo minus floreat, dicens: Capite nobis vulpes, quæ ſunt quidem paruæ, demoliuntur autem vineas. Florebunt enim vineæ, ſi ea tollantur, à quibus vaſtantur. *Capite nobis vulpes paruas, quæ demoliuntur vineas. Florent enim vineæ noſtræ.* Fierine poteſt vt pro dignitate aſſequamur maieſtatem ſententiarum, & diuinæ magni-
Ioan. 6.

C tudinis miraculum quod continet oratio, & diuinæ virtutis amiculum quos ſignificat ſenſus eorum quæ dicta ſunt? nempe quemadmodum ille de quo hæc dicuntur, homicida, qui potens eſt in malitia, cuius lingua tanquam nouacula acuta, de quo dicit Propheta, Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis: &, Inſidiatur tanquam Leo in ſpelunca ſua, Draco ille magnus apoſtata, infernus, dilatans os ſuum, rector huius mundanæ poteſtatis tenebrarum, qui habet imperium mortis, & quæcumque
Pſal. 119. Pſal. 9. Pſ. 103. Abac. 2. Eph. 6. Hebr. 2. Eſa. 10. 14. Iob. 41. 7. & 41.

D ex perſona eius narrat prophetia: Qui aufert terminos gentium, quos conſtituit, nempe altiſſimus, pro numero angelorum ſuorum: Qui comprehendit orbem terræ ſicut nidum, & eam tollit tanquam oua derelicta: Qui dicit ſe poſiturum thronum ſuum ſuper nubes, & futurum ſimilem altiſſimo, & quæcumque ſcriptura de eo perſequitur in Iob, quæ planè ſunt terribilia, cuius latera quidem ſunt ænea, aurum autem fuſile ſpina; inteſtina autem lapis ſmyrites: & quæcumq; ſunt huiuſmodi, per quæ terribilem illam naturam de-

ſcribit ſcriptura. Hic ergo talis & tantus Imperator legionum Dæmonum, quemadmodum à vera & ſola poteſtate nominatur? parua vulpes: & omnes qui eum circumſiſtunt, & vniuerſus qui eſt ſub eius poteſtate exercitus, omnes ex æquo deſpectui habiti nominantur vulpeculæ, ab eo qui incitat venatores ad eos venandos. Ij autem fortè fuerint angelicæ poteſtates, quæ in aduentu Domini in terram deducunt ipſum regem gloriæ, in mundum adducentes, & ipſum oſtendentes ignorantibus. Quis eſt iſte rex gloriæ? Fortis & potens in prælio. Fortè autem dixerit quiſpiam etiam ſpiritus adminiſtratorios, qui mittuntur ad miniſterium propter eos qui ſunt futuri hæredes ſalutis. Fortaſſe etiam autem dixerit quiſpiam venatores eſſe ſanctos Apoſtolos, qui mittuntur ad has feras venandas. Quibus dixit, Faciam vos piſcatores hominum. Non enim feciſſet piſcatores hominum, eloquiorum ſagena eorum qui ſalui fiunt animas irretientes, niſi prius è ſpeluncis belluas eijcerent, nempe paruas vulpes ex cordibus in quibus deliteſcebant, vt filio & Deo locum facerent, in quo caput ſuum reclinaret, nullo genere vulpium deliteſcente amplius in cordibus. Cæterùm non eſſe quos ponit ſcriptura venatores, magnam & ineffabilem diuinam virtutem, diſcimus per ea quæ ipſis iubentur. Non enim dixit, Venamini aprum ſilueſtrem, vineam Dei depopulatur, aut ſingularem ferum, aut rugientem leonem, aut magnam balenā, aut marinum draconem. Vim enim aliquam eorum quæ contra depugnant, per ea oſtenderet oratio venatoribus. Sed illæ omnes, inquit, terreſtres poteſtatès, aduerſus quas eſt colluctatio hominibus, principatus, poteſtates, & rectores tenebrarum mundi huius, & ſpiritus nequitiæ, ſunt paruæ vulpes doloſæ & infelices, ſi cum noſtris conferantur viribus. Si illas deuiceritis, propriam accipietis gratiam. Vinea noſtra eſt humana natura, quæ fert botros per flores vitæ quæ agitur ex virtute. Capite igitur nobis paruas vulpes, quæ demoliuntur vineas, &

Pſal. 23. *Hebr. 1. 14* *Matth. 4.*

A γραφή ὁ λόγος. οὗτος οὖν ὁ τοιοῦτος, ὁ τοσοῦτος, ὁ στρατηγὸς τῶν ἐν τοῖς δαίμοσι λεγεώνων, πῶς ὀνομάζεται παρὰ τῆς ἀληθινῆς τε καὶ μόνης δυνάμεως; μικρὸν ἀλωπέκιον· καὶ οἱ περὶ αὐτὸν πάντες, ἡ ὑποχείριος αὐτῷ στρατιά, πάντες κατὰ τὸ ἴσον ἐξευτελισθέντες καταονομάζονται παρὰ τοῦ παρορμῶντος πρὸς τὴν κατ' αὐτῶν ἄγραν τοὺς θηρευτάς. εἶεν δ' ἂν οὗτοι τάχα μὲν αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις, αἱ τῆς δεσποτικῆς παρουσίας ἐπὶ τὴν γῆν προπομπεύουσαι, καὶ τὸν βασιλέα τῆς δόξης ἐντὸς τοῦ βίου παράγουσαι, αἱ τοῖς B ἀγνοοῦσιν ἐπιδεικνύουσαι. τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; ὁ κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πολέμῳ. ἴσως δ' ἄν τις εἴποι καὶ τὰ λειτουργικὰ πνεύματα τὰ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. τάχα δὲ θηρευτὰς εἴποι τις ἂν καὶ τοὺς ἀποστόλους εἶναι, τοὺς εἰς τὴν ἄγραν τῶν θηρίων τούτων ἐκπεμπομένους, πρὸς οὓς εἶπεν, ὅτι ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς τῶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ ἂν ἐνήργησαν τὴν ἀνθρωπίνην ἁλείαν τῇ τῶν λογίων περιβολῇ τὰς τῶν σῳζομένων ψυχὰς σαγηνεύοντες, εἰ μὴ πρότερον ἐκ τῶν φωλεῶν C τὰ θηρία ταῦτα ἐξέβαλον, τοὺς μικροὺς ἐκείνους ἀλώπεκας, ἐκ τῶν καρδιῶν λέγω, αἷς ἐνεφώλευον, ὥστε ποιῆσαι τόπον τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ὅπου ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἀναπαύσῃ, μηκέτι τῶν γενῶν τῶν ἀλωπέκων ἐν ταῖς καρδίαις φωλευόντων. πλὴν ὅπερ ἂν ὑποθῆται τοὺς θηρευτὰς εἶναι ὁ λόγος, τὸ μεγαλεῖον καὶ ἄφραστον τῆς δυνάμεως θείας διὰ τῶν προστεταγμένων αὐτοῖς διδασκόμεθα. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι θηρεύσατε σῦν τὸν ἐκ τοῦ δρυμοῦ, τὴν ἄμπελον τοῦ Θεοῦ λυμαινόμενον, ἢ τὸν μόνιον τὸν D ἄγριον, ἢ τὸν ὠρυόμενον λέοντα, ἢ τὸ μέγα κῆτος, ἢ τὸν ὑποβρύχιον δράκοντα. ἦν γὰρ ἄν τινα δύναμιν τῶν ἀντιμαχομένων διὰ τῶν τοιούτων ὁ λόγος τοῖς θηρευταῖς ἐνεδείκνυτο. ἀλλὰ πᾶσαι, φησίν, ἐκεῖναι αἱ περίγειοι δυναστεῖαι, πρὸς ἃς ἡ πάλη τοῖς ἀνθρώποις ἐστίν, ἀρχαί τε, καὶ ἐξουσίαι, καὶ κοσμοκράτορες σκότους, καὶ πνεύματα πονηρίας, ἀλωπέκιά ἐστι μικρὰ δολερά τε καὶ δυστηνά, πρὸς τὴν ὑμετέραν κρινόμενα δύναμιν. ἐὰν ἐκείνων καταχρατήσητε, ἀπολήψεται τὴν ἰδίαν χάριν ὁ ἀμπελὼν ὁ ἡμέτερος. ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, καὶ τὴν τῶν βοτρύων φορὰν διὰ τοῦ ἄνθους τῆς ἐναρέτου πολιτείας προοιμιάζεται. πιάσατε οὖν ἡμῖν μικροὺς ἀλώπεκας ἀφανίζοντας ἀμπελῶνα, καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν.

ἡμῶν κυπρίζουσι, ἤκουσε τῆς θείας προστάγματος ἡ ἄμπελος, ἡ γυνή, περὶ ἧς φησιν ὁ Δαβίδ, ὅτι ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα. Καὶ ἴδεν ἑαυτὴν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ κελεύσαντος τῆς ἐκ τῶν θηρίων τούτων λύμης κεκαθαρμένην, καὶ εὐθὺς δίδωσιν ἑαυτὴν τῷ γεωργῷ τῷ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσαντι. οὐκέτι γὰρ τῷ τείχει τοῦ νόμου πρὸς τὴν συνάφειαν τοῦ ποθουμένου διατειχίζεται. ἀλλά, φησιν, ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί, ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις, ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί. τοῦτο δέ ἐστιν, εἶδον, φησί, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὸν ἀεὶ ὄντα ὅσπερ ἐστί, δι' ἐμὲ δὲ ἐκ τῆς ἀδελφῆς μου τῆς συναγωγῆς ἀνθρωπικῶς ἀνατείλαντα, καὶ ἐν αὐτῷ ἀναπαύομαι, καὶ γίνομαι αὐτῷ οἰκητήριον. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὃς οὐχὶ χόρτον ποιεῖται τὴν τῶν ποιμνίων νομήν, ἀλλὰ καθαροῖς κρίνοις τρέφει τὰ πρόβατα. οὐ μηκέτι χόρτῳ τρέφων τὸν χόρτον. ἰδία γὰρ τροφὴ τῆς ἀλόγου φύσεως ὁ χόρτος ἐστίν. ὁ δὲ ἄνθρωπος λογικὸς ὤν, τῷ ἀληθινῷ τρέφεται λόγῳ. εἰ δὲ τοιούτου ἐμφορηθείη, καὶ αὐτὸς χόρτος γίνεται. πᾶσα γὰρ σάρξ, φησι, χόρτος ἐστίν ἕως ἂν σὰρξ ᾖ. εἰ δέ τις πνεῦμα γένοιτο, γεννηθεὶς ἐκ τοῦ πνεύματος, οὐκέτι τὸν χορτώδη ἐπιβοσκηθήσεται βίον, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἔσται τροφή, ὅπερ ἡ καθαρότης καὶ ἡ εὔπνοια τοῦ κρίνου αἰνίσσεται. ἔσται οὖν καὶ αὐτός, καθαρὸν κρίνον καὶ εὔπνουν, πρὸς τὴν τροφῆς φύσιν ἀλλοιούμενος. τουτέστιν ἡ διαχεομένη ταῖς ἀκτῖσιν ἡμέρα, ἥ τι διαπνέουσα. καθὼς ὠνόμασεν ἡ θεία φωνὴ τὴν διὰ τοῦ πνεύματος τῶν ἀκτίνων γινομένην διάχυσιν, διαπνοὴν ὀνομάσασα, ὅθεν αἱ τοῦ βίου μετακινοῦνται σκιαί· περὶ ἃς κατὰ σπουδὴν ὁρῶσιν, οἱ μήπω τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν καταυγάσαντες, οἱ τὴν σκιὰν καὶ τὸ μάταιον ὡς ὑφεστὸς ὁρῶντες, καὶ τὸ ἀληθῶς ὂν ὡς μὴ ὂν παραβλέποντες. ἀλλ' οἱ διὰ τῶν κρίνων τρεφόμενοι, τουτέστιν, οἱ τῇ καθαρᾷ τε καὶ εὐπνούσῃ τροφῇ τὴν ψυχὴν πιαινόμενοι, πάσης ἀπατηλῆς τε καὶ σκιοειδοῦς φαντασίας, τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον σπουδαζομένων ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες, πρὸς τὴν ἀληθινὴν τῶν πραγμάτων ὑπόστασιν ὄψονται, υἱοὶ φωτὸς καὶ υἱοὶ ἡμέρας γινόμενοι. ταῦτα βλέπει ἡ νύμφη, καὶ κατεπείγει τὸν λόγον διὰ τάχους εἰς ἔργον διαγαγεῖν τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐλπίδα· ἀπόστρεψον λέγουσα, ὦ

A vineæ noſtræ florent, Diuinum iuſſum audiuit vinea, nempe mulier de qua dicit Dauid, Vxor tua ſicut vitis abundans. Et vidit eam, virtute eius qui iuſſit, ab exitio & depopulatione harum ferarum expurgatam, & ſtatim dat ſeipſum agricolæ qui ſepis intermedium diruit parietem. Neque enim amplius arcetur pariete legis, quo minus cõiungatur cum eo qui deſideratur. 16. *Sed ego*, inquit, *patrueli meo, & patruelis meus mihi, qui paſcit inter lilia, donec perſpirarit dies, & motæ fuerint vmbræ.* Hoc autẽ eſt, vidi facie ad faciem eum qui ſemper manet,
B & qui propter me ex ſorore mea Synagoga in humana natura eſt exortus, & in eo requieſco, & fio eius habitaculũ. Hic enim eſt paſtor bonus, qui non fœno paſcit gregem, ſed puro lilio paſcit oues. Is eſt enim reuera qui fœno non amplius nutrit fœnum. Naturæ enim experti rationis proprium nutrimentũ eſt fœnum. Homo autem cùm ſit particeps rationis, vero nutritur Verbo. Quod ſi huiuſmodi fœno fuerit ſaturatus, ipſe quoque fit fœnum. (Omnis enim, inquit, caro eſt fœnum) quãdiu caro eſt. Sin autem fiat
C ſpiritus qui natus eſt ex ſpiritu, non amplius cibum depaſcet ex fœno, ſed ſpiritus erit eius alimentum, quod quidem tacitè ſignificat lilij puritas & bonus odor. Erit ergo ipſe quoq; liliũ purum & benè olens, mutatus & alteratus ex alimẽti natura. Hoc eſt dies qui radiis diffunditur ſeu perſpirat, ſicut diuina nominauit ſcriptura eam quæ per radios ſpiritus facta eſt diffuſionem nominans perſpirationẽ, vnde mouentur vmbræ vitę: quas diligenter & ſtudioſè intuentur, qui luce veritatis animæ oculũ non illuſtrarũt, vmbrã & id quod eſt vanum
D ac inane, tanquã quod cõſiſtat, aſpicientes, & quod verè eſt, tanquã quod non ſit, nõ rectis cernẽtes oculis. Sed qui nutriuntur per lilia, hoc eſt, quorũ puro & bene olenti nutrimento impinguatur anima, cùm ab omni fallaci & vmbroſa viſione eorũ in quæ ſtudium in hac vita confertur, ſe abduxerint, ad rerũ veram aſpiciunt ſubſtantiam, effecti filij lucis & diei. Hęc aſpicit ſponſa, & vrget Verbum vt quàm citiſſimè ſpem bonorum deducat ad effectũ, dicens: *Reuertere citò, ô*

Eſa. 40.

patruelis, ſis ſimilis capreæ aut hinnulo ceruorum ſupra montes concauitatum. Vide vt caprea, tu qui aſpicis cogitationes hominum, tu qui cordium legis diſceptationes. Dele peccati generationem, ſicut hinnulus delet ſerpentes, qui conſumit genus ſerpentum. Vides concauos montes vitæ humanæ, quorum ea quæ aſſurgunt, non ſunt vertices ſed valles? Currit ergo quàm celerrimè Verbum ad montes concauos. Quicquid enim extollitur aduerſus veritatem eſt barathrum & non mons, concauitas & non aſſurgens faſtigium. Si ergo, inquit, ad hæc accurreris, omnis vallis implebitur, & omnis mons huiuſmodi humiliabitur. Eſa. 40. Luc. 3. Et hæc dicit anima quam paſcit Verbum, non aliquibus ſpinis aut fœno, ſed bono odore liliorum puræ vitæ adminiſtrationis. Quibus etiam nobis detur ſatiari paſtis à Verbo. In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & potentia cum ſancto Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

A ἀδελφιδέ, ὁμοιώθητι δορκάδι ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν κοιλωμάτων. ἴδε ὡς δορκὰς, ὁ τὰς ἐνθυμήσεις τῶν ἀνθρώπων βλέπων, ὁ τοὺς διαλογισμοὺς τῶν καρδιῶν ἀναγινώσκων. ἀφάνισον τὴν γένεσιν τῆς κακίας, ὡς νεβρὸς ἐλάφων ἐξαναλίσκων τὸ γένος τῶν ὄφεων. ὁρᾷς τὰ κοῖλα ὄρη τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ὧν τὰ ἐπαναστήματα, οὐχὶ ἀκρώρειαί εἰσιν, ἀλλὰ φάραγγες; τρέχει τοίνυν ἕως τάχους ὁ λόγος ἐπὶ τὰ κοῖλα ὄρη. πᾶν γὰρ τὸ κατὰ τῆς ἀληθείας ὑψούμενον, βάραθρόν ἐστι καὶ οὐχὶ ὄρος· κοίλωμα, καὶ οὐκ ἀνάστημα. ἐὰν οὖν ἐπιδράμῃς ἐπὶ ταῦτα, φησὶ, πᾶσα ἡ τοιαύτη φάραγξ B πληρωθήσεται, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ὄρος ταπεινωθήσεται. ταῦτα φθέγγεται ἡ ψυχὴ, ἣν ποιμαίνει ὁ λόγος, οὐκ ἐν ἀκάνθαις τισὶν ἢ χόρτοις, ἀλλ᾽ ἐν τῇ εὐωδίᾳ τῶν κρίνων τῆς καθαρᾶς πολιτείας· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς ἐμφορηθῆναι ποιμαινομένους ὑπὸ τοῦ λόγου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει ἡ δόξα καὶ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

IN CANTICVM CANTICORVM

HOMILIA VI.

IN lecto noctu quæſiui quē diligit anima mea. Quæſiui eum & nō audiuit me. 2. Surgam autem & circuibo ciuitatem, in foris & in plateis: & quærā quem diligit anima mea. 3. Quæſiui eū & non inueni eum. Inuenerunt me qui cuſtodiunt circūeuntes ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidiſtis? 4. Quamprimum parum ab eis tranſij, donec inueni eum quem diligit anima mea, tenui eum, & non dimiſi eum, donec eum introduxi in domum matris meæ, & in conclaue eius quæ me concepit. 5. Adiuraui vos, filiæ Hieruſalem, in poteſtatibus & virtutibus agri, ſi excitetis

C

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ ϛʹ.

ΕΠΙ κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν· ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. ἀναστήσομαι δὴ καὶ D κυκλώσω ἐν τῇ πόλει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς καὶ ἐν ταῖς πλατείαις, καὶ ζητήσω ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν. ἐπεκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. εὕροσάν με οἱ τηροῦντες, οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει. μὴ ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, εἴδετε; ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ᾽ αὐτῶν, ἕως οὗ εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. ἐκράτησα αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀφῆκα αὐτὸν, ἕως οὗ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με. ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε

καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ. A τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς ἐρήμου, ὡς στελέχη τεθυμιαμένη σμύρναν καὶ λίβανον, ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ; ἰδοὺ ἡ κλίνη τοῦ Σολομῶντος· ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραήλ. πάντες κατέχοντες ῥομφαίας, δεδιδαγμένοι πόλεμον. ἀνὴρ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ μηρὸν αὐτοῦ ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν.

& expergiſci faciatis charitatem, donec velit. 6. Quæ eſt iſta quæ aſcendit in deſertum ſicut truncus fumi euaporans myrrham & thus, ex omnibus pulueribus aromatarij? 7. Ecce lectulus Solomonis: ſexaginta fortes circa eum ex fortibus Iſrael, 8. Omnes tenentes gladium, periti pugnæ, vir gladium ſuper femur ſuum propter ſtuporem nocturnum.

ΠΑΛΙΝ τὰ μεγάλα τε καὶ ὑψηλὰ δόγματα παρὰ τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων διὰ τῆς παρούσης ἀναγνώσεως παιδευόμεθα. B Φιλοσοφία γάρ ἐστι τὸ τῆς νύμφης διήγημα, δι' ὧν τὰ περὶ ἑαυτῆς διεξέρχεται, ὅπως χρὴ περὶ τὸ θεῖον ἔχειν τοὺς ἐραστὰς τοῦ ὑπερκοσμίου κάλλους δογματιζούσης. ὃ δὲ μανθάνομεν διὰ τῶν προκειμένων λογίων τοιοῦτόν ἐστι. χρὴ γάρ, οἶμαι, προεκθέσθαι πρότερον τὴν τοῖς ῥητοῖς ἐγκειμένην διάνοιαν· εἶθ' οὕτως ἐφαρμόσαι τοῖς προθεωρηθεῖσι τὰ θεόπνευστα ῥήματα. ἔστι τοίνυν ὡς ἐν ὀλίγῳ συνελόντα φράσαι, τοιοῦτόν τι C δόγμα διὰ τῶν εἰρημένων ἀναφαινόμενον· διχῇ τέτμηται κατὰ τὴν ἀνωτάτω διαίρεσιν ἡ τῶν ὄντων φύσις. τὸ μὲν γάρ ἐστιν αἰσθητὸν καὶ ὑλῶδες· τὸ δὲ νοητὸν καὶ ἄϋλον. αἰσθητὸν μὲν οὖν λέγομεν, ὅσον τῇ αἰσθήσει καταλαμβανόμεθα· νοητὸν δὲ τὸ ὑπερπῖπτον τὴν αἰσθητικὴν κατανόησιν, ἐκ τούτων τὸ μὲν νοητὸν ἄπειρόν ἐστι καὶ ἀόριστον· τὸ δὲ ἕτερον πάντως τισὶ διαλαμβάνεται πέρασι. πάσης γὰρ ὕλης τῷ ποσῷ τε καὶ τῷ ποιῷ διειλημμένης, ἐν ὄγκῳ καὶ εἴδει καὶ ἐπιφανείᾳ καὶ σχήματι πέρας γίνεται τῆς περὶ αὐτὴν κατανοήσεως τὰ περὶ αὐτὴν θεωρούμενα, D ὡς μηδὲν ἔχειν τὸν τὴν ὕλην διερευνώμενον, ἔξω τούτων ἐν φαντασίᾳ λαβεῖν. τὸ δὲ νοητόν τε καὶ ἄϋλον τῆς τοιαύτης περιοχῆς καθαρεῦον ἐκφεύγει τὸν ὅρον, ἐν οὐδενὶ περατούμενον. πάλιν δὲ καὶ τῆς νοητῆς φύσεως διῃρημένης, ἡ μὲν ἄκτιστός ἐστι, καὶ ποιητικὴ τῶν ὄντων, ἀεὶ οὖσα ὅπερ ἐστί· καὶ πάντοτε ὡσαύτως ἔχουσα, κρείττων τε προσθήκης ἁπάσης καὶ τῆς ἐλαττώσεως, τῶν ἀγαθῶν ἀνεπίδεκτος· ἡ δὲ διὰ κτίσεως παραχθεῖσα εἰς γένεσιν

RVRSVS magna & excelſa dogmata à Cantico Canticorum per hanc docemur lectionem. Cap. 3. Philoſophia enim eſt ſponſæ narratio per ea quæ de ſe recenſet, ſtatuendo quemadmodum in Deum ſe gerere oporteat amatores ſupramundanæ pulchritudinis. Quod autem dicimus per ea quæ ſunt propoſita, propè eſt eiuſmodi. Oportet enim, vt arbitror, prius exponere ſenſum qui ineſt in verbis: deinde verba diuinitùs inſpirata accommodare iis quæ ſunt prius conſiderata. Eſt ergo, vt paucis dicam, huiuſmodi dogma per ea quæ dicta ſunt: Bifariam diuiditur rerum creatarum natura ex ſuprema diuiſione. Nam aliud quidem eſt ſenſile & materiale: aliud autem quod intelligentia percipitur, & eſt expers materiæ. Atque ſenſile quidem dicimus quicquid ſenſu comprehenditur. Quod intelligentia autem percipitur, id quod omnem ſuperat ſenſus comprehenſionem, nec vllis continetur finibus. Nam cùm omnis materia à quanto & quali ſit comprehenſa, vnius eſt mentis comprehenſionis, ea quæ ſunt in ipſa conſiderantis, finis in forma & ſuperficie & figura: adeò vt qui ſcrutatur materiam, nihil poſſit extra hęc comprehendere in phantaſia. Id autem quod percipitur intelligentia, & eſt expers materiæ, purum ab omni eiuſmodi comprehenſione, effugit terminũ, vt quod in nullo finiatur. Rurſus autem cùm quæ intelligentia percipitur natura, bifariam ſit diuiſa, alia quidem eſt increata, & eorum quæ ſunt creatrix, & quæ ſemper eſt id quod eſt: & ſemper ſimiliter & eodem modo ſe habet, & quauis additione & diminutione eſt ſuperior, nec bona valet accipere: alia autem quæ per creationem deducta ad generationem,

A νίσταται καί φησι, Φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου κρούει ἐπὶ τὴν θύραν. εἶτα ἡσυχίαν ταῖς ἀκοαῖς ἐνδοῦσα, ἀκούει τοῦ διὰ τῆς φωνῆς προσηχήσαντος λόγου· ὁ δὲ λόγος τοιοῦτός ἐστιν· ἄνοιξόν μοι, ἀδελφή μου, ἡ πλησίον μου, περιστερά μου, τελεία μου· ὅτι ἡ κεφαλή μου πλήσθη δρόσου, καὶ οἱ βόστρυχοί μου ψεκάδων νυκτός. τούτου δὲ τὴν διάνοιαν οὕτως ἄν τις καταλάβοι τῇ θεωρίᾳ. τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ διὰ φωτὸς ἤρξατο ἡ τοῦ Θεοῦ ἐμφάνεια· μετὰ ταῦτα διὰ νεφέλης αὐτῷ διαλέγεται. εἶτα ὑψηλότερος ἤδη καὶ τελειότερος γενόμενος, ἐν γνόφῳ τὸν Θεὸν βλέπει. ὃ δὲ
B διὰ τούτου μανθάνομεν τοιοῦτόν ἐστιν· ἡ πρώτη ἀπὸ τῶν ψευδῶν καὶ πεπλανημένων περὶ Θεοῦ ὑπολήψεων ἀναχώρησις, ἡ ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς φῶς ἐστι μετάστασις. ἡ δὲ προσεχεστέρα τῶν κρυπτῶν κατανόησις, ἡ διὰ τῶν φαινομένων χειραγωγοῦσα τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν ἀόρατον φύσιν, οἷόν τις νεφέλη γίνεται, τὸ φαινόμενον μὲν ἅπαν ἐπισκιάζουσα· πρὸς δὲ τὸ κρύφιον βλέπειν τὴν ψυχὴν χειραγωγοῦσα καὶ συνεθίζουσα. ἡ δὲ διὰ τούτων ὁδεύουσα πρὸς τὰ ἄνω ψυχή, ὅσον ἐφικτόν ἐστι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὰ κάτω καταλι-
C ποῦσα, ἐντὸς τῶν ἀδύτων τῆς θεογνωσίας γίνεται, τῷ θείῳ γνόφῳ πανταχόθεν διαληφθεῖσα· ἐν ᾧ τοῦ φαινομένου τε καὶ καταλαμβανομένου παντὸς ἔξω καταλειφθέντος μόνον ὑπολείπεται τῇ θεωρίᾳ τῆς ψυχῆς τὸ ἀόρατόν τε καὶ ἀκατάληπτον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ Θεός, καθώς φησι περὶ τοῦ νομοθέτου ὁ λόγος· ὅτι εἰσῆλθε δὲ Μωϋσῆς εἰς τὸν γνόφον οὗ ἦν ὁ Θεός. τούτων δὲ ἡμῖν οὕτω θεωρηθέντων, σκεπτέον ἂν εἴη καὶ τῶν προκειμένων ἡμῖν ῥητῶν τὴν πρὸς τὰ εἰρημένα συγγένειαν. ἦν ὅτε μέλαινα ἦν ἡ νύμφη, τοῖς ἀφωτίστοις δόγμασιν ἐ-
D σκοτισμένη, παραβλέψαντος αὐτὴν τοῦ ἡλίου, τοῦ διὰ τῶν πειρασμῶν τὴν ἄρριζον ἐπὶ τῆς πέτρας σπορὰν ἐπικαίοντος· ὅτε τῶν ἐν αὐτῇ μαχησαμένων ἡττηθεῖσα, τὸν ἀμπελῶνα τὸν ἑαυτῆς οὐκ ἐφύλαξεν· ὅτι ἑαυτὴν ἀγνοήσασα τὰς τῶν ἐρίφων ἀγέλας ἀντὶ τῶν προβάτων ἐποίμαινεν. ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς πρὸς τὸ κακὸν συμφυΐας ἑαυτὴν ἀποστήσασα, διὰ τοῦ μυστικοῦ ἐκείνου φιλήματος τῇ πηγῇ τοῦ φωτὸς προσαγαγεῖν τὸ στόμα ἐπόθησε, τότε καλὴ γίνεται, τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας περιλαμφθεῖσα, καὶ τὸ μέλαν τῆς ἀγνοίας ἀποκλυσαμένη τῷ ὕδατι. εἶτα ἵππῳ ὁμοιοῦται διὰ τὸ

εὔδρομον, καὶ τῇ περιστερᾷ διὰ τὸ τάχος τῆς διανοίας. δι' ὧν πᾶν τὸ καταλαμβανόμενόν τε καὶ φαινόμενον ὡς ἵππος διαδραμοῦσα, καὶ ὡς περιστερὰ διαπτᾶσα, πρότερον μὲν τῇ σκιᾷ τοῦ μήλου μετ' ἐπιθυμίας ἐπαναπαύεται, μῆλον αὐτὴ νεφέλης τὸ ἐπισκιάζον κατονομάζουσα. νῦν δὲ ἤδη ὑπὸ τῆς θείας νυκτὸς περιέχεται, καθ' ἣν ὁ νυμφίος παραγίνεται μὲν, οὐ φαίνεται δέ. πῶς γὰρ ἐν νυκτὶ φανείη τὸ μὴ ὁρώμενον; ἀλλ' αἴσθησιν μέν τινα δίδωσι τῇ ψυχῇ τῆς παρουσίας, ἐκφεύγει δὲ τὴν ἐναργῆ κατανόησιν τῷ ἀοράτῳ τῆς φύσεως ἐγκρυπτόμενον. τίς τοίνυν ἐστὶν ἡ γινομένη τῇ ψυχῇ διὰ τῆς νυκτὸς ταύτης μυσταγωγία; ἅπτεται τῆς θύρας ὁ λόγος. θύραν δὲ νοοῦμεν τὴν στοχαστικὴν τῶν ἀῤῥήτων διάνοιαν, δι' ἧς εἰσοικίζεται τὸ ζητούμενον. ἔξω τοίνυν ἑστῶσα τῆς φύσεως ἡμῶν ἡ ἀλήθεια διὰ τῆς ἐκ μέρους γνώσεως, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος ἐν ὑπονοίαις τισὶ καὶ αἰνίγμασι θυροκρουστεῖ τὴν διάνοιαν, ἄνοιξόν μοι λέγουσα, καὶ μετὰ προτροπῆς ὑποτιθεμένη τὸν τρόπον, ὅπως ἀνοιχθῆναι προσήκει τὴν θύραν, οἷόν τινας κλεῖς ὀρέγουσα, τὰ καλὰ ταῦτα ὀνόματα, δι' ὧν τὸ κεκλεισμένον ἀνοίγεται. κλεῖδες γάρ εἰσιν ἄντικρυς αἱ τῶν ὀνομάτων τούτων ἐμφάσεις, αἳ τὰ κρυπτὰ διανοίγουσιν, ἀδελφὴ καὶ πλησίον καὶ περιστερὰ καὶ τελεία. εἰ γὰρ βούλει, φησὶν, ἀνοιχθῆναι τὴν θύραν, καὶ ἐπαρθῆναι τῆς ψυχῆς σου τὰς πύλας, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, χρή σε ἀδελφήν μου γενέσθαι, ἐν τῷ τὰ θελήματά μου τῇ ψυχῇ παραδέξασθαι, καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ φησὶν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ ἀδελφὴν γίνεσθαι τὸν ἐν τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ ζῶντα. χρὴ δέ σε καὶ προσεγγίσαι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πλησίον γενέσθαι, ὥστε μηδενὶ μέσῳ διατειχίζεσθαι, καὶ ἐν τῇ φύσει τῆς περιστερᾶς ἔχειν τὸ τέλειον· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἀνελλιπῆ καὶ πεπληρωμένην εἶναι πάσης ἀκακίας καὶ καθαρότητος. ταῦτα λαβοῦσα, ὦ ψυχὴ, οἷόν τινας κλεῖς τὰ ὀνόματα, ἄνοιξον δι' αὐτῶν τῇ ἀληθείᾳ τὴν εἴσοδον, ἀδελφὴ γινομένη καὶ πλησίον καὶ περιστερὰ καὶ τελεία. ἔσται δέ σοι τὸ κέρδος ἐκ τοῦ εἰσδέξασθαί με καὶ εἰσοικίσασθαι, ἡ ἐκ τῆς κεφαλῆς μου δρόσος ἧς πλήρης εἰμὶ, καὶ αἱ τῆς νυκτὸς τῶν βοστρύχων τῶν ἐμῶν ἀποῤῥέουσαι ψεκάδες. ἐκ τούτων δὲ, τὸ μὲν ἴασιν εἶναι τὴν δρόσον, παρὰ

A ad curſum pernicitatem, & columbæ, propter intellectus celeritatem. Quamobrem cùm quicquid comprehenditur & cernitur tanquam equus percurriſſet, & tanquam columba tranſuolaſſet, prius quidem cum deſiderio quieſcit in vmbra mali, malum pro nube nominans id quod obſcuritatem affert. Nunc autem à diuina nocte iam circumitur, in qua accedit quidem ſponſus, ſed non apparet. Quomodo enim noctu apparuerit id quod non cernitur? ſed præbet quidem animæ aliquem ſuæ præſentiæ ſenſum, effugit autem euidentem mentis comprehenſionem, vt qui operiatur natura quæ non cadit

B ſub aſpectum. Quænam eſt autem myſterij introductio, quæ per hanc noctem induitur animæ? Oſtium tangit Verbum. Oſtium autem intelligimus coniecturalem arcanorum cogitationem, per quam introducitur id quod quæritur. Stans ergo extra noſtram naturam veritas, per cognitionem ex parte, ſicut dicit Apoſtolus, mentis noſtræ pulſat oſtium in allegoriis & ænigmatibus, I. Cor. 13. dicens, Aperi: & cum adhortatione ſuggerit quemadmodum oportet aperire oſtium, veluti præbens quaſdam claues, nempe pulchra hæc nomina per quæ aperitur id quod eſt clauſum. Claues

C enim planè ſunt horum nominum ſignificationes, quæ occulta aperiunt, nempe ſoror & propinqua & columba & perfecta. Si vis enim, inquit, aperiri oſtium, & attolli portas animæ tuæ, vt rex gloriæ ingrediatur, oportet te meam fieri ſororem, in eo quod animæ meæ voluntatẽ accipias, ſicut dicit in Euangelio eum fieri fratem ſuum & ſororem, qui viuit in eius voluntate. Oportet autem te appropinquare veritati, & adeò ex actè eſſe propinquũ, vt nullo in-

D termedio diſiungaris: & habere in natura columbæ perfectionem: hoc autem eſt, nulla in re deficere, & eſſe plenum omni innocentia & puritate. Hæc nomina cùm velut quaſdam claues acceperis, ô anima, per ea aperi ingreſſum veritati, ſi fueris ſoror & propinqua & columba & perfecta. Ex eo autem quòd me admiſeris & introduxeris, lucrifacies rorem ex capite meo quo ſum plenus, & ex noctium guttis quæ defluunt ex meis cincinnis. Ex his autem rorem quidem eſſe curationem à Propheta

præclarè didicimus, qui dicit: Ros qui à te fluit eſt illis curatio. Noctis autem guttæ prius conſideratam proximè ſequuntur ſententiam. Non poteſt enim fieri vt qui ingreſſus fuerit adyta eorum quæ vires humanas ſuperant, nec cadunt ſub contemplationem, deueniat ad imbrem aliquem aut torrentem cognitionis: ſed præclarè cum eo agetur, ſi quibuſdam exilibus & obſcuris ſententiis cognitionem eius irroret veritas, per viros ſanctos & diuinos defluente gutta rationis. Cincinnos enim qui pendent ab vniuerſitatis capite, tropicè puto nominari Prophetas & Euangeliſtas & Apoſtolos: quorum vnuſquiſq; quantum capere potuit, hauriens ex obſcuris, occultis, & inaſpectabilibus theſauris, nobis quidem fiunt fluuij pleni aquis. Si rei autem ſpectetur veritas, ſunt guttæ roris, etiamſi reſtagnent multitudine & magnitudine doctrinæ. Cuiuſ-
2.Cor.12. 4. modi flumen erat Paulus, qui ſupra cœlum aſſurgens vndis ſentẽtiarum, vſque ad tertium cœlum, vſque ad paradiſum, vſque ad verba arcana & ineffabilia, & per omnẽ eiuſmodi docendi amplitudinem latè exundans, verbis rurſus oſtendit, quòd hic ſermo eſt inſtar guttæ roris, ſi conferatur cum verbo quod
1.Cor.13. eſt, cùm dicit: Ex parte cognoſcimus,
1.Cor.8. & ex parte prophetamus, &; Si quis ſibi videtur ſcire, nondum ſcit quomodo ſcire oporteat: &, Ego meipſum
Phil 3. nondum exiſtimo comprehendiſſe. Si ergo humor roris, & gutta cincinnorum videntur eſſe flumina & maria & fluctus, ſi cum noſtris conferantur viribus: quid eſt exiſtimandum de illo
Ioan.7. fonte qui dixit: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat? Quilibet ex iis qui audiunt ex proportione eorum quæ dicta ſunt, coniecturam ſumat de miraculo. Nam ſi gutta ſufficit ad generandum fluuium: quid reputandum eſt eſſe ipſum Dei fluuium ex hac gutta coniectura ducta? Videamus autem quemadmodum ſponſa obedit Verbo: quemadmodum ſponſo aperit aditum. *Exui, inquit, meam tunicam, quomodo induam eam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Rectè audiuit eum qui iuſſit ipſam fieri & propinquã, & columbam, & perfectam, vt per eã ad animã introducatur veritas. Fecit enim quæ audiuit, vt quæ exuerit pelliceam illam tunicam, quam

A τοῦ προφήτου σαφῶς μεμαθήκαμεν, ὅς φησιν ὅτι δρόσος ἡ παρὰ σοῦ, ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν· αἱ δὲ τῆς νυκτὸς ψεκάδες τῆς προθεωρηθείσης ἔχονται διανοίας. οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἐν τοῖς τῶν ἀδύτων τε καὶ ἀθεάτων γενόμενον, ὄμβρῳ τινὶ τῆς γνώσεως ἐντυχεῖν ἢ χειμάρρῳ. ἀλλ' ἀγαπητόν, εἰ λεπταῖς τισι καὶ ἀμυδραῖς διανοίαις ἐπιψεκάζοι τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἡ ἀλήθεια, διὰ τῶν ἁγίων τε καὶ θεοφορουμένων τῆς λογικῆς σταγόνος ἀπορρεούσης. βοστρύχους γὰρ οἶμαι τοὺς τοῦ παντὸς κεφαλῆς ἐξηρτημένους, τροπικῶς ὀνομάζεσθαι B προφήτας καὶ εὐαγγελιστὰς καὶ ἀποστόλους, ὧν ἕκαστος ὅσον ἐχώρησεν ἐκ τῶν σκοτεινῶν τε καὶ ἀποκρύφων καὶ ἀοράτων θησαυρῶν ἀρυόμενοι, ἡμῖν μὲν ποταμοὶ γίνονται· ὡς δὲ πρὸς τὴν ὄντως ἀλήθειαν, δροσώδεις εἰσὶ ψεκάδες, κἂν τῷ πλήθει τε καὶ μεγέθει τῆς διδασκαλίας πλημμυρῶσιν· οἷος ὁ Παῦλος ἦν ποταμός, ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν τοῖς τῶν νοημάτων κύμασι κορυφούμενος ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἕως τοῦ παραδείσου, ἕως τῶν ἀρρήτων τε καὶ ἀνεκφωνήτων ῥημάτων, καὶ δι' ἁπάσης τῆς τοιαύτης μεγαληγορίας πελαγίζων τῷ λόγῳ, δείκνυσι πάλιν ὅτι ψεκάς τίς ἐστι C δροσώδης ὁ λόγος αὐτοῦ, συγκρινόμενος τῷ ὄντως λόγῳ, δι' ὧν φησιν, ὅτι ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν· καί, εἴ τις δοκεῖ ἐγνωκέναι τι, οὔπω ἔγνω καθὼς δεῖ γνῶναι· καί, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι. εἰ τοίνυν ἰκμὰς τῆς δρόσου, καὶ ἡ τῶν βοστρύχων ψεκὰς ποταμοὶ δοκοῦσι καὶ πελάγη καὶ κύματα πρὸς τὴν ἡμετέραν κρινόμενα δύναμιν· τί χρὴ περὶ τῆς πηγῆς λογίσασθαι τῆς εἰπούσης, ὅτι εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω; ἕκαστος τῶν ἀκουόντων δι' ἀναλογίας τῶν εἰρημένων στοχασμὸν λαμβανέτω τοῦ θαύματος. εἰ γὰρ ἡ ψεκὰς D εἰς ποταμῶν ἐξαρκεῖ γένεσιν, τί αὐτὸν τὸν τοῦ Θεοῦ ποταμὸν διὰ τῆς ψεκάδος ταύτης ἐστὶν ἀναλογίσασθαι; ἴδωμεν δὲ καὶ πῶς ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡ νύμφη, πῶς ἀνοίγει τῷ νυμφίῳ τὴν εἴσοδον. ἐξεδυσάμην, φησί, τὸν χιτῶνά μου· πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν; ἐνιψάμην τοὺς πόδας μου· πῶς μολυνῶ αὐτούς; καλῶς ἤκουσε τοῦ κελεύσαντος ἀδελφὴν αὐτὴν καὶ πλησίον γενέσθαι, καὶ περιστερὰν καὶ τελείαν, ἵνα διὰ τούτων εἰσοικισθῇ τῇ ψυχῇ ἡ ἀλήθεια. ἐποίησε γὰρ ἅπερ ἤκουσεν, ἐκδυσαμένη τὸν δερμάτινον χιτῶνα, ὃν

μετὰ τὴν ἁμαρτίαν περιεβάλετο, καὶ ἀπονιψαμένη τῶν ποδῶν τὸ γεῶδες ᾧ ἐνειλήθη ἀπὸ τῆς ἐν παραδείσῳ διαγωγῆς εἰς τὴν γῆν ἀναλύσασα, ὅτε ἤκουσεν ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. διὰ τοῦτο ἤνοιξεν ἐπὶ τὴν ψυχὴν τῷ λόγῳ τὴν εἴσοδον, διασταλέντος τοῦ τῆς καρδίας παραπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκός. σάρκα δὲ εἰπὼν, τὸν παλαιὸν λέγω ἄνθρωπον, ὃν ἐκδύσασθαι καὶ ἀποθέσθαι κελεύει ὁ θεῖος ἀπόστολος, τοὺς μέλλοντας τῷ λουτρῷ τοῦ λόγου τὸν ῥύπον τῆς βάσεως τῆς ψυχῆς ἀποκλύσασθαι. ἐκδυσαμένη τὸν παλαιὸν ἀπεκδυσάμενος ἄνθρωπον καὶ περιελοῦσα τῆς καρδίας τὸ κάλυμμα, ἤνοιξε τῷ λόγῳ τὴν εἴσοδον, ὃν ἐντὸς γινόμενον ἔνδυμα ποιεῖται ἑαυτῆς ἡ ψυχὴ, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου ὑφήγησιν, ὃς κελεύει τὸν ἐκδυσάμενον τὴν σαρκώδη τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου περιβολὴν, ἐνδύσασθαι χιτῶνα τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. Ἰησοῦν δὲ λέγει εἶναι τὸ ἔνδυμα. ἡ δὲ ὁμολογία τῆς νύμφης τοῦ μηκέτι τὸν ἀποβληθέντα χιτῶνα πάλιν ἀναλαμβάνειν, ἀλλ᾽ ἀρκεῖσθαι τῷ ἑνὶ χιτῶνι, κατὰ τὸν δοθέντα τοῖς μαθηταῖς νόμον, ὃν διὰ τῆς ἄνωθεν γεννήσεως ἀνακαινισθεῖσα μετημφιάσατο, βεβαιοῖ τοῦ κυρίου τὸν λόγον, τὸν κελεύοντα τοὺς ἅπαξ τῷ θείῳ κοσμηθέντας ἐνδύματι, μηκέτι ἐπενδύσασθαι τὸν τῆς ἁμαρτίας χιτῶνα, μηδὲ δύο χιτῶνας ἔχειν, ἀλλὰ τὸν ἕνα μόνον, ἵνα μὴ δύο περὶ τὸν αὐτὸν ὦσιν οἱ ἀσύμβατοι πρὸς ἀλλήλους χιτῶνες. τίς γὰρ κοινωνία τῷ σκοτεινῷ ἐνδύματι πρὸς τὸ φωτοειδές τι καὶ ἄϋλον; οὐ μόνον δὲ τοῦτό φησιν ὁ νόμος, τὸ μὴ δεῖν δύο χιτῶνας ἔχειν, ἀλλὰ μηδὲ ἐπιῤῥάπτειν τὸ καινὸν ὕφασμα τῷ παλαιῷ ἱματίῳ· ἵνα μὴ χείρων γένηται ἡ ἀσχημοσύνη τοῦ τὸν τοιοῦτον περιβαλλομένου, μήτε τοῦ ἐρραφέντος μείναντος, καὶ τοῦ παλαιοῦ χεῖρον τὸ σχίσμα παθόντος καὶ δυσθεράπευτον. αἴρει γάρ, φησι, τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται, ὡς δημοσιεύεσθαι δι᾽ αὐτοῦ τὰ ἀσχήμονα. διὰ τοῦτο, φησιν, ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν; τίς γὰρ ἂν βλέπων περὶ ἑαυτὸν τὸν ἡλιοειδῆ τοῦ κυρίου χιτῶνα, τὸν διὰ καθαρότητος καὶ ἀφθαρσίας αὐτῷ περιυφανθέντα, οἷον ἐπὶ τῆς τοῦ ὄρους μεταμορφώσεως ἔδειξεν, εἶτα καταδέχεται τὸ πτωχόν τι καὶ ῥακῶδες ἱμάτιον ἑαυτῷ περιθεῖναι, ὅπερ ὁ μέθυσος καὶ ὁ πορνοκόπος, καθὼς ἡ παροιμία φησὶ περιβάλ-

A induit poſt peccatum, & à pedibus abluerit terrenas illas ſordes, quibus erat inuoluta, vt quæ à vita quam degerat in paradiſo reuerſa eſſet in terram: quoniam audiuit, Terra es, & in terram reuerteris. Proptere aditum aperuit Verbo ad animam, diducto cordis velo, hoc eſt carne. Carnem cùm dico, veterem hominem intelligo, quem vt exuant ac deponant, hortatur diuinus ille Apoſtolus omnes qui verbi lauacro ſunt abluturi ſordes pedum animæ. Veteri ergo exuto homine, & ablato cordis inuolucro, oratione aperuit adi-
B tum, quam ingreſſam indumentum ſibi facit anima, conuenienter expoſitioni Apoſtoli, qui iubet exuto corporali veteris hominis indumento, induere nouam tunicam, quæ ſecundum Deum eſt creata in ſanctitate & iuſtitia. *Ephes. 4.* Ieſum autem dicit indumentum eſſe. Sponſæ autem profeſſio, quòd quam exuit non ſit rurſus acceptura tunicam, ſed contenta ſit vna tunica, congruenter legi datæ Diſcipulis, quam per regenerationem renouata induit anima confirmat conuenienter ei quod dixit ſcriptu-
C ra, non oportere eos qui ſemel diuino indumento ſunt ornati, peccati tuninicam induere, nec duas habere tunicas, ſed vnam ſolam (innocentiæ,) ne duas contrarias inter ſe inuicem coniunctas habeant tunicas. Quæ eſt enim ſocietas obſcuræ & tenebroſæ tunicæ cum luminoſa & experte materiæ? *Matth. 10.* Non ſolum autem lex hoc iubet, non oportere habere duas tunicas, ſed nec nouum pannum veteri veſtimento *Marc. 2.* aſſuere: ne eius qui hoc induit maior ſit deformitas ac turpitudo, cum neque maneat id quod eſt aſſutum, & veteris
D ſit ſciſſura deterior, nec facilè poſſit remediũ adhiberi. Tollit enim, inquit, plenitudinem noua à vetere veſtimẽto, & peior ſciſſura fit, adeò vt per eam, quæ turpia ſunt propalentur. Propterea dicit, *Exui tunicam meam, quomodo induam eam?* Quis enim cum vel ipſo Sole clariorem Domini aſpexerit tunicam, con- *Matt. 9. 16* textam per puritatem & incorruptionem, qualem oſtendit in Transfiguratione in monte, mendicorum veſtem pannoſam lubenter induerit, cuiuſmodi eſt ebrij ac fornicatoris, ſicut dicit

Prou. 5.

prouerbium? Sed neque poſtquam pedes lauit, rurſus ex inceſſu terrenas ſordes admittit. *Laui enim*, inquit, *pedes meos, quomodo inquinabo eos?* Neque enim Moſes cùm iuſſu diuino liberaſſet pedes à mortuo pellium indumento, quando terram aſcendit ſanctam & illuminatam, narratur rurſus pedes induiſſe calceis: neque quando veſtem ſacerdotalem, congruenter figuræ quæ oſtenſa fuit in monte, affabre eſt fabricatus, auri & purpuræ, & byſſi, & hyacinthi, & cocci in textura contemperatis ſplendoribus, vt refulgeret pulchritudo commiſta ex omnibus, vllum ornamentum fabricatus eſt pedibus: ſed ſacerdotalis pedis erat ornamentum eſſe nudum & liberum ab omni indumento. Oportet enim ſacerdotem ſemper ingredi ſuper terram ſanctam, ſuper quam non fas eſt ingredi cum pellibus mortuis. Et ideo Dominus quoque diſcipulis interdicit calceis, quando eos iubet non ire in
Matth.10. Ioan.14. viam gentium, ſed per viam ſanctam incedere. Sanctam autem viam omnino intelligis, per quam iubentur currere Diſcipuli, qui didiciſti ab eo qui dixit: Ego ſum via, quam non licet tangere eum qui hominis mortui non ſoluit indumentum. Quia igitur hanc viam ingreſſa eſt ſponſa, in qua ambulantibus pedes aqua Dominus abluit, & extergit linteo, quo cinctus eſt (eſt autem omnino Domini cingulum, vis quædam purificans à peccatis; Sic enim præſcriptum eſt, Dominus virtutem induit, eaque ſe præcinxit) idcirco pedes abluta, ſemet in via regia cuſtodit, neque ad dexteram, neque ad læuam deflectens: ne alterutram ad partem exorbitans, luto pedem ſuũ inquinet. Intelligit autem quid per hæc ſignificetur, nimirum animam quæ ſemel per baptiſmum calceos ſoluerit, (eſt enim hoc merſantis ſeſe proprium, vt calceorum corrigias ſoluat: quemadmodum Ioannes proſtabatur, non poſſe ſe hoc in ſolo Domino facere. Nam quî ſoluiſſet eius corrigiam, qui prorſus à corrigia peccati conſtrictus non tenebatur?) eã igitur abluiſſe pedes, & vna cùm calceamẽtis omnes terrenas ſordes abieciſſe. Itaque ſeruat in via ſtrata pedes ſuos impollutos, ſicut & Dauid faciebat, cùm abluta illuuie

A λέγεται; ἀλλ' οὐδὲ τοὺς πόδας νιψαμένη, πάλιν τῇ βάσει τὸν ἐκ τῆς γῆς μολυσμὸν παραδέχεται. ἐνιψάμην γάρ, φησι, τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς; οὐδὲ γὰρ Μωϋσῆς τῷ θείῳ προστάγματι τῆς νεκρᾶς τῶν δερμάτων περιβολῆς ἐλευθερώσας τοὺς πόδας, ὅτε τῆς ἁγίας τε καὶ πεφωτισμένης ἐπέβαινε γῆς, πάλιν ἱστορεῖται περιλαβὼν τοὺς πόδας τοῖς ὑποδήμασιν, ὅτε καὶ τὴν ἱερατικὴν ἐσθῆτα κατὰ τὸν τύπον τὸν ἐν τῷ ὄρει δειχθέντα φιλοτεχνήσας, χρυσοῦ τε πορφύρας, καὶ βύσσου, καὶ ὑακίνθου, τε κόκκου τὰς αὐγὰς συγκεράσας ἐν τῷ ὑφάσματι, ὥστε σύμμικτον ἐκ B πάντων ἀπαστράπτειν τὸ κάλλος, οὐδένα τοῖς ποσὶ κόσμον ἐπετεχνήσατο, ἀλλ' ἦν καλλωπισμὸς τοῦ ἱερατικοῦ ποδὸς τὸ γυμνὸν εἶναι πάσης περιβολῆς καὶ ἐλεύθερον. χρὴ γὰρ τὸν ἱερέα πάντως ἐπὶ τῆς ἁγίας βεβηκέναι γῆς, ἧς μετὰ νεκρῶν δερμάτων ἐπιβατεύειν οὐ θέμις. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος ἀπαγορεύει τὰ ὑποδήματα, ἐπειδὰν κελεύῃ αὐτοὺς εἰς ἐθνῶν ὁδὸν μὴ πορεύεσθαι, ἀλλὰ διὰ τῆς ἁγίας ὁδοῦ περιιέναι. οὐκ ἀγνοεῖς δὲ πάντως τὴν ἁγίαν ὁδόν, δι' ἧς οἱ μαθηταὶ τρέχειν κελεύονται, μαθὼν παρὰ τοῦ εἰπόντος· ἐγώ εἰμι C ἡ ὁδός, ἧς οὐκ ἔστιν ἅψασθαι τὸν μὴ ἀπολυσάμενον τῆς τοῦ νεκροῦ ἀνθρώπου περιβολῆς. ἐπεὶ οὖν ἐν ταύτῃ ἐγένετο τῇ ὁδῷ ἡ νύμφη, ἐν ᾗ τῶν δι' αὐτῆς περιπατούντων ὁ κύριος νίπτει τοὺς πόδας τῷ ὕδατι, καὶ ἐκμάσσει τῷ λεντίῳ ᾧ διεζώσατο· δύναμις δέ ἐστι καθαρτικὴ τῶν ἁμαρτιῶν τὸ τοῦ κυρίου διάζωσμα· ἐνεδύσατο γάρ, φησι, κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο· διὰ τοῦτο καθαρθεῖσα τοὺς πόδας ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς βασιλικῆς, ἑαυτὴν φυλάσσει, οὐκ ἐκκλίνουσα εἰς δεξιά, οὐδὲ εἰς ἀριστερά· ἵνα μὴ καθ' ἑκάτερον ἔξω τῆς ὁδοῦ παρενεχθεῖσα τὸ ἴχνος, μολύνῃ τῷ πηλῷ τὸν D πόδα. νοεῖ δὲ πάντως τὸ διὰ τῶν εἰρημένων δηλούμενον, ὅτι ἡ ἅπαξ διὰ τοῦ βαπτίσματος ὑπολυσαμένη τὰ ὑποδήματα· ἴδιον γὰρ τοῦ βαπτίζοντος ἔργον τὸ λύειν τοὺς ἱμάντας τῶν ὑποδημάτων, καθὼς Ἰωάννης διεμαρτύρατο, μὴ δύνασθαι τοῦτο ἐπὶ μόνου τοῦ κυρίου ποιῆσαι. πῶς γὰρ ἂν ἔλυσε τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τῷ ἱμάντι τῆς ἁμαρτίας ἐνδεδεμένῳ; αὕτη τοὺς πόδας ἐνίψατο, πάντα γήϊνον ῥύπον συναποδῦσα τοῖς ὑποδήμασι· φυλάσσει νῦν ἐπὶ τῆς πεπλακωμένης ὁδοῦ τὴν βάσιν ἀμόλυντον, ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ ἐποίησεν, ὅτε τοῦ πηλοῦ τὴν ὕλην ἀπολυσάμενος ἐπὶ τῆς

ἐπὶ τῆς πέτρας ἔστησε τοὺς ἑαυτοῦ πόδας, οὕτως εἰπὼν τῷ λόγῳ· ὅτι ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατηύθυνε τὰ διαβήματά μου. πέτραν δὲ νοοῦμεν τὸν κύριον, ὅς ἐστι φῶς, καὶ ἀλήθεια καὶ ἀφθαρσία καὶ δικαιοσύνη, δι' ὧν ἡ πνευματικὴ ὁδὸς διαπλακοῦται. ὧν ὁ μὴ παρατραπεὶς καθ' ἑκάτερον, διασώζει τὸ ἴχνος, οὐδαμόθεν τῷ πηλῷ τῆς ἡδονῆς μολυνόμενον. ταῦτά ἐστι κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, δι' ὧν ἡ θύρα τῷ λόγῳ παρὰ τῆς νύμφης ἀνοίγνυται. ἡ γὰρ ὁμολογία τοῦ μηκέτι ἀναλαβεῖν τὸν ἀποβληθέντα πηλὸν, μηδὲ τῇ πορείᾳ τοῦ βίου τὸν γεώδη μολυσμὸν παραδέξασθαι, εἴσοδος γίνεται τοῦ ἁγιασμοῦ ἐπὶ τὴν οὕτω παρεσκευασμένην ψυχήν. ἁγιασμὸς δὲ ὁ κύριος. καὶ τοῦτο μὲν τῶν εἰρημένων ἐσαφηνίσθη τὸ νόημα. πάλιν δὲ μετὰ τοῦτο τῆς ὑπερκειμένης ἀναβάσεως ἅπτεται ἡ ψυχή, οὐκέτι φωνῆς τὴν καρδίαν διακρουούσης, ἀλλ' αὐτῆς τῆς θείας χειρὸς διὰ τῆς ὀπῆς ἐπὶ τὰ ἐντὸς παραδυείσης. ἀδελφιδός μου γάρ, φησιν, ἀπέστειλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ διὰ τῆς ὀπῆς, καὶ ἡ κοιλία μου ἐθροήθη ἐπ' αὐτόν. δῆλον δὲ πάντως ἐστὶ τῷ συνετῶς ἐπαΐοντι, ὅσον πλεονάζει τῷ ὕψει τὰ νῦν εἰρημένα παρὰ τὸ πρότερον· ἄνοιξον λέγων πρὸς τὴν νύμφην ὁ λόγος, δίδωσιν αὐτῇ διὰ τῶν θείων ὀνομάτων τοῦ ἀνοῖξαι τὴν δύναμιν. ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡ νύμφη· γίνεται γὰρ ὅπερ ἤκουσεν, ἀδελφὴ, καὶ πλησίον, καὶ περιστερὰ, καὶ τελεία· ἀποδύεται τὸν δερματικὸν ἐκεῖνον χιτῶνα, καὶ τὸν ῥύπον τῶν ποδῶν ἀποπλύνεται, καὶ οὔτε τὸ εἰδεχθὲς καὶ ῥακῶδες ἐκεῖνο ἱμάτιον πάλιν ἑαυτῇ περιτίθησιν, οὔτε τῇ γῇ πρὸς τὸ λοιπὸν ἐναπερείδει τὸ ἴχνος· ἤκουσεν οὖν αὐτοῦ τῆς φωνῆς, καὶ τῷ προστάγματι πείθεται. ἀνοίγει τὴν θύραν, περιελομένη τὸ κάλυμμα τῆς καρδίας· διέσχισε τῆς θύρας, τὸ τῆς σαρκὸς διαπέτασμα, πᾶσα ἠνοίγη τῆς ψυχῆς ἡ πύλη, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. ἀλλ' ἡ τῆς πύλης εὐρυχωρία μικρά τις ἀπεδείχθη τρυμαλιὰ στενὴ καὶ βραχεῖα, δι' ἧς οὐκ αὐτὸς ὁ νυμφίος, ἀλλ' ἡ χεὶρ αὐτοῦ μόλις ἐχώρησεν, ὥστε δι' αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἐντὸς ἐφικέσθαι, καὶ ἅψασθαι τῆς ἐπιθυμούσης τὸν νυμφίον ἰδεῖν, ᾧ τοσοῦτον ἐκέρδανε μόνον, ὅσον γνῶναι, ὅτι ἡ χεὶρ ἐκείνη τοῦ ποθουμένου ἐστίν. οἷα δὲ ἡμῖν ὑποδείκνυται δόγματα,

A cœni, pedes ſuos in ſaxo collocaret, atque his verbis vteretur: Reduxit me de lacu miſeriæ, déque illuuie cænoſa, & pedes meos ſupra petram ſtatuit, greſſúſque meos direxit. *Pſal 39.* Per petram autem hanc Dominum ipſum intelligimus, qui & lux eſt & veritas, & immortalitas, & iuſtitia: quibus rebus via ſpiritualis quaſi quadam incruſtatione ſternitur. Ab his ſi ſe neutram quis in partem deflectat, is plantas ſuas puras conſeruat, nuſquam à voluptatis cœno pollutas. Hæc ſunt, (meo quidem iudicio) per quæ à ſponſa Verbo oſtium aperitur. Etenim ipſa B illa confeſſio, qua pollicetur non amplius reſumpturam ſe lutum illud excuſſum, neque incedendo in hac vita terrenam inquinationem admiſſuram: aditus eſt animæ hoc modo comparatæ ad ſanctificationem. Sanctificatio autem eſt ipſe Dominus. Atque hic eſt illorum verborum ſenſus. Rurſus autem ſecundum hoc, vlteriùs aſcendere conatur anima, non iam amplius voce oſtium cordis pulſante: ſed ipſa manu diuina per foramen ad interiora penetrante. *Patruelis enim meus,* C inquit, *miſit manum ſuam per foramen, & venter meus commotus eſt in ipſum.* Perſpicere autem quiuis omnino poteſt, qui prudenter hæc audiuit, quanto ſublimiora ſunt hæc prioribus. Cùm Verbum ad ſponſam ait, *Aperi:* largitur ei facultatem aperiendi per diuinos ſenſus. Obtemperat Verbo ſponſa, fit enim hoc, quod audit, ſoror, vicina, columba, perfecta: exuit pelliceam illam tunicam, ſordes pedum abluit, ac neque fœdum illud lacerúmque veſtimentum amplius induit, neque de cætero in terra figit veſtigia: audiuit D igitur eius vocem, & paret præcepto, aperit oſtium, & ablato cordis operculo, deduxit velum oſtij, id eſt carnis: aperta fuit tota animæ porta, vt ingrederetur Rex gloriæ. Sed patens portæ latitudo oſtenſa eſt paruum quoddam & anguſtum ac breue foramen, per quod non ipſe ſponſus, ſed eius manus vix adeò proceſſit, vt per ipſum ingreſſa ſit, & videndi ſpōſi tetigerit deſiderium, quo vix tantum lucri fecit, vt cognoſceret quòd illa ſit manus deſiderari. Cuiuſmodi autē nobis oſtenduntur dogmata,

didicerimus per eam quæ eſt in his philoſophiam, ſi in contextu verborum parum fuero immoratus. Anima humana eſt in confinio duarum naturarum, quarum altera quidem eſt incorporea & intelligens, & in quá non cadit interitus: altera verò corporea, & materialis, & expers rationis. Cùm primũ autem purgata ab ea quæ eſt ad craſſam & terrenã vitam habitudine, aſpexerit per virtutẽ ad id quod eſt cognatum & diuinum, non ceſſat perſcrutari & inquirere eorum quę ſunt, principium: quódnam ſit initium pulchritudinis rerum, vndénam emanet vis ac facultas, quid ſit à quo deriuetur ſapientia quæ in iis quæ ſunt cernitur, & quæ mouet omnes diſputationes, omnémque vim perſcrutandi, quæque curioſè laborat in comprehendendo eo quod quæritur, & in faciendo terminum Dei comprehenſionis ſolam operationem quæ ad nos vſque deſcendit: per cuius vitam nos ſentimus: & quomodo ſpiritus qui cum aqua ſimul emittitur ex terra, non manet in profundo lacus, ſed bulla factus ſurſum excurrit ad id quod eſt ſibi cognatione coniunctum: & cùm peruaſerit vſque ad ſummam aquæ ſuperficiem, aërique mixta fuerit, tunc deſinit ſurſum moueri: tale quid etiam vſuuenit animæ diuina perſcrutanti, poſtquam à rebus inferioribus ſe extendit ad ſupernarum rerum cognitionem, vtpote, quæ cùm comprehenderit miracula eius operationis, vlterius curioſè ſcrutando deſinit progredi: ſed ipſum admiratur & contemplatur, qui per ea quæ operatur eſſe cognoſcitur. Videt cœleſtem pulchritudinem, luminarium ſplendorem, celerem poli circumactionem ordinatã & numeroſam, aſtrorum ambitus, qui orbem annuum quatuor temporibus in ſe conuertunt: terrã quæ ſimul afficitur cum eo quod ambit, & cum differentia motus ſupernorum ſiderum ſimul etiã notat operationes, & multiplices naturas animantium, & eorum quę in aquis degunt, & quibus motus ceſſit in aëre, & quæ in terris vitam agunt: & omnia plantarum genera, & herbas varias, qualitate & virtute, & figura à ſe inuicem differentes, fructuumque & ſaporum proprietates, & quæ per ea quæ operantur à ſe inuicem diſtincta oſtenduntur, aſpiciens anima,

A διὰ τῆς ἐν τοῖς εἰρημένοις φιλοσοφίας, μάθοιμεν ἂν εἰ μικρὸν τῷ λόγῳ προσδιατρίψομεν. Ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ δύο φύσεων οὖσα μεθόριος, ὧν ἡ μὲν ἀσώματός ἐστι καὶ νοερὰ καὶ ἀκήρατος· ἡ δὲ ἑτέρα σωματικὴ, καὶ ὑλώδης, καὶ ἄλογος. ἐπειδὰν δὲ τάχιστα τῆς πρὸς τὸν παχύν τε καὶ γεώδη βίον σχέσεως ἐκκαθαρθεῖσα, δι᾽ ἀρετῆς ἀναβλέψῃ πρὸς τὸ συγγενὲς καὶ θειότατον, οὐ παύεται διερευνωμένη καὶ ἀναζητοῦσα τὴν τῶν ὄντων ἀρχήν· τίς ἡ τοῦ κάλλους τῶν ὄντων πηγὴ, πόθεν βρύει ἡ δύναμις, τί τὸ πηγάζον τὴν ἐμφαινομένην τῇ οὐσίᾳ σοφίαν. πάντας δὲ λογισμοὺς καὶ

B πᾶσαν ἐρευνητικὴν νοημάτων δύναμιν διακινοῦσα καὶ προεξεργαζομένη κατάληψιν τοῦ ζητουμένου, ὅρον ποιεῖται τῆς καταλήψεως τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνέργειαν μόνην τὴν μέχρις ἡμῶν κατιοῦσαν, ἧς διὰ τῆς ζωῆς ἡμεῖς αἰσθανόμεθα. καὶ ὥσπερ τὸ τῷ ὕδατι συναναδιδόμενον ἐκ τῆς γῆς πνεῦμα οὐχ ἵσταται περὶ τὸν πυθμένα τῆς λίμνης, ἀλλὰ πομφόλυξ γινόμενον ἐπὶ τὸ ἄνω πρὸς τὸ συγγενὲς ἀνατρέχει, καὶ ὅταν διέλθῃ τὴν τοῦ ὕδατος ἄκραν ἐπιφάνειαν, καὶ καταμιχθῇ πρὸς τὸν ἀέρα, τότε τῆς ἐπὶ τὰ ἄνω κινήσεως ἵσταται·

C τοιοῦτόν τι πάσχει καὶ ἡ τὰ θεῖα διερευνωμένη ψυχή. ἐπειδὰν ἐκ τῶν κάτωθεν πρὸς τὴν τῶν ὑπερκειμένων γνῶσιν ἑαυτὴν ἀνατείνῃ, τὰ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ θαύματα καταλαβοῦσα, περαιτέρω προσελθεῖν διὰ τῆς πολυπραγμοσύνης οὐ δύναται· ἀλλὰ θαυμάζει καὶ σέβεται τὸν ὅτι ἐστὶ μόνον, δι᾽ ὧν ἐνεργεῖ γινωσκόμενον. ὁρᾷ τὸ οὐράνιον κάλλος, τὰς τῶν φωστήρων αὐγὰς, τὴν ὀξεῖαν τοῦ πόλου κυκλοφορίαν, τὴν εὔτακτόν τε καὶ ἐναρμόνιον ἐν τοῖς ἄστροις περιφοράν, τὸν ἐνιαύσιον κύκλον τέσσαρσι καιροῖς εἰς ἑαυτὸν

D ἀναστρέφοντα· τὴν γῆν συνδιατιθεμένην τῷ περιέχοντι, καὶ τῇ διαφορᾷ τῆς τῶν ὑπερκειμένων κινήσεως τὰς ἰδίας ἐνεργείας συνεξαλλάσσουσαν, τάς τε πολυειδεῖς ἐν τοῖς ζώοις φύσεις, τῶν τε καθ᾽ ὕδατος διαιτωμένων, καὶ τῶν τὴν ἀέριον ἀπολαχόντων φοράν, καὶ οἷς χερσαῖος ὁ βίος· τάς τε παντοδαπὰς τῶν φυτῶν ἰδέας, καὶ τὰς ποικίλας πόας, ποιότητι, καὶ δυνάμει, καὶ σχήματι ἀλλήλων διαφερούσας, καὶ τὰς τῶν καρπῶν τε καὶ χυμῶν ἰδιότητας, καὶ τὰ ἄλλα δι᾽ ὧν ἡ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ διαδείκνυται, βλέπουσα ἡ ψυχή,

διὰ τοῦ θαύματος τῶν φαινομένων ἀναλογίζεται τῇ διανοίᾳ τὸν διὰ τῶν ἔργων νοούμενον ὅτι ἐστίν. ἴσως δὲ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ὅταν παρέλθῃ πᾶν τὸ ὁρώμενον, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν, ὅς φησιν· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· τὰ δὲ ῥήματά μου οὐ μὴ παρελεύσονται, καὶ εἰς ἐκείνην μετέλθωμεν τὴν ζωήν, ἣ ὑπὲρ ὀφθαλμόν τε ἐστὶ καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν· τότε οὐκέτι ἐκ μέρους διὰ τῶν ἔργων ἐπιγνωσόμεθα τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν, ὥσπερ τὸ νῦν· οὐδὲ διὰ τῆς τῶν φαινομένων ἐνεργείας τὸ ὑπερκείμενον νοηθήσεται· ἀλλ' ἑτέρως καταληφθήσεται πάντως τὸ εἶδος τῆς ἀφράστου μακαριότητος, καὶ ἄλλος τρόπος τῆς ἀπολαύσεως, ὃς νῦν ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀναβαίνειν φύσιν οὐκ ἔχει. τέως δὲ νῦν ὅρος τῇ ψυχῇ τῆς τοῦ ἀφράστου γνώσεώς ἐστιν ἡ ἐμφαινομένη τοῖς οὖσιν ἐνέργεια, ἣν χεῖρα λέγεσθαι τροπικῶς ἐνοήσαμεν. τοῦτο τοίνυν ἡμῖν τὸ δόγμα διὰ τῶν θείων τούτων λογίων πεφιλοσόφηται, δι' ὧν ἡ καθαρὰ ψυχή, καὶ οὐκέτι τοῦ γηΐνου τε καὶ ὑλικοῦ βίου ἐπιβατεύουσα, ἵνα μὴ μολύνῃ ἑαυτῆς τὸ ἴχνος τοῖς κάτω ἐνερειδομένη προσδοκήσασα αὐτὸν ὑποδέξασθαι τὸν νυμφίον, ὅλον ἐν τῷ οἴκῳ γενόμενον· ἠγάπησε μόνον τέως ἐν ὀπῇ τὴν χεῖρα θεάσασθαι, δι' ἧς ἑρμηνεύεται ἡ ἐνεργητικὴ αὐτοῦ δύναμις. ἀδελφιδός μου, φησίν, ἀπέστειλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ διὰ τῆς ὀπῆς. οὐ γὰρ χωρεῖ ἡ ἀνθρωπίνη δύναμις τὴν ἀόριστόν τε καὶ ἀπερίληπτον φύσιν ἐν ἑαυτῇ δέξασθαι. ἡ δὲ κοιλία μου, φησίν, ἐθροήθη ἐπ' αὐτόν. ἔκπληξίν τινα καὶ ξενισμὸν σημαίνει ἐπὶ τῷ φανέντι θαύματι τὸ τῆς θροήσεως ὄνομα. πᾶσα γὰρ αὐτῆς ἡ διανοητικὴ δύναμις συνεκινήθη πρὸς τὸ θαῦμα τῶν διὰ τῆς θείας χειρὸς ἐνεργουμένων· ὧν ἡ κατανόησις ὑπερκειμένη τὸ ἀκατάληπτόν τε καὶ ἀχώρητον τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος φύσεως δι' ἑαυτῆς ἑρμηνεύει. πᾶσα γὰρ ἡ τῶν ὄντων κτίσις τῆς χειρὸς ἐκείνης τῆς διὰ τῆς ὀπῆς ἡμῖν φανερωθείσης ἔργον ἐστίν, ὡς ὁ Ἰωάννης βοᾷ λέγων, καὶ ὁ προφήτης τῷ εὐαγγελίῳ συμφθέγγεται. ὁ μὲν γάρ φησιν· ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· ὁ δὲ προφήτης χεῖρα ὀνομάζει τὴν ποιητικὴν τῶν ὄντων δύναμιν, εἰπών· ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα. εἰ οὖν τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἔργα, τά τε ἄλλα πάντα, καὶ τὰ οὐράνια κάλλη, οὔπω δὲ κατείληφεν ἡ ζητητικὴ τῆς ἀνθρώπου

A per miraculum eorum quæ apparent, mente verſat & conſiderat eum qui ex operibus, quod ſit, intelligitur. Forte autem in futuro ſeculo quando quicquid videtur prætierit conuenienter voci Domini: Cœlum & terra tranſibunt: mea autem verba non tranſibunt: *Matth. 24.* & ad illam vitam tranſierimus, quæ & viſum ſuperat, & auditum & cogitationem; tunc non amplius ex parte per operationem eorum quæ cernuntur boni naturam agnoſcemus, vt nunc fit, *1. Cor. 13.* nec ex eorum quæ apparent, operatione, intelligetur id quod ſupereminet: B ſed aliter omnino comprehendetur ineffabilis genus beatitudinis, & alia eius fruendæ ratio, cuius non eſt nunc ea natura vt aſcēdat in cor hominis. Nunc tamen tantiſper animæ noſtræ poſitus eſt hic terminus cognitionis illius, qui ineffabilis eſt, eius operatio, quæ in rebus creatis apparet, quā tropicè manū dici intelleximus. Hoc ergo nobis dogma philoſophicè eſt traditū per hæc diuina eloquia, per quæ pura anima, & nō amplius ingrediēs in vita terrena & materiali, ne ſua inquinet veſtigia, in rebus C inſiſtens inferioribus, expectans fore vt totum exciperet ſponſum domū ingreſſum: præclarè ſecum agi exiſtimauit, ſi ſolum per feneſtram manum aſpexiſſet, per quā intelligitur virtus eius operans. *Patruelis meus*, inquit, *miſit manum ſuam per foramen.* Non enim poteſt vis humana in ſe recipere naturam infinitam & incomprehenſibilem. *Venter autem meus*, inquit, *commotus eſt in ipſum.* Nomen illud commotionis ſignificat quendam ſtuporem & admirationem ob miraculum quod apparuit. Vniuerſa enim eius cogitandi & intelligendi facultas commota eſt ad D miraculum eorum quæ per manum diuinam aguntur: quorum conſideratio humanā ſuperans naturam, per ſe interpretatur comprehendi & capi non poſſe naturam eius qui operatur. Nam vniuerſa eorū, quæ ſunt, creatura, eſt opus manus illius quę apparuit per foramen, vt Ioannes clamat in Euangelio, & Propheta illi ſuffragatur. Nam ille quidem dicit: Omnia per ipſum facta ſunt. *Ioan. 1.* Propheta autem nominat manum efficientem eorum quæ ſunt, virtutem, dicens: Manus mea fecit hæc omnia. Si *Eſa. 48. 66* ergo opera illius operationis, & alia omnia, & cœleſtē pulchritudinem, nondum comprehendit inquirens hominis

intelligentia, quid ſit homo ſecundum A eſſentiam, vel Sol, vel aliquid ex iis quæ in creatione apparent miraculis: ea de cauſa commouetur mens humana, & diuinam operationem miratur. Nam ſi comprehendere nequit iſta, quemadmodum comprehendet eam, quæ eſt illis ſuperior, naturam? Forte autem etiam alius quiſpiam in aliam ſententiam acceptis eorum quæ dicta ſunt ænigmatibus non ab eo quod eſt veriſimile, remotam faciet cõtemplationem.

Hactenus excurrit Heruetiexemplar: quæ vero ſequũtur, ſunt ex tranſlatione Ioan. Leuuenclaij.

Arbitror enim per ſponſæ domum intelligi totam vitam humanam, hanc vero manum conditricem rerum omnium B quaſi peregrinatione ſuſcepta in hominum vitam exilem ac nullius momenti, ſeipſam velut arctius contraxiſſe, idque in eo quod per omnia naturæ noſtræ particeps fieret, excepto peccato. Itaq; poſteaquam ad nos acceſſerit, conſternationem quandam & admirationem rei nouæ in animis excitaſſe, quî fiat vt Deus in carne manifeſtò conſpiciatur? quî Verbum illud fiat caro? quî partus in virginitatem, (virginitas in matrem) cadere poſſit? quî cum tenebris lux miſceatur, cum morte vita temperetur? C qui puſillum vitæ foramen poſſit continentem vniuerſum hoc manum capere, quæ cœlũ omne metitur, terrã omnem & omnem aquam cõplectitur? Quare conſentaneum eſt Euãgelij gratiam per manus ænigma nobis à ſponſa quaſi vaticinante ſignificari. Quo enim tempore conſpectus in terra Dominus, & inter homines verſatus eſt: puram & expertem materiæ pulchritudinem ſponſi, itemque Verbi diuinitatem, & veri luminis ſplendorem per manum illam effectionum agnouimus. Manum enim intelligimus virtutẽ eius miraculorum D perfectricem, qua mortuis vita donabatur, oculi cæcorum reſtituebantur in integrum, lepræ morbus fugabatur, omne genus incurabilis ac grauis ægritudinis ſolius imperij vi corporibus excedebat. Atque hac duplici Manus interpretatione in medium propoſita, quarum altera ſtatuit naturam diuinam prorſus incomprehẽſilem, & nulla cum re comparabilem, ex affectione ſola cognoſci: altera Euangelij gratiam per hæc verba longè ante prædici à ſponſa tradit: auditoris iudicio permittemus vtram veluti magis conuenientem & aptam propoſito loco, præferre alteri velit.

A διάνοια, τί κατ' οὐσίαν ὁ ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ ὁ ἥλιος, ἢ ἄλλό τι τῶν φαινομένων ἐν τῇ κτίσει θαυμάτων· τούτου χάριν θεᾶται πρὸς τὴν θείαν ἐνέργειαν ἡ καρδία· ὅτι εἰ ταῦτα καταλαβεῖν οὐ χωρεῖ, πῶς τὴν ὑπερκειμένην τούτων καταλήψεται φύσιν; τάχα δέ τις καὶ ἄλλως μεταλαβὼν, τὰ τῶν εἰρημένων αἰνίγματα οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος προσάξει τὴν θεωρίαν.

Οἶμαι γὰρ οἶκον νοεῖσθαι τῆς νύμφης πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην ζωήν. ταύτην δὲ τὴν χεῖρα τὴν τῶν ὄντων ποιητικὴν, ἐνδημήσασαν πρὸς τὸ βραχύ τι καὶ οὐτιδανὸν τοῦ ἀνθρω- B πίνου βίου ἑαυτὴν συστεῖλαι, διὰ τοῦ μεταλαβεῖν τῆς φύσεως ἡμῶν, κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, χωρὶς ἁμαρτίας. ἐν ἡμῖν δὲ γενομένην θάμβησιν ἐμποιῆσαι καὶ ξενισμὸν ταῖς ψυχαῖς. πῶς ὁ Θεὸς ἐν σαρκὶ φανεροῦται; πῶς ὁ λόγος γίνεται σάρξ; πῶς ἐν παρθενίᾳ τόκος· πῶς τῷ σκότει τὸ φῶς καταμίγνυται, καὶ τῷ θανάτῳ ἡ ζωὴ κατακιρνᾶται; πῶς χωρεῖ ἡ βραχεῖα τοῦ βίου τρυμαλιὰ τὴν περιεκτικὴν πάντων τῶν ὄντων χεῖρα ἐν ἑαυτῇ δέξασθαι, ᾗ πᾶς C ὁ οὐρανὸς ἐκμετρεῖται, καὶ ἡ γῆ πᾶσα καὶ τὸ ὕδωρ ἅπαν ἐμπεριέχεται; εἰκὸς τοίνυν τὴν τοῦ εὐαγγελίου χάριν διὰ τοῦ τῆς χειρὸς αἰνίγματος προφητικῶς ἡμῖν ὑπὸ τῆς νύμφης διασημαίνεσθαι. ὅτε γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη ὁ κύριος, τὸ καθαρόν τε καὶ ἄϋλον τοῦ νυμφίου κάλλος, καὶ τὴν τοῦ λόγου θειότητα, καὶ τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς λαμπηδόνα διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν χειρὸς ἐγνωρίσαμεν. χεῖρα γὰρ νοοῦμεν τὴν τῶν θαυμάτων κατεργαστικὴν αὐτοῦ δύναμιν, δι' ἧς ἐζωο- D ποιοῦντο οἱ νεκροὶ, καὶ τῶν τυφλῶν αἱ ὄψεις ἀπεκαθίσταντο, καὶ τὸ τῆς λέπρας πάθος ἐφυγαδεύετο, καὶ πᾶν εἶδος ἀνιάτου καὶ χαλεπῆς ἀρρωστίας ἀπεχώρει τῶν σωμάτων διὰ προστάγματος. προτεθείσης δὲ ἡμῖν τῆς διπλῆς ταύτης ἐπὶ τῇ χειρὶ θεωρίας, ὧν ἡ μὲν ὑποτίθεται τὴν θείαν φύσιν ἀκατάληπτον οὖσαν παντελῶς καὶ ἀνείκαστον, διὰ μόνης τῆς ἐνεργείας γινώσκεσθαι· ἡ δὲ τὴν εὐαγγελικὴν χάριν προαναφωνεῖσθαι λέγει διὰ τῶν λόγων ὑπὸ τῆς νύμφης, ἐπὶ τῷ ἀκροατῇ ποιησόμεθα τὴν προσφυεστέραν τε καὶ μᾶλλον τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόζουσαν πρὸ ἑτέρας ἐκλέξασθαι.

πλὴν ὅπερ ἂν νομισθῇ ψυχωφελέστερον εἶναι, γένοιτο ἂν ἡμῖν δι' ἑκατέρου τῶν εἰρημένων αὐτάρκης ἡ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁδηγία. ἐκ μὲν γὰρ τοῦ γνῶναι, ὅτι τοῦ Θεοῦ τὸ γνωστόν, κατὰ τὴν Παύλου φωνήν, τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως νοούμενον καθορᾶται, τῆς περὶ τὰ ἀκατάληπτα πολυπραγμοσύνης φεισόμεθα· ὡς ἂν μὴ διὰ τοῦ φυσιολογεῖσθαι τὸ ἀνέφικτόν τε καὶ ἀνεκφώνητον φύσιν, ὕλην λάβοι κατὰ τῆς ἀληθείας ἡ αἵρεσις. εἰ δὲ πρὸς τὸ εὐαγγέλιον βλέποι τὸ αἴνιγμα τῆς χειρὸς ὑποθώμεθα· καὶ οὕτω βεβαιοτέρα ἡμῖν τῶν μυστικῶν δογμάτων ἡ πίστις γενήσεται, διὰ τῆς προαναφωνήσεως τῶν δογμάτων προσλαβοῦσα τὸ ἀναμφίβολον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A Vtrumuis tamen animis vtilius exiſtimatum fuerit, ſaltem alterutro ad bonum commodè manu quaſi ducamur. Nam ſi animaduertemus, illud quod ſciri de Deo poteſt, quemadmodū Paulus loquitur, per mundi creationem intellectum perſpici, curioſitatem indagandi res incomprehenſibiles fugiemus; ne ſi ratione naturali tractemus naturam illam, quam vel aſſequi, vel effari nequimus, materies hæreſi contra veritatem ſuppeditetur. Sin ad Euangelium ſpectare hoc de manu ænigma ſtatuemus: etiam hoc modo B firmior nobis arcanorum dogmatum fides erit, tollente dubitationem omnem eo ipſo, quòd hæc multo antè prædicantur, idque in Chriſto Ieſu domino noſtro, Cui ſit gloria & imperium ſeculis infinitis, Amen. Rom. 1. 19.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

C ΑΝΕΣΤΗΝ ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου. χεῖρές μου ἔσταξαν σμύρναν, δάκτυλοί μου σμύρναν πλήρη. ἐπὶ χεῖρα τοῦ κλείθρου ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου. ἀδελφιδός μου παρῆλθεν· ἡ ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ. ἐζήτησα αὐτόν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν· ἐκάλεσα αὐτόν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. εὕροσάν με οἱ φύλακες οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει. ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με. ἦραν τὸ θέριστρον ἀπ' ἐμοῦ οἱ φύλακες τῶν τειχέων. D

IN CANTICVM CANTICORVM

HOMILIA XII.

SVRREXI equidem, vt aperiam cognato meo. manus meæ ſtillarunt myrrham, digiti mei myrrham vberem. 6. Adhibitis manibus clauſtro aperui equidem cognato meo. Præteriit cognatus meus. Anima mea egreſſa ad ſermonem eius. Quæſiui eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non audiit me. 7. Offenderunt me cuſtodes, qui in vrbe circumeunt. Percuſſerunt me, vulnerauerunt me, abſtulerunt peplum à me cuſtodes murorum. Cap. 5. v. 5.

Οἱ τὴν διαπόντιον ἀποδημίαν καθ' ἐλπίδα πλούτου στελλόμενοι, ὅταν ἤδη τὴν ὁλκάδα τοῦ λιμένος ἀποσαλεύσωσι, καὶ πρὸς τὸ πέλαγος στρέψῃ διὰ τῶν πηδαλίων τὴν πρώραν ὁ τῶν οἰάκων ἐπικαθήμενος, εὐχὴν ποιοῦνται τῆς ναυτιλίας προοίμιον, Θεὸν γίνεσθαι καθηγεμόνα φασὶ

QVI trans mare peregrinationem opum parandarum ſpe ſuſcipiunt, cùm iam nauim è portu in altum prouehunt, & in mare per gubernacula proram conuertit is, qui ad clauum ſedet: votum faciunt, quaſi quoddam procemium nauigationis, ac petunt vti Deus ipſis dux ſit ad nauigationem fe-

licem ac proſperam. Adeoque voti A
totius ſumma eſt, vt ventus leuis &
idoneus nauigationi in velum incidat
ad eum gubernatoris ſcopum, qui in
puppi conſiſtit. Is autem ventus ſi ex
ipſorum voto eis adſpiret, & mare iu-
cundum fit ipſis, fluctibus placidis ſeſe
leniter erigens, neque pelagi amplitu-
do quidquam adfert moleſtiæ, cùm
magna facilitate nauis in ipſis vndis
quaſi volet, & opes oculis obuerſantur,
quas ex mercatura ſperant, iam ipſa na-
uigationis proſperitate, etiam ante-
quam periculum factum ſit, magnam
rerum copiam pollicente. Quò autem B
reſpiciens hoc vtar exordio, intelligere
auditores arbitror, quotquot pro per-
ſpicuitate ingenij ſui quid propoſitum
nobis ſit, vident. Etenim ingens mare
conſiderationis diuinorum verborum
nobis propoſitum eſt: & amplæ hac ex
nauigatione cognitionis opes ſperan-
tur: & animata nauis hæc, nimirum
Eccleſia noſtra, toto eius collecto cor-
pore, quaſi prouecta in altum, ad enar-
rationis noſtræ veluti diuitias intenta
eſt. Verùm oratio noſtra, quæ guber-
natores officio fungitur, non prius cla- C
uum in manus ſumit, quam vniuersè
totum nauis huius corpus votum Deo
faciat, vt is adſpiret nobis, ſacri Spi-
ritus vim, cogitationumque fluctus
moueat, ac per hos orationem noſtram
quaſi proſpera nauigatione quadam v-
tentem rectà deducat: vt hoc modo in
altum per contemplationem prouecti,
cognitionis opes veluti merces quaſ-
dam comparemus, ſi fortè per veſtras
preces vt orationi noſtræ flatus ille ſa-
cer ſecundus ſit, & vela impleat, impe-
tretur. Eſto autem orationis initium
ipſa profectorum à Spiritu diuino ver- D
borum commemoratio, quæ quidem
prorſus hæc ſunt. *Surrexi equidem, vt ape-
rirem cognato meo. Manus meæ ſtillarunt myr-
rham, digiti mei myrrham vberem.* Non poſ-
ſe autem alia ratione fieri, vt viuum
Verbum ſit in nobis, purus inquam il-
le & incorporeus ſponſus, qui per im-
mortalitatem ac ſanctitatem ſibi ani-
mam copulat, niſi quis necando mem-
bra ſua terrena, carnis cortinam ſuſtu-
lerit, atque ita Verbo oſtium aperuerit,
per quod animam ingrediatur: id verò
manifeſtum eſt non modò ex diuinis A-
poſtoli dogmatis, ſed etiam ex iis, quæ hîc à ſponſa dicuntur. Surrexi, ait, vt aperi-

A τῆς εὐπλοίας αἰτούμενοι. τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστιν
αὐτοῖς τῆς εὐχῆς πνεῦμα προσηνές τε καὶ πλόϊ-
μον ἐμπνεῦσαι τῷ ἱστίῳ πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ κυ-
βερνήτου κατὰ πρύμναν ἱστάμενον, οὗ κατὰ θυμὸν
αὐτοῖς ἐπιπνέοντος, ἡδεῖα μὲν ἡ θάλασσα γίνεται,
τοῖς ἠρεμαίοις κύμασι γλαφυρῶς ἐπιφρίσσου-
σα· ἄλυπα δὲ τοῦ πελάγους τὰ πλάτη διὰ τῆς εὐ-
κολίας τῆς νηὸς ἐφιπταμένης, καὶ ἀπολισθαινούσης
τοῖς ὕδασι· πρὸ ὀφθαλμῶν δὲ ὁ πλοῦτος ὁ διὰ
τῆς ἐμπορείας αὐτῆς ἐλπιζόμενος ἤδη, τῆς εὐπλοίας
ἐγγυωμένης καὶ περὶ τῆς πείρας· δῆλον πάντως
ἐστὶ τοῖς εὐμαθεστέροις τῶν ἀκροατῶν τὸ τῷ σκο-
B πῷ τοῦ προοιμίου προκείμενον. μέγα πρόκειται
τῷ λόγῳ τὸ πέλαγος τῆς τῶν θείων ῥητῶν θεωρίας.
πολὺς δὲ διὰ τῆς ναυτιλίας ταύτης ὁ τῆς γνώ-
σεως πλοῦτος ἐλπίζεται· ἡ δὲ ἔμψυχος αὕτη
ναῦς ἐκκλησία, ἐν παντὶ τῷ ἰδίῳ πληρώματι
πρὸς τὸν πλοῦτον τῆς ἐξηγήσεως βλέπει μετέω-
ρος. ἀλλ' οὐ πρότερον ἅπτεται τῶν οἰάκων ὁ
κυβερνήτης λόγος, πρὶν ἐκ κοινοῦ γένηται τοῦ
πληρώματος τῆς νηὸς ἡ εὐχή, ὡς ἐπιπνεῦσαί
τι ἡμῖν τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν,
καὶ ἀνακινῆσαι τῶν νοημάτων τὰ κύματα, καὶ
C δι' αὐτῶν εὐπνοοῦντα παραγαγεῖν δι' εὐθείας
τὸν λόγον· ἵν' οὕτω πελάγιοι διὰ τῆς θεωρίας
γενόμενοι, τὸν τῆς γνώσεως πλοῦτον ἐμπορευσώ-
μεθα, εἴπερ ἔλθοι διὰ τῶν εὐχῶν ὑμῶν τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τὸν λόγον, καὶ πλήσῃ τὸ ἱστίον.
ἀρχὴ δὲ γινέσθω τοῦ λόγου τῶν θεοπνεύστων
ῥημάτων ἡ μνήμη, ἐπὶ λέξεως ἔχουσα οὕτως.
ἀνέστην ἐγὼ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου. χεῖρές μου
ἔσταξαν σμύρναν, οἱ δάκτυλοί μου σμύρναν πλή-
ρη. ὅτι μὲν οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν ἄλλως γενέσθαι τὸν ζῶν-
τα λόγον, τὸν καθαρὸν λέγω καὶ ἀσώματον νυμφίον,
D τῇ δι' ἀφθαρσίας τε καὶ ἁγιότητος ἑαυτῷ τὴν ψυχὴν
συνοικίζοντα, εἰ μή τις διὰ τοῦ νεκρῶσαι
τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς περιέλοιτο τῆς σαρ-
κὸς τὸ παραπέτασμα, καὶ οὕτως ἀνοίξοι τῷ λό-
γῳ τὴν θύραν, δι' ἧς εἰς τὴν ψυχὴν εἰσοικί-
ζεται· δῆλόν ἐστιν οὐ μόνον ἐκ τῶν θείων τοῦ
ἀποστόλου δογμάτων, ἀλλ' ἐκ τῶν νῦν εἰρη-
μένων παρὰ τῆς νύμφης. ἀνέστην γάρ, φησιν, ἀνοῖ-

ξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου. διὰ τοῦ ποιῆσαι τὰς χεῖράς μου τῆς σμύρνης πηγάς, ἀφ' ἑαυτῶν ῥεούσας τὸ ἄρωμα, καὶ πλήρωμα τῶν δακτύλων δεῖξαι τὴν σμύρναν. τὸν γὰρ τρόπον δι' οὗ ἀνοίγεται τῷ νυμφίῳ ἡ θύρα, φησὶ διὰ τῶν εἰρημένων· ὅτι διὰ τὸ συνταφῆναι αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτισμοῦ εἰς τὸν θάνατον ἀνέστην. οὐ γὰρ ἂν ἐνήργησεν ἡ ἀνάστασις, μὴ προηγησαμένης τῆς ἑκουσίου νεκρότητος. ἐνδείκνυται δὲ τὸ ἑκούσιον ἡ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῆς ἀπορρέουσα τῆς σμύρνης σταγών, καὶ τὸ πεπληρῶσθαι τοὺς δακτύλους αὐτῆς τοῦ ἀρώματος τούτου. οὐ γὰρ ἑτέρωθεν ἐγγενέσθαι τῇ χειρὶ λέγει τὴν σμύρναν. ἦ γὰρ ἂν ἐνομίσθη διὰ τούτου, περιστατικὸν αὐτῇ καὶ ἀκούσιον συμβῆναι τὸ διὰ τῆς σμύρνης δηλούμενον. ἀλλ' αὗταί, φησι, αἱ χεῖρες· σημαίνει δὲ διὰ τῶν χειρῶν τὰς ἐνεργητικὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις ἀφ' ἑαυτῶν στάξαι τὴν σμύρναν, τὴν οἴκοθεν ἐκ προαιρέσεως τῶν σωματικῶν γινομένην νέκρωσιν διὰ τούτου σημαίνων, τὴν ἐν πᾶσι τοῖς δακτύλοις πεπληρωμένην. λέγει δὲ τὰ καθ' ἕκαστον εἴδη τὰ διῃρημένως δι' ἀρετῆς σπουδαζόμενα, τῷ τῶν δακτύλων διερμηνευομένων ὀνόματι, ὡς εἶναι πάντα τὸν νοῦν τῶν λεγομένων τοιοῦτον, ὅτι ἔλαβον δύναμιν ἀναστάσεως διὰ τοῦ νεκρῶσαι τὰ μέλη μου τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἑκουσίως μοι τῆς τῶν μελῶν τῶν τοιούτων ἐνεργηθείσης νεκρώσεως, οὐ παρ' ἄλλου ταῖς χερσὶν ἐντεθείσης τῆς σμύρνης· ἀλλ' ἐκ τῆς ἐμῆς προαιρέσεως ἀπορρεούσης, ὡς καὶ πᾶσι τοῖς κατ' ἀρετὴν ἐπιτηδεύμασιν, ἅπερ δακτύλους ὠνόμασεν, ἀνελλιπῆ τὴν τοιαύτην ὁρᾶσθαι διάθεσιν. ἔστι γὰρ ἐπὶ τῶν τὴν ἀρετὴν μετιόντων ἰδεῖν, ἑνὶ μὲν αὐτούς τινι τεθνεῶτας πάθει, ἐν ἑτέροις δὲ ζῶντας· καθάπερ ὁρῶμέν τινας, νεκροῦντας μὲν ἐν αὐτοῖς τὸ ἀκόλαστον, εἰ οὕτω τύχοι, τρέφοντας δὲ δι' ἐπιμελείας τὸν τῦφον, ἢ ἕτερόν τι πάθος τὴν ψυχὴν λυμαινόμενον· οἷον τὸ φιλοχρήματον, ἢ τὸ ὀργίλον, ἢ τὸ φιλόχρυσον καὶ φιλόδοξον, ἢ ἄλλο τοιοῦτον· οὗ κακῶς ἐν τῇ ψυχῇ ζῶντος, οὐκ ἔτι πλήρεις τοὺς δακτύλους ἐπιδεῖξαι τῆς σμύρνης. οὐ γὰρ διὰ πάντων φαίνεται ἐπιτηδευμάτων ἡ τοῦ κακοῦ νέκρωσίς τε καὶ ἀλλοτρίωσις. πάντων δὲ πληρωθέντων τῶν τοιούτων δακτύλων τῆς νοηθείσης σμύρνης, καὶ ἀνί-

A rem cognato meo, idque efficiundo ex manibus meis myrrhæ fontes, è quibus hoc aroma profluat, & declarando digitos meos myrrha eſſe repletos. Nam his verbis modum indicat, quo aperiatur oſtium ſponſo. Surrexi propterea quòd ſepulta cum eo fuerim per baptiſmum in mortem. Non enim reſurrectio quidquã efficacitatis habuiſſet, niſi mortificatio voluntaria præceſſiſſet. Voluntarij autem indicium eſt ſtillicidium illud myrrhæ fluentis ex ipſius manibus, & quòd hoc aromate digiti eius abundare dicantur. Non enim aliunde myrrham in manum ipſius B ait peruenire. Nam ſi res ita ſe haberet, exiſtimandum eſſet, aliunde ortum, & quidem ipſa inuita ei accidiſſe, quod per myrrham ſignificatur. Nimirum manus ipſas, inquit (& manuum appellatione motus animi, qui actionum effectores ſunt, denotat) ex ſeſe ſtillaſſe myrrham, quo ſignificare voluit ex certo animi iudicio inſtitutam corporearum adfectionum extinctionem, quam omnibus in digitis fuiſſe vberem ait: digitorum appellatione intelligens ſingulas eorum ſpecies, quæ in cultu virtutis C diuersè à nobis inſtituuntur. Ita vt horum omnium quæ dicuntur hîc, ſenſus quidem ſit huiuſmodi. Accepi vim reſurrectionis ex eo, quòd membra mea terrena mortua reddiderim, eamque membrorum mortificatione ſpõte mea inſtituerim, non ab alio myrrha mihi in manus data: ſed defluente illa certo animi mei arbitratu: ita vt in omnibus meis virtuti conſentaneis conatibus, quos digitos vocauit, hæc animi adfectio coprosè conſpiciatur. Etenim videre eſt eos qui non perfectè virtutem colunt, vni quidem illos animi morbo D mortuos eſſe, ſed in cæteris viuere: quemadmodum videmus nonnullos intemperantiam, verbi gratia, in ſeipſis quaſi morte multare: ſed magno ſtudio ſuperbiam alere, vel aliud quoddam vitium animo pernicioſum: verbi gratia, cupiditatem opum, vel iracundiam, vel ambitionem, vel quid aliud eiuſce generis, quod dum adhuc malè viuit in animo, fieri non poteſt vt quis digitos ſuos myrtha refertos oſtendat. Non enim elucet in omnibus ſtudiis & actionibus extinctio mali, & quædam ab eo velut abalienatio. At cum digiti omnes huiuſmodi myrtha quæ hic intelligitur, repleti ſunt, tum verò & ſur-

git anima, & aditum ſponſo patefacit. Propterea forſan & magnus ille Paulus rectè intellecta Domini voce ait, fieri non poſſe vt ſpica proueniat, niſi prius
1. Cor. 15. morte granum diſſoluatur. Quibus in verbis hanc Eccleſiæ doctrinam tradit, oportere nimirum ante vitam præcedere mortem, quòd ceteroqui fieri nequeat, vt vita ſit in homine, niſi per mortem ingrediatur. Nam cùm natura ſit duplex in nobis, altera ſubtilis, intelligendi vi prædita, leuis: altera craſſa, terrea materie conſtans, grauis: omnino neceſſe eſt in harum vtraque impetum peculiarem & abhorrentem ab altera eſſe. Nam quod intelligētiæ vim habet ac leue eſt, peculiariter ita comparatum eſt, vt ſurſum tendat: quod verò graue eſt, deque materie craſſa conſtat, ſemper deorſum vergit ac mouetur. Quare cum à natura ſic comparata ſint, vt motus contrarios habeant: fieri nequit vt rectè habeat alterum, niſi alterius naturalis motus langueat. Stans autem medio inter vtraque loco facultas illa in nobis libera, & animi electio, tam firmitatem ac robur languenti, quàm præualeſcenti debilitatem indit. Nam cuicui tamdem parti ſeſe adiunxerit, illi aduerſus alteram victoriam largitur. Sic in Euangelio laudatur fidelis ac prudens ille rei familiaris adminiſtrator, qui quidem eſt (vt equidem ſtatuo) animi noſtri electio, quæ præclarè in nobis cum imperio præeſt. Laudatur enim, quòd heri ſui familiam alat, idque necando aduerſantia. Nam illorum interitus alimentum eſt & ſanitas meliorum. Contra vituperatur i-
Matth. 24. 49. gnauus ille ſeruus, qui propterea quòd cum temulentis verſetur, verberibus Dei familiam contumelioſè adficit. Nam verè virtus vapulat, cum vitia florent. Quapropter rectè facturi ſumus,
Pſal. 100. ſi verbum illud vatis imitati, matutinam nobis horam conſtituemus ad interficiendum omnes peccatores terræ, & ad tollendum è ciuitate Dei (quæ ciuitas anima eſt) omnes ratiocinationes deſignantes iniquitatem, quorum interitus meliorum vita eſt. Itaque hoc modo per mortem viuimus, cùm ea quæ ſunt in nobis (quemadmodum Propheta loquitur) partim occidit Verbum, partim viuificat, ſicut ipſe inquit: Ego
Deut. 32. interficiam, & viuificabo. Quo pacto
2. Cor. 12. Paulus etiam mortuus viuebat, imbe-

A σταται ἡ ψυχὴ, καὶ ἀνοίγει τῷ νυμφίῳ τὴν εἴσοδον. διὰ τοῦτο τάχα καὶ ὁ μέγας Παῦλος καλῶς νοήσας τὴν τοῦ δεσπότου φωνὴν, ἤ φησιν, ὅτι οὐκ ἔστι φυῆναι στάχυν, ἐὰν μὴ προδιαλυθῇ τῷ θανάτῳ ὁ κόκκος. τοῦτο κηρύσσει τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ δόγμα, ὅτι χρὴ θάνατον τῆς ζωῆς καθηγήσασθαι, ὡς οὐκ ἐνδεχομένου ἄλλως ἐν ἀνθρώπῳ τὴν ζωὴν γενέσθαι, εἰ μὴ διὰ θανάτου λάβοι τὴν πάροδον. διπλῆς γὰρ ἐν ἡμῖν οὔσης τῆς φύσεως, τῆς μὲν λεπτῆς τε καὶ νοερᾶς καὶ κούφης· τῆς δὲ παχείας καὶ ὑλικῆς καὶ βαρείας· ἀνάγκη πᾶσα ἀσύμβατον πρὸς τὴν ἑτέραν ἐν
B ἑκατέρᾳ τούτων τὴν ὁρμὴν εἶναι καὶ ἰδιάζουσαν. τὸ μὲν γὰρ νοερόν τε καὶ κοῦφον οἰκείαν ἔχει τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω φοράν· τὸ δὲ βαρὺ καὶ ὑλῶδες, ἀεὶ πρὸς τὸ κάτω ῥέπει καὶ φέρεται. ἐξ ἐναντίου τοίνυν γινομένης αὐτοῖς φυσικῶς τῆς κινήσεως, οὐκ ἔστιν εὐοδωθῆναι τὸ ἕτερον, μὴ ἀτονήσαντος τοῦ ἄλλου πρὸς τὴν κατὰ φύσιν φοράν· μέση δὲ ἀμφοῖν ἑστῶσα ἡ αὐτεξούσιος ἡμῶν δύναμίς τε καὶ προαίρεσις, δι' ἑαυτῆς ἐμποιεῖ καὶ τόνον τῷ κάμνοντι καὶ ἀτονίαν τῷ κατισχύοντι. ἐν ᾧ γὰρ γίνηται μέρει, τούτῳ δίδωσι κατὰ τοῦ ἄλλου τὰ νικητήρια. οὕτως ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐπαινεῖται
τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ κοινοῦ φυράματος, δι' οὗ ὁ λόγος τὴν φύσιν ἡμῶν περιεβάλλετο, ποιήσας αὐτὴν ἀκήρατον πάντων τῶν συμπεφυκότων αὐτῇ παθημάτων ἐκκαθαρθεῖσαν. οὕτω γάρ φησι περὶ αὐτοῦ ὁ προφήτης, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, τοῦ πεπειραμένου κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα τῆς φύσεως ἡμῶν, χωρὶς ἁμαρτίας. ἡ μὲν οὖν κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, ἡ πάσης τῆς φύσεως ἡμῶν ἀπαρχή, τὸ καθαρόν τι καὶ πάσης κακίας ἀμιγές τε καὶ ἀπαράδεικτον χρυσίον ἐστίν· οἱ βόστρυχοι δὲ οἵ ποτε ζοφώδεις καὶ μέλανες, καὶ τοῖς κόραξιν ὁμοιούμενοι τῷ εἴδει, ἐκείνοις λέγω τοῖς κόραξιν, οἷς ἔργον ἐστὶ, τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτειν, κατὰ τὸν παροιμιώδη λόγον, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν ἀετῶν βρῶμα τοὺς πηρωθέντας τῶν ὁρατικῶν αἰσθητηρίων παρασκευάζειν, οὗτοι ἐλάται τὰ ὑψηλά τε καὶ οὐρανομήκη δένδρα γενόμενοι, διὰ τὸ ἀναδραμεῖν ἐκ γῆς ἐπὶ τὸ οὐράνιον ὕψος, προσθήκης τοῦ κάλλους γίνονται τῷ νυμφίῳ, τῆς θείας κεφαλῆς ἑαυτοὺς ἐξαρτήσαντες. οὐκ ἀγνοεῖ δὲ πάντως τίς τί τῶν βοστρύχων τούτων ἔργον ἐστὶν, ἐν τοῖς ἄνω μαθὼν παρ' αὐτῆς τῆς τοῦ νυμφίου φωνῆς· ὅτι οἱ βόστρυχοί μου ἐπλήσθησαν ψεκάδων ὕδατος. ἐκεῖνοι οὖν εἰσιν οἱ ψεκάζοντες βόστρυχοι, παρὰ τῶν προφητῶν νεφέλαι ὀνομαζόμενοι, ἀφ' ὧν γίνεται τῆς διδασκαλίας ὁ ὄμβρος, ὁ τὰς ἀψύχους ἀρούρας ποτίζων πρὸς τὴν εὐκαρπίαν τῆς τοῦ Θεοῦ γεωργίας. ἀποστόλους δὲ οἶμαι τροπικῶς τοὺς βοστρύχους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου σημαίνεσθαι, ὧν τινες ἦσαν πρότερον ζοφώδεις τοῖς τοῦ βίου ἐπιτηδεύμασιν, ὁ λῃστής, ὁ τελώνης, ὁ διώκτης, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος κατὰ τὸν μέλανά τι καὶ σαρκοβόρον τῶν ὀφθαλμῶν ἀφανιστικὸν κόρακα. λέγω δὲ τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους τῆς ἐξουσίας, καθώς φησιν ὁ ἀπὸ κόρακος ἐλάτη γενόμενος, καὶ διὰ τοῦτο βόστρυχος τῆς θείας κεφαλῆς χρηματίσας. ὅτι πρότερον ὢν βλάσφημος καὶ διώκτης καὶ ὑβριστὴς, ἕως ἦν κόραξ, πρὸς τὴν χάριν ταύτην μετεσκευάσθη, βόστρυχος γενόμενος τῇ οὐρανίᾳ δρόσῳ διάβροχος, ὁ παντὶ τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας τὸν τῶν ἀποκρύφων τε καὶ σκοτεινῶν μυστηρίων λόγον ἐπιψεκάζων. τούτους μὲν λέγεσθαι παρὰ τῆς νύμφης βοστρύχους ὑπενοήσαμεν, οἳ τῆς χρυσῆς κεφαλῆς ἀπηρτημένοι οὐ μικρὸν δι' ἑαυτῶν ποιοῦ-

A deitatis corporaliter, ipſas primitias communis maſſæ, per quam Verbum naturam noſtram induit, redditam immaculatam, & ab omnibus adhærentibus ei naturaliter vitiis expurgatam. Sic enim Propheta de ipſo loquitur. *Iſai. 53.* Peccatum nullum perpetrauit, neque inuenta fraus eſt in ore ipſius, qui tentatus eſt per omnia ad ſimilitudinem *1.Petr. 2.* naturæ noſtræ, excepto peccato. Corporis igitur Eccleſiæ caput, & totius naturæ primitiæ, aurum eſt purum & alienum ab omni vitioſitatis miſtura. Cincinni verò, tenebricoſi aliquando B & nigri, ſpecieque ſua coruis conſimiles, illis inquam coruis, qui occupantur in hoc, vt oculos configant, quemadmodum in Prouerbio eſt, ac pullis *Prou. 30. 17.* aquilarum in cibum parent illos, in quibus cernendi organa mutilarint; hi ergo cincinni abietes facti, nimirum ſublimes & à terra in cœlum tendentes arbores, venuſtatem ſponſi acceſſione quadam augent, diuinum illius ad caput aptati. Neque verò potes ignorare, quódnam ſit horum cincinnorum munus, cùm ſuperiùs ex ipſis ſponſi Verbis id intellexeris. Cincinni, ait, mei re- C ferti ſunt guttis aquæ. Quapropter illi ſunt guttam rorantes cincinni, qui à prophetis nubes appellantur, à quibus doctrinæ imber ille oritur, qui arua inanimata rigat ad agricultionis diuinæ fertilitatem. Adeoque Apoſtolos hîc figuratè per cincinnos à verbo diuino ſignificari exiſtimo, quorum nonnulli prius ob inſtituta vitæ ſuæ caliginoſi erant, verbi gratia, latro, publicanus ille, & alter perſequutor, & ſi quis præterea fuit conſimilis nigro, carniuoro, oculorum corruptori coruo. Per hunc autem *Coloſſ. 1.* intelligo principem poteſtatis tenebrarum, quemadmodum loquitur is, qui D ex coruo factus abies, propterea cincinnus diuini capitis audit. Cùm enim *1.Tim. 1.* prius & blaſphemus eſſet, & perſequutor, & violenter iniurius, quàm ſcilicet diu coruus erat, ad hanc gratiam transformatus eſt, vt factus cincinnus, & cœleſti rore perfuſus, vniuerſo Eccleſiæ corpori arcanorũ obſcurorumque myſteriorum ſermonẽ roratim illuſtraret. Hos igitur appellari à ſponſa cincinnos exiſtimamus, qui aureo capiti adhærentes non parum ſponſi pulchritudi-

nem augent, ab aura ſpiritus agitati. Pſal.20. Atque iidem illius immaculati capitis pulcherrimum ſertum ſunt, ornantes illud ambitu ſuo. Etenim de his locum illum prophetiæ accipio: *Poſuiſti in caput eius coronam ex lapide pretioſo.* Ita vt per appellationem vtramque intelligantur, quippe qui ſint & cincinni decori, & magni pretij lapides, ornamenti aliquid ex ſe capiti conferentes. Nunc ordinis ratio poſtulat, vt etiam illa, quæ de oculis dicuntur, conſideremus: quæ quidem hæc ſunt. *Oculi eius ſicut columbæ, ad aquarum copias, totæ in lacte ſedentes ſuper plenitudines aquarum.* Horum autem verborum ſententia perceptione quidē noſtra ſublimior eſt: inferius enim eſſe ipſa veritate arbitramur, 1.Cor.12. quidquid de eis cogitauerimus: ſed tamen ſtudioſè illam conſiderantibus, huiuſmodi quædam eſſe videtur. Ait alicubi ſuis in commentariis diuinus ille Apoſtolus, non poſſe oculum manui dicere, Non mihi te opus eſt: quibus verbis docere vult, debere corpus Eccleſiæ ab vtroque rectè comparatum eſſe, tàm perſpiciendi veritate, quàm agēdi vi inter ſe quaſi temperata: quippe quod neque contemplatio per ſe animam perficiat, niſi adſint & opera vitam egregiam abſoluentia: neque philoſophia occupata in agendo ſatis ſit vtilis, niſi vera pietas eorum, quæ fiunt, dux ſit. Quare ſi neceſſaria eſt hæc oculorum & manuum coniunctio, fortaſſe iam propius per hæc ipſa Pauli verba adducimur ad conſiderandum, primò quinam ſint oculi, deinde ad comprehendendam animi contemplatione laudem horum. Quod autem de manibus dicitur, ſuo loco reſeruabimus. Oculorum à natura proprium munus eſt, cernere. Propterea loci etiam ſitu ſupra ſenſuum reliquorum organa collocati ſunt, ad ductandum vniuerſum corpus à natura ordinati. Quare cùm illos, qui ad veritatem duces ſunt, appellari à ſacris litteris audimus ita, vt alius dicatur Videns, a-
1.Reg.9.11 Ezech.3.17 lius Cernens, alius Speculator à Deo prophetarum in libris vocetur: adducimur eò, vt ſtatuamus illos, qui ad cernendum, & inſpiciendum, & ſpeculandum ordinati ſunt, oculos hîc appellari. Eorum verò admiranda præſtantia per comparationem quandam

A σι προσθήκην τῆς ὥρας τῇ τοῦ πνεύματος αὔρᾳ περισοβούμενοι. οὗτοι στέφανοι γίνονται κάλλους τῇ ἀκηράτῳ κεφαλῇ, κοσμοῦντες αὐτὴν τῷ ἰδίῳ κυκλώματι. περὶ τούτων γάρ μοι δοκεῖ λέγειν ἡ προφητεία, ὅτι ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. ὥστε αὐτοὺς δι' ἑκατέρων νοεῖσθαι τῶν σημαινομένων, εὐπρεπεῖς τε βοστρύχους, καὶ λίθους τιμίους, δι' αὐτῶν τὴν κεφαλὴν καλλωπίζοντας. ἀκόλουθον δ' ἂν εἴη καὶ τὰ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν εἰρημένα θεωρῆσαι τῷ λόγῳ. ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη· ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ περιστεραὶ ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων, λελουμέναι ἐν γάλακτι,
B καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων. ἡ δὲ τῶν εἰρημένων διάνοια, τῆς μὲν καταλήψεως ἡμῶν ἐστιν ὑψηλοτέρα. ὃ γὰρ ἂν ἐννοήσωμεν περὶ τούτων ἔλαττον εἶναι τῆς ἀληθείας οἰόμεθα· σκοπουμένοις δὲ δι' ἐπιμελείας ἡμῖν, τοιαύτη τις ἔδοξεν εἶναι. φησί που τῶν ἑαυτοῦ λόγων ὁ θεῖος ἀπόστολος, μὴ δύνασθαι λέγειν τὸν ὀφθαλμὸν τῇ χειρί, χρείαν σου οὐκ ἔχω· δόγμα διὰ τούτων ποιούμενος, ὅτι δι' ἀμφοτέρων προσήκει τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας παρατείνειν καλῶς, τοῦ διορατικοῦ τῆς ἀληθείας συγκεκραμένου πρὸς τὸ δρα-
C στήριον· οὔτε τῆς θεωρίας καθ' ἑαυτὴν τὴν ψυχὴν τελειούσης, εἰ μὴ καὶ τὰ ἔργα παρείη, τὰ τὸν ἠθικὸν κατορθοῦντα βίον· οὔτε τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας αὐτάρκη παρεχομένης τὴν ὠφέλειαν, μὴ τῆς ἀληθινῆς εὐσεβείας τῶν γινομένων καθηγουμένης. Εἰ τοίνυν ἀναγκαία τῶν ὀφθαλμῶν πρὸς τὰς χεῖράς ἐστιν ἡ συζυγία, τάχα προσαγόμεθα διὰ τῶν εἰρημένων, πρῶτον μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς, οἵτινές εἰσι, κατανοῆσαι· ἔπειτα δὲ καὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἔπαινον ἐν θεωρίᾳ λαβεῖν· τὸν δὲ περὶ τῶν χειρῶν λόγον, τῷ ἰδίῳ ταμιευσόμεθα
D τόπῳ. ὀφθαλμῶν γὰρ ἴδιον ἐκ φύσεως ἔργον ἐστὶ τὸ ὁρᾶν· διὸ κατὰ τὴν τοπικὴν θέσιν πάντων ὑπέρκεινται τῶν αἰσθητηρίων, εἰς ὁδηγίαν τοῦ παντὸς σώματος προτεταγμένοι παρὰ τῆς φύσεως. ὅταν οὖν τοὺς τῆς ἀληθείας καθηγουμένους παρὰ τῆς θείας γραφῆς οὕτως ὀνομαζομένους ἀκούσωμεν, ὧν ὁ μέν τις ἐλέγετο βλέπων· ἕτερος δὲ ὁ ὁρῶν· ἄλλος δὲ σκοπὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ οὕτω διὰ τῆς προφητείας ὠνομασμένος· ἐναγόμεθα διὰ τούτων, τοὺς ἐφορᾶν καὶ ἐπιβλέπειν καὶ ἐπισκοπεῖν τεταγμένους, ὀφθαλμοὺς ἐνταῦθα νομίζειν κατονομάζεσθαι, τὸ δὲ περὶ αὐτοὺς θαῦμα καθ' ὁμοιό-

τητά τινα συγκριτικὴν γίνεσθαι διδασκόμεθα, τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον παραθέσεως τὸ κάλλος αὐτῶν ὑπογραφούσης. Φησὶ γάρ· ὅτι ὀφθαλμοί σου περιστεραί. καλὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς τῶν τοιούτων ὀμμάτων ἔπαινος ἡ ἀκακία, ἣν κατορθοῦσιν οἱ μηκέτι τῷ σαρκώδει βίῳ μολυνόμενοι, ἀλλὰ ζῶντές τε καὶ στοιχοῦντες τῷ πνεύματι. ὁ γὰρ πνευματικὸς καὶ ἄϋλος βίος τῷ τῆς περιστερᾶς εἴδει χαρακτηρίζεται· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτως ὤφθη παρὰ τοῦ Ἰωάννου ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἱπτάμενον. οὐκοῦν τὸν ἀντὶ ὀφθαλμῶν τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένον, εἰ μέλλει καθαρῶς ἐπισκοπεῖν τι καὶ ἐπιβλέπειν, πᾶσαν τὴν ἐκ κακίας λήμην ἀποκλύσασθαι προσήκει τῷ ὕδατι. ἔστι δὲ οὐχ ἓν ὕδωρ νιπτικὸν τῶν ὀμμάτων, ἀλλὰ πολλὰ τῶν τοιούτων ὑδάτων εἶναι φησὶ τὰ πληρώματα. ὅσαι γάρ εἰσιν ἀρεταί, τοσαύτας χρὴ τὰς τῶν καθαρσίων ὑδάτων ἐννοῆσαι πηγάς, δι' ὧν οἱ ὀφθαλμοὶ γίνονται ἀεὶ ἑαυτῶν καθαρώτεροι· οἷον πηγὴ τοῦ καθαρσίου ὕδατός ἐστιν ἡ σωφροσύνη· ἄλλη πηγὴ τοιαύτη ἡ ταπεινοφροσύνη, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀνδρεία, καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιθυμία, καὶ ἡ τοῦ κακοῦ ἀλλοτρίωσις. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὕδατά ἐστιν ἐκ μιᾶς μὲν πηγῆς, διαφόροις δὲ ῥείθροις εἰς ἓν ἀθροιζόμενα πλήρωμα, δι' ὧν πάσης ἐκ πάθους λήμης γίνεται τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ καθάρσια· ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἐπὶ τὰ πληρώματα τῶν ὑδάτων οἱ ὀφθαλμοί, οἱ διὰ τῆς ἀκεραιότητος καὶ ἀκακίας ταῖς περιστεραῖς ὡμοιωμένοι· λουτρὸν δὲ αὐτοῖς τὸ γάλα φησίν, οὕτως εἰπόντος τοῦ λόγου· ὅτι λελουμέναι ἐν γάλακτι. πρέπων δὲ τοῖς τοιούτοις ὄμμασιν ἔπαινος τὸ τῷ γάλακτι τὴν τοιαύτην περιστερὰν λουομένην ἐγκωμιάζεσθαι. ἀληθὴς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ γάλακτος παρατήρησις, ὅτι μόνον τοῦτο τοιαύτην ἔχει τὴν ἰδιότητα, τὸ μὴ ἐμφαίνεσθαι αὐτῷ εἰδώλου τινὸς καὶ ὁμοίωμα. πάντα γὰρ ὅσα τῆς ὑγρᾶς ἐστι φύσεως, καθ' ὁμοιότητα τῶν κατόπτρων διὰ τοῦ λείου τῆς ἐπιφανείας τῶν εἰς αὐτὰ βλεπόντων ἀντιφαίνεσθαι παρασκευάζει τὰ ὁμοιώματα. ἐν μόνῳ δὲ τῷ γάλακτι ἡ τοιαύτη εἰδωλοποιΐα χώραν οὐκ ἔχει. οὗ χάριν, τοιοῦτος τῶν τῆς ἐκκλησίας ὀφθαλμῶν ἐστιν ὁ τελεώτατος ἔπαινος, τὸ μηδὲν ἀνυπόστατόν τι καὶ πεπλανημένον καὶ μάταιον παρὰ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν σκιογραφεῖν ἑαυτοῖς δι' ἀπα-

A declaratur, depingente huius adiectione pulchritudinem illorum. Ait enim: *Oculi eius ſicut columbæ.* Præclara nimirum in huiuſmodi oculis laus eſt, expers malitiæ ſimplicitas, quæ in illos cadit, qui nondum à vita carnali polluti ſunt, ſed viuunt & ambulant ſpiritu. Etenim ſpiritualis & immunis à rebus craſſis vita, per columbæ ſpeciem exprimitur: cùm ſanctus etiam ſpiritus hac ſpecie conſpectus ab Ioanne ſit de cœlis ſuper aquam volare. Quare illum, qui vt Eccleſiæ corpori ſit oculi loco, diuinitùs ordinatus eſt, ſi quidem purè ſpeculatoris & inſpectoris munere fungi velit, omnem vitioſitatis lippitudi-

B nem abluere aqua conuenit. Et aqua non vna eſt, qua oculi abſtergendo repurgantur, ſed complures hic eſſe dicuntur eiuſmodi aquarum copiæ. Nam quot virtutes ſunt, tot eſſe huiuſmodi luſtralium aquarum fontes exiſtimandum eſt, per quos oculi ſemper ſeipſis puriores fiunt. Verbi gratia, Temperantia luſtralis aquæ fons quidam eſt: alius humilitas, veritas, iuſtitia, fortitudo, boni cupiditas, mali auerſatio. Hæ & aliæ aquæ, de vno quidem illæ fonte, ſed diuerſis quaſi fluentis in vnum collectis quædam ſunt copioſa plenitudo, per quæ oculi ab omni vitioſa lippitu-

Temperantia fons luſtralis aquæ.

C dine repurgantur. Quamquam verò ad aquarum copias ſunt illi oculi, qui ob integritatem ac ſimplicitatem columbis comparãtur; nihilominus lauacrum eorum lac eſſe dicitur, his verbis hiſce: *Ablutæ lacte.* Conueniens autem laus huiuſmodi oculis tribuitur, cùm lacte columba talis ablui, venuſtáque reddi commemoratur. Nam verè hoc in lacte obſeruatum eſt, ſolum inter humida proprietatem hanc, quòd in eo nullius rei ſimulacrum ac ſimilitudo con-

D ſpiciatur. Etenim res omnes, quæ humidæ naturæ ſunt, ad ſimilitudinem ſpeculorum ob læuitatem ſuperficiei faciunt, vt inſpicientium in eas viciſſim ex ipſis imagines reluceant. In ſolo autem lacte huiuſmodi ſimulacrorum expreſſio locum non habet. Quo fit, vt hæc oculorum Eccleſiæ ſit laus perfectiſſima, quòd nihil, quod non ſubſiſtat in rerum natura, nihil erroneum, nihil vanum præter ipſam rerum veritatem, velut vmbraculi quodam ſimulachro fraudulenter repræſentent:

ſed ipſiſſimam veritatem intueantur, erroneis huius vitæ ſpectris & imaginationibus nequaquam admiſſis. Propterea lactis lauacrum perfecta hæc anima certum eſſe remedium ſtatuit ad oculorum puritatem. Quæ porrò ſequuntur verba, quaſi lex quædam, præſcribunt auditoribus, quibus rebus ſtudioſè intenti eſſe oculi debeant. *Sedentes*, inquit, *iuxta copias aquarum*. Nimirum perpetuam velut adſiduitatem attentionis in diſcendis rebus diuinis noſtræ dictum hoc requirit, dum puros oculos laudat: docens interim nos, quo pacto pulchritudinem oculorum conſequi poſſimus, nimirum nunquam non ad aquarum copias ſedendo. Præſertim cùm multi ex iis, qui oculorum locum obtinent, omiſſa huiuſmodi copiis aquarum adſidendi diligentia, ad flumina Babylonis deſideant, facientes id quod in Dei perſona in huiuſmodi hominibus reprehenditur. Reliquerunt

Ierem. 2. me, inquit, fontem aquæ viuæ, ac foderunt ſibi puteos perforatos, qui aquam continere nequeunt. Itaque docemur hoc dicto, qui fieri oculus pulcher poſſit, vt decus aliquod habeat, omninoque conueniat aureo capiti: nimirum ſi labe careat, ad exemplum columbæ: & inſtar naturæ lactis ab erroribus & fraudibus immunis ſit, à nullo rerum non ſubſiſtentium errore illuſus: denique conſtanter & aſſiduè diuinarum aquarum copiis adſideat, inſtar ligni quod aquarum ad riuos plantatum, nuſquam loco ſuo dimouetur. Sic enim & fructus ſuo tempore proferetur, & rami eleganter coloratis foliis perpetuò florentes conſeruabuntur, aura eos circumſtrepente. At nunc plerique oculi ſpirituales neglectis aquis hiſce, ac parui facientes adſiduitatẽ in verbo Dei, vel auaritiæ ſibi lacum fodiunt, vel in vanæ gloriç lapidicinis verſantur, vel in ſuperbiæ puteo effodiendo laborant, vel alios denique lacus erroris ſtudioſè fodiunt, quorum natura ſic comparata non eſt, vt aquam illam tantopere expetitam continere perpetuò poſſint, ſemper huius vitæ honore, potentia, gloria, quas res mirificè multi expetunt, vnà cum ortu ſuo diffluentibus, nullumque veſtigium inanis operæ in deceptis relinquentibus. Tales ergo vult eſſe inſpectores ac ſpeculatores Dei Verbum,

A τῆς, ἀλλὰ τὸ ὄντως ὂν τὰ βλέπειν, ταῖς δὲ ἠλητευμέναις τοῦ τῇδε βίου ὄψεσι τι τῆς φαντασίας μὴ παραδέχεσθαι. διὰ τοῦτο πρὸς τὴν καθαρότητα τῶν ὀμμάτων ὑπὸ τῆς τελείας ψυχῆς τὸ τοῦ γάλακτος λουτρὸν ἀσφαλὲς ἐκρίθη. ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος, νόμος ἐστὶ τοῖς ἐπαΐουσι, περὶ ἃ χρὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὴν σπουδὴν ἔχειν. καθήμεναι γάρ, φησιν, ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων. τὴν γὰρ διηνεκῆ προσεδρείαν τῆς περὶ τὰ θεῖα μαθήματα προσοχῆς, ὁ τοιοῦτος ὑποτίθεται λόγος, δι' ὧν ἐπαινεῖ τοὺς καθαροὺς ὀφθαλμούς· καὶ ἡμᾶς

B διδάσκων, ὅπως ἂν τὸ ἴδιον κάλλος τῶν ὀφθαλμῶν ἀναλάβοιμεν, ἀεὶ προσκαθήμενοι τοῖς τῶν ὑδάτων πληρώμασιν· ὡς οἵγε πολλοὶ τῶν εἰς ὀφθαλμοὺς τεταγμένων καταλιπόντες τὸ τοῖς τοιούτοις πληρώμασι προσεδρεύειν τοῖς Βαβυλωνίοις ποταμοῖς παρακάθηνται, πληροῦντες τὴν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ γεγραμμένην ἐπὶ τῶν τοιούτων κατηγορίαν. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνάσονται συνέχειν ὕδωρ. μάθημα οὖν ἐστιν, ὅπως γένοιτο καλὸς ὁ ὀφθαλ-

C μός, ἐμπρέπων τε καὶ ἐναρμόζων τῇ χρυσῇ κεφαλῇ, τὸ εἶναι αὐτὸν ἀκέραιον μὲν κατὰ τὴν περιστεράν, ἀπλανῆ τε καὶ ἀνεξαπάτητον κατὰ τὴν τοῦ γάλακτος φύσιν, μηδεμίαν πλάνην τῶν ἀνυποστάτων φανταζόμενον· προσκαθῆσθαι δὲ διὰ παραμονῆς καὶ προσεδρείας τοῖς πληρώμασι τῶν θείων ὑδάτων, καθ' ὁμοιότητα τοῦ ξύλου τοῦ παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων πεφυτευμένου καὶ οὐ μεθισταμένου. οὕτω γὰρ ὅ τε καρπὸς ἐπὶ τοῦ ἰδίου καιροῦ προβληθήσεται, καὶ ὁ κλάδος ἀειθαλὴς φυλαχθήσεται τῇ εὐχροίᾳ τῶν φύλλων περισοβού-

D μενος. νυνὶ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν πνευματικῶν τούτων ὑδάτων καταμελοῦντες, καὶ τῆς τοῦ λόγου προσεδρείας μικρὰ φροντίζοντες, ἤτοι τὸν τῆς φιλοχρηματίας ἑαυτοῖς λάκκον ὀρύσσουσιν, ἢ τὸν κενοδοξίας λατομοῦσιν, ἢ τὸν ὑπερηφανίας φρεωρυχοῦσιν, ἢ ἄλλους τινὰς λάκκους ἀπάτης μετ' ἐπιμελείας ὀρύσσουσιν, οἳ συνέχειν εἰς τὸ διηνεκὲς τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ὕδωρ, φύσιν οὐκ ἔχουσιν, ἀεὶ τοῦ ὧδε τιμῆς τε, καὶ δυναστείας, καὶ δόξης, περὶ ἣν ἐστιν ἡ σπουδὴ τοῖς πολλοῖς, ὁμοῦ τῷ συστῆναι διαρρεούσης, καὶ οὐδὲν ἴχνος τῆς ματαίας σπουδῆς ἐν τοῖς ἠπατημένοις καταλιπούσης. τοιούτους εἶναι βούλεται τοὺς ὁρῶντάς τε καὶ ἐπισκοποῦντας ὁ λόγος,

ὧν χρὴ

ὧν χρὴ προβεβλῆσθαι μὲν, οἷόν τινα ὀφρύων περιβολὴν, τὴν τῶν θείων διδαγμάτων ἀσφάλειαν· ἐπικαλύπτεσθαι δὲ τῇ σωφροσύνῃ καθάπερ τινὶ βλεφάρων περιβολῇ τὸ καθαρόν τε καὶ στίλβον τῆς πολιτείας, μήποτε ἡ τῆς οἰήσεως δοκὸς ἐμπεσοῦσα τῷ καθαρῷ τῆς κόρης, ἐμπόδιον γένηται πρὸς τὴν ὅρασιν. τίς δὲ μετὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν μελῶν τοῦ νυμφίου ἐστὶν ὁ ἔπαινος, ἐν τοῖς ἐφεξῆς Θεοῦ διδόντος ἐπελευσόμεθα· χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A quorum ſupercilia quodam vallo munita ſint, nimirum diuinorum dogmatum certitudine: quique tegant humilitate, veluti quodam palpebrarum ambitu, vitæ ſuæ puritatem ac ſplendorem, ne trabs arrogantiæ in pupillæ puritatem illapſa, viſui ſit impedimento. Cæterùm quæ poſt oculos cæterorum ſponſi membrorum ſint encomia, deinceps Deo dante percurremus: idque per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui æternum gloria tribuatur, Amen.

B

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

ΣΙΑΓΟΝΕΣ αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος φύουσαι μυρεψικά. χείλη αὐτοῦ κρίνα στάζοντα σμύρνας πλήρη. χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι Θαρσεῖς. κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου. κνῆμαι αὐτοῦ στῦλοι μαρμάρινοι, τεθεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς. εἶδος αὐτοῦ, ὡς Λίβανος ἐκλεκτὸς, ὡς κέδροι. φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμοὶ καὶ ὅλος ἐπιθυμία. οὗτος ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ.

IN CANTICVM CANTICORVM

HOMILIA XIIII.

MAXILLAE *ipſius tanquã aromatis phialæ, quæ proferũt vnguẽta. Labra eius ſunt lilia, diſtillantia myrrhã vberẽ.* Cap. 5. v. 13. 14. *Manus illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis.* C *Venter eius tabella eburnea, in lapide ſapphiro.* 15. *Crura illius columnæ marmoreæ, fũdatæ ſuper aureas baſes.* 16. *Species ipſius, vt electus Libanus, vt cedri. Guttur eius dulcedo ac nil niſi deſiderium eſt. Hic eſt cognatus meus, & hic proximus meus, filiæ Hieruſalem.*

Ὁ τῷ ἀδόλῳ γάλακτι τρέφων τὸ νηπιάζον ἔτι τῆς πνευματικῆς ἡλικίας, τροφὸς, καθώς φησιν αὐτὸς ὁ ἀπόστολος, τῶν ἀρτιγεννήτων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γενόμενος· ταμιεύεται D τὸν τῆς σοφίας ἄρτον τοῖς τελειωθεῖσι κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, εἰπών· Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· οἱ διὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν διδαγμάτων ἕξιν γεγυμνασμένα ἔχοντες τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς, τοῦ ἄρτου τῆς σοφίας εὐπαράδεκτοι γίνονται, τοῖς λεπτοποιοῦσιν ἐν τοῖς ὀδοῦσι τὸν λογισμὸν, σιαγόνος εἰς τροφὴν προσδεόμενοι. χρὴ τοίνυν εἶναι καὶ σιαγόνας ἐν τῷ σώματι Χριστοῦ τοῖς μηκέτι προσανέχουσι τῇ θηλῇ τοῦ

QVI lacte ſimplici puerilem adhuc ſpiritualis ætatis teneritatem alit, Hebr. 5. infantum (vt Apoſtolus loquitur) in Eccleſia nutritor: is panem ſapientiæ perfectis ſecundum hominem interiorem 1. Cor. 2. reſeruat. Sic enim Paulus ait: Sapientiam loquimur inter perfectos, nimirum qui propter habitum, quem in audienda bona doctrina ſunt adſequuti, ſenſus animi exercitatos habent: vt facilè panem ſapientiæ recipere poſſint, cùm ad alendum opus ſit etiam maxilla, quæ ratiocinationum dentibus cibum hunc comminuat. Quapropter & maxillas in corpore Chriſti eſſe neceſſe eſt iis, qui nõ amplius papillæ Ver-

Maxilla in corpore Chriſti quæ.

bi adhærent: ſed cibum iam ſolidiorem expetunt, de quibus nunc ſponſa loquitur in hiſce verbis: *Maxillæ ipſius tanquam aromatu phialæ, quæ proferunt vnguenta.* Enimuerò poſcere ſeriem ipſam, vt de maxillas dicatur, oculis iam conſideratis, cuiuis eſſe perſpicuum arbitror, qui prudenter hæc audit. Nam propterea debet ad aquarum ſpiritualium copiam adſidens oculus, erroris experte ac minimè fraudulento lacte lauari, ſimilis factus columbæ ſimplici: vt ſuorum bonorum participes reddat omnes, qui ad Eccleſiæ corpus pertinent. Ea de cauſſa magnus etiam Eſaias eum, qui vita ſua iam ſublimem in montem adſcenderit, clara voce clamare iubet, vt ex ipſo cognoſcant auditores aduentantem cum robore Dominum, & illud ipſum brachium, quod cum poteſtate creatis præeſt, cognoſcant, eum qui gregem paſcit, & agnos colligit, ac per ſpes bonas egregiè fœtas ouiculas cõſolatur, qui palmo cœlum complectitur, & terram vniuerſam pugno conſtringit: quibus adde cætera, quæcũque liber hic prophetæ præterea commemorat illi prædicanda, qui montis verticem conſcenderit. Quare ſi eam ipſam ob cauſſam vis aquarum & lactis contingit oculis ad veritatis cognitionem, rectè atque ordine ſecundum eos maxillæ laudantur, quarum munus eſt nutrimentum comminuere, quo corporis vis ac natura conſeruatur. Videamus ergo quanã in re ſita ſit maxillarum laus. Audiamus ipſam ſpõſam, cuiuſmodi de eis commemoret. *Maxillæ ipſius tanquam aromatu phialæ, quæ proferunt vnguenta.* Quibus in verbis ſi ſpecies illa poculorum patula per appellationem phialæ ſignificatur, quę ita confecta eſt, vt omnis concauitas quaſi furtim ſeſe ſubducat oculis, cùm figura eius non nimis profunda ſit, neque ſe in rectum quaſi reſupinet, non accuratè concaua videatur, neque plana. Si ergo talem poculorum ſpeciem ſponſa per phialam intelligit: nimirum peculiaris quædam erit ratio, quamobrem ab hac figura maxillæ laudentur. Nam dicere poterit quiſpiam, in prædicatione ſimplicitatis doctrinæ quaſi patulæ miniméque fraudulentæ, mentionem phialę factam eſſe: in qua vetita profunditas à Propheta locum habere non poteſt, cùm
Pſal. 68. ait: Eripiar ab iis, qui oderunt me,

A τοῦ λόγου· ἀλλ' ἤδη τῆς στερεωτέρας ἐφιέμενοι τροφῆς, περὶ ὧν νῦν ποιεῖται λόγον ἡ νύμφη λέγουσα οὕτως· σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος φύουσαι μυρεψικά. Τὸ μὲν οὖν ἀκολούθως ἔχειν τὸν περὶ τῶν σιαγόνων λόγον τοῖς περὶ τὸν ὀφθαλμὸν θεωρηθεῖσι, παντὶ δῆλον ἂν εἴη τῷ συνετῶς ἐπαΐοντι. Διὰ τοῦτο γὰρ χρὴ τὸν ὀφθαλμὸν τοῖς πληρώμασι τῶν πνευματικῶν ὑδάτων προσεδρεύοντα τῷ ἁπλῷ τε καὶ ἀδόλῳ λούεσθαι γάλακτι, τῇ ἀκεραίᾳ περιστερᾷ ὁμοιούμενον, ἵνα κοινωνοὺς ποιήσῃ τῶν ἰδίων ἀγαθῶν πάντας τοὺς εἰς τὸ σῶμα συντελοῦντας τῆς
B ἐκκλησίας. Οὗ χάριν καὶ ὁ μέγας Ἡσαΐας, τὸν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ὑψηλὸν ἀναβάντα διὰ τῆς πολιτείας βοᾶν διακελεύεται λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, ὥστε γνῶναι δι' αὐτοῦ τοὺς ἀκούοντας, τὸν μετ' ἰσχύος ἐρχόμενον κύριον, καὶ τὸν ἐξουσιάζοντα τῶν ὄντων βραχίονα, τὸν ποιμαίνοντα τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἄρνας συνάγοντα, καὶ τὰς καλῶς διὰ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδων κυοφορούσας παρακαλοῦντα, τὸν διειληφότα τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακὶ περισφίγγοντα· καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τούτοις ἡ προφητεία φησὶ δεῖν παρὰ τοῦ ἀκρω-
C ρείας ἐπιβεβηκότος κηρύσσεσθαι. Εἰ τοίνυν ἐπὶ τούτων γέγονε τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἡ ἐκ τῶν ὑδάτων τε καὶ τοῦ γάλακτος δύναμις πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, ἀκολούθως ἐπαινοῦνται μετ' ἐκείνους αἱ σιαγόνες, ὧν ἔργον ἐστὶ τὸ λεπτοποιεῖν τὴν τροφὴν δι' ἧς ἡ τοῦ σώματος συντηρεῖται φύσις καὶ δύναμις. Ἴδωμεν τοίνυν ἐν τίνι τῶν σιαγόνων ἐστὶν ὁ ἔπαινος αὐτῆς. Ἀκούσωμεν τῆς νύμφης, οἷα περὶ αὐτῶν διεξέρχεται. σιαγόνες αὐτοῦ, φησὶν, ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος, φύουσαι μυρεψικά. εἰ δὲ διηπλωμένον τῶν ἐκπωμάτων εἶδος ὁ λόγος σημαίνει τῷ τῆς φιάλης ὀνόματι, ἐν ᾧ κλέπτεται διὰ τῆς κατα-
D σκευῆς ἡ κοιλότης, οὔτε ἄγαν βαθυνομένου τοῦ σχήματος, οὔτε δι' εὐθείας ἐξυπτιάζοντος, ὡς μήτε κοῖλον ἀκριβῶς εἶναι δοκεῖν, μήτε ἐπίπεδον. εἰ τοίνυν τὸ τοιοῦτον εἶδος ὑποδείκνυσι διὰ τῆς φιάλης ἡ νύμφη· ἴδιον ἂν ἔχοι λόγον ἐκ τοῦ σχήματος τούτου τῶν σιαγόνων ὁ ἔπαινος. εἴποι γὰρ ἄν τις τὸ ἁπλοῦν τε καὶ διηπλωμένον καὶ ἄδολον τῆς διδασκαλίας ἐπαινέσαι τὸν λόγον βουλόμενον μνήμην τῆς φιάλης πεποιῆσθαι· ἐν ᾧ τὸ ἀπηγορευμένον ὑπὸ τοῦ προφήτου βάθος συστῆναι οὐ δύναται, τοῦ εἰπόντος· ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με,

καὶ ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων. τὴν οὖν ἐν ἁπλότητι φαινομένην ἀλήθειαν δίχα τινὸς δολερᾶς κοιλότητος φαμὲν διὰ τοῦ ὀνόματος τῆς φιάλης σημαίνεσθαι, ἧς ὕλη μέν ἐστι τὸ ἄρωμα· ἔργον δὲ τὸ φύειν μυρεψικά. σιαγόνες γὰρ αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος, οὐκ ἐξ ἀργύρου γενόμεναι, ἢ χρυσοῦ, ἢ ὑέλου, ἤ τινος ἑτέρας ὕλης τοιαύτης, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀρώματος ταῦτα ἐξ αὐτῶν φύουσα, δι' ὧν τὰ μύρα κατασκευάζεται. σαφὴς δὲ πάντως ἐστὶν ἡ διὰ τῶν εἰρημένων τοῖς ῥητοῖς τούτοις ἐνθεωρουμένη διάνοια, ὅτι τῶν καθαρῶν τῆς ἐκκλησίας ὀμμάτων ἐστὶ B τοιαύτην παρασκευάζειν τῷ σώματι τὴν τροφὴν, τῇ λειαντικῇ τῶν σιαγόνων δυνάμει, ὡς μηδὲν βαθύ τι καὶ ὕπουλον ἐν τοῖς λεγομένοις ὁρᾶσθαι· ἀλλ' εἶναι πάντα τηλαυγῆ τε καὶ ἐλεύθερα, καὶ πάσης δολερᾶς ἐπικρύψεως καὶ βαθύτητος κεχωρισμένα· ὡς καὶ νηπίοις εἶναι κατάδηλα, καθώς φησιν ὁ προφήτης· ἡ μαρτυρία κυρίου πιστὴ, σοφίζουσα νήπια· ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς. εἰ γὰρ τοιαῦται εἶεν αἱ φιάλαι τοῦ λόγου, οὐκ ἐκ τῆς γηΐνης ὕλης δηλονότι συστήσονται· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀ- C ρώματος ἔσται ἡ φύσις· ἐκείνου λέγω τοῦ ἀρώματος, ὃ ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματά φησιν εἶναι ἡ νύμφη, ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ ᾄσματος. τοιαύτη φιάλη ὁ Παῦλος ἦν, ὁ μὴ ἐν πανουργίᾳ τὸν λόγον, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας ἑαυτὸν συνιστάνων. οὗ ἡ ὕλη τὸ ἐκ γῆς εἶναι ἀπέθετο, ἀφ' οὗ διὰ τοῦ βαπτισμοῦ τὰς λεπίδας τῶν ὀφθαλμῶν τῇ σαρκὶ συναπέθετο· ἀλλ' ἐκ τοῦ εὐπνοοῦντος ἀρώματος ἀνεσκευάσθη, τοῦ ἁγίου πνεύματος τέκνον γενόμενος. ὃς ἐπειδὴ διὰ τῆς τοιαύτης χαλκείας ἐκλογῆς σκεῦος κατεσκευάσθη πρὸς τὴν οἰνοχοΐαν τοῦ λόγου D φιάλη γενόμενος, οὐκέτι χρείαν ἔσχεν ἀνθρώπου, τὴν γνῶσιν αὐτῷ τῶν μυστηρίων ἐγχέοντος· οὐ γὰρ προσανέθετο σαρκὶ καὶ αἵματι· ἀλλ' αὐτὸς ἔφυεν ἐν ἑαυτῷ καὶ ἀνέβρυε τὸν θεῖον ποτὸν, διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ εὐωδίας τὰ ποικίλα τῶν ἀρετῶν εἴδη μυρεψῶν τοῖς ἀκούουσιν, ὥστε κατὰ τὰς διαφοράς τε καὶ ἰδιότητας τῶν δεχομένων τὸν λόγον κατάλληλον εὑρίσκεσθαι πρὸς τὴν τοῦ ζητοῦντος χρείαν τὸ ἄρωμα τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς Ἕλλησι, ταῖς γυναιξὶ, τοῖς ἀνδράσι, τοῖς δεσπόταις, τοῖς δούλοις, τοῖς γονεῦσι,

A & ex aquis profundis. Itaque veritatem, quę in ſimplicitate pateſcit, abſque vlla fraudulenta concauitate, per vocem phialæ ſignificari dicimus, cuius quidem materies ſit aroma, munus autem proferre vnguenta. Maxillæ ipſius, inquit, tanquam aromatis phialæ, non ex argento factæ, vel auro, vel vitro, vel alia quapiã huiuſmodi materie, ſed ipſo ex aromate, quod illa proferat, de quibus vnguenta parantur. Atque ex his iam haud dubiè horum verborum ſententia perſpicua eſt: nimirum eſſe proprium puris Eccleſiæ oculis, vt talem corpori cibum præparent, per maxillas comminuendi vi præditas: quo nihil profundum ac latens in iis quæ dicuntur conſpiciatur, ſed omnia ſint dilucida, libera, ab omni fraudulenta occultatione ac profunditate ſeparata: ita vt pueris etiam manifeſta ſint, quemadmodum vates ait, Teſtimonium Domini eſt fidele, ac pueros erudit, præceptum Domini dilucidum, oculis lucem adferens. *Pſal.18.* Nimirum ſi tales ſint Verbi phialæ, haud dubiè non ex vlla terrena materie confectæ erunt, ſed erit ex aromate ipſarum natura, illo inquam aromate, quod excellere omnia aromata cantici huius initio ſponſa dicit. Talis phiala Paulus erat, qui non per vafriciem fraudulenter docebat, ſed aperta veritate ſeipſum omnibus probabat. Cuius materies abijciebat naturam terreſtrem, ex quo per baptiſmum carnis oculorum ſquamas depoſuit, *Act.9.18* ac factus Spiritus ſancti filius, ex fragranti aromate de integro inſtauratus fuit. Idem poſteaquam in tali officina electum vas factus eſt, & quidem phiala, per quam verbum diuinum propinaretur, non amplius hominis vllius eguit opera, qui myſteriorum ei cognitionem infunderet (non enim carni acquieuit & ſanguini) *Gal.1.16.* ſed ipſe in ſe protulit diuinum illum potum, cuius & ſcaturiginem velut emiſit, dum per Chriſti fragrantiam varias virtutes in auditoribus quaſi quædam vnguenta conficeret, ita vt pro diuerſitate proprietatéque recipientium, Dei Verbum aroma ipſum conueniens vſui eius, qui illud poſceret, reperiretur; nimirum Iudæis, Græcis, mulieribus, viris, heris, ſeruis, parentibus,

liberis, legi non adſtrictis, ſubiectis legi. Tam multiformem ille doctrinæ gratiam habebat, omni virtute temperatam: varia docendi ratione, pro neceſſitate & ex vſu cuiuſque, Dei Verbum miſcente hac phiala, tanquam aromata quædam pro iis qui illud reciperent. Huiuſmodi ergo maxillas laudat, quæ pulchritudinem corporis ſponſi verbis hiſce ad viuum depingit: quodque hoc maxillarum encomium eò ſpectet, porrò ſequentia verba teſtantur. Etenim poſt maxillas laudantur labia, per quæ ſermo ille conditus aromatibus profertur. Verba encomij hæc ſunt. *Labra eius lilia, diſtillantia myrrham vberem.* Duas virtutes ſimul Verbo tribuit, gemina ſimilitudine. Horum alterum veritas eſt, quæ in dictis & ſplendida & illuſtris conſpicitur. Nam talis eſt lilij ſpecies, cuius ſplendor quaſi quodam ænigmate puritatem ac veritatem eorum, quæ dicuntur, ſignificat. Alterum eſt, quòd ſola ſub mentis perceptionem cadens & craſſarum rerum expers vita per doctrinam proferatur, extincta vita hac infera, cuius in carne ac ſanguine vis conſpicitur, per contemplationem rerum quæ mente intelliguntur. Etenim ex ore diſtillans myrrha, quæ recipientis animum replet, mortificationem carnis clarè denotat. Nam multoties hoc in litteris à Spiritu diuino profectis obſeruauimus, appellationem myrrhæ mortem ſignificare. Quare perfectus & purus oculus, qui de maxilla phialam efficit, vnguenta ex ſe proferentem quaſi quodam ex fonte, hic ergo ſermonum lilia gignit per os illorum, qui diuino ſplendore ſunt ornati. Nam ſic appellantur ij, qui puri ſunt, & ex virtute fragrantiam quandam habent: quique myrrham diſtillant, quæ ſine defectu mentem recipientium eam replet. Eſt autem illa vitæ huius corporeæ contemptus, cùm vniuerſa quæ in hac vita curæ ſunt hominibus, per ſupernorum bonorum cupiditatem vim ſuam omnem amittunt & extinguuntur. Talem myrrham olim Paulus effundebat ex ore ſuo, miſtam cum puro pudicitiæ lilio, in ſanctæ virginis aures. Ea verò erat Thecla, *Thecla virgo Pauli diſcipula.* quæ præclarè animo ſuo defluentibus de lilio guttis intra ſe receptis, hominem externum morte opprimit,

A τοῖς τέκνοις, τοῖς ἀνόμοις, τοῖς ὑπὸ νόμον. οὕτως αὐτῷ πολυειδὴς ἦν διὰ πάσης ἀρετῆς κεκραμένη τῆς διδασκαλίας ἡ χάρις διὰ τῶν ποικίλων διδαγμάτων, καταλλήλως τῇ ἑκάστου χρείᾳ μυρεψούσης τῆς φιάλης, τοῖς δεχομένοις τὸν λόγον. τὰς οὖν τοιαύτας ἐπαινεῖ σιαγόνας ἡ τὸ τοῦ σώματος τοῦ νυμφίου κάλλος διαζωγραφοῦσα τῷ λόγῳ· καὶ ὅτι πρὸς τοῦτο βλέπει τῶν σιαγόνων ὁ ἔπαινος, ὁ ἐφεξῆς λόγος δι' ἀκολουθίας μαρτύρεται. ἐπαινεῖται γὰρ μετὰ τὰς σιαγόνας τὰ χείλη, δι' ὧν ὁ ἀρωματίζων λόγος προέρχεται. οὕτω δὲ ὁ ἔπαινος ἔχει. χείλη αὐτοῦ κρίνα, B στάζοντα σμύρναν πλήρη. δύο κατὰ ταὐτὸν ἀρετὰς μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ διὰ τοῦ διπλοῦ ὑποδείγματος· ὧν ἡ μὲν ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, λαμπρά τε καὶ φωτοειδὴς ἐν τοῖς λεγομένοις θεωρουμένη. τοιοῦτον γὰρ τοῦ κρίνου τὸ εἶδος, οὗ ἡ λαμπρότης, αἴνιγμα τῶν λεγομένων καθαρότητός τε καὶ ἀληθείας ἐστίν. ἕτερον δὲ τὸ μόνην τὴν νοητήν τε καὶ ἄϋλον ζωὴν ὑπὸ τῆς διδασκαλίας προδείκνυσθαι, διὰ τῆς τῶν νοητῶν θεωρίας ἀπονεκρουμένης τῆς κάτω ζωῆς, τῆς διὰ σαρκός τε καὶ αἵματος ἐνεργουμένης. ἡ γὰρ ἀπορρέουσα ἀπὸ C τοῦ στόματος σμύρνα, καὶ πλήρη ποιοῦσα ἑαυτῆς τὴν τοῦ δεχομένου ψυχήν, τῆς τοῦ σώματος νεκρώσεως ἔμφασις γίνεται. πολλαχῇ γὰρ τὸ τοιοῦτον ἐν τῇ κατὰ χεῖρας τῶν θεοπνεύστων λόγων παρατετήρηται τοῦ θανάτου σημαντικὸν εἶναι τῆς σμύρνης τὸ ὄνομα. ὁ τοίνυν τέλειος καὶ καθαρὸς ὀφθαλμός, ὁ τὴν σιαγόνα φιάλην ποιῶν τὴν τὰ μύρα ἐξ αὐτῆς φύουσάν τε καὶ πηγάζουσαν, οὗτος αὐτὸς τὰ κρίνα τῶν λόγων διὰ τοῦ στόματος, τῶν τῇ θείᾳ κεκαλλωπισμένων λαμπρότητι. οὕτω γὰρ τοὺς καθαρούς τε καὶ δι' ἀρετῆς εὐπνοοῦντας D ὀνομάζει ὁ λόγος, ἀφ' ὧν γίνεται ἡ τῆς σμύρνης σταγὼν ἀνελλιπῶν, πληροῦσα τὴν τῶν δεχομένων διάνοιαν· ὅπερ ἐστὶ τῆς ὑλικῆς ζωῆς ὑπεροψία, πάντων τῶν τῇδε σπουδαζομένων, διὰ τὴν τῶν ὑποκειμένων ἀγαθῶν ἐπιθυμίαν, ἀνενεργήτων τε καὶ νεκρῶν γινομένων. τοιαύτην ὅποτε Παῦλος σμύρναν προχέει τοῦ στόματος, μεμιγμένην τῷ καθαρῷ κρίνῳ τῆς σωφροσύνης, ἐν ἀκοαῖς τῆς ἁγίας παρθένου. Θέκλα δὲ ἦν ἡ παρθένος, ἣ καλῶς τῇ ψυχῇ τὰς ἀπορρεούσας σταγόνας ἐν ἑαυτῇ δεξαμένη, θανάτῳ διαλαμβάνει τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον,

πᾶσαν σαρκώδη διάνοιάν τε καὶ ἐπιθυμίαν ἑαυτῆς ἀποσβέσασα. ἧς μετὰ τὴν ἀγαθὴν διδασκαλίαν νεκρὰ μὲν ἡ νεότης, νεκρὸν δὲ τὸ ἐπιφαινόμενον κάλλος, νεκρὰ δὲ πάντα τὰ σωματικὰ αἰσθητήρια, μόνου ζῶντος ἐν αὐτῇ τοῦ λόγου, δι' οὗ ἐτεθνήκει μὲν αὐτῇ ἅπας ὁ κόσμος, ἐτεθνήκει δὲ καὶ ἡ παρθένος τῷ κόσμῳ. οὕτω ποτὲ καὶ παρὰ Κορνηλίῳ ὁ μέγας Πέτρος, τὰ λαμπρὰ τοῦ λόγου κρίνα φθεγγόμενος, πλήρεις τῆς σμύρνης τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς παρεσκεύασεν, οἱ παραχρῆμα τὸν λόγον δεξάμενοι, τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος συνετάφησαν, νεκροὶ τῷ βίῳ γενόμενοι. καὶ μυρία πρὸς τούτοις ἐστὶν εὑρεῖν τῶν ἁγίων ὑποδείγματα, πῶς τοῦ κοινοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας στόμα γενόμενοι τῆς νεκρωτικῆς τῶν παθημάτων σμύρνης πλήρεις τοὺς ἀκροωμένους ἐποίουν, καρποφοροῦντες διὰ τῶν κρίνων τοῦ λόγου, δι' ὧν οἱ μεγάλοι τῆς πίστεως πρόμαχοι τῆς ἀγαθῆς ὁμολογίας κατὰ τὸν τῆς μαρτυρίας καιρὸν ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι κατεσμυρνώθησαν. καὶ τί χρὴ διὰ πλειόνων μηκύνειν τὸν περὶ τούτων λόγον, φανερᾶς διὰ τῶν εἰρημένων γενομένης ἡμῖν τῆς διανοίας, πῶς τὸ στόμα τῆς ἐκκλησίας κρίνον γίνεται; καὶ πῶς ἀποστάζει τοῦ κρίνου ἡ σμύρνα; καὶ πῶς πληροῦται τῆς τοιαύτης σταγόνος ἡ τῶν δεχομένων ψυχή. ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐφεξῆς λόγον ἤδη μετέλθωμεν. Φησὶ γὰρ αἱ χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι θαρσεῖς. ὅτι μὲν οὖν ἀτελής ἐστιν ἐπὶ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ χάρις τῆς τῶν χειρῶν ὑπουργίας διεζευγμένη, σαφῶς παρὰ τοῦ μεγάλου μεμαθήκαμεν Παύλου, ὅς φησιν· ὅτι οὐ δύναται ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, χρείαν σου οὐκ ἔχω. τότε γὰρ μάλιστα ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἐνέργεια δείκνυται, ὅταν τὰ ἔργα μαρτυρῇ τῇ ὀξυωπίᾳ τοῦ ὄμματος, διὰ τῆς περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς τῆς ἀγαθῆς ὁδηγίας ἐπισημαινομένων. ἐπεὶ οὖν χρὴ προθέντας τὸν περὶ τῶν χειρῶν τοῦ θείου σώματος ἔπαινον, ὁδηγηθῆναι διὰ τῶν εἰρημένων ὅπως προσήκει κατηρτίσθαι, τοὺς ἀντὶ χειρῶν ὄντας ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, αὐτὸ προθέντες τὸ θεῖον λόγιον. ὅπως ἂν οἷόν τε ᾖ τὴν ἐγκειμένην αὐτῷ θεωρῆσαι διάνοιαν, διδόντος Θεοῦ πειρασόμεθα. χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, φησι, πεπληρωμέναι θαρσεῖς. τέως μὲν οὖν τοσοῦτον πρόδηλόν ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων τὸ νόημα, ὅτι οἷς τὸ τῆς κεφαλῆς εἶδος ἐγκωμιάζεται,

A omni cogitatione cupiditateque carnali extincta. Cuius poſt perceptam illam bonam doctrinam, & iuuentus extincta erat, & externa venuſtas extincta, & extincta omnia corporis ſenſuum organa, ſolo ſermone in ipſa viuente, per quem totus ei mundus mortuus erat, & virgo ipſa mundo erat mortua. Sic olim magnus etiam Petrus ille apud Corneliũ ſplendida ſermonis lilia proferens, animos auditorum myrrha complet, qui mox recepto ipſius ſermone, cum Chriſto per baptiſmũ ſunt conſepulti, mortui vitæ huic facti. B Adeoq; infinita reperire præter hæc ſanctorum hominum exempla licet, quo illi pacto communis corporis Eccleſiæ os facti, myrrha extinguente morbos animi ſuos auditores repleuerint, per ſermonis lilia fructus ferentes, quibus magni illi propugnatores fidei per egregiam confeſſionem ipſo teſtandæ veritatis tempore, in certaminibus pro pietate ſuſceptis, toti quaſi myrrha quadam ſunt perfuſi. Et quid opus eſt oratione prolixa de hoc diſſerere, cum per ea quę diximus, declaratum ſit, quo pacto Eccleſiæ os lilium fiat? C quĩ myrrha de lilio deſtillet? qui huiuſmodi ſtillicidio animus recipientum impleatur. Ad ſequentia porrò verba progrediamur. *Manus illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis.* Eſſe autem oculi beneficium imperfectum in Eccleſiæ corpore, ſi manuum ab eo miniſterium ſit diſiunctum, à magno illo Paulo clarè didicimus, qui ait, Non poteſt oculus manui dicere, Nõ mihi te opus eſt. Nam tum maximè vis oculorum conſpicitur, cum ipſa opera teſtimonium oculorum acumini perhibent: per ſtudiũ præclararum rerum egregiè ſe duci declarantia. 1.Cor.12.

D Quia verò prius indicato manuũ diuini corporis encomio, per ea quæ diximus, pergendum nobis eſt ad expoſitionem hanc, quo videlicet modo comparati eſſe debeãt illi, qui in Eccleſia manuum locum obtinent, ipſis diuini huius oraculi verbis præmiſſis, pro virili noſtra abditã in eo ſententiam cõſiderare Deo concedente conabimur. *Manus*, inquit, *illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis.* Atq; hactenus quidẽ in hiſce verbis ſenſus manifeſtus eſt, quòd ob quæ caput laudatur,

eadem manuum quoq; encomium abſoluant. Et caput accepimus pro Chriſto ſecundum carnem, in quo Deus
2.Cor.5.19 erat mundum ſibi reconcilians, vti Paulus loquitur: qui ſe in carne per virtutes ac miracula patefecit. Quòd ſi ergo caput hoc noſtrum appellatum fuit aurum immaculatum, propterea quòd extra omne peccatum ſit, (quemad-
Eſa. 53. 1.Petr.2. modum dicitur: Peccatum nullum perpetrauit, neque inuenta fraus eſt in oro ipſius) itidemque hîc manus etiam vocantur aureæ: nimirum patet hoc ipſo ſignificari, manus has prorſus eſſe puras, expertes peccati, alienas ab omni vitioſitate. Manum autem appellamus eam, quæ ad vſus diuinitùs præſcriptos publica bona Eccleſiæ adminiſtrat: cuius hæc propria laus eſt, vt capitis naturæ ſimilis fiat, ratione puritatis peccatorum expertis. Tunc autem manus fit pura, cùm tornando totum illud abraſerit, quod elegantiæ impedimento eſt. Quemadmodum enim illi, qui marmor ad figuram animalis alicuius conformant, ea tornando ſculpunt & incidunt lapidi, quibus amputatis ad exemplum princeps ſimulacrum effingitur: ſic etiam in pulchritudine manuum corporis Eccleſiæ multa per ratiocinationum deradenda ſunt tornationem, vt manus verè aurea fiat & pura. Neque verò cuiquam obſcura eſſe poſſunt, quæ non amputata manus pulchritudini officiant: verbi gratia, ſtudium placendi hominibus, auaritia, ambitio, ſolum ad ea reſpicere quæ ſub oculos cadunt, ſplendorem ſibi ex rebus præſentibus comparare, ad delicias & voluptatem propriam abuti collecto ex Dei mandato penu: quibus quidem vniuerſis & eius generis aliis per inſtrumenta cogitationum abraſis, ſolum voluntatis purum illud ac minimè adulterinum aurum relinquendum eſt, quod immaculato capiti eſt ſimile. Et fuerit fortaſſe quod dicimus, magis perſpicuum, ſi per verbum illud Apoſtoli declaretur: qui poſteaquàm
1.Cor.4.2. Deum fidelem appellauit, nihil aliud etiam in rei familiaris adminiſtratoribus requirit, quàm vti quis fidelis reperiatur. Sic enim ad Verbum ſcripſit. Reliquum eſt, quod in adminiſtratoribus rei familiaris requiritur, vt quis nimirum fidelis reperiatur. Itaq; fidelis & prudens adminiſtrator rei familiaris,

A διὰ τῆς αὐτῶν καὶ ταῖς χερσὶ πληρῶται ὁ ἔπαινος. κεφαλὴν δὲ Χριστὸν ἐνοήσαμεν, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς ἦν, τὸν κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων κατὰ τὴν Παύλου φωνήν· ὁ ἐν τῇ σαρκὶ διὰ τῶν δυνάμεών τε καὶ τῶν θαυμάτων ἑαυτὸν φανερώσας. εἰ οὖν ἡ νοηθεῖσα ἡμῖν αὕτη κεφαλὴ χρυσίον ἀκήρατον παρὰ τοῦ λόγου κατωνομάσθη, διὰ τὸ πάσης ἁμαρτίας ἐκτὸς εἶναι· ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε, φησίν· οὐδὲ εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, χρυσᾶς δέ φησιν εἶναι καὶ χεῖρας ὁ λόγος· πρόδηλόν ἐστι τὸ διὰ τούτων νοούμενον, ὅτι τὸ καθόλου νοούμενον καθαρόν τι καὶ ἀναμάρτητον, καὶ
B πάσης κακίας ἀμιγές τι καὶ ἀπαράδεκτον νομοθετεῖ τῇ χειρὶ ὁ λόγος. χεῖρα δὲ νοοῦμεν πάντως τὴν τὰ κοινὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τὰς τῶν ἐντολῶν χρείας διαχειρίζουσαν, ἧς ἔπαινός ἐστι τὸ ὁμοιωθῆναι τῇ τῆς κεφαλῆς φύσει, κατὰ τὸ καθαρόν τε καὶ ἀναμάρτητον. καθαρὰ δὲ γίνεται ἡ χείρ, ὅταν διὰ τῆς τορείας ἅπαν ἀποξύσηται τὸ ἐμποδίζον τῷ κάλλει. καθάπερ γὰρ οἱ πρός τινα ζώου μορφὴν ἀποτυποῦντες τὸ μάρμαρον, ἐκεῖνα διὰ τῆς τορείας ἐγλύφουσι τοῦ λίθου καὶ ἐκκολάπτουσιν, ὧν
C περιαιρεθέντων πρὸς τὸ ἀρχέτυπον εἶδος ἀποτυποῦται τὸ μίμημα· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κάλλους τοῦ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας χειρῶν πολλὰ χρὴ διὰ τῆς τῶν λογισμῶν τορείας ἀποξεσθῆναι, ἵνα γένηται ἡ χεὶρ χρυσῆ ὡς ἀληθῶς καὶ ἀκήρατος. πάντως δὲ πρόδηλα πᾶσίν ἐστιν, ὅσα μὴ περιαιρεθέντα τῆς χειρὸς τῷ κάλλει λυμαίνεται, οἷον τὸ ἀνθρωπάρεσκον, τὸ φιλόδοξον, τὸ φιλοκερδές, τὸ μόνον πρὸς τὸ φαινόμενον βλέπειν, τὸ περιφάνειάν τινα ἑαυτῷ διὰ τῶν ἐν χερσὶ πραγματεύεσθαι, τὸ εἰς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυσιν ἰδίαν τῇ τῆς ἐντολῶν ἀποκεχρῆσθαι παρασκευῇ· ἃ χρὴ πάν-
D τα ταῦτά τε καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς τῶν λογισμῶν ὀργάνοις ἀποξυσαμένους, ἐκεῖνο καταλιπεῖν μόνον τὸ καθαρόν τε καὶ ἀκίβδηλον χρυσίον τῆς προαιρέσεως, τὸ τῇ ἀκηράτῳ κεφαλῇ ὁμοιούμενον. σαφέστερον δ' ἂν γένοιτο ἡμῖν τὸ λεγόμενον διὰ τῆς τοῦ ἀποστόλου φωνῆς· ὃς πιστὸν τὸν Θεὸν ὀνομάσας, οὐδὲν ἄλλο καὶ ἐν τοῖς οἰκονόμοις ζητεῖν ἀξιοῖ, ἢ τὸ πιστοὺς εὑρεθῆναι· οὑτωσὶ γράψας τῷ ῥήματι· ὃ δὲ λοιπὸν ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις, ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ. οὐκοῦν ὁ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος ἀντὶ χειρὸς ὢν τῇ ἐκ-

ἐκκλησία, χρυσῆν καθ' ὁμοιότητα τῆς κεφαλῆς δείκνυσι τὴν χεῖρα τοῦ σώματος, τὸν σοφὸν ἑαυτοῦ δεσπότην διὰ τοῦ βίου μιμούμενος. οὐκ ἦν τοιαύτη χεὶρ ἐν τῷ τῶν ἀποστόλων σώματι ὁ Ἰούδας ἐκεῖνος, ὁ ἐλεεινός τε καὶ δείλαιος, μᾶλλον δὲ ὁ μισητὸς καὶ ἀποτρόπαιος, ὃς οἰκονομίαν πτωχῶν πεπιστευμένος, τὴν τῆς φιλοχρηματίας λέπραν οὐκ ἀπεξύσατο· ἀλλὰ φύλαξ ὢν τοῦ γλωσσοκόμου διὰ τοὺς κλέπτοντας, αὐτὸς ἑαυτοῦ κλέπτης ἐγένετο, ὃ ἐν ταῖς χερσὶν εἶχεν διὰ τῶν ἰδίων χειρῶν ὑφαιρούμενος, καὶ οὐ πρὸς τὴν ἐντολήν, ἀλλὰ πρὸς τὰ χρήματα βλέπων· ὧν ἡ ἀπόλαυσις ἐγένετο· τί; ἀγχόνη ἑκούσιος, ζωῆς ἀλλοτρίωσις, πανωλεθρία ψυχῆς, μνημόσυνον πονηρόν, πάντῃ τῷ μετ' αὐτὸν χρόνῳ συνεκτεινόμενον. οὐκοῦν τορευτὰς εἶναι χρὴ καὶ διαγλύφους τὰς χεῖρας, ἵνα περιαιρεθέντων τῶν κακῶς συμπεφυκότων, τὸ λειπόμενον χρυσὸς ᾖ, τῷ τῆς κεφαλῆς κάλλει κατὰ τὸ εἶδος συμβαῖνον. ἡ δὲ τοῦ Θαρσεῖς λέξις πολύσημός ἐστιν ἐν τῇ γραφικῇ συνηθείᾳ, κατὰ τῆς αὐτῆς διανοίας οὐ πάντοτε εὑρισκομένη· ἀλλὰ πολλάκις μὲν πρὸς τὸ κατηγορούμενον, πολλάκις δὲ πρὸς τὸ θεῖόν τι καὶ μακάριον ἡ σημασία μεταλαμβάνεται. ὅτε φυγὼν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰωνᾶς ὁ προφήτης, ζητεῖ πλοῖον ἐπὶ Θαρσεῖς πορευόμενον. καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ πλοῖον Θαρσεῖς βιαίῳ πνεύματι λέγει συντρίβεσθαι. βίαιον πνεῦμα δὲ οἶμαι λέγεσθαι, τὸ τοῖς μαθηταῖς ἐπιφανὲν τοῖς ἐν τῷ ὑπερῴῳ συνειλεγμένοις, ὃ πρότερον μὲν δι' ἀκοῆς προεγνώσθη, ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐφανερώθη, εἰς γλωσσῶν σχῆμα τυπούμενον, καὶ τῇ ἐκλαμπτικῇ φύσει τοῦ πυρὸς ὁμοιούμενον, δι' οὗ συντρίβεται ἡ πολυειδῶς ἐπιπλέουσα τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει κακία, ἣν πλοῖα Θαρσεῖς ὁ προφήτης ὠνόμασε. ταῦτα μὲν οὖν ἐστι δι' ὧν τῷ ὀνόματι τούτῳ τὰ χείρω σημαίνεται. ὁ δὲ μέγας Ἰεζεκιὴλ εἰς ὑπογραφὴν ἄγων τῆς γενομένης αὐτῷ θεοφανείας τὴν ὀπτασίαν, ἑνὸς τῶν θείων θεαμάτων τὸ εἶδος τῇ λέξει ταύτῃ διασημαίνει λέγων· καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ὡς εἶδος Θαρσεῖς. φασὶ δὲ οἱ δι' ἀκριβείας τὴν Ἑβραϊκῶν λέξεων τὰς ἐμφάσεις ἐπισκεμμένοι, τὸ ἀχρωματιστόν τι καὶ νοητὸν καὶ ἀσώματον διὰ τῆς λέ-

A qui Eccleſiæ manus eſt loco, ſapientem dominum ſuum in vita imitando, manum corporis ad ſimilitudinem capitis auream reddit. Non erat eiuſmodi manus in Apoſtolorum corpore Iudas ille miſerandus ac miſer, vel potius odio dignus & execrabilis, cui cùm cura eſſet commiſſa pauperum, auaritiæ lepram non abraſit: ſed propter fures marſupij cuſtos, ipſe ſui ipſius fur factus eſt, dum quod in manibus ſuis habebat, propriis manibus cleperet, non ad Dei mandatum, ſed pecunias ipſas reſpiciens: ex quibus deinde fructum alium B nullum percepit, niſi ſtrangulationem, ſpontaneam abruptionem vitæ, certum animæ interitum, monumentum ſceleratum, quod quidem æternùm durabit. Quamobrem manus eſſe bellè tornatas ac ſculptas oportet, vt amputatis iis quæ malè adhærent, aurum ſuperſit: quod ſpecie ſua capitis pulchritudini reſpondeat. Cæterùm vox Tharſis habet ex ſacrarum litterarum conſuetudine ſignificata complura: neque ſemper idem velle deprehenditur. Nam ſæpenumero ad quiddam vituperabile, ſæpenumero ad diuinum & beatum C quiddam eius ſignificatio transfertur. Exempli gratia, quo tempore Ionas vates à Dei conſpectu fugiebat, nauim *Ion. 1.* euntem in Tharſis quærit. Et magnus ille Dauid ait, nauigia Tharſis à ſpiritu vehementi conteri. Quibus in verbis ſpiritum vehementem, vt equidem arbitror, appellat eum qui diſcipulis in *Pſal. 47.* cœnaculo collectis apparuit, ac primò quidem auditu eſt cognitus, quaſi ruens flatus violentus: deinde verò etiam oculis patefactus eſt, linguarum in figuram effictus, ac ſplendenti ignis naturæ ſimilis factus. Ac per hunc quidem D flatum multipliciter humana in natura *Act. 2.* velut innatans vitioſitas conteritur, quam hic Propheta naues Tharſis appellauit. Atque hæc ſignificata ſunt vocis huius, quà peiorem in partem ſumitur. At magnus ille Ezechiel viſio- *Ezech. 1.* nem oblatæ aliquando ſibi patefactionis diuinæ deſcribens, ſpeciem vnius ex diuinis illis ſpectris hac voce exprimit, cùm ait: Et ſpecies eius, quaſi ſpecies Tharſis. Tradunt autem illi, qui accuratè vocum Hebraicarum vim perſpectam habent, hac in illius propheriæ parte per vocabulum hoc ſignificari quiddam, quod colorum & corporis ſit

Matth. 14.

expers, ac mentis intelligentia tantùm A percipiatur. Cùm ergo duplex ſit vocis huius ſignificatum, & verò cuiuis pateat, meliorem in partem hîc eam accipi (non enim vſurpari poterat in encomio, quatenus rem vituperabilem notat) ordo poſtulat, vt hoc iam conſideremus in manibus, quæ laudantur: nimirum quòd ſponte ſua quaſi tornando detritis omnibus, quæcumque ſuperuacanea & corporea in eis erant, ad ſortem diuinam ac mente tantùm comprehenſibilem tranſeant: omni craſſa & graui erga res vitæ huius adfe-

Smaragdi ſculptores. ctione excuſſa. Quale quiddam lapi- B dum ſculptores in maſſa ſmaragdina efficere prædicant. Etenim eo, quod lucidum non eſt, ſed terreſtre, per cotem abſumpto & detrito, ſolum hoc relinquunt, in quo ſplendor quidam viridis & oleæ colorem referens conſpicitur. Atque hanc in ſententiam dici quiddam mihi videtur illuſtrius ab Apoſtolo, conſulente quodam in commentario ſuo, vt remoueamus adfectionem erga res ſub adſpectum cadentes, & ad id quod cerni nequit deſide-

2. Cor. 4. 18 riis animi contendamus. Vt non ſpectemus, inquit, ea quæ cernuntur: ſed C quæ non cernuntur. Nam quæ ſub oculos cadunt, momentanea ſunt: quæ non cernuntur, æterna. Hæc igitur in hoc manuum encomio à nobis conſiderata ſunto, quo pacto illæ ab adfectione erga res craſſas expolitæ, puræ fiant: per inſtitutum animi ad ſortem craſſarum rerum expertem, quæque mente tantùm percipitur, commutatæ. *Manus enim*, inquit, *illius tortiles, aureæ, plenæ tharſis.* Nunc ratio ſeriei poſcit, vt quæ porrò de ventre ſequuntur, perſpiciamus. Sunt autem huiuſmodi verba. *Venter eius tabella eburnea in lapide ſapphiro.* Quo tempore legiſlator naturæ inſcul- D ptam lapideis tabulis legem Moſi tradidit, illas ipſas tabulas appellauit lapideas tabellas, quibus diuini characteres inſculpti erant. Sic enim Moſem com-

Exod. 24. pellat ſuo de his ipſis oraculo. Aſcende ad me in montem, atque ibi eſto. Tradam enim tibi tabellas lapideas, legem ac edicta. Secundum hæc verò, poſteaquam lex ſibi quidquid corporeum eſſet ac terrenum, per claritatem Euangelicam quaſi poliendo detraxit: non iam amplius id, in quo litteræ perſcribũtur, lapidea tabella eſt: ſed facta de ſplendente

ξεως ταύτης ἐν τῇ προφητείᾳ σημαίνεσθαι. ἁπλῆς τοίνυν οὔσης ἐν τῇ λέξει τῆς σημασίας, ἐπεὶ πρόδηλόν ἐστιν, ὅτι πρὸς τὸ χρῆστον νῦν παρελήφθη τὸ ταύτης τῆς φωνῆς σημαινόμενον· οὐ γὰρ ἄν τις ἔπαινον ἐλάμβανε τὸ ὑπαίτιον· ἀκόλουθον ἂν εἴη τοῦτο περὶ τῶν ἐγκωμιαζομένων ἐννοῆσαι χειρῶν· ὅτι ἀκριβῶς ἀφ' ἑαυτῶν πάντα τὸ περιττόν τι καὶ σωματῶδες ἀποτορνεύσασαι, πρὸς τὸ θεῖόν τε καὶ νοητὸν μεταβαίνουσι, τὴν ὑλώδη πᾶσαν καὶ βαρεῖαν περὶ τὰ πράγματα σχέσιν ἐκτιναξάμεναι· οἷόν τί φασι καὶ ἐπὶ τῆς σμαραγδίνης βώλου τοὺς λιθογλύφους ἐργάζεσθαι. τὸ γὰρ ἀφεγγὲς καὶ γεῶδες, διὰ τῆς ἀκόνης ἐκδαπανήσαντές τε καὶ ἀποψήξαντες, ἐκεῖνο μόνον καταλείπουσιν ἀδαπάνητον, ᾧ καθαρά τίς ἐστιν αὐγή, χλοερά τε ἅμα καὶ ἐλαιάζουσα. ὅπερ μοι δοκεῖ σαφέστερον ἑρμηνεύων ὁ θεῖος ἀπόστολος, τοῦτο συμβουλεύει ἔν τινι τῶν ἑαυτοῦ λόγων, ὅτι χρὴ ἀποσκευάζεσθαι τὴν περὶ τὰ φαινόμενα σχέσιν, πρὸς δὲ τὸ ἀόρατον τῇ ἐπιθυμίᾳ ὁρμᾶν. μὴ σκοπούντων γὰρ ἡμῶν, φησι, τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ ἐπαίνῳ τῶν χειρῶν ἐνοήσαμεν, πῶς τῆς ὑλώδους προσπαθείας ἐκτορνευθεῖσαι, ἀκήρατοι γίνονται πρὸς τὸ αὔλόν τε καὶ νοητὸν ἀλλοιούμεναι διὰ τῆς προαιρέσεως. χεῖρες γὰρ αὐτοῦ τορευταί, φησι, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι θαρσεῖς. ἀκόλουθον δ' ἂν εἴη καὶ τὸν ἐφεξῆς λόγον διασκοπῆσαι, ὃν περὶ τῆς κοιλίας πεποίηται. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως. κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου. ὅτι τῷ Μωϋσῇ τὸν ταῖς λιθίναις δέλτοις ἐγχαραχθέντα νόμον, ὁ τῆς φύσεως δίδωσι νομοθέτης, πυξία λιθινὰ τὰς πλάκας ὠνόμασεν, αἷς ἐνετυπώθη τὰ θεῖα χαράγματα· οὕτως εἰπόντος τοῦ πρὸς τὸν Μωϋσέα περὶ αὐτῶν χρηματίσαντος· ὅτι ἀνάβηθι πρός με εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἴσθι ἐκεῖ, καὶ δώσω σοι τὰ πυξία τὰ λιθινά, τὸν νόμον καὶ τὰς ἐντολάς. μετὰ ταῦτα δὲ, ἐπειδὴ τὸ σωματικὸν καὶ γεῶδες ἀπεξύσατο διὰ τῆς εὐαγγελικῆς σαφηνείας ὁ νόμος· οὐκέτι λιθινὸν τὸ δεχόμενον τὰ γράμματα πυξίον ἐστίν· ἀλλ' ἐκ τοῦ λαμπροῦ

τε καὶ νεοξύστου ἐλέφαντος. τὸ γὰρ δεκτικὸν τῶν ἐντολῶν καὶ τὸν νόμον, ὅπερ κοιλίαν ὠνόμασε, πυξίον εἶναί φησιν ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου. πρότερον δὲ οἶμαι χρῆναι τὸ σωματικὸν ὑπόδειγμα φανερὸν τῷ λόγῳ ποιῆσαι, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὴν θεωρίαν τῶν εἰρημένων ἐλθεῖν. πυκνόν τι ξύλον ἡ πύξος ἐστὶ καὶ ὑπόλευκον, ἀφ' ἧς φιλοτεχνοῦσιν ἑαυτοῖς πίνακας, οἷς τὴν γραμμάτων μελέτ. τὸ τοίνυν τοιοῦτον πινάκιον τὸ πρὸς τὴν τῶν γραμμάτων χρείαν κατεσκευασμένον, κἂν ἐφ' ἑτέρας ὕλης τύχῃ γινόμενον, πυξίον καταχρηστικῶς ὀνομάζεται. οὐκοῦν πυξίον ἀκούσαντες, λεῖόν τι σκεῦος ἐπιτήδειον πρὸς γραμμάτων ὑποδοχὴν ἐνενοήσαμεν. ἐπεὶ τοίνυν γενικόν τι τῶν τοιούτων πινάκων ὄνομα τὸ πυξίον ἐστίν. ἐντεῦθεν καὶ τὸ εἶδος τῆς ὕλης τῷ ὑποδείγματι ὁ λόγος προστίθησιν, οὐκ ἀπὸ ξύλου λέγων, ἀλλ' ἐξ ἐλέφαντος εἶναι τὴν κατασκευὴν τοῦ πυξίου. φασὶ δὲ, διὰ πολλὴν πυκνότητα καὶ στερρότητα, τὸ τοιοῦτον ὀστέον ἄφθορον διαμένειν, ἐφ' ὅτι μήκιστον μηδεμίαν ἐκ χρόνου βλάβην παραδεχόμενον. ἡ δὲ σάπφειρος τῷ κυανῷ εἴδει τῆς χροιᾶς εἰς παραμυθίαν τοῦ καμάτου τῶν ὀφθαλμῶν ἐπινοεῖται, τοῖς φιλοπόνως προσανέχουσι τῷ καταγεγραμμένῳ πυξίῳ, φυσικῶς τῆς τοιαύτης αὐγῆς τὰς ὄψεις δι' ἑαυτῆς ἀναπαυούσης. τὸ μὲν οὖν ὑπόδειγμα, ᾧ διὰ συγκρίσεως ὁμοιοῦται ἡ ἐγκωμιαζομένη τῆς ἐκκλησίας κοιλία, τοιοῦτόν ἐστιν. ἐγὼ δὲ παρὰ τῆς προφητείας ἀκούσας τοῦτο διακελευομένης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ὅτι γράψον ὅρασιν σαφῶς εἰς πυξίον, ἔννοιαν λαμβάνω, τί διὰ τοῦ ὀνόματος τῆς κοιλίας ἐν τῷ ἐπαινουμένῳ σώματι τοῦ κυρίου προσήκει νοεῖν· εἰ γὰρ τὴν θείαν ὅρασιν σαφῶς ἐγγραφῆναι τῷ πυξίῳ ὁ λόγος διακελεύεται, τάχα τὸ καθαρὸν τῆς καρδίας, ᾧ διὰ τῆς μνήμης τὰς θείας ὁράσεις ἀπογραφόμεθα, τῷ τῆς κοιλίας ὀνόματι διασημαίνει. καθάπερ ὁ διαστείλας τὸ στόμα τοῦ μεγάλου Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐνθεὶς αὐτῷ τὴν κεφαλίδα τοῦ βιβλίου, πλήρη γραμμάτων καθ' ἑκάτερον εἶδος, κατά τε τὸ ἔξωθεν αὐτοῦ καὶ τὸ ἔσωθεν· φησὶ πρὸς αὐτὸν, ὅτι τὸ στόμα σου φάγεται, καὶ ἡ κοιλία σου πλησθήσεται. τὸ διανοητικὸν τῆς ψυχῆς ᾧ ἐναπετίθετο τὰ θεῖα μαθήματα, κοιλίαν προσαγορεύσας. παραπλησίως δὲ καὶ τὸν μέγαν Ἱερεμίαν, τὸν ὑπὸ τῶν σκυθρωπῶν ἐκείνων

A ac recens polito ebore. Etenim hoc in loco illud, quod edicta & leges Dei recipit, indicatum vocabulo ventris, eſſe tabella eburnea dicitur, in lapide ſapphiro. Atque hoc exemplum corporeum primo nobis declarandum arbitror, atque ita deinde ad contemplationem verborum indicatorum veniendum. Denſum quoddam & ſubalbum lignum eſt buxus, de quo tabellas ſibi conficiunt, qui ſcribere volunt. Huiuſmodi ergo tabella, ſcriptionis ad vſum comparata, etiamſi fortè alia facta ſit ex materie: pyxis (quaſi dicas buxeum) B appellatur, vſurpatione quadam vocis non propria. Quare cùm vocem hanc audimus, inſtrumentũ quoddam læne & aptum ad recipiendas litteras intelligimus. Et verò cùm generale ſit vocabulum ad omnes huiuſmodi tabulas, idcirco hîc etiam materiei ſpecies additur. Non enim dicit ex ligno, ſed ebore factum opus huius tabellæ. Traditur autem huiuſmodi oſſis eam eſſe denſitatem ac ſoliditatem, vt diutiſſimè incorruptum maneat, nihilque detrimenti à tempore accipiat. Sapphirus autem C colore cæruleum imitante recreat fatigatos eorum oculos, qui ſtudioſè intenti ſunt tabellæ huic litteris repletæ: quòd à natura ſic comparatum ſit, vt huiuſmodi ſplendor oculos reficiat. Tale igitur illud eſt exemplum, cum quo venter Eccleſiæ in hoc encomio comparatur. Cæterùm cùm prophetiæ librum in perſona Dei hac exhortatione vti audio, Scribe viſum hoc, & quidem clarè in tabellam: mecum ipſe cogito, quid per vocabulum ventris in corpore Domini, quod hîc laudatur, intelligere conueniat. Quia enim viſum D illud diuinum clarè inſcribi tabellæ vult, fortaſſe cordis puritatem, cui per memoriam viſa diuina inſcribimus, ventris appellatione denotat. Quemadmodum & is, qui magni Prophetæ Ezechielis os aperuit, inque hoc libri volumen poſuit vtrinque litteris refertum, exterius & interius: ait ad eum, Comedet os tuum, ac venter tuus replebitur. Quibus in verbis venter appellatur, pars animi intelligens & ratione prædita, in qua diuinitùs accepta quaſi collocabat. Similiter & magnum illum Hieremiam ſcimus cor ſuum mi-

Buxea tabula.

Sapphirus.

Quid venter.

Ezech. 2.

Hier. 4.

A tificè à triſtibus illis cogitationibus adflictum, ventrem appellaſſe, cùm ait: Venter mihi dolet, & ſenſus cordis mei turbantur. Quòd ſi etiam aliquid addendum eſt ex ſacris litteris, quod certius in hanc ſententiam nos ducat: proferamus id quod ad illos qui crediderant, Dominus dixit. Ait enim aquæ viuæ flumina ex illorum ventre promanare, qui in ipſum credant. Verba ſunt huiuſmodi. Qui credit in me,
Ioan. 7. quemadmodum dixit Scriptura, de illius ventre amnes aquæ viuæ profluent. De his igitur omnibus in hanc ſententiam adducimur, vt ſtatuamus per vocabulum ventris cor purum intelligendum, quod ſit tabella diuinæ legis in
B illis, qui (vt Apoſtolus loquitur) oſtendunt rem legis ſcriptam in cordibus ſuis non attramento, ſed Spiritu Dei viui, litteris huiuſmodi inſculptis animo, non lapideis in tabulis, (quem-
1. Cor. 3.
2. Cor. 3. 3. admodum idem Apoſtolus ait) ſed cordis in tabella, quæ pura, quæ læuis, quæ fulgida eſt. Nam huiuſmodi eſſe conuenit partem animi principem, vt ei clara miniméque confuſa diuinorum oraculorum memoria imprimatur: veluti ſignificantibus quibuſdam litteris diſtincta. Tali verò tabellæ ad encomium ventris abſoluendum pulchrè
C adiungitur etiam ſapphirus. Etenim ſapphiri ſplendor cæruleus eſt. Atque hoc ænigma conſulit nobis, vt cor noſtrum ea quæ ſurſum ſunt velit ac reſpiciat, & iſtic oculos oblectet, vbi theſaurum ſuum conditum habet: ita vt in attendendo diuinis præceptis non fatigetur, ſpe cœleſti recreante cernendi facultatem, quæ animæ oculis ineſt. Ventris laudationem excipiunt crurum encomia. Inquit enim: *Crura illius columnæ marmoreæ, fundatæ ſuper aureas baſes.*
D Multas habet columnas ſapientiæ domus, quam illa ſibi exſtruxit. Multæ item columnæ tabernaculum teſtimonij fulciebant, de materie diuerſa exornatæ: quarum & capitula & baſes erant aureæ, pars media quaſi quodam argenteo veſtitu ornata erat. At Eccleſiæ columnas (nam & Eccleſia domus eſt, quemadmodum Apoſtolus loquitur, cum ait: Quo pacto quis in
1. Tim. 3. Dei domo verſari debeat) marmoreas eſſe dicit ſponſa, baſibus aureis inſiſtentes. Itaque conuenire ſponſæ cum Be-

A νοημάτων ὀδυνωμένην καρδίαν, κοιλίαν ἔγνωμεν ὀνομάζοντα, διό φησιν· ὅτι τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου μαιμάσσει. Εἰ δὲ χρὴ τὸ κυριώτερον τῶν εἰς τὴν διάνοιαν ταύτην ὁδηγούντων ἡμᾶς ἀπὸ τῆς θείας παραθέσθαι φωνῆς, τοῦτό φαμεν, ὅτι πρὸς τοὺς πεπιστευκότας εἶπεν ὁ κύριος· ποταμοὺς λέγων ἐκ τῆς κοιλίας ῥεῖν ὕδατος ζῶντος τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων. ἔχει δὲ οὕτως ἡ λέξις· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. διὰ πάντων τοίνυν τῶν εἰρημένων, τὴν καθαρὰν καρδίαν, διὰ τοῦ τῆς κοιλίας ὀνόματος νοεῖν ἐνα-
B γόμεθα, ἥτις πυξίον τοῦ θείου γίνεται νόμου· τῶν, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐνδεικνυμένων τὸ ἔργον τοῦ νόμου, γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, ἐγχαρασσομένων τῇ ψυχῇ τῶν τοιούτων γραμμάτων, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς καρδίας πυξίῳ, καθαρῷ τε ὄντι καὶ λείῳ, καὶ στίλβοντι. τοιοῦτον γὰρ εἶναι χρὴ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, ὥστε τρανὴν ἐν αὐτῷ καὶ ἀσύγχυτον τῶν θείων λογίων ἐντυπωθῆναι τὴν μνήμην· οἷόν τισι γράμμασιν εὐσήμοις διηρθρωμένην.
C καλῶς δὲ συμπαρείληπται τῷ τοιούτῳ πυξίῳ πρὸς τὸν τῆς κοιλίας ἔπαινον καὶ ὁ σάπφειρος. οὐρανοειδὴς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ σαπφείρου αὐγή. τὸ δὲ τοιοῦτον αἴνιγμα σύμβολον γίνεται τοῦ τὴν καρδίαν ἡμῶν τὰ ἄνω φρονεῖν τε καὶ βλέπειν, ὅπου τὸν θησαυρὸν ἀποτίθεται, κἀκεῖ τὰς ὄψεις προσαναπαύειν· ὥστε μὴ κάμνειν ἐν τῇ προσοχῇ τῶν θείων παραγγελμάτων, τῆς οὐρανίας ἐλπίδος τὸ ὀπτικὸν τῆς ψυχῆς ὄμμα ἀναπαυούσης. εἶτα διαδέχεται τὸν τῆς κοιλίας ἔπαινον, τὸ τῆς κνήμης ἐγ-
D κώμιον. φησὶ γάρ· ὅτι κνῆμαι αὐτοῦ στῦλοι μαρμάρινοι, τεθεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς. πολύστυλος μὲν ἔστι τῆς σοφίας ὁ οἶκος, ὃν ἑαυτῇ ᾠκοδόμησε. πολλοὶ δὲ καὶ οἱ τὴν τοῦ μαρτυρίου σκηνὴν διερείδοντες στῦλοι, διαφόροις ὕλαις κεκοσμημένοι· ὧν κεφαλίδες μὲν ἦσαν καὶ βάσεις χρυσαῖ, τὸ δὲ μέσον τῇ τοῦ ἀργυρίου περιβολῇ κεκαλλώπισται. τοὺς δὲ τῆς ἐκκλησίας στύλους· οἶκος δέ ἐστιν ἡ ἐκκλησία, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος· ὅτι πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι· μαρμαρίνους εἶναι φησὶν ἡ νύμφη, ἐπὶ χρυσῶν βεβηκότας τῶν βάσεων. ὅτι μὲν οὖν συμφωνεῖ τῇ τοῦ Βεσελεὴλ

σοφίᾳ ἡ νύμφη κατὰ τὴν τοῦ κάλλους ὑπογραφὴν, παραπλησίως ἐκείνῳ τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς βάσεις τῷ χρυσίῳ κοσμήσασα, πρόδηλον δ' ἂν εἴη τοῖς τοῖς περὶ τῆς σκηνῆς εἰρημένοις καθομιλήσαντι. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἑκάστῳ τῶν στύλων τὴν κεφαλὴν ἐφαρμόσας ἐπὶ χρυσαῖς ἵστησι βάσεσιν· οὕτως ἐν τούτῳ φησὶν ἡ καθαρῶς πρὸς τὸ τοῦ νυμφίου βλέπουσα κάλλος, κεφαλὴν μὲν αὐτοῦ εἶναι χρυσίον καθαρὸν καὶ ἀκήρατον· τοῦτο γὰρ ἡ τοῦ Κεφὰζ λέξις ἐνδείκνυται· τεθεμελιῶσθαι δὲ τὰς κνήμας ἐπὶ χρυσῶν λέγει βάσεων. πρὸς ὅτι δὲ χρὴ μεταληφθῆναι τὰ περὶ τῶν στύλων αἰνίγματα, τῷ ἁγίῳ Παύλῳ μαθητευόμενοι, τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας οὐκ ἐκπεσούμεθα. ὃς τοὺς προέχοντας ἐν τοῖς ἀποστόλοις Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, στύλους ὠνόμασεν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο προσήκει μαθεῖν, πῶς ἔστι γενέσθαι στῦλον, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς ἄξιοι τῆς τοιαύτης γενοίμεθα κλήσεως· πάλιν καὶ τοῦτο παρὰ τῆς τοῦ Παύλου σοφίας ἀκούσωμεν, ὅς φησι στῦλον εἶναι καὶ τὸ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. οὐκοῦν χρυσίον μέν ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ἡ καὶ βάσις τῶν κνημῶν γινομένη, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλὴν δι' ἑαυτῆς καλλωπίζουσα. τὸ δὲ ἑδραίωμα εἰς τὴν τοῦ μαρμάρου τις φύσιν μεταλαβὼν, οὐχ ἁμαρτήσεται· ὡς εἶναι τοιαύτην τὴν τῶν λεγομένων διάνοιαν. ὅτι αἱ κνῆμαι τοῦ σώματος οἱ μαρμάρινοι στῦλοι, τουτέστιν οἱ τῷ λαμπρῷ βίῳ καὶ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τὸ κοινὸν σῶμα τῆς ἐκκλησίας βαστάζοντές τε καὶ διερείδοντες· δι' ὧν ἥ τε βάσις τῆς πίστεως ἔχει τὸ πάγιον, καὶ ὁ κατ' ἀρετὴν δρόμος ἀνύεται, καὶ ἐν τοῖς ἅλμασι τῶν θείων ἐλπίδων, ὅλον τὸ σῶμα μετέωρον γίνεται. διὰ τῶν δύο κατορθοῦται τούτων, ἀληθείας καὶ βεβαιότητος· τοῦ μὲν χρυσοῦ μεταλαμβανομένου πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἥ τις κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν θεμέλιος τῆς θείας κατασκευῆς γίνεταί τε καὶ ὀνομάζεται. οὕτως γάρ φησιν· ὅτι θεμέλιον ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Χριστὸς δέ ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ᾗ ἐνθεμελιοῦνται αἱ κνῆμαι, οἱ στῦλοι τῆς ἐκκλησίας. διὰ τοῦ μαρμάρου νοούντων ἡμῶν, τό τε λαμπρὸν τοῦ βίου, καὶ τὸ πρὸς τὸ τῶν ἀγαθῶν διάθεσιν ἐμβριθές τε καὶ ἀμετάθετον. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ μὲν οἱ στῦλοι τοῦ μαρτυρίου τῆς σκηνῆς, πολλοὶ δὲ καὶ οἱ τὸν τῆς σοφίας οἶκον διαβαστάζοντες· δύο δὲ νῦν ἐξαρκοῦσιν ὅλον ἀνέχειν ἐφ' ἑαυτῶν τὸ σῶ-

A ſeleeli ſapientia in pulchritudinis deſcriptione, quippe quæ itidem vt ille auro caput ac baſes ornauerit, cuiuis patet, qui ſcripta de tabernaculo nota familiariter habet. Nam vt ille aureo capite columnis ſingulis adaptato, ſingulas etiam in aurea baſe collocat: itidem ait hoc loco, quæ purè ſponſi pulchritudinem intuetur, caput quidem eius eſſe aurum purum & labis expers (hoc enim vocabulum Cephaz declarat) crura verò fundata eſſe in baſibus aureis. Quamcumque autem ſumenda ſint in partem hæc de co- B lumnis ænigmata, certè ſi Paulo, viro ſancto, tanquam diſcipuli adſentiemur, à vera ſententia non aberrabimus. Nam is Apoſtolos eximios, Petrum, Iacobum, Ioannem, Eccleſiæ columnas appellauit. *Galat. 2.* Et verò quia diſcere conuenit, quo pacto quis fieri columna poſſit, vt & nos digni hac appellatione ſiamus: rurſus hoc quoque de Pauli ſapientia intelligamus, qui columnam ait veritatis firmamentum eſſe. *1. Tim. 3.* Itaque aurum eſt veritas, quæ eadem & crurum baſis eſt, & manibus C atque capiti ornamentum aliquid adfert. At firmamenti vocem ſi quis ad marmoris naturam transferat, non errabit: ita vt huiuſmodi verborum ſit ſententia. Crura videlicet corporis eſſe columnas marmoreas, hoc eſt illos, qui illuſtri vita & ſana doctrina commune corpus Eccleſiæ geſtent atque fulciant: per quos & fidei baſis firma ſtat, & virtutis curſus abſoluitur, & in ſaltibus diuinæ ſpei totum corpus attollitur. Fiunt autem hæc præclarè per iſta duo, nimirum veritatem ac firmitatem: ita vt aurum ad veritatem accom- D modetur, quæ de Pauli ſententia fundamentum ædificij diuini eſt & dicitur. Sic enim ait: Fundamentum aliud ponere nemo poteſt, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus. Chriſtus autem veritas eſt, in qua crura fundantur, quæ columnæ ſunt Eccleſiæ. *1. Cor. 3.* Per marmor autem intelligamus vitæ ſplendorem, & conſtantiam, atque immutabilitatem in adfectione erga illa quæ bona ſunt. Quia verò multæ ſunt in tabernaculo teſtimonij columnæ, multæ item ſapientiæ domum columnæ fulciunt, cùm interim hîc duæ ſufficiant toti corpori ſuſtinendo:

fortaſſis aliam quandam ad ſententiam ænigmatis huius ſcopus referendus eſt. Arbitror enim hoc adſtrui per illa, variis videlicet modis ad virtutem nos per legem duci, ac multa quoque præcepta eſſe ſapientiæ, quæ tamen eundem ad ſcopum reſpiciant. At conciſum Euangelij ſermonem ad facilem numeratu, ac velut in pauca contractam vitæ virtuti conſentaneæ perfectionem nos ducere cognoui. Ait enim Dominus: Ab hiſce duobus mandatis lex tota pendet ac prophetæ. Idem verò eſt, ſiue quid oneris ſuſpenſum de te, ſiue impoſitum ſuſtineas. Nam robur illius, qui pondus aliquod geſtat, vtroque modo conſimiliter intenditur. Etenim ferre illud ex æquo dicitur, ſiue appenſum onus ſit, ſiue manu ſubiecta quid geſtet. Quare cùm Dominus quidem dicat, ab his duobus mandatis legem vniuerſam cum prophetis pendere; ſponſa verò à duabus columnis, quæ fundamentis aureis innitantur, geſtari corpus commemoret; rectè fecerimus, ſi ad contemplationem huius de cruribus ænigmatis, duo illa mandata adhibuerimus. Eorum alterum, primum appellat Dominus, alterũ, primo ſimile. Inquit enim, Deũ toto corde, & animo, & facultate virium diligere, mandatum primũ eſſe, promimũ verò diligere quaſi ſeipſum, eius verò mandati vim parem eſſe, quæ ſit primi. Paulus etiam, dum quaſi quandam domum, quæ Deum excipiat, magnum illum Timotheum exſtruit, duas haſce colũnas in eo ſtatuit, quarum alteri Fidei nomen indit, alteram Conſcientiam vocat. Per fidem intelligit dilectionem erga Deum, de toto corde, & animo, & viriũ facultate profectam: per bonam verò conſcientiam, adfectionem quandã erga proximum, cum amore coniunctam. Et fortaſſis hęc poſterius à nobis inuenta ſententia, priori ſenſui non aduerſatur. Nam per vtrumque horum columnas fieri licet tales, quales erãt Petrus, Iacobus, Ioannes, & ſi quis alius hoc nomine vel fuit antehac vel erit deinceps dignus. Nam qui in hiſce duobus mandatis perfectus eſt, is & columna fit & firmamẽtum veritatis, vt Apoſtolus loquitur. Adeoque duabus hiſce pręclaris rebus vniuerſum Eccleſiæ corpus quaſi quibuſdam cru-

Matth.22. — Ibidem. — 1.Tim.1. — 1.Tim.3.15

A μα· τάχα πρὸς ἄλλην τινὰ διάνοιαν χρὴ μεταγαγεῖν τὸν σκοπὸν τοῦ αἰνίγματος. οἶμαι γὰρ διὰ τούτων ἐκεῖνο κατασκευάζεσθαι· τὸ πολυειδῶς μὲν γίνεσθαι τὰς ἐκ τοῦ νόμου πρὸς ἀρετὴν ὁδηγίας, πολλὰ δὲ καὶ τῆς σοφίας εἶναι τὰ παραγγέλματα, πρὸς τὸν αὐτὸν ὁρῶντα σκοπόν· τὸν συντετμημένον τοῦ εὐαγγελίου λόγον, εἰς εὐαρίθμητόν τε καὶ συνεσταλμένον ἀγαγεῖν ἀπεσόδρ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου τὴν τελειότητα ἔγνωκα. οὕτως εἰπόντος τοῦ κυρίου, ὅτι ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς, ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. B ἴσον δὲ πάντως ἐστὶν εἰς δύναμιν, ἢ ὑποκρεμάμενον ἀνέχειν τὸ βάρος, ἢ ἐπικείμενον. εἷς γὰρ δι' ἀμφοτέρων θεωρεῖται ὁ τῆς δυνάμεως τόνος, τοῦ καθ' ἑκάτερον τρόπον τὸ ἄχθος βαστάζοντος. φέρει γὰρ ὁμοίως δι' ἑαυτοῦ, εἴτε ἐπηρτημένον ἔχει τὸ βάρος, εἴτε περιλαμβάνοι τῇ παλάμῃ τὸ βασταζόμενον. ἐπεὶ οὖν ὁ μὲν κύριος ἐν ταύταις φησὶ ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς, ὅλον τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας κρέμασθαι· νῦν δὲ ἡ νύμφη δύο στύλοις ἐπὶ χρυσῶν θεμελίων βεβηκόσι βαστάζεσθαι λέγει τὸ σῶμα· καλῶς ἂν C ἔχοι πρὸς τὴν θεωρίαν τοῦ κατὰ τὰς κνήμας αἰνίγματος, συμπαραλαβεῖν τὰς δύο ἐντολὰς ἐκείνας. ὧν τὴν μὲν, πρώτην ὀνομάζει ὁ κύριος· τὴν δὲ, ὁμοίαν τῇ πρώτῃ λέγων, τὸ μὲν ἀγαπῆσαι τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως, τὴν πρώτην ἐντολὴν εἶναι· τὸ δὲ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, ἰσοδυναμεῖν τῇ πρώτῃ. ἀλλὰ καὶ ὁ Παῦλος οἶκόν τινα οἰκεῖον δεκτικὸν τοῦ Θεοῦ κατασκευάζων τὸν μέγαν Τιμόθεον, τοὺς δύο τούτους ἵστησιν ἐν ἑαυτῷ στύλους, τῷ μὲν ὄνομα θέμενος πίστιν, τῷ δὲ ἑτέρῳ συνείδησιν. διὰ μὲν τῆς πίστεως, D τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην τὴν ἐξ ὅλης καρδίας τε, καὶ ψυχῆς, καὶ δυνάμεως σημαίνων· διὰ δὲ τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως, τὴν ἀγαπητικὴν εἰς τὸν πλησίον διάθεσιν. τάχα δὲ οὐκ ἐναντιοῦται τῷ προτέρῳ νοήματι ἡ νῦν ἐφευρεθεῖσα διάνοια. δι' ἀμφοτέρων γὰρ τούτων ἔστι τὸ γενέσθαι στύλους, τοὺς κατὰ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, καὶ εἴ τις ἄλλος κατ' ἐκείνους τοῦ τοιούτου ὀνόματος ἄξιος ἢ γέγονεν ἢ γενήσεται. ὁ γὰρ ἐν ταύταις δυσὶν ἐντολαῖς τελεωθεὶς, στύλος, καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου φωνὴν κατασκευάζεται. ὥστε τοῖς δύο τούτοις κατορθώμασιν ὅλον τὸ σῶμα τῆς ἀληθείας καθάπερ κνήμαις τισὶν ἐπερείδεσθαι,

ἐναπερείδεσθαι, τοῦ χρυσοῦ θεμελίου τῆς κατὰ τὴν πίστιν βάσεως, τὸ ἀκλινές τε καὶ ἀμετάθετον, καὶ τὸ ἐν παντὶ ἀγαθῷ πάγιον τοῖς λογισμοῖς ἐμποιοῦντος. μετὰ δὲ τοὺς ἐπαίνους τούτους, καθάπερ ἀνακεφαλαιουμένη ὅλον τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος, φησίν· εἶδος αὐτοῦ, ὡς Λίβανος ἐκλεκτὸς, ὡς κέδροι. φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμὸς, καὶ ὅλος ἐπιθυμία, οὗτος ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ. ἐν τούτῳ γὰρ οἶμαι σαφέστερον αὐτὴν διασημαίνειν, ὅτι τὸ περὶ τὸ βλεπόμενον τοῦ νυμφίου κάλλος ἐστὶν ὁ ἔπαινος· ἐκεῖνο φημὶ τὸ βλεπόμενον, ὃ διὰ τῶν καθ' ἕκαστον μελῶν τῶν συμπληρούντων τὴν ἐκκλησίαν, σωματοποιεῖ ὁ ἀπόστολος. ἓν γὰρ εἶδος αὐτοῦ φησιν εἶναι τὰς μυριάδας τῶν κέδρων, αἷς διείληπται πανταχόθεν ὁ Λίβανος. δηλοῦσα διὰ τῶν λεγομένων, ὅτι οὐδὲν ταπεινὸν καὶ χαμαίζηλον συντελεῖ πρὸς τὴν εὐμορφίαν τοῦ σώματος, ἐὰν μή τι κατὰ τὴν κέδρον ὑψηλὸν εἴη, καὶ πρὸς τῇ κορυφῇ ἐπειγόμενον. μᾶλλον δὲ τὸ παρατεθὲν ἐν τοῖς εἰρημένοις πρῶτον κατανοήσωμεν. Εἶδος αὐτοῦ, φησιν, ὡς Λίβανος ἐκλεκτός. ἐκλογὴ δὲ παντὸς πράγματος διὰ τῆς τοῦ ἐναντίου παραθέσεως γίνεται. ἐπεὶ οὖν ὁμώνυμόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἐπί τε τοῦ ὄντως ὄντος τοιούτου, καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος μὲν, ὑποκρινομένου δὲ δι' ἀπάτης, καὶ δοκοῦντος εἶναι ὃ οὐκ ἔστιν· ὁ μὴ διαμαρτὼν τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως, τὸ ἐξειλεγμένον ἀγαθὸν ἀντὶ τῶν ἠπατημένου οὐ προείλετο. ἐπεὶ οὖν ἐνταῦθα τῷ ἐκλεκτῷ Λιβάνῳ τὸ εἶδος τοῦ νυμφίου παρείκασε, δύο κατὰ τὸ ἀκόλουθον Λιβάνους ὁ λόγος νοεῖν ὑποτίθεται· ἕνα μὲν τὸν πονηρὸν καὶ ἀπόβλητον, τὸν ἴσα τῷ μόσχῳ κατὰ τὴν προφητείαν μετὰ τῶν κέδρων τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ συντριβόμενον, ἕτερον δὲ τὸν ἐκλεκτόν τε καὶ τίμιον, οὗ τὸ κάλλος θεοπρεπές ἐστι καὶ ποικίλον. τὸ δὲ νοούμενον διὰ τῶν εἰρημένων, τοιοῦτόν ἐστιν. εἷς βασιλεὺς κυρίως τε καὶ ἀληθινῶς καὶ πρώτως ἐστὶν, ὁ βασιλεὺς πάσης τῆς κτίσεως. ἀλλ' ὅμως καὶ ὁ κοσμοκράτωρ τοῦ σκότους σεμνύνει ἑαυτὸν τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι. λεγεῶνες ἀγγέλων παρὰ τῷ ἀληθινῷ βασιλεῖ, καὶ λεγεῶνες δαιμόνων παρὰ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους. ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις ὑπὸ τὸν βασιλέα τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριον τῶν κυριευόντων· ἔχει κἀκεῖνος, κατὰ τὴν ἀποστόλου φωνὴν,

A ribus innititur, aureo baſis illius fundamento, quæ fides eſt, immobilitatē non mutabilem & conſtantiā in omni bono animis indente. Poſt has verò laudes quaſi paucis verbis repetens vniuerſam ſponſi pulchritudinē, ait: *Species ipſius, vt electus Libanus, vt cedri. Guttur eius dulcedo, ac nil niſi deſideriū eſt, cognatus meus, & proximus mihi, filiæ Hieruſalē.* Quibus in verbis clarius indicare ſponſam arbitror, verſari encomiū ipſius in ea ſponſi pulchritudine, quæ ſub aſpectū cadat. Id autē intelligo per hoc, quod ſub oculos cadit, de quo quaſi quoddam corpus conſtituit Apoſtolus, collectis mēbris ſingulis, quę B integrā Eccleſiam abſoluunt. Ait enim ſponſa vnā ipſius ſpeciē eſſe infinitas illas cedros, quibus vndiq; Libanus cinctus ſit. Quibus verbis ſignificat, nihil humile neq; abiectū ad venuſtatem corporis illius cōferre, niſi ſublime ſit inſtar cedri, ac vertice ſuo ſurſū tendat. Satius autē fuerit, vt illud quod primum inter cōparationes poſitū eſt, conſideremus. *Species ipſius*, inquit, *vt electus Libanus*. Electio alicuius rei fit, cùm iuxta eā contrariū quid collocatur. Itaq; cùm vna boni appellatio diuerſa ſignificet, ac ſimul de eo vſurpetur, quod reuera bonum eſt, & quod tale non eſt, ſed per fraudē eſſe ſe C bonum ſimulat, idq; videtur eſſe quod nō eſt: qui in boni dijudicatione nō fallitur, quod eximiè ſelectūq; bonū eſt, erroneo & fallaci nō præfert. Quāobrem cùm hoc loco ad electū Libanum ſponſi formā comparat, conſentanea ratione colligitur, moneri nos vt Libanos eſſe duos intelligamus, alterū malum & reijciendum, qui perinde ac vitulus ille (quemadmodū Propheta loquitur) vnà cum cedris ſuis conterēdus eſt: alterum electum & pretioſum, cuius elegātia diuina ſit, & maieſtatē inſignē prę ſe ferat. *Pſal. 28. 6.* De his autem tale quiddā percipimus. D Propriè, verè, ac primariè rex vnus eſt, rex ille rerum omnium creatarum. Nihilominus etiā mundi dominus, ille tenebrarū rector, regiū ſibi nomē arrogat. Legiones Angelorum ſunt apud verum regem: & dæmonū legiones apud principem poteſtatis tenebrarum. Principatus, poteſtates, copiæ ſubſunt regi regū, & domino dominatorum: itidem & *Col. 1. 15.* alter (quemadmodum Apoſtolus ait)

habet imperia, poteſtates, copias, quæ abrogabuntur, cùm malum in nihilum redigetur. Sunt enim hæc Apoſtoli verba: Cùm aboleuerit omnẽ principatum, & omnem poteſtatẽ, & omnem virtutẽ. (1. Cor. 15. 24.) Cernit propheta ille ſedentem ſublimi ac eleuato in ſolio regem gloriæ, itidem ille ſolium ſuũ ſupra ſidera ſe collocaturum profitetur, ita vt altiſſimo ſit ſimilis. Habet ampla in domo ſua dominus vniuerſi vaſa electionis: itidem ille vaſa iræ habet, cõparata ad interitum. (Rom. 9.) Præterea vitam & pacẽ per angelos dignis ſuppeditat angelorum Dominus; etiã ille furorem, & iram, & adflictionem per ſceleratos angelos immittit. (Pſal. 77.) Et quid opus eſt ſingula cõmemorare, per quæ aduerſarius ille contra naturã ipſius boni ſeſe erigit? Cùm igitur eius ratione, quod ſub ſenſus cadit, illuſtre quoddã ſpectaculum ſit mons Libanus vndique ſublimibus cedris opacus ac denſus; idcirco diuerſos in ſenſus ratione illius quod cernitur, in ſacris litteris quaſi diuiditur, aptè atque idoneè vtramque in partem ſumptum. Eoque videre eſt idem vocabulum apud eoſdẽ prophetas, pro ſignificatorũ diuerſitate, tam in laude, quàm vitio poſitum. Modò enim conterit cedros Libani Dominus, & vniuerſum Libanum vnà cum cedris in eo cõminuit (Pſal. 28.) inſtar eius vituli, qui in ſolitudine pro idolo fabricatus erat: quibus verbis propheta docere vult, ipſam malitiam & omnem ortam ex ea ſublimitatẽ, aduerſus cognitionẽ Dei ſe erigentem, in nihilum redigendã eſſe. Aliàs verò meliorem in partẽ ſumitur, vt cùm Propheta idem ait: Iuſtus vt palma florebit, vt cedrus in Libano amplificabitur. (Pſal. 91.) Nam reuera iuſtus (Dominus autem eſt iuſtus ille) qui propter nos ortus eſt de terra: is igitur eſt alticoma illa palma, quæ exorta in naturæ noſtræ ſilua, mons fit, aucta cedris eorum, qui per fidem in ipſo radices agunt, quæ quidem cedri cùm plantatæ in Dei domo fuerint, in atriis Dei noſtri florebunt. Hanc autem domum Eccleſiã eſſe intelligimus, Apoſtolum ſequuti: in qua cedri Dei conſeruntur. (1. Cor. 12.) Per atria verò æterna illa tabernacula accipimus, in quibus & florent ſpes bonæ, & ſuo tempore pateſiunt. Quare cùm Chriſti corpus

A ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεις, τὰς καταργουμένας, ὅταν μέλλῃ τὸ κακὸν εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεσθαι. ὅταν γὰρ καταργήσῃ, φησὶ, πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. ἐπὶ θρόνου βλέπει ὁ προφήτης τὸν βασιλέα τῆς δόξης καθήμενον, ἐφ' ὑψηλοῦ τε καὶ ἐπηρμένου, κἀκεῖνος ἐπαγγέλλεται θήσειν ἐπάνω τῶν ἄστρων, τὸν ἴδιον θρόνον, ὥστε εἶναι ὅμοιον τῷ ὑψίστῳ. σκεύη ἐκλογῆς ἐν τῇ μεγάλῃ ἑαυτοῦ οἰκίᾳ ὁ τοῦ παντὸς ἔχει δεσπότης, ἔχει κἀκεῖνος σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν. πάλιν ζωὴν καὶ εἰρήνην διʼ ἀγγέλων χορηγεῖ τοῖς ἀξίοις ὁ τῶν ἀγγέλων B κύριος· κἀκεῖνος θυμὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ θλίψιν ἀποστέλλει διὰ τῶν ἀγγέλων τῶν πονηρῶν. καὶ τί χρὴ τὰ καθʼ ἕκαστον λέγειν, ἐν οἷς κατὰ τὸ ἐναντίον ἀντεπαίρεται πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ὁ ἀντικείμενος; ἐπεὶ οὖν κατὰ τὸ αἰσθητὸν, περιφανές ἐστι θέαμα τὸ ὄρος ὁ Λίβανος πανταχόθεν ταῖς ὑψηλαῖς κέδροις συνηρεφής τε καὶ λάσιος, τούτου χάριν πρὸς τὰς ἐναντίας ἐννοίας, διὰ τῶν κατὰ τὸ ἐμφαινόμενον ὑποδειγμάτων ὑπὸ τῆς γραφῆς τὸ ὄρος μερίζεται, προσφόρως λαμβανόμενον C καθʼ ἑκάτερον. καὶ οὕτως ἐστὶ παρὰ τοῖς αὐτοῖς προφήταις ἰδεῖν τὸ αὐτὸ ὄνομα κατὰ τὴν τῶν δηλουμένων διαφορὰν, ἐπαινουμένων τε καὶ κακιζομένων. νῦν μὲν γὰρ συντρίβει κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ ὅλον τὸν Λίβανον μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ κέδρων λεπτυνεῖ, καθʼ ὁμοιότητα τοῦ εἰδωλοποιηθέντος μόσχου ἐν τῇ ἐρήμῳ. διὰ τούτου ἡ προφητεία παρίστησιν, ὅτι αὐτή τε ἡ κακία καὶ πᾶν τὸ ἐξ αὐτῆς ὕψωμα τὸ κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐπηρμένον, εἰς τὸ μὴ ὂν περιστήσεται. νῦν δὲ τὸ κρεῖττον αὐτοῦ μεταλαμβάνει τὴν σημασίαν D λέγων· δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. ὁ γὰρ ἀληθῶς δίκαιος· κύριος δέ ἐστιν ὁ δίκαιος· ὁ διʼ ἡμᾶς ἐκ γῆς ἀνασχὼν, ἐκεῖνός ὁ ὑψίκομος φοῖνιξ, ὁ ἐν τῇ ὕλῃ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀνατείλας, ὄρος γὰρ ταῖς κέδροις τῶν ῥιζουμένων διὰ πίστεως ἐν αὐτῷ πληθυνόμενος, αἵτινες ὅταν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ φυτευθῶσιν, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσιν. οἶκον δὲ τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου ὑφήγησιν ἐνενοήσαμεν· ἐν ᾧ γὰρ ἡ τῶν κέδρων τοῦ Θεοῦ φυτεία. αὐλὰς δὲ τὰς αἰωνίους σκηνὰς, ἐν αἷς ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐξάνθησίς τε, καὶ φανέρωσις τοῖς καθήκουσι χρόνοις γενήσεται. ἐπεὶ τοίνυν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ

διὰ τῶν καθ' ἕκαστον ἐκπληροῦται μελῶν. τὰ γὰρ πολλὰ μέλη, ἓν σῶμα γίνεται, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, τούτου χάριν ὅλον τὸ τοῦ νυμφίου κάλλος τὸν ἐκλεκτὸν ὠνόμασε Λίβανον, τὴν πρὸς τὸν ἀπόβλητον Λίβανον διαφορὰν τῷ ἐκλεκτῷ διαστείλασα. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ Λίβανος κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσούμενος, ὅταν ἐκ τῆς τοῦ Ἰεσσαὶ ῥίζης ἀνατείλῃ τὸ ἄνθος, καὶ ἡ τῆς ἐξουσίας ῥάβδος ἀναφύῃ, δι' ἧς μεταβάλλεται τοῦ τε λέοντος, καὶ τῆς παρδάλεως, καὶ τῶν ἀσπίδων ἡ φύσις πρὸς τὸ τιθασσόν τι καὶ ἥμερον· ὥστε συνδιαιτᾶσθαι μὲν τῷ μόσχῳ τὸν λέοντα, συναναπαύεσθαι δὲ τῷ ἐρίφῳ τὴν πάρδαλιν, ἐπιστατεῖν δὲ τούτων τὸ παιδίον ἐκεῖνο τὸ νήπιον ὃ ἐγεννήθη ἡμῖν· οὗ ἡ χεὶρ ἐν τῇ τρώγλῃ τῶν ἀσπίδων γίνεται, καὶ τῶν ἐκγόνων τῆς ἀσπίδος ἐφαπτομένη, καὶ τὸν ἰὸν αὐτῶν ἀπαμβλύνουσα· ὧν γινομένων φησὶν ὁ προφήτης, ὅτι καὶ ὁ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. ὅσα δὲ μηνύει διὰ τῶν αἰνιγμάτων τούτων ἡ προφητεία, ὡς πρόδηλα πᾶσιν ὄντα, περιττὸν ἂν εἴη δι' ἀκριβείας ἐκτίθεσθαι. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸ γεννηθὲν ἡμῖν παιδίον, τὸ τῶν ἀσπίδων τῇ χειρὶ ἐφαπτόμενον, οὗ ἡ ἐπιστασία τὰ δηλητήρια τῶν θηρίων ποιεῖ τοῖς ἡμέροις ὁμόσκηνα, τῆς φυσικῆς πικρίας λήθην ποιούμενα; ἐπεὶ οὖν πίπτει διὰ τούτων ὁ Λίβανος ἡ κακία, καὶ συγκαταπίπτει ἡ πρώτη τῶν κακῶν ἀρχή, τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας ὑψώματα· διὰ τοῦτο τῷ ἐκλεκτῷ Λιβάνῳ παρεικάζει ἡ νύμφη τοῦ κυρίου τὸ κάλλος, οὕτως εἰποῦσα τοῖς ῥήμασιν· εἶδος αὐτοῦ, ὡς Λίβανος ἐκλεκτός, ὡς κέδροι. προστίθησι δὲ καὶ τῷ φάρυγγι τὸν κατάλληλον ἔπαινον, γλυκασμόν τε αὐτὸν καὶ ἐπιθυμίαν ὀνομάσασα· ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως· φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμός, καὶ ὅλος ἐπιθυμία. ὃ δὲ περὶ τούτου νοοῦμεν, τοιοῦτόν ἐστι. τὸ ὑπὸ τὸν ἀνθερεῶνα μέρος, φάρυγγα καλεῖ ἡ συνήθεια. ᾧ φασι τὸν ἦχον τῇ προσπτώσει τοῦ ἐκ τῆς ἀρτηρίας πνεύματος ἀπογεννᾶσθαι περιδονούμενον. ἐπεὶ οὖν κηρία μέλιτος οἱ καλοί εἰσι λόγοι· λόγου δὲ ὄργανόν ἐστιν ἡ φωνή, ἧς ἡ γένεσίς ἐστιν ἐκ φάρυγγος, τάχα τοὺς ὑπηρέτας τε καὶ ὑποφήτας τοῦ λόγου, ἐν οἷς λαλεῖ ὁ Χριστός, τῷ ὀνόματι τούτῳ σημαίνεσθαι νοῶν τις, οὐχ ἁμαρτήσεται. καὶ γὰρ ὁ μέγας Ἰωάννης ἐρωτηθεὶς ὅστις εἴη, φωνὴν ἑαυτὸν κατωνόμασεν, ἐπειδὴ τοῦ λόγου πρόδρομος ἦν· καὶ ὁ μακάριος Παῦλος δοκιμὴν ἐδίδου

A per membra ſingula fiat integrum, (Membra enim multa corpus vnum fiunt, inquit Apoſtolus) Eam ipſam ob cauſſam totam ſponſi venuſtatem appellauit electum Libanum, diſcrimen huius & Libani qui reijcitur, per vocem electi conſtituens. Nam alter ille Libanus eſt, qui ſecundum Eſaiam vnà cum ſublimibus corruet, cùm ex radice Ieſſæa flos ille exortus fuerit, & virga poteſtatis enata, qua & leonis, & pardi, & aſpidum natura commutabitur in cicurem quandam manſuetudinem: ita vt leo cum vitulo degat, pardalis B cum hœdo requiem capiat, præſit iis denique puer ille puſillus, qui nobis natus eſt: cuius manus in cauernam aſpidum penetrat, & ſobolem aſpidis attingens, venenum earum hebetat. Quæ vbi acciderint, futurum ait Propheta, vt & Libanus cum ſublimibus corruat. Quæcumque verò hæc prophetia per ænigmata indicat, ea tanquam manifeſta omnibus, accuratè explicare velle, fuerit ſuperuacaneũ. Quis enim ignorat puerum illum nobis natum? qui manu ſua contingit aſpides, cuius præfectura beſtias pernicioſas ſub idem cum cicu- C ribus tectum redigit, naturalis acerbitatis oblitas? Quare cùm Libanus ille, qui eſt malitia, per hæc corruat, atque etiam vnà cum hoc principium malorum corruat, ſublimitates nimirum aduerſus veritatem erectæ: idcirco pulchritudinem Domini ſponſa cum Libano electo confert, hiſce verbis prolatis: *Species ipſius, vt electus Libanus, vt cedri.* Addit autem gutturi quoque conueniens encomium, quum illud & dulcedinem, & deſiderium appellat. Verba ſunt huiuſmodi: *Guttur eius dulcedo, ac nil niſi deſiderium eſt.* Quibus de verbis huiuſmodi quiddam nobis ad animum accidit. Partem eam, D quæ ſub mẽto eſt, guttur appellare conſueuimus, à quo ſonum conformari tradunt, dum allabitur huc quadam cum illiſione Spiritus ex arteria. Quare cum faui mellis ſint prҫclari ſermones, & ſermonis ſit inſtrumẽtum vox, cuius ortus eſt è gutture, fortaſſe miniſtros & interpretes ſermonis, in quibus Chriſtus loquitur, hac voce qui ſignificari cogitat, à verò nõ aberrabit. Nam & magnus ille Ioãnes rogat⁹ quis eſſet, vocẽ ſe appellauit, quippe qui Verbi præcurſor eſſet: & beatus ille Paulus documentum edebat

Explicatio loci Eſa. 10.

Ioan. 1.

Vocẽ Ioannes cur ſe dixerit.

loquentis in ſe Chriſti, cui quia vocem ſuam locauerat, nil niſi dulcedo erat per ipſum loquens. Omnes itidē prophetæ, quia ſpiritui ſonum in eis edenti membra ſua vocalia conceſſerant, nil niſi dulcedo erant, mel diuinum è gutture ſuo, velut è quodam fonte promentes, quo quidem & reges, & priuati homines ſalubriter vtuntur: cuius fruitio cupiditatem ſatietate non imminuit, ſed multò magis deſiderium per expetitorum participationem alit. Propterea dixit illud nihil eſſe aliud, quàm deſiderium: quaſi quadā definitione pulchritudinē quæſiti hac voce deſcribens. *Nil*, inquit, *eſt, niſi deſideriū.* Quàm beata ſunt illa membra, per quæ totum nil niſi deſiderium fit: quæque per abſolutā in omni bono perfectionē, efficiunt amabilem quandam ex omnibus temperatā venuſtatē, ita vt vniuerſum nō modò quod oculos attinet, quod manus, quod cincinnos, ſed etiā propter pedes, crura, guttur deniq; ſit deſiderabile, neque mēbrum vllum in hac pulchritudinis excellētia deteriore ſit conditione, quàm cætera. *Hic eſt*, inquit, *cognatus meus, & hic proximus meus, filiæ Hieruſalem.* Poſtquàm enim per picturā orationis ſubiecit earum oculis omnia iudicia, de quibus fieri agnitio quæſiti poſſet, tandem oratione demonſtrante vtitur, quaſi diceret. Hic eſt ille quē quærimus, qui propterea quòd frater nobis factus ſit, ortus ex Iuda, proximus factus eſt illi, qui in latrones incidit, atque oleo, vino, faſciis vulnera illius ſanauit, iumento proprio impoſuit, in diuerſorio recreauit, duobus ad victū denariis donauit, pollicitus etiā ſe in reditu, quod præter mandatum inſumptum eſſet, redditurum. Nec obſcurū eſt, quò hæc ſingula ſpectent. Nam cùm legis interpres Dominum tentaret, ſeque ſupra cæteros oſtentare vellet, ac parem cum aliis conditionem ſuperbè reſpueret his verbis: Et quis eſt meus proximus? tum verò quadā narratione ſcriptura totam adminiſtrationē benigniſſimā exponit, cōmemorato deſcenſu hominis de loco ſuperiore, & latronū inſidiis, & indumēti interitus expertis ademptione, & peccati vulneribus, & progreſſu mortis ad dimidiam vſque partē naturę penetrantis, retinente immortalitatem anima:

1.Cor.13

Luc.10.

A τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ. οὗ τὴν φωνὴν ἑαυτῷ χρήσας, γλυκασμὸς ἦν δι' ἐκείνου φθεγγόμενος. καὶ πάντες οἱ προφῆται τὰ φωνητικὰ ἑαυτῶν ὄργανα τῷ ἐνηχοῦντι αὐτοῖς πνεύματι παραχωρήσαντες, γλυκασμὸς ἐγίνοντο, τὸ θεῖον μέλι διὰ τοῦ λάρυγγος τοῦ ἰδίου πηγάζοντες, ᾧ βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται· οὗ ἡ ἀπόλαυσις οὐκ ἐπικόπτει τὴν ἐπιθυμίαν τῷ κόρῳ, ἀλλὰ τρέφει μᾶλλον διὰ τῆς τῶν ἐπιθυμουμένων μετουσίας τὸν πόθον. διὰ τοῦτο καὶ ὅλον αὐτὸν ἐπιθυμίαν κατονομάζει, οἷόν τινι ὁρισμῷ τὸ τοῦ ζητουμένου κάλλος διὰ ταύτης τῆς φωνῆς ὑπογράφουσα. B ὅλος γάρ, φησιν, ἐπιθυμία. ὡς μακάρια τὰ μέλη ἐκεῖνα, δι' ὧν τὸ ὅλον ἐπιθυμία γίνεται· διὰ τῆς ἐν παντὶ ἀγαθῷ τελειότητος, σύγκρατον ἐκ πάντων τὸ ἐράσμιον ἀπεργαζόμενα κάλλος· ὥστε ὅλον μὴ ἐν ὀφθαλμῷ μόνον καὶ χερσὶν ἢ βοστρύχοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ποσὶ καὶ ἐν χερσὶ, καὶ ἐν ταῖς κνήμαις, καὶ κατὰ φάρυγγα παραπλησίως ἐπιθυμητὸν εἶναι, μηδενὸς ἐν τοῖς μέλεσι κατὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κάλλους ἐλαττουμένου. οὗτος, φησιν, ὁ ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος, φησιν, ὁ πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ. C πάντα γὰρ αὐταῖς ὑπ' ὄψιν ἀγαγοῦσα διὰ τῆς τοῦ λόγου ὑπογραφῆς τὰ γνωρίσματα, δι' ὧν ἦν δυνατὸν γενέσθαι τὴν τοῦ ζητουμένου φανέρωσιν, τότε τῷ δεικτικῷ κέχρηται λόγῳ, οὗτός ἐστι, λέγουσα, ὁ ζητούμενος, ὃς διὰ τὸ ἀδελφὸς γενέσθαι ἐξ Ἰούδα ἡμῖν ἀνατείλας, πλησίον ἐγένετο τοῦ ἐμπεπτωκότος εἰς τοὺς λῃστάς. ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ καὶ ἐπιδέσμοις τὰς πληγὰς ἰασάμενος, καὶ ἐπὶ τοῦ ἰδίου ἄρας ὑποζυγίου, καὶ τῷ πανδοχείῳ ἐναναπαύσας, καὶ τὰ δύο δηνάρια πρὸς τὴν ζωὴν παρασχόμενος, καὶ ἐν τῇ ἐπανόδῳ αὐτοῦ D τὸ προστεθὲν εἰς τὸ τῆς ἐντολῆς ἔργον ἀποδώσειν ἐπαγγειλάμενος. πάντως δὲ φανερόν ἐστι τούτων ἕκαστον εἰς ὅ τι βλέπει. τῷ γὰρ ἐκπειράζοντι τὸν κύριον νομικῷ, βουλομένῳ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἑαυτὸν δεῖξαι, καὶ ἐν ὑπερηφανίᾳ τὸ πρὸς τοὺς λοιποὺς ὁμότιμον διαπτύοντι, ἐν τῷ λέγειν· καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; τότε ἐν διηγήματος εἴδει πᾶσαν τὴν φιλάνθρωπον οἰκονομίαν ὁ λόγος ἐκτίθεται, τὴν ἄνωθεν κάθοδον τοῦ ἀνθρώπου διηγησάμενος, καὶ τὴν τῶν λῃστῶν ἐνέδρας, καὶ τὴν τοῦ ἀφθάρτου ἐνδύματος περιαίρεσιν, καὶ τὰ τῆς ἁμαρτίας τραύματα, καὶ τὸ εἰς ἥμισυ τῆς φύσεως προχωρῆσαι τὸν θάνατον, τῆς ψυχῆς ἀθανάτου διαμενούσης·

καὶ τὴν τοῦ νόμου τὴν ἀνωφελῆ πάροδον, οὔτε ἱερέως, οὔτε Λευίτου τὰς πληγὰς τοῦ περιπεπτωκότος τοῖς λῃσταῖς θεραπευσάντων· ἀδύνατον γὰρ αἷμα τράγων καὶ ταύρων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας· ἀλλὰ τὸν πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν διὰ τῆς ἀπαρχῆς τοῦ φυράματος περιθέμενον, ἐν ᾗ παντὸς ἔθνους τὸ μέρος ἦν, Ἰουδαίου τε καὶ Σαμαρείτου, καὶ Ἕλληνος, καὶ πάντων ἅπαξ ἀνθρώπων· τοῦτον μετὰ τοῦ σώματος, ὅπερ ἐστὶν ὑποζύγιον, ἐπὶ τόπῳ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κακώσεως ἐπιστάντα, καὶ θεραπεῦσαι τὰ τραύματα, καὶ ἐπὶ τοῦ ἰδίου αὐτὸν κτήνους ἐπαναπαῦσαι, καὶ καταγώγιον ποιῆσαι αὐτῷ τὴν φιλάνθρωπον οἰκονομίαν, ἐν ᾗ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι συναναπαύονται. ὁ δὲ ἐν αὐτῷ γενόμενος, δέχεται πάντως ἐν ἑαυτῷ τὸν ἐν ᾧ ἐγένετο, οὕτως εἰπόντος τοῦ λόγου· ὅτι ὁ μένων ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. δεξάμενος οὖν τῷ ἰδίῳ χωρήματι, πανδοχεύει ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀχώρητον, παρ' οὗ δέχεται τὰ δύο νομίσματα· ὧν τὸ μέν ἐστιν ἡ ἐξ ὅλης καρδίας εἰς τὸν Θεὸν ἀγάπη· τὸ δὲ ἕτερον ἡ εἰς τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν, καθὼς καὶ ὁ νομικὸς ἀπεκρίνατο. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλὰ οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται· χρὴ μὴ μόνον δέξασθαι τὰ δύο ταῦτα νομίσματα· τὴν πίστιν λέγω τὴν εἰς τὸ θεῖον, καὶ τὴν ἀγαθὴν πρὸς τοὺς ὁμοφύλους συνείδησιν· ἀλλὰ δεῖ καὶ αὐτὸν συνεισενέγκειν διὰ τῶν ἔργων πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν τούτων ἐκπλήρωσιν. διὰ τοῦτό φησι πρὸς τὸν πανδοχέα ὁ κύριος, ὅτι πᾶν τὸ περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ κεκακωμένου παρ' αὐτοῦ γινόμενον, ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς σπουδῆς ἀπολήψεται. ὁ τοίνυν πλησίον ἡμῶν γεγονὼς διὰ τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας, ὁ διὰ τὸ ἐξ Ἰούδα ἡμῖν ἀνατεῖλαι ἀδελφιδὸς γενόμενος· οὗτός ἐστιν ὃν μηνύει ταῖς νεάνισιν ὁ τῆς νύμφης λόγος, οὗτος ὁ ταῖς θυγατράσιν Ἱερουσαλὴμ παρὰ τῆς ἀχράντου νύμφης δηλούμενος, δι' ὧν φησιν· ὅτι οὗτος ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ· ὃν καὶ ἡμεῖς διὰ τῶν δηλωθέντων γνωρισμάτων εὕροιμέν τε καὶ λάβοιμεν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χειραγωγίας· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A de legis item inutili tranſitu, quòd neque ſacerdos, neque Leuita quiſpiam vulnera eius, qui in latrones inciderat, curauerit: (neque enim fieri poteſt, vt ſanguis taurorum & hircorum peccata tollat) ſed illum, qui vniuerſam hominum naturam per primitias maſſæ ſibi circumdedit, quibus cuiuſlibet nationis pars aliqua cõtinebatur, Iudaicæ, Samaritanæ, Græcæ, omnium denique hominum: hunc cum corpore ſuo, quod per iumentum ſignificatur, ad locum quo Ieſus erat homo, ſe conferentem curaſſe ipſius vulnera, iumento proprio impo-
B ſitum recreaſſe, ſuam ei benignam œconomiam diuerſorij loco aperuiſſe, per quam omnes fatigati & onerati quiete fruuntur. Qui autem ipſum ingreditur, *Matth. 11. 28.* prorſus illum ipſum intra ſe recipit, in quem ingreſſus erat. Sic enim Verbum loquitur, Qui in me manet, in hoc & *Ioan. 4.* ipſe manebo. Itaque homo intra ſpatium capacitatis ſuæ illum excipit, qui comprehendi nequit, & ab hoc nummos accipit duos, quorum alter eſt erga Deum dilectio, profecta de toto animo: alter, dilectio proximi ſicut ſui ipſius,
C quemadmodum & legis interpres ille reſponderat. Quia verò non auditores *Rom. 2. 13.* legis apud Deum iuſti ſunt, ſed qui legem præſtant iuſti cenſebuntur: non hi tantùm nummi duo recipiendi ſunt, nimirum fides in Deum, & bona erga eiuſdem generis homines conſcientia; ſed etiam aliquid per opera eſt addendum huic mandatorum impletioni. Nam propterea dicit ad hoſpitem Dominus, futurum vt quidquid in curatione hominis læſi ab ipſo fiat, alterius aduentus ſui tempore pro ſtudij dignitate recipiat. Quamobrem is qui pro-
D ximus noſter factus eſt ob hanc erga nos benignitatem, qui quòd ex Iuda nobis ſit ortus, factus eſt cognatus noſter; hic igitur ille eſt, quem ſponſa iuuenculis indicat, hic eſt qui filiabus Hieruſalem ab integritatis haud violatæ ſpõſa commonſtratur, quum ait: Hic eſt cognatus meus, & hic proximus meus, filiæ Hieruſalem. Illum & nobis per indicia commonſtrata reperire & adſequi contingat, ad ſalutem animarum noſtrarum, idque ductu Spiritus ſancti, cui gloria ſæculis infinitis, Amen.

A

IN CANTICVM CANTICORVM

HOMILIA XV.

Cap. 6. v. 1.

Qvò abijt cognatus tuus, ô pulchra inter mulieres? quò reſpexit cognatus tuus, & quæremus eũ tecũ? 1. Cognatus meus deſcendit in hortum ſuũ, ad phialas aromatis, vt paſcat in hortu, & vt colligat lilia. 2. Ego cognato meo, & cognatus meus mihi, qui paſcit inter lilia. 3. Pulchra es proxima mea, ſic vt ipſa beneuolentia: formoſa ſicut Hieruſalem: ſtupor tanquam inſtructæ acies. 4. Auerte oculos tuos à me. Nam illi alas mihi reddiderunt. Coma tua velut greges caprarũ, quæ apparuerunt de Galaad. 5. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ de lauacro adſcenderunt, & omnes habent fœtus gemellos, neque ſterilis inter eas vlla eſt. 6. Labra tua ſunt inſtar funiculi coccinei, & loquela tua elegans eſt. Malæ tuæ inſtar corticis mali punici, præter id quod in te reticetur. 7. Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & iuuencularum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea. 8. Vnica eſt matri ſuæ, electa illi quæ peperit eam.

Math. 1.

PHILIPPVS ille Apoſtolus, qui ex ciuitate Petri & Andreæ fuiſſe perhibetur: etenim hoc mihi videtur encomium quoddam eſſe Philippi, quòd eorum fratrum ciuis fuerit, qui primam in Euangelio admirationem merentur per ea, quæ ipſis acciderunt. Andreas enim, poſteaquam Baptiſta commonſtraſſet, quínam eſſet agnus ille, qui mundi peccatum tolleret, non tantùm ipſe myſterium hoc animaduertit, à tergo ſequutus indicatum, cognito vbinam ille degeret: ſed etiam fratri ſuo lætum nuntium adfert, aduenisſe illum quem multo antè vates indicarint. At is per fidem auditu propè anteuerſo,

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

ΠΟΥ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου, καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ; ὁ ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ, εἰς B φιάλας τοῦ ἀρώματος, ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα. ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις. καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία, ὡραία ὡς Ἱερουσαλὴμ, θάμβος ὡς στρατιαὶ τεταγμέναι. ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου, ὅτι αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με. τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεφάνησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ. ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἳ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔ- C στιν ἐν αὐταῖς. ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία. ὡς λέπυρον τῆς ῥόας μῆλόν σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. ἑξήκοντα βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου. μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτὴ τῇ τεκούσῃ αὐτήν.

D Ο ἘΚ τῆς πόλεως Ἀνδρέου καὶ Πέτρου μαρτυρηθεὶς εἶναι Φίλιππος ὁ ἀπόστολος· ἐγκώμιον γάρ μοι δοκεῖ τοῦ Φιλίππου τοῦτο, τὸ πολίτην αὐτὸν τῶν ἀδελφῶν τῶν προθαυμασθέντων ἐν εὐαγγελίῳ διὰ τῆς περὶ αὐτῶν ἱστορίας. ὁ μὲν γὰρ Ἀνδρέας, ὑποδείξαντος τοῦ Βαπτιστοῦ, τίς ἐστιν ὁ ἀμνὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, αὐτός τε τὸ μυστήριον κατενόησε, κατόπιν τοῦ δειχθέντος ἀκολουθήσας, καὶ ὅπου μένει μαθών· καὶ τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ πεφῆναι προμηνυθέντα παρὰ τῆς προφητείας εὐαγγελίζεται. ὁ δὲ φθάσας μικροῦ δεῖν τῇ πίστει τὴν ἀκοὴν,

ὅλῃ τῇ ψυχῇ προσέθετο τῷ ἀμνῷ, καὶ διὰ τῆς τοῦ ὀνόματος ἐναλλαγῆς μεταποιεῖται παρὰ τοῦ κυρίου πρὸς τὸ θειότερον· ἀντὶ Σίμωνος Πέτρος καὶ ὀνομασθεὶς, καὶ γενόμενος. καί τοι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῇ Σάῤῥᾳ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις μετὰ πολλὰς θεοφανείας, τὴν ἐκ τῶν ὀνομάτων μεταδίδωσιν εὐλογίας ὁ κύριος· τὸν μὲν πατέρα, τὴν δὲ ἄρχουσαν διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων μεταποιήσεως χρηματίσας. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Ἰακὼβ μετὰ τὴν παννύχιον πάλην, ἀξιοῦται τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπωνυμίας τε καὶ δυνάμεως. ὁ δὲ μέγας Πέτρος οὐ κατὰ μικρὸν δι' αὐξήσεως προσῆλθεν ἐπὶ τὴν χάριν ταύτην, ἀλλ' ὁμοῦ τε ἤκουσε τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἐπίστευσε τῷ ἀμνῷ, καὶ ἐτελειώθη διὰ τῆς πίστεως, καὶ προσφυεὶς τῇ πέτρᾳ Πέτρος ἐγένετο. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Φίλιππος ὁ ἄξιος τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων πολίτης· ἐπειδὴ εὕρημα τοῦ κυρίου γενόμενος, καθώς φησιν εὐαγγέλιον, ὅτι εὑρίσκει τὸν Φίλιππον ὁ Ἰησοῦς, ἀκόλουθος ἐχειροτονήθη τοῦ λόγου τοῦ εἰπόντος, ὅτι ἀκολούθει μοι· καὶ τῷ φωτὶ τῷ ἀληθινῷ προσεγγίσας, καθάπερ λύχνος ἐκεῖθεν ἔσπασε πρὸς ἑαυτὸν τὴν τοῦ φωτὸς κοινωνίαν· καὶ περιλάμπει τὸν Ναθαναήλ, διαδαδουχήσας αὐτῷ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. δι' ὧν φησιν· ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται εὑρήκαμεν Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας· τοῦ δὲ Ναθαναὴλ ἐπισταλικῶς δεξαμένου τὸ εὐαγγέλιον, διὰ τὸ μετὰ πάσης ἀκριβείας κατηχεῖσθαι παρὰ τῆς προφητείας αὐτὸν, τὸ περὶ τὸν κύριον μυστήριον, καὶ εἰδέναι μὲν ὅτι ἐκ Βηθλεὲμ ἡ πρώτη διὰ σαρκὸς γενήσεται θεοφάνεια, διὰ δὲ τῆς ἐν Ναζάρεθ διαγωγῆς, Ναζωραῖος κληθήσεται· πρὸς ἀμφότερα τοίνυν ἀποσκοποῦντος καὶ λογιζομένου, ὅτι ἐν μὲν τῇ τοῦ Δαβὶδ Βηθλεὲμ διὰ τὴν οἰκονομίαν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως, ἀναγκαῖον ἦν γενέσθαι τὸ κατὰ τὸ σπήλαιον καὶ τὰ σπάργανα καὶ τὴν φάτνην μυστήριον· ἡ δὲ Γαλιλαία ἐθνῶν τόπος ἐπονομασθήσεταί ποτε, διὰ τοῖς ἔθνεσιν ἐμφιλοχωρήσοντι λόγῳ· καὶ διὰ τοῦτο συντιθεμένου τῷ τὸ φῶς αὐτῷ τῆς γνώσεως φαίνοντι, καὶ εἰπόντος· ὅτι ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; τότε ὁδηγὸς πρὸς τὴν χάριν ὁ Φίλιππος γίνεται, λέγων, ἔρχου καὶ ἴδε. δι' ὧν καταλιπὼν ὁ Να-

A toto animo ſe agno illi adiungit, vnaque cum nomine & ipſe à Domino diuiniorem ad conditionem immutatur: pro Simone Petrus & appellatus, & factus. Abraamo quidem ac Sarræ poſt poſt multas apparitiones diuinas ex ipſis nominibus Dominus benedictionem impertit: cùm illum quidem patrem, hanc verò principem, nominum mutatione facta conſtituit. Eodem modo Iacob etiam poſt luctam tota durantem nocte, Iſraëlis cognomen ac vim impetrat. Verùm magnus ille Petrus non paulatim augeſcendo ad hanc gratiam peruenit, ſed ſimul & fratrem audiit, & B agno credidit, & per fidem eſt conſummatus, & petræ agglutinatus Petrus factus eſt. Hic ergo Philippus, dignus qui tantorum ac talium ciuis eſſet, poſteaquàm inuentum Domini factus, quemadmodum in Euangelio dicitur, Ieſus Philippum inuenit, etiam ſectator verbi factus eſt, qui ad eum dixit, Sequere me: poſteaquàm item verum ad lumen delatus, inde tanquã lychnus ad ſe participationem lucis attraxit: Nathanaëlum quoque luce ſua circumfundit, quaſi prælata ipſi face, quod pietatis eſt myſterium. Sunt enim hæc ipſius verba. Inuenimus Ieſum illum è C Nazareth Galilææ, de quo & Moſes in lege, & prophetæ ſcripſerunt. *Ioan. 1* Nathanaëlo autem ſapienter lætum hunc nuntium accipiente, quòd peracuratè ex libris vaticiniorũ de Domini myſterio edoctus eſſet, ac ſciret in Bethleem quidem primam Dei patefactionem in carne futuram, verùm eundem Nazareth degentem Nazaræi nomen conſequuturum: ad hæc igitur vtraque reſpiciente Nathanaël, ſecumque perpendente, in Dauidis quidem oppido Bethleem neceſſarium eſſe ratione natiuitatis carnalis, antri, faſciarum, præſepis myſterium euenire: ſed D nihilominus Galilęam (qui locus ethnicorum hominum ſedes erat) nomen aliquando conſequuturam ab eo Verbo, quod libenter ad gentes commigraturum eſſet: atque hanc ob cauſſam accedente denique Nathanaël illius in ſententiam, qui lumen hoc cognitionis ei commonſtraſſet, idque verbis his *Ibid.* declarante: Poteſt è Nazareth boni aliquid exiſtere? tum verò tandem Philippus ad hanc gratiam ille ſe ducem præbet, cum ait: Veni ac vide. Quo factum, vt Na-

thanaël relicta legis ficu, cuius vmbra impedimento erat ei, quò minus lucis particeps fieret: ad eum perueniret, qui fici folia propter ſterilitatem in proferendis bonis exſiccauit. Eaque de cauſa teſtimonium ei Verbum tribuit, quòd germanus Iſraëlita, non ſpurius eſſet: quippe qui minimè fraudulento animi inſtituto purum in ſeſe Patriarchæ illius characterem oſtenderet. En (inquit) verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Quo autem hæc in exordio ſpectet narratio, omnino manifeſtum eſt auditoribus non planè imperitis ex lectione, quam ordine ſic poſcente de Cantico Canticorum propoſuimus. Quemadmodum enim Andreas quidem per vocem Ioannis ad agnum illum deductus eſt; Nathanaël autem à Philippo ad lucem ductus, & circũdante ipſum legis vmbra digreſſus, verum ad lumen peruenit: ſic etiam hæ iuuenculæ ad inuentionem indicati eis boni, anima pulchritudinis perfectionem adepta duce vtuntur, eamque ſic compellant: *Quò abijt cognatus tuus, ô pulchra inter mulieres? quo reſpexit cognatus, & quæremus eum tecum?* Rectè autem atque ordine virgines hæ, nimirum animæ, nunc illud interrogant. Primùm enim loquutæ ſunt de eo, quidnam eſſet, cùm præcedente interrogatione quærunt: *Quid cognatus tuus, ô pulchra inter mulieres?* de quo edoctæ per expoſita indicia, quòd candidus, & rubicundus, & cætera, quibus forma quæſiti deſcripta eſt: nunc de loco, vbi ſit, interrogant. Nam propterea dicunt, *Quò abiit cognatus tuus, vel quò reſpexit?* vt cognito prorſus vbi ſit, adorent illo loco, quo pedes illius ſteterint: & quò reſpiciat edoctæ, ſic ſemet conſtituent, quo & ab ipſis eius gloria conſpiciatur, cuius apparitio ſalutẽ adfert adſpectantibus, quemadmodum propheta ille, loquitur: Pſal.76. Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus. Magiſtra verò hæc ad exemplum Philippi dicentis, Veni ac vide, præbet ſe ducem virginibus, vt quem quærebant adſequantur: & pro eo quod ait ille, Vide: locum indicat, in quo ſit is quem quærunt, itidémque quò reſpiciat. Sic enim ait. *Cognatus meus deſcendit in hortum ſuum, ad phialas aromatis.* Hactenus oſtenditur, vbi ſit. Deinceps ve-

A θαναὴλ τὴν τοῦ νόμου συκῆν, ἧς ἡ σκιὰ πρὸς τὴν μετουσίαν τοῦ φωτὸς διεκώλυε, καταλαμβάνει τὸν τὰ φύλλα τῆς συκῆς διὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἀκαρπίαν ἀποξηραίνοντα. διὸ καὶ μαρτυρεῖται παρὰ τοῦ λόγου γνήσιος εἶναι οὐχὶ νόθος Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ ἀδόλῳ τῆς προαιρέσεως καθαρὸν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ δεικνὺς τὸν χαρακτῆρα τοῦ πατριάρχου. ἴδε γάρ, φησιν, Ἰσραηλίτης ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι. πρὸς ὅτι δὲ βλέπει τὸ ἐν τῷ προοιμίῳ διήγημα, φανερόν ἐστι πάντως τοῖς εὐμαθεστέροις ἀκροαταῖς ἐκ τῆς προτεθείσης κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἡμῖν ἀναγνώσεως τῆς ἐκ τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων. ὡς γὰρ ὁ μὲν Ἀνδρέας B τῇ φωνῇ τοῦ Ἰωάννου πρὸς τὸν ἀμνὸν ὡδηγήθη· ὁ δὲ Ναθαναὴλ φωταγωγηθεὶς παρὰ τοῦ Φιλίππου, καὶ τῆς περιεχούσης αὐτὸν τοῦ νόμου σκιᾶς ἔξω γενόμενος, ἐν τῷ φωτὶ τῷ ἀληθινῷ γέγονεν· οὕτω καὶ αἱ νεάνιδες πρὸς τὴν εὕρεσιν τοῦ μηνυθέντος αὐταῖς ἀγαθοῦ καθηγεμόνι χρῶνται τῇ τελειωθείσῃ διὰ τοῦ κάλλους ψυχῇ· λέγουσαι πρὸς αὐτήν· ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ; ἀκολούθως δὲ προσάγουσι τῇ διδασκάλῳ τὴν πεῦσιν αἱ παρθένοι ψυχαί. C πρότερον γὰρ περὶ τοῦ τί ἐστιν ἐποιήσαντο τὸν λόγον, ἐν τῷ πρὸ ταύτης τῆς ῥήσεως ἐρωτήματι λέγουσαι· τί ἀδελφιδός σου ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν; ὅπερ διδαχθεῖσαι διὰ τῶν εἰρημένων σημείων, ὅτι λευκὸς καὶ πυῤῥὸς, καὶ τὰ λοιπὰ ὧν ὑπογραφὴ τὸ εἶδος τοῦ ζητουμένου, περὶ τὸ ὅπου πυνθάνονται. διὸ λέγουσι, ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἢ ποῦ ἀπέβλεψεν; ἵνα πάντως ὅπου μέν ἐστι μαθοῦσαι, προσκυνήσωσιν ἐς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες D αὐτοῦ, ὅπου δὲ ἀποβλέπει διδαχθεῖσαι, οὕτω στήσωσιν ἑαυτάς· ὥστε καὶ αὐταῖς ἐποφθῆναι τὴν δόξαν αὐτοῦ· οὗ ἡ ἐπιφάνεια σωτηρία τῶν ἐπιβλεπόντων γίνεται, καθὼς φησιν ὁ προφήτης, ὅτι ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα, καὶ ἡ διδάσκαλος καθ᾽ ὁμοιότητα Φιλίππου τοῦ εἰπόντος, ἔρχου καὶ ἴδε, καθηγεῖται τῶν παρθένων πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου κατάληψιν, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, τὸ ἴδε, τὸν τόπον ὑποδεικνύουσα ἐν ᾧ ἐστιν ὁ ζητούμενος, καὶ ὅπου βλέπει. φησὶ γάρ· ὅτι ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος. ἕως τούτου. ἐν ᾧ ἐστιν ὑπὸ τοῦ λόγου σημαίνεται. τὸ δὲ

ἀπὸ τούτου, τί ὁρᾷ, καὶ ὅπου βλέπει τῷ λόγῳ διήκρισεν ἡ διδάσκαλος, λέγουσα· ὅτι ποιμαίνειν ἐν κήποις καὶ συνάγειν κρίνα. αὕτη μὲν ἡ σωματικὴ τοῦ λόγου πρὸς τὰς νεάνιδάς ἐστιν ὁδηγία, δι' ὧν μανθάνουσι καὶ ὅπου ἐστί, καὶ ὅπου βλέπει. χρὴ δὲ πάντως καὶ τὸ ὠφέλιμον τοῦ θεοπνεύστου ταύτης ἐπιγνῶναι γραφῆς διὰ τῆς πνευματικῆς θεωρίας. ἐν ὅσῳ οὖν ὅταν ἀκούσωμεν ὅτι ἀδελφιδός κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ, τὸ εὐαγγελικὸν μυστήριον διὰ τῶν εἰρημένων μανθάνομεν, ἑκάστου τῶν ὀνομάτων τοῦ τὸν μυστικὸν λόγον ἡμῖν σαφηνίζοντος· ὁ ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς Θεός, διὰ τὸ ἐξ Ἰούδα μὲν ἀνατεῖλαι, λάμψαι δὲ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, καλῶς τε προσφυῶς τῷ ὀνόματι τοῦ ἀδελφιδοῦ παρὰ τῆς μνηστευθείσης αὐτῷ πρὸς ἀΐδιον συζυγίαν κατονομάζεται, ἀδελφῆς οὔσης τοῦ ἐξ Ἰούδα λαοῦ. τὸ δὲ κατέβη, δηλοῖ, ὅτι διὰ τὸν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐς Ἱεριχὼ καταβαίνοντα, καὶ ἐν τοῖς λῃσταῖς γενόμενον· διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς τῇ καθόδῳ τοῦ ἐμπεσόντος τοῖς πολεμίοις συγκατέρχεται, δι' ὧν σημαίνει τὴν ἐκ τῆς ἀφράστου μεγαλειότητος γενομένην ἐπὶ τὸ ταπεινὸν τῆς φύσεως ἡμῶν συγκατάβασιν· διὰ δὲ τοῦ κατὰ τὸν κῆπον αἰνίγματος τοῦτο μανθάνομεν, ὅτι ἀναφυτεύει τὸ ἑαυτοῦ γεώργιον ὁ ἀληθινὸς γεωργὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν αὐτοῦ γεώργιον κατὰ τὴν Παύλου φωνήν. ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ κατ' ἀρχὰς ἐν παραδείσῳ γεωργήσας τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἣν ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος· διὰ τοῦτο τοῦ μονιοῦ τοῦ ἀγρίου κατανεμηθέντος ἡμῶν τὸν κῆπον καὶ λυμηναμένου τὸ θεῖον γεώργιον, κατέβη τοῦ πάλιν ποιῆσαι κῆπον τὴν ἔρημον τῇ τῶν ἀρετῶν φυτείᾳ καλλωπιζόμενον· τὴν καθαρὰν καὶ θείαν τῆς διδασκαλίας πηγὴν, ἐπὶ τὴν τῶν τοιούτων φυτῶν ἐπιμέλειαν ὀχετεύσας τῷ λόγῳ· αἱ δὲ τοῦ ἀρώματος φιάλαι ἐν μὲν τῇ τοῦ κάλλους ὑπογραφῇ, πρὸς τὸ τῶν σιαγόνων ἐγκώμιον παρελήφθησαν, δι' ὧν καταλεαίνεται τὰ πνευματικὰ σιτία τοῖς τρεφομένοις· ἐνταῦθα δὲ τόπος εἶναι τοῦ νυμφίου καὶ ἐνδιαίτημα παρὰ τοῦ λόγου μηνύεται· τοῦτο μανθανόντων ἡμῶν, ὅτι οὔτε ἐν ἐρήμῳ τῶν ἀρετῶν ψυχῇ ὁ νυμφίος αὐλίζεται, ἀλλ' εἴ τις κατὰ τὸν προαποδοθέντα λόγον φιάλη ἀρωμάτων γένοιτο φύουσα μυρεψικά. ὁ τοιοῦτος κατὰ τὴν

A rò, quid ſpectet, & quò reſpiciat, his verbis magiſtra monſtrat. *Vt paſcat in hortis, & colligat lilia.* Atque hæc quaſi quædam corporea & externa eſt pro iuuenculis manuductio, vnde intelligunt illæ tam vbi ſit, quàm quò reſpiciat. Omnino verò etiam vtilitas aliqua de his verbis à ſancto Spiritu profectis percipienda nobis eſt, ídque per contemplationem ſpiritualem. Cùm igitur audimus hæc verba: *Cognatus meus deſcendit in hortum ſuum:* totum Euangelij myſterium diſcimus, quolibet ex his vocabulo rem arcanam nobis declarante. Nimirum quod is Deus, qui in eo ipſo patefactus eſt in carne, quia de Iuda or-B tus eſt, & gentibus in caligine atque vmbra mortis ſedentibus illuxit: rectè & apta ratione cognati nomine à deſponſata ſibi ad æternam coniunctionem appelletur, quòd ea populi ex Iuda orti ſoror eſſet. Verbum autem, Deſcendit, ſignificat propter illum, qui Hieroſolymis Hiericho deſcendit, inque latrones incidit: propter hunc igitur in hoſtes lapſum, etiam ipſum deſcendiſſe: quo ſignificatur facta ex ineffabili maieſtate ad humilitatem naturæ noſtræ demiſſio. Ex horti ænigmate diſcimus, verum illum agricolam de integro aruum ſuum plantare, nimi-C rum nos homines. Etenim nos aruum ipſius ſumus, quemadmodum Paulus loquitur. Itaque cùm ipſe ſit is, qui rerum initio plantationem humanæ naturæ conſitam à patre cœleſti, excoluit in paradiſo: aper autem ſingularis& immanis hortum illum,nimirum nos,deprædatus ſit,aruumque diuinum vaſtarit: hanc ipſam ob cauſſam deſcendit, vt efficeret quò hortus deſertus rurſum per virtutum conſitionem ornaretur: puro ac diuino doctrinæ D fonte ad plantas huiuſmodi fouendas, per quoſdam quaſi riuos ſermonis deducto. Phialæ autem aromatis hactenus in deſcriptione pulchritudinis ſponſi ad maxillarum encomium fuerunt accommodatæ, quibus cibi ſpirituales ad vſum paſcendorum comminuuntur: hîc verò pro loco ſumuntur, quo ſponſus degat: diſcentibus ex eo nobis, non verſari ſponſum ea in anima, vbi virtutum quædam ſit ſolitudo: ſed quæ ſecundum hactenus indicata, aromatis eſt phiala,& vnguenta profert. Qui talis

Luc. 10. 30.

1. Cor. 3.

eſt, is ſapientiæ crater factus, diuinum & incorruptum vinum in ſeſe recipit, quod qui recepit, exhilaratur. Quæ porrò ſequuntur, indicant cuiuſmodi paſcuis greges præclari illius paſtoris pingueſcant. Non enim ille deſerta quædam ad loca, ſpinoſaque abigit oues, vt gramen decerpant: ſed cibi loco eis hortorum aromata proponit, & pro gramine lilium, quod quidem ipſum ait à paſtore ad alendas oues colligi. Quibus verbis ſignificatur ſanè quàm ſapienter, naturam illam ac poteſtatem, quæ vniuerſa complectitur & continet, locum & ſpatium ſibi conſtituere illorum in puritate, qui ipſum recipiunt, & in quibus multipliciter virtutibus excultus hortus liliorum floribus viget, aromatumque fructus copioſos fundit. Nam lilia quidem ſplendoris & puritatis in mente quoddam ænigma ſunt: aromatum verò fragrantia ſignificat affectionem à fœtore peccatorum abhorrentem. In his ergo verſari dicit eum, qui ratione præditis gregibus præeſt: paſcentem in hortis, & lilia decerpentem, colligentemque in cibum ouium: quæ quidem ipſa ouibus magni Pauli opera proponit, qui de diuino penu cibum hunc ex liliis congeſtum nobis obijcit. Nam lilia putari debent, quæcumque vera ſunt, quæcumque honeſta, quæcumque iuſta, quæcumque pura, quæcumque amabilia, quæcumque boni nominis: ſi qua virtus, & ſi qua laus, Hæc ſunt (vt equidem arbitror) lilia, quibus ab illo præclare paſtore ac magiſtro nutriuntur greges. Quæ autem ſequuntur verba, prolata à pura & labiis omnis experte ſponſa, cùm ait: *Ego cognato meo, & cognatus meus mihi.* hæc igitur norma ſunt ac finitio quædam omnis in virtute perfectionis. Nam ex his diſcimus, nihil nobis eſſe præter Deum debere, neque animæ purificatæ vllam ad rem aliam reſpiciendum eſſe: ſed debere hanc ita ſe ab omnibus craſſis tam rebus, quàm cogitationibus expurgare, vt tota tranſlata prorſus ad ſtatum, quem mentis intelligẽtia percipimus, & qui omnium craſſarũ rerum expers eſt, illuſtriſſimum ex ſe primigeniæ pulchritudinis ſimulachrum efficiat. Vtque is, qui in tabula picturã videt accuratè conformatam ad archetypũ, vnam vtriuſque formã eſſe pronuntiat, imaginis pulchritudinem

Lilia quid ſignificent.

Phil. 4. 8.

A τῆς σοφίας γενόμενος, δέχεται ἐν ἑαυτῷ τὸν θεῖον καὶ ἀκήρατον οἶνον, δι᾽ οὗ γίνεται τῷ δεξαμένῳ ἡ εὐφροσύνη. ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος διδάσκει ἡμᾶς ποίαις νομαῖς τὰ ποίμνια τοῦ καλοῦ ποιμένος πιαίνεται. οὐ γὰρ εἰς ἐρήμους τινὰς καὶ ἀκανθοφόρους τόπους ἐξελαύνει τὰ πρόβατα, ὥστε τὴν χορτώδη θρέψασθαι πόαν· ἀλλὰ τροφὴ πρόκειται αὐτοῖς τὰ ἐκ τῶν κήπων ἀρώματα, ἀντὶ δὲ χόρτου, τὸ κρίνον γίνεται, ὅπερ φησὶ παρὰ τοῦ ποιμένος εἰς διατροφὴν τῶν προβάτων συλλέγεσθαι. ταῦτα φιλοσοφοῦντος ἡμῖν διὰ τούτων τοῦ λόγου, ὅτι ἡ περιεκτικὴ τῶν ὄντων φύσις καὶ B δύναμις, πάντα ἐν ἑαυτῇ περιείργουσα, τόπον ἑαυτῆς καὶ χώρημα ποιεῖται τὴν τῶν δεχομένων καθαρότητα, ἐν οἷς ὁ πολυειδῶς διὰ τῶν ἀρετῶν γεωργούμενος κῆπος, κομᾷ μὲν τοῖς τῶν κρίνων ἄνθεσι, βρύει δὲ τῇ τῶν ἀρωμάτων καρπογονίᾳ. τὰ μὲν γὰρ κρίνα τοῦ λαμπροῦ καὶ καθαροῦ τῆς διανοίας αἴνιγμα γίνεται· ἡ δὲ τῶν ἀρωμάτων εὔπνοια τὸ πάσης ἁμαρτιῶν δυσωδίας ἀλλοτρίως ἔχειν. τούτοις οὖν φησι τὸν τῶν λογικῶν ἐπιστάτην ποιμνίων ἐναναστρέφεσθαι, ἐν μὲν τοῖς κήποις νομεύοντα, τὰ δὲ κρίνα πρὸς τὴν τῶν προβάτων διατροφὴν κεί- C ροντά τε καὶ συλλέγοντα· ἅπερ διὰ τοῦ μεγάλου Παύλου τοῖς προβάτοις προτίθησι τοῦ ἐκ τῆς θείας ἀποθήκης προσάγοντος ἡμῖν τὴν ἐκ τῶν κρίνων διατροφήν· ἔστι δὲ ταῦτα, ὅσα ἀληθῆ, ὅσα σεμνά, ὅσα δίκαια, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα ἁγνά, ὅσα εὔφημα· εἴ τις ἀρετή, καὶ εἴ τις ἔπαινος. ταῦτά ἐστι, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, τὰ κρίνα οἷς διατρέφεται παρὰ τοῦ καλοῦ ποιμένος τε καὶ διδασκάλου τὸ ποίμνιον. ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος, ὃν ἡ καθαρὰ καὶ ἀκηλίδωτος νύμφη πεποίηται λέγουσα· ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί· κανὼν καὶ ὅρος τῆς κατ᾽ ἀρετὴν ἐστὶ D τελειότητος. μανθάνομεν γὰρ διὰ τούτων, τὸ μὴ δεῖν πλὴν τοῦ Θεοῦ μηδὲν ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, μηδὲ πρὸς ἄλλο τι βλέπειν, τὴν κεκαθαρμένην ψυχήν· ἀλλ᾽ οὕτως ἑαυτὴν ἐκκαθᾶραι παντὸς ὑλικοῦ πράγματός τε καὶ νοήματος, ὡς ὅλην δι᾽ ὅλου μετατεθεῖσαν πρὸς τὸ νοητόν τε καὶ ἄυλον, ἐναργεστάτην εἰκόνα τοῦ ἀρχετύπου κάλλους ἑαυτὴν ἀπεργάσασθαι. καὶ ὥσπερ ὁ ἐπὶ τοῦ πίνακος ἰδὼν τὴν γραφὴν δι᾽ ἀκριβείας πρὸς τὴν τοῦ ἀρχετύπου μεμορφωμένην, μίαν ἀμφοτέρων εἶναι τὴν μορφὴν ἀποφαίνεται καὶ τὸ

ἐπὶ τῆς εἰκόνος κάλλος τοῦ πρωτοτύπου λέγων εἶναι, καὶ τὸ ἀρχέτυπον ἐναργῶς ἐν τῷ μιμήματι καθορᾶσθαι· τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ εἰποῦσα, ὅτι ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί· συμμεμορφῶσθαι λέγει τῷ Χριστῷ, τὸ ἴδιον κάλλος ἀπολαβοῦσα τὴν πρώτην τῆς φύσεως ἡμῶν μακαριότητα, κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ πρώτου κάλλους τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου ὡραϊσθεῖσα, καὶ οἷον ἐπὶ τοῦ κατόπτρου γίνεται, ὅταν τεχνικῶς τε καὶ καταλλήλως τῇ χρείᾳ κατεσκευασμένον ᾖ, ἐν καθαρᾷ τῇ ἐπιφανείᾳ δι' ἀκριβείας ἐν ἑαυτῷ δείξει τοῦ ἐπιφανέντος προσώπου τὸν χαρακτῆρα· οὕτως ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ προσφόρως τῇ χρείᾳ κατασκευάσασα, καὶ πᾶσαν ὑλικὴν ἀπορριψαμένη κηλῖδα, καθαρὸν τὸ τοῦ ἀκηράτου κάλλους ἐν ἑαυτῇ τὸ εἶδος ἀνετυπώσατο. λέγει οὖν τὴν φωνὴν ταύτην, τὸ προαιρετικόν τε καὶ ἔμψυχον κάτοπτρον, ὅτι ἐπειδὴ τῷ κύκλῳ ἐγὼ ὅλῳ τὸ τοῦ ἀδελφιδοῦ πρόσωπον βλέπω. διὰ τοῦτο ὅλον τῆς ἐκείνου μορφῆς τὸ κάλλος ἐν ἐμοὶ καθορᾶται. ταύτας ἄντικρυς μιμεῖται τὰς φωνὰς ὁ Παῦλος, λέγων τῷ Θεῷ ζῶν, ὁ νεκρὸς τῷ κόσμῳ γινόμενος, καὶ ὅτι ἐν αὐτῷ ζῇ ὁ Χριστὸς μόνος. ὁ γὰρ εἰπών, ὅτι ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός· τοῦτο διὰ τοῦ λόγου βοᾷ, ὅτι οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων τε καὶ ὑλικῶν παθημάτων ἐν αὐτῷ ζῇ, οὔτε ἡδονή, οὔτε λύπη, οὔτε θυμός, οὔτε φόβος, οὔτε δειλία, οὔτε πτόησις, οὔτε τῦφος, οὔτε θράσος, οὐ μνησικακία, οὐ φθόνος, οὐκ ἀμυντική τις διάθεσις, οὐ φιλοχρηματία, οὐκ ἄλλο τι τῶν τὴν ψυχὴν διά τινος σχέσεως κηλιδούντων· ἀλλ' ἐκεῖνός μοι μόνος ἐστίν, ὃς οὐδὲν τούτων ἐστί. πᾶν γὰρ τὸ ἔξω τῆς ἐκείνου φύσεως θεωρούμενον ἀποξυσάμενος, οὐδὲν ἔχω ἐν ἐμαυτῷ τοιοῦτον, οἷον ἐν ἐκείνῳ οὐκ ἔστιν, οὗ χάριν, ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός· ἢ καθὼς ἡ νύμφη· ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί· ὅ ἐστιν ἁγιασμός, καὶ καθαρότης, καὶ ἀφθαρσία, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθεια, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα ποιμαίνει τὴν ἐμὴν ψυχήν, οὐκ ἐν χόρτοις τισὶν ἢ φρυγάνοις· ἀλλ' ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων. ἡ γὰρ τῶν κρίνων φύσις ἐν τῷ λαμπρῷ τῆς εὐχροίας ταύτην ὑπαινίσσεται ἡμῖν τὴν διάνοιαν. οὐκοῦν διὰ τοῦτο ἐπὶ τοὺς λειμῶνας τῶν κρίνων ἄγει τὸ ἑαυτοῦ ποίμνιον, ὁ ἐν τοῖς κρίνοις ποιμαίνων· ἵνα γένηται ἡ λαμπρότης κυ-

A ipſam eſſe archetypi pulchritudinem dicens, & archetypum in ſimulachro clarè conſpici: eodem modo etiam hæc, quæ ait, *Ego cognato meo, & cognatus meus mihi:* pulchritudinem ſuam conformatam ad Chriſti exemplar dicit, poſteaquam naturæ noſtræ primam beatitudinem recuperarit, quæ ad imaginem ſimilitudinemque principis & vnicæ veræque pulchritudinis ornata erat. Ac veluti ſpeculum artificioſè & ad vſum idoneè comparatum, pura in ſuperficie incidentis faciei characterem accuratè *Cōparatio à ſpeculo ſumpta.*
B refert: ſic poſteaquàm anima ſeipſam idoneè comparauit, omnémque vitæ huius labem abiecit: puram incorruptæ pulchritudinis ſpeciem ſibimetipſi imprimit. Quare Verbum hoc à ſpeculo illo voluntatis electione prædito atque animato profertur. Poſteaquàm toto orbe meo cognati faciem intueor, per hoc ipſum tota formæ ipſius venuſtas in me conſpicitur. Atque has voces Paulus imitatur clariſſimè, cùm ait ſe Deo viuendo, mortuum mūdo factum *Gal. 2.* eſſe: ſolumque Chriſtum in ſe viuere. Nam cùm dicit, Mihi viuere Chriſtus
C eſt: tantùm non clamat iis verbis, nullam in ipſo adfectionem humanam craſſamque viuere, non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non timiditatem, non trepidationem, non faſtum, non audaciam, non iniuriarum tenacem memoriā, non inuidiam, non adfectionem animi ad vindictam, non auaritiam, non honoris, non gloriæ libidinem, non quidquam eorum, quæ animum quadam erga ſe adfectione polluunt: ſed ſolus (inquit) ille mihi ſupereſt, qui nihil eſt horum. Etenim abraſis quaſi poliendo vniuerſis, quæ
D ipſius in naturam non cadunt, nihil in me habeo, quod non in ipſo ſit: eaque de cauſſa mihi viuere Chriſtus eſt, vel vt ſponſa loquitur, *Ego cognato meo, & cognatus meus mihi:* qui eſt ſanctificatio, & puritas, & immortalitas, & lumen & veritas, & huiuſmodi alia, quæcumque animam meam paſcunt, non in graminе vel virgultis: ſed in ſplendoribus ſanctorum. Liliorum enim natura cùm colore ſplendido ſit ornata, huiuſmodi quandam ſententiam horum verborum eſſe ſignificat. Itaque propterea gregem ſuum in prata liliorum ducit, qui paſcit in liliis: vt ſit ſplendor domini

Dei noſtri ſuper nos. Nam quod alitur, omnino ad eius ſpeciem comparatur, quo veſcitur. Vt quis (lubet enim hoc ſumere) vas quoddam concauum è vitro factum habeat, in quod ſi quid iniiciatur, pellucidum ſit: [quidquid tandem fuerit, ſiue fuligo,] ſiue quid purum & ſplendidum. Itaque qui liliorum ſplendorem animis indit, etiam animas ipſas per ea ſplendidas reddit: indita illa ſpecie pellucente ad exteriora. Vt autem illuſtrior adhuc ſit ſenſus, dicimus per virtutes animum paſci, lilia verò in ænigmate virtutes appellari: quibus qui recta viuendi ratione ſatiatus eſt, is vita ſua conſpicuum ſe reddit, dum moribus ſuis cuiuſlibet virtutis ſpeciem exprimit. Exiſtimato purum eſſe lilium modeſtiam, & iuſtitiam, & fortitudinem, & prudentiam, & quæcumque vera ſunt, vt ait Apoſtolus, quæcumque honeſta, quæcumque amabilia, quæcumque iuſta, quæcumque boni nominis: ſi qua virtus, ſi qua laus. Nam hæc omnia poſtquàm in animum penetrarunt, per vitam puram demonſtrantur: ſimulque ornant illum, qui ea continet, & ipſa quid ornamenti à continēte accipiunt. Quamobrem ea, quæ totam ſe cognato tradidit, inque forma ſua dilecti pulchritudinem recepit: qualia conſequatur ab illo, qui glorificantes ſe glorificat: audiamus in iis, quæ hactenus indicatis ordine proxima ſunt. Inquit enim ad ſponſam Verbum: *Pulchra es, proxima mea, ſicut ipſa beneuolentia: formoſa ſicut Hieruſalem: ſtupor tanquam inſtructæ acies.* Gloriam ab exercitu cœleſti Deo in altiſſimis tribui pro declarata in homines beneuolentia, idque paſtoribus audientibus, quo tempore illi natam in terra pacem viderant: itemque magni regis ciuitatem appellari Hieroſolymam à creaturæ totius domino, nemini eſſe obſcurum poteſt, qui euangelicis in libris verſatus eſt. Adeoque ſciri de hoc ipſo poteſt, quantam ſponſæ pulchritudinem Verbum tribuat, cùm illam & cum Hieroſolyma, & cum beneuolentia comparat. Satis enim perſpicuum eſt, hoc velle Verbum dicere, vſque adeò animam in ſublime euectam eſſe præclaro conſcendendi conatu, vt iam ad ipſa Domini miracula enitatur. Nam ſi

Pſ. 89.17.

Animus per virtutes paſcitur.

Phil. 4.8.

Luc. 2.14.

A ρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς. περὶ γὰρ εἴδη τῆς τροφῆς, συνδιατίθεται πάντως καὶ τὸ τρεφόμενον. οἷόν τι λέγω· ἔστω καθ' ὑπόθεσιν κοῖλόν τι σκεῦος ἐξ ὑέλου, ἐν ᾧ πᾶν τὸ βαλλόμενον εἴη, *εἴτε τι τῶν καθαρῶν τε καὶ λαμπρῶν. ἐνθεὶς οὖν τὴν λαμπρότητα τῶν κρίνων ταῖς ψυχαῖς ἐνθεὶς, λαμπρὰς δι' αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἀπεργάζεται, διαφαινομένου τοῦ ἐγκειμένου εἴδους ἐπὶ τὸ ἔξωθεν. ὡς δὲ ἂν πρὸς τὸ σαφέστερον ἡμῖν παραχθείη τὸ νόημα τοῦτο, φαμὲν, ὅτι τρέφεται μὲν ἡ ψυχὴ διὰ τῶν ἀρετῶν, κρίνα δὲ κατονομάζει τὰς ἀρετὰς δι' αἰνίγματος· ὧν ὁ διὰ τῆς ἀγαθῆς πολιτείας ἐμφορηθεὶς,
B ἐπίδηλον ἑαυτὸν ποιεῖ, διὰ τοῦ βίου ἑκάστης ἀρετῆς τὸ εἶδος διὰ τοῦ ἤθους ἐπιδεικνύμενος. ἔστω τοι κρίνον καθαρὸν ἡ σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἀνδρία, καὶ φρόνησις, καὶ ὅσα φησὶν ὁ ἀπόστολος ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα εὔφημα· εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος. ταῦτα γὰρ πάντα ἐντὸς τῆς ψυχῆς γινόμενα περὶ καθαρῷ διαδείκνυται βίῳ, καλλωπίζοντά τε τὸν περιέχοντα, καὶ αὐτὰ διὰ τοῦ εἰσδεξαμένου καλλωπιζόμενα. ἡ τοί-
C νυν δοθεῖσα ἑαυτὴν τῷ ἀδελφιδῷ, καὶ δεξαμένη τοῦ ἀγαπηθέντος τὸ κάλλος ἐν τῇ ἰδίᾳ μορφῇ· οἵων ἀξιοῦται παρὰ τοῦ τοὺς δοξάζοντος, ἀκούσωμεν διὰ τῆς προκειμένης τοῖς ῥήμασιν ἀκολουθίας. φησὶ γὰρ πρὸς τὴν νύμφην ὁ λόγος· καλὴ εἶ, ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία· ὡραία ὡς Ἱερουσαλήμ· θάμβος ὡς τεταγμέναις. ὅτι μὲν οὖν ἡ δόξα παρὰ τῆς οὐρανίου στρατιᾶς ἀναπέμπεται τῷ ἐν ὑψίστοις Θεῷ ὑπὲρ τῆς ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας ἐν ταῖς ἀκοαῖς τῶν ποιμένων, ὅτι εἶδον γενηθεῖσαν ἐπὶ
D γῆς τὴν εἰρήνην· καὶ ὅτι πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως Ἱερουσαλὴμ παρὰ τοῦ δεσπότου πάσης κτίσεως ὀνομάζεται, παντὶ δῆλον ἂν εἴη τῷ τοῖς εὐαγγελικοῖς καθομιλήσαντι λόγοις· ὡς διὰ τούτων μὴ ἀγνοῆσαι ποῖον μαρτυρεῖ τῇ νύμφῃ ὁ λόγος κάλλος διὰ τῆς πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ πρὸς τὴν εὐδοκίαν συγκρίσεως. δῆλον γὰρ ὅτι τοῦτο περὶ αὐτῆς ὁ λόγος ἐνδείκνυται, διὰ τῆς κατορθουμένης ἀνόδου, μέχρις ἐκείνου τὴν ψυχὴν ὑψωθῆναι, ὡς πρὸς τὰ τοῦ δεσπότου θαύματα ἑαυτὴν ἐπεκτεῖναι. εἰ γὰρ

ὁ ἐν

ὁ ἐν ὑψίστοις Θεὸς, ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας ἐν ἀνθρώποις αἵματι καὶ σαρκὶ κατακίρναται, ἵνα γένηται ἐπὶ τῆς γῆς εἰρήνη· δῆλον ὅτι πρὸς ταύτην τὴν εὐδοκίαν, τὸ ἑαυτῆς ὁμοιώσασα κάλλος, τὸν Χριστὸν μιμεῖται τοῖς κατορθώμασιν· ἐκεῖνο γινομένη τοῖς ἄλλοις, ὅπερ ὁ Χριστὸς τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο· καθάπερ καὶ ὁ μιμητὴς τοῦ Χριστοῦ Παῦλος ἐποίει, ἑαυτὸν τῆς ζωῆς ἀφορίζων, ἵνα τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν σωτηρίαν τοῦ Ἰσραὴλ ἀνταλλάξηται, λέγων· εὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα. πρὸς ὃν εἰκότως ἁρμόζει τῇ νύμφῃ τὸ εἰρημένον εἰπεῖν, ὅτι τοιοῦτόν ἐστι τῆς ψυχῆς σου τὸ κάλλος, οἷα ἡ τοῦ δεσπότου γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν εὐδοκία, ὃς ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, καὶ δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὢν, ἵνα ἡμεῖς ἐν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ ζήσωμεν, καὶ ἐν τῇ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν, καὶ ἐν τῇ τῆς δουλείας αὐτοῦ μορφῇ βασιλεύσωμεν. τὸ δὲ αὐτῆς μέγεθος, καὶ ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὡραιότης ὁμοίως ἐνδείκνυται, τὴν ἄνω δηλαδὴ Ἱερουσαλὴμ, τὴν ἐλευθέραν, τὴν τῶν ἐλευθέρων μητέρα, ἣν πόλιν τοῦ μεγάλου βασιλέως εἶναι παρὰ τῆς δεσποτικῆς φωνῆς μεμαθήκαμεν. ἡ γὰρ χωρήσασα ἐν αὐτῇ τὸν ἀχώρητον, ὥστε ἐνοικεῖν αὐτῇ καὶ ἐμπεριπατεῖν τὸν Θεὸν, τῇ ὡραιότητι τοῦ ἐν αὐτῇ κατοικοῦντος καλλωπισθεῖσα, Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιος γίνεται, τὸ ἐκείνης κάλλος ἐφ' ἑαυτῆς δεξαμένη. κάλλος δὲ τῆς πόλεως τοῦ βασιλέως καὶ ἡ ὡραιότης, αὐτὸ πάντως ἐστὶ τοῦ βασιλέως τὸ κάλλος. ἐκεῖνο γάρ ἐστι κατὰ τὸν λόγον τῆς ψαλμῳδίας ἡ ὡραιότης καὶ τὸ κάλλος, πρὸς ὃν ἡ προφητεία φησί· τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ ἔντεινον καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας, καὶ πραότητος, καὶ δικαιοσύνης. τούτοις γὰρ τὸ θεῖον χαρακτηρίζεται, τῇ ἀληθείᾳ λέγω καὶ τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τῇ πραότητι. ἡ τοίνυν ἐν τοῖς τοιούτοις κάλλεσι μορφωθεῖσα ψυχὴ, ὡραία γίνεται ὡς Ἱερουσαλὴμ, τῇ τοῦ βασιλέως ὥρᾳ καλλωπισθεῖσα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρόδηλον ἔχει τοῦ τῆς νύμφης κάλλους τὸν ἔπαινον, τῇ πρὸς τὴν εὐ-

A Deus ille in altiſſimis, qui eſt in ſinu patris, declarandæ in homines beneuolentiæ cauſſa ſanguini & carni miſcetur, vt in terra pax oriatur: planum eſt illam, quæ ad hanc beneuolentiam conformauit ſuam pulchritudinem, præclaris operibus ſuis Chriſtum imitari: quippe quæ aliis hoc ſit, quod Chriſtus humano generi fuit; quemadmodum & Paulus imitator ille Chriſti faciebat, ſeipſum à vita velut exterminans, vt cum calamitate ſua ſalutem Iſraëlis commutaret. Sic enim ait: Optarim anathema eſſe à Chriſto, B pro fratribus meis, cognatis meis ſecundum carnem. *Rom. 9.* Eaque de cauſa dici ad eum non ineptè poſſet, quod hîc ad ſponſam dicitur: Talis eſt animi *Philip. 2.* tui pulchritudo, qualis fuit Domini erga nos beneuolentia: qui ſe ipſum inaniuit ſumpta ſerui forma, & ſeipſum dedit pretium pro mundi vita, & propter nos inops factus eſt, cùm diues eſſet: vt nos in ipſius morte viueremus, in ipſius inopia diuitias conſequeremur, & in forma ſeruitutis ipſius regnaremus. Eadem ſponſæ maieſtas etiam C per elegantiam Hieroſolymæ ſignificatur: ſupernæ videlicet illius Hieroſolymæ, liberæ, liberorum matris, quam *Matth. 5. 35.* magni regis ciuitatem eſſe de Domini dicto intelleximus. Etenim quæ comprehendit intra ſe non comprehenſilem, ita vt habitet & ambulet in ea Deus, hæc per habitantis in ea pulchritudinem ornata, cœleſtis Hieroſolyma fit. Pulchritudo autem ciuitatis regis, & elegantia, ipſius haud dubiè regis eſt pulchritudo. Nam is eſt (quemadmodum in Pſalmorum libro dicitur) ipſa elegantia & pulchritudo, quem & Propheta hoc modo appellat: Elegantia tua D & pulchritudine tua dirige, proſperare, *Pſ. 44. 5.* regna: propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Hi enim pulchritudinis diuinæ ſunt characteres; veritas, inquã, & iuſtitia, & manſuetudo. quamobrem anima talibus ornata pulchritudinibus, fit formoſa tanquam Hieruſalem, venuſtate regis cohoneſtata. Enimuerò manifeſtum hoc ſponſæ pulchritudinis encomium eſt, amplificatum per

comparationem cum ipſa beneuolentia & Hieroſolyma. Quæ autem ſequuntur, & ipſa ſponſæ encomium eſſe, non nos quidem dubitamus: verùm ſententiam verborum, per quam huiuſmodi laude cohoneſtatur ea, quæ digna cenſetur hac prædicatione, facili & expedito conatu perſpicere nõ poſſumus. Verba quidem huiuſmodi ſunt. *Stupor tanquam instructæ acies.* Fortaſſe verò quis hactenus conſideratis inhærens dixerit, per hanc cũ vltramundana natura comparationem, amplificari prædicando maieſtatem ſponſæ. Nam hæ ſunt illæ instructæ copiæ, quippe vbi poteſtates ſemper dominantur: perpetuò dominationes rerum potiuntur: ſolidè fundati ſunt throni: principatus nullam in ſeruitutem rediguntur: ſine intermiſſione Deo copiæ fauſtis vocibus acclamant: volatus Seraphim non quieſcit, & ſtatio non progreditur: Cherubim ſuſtinere
Pſ.102. 21 ſublimem illum, eleuatumq; thronum non ceſſant: miniſtri opus facere, & ſermonem audire non deſinunt. Hæ igitur poteſtates à Deo cùm ordinatæ ſint, cúque ordo ille copiarum vltramundanarum, quaſque mente tantum intelligimus, æternùm non confuſus maneat, nulla malitia rationẽ illam optimè conſtitutam euertente: idcirco etiã anima, quæ ad illarum imitationem ordine decenterq; facit omnia, talem ſui admirationem excitat, qualem ordinatæ illæ copiæ merẽtur. Nam vox ſtuporis ſignificationem conſternationis habet. Per cõſternationem verò ſi admirationẽ intelligamus, à veritate non aberrabimus. Cæterùm quæ ab his proxima ſequuntur verba, ambiguitatem quandam continẽt, quanã à perſona, & ad quam prolata ſint, cùm dicitur: *Auerte oculos tuos à me. Nam illi alas mihi reddiderunt.* Nonnullis videtur, hæc à Domino ad animam puram dici: verùm ergo magis conuenire arbitror, vt hæc ad ſponſam referantur. Etenim huic congruere ſententiam eorum, quæ dicuntur reperio. Quæ autem mihi occurrunt, exponam breuiter. Sæpenumero ſcripturam à Deo inſpiratam Dei alarum mentionem fa-
Pſal.16. cere audio. Modo enim ait Propheta: ſub tegmine alarum tuarum me teges.

A δοκίμῳ τε καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ συγκρίσει πληρούμενον. τὸν δὲ ἐφεξῆς λόγον ἐγκώμιον μὲν εἶναι τῆς νύμφης οὐκ ἀμφιβάλλομεν· τὴν δὲ διάνοιαν καθ' ἣν τῷ τοιούτῳ ἐπαίνῳ σεμνύνεται, ἡ τῆς εὐφημίας ταύτης ἀξιωθεῖσα, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ προχείρου μαθεῖν. ἔχει γὰρ ἡ λέξις οὕτως. θάμβος ὡς τεταγμέναι. τάχα δ' ἄν τις τοῖς προθεωρηθεῖσιν ἑπόμενος εἴποι, διὰ τῆς πρὸς τὴν ὑπερκόσμιον φύσιν συγκρίσεως μεγαλύνεσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου διὰ τῶν ἐπαίνων τὴν νύμφην. ἐκεῖναι γάρ εἰσιν αἱ τεταγμέναι δυνάμεις, ὅπου αἱ μὲν
B ἐξουσίαι διαπαντὸς ἐν τῷ κυριεύειν εἰσί· κρατοῦσι δὲ δι' ὅλου αἱ κυριότητες· βεβήκασι δὲ παγίως οἱ θρόνοι, ἀδούλωτοι δὲ μένουσιν αἱ ἀρχαί· εὐλογοῦσι δὲ τὸν Θεὸν ἀδιαλείπτως αἱ δυνάμεις, ἥ τε πτῆσις τῶν Σεραφὶμ οὐχ ἵσταται, καὶ ἡ στάσις οὐ μεταβαίνει· καὶ τὰ Χερουβὶμ ἀνέχοντα τὸν ὑψηλόν τε καὶ ἐπηρμένον θρόνον οὐκ ἀπολήγει· οἵ τε λειτουργοὶ ποιοῦντες τὸ ἔργον, καὶ ἀκούοντες τῶν λόγων οὐ παύονται. ἐπεὶ οὖν αἱ ἐξουσίαι αὗται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσί, καὶ ἡ τά-
C ξις τῶν νοητῶν καὶ ὑπερκοσμίων δυνάμεων, ἀσύγχυτος εἰς τὸ διηνεκὲς μένει, μηδεμιᾶς κακίας διαστρεφούσης τὴν εὐταξίαν· διὰ τοῦτο καὶ ἡ πρὸς μίμησιν ἐκείνων ψυχή, πάντα κατὰ τάξιν καὶ εὐσχημόνως ποιοῦσα, τοιοῦτον ἐφ' ἑαυτῆς κινεῖ τὸ θαῦμα, οἷόν ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἐκείναις ταῖς τεταγμέναις ἐστίν. ἔκπληξις γὰρ ἡ τοῦ θάμβους ἑρμηνεύεται διάνοια. διὰ δὲ τῆς ἐκπλήξεως τὸ θαῦμα νοοῦντες, τῆς ἀληθείας οὐχ ἁμαρτησόμεθα. ἡ δὲ τούτοις ἐκ τοῦ ἀκολούθου προκειμένη ῥῆσις, ἀμφίβολα
D ποιεῖ τὰ πρόσωπα, παρ' οὗ τε εἴρηται καὶ πρὸς ὃν εἶπεν· ὅτι ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον ἐμοῦ. ὅτι αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με. τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ παρὰ τοῦ δεσπότου πρὸς τὴν καθαρὰν εἰρῆσθαι ταῦτα ψυχήν· ἐγὼ δὲ τῇ νύμφῃ πρέπειν ὑπονοῶ μᾶλλον τὸ ῥητὸν ἐφαρμόζεσθαι. ταύτῃ γὰρ κατάλληλον εὑρίσκω τὴν τῶν σημαινομένων ὑπὸ τοῦ λόγου διάνοιαν. τὰ δέ μοι παραστάντα δι' ὀλίγων ἐκθήσομαι. ἤκουσα πολλαχοῦ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς πτέρυγας εἶναι τῷ Θεῷ διηγουμένης. νῦν μὲν τῆς προφητείας λεγούσης, ὅτι ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με.

καὶ, ὅτι ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς. πάλιν δὲ τοῦ Μωϋσέως ἐν τῇ μεγάλῃ ᾠδῇ τοῦτο ὑπογράφοντος, ἐν οἷς φησιν· ὅτι διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐδέξατο αὐτούς. καὶ τὸ παρὰ τοῦ κυρίου πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰρημένον, ὅτι ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις συνάγει τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς· ἃ οὐκ ἔξω τοῦ προκειμένου νοήματος εἴποι τις ἂν εἶναι, πρὸς τὸ ἀκόλουθον βλέπων. εἰ τοίνυν κατά τινα λόγον ἀπόρρητον πτέρυγας εἶναι περὶ τὴν θείαν φύσιν ὁ θεόπνευστος διορίζεται λόγος· ἡ δὲ πρώτη τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγενῆσθαι τὴν φύσιν ἡμῶν μαρτύρεται· πάντως ὅτι διὰ πάντων εἶχε κατ' εἰκόνα γενόμενος τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ὁμοιότητα. ἀλλὰ μὴν ἐπτέρωται κατὰ τὴν ἁγίαν γραφὴν, τὸ πρωτότυπον· οὐκοῦν πτερωτὴ καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατεσκευάσθη φύσις, ὡς ἂν καὶ ἐν ταῖς πτέρυξιν ἔχοι τὸ θεῖον ὁμοίωμα· δῆλον δὲ ὅτι τὸ πτερύγων ὄνομα διά τινος τροπικῆς θεωρίας εἰς τὸ θεοπρεπὲς μεθερμηνεύεται νόημα, δυνάμεώς τε καὶ μακαριότητος, καὶ ἀφθαρσίας, καὶ τῶν τοιούτων διὰ τοῦ ὀνόματος τῶν πτερύγων σημαινομένων. ἐπεὶ οὖν ταῦτα καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἦν, ἕως ὅτε τῷ Θεῷ διὰ πάντων ὅμοιος ἦν· μετὰ ταῦτα δὲ ἡ πρὸς τὴν κακίαν ῥοπὴ, τῶν τοιούτων πτερύγων ἡμᾶς ἀπεσύλησεν· ἔξω γὰρ τῆς σκέπης τῶν τοῦ Θεοῦ πτερύγων γενόμενοι, καὶ τῶν ἰδίων πτερύγων ἐγυμνώθημεν· διὰ τοῦτο ἐπεφάνη ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις φωτίζουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀποθέμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, πάλιν δι' ὁσιότητός τε καὶ δικαιοσύνης πτεροφυήσωμεν. οὐκοῦν εἰ ταῦτα τῆς ἀληθείας οὐκ ἀπεσχοίνισται, πρέπει παρὰ τῆς νύμφης ὁμολογεῖσθαι τὴν ἐπ' αὐτῆς γενομένην παρὰ τῶν θείων ὀφθαλμῶν χάριν. ὁμοῦ τε γὰρ ἐπεῖδεν ἡμᾶς τοῖς τῆς φιλανθρωπίας ὀφθαλμοῖς ὁ Θεός, καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἀρχαίαν χάριν ἀνεπτερώθημεν. ταῦτα οὖν οἶμαι διὰ τῶν εἰρημένων τὸν λόγον ἐνδείκνυσθαι, ἃ προσευχόμενος ὁ Δαβὶδ ἐν ἑξκαιδεκάτῃ ψαλμῳδίᾳ φησὶ πρὸς κύριον· ὅτι, οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν εὐθύτητας, τὰς ἐμὰς δηλονότι. ἐδοκίμασας γὰρ τὴν καρδίαν μου, φησὶν, ἐπισκέψω νυκτός· ἐπύρωσάς με, καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία. ἴσον οὖν ἐστιν, εἰπεῖν,

A Item ſub alas eius ſperabis. Rurſum Moſes inſigni illo in carmine idem his *Pſal. 35.* verbis quaſi depingit: Diductis alis ſuis recepit eos. Nec illud quod à Domino ad Hieroſolymam dicitur, Quoties volui colligere liberos tuos, quemadmodum gallina pullos ſub alas ſuas colligit: *Matth. 23.* abhorrere ab hac ſententia dicere quis poſſit, conſequentiam ipſam intuens. Quare ſi protectus è ſancto Spiritu ſermo ratione quadam ineffabili diuina in natura eſſe alas definit, & ſi primum illud hominis opificium teſtatur, naturam noſtram ad imaginem ſimilitudinemque Dei factam eſſe: B omnino patet, factum ad imaginem huius habuiſſe per omnia cum archetypo ſuo ſimilitudinem. Atqui alas habebat exemplar princeps, de ſententia ſacrarum litterarum: idcirco ſequitur humanam quoque naturam ſic fuiſſe conditam, vt eſſet alata: quo nimirum etiam in aliis diuina cum natura ſimilitudinem haberet. Eſt autem manifeſtum, alarum vocabulum per conſiderationem quandam figuratam *Quid alæ in Deo.* ad ſenſum Deo conſentaneũ eſſe transferendum: ita vt & poteſtas, & beatitudo, & ſtatus expers interitus, & alia huiuſmodi per hoc nomen ſignificentur. C Quia igitur hæc etiam erant in homine, quàm quidem diu per omnia Deo erat ſimilis: verum deinde ad vitioſitatem facta inclinatio talibus nos alis ſpoliauit (poſteaquam enim extra tegmen alarum Dei eſſe cœpimus, etiam propriis alis nudati ſumus) idcirco Dei gratia patefacta eſt, illuminans nos, vt impietate mundaniſque cupiditatibus depoſitis, *Tit. 2. 12.* rurſum per ſanctitatem ac iuſtitiam alas proferamus. Quamobrem ſi hæc veritatis extra metas prolata non ſunt, conuenit hoc loco ſtatuere, fateri ſponſam ipſam qua ſit ab oculis diuinis adfecta gratia. D Simul enim & benignitatis ſuæ nos oculis adſpexit Deus, & nos ad exemplum gratiæ priſtinæ alas recuperauimus. Hæc arbitror equidem per hæc verba ſignificari, quæ precibus Dauid in Pſalmo xvj. complexus, ad Dominum ait: *Pſal. 16.* Oculi tui videant rectitudines, nimirum meas. Nam probaſti ait, cor meum, & inſpexiſti noctu: igne me examinaſti, & non reperta eſt in me iniquitas. Eſt igitur idem, ſi dicas,

Oculi tui videāt rectitudines: &, Oculi tui contrariū non ſpectent. Nam qui rectum intuetur, obliquū non videt: & qui ob obliquū non videt, omnino rectum ſpectat. Itaque per ſummotionē contrarij, bonum diuinis in oculis demonſtrat, per quos alas anima recuperat, quæ per inobedientiam primò conditorum hominum non amplius alas à natura habebat. Quare ſic intelligimus hæc verba, quaſi diceretur: Oculi tui cùm me inſpiciunt, auertuntur à contrario. Non enim videbunt in me quidquam eorum, quæ mihi contraria ſunt. Idcirco tuis ab oculis hoc conſequor, vt rurſum alas habeam, & per virtutes recuperem alas eius, quæ eſt tanquam columba: quo fit vt volare poſſim, ac viciſſim quieſcere: quiete illa nimirum, qua Deus ab operibus ſuis quieuit. Cæterùm poſt hæc verba rurſum deſcriptio pulchritudinis ſponſæ ſuccedit, & ſingula quæ ad elegantiam ipſius facere poſſunt, apta quadam ſimilitudine ornantur. Nam & comarum eius venuſtas laudatur, & dentium collocatio, & flos in labro, & vocis ſuauitas, & genarum rubor. Atque horum omnium laus per conuenientem quandam comparationem ſponſæ abſoluitur. Etenim capilli capris de Galaad conſpiciendas ſe præbentibus adſimilatur: tonſarum verò greges, geminis fœtibus gaudentes, encomium dentium conficiunt. Funiculo denique coccineo labium comparatur: & per collationem cum mali punici cortice genarum ornamentum indicatur. Verba ſunt huiuſmodi. *Coma tua velut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ de lauacro adſcenderunt, & omnes habent fœtus gemellos, neque ſterilis inter eas vlla eſt. Labra tua ſunt inſtar funiculi coccinei, & loquela tua elegans eſt. Malæ tuæ inſtar corticis mali punici, præter id quod in te reticetur.* Quæ omnia cùm ſuperius ſatis indagando ſint explicata, ſuperuacaneum fuerit, earumdem contemplationum repetitione moleſtiam orationi noſtræ aliquam creare. Quòd ſi quis tamen etiam modò dici nonnihil de iiſdem expetit, propter eos, qui nuper nos non audiuêre: breuiter horum ænigmatum ſententiam percurremus.

A ὅτι οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν εὐθύτητας· καί, ὅτι οἱ ὀφθαλμοί σου τὸ ἐναντίον μὴ θεασάσθωσαν. ὁ γὰρ τὸ εὐθὲς ἰδών, σκολιὸν οὐκ εἶδε· καὶ ὁ σκολιὸν μὴ ἰδὼν τὸ εὐθὲς πάντως τεθέαται. οὐκοῦν διὰ τῆς τοῦ ἐναντίου ὑπεξαιρέσεως τὸ ἀγαθὸν τοῖς θείοις ὀφθαλμοῖς ἐπιδείκνυσι, δι' ὧν ἀναπτεροῦται πάλιν ἡ ψυχή, ἣ διὰ τῆς παρακοῆς τῶν πρωτοπλάστων περιεῤῥυήσατο. τοῦτο τοίνυν διὰ τῶν εἰρημένων κατενοήσαμεν· ὅτι οἱ ὀφθαλμοί σου ἐπ' ἐμὲ ἐπιβλέπουσιν, ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ ἐναντίου. οὐ γὰρ ὄψονταί τι ἐν ἐμοὶ τῶν ἐναντιουμένων μοι. διὰ τοῦτο γίνεταί μοι ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου, τὸ πάλιν πτερωθῆναι, καὶ ἀναλαβεῖν διὰ
B τῆς ἀρετῆς τὰς πτέρυγας τῆς περιστερᾶς, δι' ἧς γίνεταί μοι τῆς πτήσεως ἡ δύναμις· ὥστε πετασθῆναι καὶ καταπαῦσαι, ἐκείνην δηλαδὴ τὴν κατάπαυσιν, ἣν κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. πάλιν δὲ μετὰ τὰς φωνὰς ταύτας ἡ τοῦ κάλλους τῆς νύμφης ὑπογραφὴ διαδέχεται, τῶν εἰς τὴν ὥραν αὐτῆς συντελούντων ἕκαστον, διά τινος προσφυοῦς ὁμοιώσεως τοῦ λόγου σημειώσαντος. ἐπαινεῖται γὰρ αὐτῆς τῶν τριχῶν τὸ κάλλος, καὶ τῶν ὀδόντων ἡ θέσις, καὶ τὸ
C ἐπὶ τοῦ χείλους ἄνθος, καὶ τὸ ἡδὺ τῆς φωνῆς, τῆς τε παρειᾶς τὸ ἐρύθημα. ὁ δὲ περὶ ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἔπαινος, διά τινος καταλλήλου συγκρίσεώς τε καὶ παραθέσεως πληροῦται τῇ νύμφῃ. αἱ μὲν γὰρ τρίχες ἀγέλαις αἰγῶν ταῖς ἀναφανείσαις ἀπὸ τοῦ Γαλαὰδ ὡμοιώθησαν· αἱ δὲ τῶν κεκαρμένων ἀγέλαι διδύμοις τόκοις ἐπαγαλλόμεναι, τὸ τῶν ὀδόντων ἐγκώμιον πληροῦσι διὰ τῆς ὁμοιώσεως. σπαρτίῳ δὲ κοκκοβαφεῖ τὸ χεῖλος εἰκάζεται, καὶ τῷ λεπύρῳ τῆς ῥόας ἡ παρειὰ καλλωπίζεται. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως. τρίχωμά σου
D ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεφάνησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ. ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία. ὡς λέπυρον ῥόας μῆλόν σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. ὧν ἁπάντων ἐν τοῖς φθάσασιν ἱκανῶς ἐξητασμένων περιττὸν ἂν εἴη διὰ τῆς τῶν αὐτῶν θεωρημάτων παλιλλογίας ὄχλον ἐπεισαγαγεῖν τῷ λόγῳ. εἰ δέ τις καὶ νῦν τὸν περὶ τῶν αὐτῶν λόγον ἐπιζητοίη γενέσθαι, διὰ τοὺς ἀνηκόους τῶν προτέρων εἰς τὰ ῥητὰ ταῦτα θεωρηθέντων δι' ὀλίγων τὴν διάνοιαν τῶν αἰνιγμάτων ἐπιδραμούμεθα.

αἱ τρίχες τοῦ σώματος, ἰδιάζουσαν ἔχουσι παρὰ τὸ λοιπὸν σῶμα τὴν φύσιν. παντὸς γὰρ τοῦ σώματος αἰσθητικῇ δυνάμει διοικουμένου, ἧς ἄνευ τὸ ζῆν φύσιν οὐκ ἔχει· ζωὴ γὰρ τοῦ σώματός ἐστιν ἡ αἴσθησις· μόνας ὁρῶμεν τὰς τρίχας καὶ μέρος οὔσας τοῦ σώματος, καὶ ἀμοιρούσας αἰσθήσεως. δείκνυσι δὲ ταύτην ἐπὶ τοῦ μέρους τούτου τὴν ἰδιότητα· τὸ μήτε διὰ καύσεως μήτε διὰ τομῆς καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ ἄλλου σώματος καὶ ταύτας ἀλγύνεσθαι. ἐπεὶ τοίνυν κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν, δόξα τῆς γυναικός ἐστιν ἡ κόμη, διὰ τῶν πλοκάμων τὴν κεφαλὴν ὡραΐζουσα· τοῦτο διὰ τοῦ ἐπαίνου τῶν τῆς νύμφης τριχῶν διδασκόμεθα, ὅτι χρὴ τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν τῆς νύμφης θεωρουμένους, δι᾽ ὧν ἡ ἐκκλησία δοξάζεται, κρείττους τῶν αἰσθήσεων εἶναι, κρύπτοντας διὰ τῆς σοφίας τὴν αἴσθησιν· καθὼς ἡ παροιμία φησίν· ὅτι σοφοὶ κρύψουσιν αἴσθησιν, οἷς οὐχ ὅρασις τοῦ καλοῦ κριτήριον γίνεται, οὔτε τῇ γεύσει τὸ ἀγαθὸν δοκιμάζεται, οὐκ ὀσφρήσει τε καὶ ἁφῇ, οὐδὲ ἄλλῳ τινὶ αἰσθητηρίῳ ἡ τοῦ καλοῦ ἐπιτρέπεται κρίσις· ἀλλὰ πάσης νεκρωθείσης αἰσθήσεως διὰ μόνης τῆς ψυχῆς, τῶν κατ᾽ ἔννοιαν φαινομένων ἀγαθῶν ἐφάπτονται καὶ ἐπορέγονται, καὶ οὕτω δοξάζουσι τὴν γυναῖκα, τὴν ἐκκλησίαν, οὔτε τιμαῖς διογκούμενοι, οὔτε μικροψυχίαις πρὸς τὰ λυπηρὰ συστελλόμενοι· ἀλλὰ κἂν τέμνεσθαι δέῃ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, κἂν θηρίοις, ἢ πυρὶ βάλλεσθαι, κἂν ἄλλό τι τῶν λυπηρῶν ὑπομένειν, τὴν τῶν τριχῶν ἀναισθησίαν ἐν τῇ πείρᾳ τῶν ἀλγεινῶν ὑποκρίνονται. τοιοῦτος ἦν Ἠλίας ὁ ἐκ τοῦ Γαλαὰδ ἀναβαίνων δασεῖ καὶ αὐχμηρῷ τῷ σώματι, δέρμασιν αἰγὸς ἐσκεπασμένος, πρὸς πᾶσαν ἀπειλὴν τοῦ τυράννου ἀπτόητος. ὅσοι τοίνυν κατὰ μίμησιν τῆς τοῦ προφήτου μεγαλοφυΐας τοῦ κόσμου παντὸς ἑαυτοὺς ὑπεραίρουσιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ὧν οὐκ ἔστιν ἄξιος ὁ κόσμος· οὗτοι ἀγεληδὸν περὶ τὴν τοῦ παντὸς κεφαλὴν θεωρούμενοι, δόξα γίνονται τῆς ἐκκλησίας, ἐπὶ τὴν οὐράνιον χάριν τῷ Γαλααδίτῃ συναναβαίνοντες. τὸ δὲ τὰς αἰγὰς ζῶον εἰς τὸν τῶν τριχῶν ἔπαινον παρελήφθη, τάχα μὲν, ὅτι καὶ ἡ φύσις τοῦ τοιούτου ζώου καταλλήλως πρὸς τὴν γένεσιν τῶν τριχῶν κατεσκεύασται·

A Capilli corporis peculiarem quandam
& diuerſam à reliquo corpore natu- *Capillorũ*
ram habent. Nam cum corpus vni- *natura*
uerſum vis ſenſilis gubernet, abſque *qua.*
qua nemo viuere poſſet, quòd ſenſus
ipſe ſit vita corporis: ſolos capillos vi-
demus & partem corporis eſſe, & ſenſu
tamen carere. Atque hanc partis hu-
ius proprietatem eſſe, declarat hoc
ipſum, quòd neque exuſtione, neque
ſectione, reliqui corporis inſtar, dolo-
rem capilli percipiant. Itaque cùm de
ſententia dicti Paulini, gloria mulieris
ſit coma, quippe quæ per cincinnos ca- *1. Cor. 11.*
B putexornet: docemur per hanc capil-
lorum ſponſæ prædicationem, debere
illos qui in capite ſponſæ eſſe intelli-
guntur, & per quos gloria Eccleſiæ ac-
cedit, habere ſenſus in poteſtate ſua,
perque ſapientiam ſenſum occultare:
quemadmodum liber Prouerbiorum
loquitur, quum ait: Sapientes abſcon- *Prou. 10.*
dunt ſenſum: nimirum qui non ex ad-
ſpectu de bono iudicium faciunt, non
guſtatu bonum explorant, non odora-
tui, non tactui, non alterius ſenſus or-
gano æſtimationem boni permittunt:
ſed omni ſenſu mortificato, per ſolum
C animum oblata menti bona ample-
ctuntur & expetunt: atque hoc modo
mulierem illam, quæ eſt Eccleſia, glo-
ria quadam exornant, non honoribus
intumeſcentes, neque per abiectionem
animi rebus triſtibus in anguſtum co-
acti; ſed in aduerſis caſibus capillorum
inſtar ſe ſenſus expertes declarantes, e-
tiamſi vel ſectio propter fidem in Chri-
ſtum, vel ad beſtias, vel in ignem abie-
ctio perferenda ſit. Talis erat Elias ille,
qui de Galaad aſcēdit, in horrido ſqual-
lidoque corpore, caprinis pellibus te-
ctus, ad omnes tyranni minas nunquam
non interritus. Quicumque igitur ad
D imitationem generoſi in hoc propheta
animi ſeipſos ſupra mundum hunc vni-
uerſum attollunt, egentes, preſſi, ad-
flicti in montibus, antris, cauernis ter-
ræ, quibus denique mundus non eſt
dignus: hi verò gregatim circa vniuerſi
huius caput conſpecti, Eccleſiæ gloria
fiunt, ad cœleſtem gratiam vnà cum illo
Galaadite ita conſcendentes. Cæterùm
capræ animalis in hac capillorum lauda-
tione mentio facta eſt, fortaſſe propter-
ea quod huius animalis natura idoneè *Capræ ſi-*
comparata ſit ad proferendos pilos: *militudo.*

Nnn iij

ita vt ornamenti capillorum imago quędam hoc ipſum animal ſit, quod à natura pilos denſos habet. Vel quod per ſaxa ſine vlla pedum offenſione tendat, & circa vertices montium verſetur, per loca tranſitu difficilia præruptaque fidenter incedens: id quod aptè ad eos accommodabitur, qui præclarè aſperam virtutis viam conficiunt. Denique dixerit forſan aliquis, propterea per has ad capitis encomium aliquid accedere, quod animal hoc ad multa legalia ſacrificia ſit à Moſe vſurpatum. Scio etiam in ænigmatis libri Prouerbiorum inter quatuor illa quæ benè incedunt, numerari hircum ducētem caprarum gregem. De quo noſtra quidem huiuſmodi coniectura eſt. Quoduis inſtitutum, ab vno aliquo cœptum, in multos quaſi diditur: vt in arte ferraria litteræ ſacræ indicantes, auctorem eius artis eſſe Thobelum: ſcientiam eorum omnium, qui poſt hunc ferri elaborationem tractarunt, ad ipſum referunt. Eodem modo rei paſtoriæ primus auctor Abel exiſtit, Cain agricultionis, venatoriæ Nembrod, vitium culturæ Noë, Enos in Deum primus ſperaſſe dicitur, adeóque multa de litteris ſacris huiuſmodi licet intelligere: nimirum poſteaquàm vnus aliquid inſtituerit, hoc ipſum inſtitutum deinde per imitationem in vitam hominum promanaſſe. Quamobrem cùm in zelo diuino prorſus eximiè ſupra cæteros ſeſe geſſerit Elias, quaſi dux reliquorum in hac parte factus: quicumque poſt illum imitati zelum eius, veſtigia libertatis in hoc Propheta ſequuti ſunt, ij velut quidem grex caprarius illius facti ſunt, qui princeps talis vitæ auctor exiſtit. Iidem laus & gloria fiunt Eccleſiæ, ſelecti vt capillorum ſint ornamentum, cùm ſenſuum vita locum in eis nullum habeat. Eodem modo dentes etiam laudat, per quos fortaſſis illi ſunt intelligendi, qui Eccleſiæ corpus alunt. Hos vult ſemper conſpici puros, quaſi digreſſos primùm à lauacro: & pilorum copia minimè grauatos eſſe, quaſi recens tonſos: & virtutum interim fœcunditate geminis fœtibus inſignes, vt puritatis duplicis parentes fiant, tum quæ in animo, tum quæ in corpore conſpiciatur: adeóque à dentibus his exterminetur, quidquid in fœtificatione boni eſt ſterile.

A ὥστε αἴνιγμα τοῦ διὰ τῶν τριχῶν κόσμου γενέσθαι τὸ ζῶον, τὸ ταῖς θριξὶ φυσικῶς δασυνόμενον, ἢ ὅτι διὰ τῶν πετρῶν ἀπολισθήτως βαίνει, καὶ περὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἀναστρέφεται, διὰ τῶν δυσπορεύτων καὶ ἀποτόμων εὐθαρσῶς τὴν πορείαν ποιούμενον· ὅπερ τοῖς τὴν τραχεῖαν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν κατορθοῦσι προσφυές*. μᾶλλον δ' ἂν τις εἴποι διὰ τὸ πρὸς πολλὰ τῆς νομικῆς ἱερουργίας ὑπὸ τοῦ νομοθέτου παρειλῆφθαι τὸ ζῶον, συντελεῖν ταῦτα τῇ κεφαλῇ πρὸς ἐγκώμιον· οἶδα δὲ ἐν τοῖς τῆς παροιμίας αἰνίγμασιν ἐν τοῖς τέσσαρσι τοῖς εὐοδουμένοις, ἓν καὶ τοῦτο τῶν καλῶς διαβαινόντων B ἀπηριθμῆσθαι τὸν τράγον τὸν ἡγούμενον τοῦ αἰπολίου. ὃ δὲ περὶ τούτου στοχαστικῶς ὑπονοοῦμεν, τοιοῦτόν ἐστι. πᾶν ἐπιτήδευμα δι' ἑνὸς ἀρχόμενον εἰς πολλοὺς διαδίδοται· ὡς ἐπὶ τῆς χαλκευτικῆς ἡ γραφὴ τὸν Θοβελ εὑρετὴν τῆς τέχνης εἰποῦσα, πάντων τῶν μετ' αὐτὸν μεταχειριζομένων τοῦ σιδήρου τὴν ἐργασίαν εἰς ἐκεῖνον ἀνάγει τὴν ἐπιστήμην. οὕτω καὶ τῆς ποιμενικῆς ὁ Ἀβελ ἡγήσατο, καὶ Καϊν τῆς γεωργίας, καὶ τὸν Νεβρὼδ ἀρχηγὸν λέγει τῆς κυνηγετικῆς ἐπιστήμης, καὶ τῆς ἀμπελουργίας τὸν Νῶε, καὶ τῆς εἰς C Θεὸν ἐλπίδος τὸν Ἐνὼς φησιν ἄρξασθαι· καὶ πολλὰ τοιαῦτα παρὰ τῆς ἁγίας ἔστι διδαχθῆναι γραφῆς, ὅτι ἑνός τινος ἐπιτηδεύσαντος εἰσῆλθε κατὰ μίμησιν εἰς τὸν βίον τὸ ἐπιτήδευμα. ἐπεὶ τοίνυν τὸν θεῖον ζῆλον διαφερόντως κατὰ πάντων ἐξόχως ὁ Ἡλίας κατηγήσατο, ὅσοι μετ' ἐκεῖνον τὸν ἐκείνου μιμησάμενοι ζῆλον, τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι τῆς τοῦ προφήτου παρρησίας ἐπηκολούθησαν, αἰπόλιον γεγόνασι τοῦ ἡγησαμένου τῆς τοιαύτης ζωῆς. οἵτινες δόξα τῆς ἐκκλησίας καὶ ἔπαινος γίνον- D ται, εἰς τὸν τῶν τριχῶν κατατεταγμένοι κόσμον, ὧν ἡ αἰσθητικὴ ζωὴ κεχώρισται καὶ ἠλλοτρίωται. διὰ τῶν ὁμοίων πλέκει καὶ τοῖς ὀδοῦσι τὸν ἔπαινον· οὗτοι δ' ἂν εἶεν, οἱ τρέφοντες δι' ἑαυτῶν τῆς ἐκκλησίας τὸ σῶμα, οὓς βούλεται μὲν πάντοτε ὡς ἀπὸ λουτροῦ καθαροὺς ὁρᾶσθαι· ἀπερίττους διὰ παντὸς εἶναι τρίχας, ὡς ἀπὸ προσφάτου κουρᾶς· κατὰ δὲ τὸν τόκον τῶν ἀρετῶν διδυμεύοντας· τῆς διπλῆς καθαρότητος γινομένους πατέρας, τῆς τε κατὰ ψυχὴν, καὶ τῆς κατὰ σῶμα θεωρουμένης· ὡς ἐξορίζεσθαι ἐκ τῶν ὀδόντων τούτων, πᾶν τὸ ἄγονον ἐν τῷ κρείττονι.

τὸ δὲ σπαρτίον τὸ ἐπὶ τοῦ χείλους τιθέμενον, τὴν μεμετρημένην τοῦ λόγου διακονίαν παραδηλοῖ τῷ αἰνίγματι, ὅπερ ὁ προφήτης φυλακήν τε καὶ θύραν περιοχῆς κατωνόμασεν· ὅταν ἐν καιρῷ διανοίγηται τὸ στόμα τοῦ λόγου, καὶ κατὰ καιρὸν κατακλείηται. μέτρου δὲ ὄνομα τὸ σπαρτίον εἶναι, παρὰ τῆς προφητείας τοῦ Ζαχαρίου μεμαθήκαμεν· ὅτι σπαρτίον γεωμετρικὸν ἐν χερσὶν εἶχεν ὁ ἐν αὐτῷ λαλῶν ἄγγελος. τότε δὲ μάλιστα τυγχάνει τοῦ μέτρου ὁ λόγος, ὅταν περικεχρωσμένος τύχῃ τῷ ἐρυθήματι, ὅπερ τοῦ αἵματος τοῦ λυτρωσαμένου ἡμᾶς αἴνιγμα γίνεται. ἐὰν μὲν τις κατὰ τὸν Παῦλον λαλοῦντα ἔχῃ ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστόν, τὸν ἰδίῳ αἵματι λυτρωσάμενον ἡμᾶς, ἔτι ἔχει τὸ γεωμετρικὸν σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος, τῇ βαφῇ τῇ αἱματώδει κοκκωπιζόμενον. ὁ δ' ἐφεξῆς λόγος, ἑρμηνεία ἐστὶ τοῦ προάγοντος αἰνίγματος. λαλιὰν γὰρ ὡραίαν ὀνομάζει τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον, δι' οὗ πάλιν σημαίνει τὸ καθαρὸν καὶ ἔμμετρον. τὸ γὰρ ἀκριβῶς ὡραῖον, καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ τῆς ἀκμῆς προφαινόμενον, οὔτε ἄωρόν ἐστιν, οὔτε ἔξωρον. τῷ δὲ λεπύρῳ τῆς ῥόας τὸ μῆλον τῆς παρειᾶς ὡραΐζον, μεγάλην τινὰ προσμαρτυρεῖ τῇ νύμφῃ τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τελειότητα. σημαίνει γὰρ μὴ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὸν θησαυρὸν αὐτῇ παρεσκευάσθαι, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι θησαυρὸν ἑαυτῆς, παντὸς ἀγαθοῦ παρασκευὴν ἐν ἑαυτῇ περιέχουσαν. ὡς γὰρ τῷ λεπύρῳ περιέχεται τῆς ῥόας τὸ ἐδώδιμον· οὕτως ἐνδείκνυται τὸ φαινομένῳ κάλλει τοῦ βίου τὸν ἔνδον αὐτῆς θησαυρὸν περιέχεσθαι. ἐκεῖνος οὖν ἐστιν ὁ κρυπτὸς θησαυρὸς τῶν ἐλπίδων, ὁ ἴδιος καρπὸς τῆς ψυχῆς, ὁ τῷ ἐναρέτῳ βίῳ καθάπερ τινὶ ῥόας λεπύρῳ περικρατούμενος. τὸ δέ, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου, ταύτην οἶμαι τὴν διάνοιαν ἔχειν, ὅτι ὁ ἔπαινός σου οὐκ ἐκ τῶν φαινομένων τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσα τῷ λόγῳ μηνύεται· ἀλλὰ μᾶλλον, ὅσα σιωπῇ ἀποκέκρυπται τὴν τοῦ λόγου διαφεύγοντα μήνυσιν. ὥσπερ γὰρ τὸ ἐκτὸς τοῦ λόγου ἡ σιωπὴ νοεῖται, οὕτω τὸ ἐκτὸς σιωπῆς τὸν λόγον νοῶν τις, οὐχ ἁμαρτήσεται. ἐκεῖνο γὰρ σιωπῶμεν, ὃ διὰ τῶν ῥημάτων ἀδυνατοῦμεν ἐξαγγεῖλαι.

A Funiculus autem in labro collocatus, menſura quadam circumſcriptam ſermonis vſurpationem in ænigmate notat, id quod Propheta cuſtodiam & oſtium compreſſionis appellauit: cum in tempore ad loquendum os aperitur, *Pſ. 141. 3.* & ſuo tempore rurſus occluditur. Funiculum autem menſuræ nomen eſſe, de libro prophetiæ Zachariæ didicimus. *Zach. 2. 1.* Habebat enim in manibus Angelus in ipſo loquens, funiculum quo terram metiri homines ſolent. Tunc autem oratio maximè ſuam menſuram conſequitur, cùm à rubedine colorata B eſt, quæ eſt ænigma ſanguinis illius, à quo redempti ſumus. Quare ſi quis ad exemplum Pauli Chriſtum in ſe lo- *2. Cor. 13. 3.* quentem habet, qui proprio nos ſanguine redemit: etiam funiculum illum geometricum habet in ore, ſanguinea tinctura ornatum. Quæ autem ſequuntur verba, interpretatio ſunt præcedentis ænigmatis. Nam funiculum illum coccineum exponit loquelam elegantem, qua voce rurſum puritas & moderatio ſignificatur. Etenim quod accuratè elegans eſt, atque ipſo in vigore ſe conſpiendum exhibet: id ne- C que immaturum, neque exoletum eſt. Cum verò deinde per mali punici corticem genas ornat, inſignem quandam in bonis perfectionem ſponſæ tribuit. Vult enim ſignificare, non alia quadam in re ſitum eſſe theſaurum ipſius, ſed ipſam ſui ipſius theſaurum eſſe: quippe quæ omnis boni apparatum in ſe complectatur. Nam vt cortice continetur id quod eſculentum eſt in malo punico: ſic etiam demonſtrat contineri theſaurum eius interiorem pulchritudine illa vitæ, quæ ſub aſpectum cadit. Hic igitur eſt occultus ille ſpei D theſaurus proprius animi fructus, qui vita virtuti conſentanea quaſi quodam mali punici cortice continetur. Quod autem additur, *Præter id quod in te reticetur*: hanc, vt arbitror, ſen- *Quid ſit quod reticetur.* tentiam habet, non tam ex cadentibus ſub adſpectum æſtimari laudem hanc debere, quatenus hæc verbis exponuntur: quàm ex iis, quæcumque ſilentio teguntur, indicationem quæ per verba fiat, effugientia. Quemadmodum enim id, quod oratio non eſt, ſilentium eſſe ſtatuimus, ſi quod à ſilentio eſt diuerſum, orationem quis eſſe dixerit, non errabit. Nam id reticemus, quod verbis enuntiare non poſſumus.

A Si ergo illud quod oratione non continetur, ſilentium eſt, conſequitur omnino putandum, id eſſe orationem, quod extra ſilentium ſit. Quare cùm dicit, Præter id quod in eo reticetur, hoc vult haud dubiè, præclara quidem & magna eſſe, quæ indicari oratione poſſint, nimirum extra ſilentium poſita ſint, ſilentio tecta & ineffabilia, modis omnibus maiora & admirabiliora eſſe iis, quæ oratione proferantur. Nunc etiam illa, quæ ſequuntur, audiamus encomia: quorum ſententia conſimilis eſt illi puteo, cuius os commemorat hiſtoria lapide graui ſic mu- B nitum fuiſſe, vt difficulter eius aqua frui puellæ paſcentes poſſent: donec eò delatus Iacob, lapidem ab ore putei ſummouit, & aqua repletis vaſis, ex quibus biberunt greges, fecit vt abundè ſe potu recrearent. Et quæ tandem illa ſunt, quæ tali cum puteo comparamus? *Sexaginta reginæ ſunt, & octoginta concubinæ, & iuuencularum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vnica eſt matri ſuæ, electa illi quæ peperit eam.* Quis igitur nobis lapidem obſcuritatis huius voluēdo ſummouebit? quis abditorum ſenſuum aquam exantlabit, quæ quidem vſque C adeò ſita in profundo eſt, vt noſtra eam ratio nequeat attingere? Enimuerò rectè me facere arbitror, cùm veſtris auribus teſtatum facio, cogitationem horum in ſolos illos cadere, quos Apoſtolus his verbis appellat: In omnibus opulenti facti eſtis, in omni ſermone, & in omni cognitione. Noſtra verò penuria propoſitos nobis in hiſce verbis theſauros comprehendere nullo modo poteſt. Ne tamen ignauiæ condemnemur, cùm lex nobis lata ſit, quæ ſcrutandas eſſe litteras ſacras præcipit: parumper hac etiam in parte ſudoris adhibere non detre- D ctabimus. Dicimus ergo comprehenſam his verbis philoſophiam, per has ſponſæ laudes elegantem quandam nobis doctrinam proponere. Ea verò eſt huiuſmodi. Non eadem ratione atque ordine vniuerſum hoc & creatum eſt & renouatur. Nam cum rerum initio vi numinis diuini eſſe creatorum natura cepit, in re qualibet vna cum principio ſine vllo temporis ſpatio finis etiam perfectioque rei coniunctus fuit: cùm vniuerſa de nihilo producta cum principio perfectionem etiam ſuam conſequerentur. Eſt autem hu-

Gen.29.10 (margin, at "latus Iacob")
1.Cor.1. (margin, at "omnibus opulenti")

A εἰ οὖν τὸ ἐκτὸς ἐκείνου ἡ σιωπὴ νοεῖται, τὸ ἐκτὸς σιωπῆς ἀκόλουθον πάντως τὸν λόγον οἴεσθαι. οὐκοῦν ὁ εἰπὼν, ὅτι ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου, τοῦτο σαφῶς τῷ λόγῳ παρίστησιν, ὅτι καλὰ μέν ἐστι καὶ μεγάλα τὰ τῷ λόγῳ φανῆναι δυνάμενα, ὅσα ἐκτός ἐστι τῆς σιωπήσεώς σου, τὰ δὲ τοῦ λόγου ἐκτὸς, τὰ τῇ σιωπῇ καλυπτόμενα, τὰ ἄρρητά τε καὶ ἀνεκφώνητα, πάντως καὶ θαυμασιώτερα τῶν ἐκφωνουμένων ἐστίν. ἀκούσωμεν δὲ καὶ τῶν ἐφεξῆς ἐπαίνων· ὧν ἡ διάνοια τῷ τῆς ἱστορίας ἔοικε φρέατι, ᾧπερ τις λίθος ἐπέ- B χων τὸ στόμιον, ἄπορον ποιεῖ ταῖς ποιμαινούσαις τὴν μετουσίαν τοῦ ὕδατος· ἀλλ' ὁ Ἰακὼβ ἐπιστὰς ἀναμοχλίζει τὸν τοῦ στομίου τὸν λίθον, καὶ πλήρη τὰ ποτιστήρια ποιήσας τοῦ ὕδατος ἔδωκε τοῖς θρέμμασι κατ' ἐξουσίαν ἐντρυφῆσαι τῶν ναμάτων. τίνα τοίνυν ἐστὶν, ἃ τῷ τοιούτῳ φρέατι παρεικάζομεν; ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου. μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν. τίς οὖν ἡμῖν ἀποκυλίσει τὸν ἀσαφείας ταύτης τὸν λίθον; τίς ἐξαντλήσει τὸ τῶν νοημάτων τὸ ὕδωρ, C οὕτως ἐν βάθει καταχειμένου, ὡς ἀνέφικτον εἶναι τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ; ἀλλά μοι καλῶς ἔχειν δοκεῖ τοῦτο ταῖς ἀκοαῖς ὑμῶν διαμαρτύρεσθαι, ὅτι τὸ ταῦτα γνῶναι μόνων ἐκείνων ἐστὶ, πρὸς οὓς φησιν ὁ ἀπόστολος· ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε, ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ ἐν πάσῃ γνώσει. ἡ δὲ ἡμετέρα πενία τῶν προκειμένων τοῦ λόγου θησαυρῶν περιδράξασθαι ἀδυνάτως ἔχει. πλὴν ὡς ἂν τοῦ τῆς ἀργίας κατακρίματος ἔξω γενοίμεθα, διὰ τὸ ἐρευνᾶν τὰς γραφὰς ἡμῖν νομοθετηθέντα· μικρόν τινα καὶ τούτοις ἱδρῶτα προσθεῖναι οὐ κατοκνήσομεν. φαμὲν τοίνυν δόγματι τῶν ἀστειοτέρων τὴν D ἐν τοῖς ῥητοῖς τούτοις φιλοσοφίαν διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς νύμφης ἡμῖν παρατίθεσθαι. τὸ δὲ δόγμα τοιοῦτόν ἐστιν. οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας καὶ τάξεως κτίζεται τὰ ὄντα καὶ ἀνακτίζεται. ὅτι μὲν γὰρ κατ' ἀρχὰς διὰ τῆς θείας δυνάμεως ἡ τῆς κτίσεως ὑφίστατο φύσις, ἐφ' ἑκάστου τῶν ὄντων ἀδιαστάτως τῇ ἀρχῇ συναπηρτίσθη τὸ πέρας, πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγομένοις ὁμοῦ τῇ ἀρχῇ συναναγούσης τῆς τελειότητος. ἐν δὲ

τῶν κτισθέντων καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐστίν, οὐδὲ αὐτὴ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἄλλων ἐκ προαγωγῆς προελθοῦσα ἐπὶ τὸ τέλειον· ἀλλ' ἀπὸ τῆς πρώτης ὑπάρξεως συμπλασθεῖσα τῇ τελειότητι. ἐγένετο γάρ, ὡς ὁ λόγος φησί, κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν. ὅπερ ἐνδείκνυται τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀκρότατόν τε καὶ τελειότατον. τί γὰρ ἂν ὑπέρτερον εὑρεθείη τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοιώσεως; ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πρώτης κτίσεως, ἀδιαστάτως τῇ ἀρχῇ συνανεφάνη τὸ πέρας, καὶ ἀπὸ τῆς τελειότητος ἡ φύσις τοῦ εἶναι ἤρξατο. ἐπειδὴ δὲ τῷ θανάτῳ διὰ τῆς πρὸς τὴν κακίαν σχέσεως οἰκειωθεῖσα, τῆς ἐν τῷ ἀγαθῷ διαμονῆς ἀπερρύη· οὐκ ἀθρόαν καθ' ὁμοιότητα τῆς συστάσεως τῆς πρώτης ἐπαναλαμβάνει τὴν τελειότητα, ἀλλ' ὁδῷ τινι πρόεισιν ἐπὶ τὸ μεῖζον, διά τινος ἀκολουθίας καὶ τάξεως κατ' ὀλίγον ἀποσκευαζομένη τὴν πρὸς τὰ ἐναντία προσπάθειαν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς πρώτης κατασκευῆς, οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον συνδραμεῖν τῇ γενέσει τὸ τῆς φύσεως τέλειον, κακίας οὐκ οὔσης. ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ἀναστοιχειώσεως, ἀναγκαίως ἡ διαστηματικὴ παράτασις συμπαρομαρτεῖ τῇ ἐπακολουθούσῃ πρὸς τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ἀνατρέχουσι· διότι τῇ ὑλικῇ προσπαθείᾳ συνδεθεῖσα διὰ κακίας ἡμῶν ἡ διάνοια κατ' ὀλίγον ὥσπερ φλοιοῦ τινος τοῦ περιέχοντος διὰ τῆς ἀκριβεστέρας ἀγωγῆς περιξυομένη, τὴν συμφυΐαν ἀπωθεῖσα τοῦ χείρονος. τούτου χάριν πολλὰς εἶναι παρὰ τῷ πατρὶ μονὰς μεμαθήκαμεν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν ἑκάστῳ πρὸς τὸ καλὸν σχέσεως, καὶ τῆς τοῦ χείρονος ἀποστάσεως, ἑτοιμαζομένης πᾶσι τῆς ἀντιδόσεως. ὁ μὲν γάρ τις ἐν ἀρχῇ τῆς τοῦ βελτίονός ἐστι βρώσεως, ἄρτι καθάπερ ἐκ βυθοῦ τινος τοῦ κατὰ κακίαν βίου πρὸς τὴν μετουσίαν τῆς ἀληθείας ἀνανηξάμενος, τῷ δέ τις γέγονεν ἤδη δι' ἐπιμελείας προσθήκη τοῦ κρείττονος· ἄλλος ἐπιπλέον διὰ τῆς ἐπιθυμίας τῶν ἀγαθῶν ἐπηυξήθη· ὁ δὲ μέσης ἔχεται τῆς τῶν ὑψηλῶν ἀναβάσεως· ἕτερος καὶ τὸ μέσον παρέδραμεν· εἰσὶ δέ τινες καὶ οἱ τούτων ἑαυτοὺς ὑπεράραντες· ἄλλοι κἀκείνους παρήλασαν· καὶ ὑπὲρ τούτους ἕτεροι πρὸς τὸν ἄνω δρόμον συντείνονται· καὶ ὅλως κατὰ τὴν ποικίλην τῆς προαιρέσεως διαφορὰν ἕκαστον ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἰδίῳ δέχεται τάγματι, τὰ πρὸς ἀξίαν ἀποπληρῶν τοῖς πᾶσι,

A mana quoque natura illorum in numero, quæ creata ſunt, & perinde vt reliquę res non paulatim ad perfectionem ſuam contendit: ſed ſtatim ex quo primum eſſe cœpit, perfecta fuit. Aiunt enim litteræ ſacræ: Factus eſt homo ad imaginem Dei & ſimilitudinem. Quibus verbis indicatur bonũ inter omnia bona ſummum & perfectiſſimum. Quid enim reperiri poſſit ſimilitudine Deum referente ſublimius? Itaque patet in prima creatione ſine vllo temporis interuallo vnà cum principio finem etiã apparuiſſe, réſque creatas à perfectione B cœpiſſe. Poſteaquàm verò natura propter adfectionem erga vitioſitatẽ morti addicta, de perſeuerantia in bono excidit: non perinde vt in ortu primo, perfectionem ſubitò recuperat, ſed via quadam ad maius progreditur, idque conſentanea ratione & ordine, dum paulatim adfectionẽ ad contraria procliuem extinguit. In prima enim creatione nihil erat quod impediret, quò minus naturæ perfectio cum ortu ipſius concurreret, cùm nulla eſſet vitioſitas. At in hac altera reſtitutione neceſſariò comi- C tatur eos, qui ad primum illud bonum recurrunt, mora quędam & dilatio temporis: propterea quod mens noſtra, quæ ob vitioſitatem conſtricta tenetur ab adfectione quadam propendente in res craſſas, coniunctionem cum malo, quaſi corticem quendam obductum ſibi, per decentem viuendi rationem velut vndique ſcalpendo paulatim detrahat. Hac de cauſſa etiam multas apud patrem illum manſiones eſſe accepimus, quippe quòd pro ratione propenſionis ad bonum, & abſceſſus à malo, cuique merces parata ſit. Alius enim adhuc D eſt in primo electionis boni initio, vt qui recens à fundo vitæ vitioſæ ad veritatis fruitionem emerſerit: alius ſtudioſo conatu iam boni quadam acceſſione & incremento auctus eſt: alius etiam amplius ob ſingularem bonorum cupiditatem eſt conſequutus: alius quaſi medium iter conſcenſionis ad illa ſublimia confecit: alius etiam medium hoc curſu præteriit: nonnulli & hos ſuperarunt, quos rurſus alij ſunt prætergreſſi: contendentibus item aliis ſupra hos quoque ad altiora: denique Deus omnino pro varietate induſtriæ ſingulorum, ſuo quęlibet ordine recipit, cuique ſortem ex ipſius dignitate tribuens,

Gen. 1.

Ioan. 14. a.

bonorumque compenſationes tam ad ſublimiores, quàm inferiores accommodans. Huiuſmodi quandam commentationem inſtitui propoſitis in verbis exiſtimamus, animarumque diſcrimen indicari, quæ ſponſum intuentur. Nam alias vocat iuuenculas, quarum multitudo numerum omnem ſuperet: alias concubinas: alias reginas. Concubinarum numerum decadibus octo definiit, cùm reginarum numerus ſexagenarium expleat. At ſupra vniuerſas haſce collocat vnicam illam perfectamque columbam, quam ſolam matri, & electam eſſe genitrici ſuæ pronuntiat. Itaque per hæc diuina oracula diſcimus, nonnullos qui non ita pridem velut ex aluo quadam in imo ſiti erroris prodierint, quaſique recens editi, nec dum ſermonis articulati capaces ſint: propter adſcenſionem fidei non ſatis à ratione confirmatam, numero infinitos eſſe: quippe qui ſalutarem quidem illi ſermonem myſterij ſacri eſſe crediderunt, non tamen per ſcientiam quandam & certitudinem ab ipſo ſermone profectam, quaſi ſolido innitentem fundamento veritatem habent. Atque hæ ſunt illæ appellatæ iuuenculæ, quòd primam adhuc ætatem ſpiritualem agant, quodque per fidei ſermonem genitæ, necdum conueniente incremento eiuſmodi factæ ſint, vt vel ætatem nuptiis maturam attigerint, vel in virum perfectum euaſerint, vel menſuram nuptiis aptæ ætatis adſequutæ ſint, vt ex Dei metu ferre vterũ poſſint, & ſpiritum ſalutis gignere. Nimirum adhuc propter infantiam & imperfectionem mentis, cum adfectione quadam nonnihil bruta vitæ conſuetudinem habent. Sed tamen etiam hi ſunt eorum in numero, qui ſalutem conſequuntur, quemadmodum Propheta ait:

Pſal. 35. Homines & iumenta ſeruabis Domine. Quibus in verbis iumenta vocat eorum, qui ſeruantur, partem propius nonnihil accedentem ad bruta. Cæterùm illorum, in quibus cõueniente ſtudio mens aucta eſt, quique infantiam reliquerunt, duplex hîc diſcrimen diſcimus. Etenim animæ fiunt quidem illæ concorpores Verbo, tam hæ quàm illæ: Verùm nonnullæ per amatoriam quaſi quandam adfectionem cum eo conglutinantur: cuius generis erat Dauidis & Pauli anima: quarum illa inquit, Mihi cum Deo conglutinari bonum eſt: hæc

A καὶ συνάγων τοῖς ὑψηλοτέροις τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀμοιβὰς, καὶ συμμέτρως ἐλάττοσι. ταῦτα διὰ τῶν προκειμένων ῥητῶν φιλοσοφεῖν τὸν λόγον ὑπενοήσαμεν τὴν διαφορὰν τῶν ψυχῶν, αἳ πρὸς τὸν νυμφίον ὁρῶσιν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν διαστέλλεται. τὰς μὲν γὰρ ὀνομάζει νεάνιδας, τὴν τοῦ ἀριθμοῦ φύσιν διὰ τοῦ πλήθους νικώσας· ἄλλας δὲ παλλακίδας· καὶ ἄλλας βασιλίδας εἶναί φησιν. ὀκτωδεκάδι τῶν παλλακίδων τὸν ἀριθμὸν περιγράψας· αἱ δὲ βασιλίδες συντελεῖν εἰπὼν εἰς ἑξήκοντα, ὑπερτίθησι πασῶν τὴν ἐν τῇ μονάδι θεωρουμένην τελείαν περιστερὰν, ἣν καὶ μόνην τῇ μητρὶ, καὶ ἐκλεκτὴν εἶναι τῇ τεκούσῃ
B αὐτὴν ἀποφαίνεται. ταῦτα οὖν διὰ τῶν θείων λογίων νοεῖν ἐναγόμεθα, ὅτι οἱ μὲν ἄρτι καθάπερ ἐκ νηδύος τινὸς τῆς ἐν βάθει κειμένης ἀπάτης ἔξω γινόμενοι, ἀρτιγενεῖς τινες ὄντες, καὶ οὔπω διηρθρωμένοι ἐν ἑαυτοῖς τὸν λόγον χωρήσαντες, τῇ ἀλογωτέρᾳ συγκαταθέσει τῆς πίστεως ἐν ἀπείρῳ θεωροῦνται πλήθει· σωτήριον μὲν εἶναι πεπιστευκότες τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον, οὐ μὴν ἐπιστήμῃ τινὶ καὶ τῇ διὰ τοῦ λόγου πληροφορίᾳ ἱδρυμένην ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀλήθειαν. αὗταί εἰσιν αἱ ὀνομασθεῖσαι νεάνιδες, διὰ τὸ νέαν ἄγειν τὴν πνευ-
C ματικὴν ἡλικίαν, αἱ γεννηθεῖσαι τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, οὐδέπω διὰ τῆς καθηκούσης αὐξήσεως τοιαῦται γεγόνασιν, ὡς ἐπὶ γάμου ἀκμὴν προελθεῖν, καὶ φθάσαι εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον γαμικῆς ἡλικίας, ὥστε τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου δύνασθαι κυοφορῆσαι, καὶ πνεῦμα σωτηρίας παιδοποιήσασθαι. ἀλλ' ἔτι τῷ νηπίῳ τι καὶ ἀτελὲς τῆς διανοίας, ἀλογωτέρᾳ πως συζῶσι τῇ διαθέσει. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτοι τῶν σωζομένων εἰσὶ, καθώς φησιν ὁ προφήτης· ὅτι ἀνθρώπους
D καὶ κτήνη σώσεις κύριε. κτήνη λέγων τὸ ἀλογώτερον μέρος τῶν σωζομένων· τῶν δὲ διὰ τῆς καθηκούσης ἐπιμελείας αὐξηθέντων τῇ διανοίᾳ· καὶ καταλελοιπότων ἤδη τὴν νηπιότητα, διπλῆν ὑπὸ τοῦ λόγου τὴν διαφορὰν διδασκόμεθα. γίνονται μὲν γὰρ αἱ ψυχαὶ καὶ σύσσωμοι τῷ λόγῳ, καὶ αὗται κἀκεῖναι· ἀλλ' αἱ μὲν ἐρωτικῇ τινι διαθέσει προσκολλῶνται· οἵα ἦν ἡ τοῦ Δαβὶδ, καὶ ἡ τοῦ Παύλου ψυχή· ἡ μὲν λέγουσα, τὸ ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν ἐστιν·

ἡ δὲ τό, οὐδεὶς χωρίσει ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ A Χριστοῦ· οὐ ζωή, οὐ θάνατος, οὐ τὸ παρόν, οὐ τὸ μέλλον, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὄντων οὐδέν. αἱ δὲ φόβῳ κολάσεως τὰς μοιχικὰς ἀποφεύγουσι πείρας. μένουσι γὰρ ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ ἁγιασμῷ καὶ αὗται· ἀλλὰ τῷ φόβῳ μᾶλλον ἢ τῷ πόθῳ παιδαγωγούμεναι μόνῳ, τὸ κακὸν οὐ προσδέχονται· αἱ μὲν οὖν διὰ τῆς τελειοτέρας διαθέσεως πόθῳ τῆς ἀφθαρσίας ἀνακραθεῖσαι τῇ τοῦ Θεοῦ καθαρότητι, βασίλισσαι διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς βασιλείας κατονομάζονται. τὰς δὲ τῷ τῆς ἀπειλῆς φόβῳ τὴν ἀρετὴν ἐκπονούσας, παλλακίδας ὀνομάζει ὁ B λόγος. οὔπω γάρ τις αὐτῶν μήτηρ βασιλέως καὶ κοινωνὸς τῆς ἀξίας γενέσθαι δυνατῶς ἔχει. πῶς γὰρ ἂν δυνηθείη, ἡ μηδέπω ἀναλαβοῦσα ἐν ἑαυτῇ τὸ ἀδέσποτον καὶ αὐτοκρατὲς τοῦ ἐναρέτου φρονήματος· ἀλλὰ δουλικῷ φόβῳ τῆς τῶν κακῶν κοινωνίας ἀφισταμένη; ὑποδείγματα δὲ τῶν εἰρημένων ἐστίν, ἐπὶ μὲν τῶν βασιλίδων, τὸ κατὰ τοὺς τῆς δεξιᾶς στάσεως ἠξιωμένους, πρὸς οὓς ὁ βασιλεὺς λέγει· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· τοῦ δὲ δευτέ- C ρου καὶ ὑφειμένου τάγματος εἶεν ἂν ἐκεῖνοι, πρὸς οὓς λέγει ὁ κύριος· φοβήθητε τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι ἔχοντα ἐξουσίαν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. ταύτην δέ μοι δοκεῖ τὴν διαστολὴν τῶν δύο ταγμάτων, ἡ κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς διαφορὰ παραδηλοῦν δι' αἰνίγματος. πῶς τοῦτό φημι; ἓξ εἰσὶν ἐντολαί, δι' ὧν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ τοῖς δεξιοῖς ἑτοιμάζεται. λογισώμεθα τούτων ἕκαστον τὸ δεσποτικὸν εἶναι τάλαντον, ὃ προσήκει παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πιστοῦ οἰκέτου δεκαπλασιασθῆναι διὰ τῆς D ἐργασίας, ἵνα οὕτως εἰσέλθῃ εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ἐν ὀλίγοις πιστὸς εὑρεθείς, καὶ ἐπὶ πολλῶν καθιστάμενος. εἰ τοίνυν διὰ τῶν ἓξ τούτων ἐντολῶν ἡ τῆς βασιλείας γίνεται τῇ ψυχῇ κοινωνία· τὸ δὲ τέλειον τῆς ἐργασίας ἐφ' ἑκάστης ἐστὶ τὸ δεκαπλασιάσαι τὴν ἐντολήν, καθὼς ἔφη ὁ ἀγαθὸς δοῦλος ἐκεῖνος, ὅτι δέκα τάλαντα τὸ ἕν σου τάλαντον κατηργάσατο· εὑρίσκομεν ἐκ τοῦ ἀκολούθου τὴν μίαν βασίλισσαν, εἰς ἑξήκοντα πλατυνομένην· τὴν διὰ τοῦ δεκαπλασιασμοῦ τῶν ἓξ ἐντολῶν εἰς κοινωνίαν τῆς βασιλείας παραδεχθεῖσαν·

A verò, Nemo ſciunget nos à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu: non vita, non mors, non quod præſens, non quod futurum eſt, non quidquam earum rerum, quæ exiſtunt. Aliæ autem ſupplicij metu adulterij conatus vitant. Nam & ipſæ manent incorruptæ in integritate ac ſanctificatione: ſed metu magis quàm deſiderio adductæ flagitium nullum admittunt. Quæ igitur per adfectionem quandam perfectiorem deſiderio incorruptæ integritatis cum Dei puritate quaſi commiſcentur, B reginæ propter regni ſocietatem appellantur. Quæ autem minarum metu virtutem colunt, concubinæ vocantur. Nec enim illarum vlla mater regis, ac dignitatis particeps fieri poteſt. Quî enim poſſet illa, quæ necdum eam conditionem conſequuta eſt, vt nullius dominatui ſubiecta ſit, nec ſummum imperium honeſtæ elationis adepta: ſed metu ſeruili à ſocietate vitiorum diſcedit? Horum autem quæ diximus, exempla ſunt, de reginis quidem illi, qui ad dextram collocari merentur, ad quos rex ait, Venite bene- C dicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum: alterius verò, & inferioris ordinis exemplum illi fuerint, ad quos Dominus inquit: Timete illum, qui poteſtatem habet, vt poſteaquàm occiderit, etiam in gehennam ignis conijciat. Atque hoc duorum ordinum diſcrimen indicare mihi per ænigma videtur ipſa in numeris diuerſitas. Quî hoc inquam? Sex omnino præcepta ſunt, per quæ regnum paratur iis, qui ad dextram collocantur. Statuamus apud animum, quodlibet horum eſſe talentum illud heri- D le, quod negotiando effici à bono ac fideli famulo decuplo amplius conuenit, vt hoc modo in gaudium Domini ſui ingrediatur, repertus in exiguis fidelis, & propterea multis præfectus. Si ergo per hæc ſex præcepta regni anima fit particeps, & in quolibet horum quæſtus ac negotiatio perfecta eſt, mandatum ipſum quaſi decuplare, quemadmodum bonus ille ſeruus ait, vnum heri ſui talentum decem aliorum talentorum lucrum adquiſiuiſſe; conſentanea quadam ratione reperimus, in ſexaginta reginas vnam illam excreſcere: quæ per decuplationem ſex mandatorum in regni ſocietatem venerit:

Pſal. 72.
Rom. 8.
Matth. 25.
Luc. 12.

ita vt multæ ſint vna illa per multiplicem mandatorum characterem diuiſa, & in quolibet opere præclaro peculiariter velut expreſſa. Hoc igitur modo in ſexaginta reginas vna diuiditur, ſecundum mandatorum ſpecies diſtincta & numerata: fitque particeps regni Chriſti ſponſa, quaſi natio quædam reginarum facta, quæ prius vna erat, dum per tot dignitates ratione mandatorum numerando quaſi multiplicatur. Iam ſi hunc mandatorum ſenarium vna in anima velut excultum ad decuplum vſque, per illas ſexaginta reginas in ænigmate ſignificari non prorſus abſurdè coniecimus: conſimiliter etiam per octoginta ſignificari obſcuriuſculè myſterium Octauæ dicimus ſimili quodam ænigmate, ad quam reſpicientes illi qui metu ducti, malorum à ſocietate arcentur. Hoc enim ex pſalmis animaduertimus, quibus in inſcriptione præfigitur Octauæ nomen: & voces ipſæ ſunt prorſus eorum qui metu futurorum malorum quaſi flagellantur, adeoque ad commiſerationem aures flectunt. Ait enim terribilem ad iudicem is, qui ad

Pſal. 6. Octauam reſpicit: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque ira tua caſtigaueris me. Miſerere mei Domine, quia debilis ſum: ſana me Domine, quia conturbata ſunt oſſa mea. Quibus adde cætera quæcumque deinceps incorrupto iudici ſupplicando proponit: inter cætera deplorans etiam hoc, quod in morte nulla Dei ſit recordatio. Nam quî fieri poſſit, vt ij qui ad eiulatum & dentiū ſtridorem condemnati ſunt, ex recordatiōne Dei lætitiam percipiant? Nam alio in loco Propheta dicit, recordationem Dei lætitiam ex-

Pſ. 76. 4. citare. Hæc igitur & alia huiuſmodi Deo proponens is, qui octauam metuit, tandem ſentit ſe miſericordiæ

Pſal. 6. participem fieri, cùm ait: Exaudiit vocem ploratus mei. Cùm autem multi vtiles metus ſacris in litteris declarentur, eſto in his etiam, vt perinde ac ſex illa mandata vſque ad decuplum exereſcant: ita vt is qui ex pſalmorum libro didicerit, quo pacto rectè quis Deum metuat, nimirum deflectendo à malo, & faciendo bonum: hic ergo rem diuini metus, quaſi quandam vel minam, vel talentum, negotiādo decies

Pſal. 6. ampliorem efficiat. Quo fiet, vt anima locum à regina ſecundum obtinens,

A ὡς πολλὰς εἶναι τὴν μίαν τῷ πολυτρόπῳ χαρακτῆρι τῶν ἐντολῶν ἐμμερισθεῖσαν, καὶ ἑκάστῳ τῶν κατορθωμάτων ἰδιαζόντως ἐμμορφωθεῖσαν. οὕτως οὖν εἰς ἑξήκοντα βασιλίδας ἡ μία καταμερίζεται, πρὸς τὰ εἴδη τῶν ἐντολῶν διαιρουμένη· καὶ γὰρ κοινωνὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας ἡ νύμφη, δῆμος βασιλίδων ἡ μία γενομένη, ἡ διὰ τοσούτων τῶν κατὰ τὰς ἐντολὰς ἀξιωμάτων ἀριθμηθεῖσα. εἰ δὲ τὴν ἑξάδα τῶν ἐντολῶν ἐν μιᾷ κατὰ τὸ δεκαπλάσιον γεωργηθεῖσαν ψυχὴν διὰ τῶν ἑξήκοντα βασιλίδων

B σημαίνεσθαι δι' αἰνίγματος, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ὑπενοήσαμεν· ἀκολούθως καὶ διὰ τῶν ὀγδοήκοντα τὸ τῆς ὀγδόης μυστήριον παραδηλοῦσθαι φαμὲν διὰ τοῦ ὁμοίου αἰνίγματος· πρὸς ἣν βλέποντες οἱ τῷ φόβῳ παιδαγωγούμενοι, τῆς τῶν κακῶν κοινωνίας ἀπείργονται. οὕτως γὰρ ἐν ταῖς ψαλμῳδίαις ἐμάθομεν, ἐν αἷς προστέτακται διὰ τῆς ἐπιγραφῆς ἡ ὀγδόη· μαστιγουμένων γὰρ ἄντικρυς εἰσὶν αἱ φωναὶ, τῷ φόβῳ τῶν ἐλπιζομένων εἰς ἔλεον τὴν ἀκοὴν ἐπικάμπτουσαι. φησὶ γὰρ πρὸς τὸν φοβερὸν κριτὴν ὁ πρὸς τὴν ὀγδόην βλέ-

C πων· Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. ἐλέησόν με Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι· ἴασαί με Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. καὶ ὅσα ἐκ τοῦ ἀκολούθου τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ διὰ τῆς ἱκετηρίας προτείνεται, ἐν οἷς καὶ τὸ μὴ εἶναι Θεοῦ μνήμην ἐν τῷ θανάτῳ ὀδύρεται. πῶς γὰρ ἂν εἴη δυνατὸν τοῖς κλαυθμῷ τε καὶ βρυγμῷ καταδεδικασμένοις, τὴν ἐκ τῆς μνήμης τοῦ Θεοῦ εὐφροσύνην ἐγγίνεσθαι; οὕτως εἰπόντος ἑτέρωθι τοῦ προφήτου, ὅτι ἡ μνήμη τοῦ Θεοῦ εὐφροσύνην ποιεῖ. ταῦτα οὖν καὶ ἄλλα τοιαῦτά τι-

D να προτεινόμενος ὁ δεδοικὼς τὴν ὀγδόην, ἐν αἰσθήσει τῆς τοῦ ἐλέους γίνεται μετουσίας λέγων· ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου. πολλῶν δὲ μακαρίων φόβων ὑπὸ τῆς ἁγίας δηλουμένων γραφῆς, εἴη ἂν καὶ ἐπὶ τούτων ἀναλόγως ταῖς ἓξ ἐντολαῖς, ἡ ἐπὶ τὸ δεκαπλάσιον αὔξησις· ὥστε τὸν διδαχθέντα παρὰ τῆς ψαλμῳδίας, πῶς κατορθοῦται ὁ τοῦ Κυρίου φόβος, ἐκ τοῦ ἐκκλῖναι μὲν ἀπὸ κακοῦ, ποιεῖν δὲ τὰ ἀγαθά· οἷόν τινα μνᾶν, ἢ τάλαντον, δεκαπλασιάσαι διὰ τῆς ἐργασίας τὸ χρῆμα τοῦ θείου φόβου. καὶ οὕτως τὴν δευτερεύουσαν μετὰ τὴν βασιλίδα ψυχὴν τῷ φόβῳ

καὶ ἀγάπῃ

καὶ οὐκ ἀγάπῃ τὸ καλὸν κατεργάζεται, πρὸς τὸν ἀριθμὸν τὴν ὀγδοήκοντα πλατυνθῆναι, ἕκαστον εἶδος τῶν διὰ φόβου κατορθουμένων ἐπὶ τοῦ βίου ἑαυτῆς ἀσυγχύτως τε καὶ ἀποκεκριμένως δεικνῦσα· ὡς καὶ ἐπὶ ταύτης τῆς ὀγδόης λόγον, τῇ πρὸς τὸ δεκαπλάσιον αὐξήσει συμπλατυνθῆναι, καὶ τρόπῳ φόβῳ δουλικῷ, καὶ οὐχὶ ἔρωτι νυμφικῷ τῷ ἀγαθῷ προσεγγίζουσαν, παλλακὴν ἀντὶ τῆς βασιλίδος· διὰ τὴν τῆς ὀγδόης φόβον, ὃν δεκαπλασίως ἐν τοῖς κατορθώμασιν ηὔξησεν, εἰς τὸν ἀριθμὸν συντελοῦσαν τὴν ὀγδοήκοντα, ἣν κωλύει δὲ ὁ τῆς ἱστορίας λόγος νόθῳ, προσκαίρῳ, καὶ οὐκ εὐγενεῖ τόκῳ ὑπηρετήσασαν, μὴ συνοικεῖν εἰς τέλος τῇ βασιλίδι· ὡς οὐκ οὔσης ἐκ τοῦ ἴσου τῆς βασιλικῆς κληρονομίας τῇ δουλικῇ γονῇ πρὸς τὸν ἐλεύθερον τόκον. ἔκβαλε γάρ, φησι, τὴν παιδίσκην καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. εἰ δέ τινι βιαιοτέρα φαίνεται ἡ εἰς τὸν προκείμενον τοῖς ῥητοῖς ἀριθμὸν θεωρία, ἀναμνησθήτω ὅτι καὶ κατ' ἀρχὰς τὸ μὴ δύνασθαι τυχεῖν τῆς ἐν τούτοις ἀληθείας ἐμαρτυράμεθα, τοσοῦτον μόνον ἅψασθαι, ὅσον μὴ ἀγύμναστα καθ' ὅλου παραδραμεῖν τὰ αἰνίγματα. πλὴν εἰ ἔξω βάλοι τὸν φόβον ἡ ἀγάπη τελείως, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ μεταποιηθεὶς ὁ φόβος, ἀγάπη γένοιτο· τότε εὑρίσκεται μονὰς τὸ σωζόμενον ἐν τῇ πρὸς τὸ μόνον ἀγαθὸν συμφυΐᾳ, πάντων ἀλλήλοις ἑνωθέντων, διὰ τῆς κατὰ τὴν περιστερὰν τελειότητος. τοιοῦτον γάρ τι νοοῦμεν ἐκ τοῦ ἐφεξῆς λόγου, ὅς φησιν· ὅτι μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου. μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν. ὅπερ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ τῆς τοῦ κυρίου φωνῆς σαφέστερον ἑρμηνεύεται. πᾶσαν γὰρ τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ ἐναποθέμενος διὰ τῆς εὐλογίας δύναμιν, τά τε ἄλλα διὰ τὸν πρὸς τὸν πατέρα λόγον, ἀγαθὰ τοῖς ἁγίοις χαρίζεται, προστίθησι τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον, τὸ μηκέτι αὐτοὺς ἐν διαφορᾷ τινι προαιρέσεων ἐν τῇ περὶ τοῦ καλοῦ κρίσει πολλαχῆ διασχίζεσθαι· ἀλλ' ἓν γενέσθαι τοὺς πάντας, τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ ἀγαθῷ συμφυέντας· ὥστε διὰ τῆς τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἑνότητος, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης διασφιγχθέντας, ἓν σῶμα γενέσθαι τοὺς πάντας, καὶ ἓν πνεῦμα, διὰ μιᾶς ἐλπίδος εἰς ἣν ἐκλήθησαν.

A quæ metu non dilectione quod bonum eſt facit, ad octogenarium vſque numerum excreſcat, quamlibet ſpeciem eorum, quæ ex metu rectè fiunt, inconfuſè ac diſtinctè demonſtrans: adeóque hic octaua cum decuplo multiplicabitur, eaque ratione illa, quæ ex metu ſeruilem in modum, nō ex amore ſponſam decente ad bonum accedit, concubina pro regina fit: per metum octauæ, quem ad decuplum vſque ſuis actionibus amplificauit, ad numerum octogenariū vſque perueniens. Atque hanc concubinam, ad tempus aliquod B ſpurio, non ingenuo partu morem hero ſuo gerētem, dictum illud hiſtoriæ perpetuò cum regina degere iiſdem in ædibus vetat: quòd ſeruilis fœtus ad hæreditatem regni cum ingenuo partu eius par non habeat. Eijcito, inquit, ancillam & filium eius. Nec enim ancillæ filius cum ingenuæ filio hæreditatem adibit. Quòd ſi cui hæc numerorum in propoſitis verbis conſideratio non nihil eſſe violenta, quaſique torta videtur; is velim ſibi reuocet in mentem, ab initio nos proteſtatos eſſe, non poſſe veritatem nos in hoc genere adſequi, ac C propterea ſic attigimus hæc ænigmata, vt ne prorſus nullo impenſo ſtudio prætermitterentur. Sed tamen ſi dilectio (quemadmodum alicubi perſcriptum eſt) planè tandem metum eijciat, mutatuſque metus dilectio fiat: tum verò vnitas eſſe reperietur id, quod ſalutem conſequitur, omnibus inter ſe vnitis in conglutinatione cum vno ſoloq; bono, per illam quæ in columba eſt perfectionem. Nam huiuſmodi quiddam ex verbis ſequentibus intelligimus, cùm ait: *Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vnica eſt matri ſuæ, electa illi quæ peperit eam.* Atque hoc in Euangelio per vocem Domini D nobis illuſtriùs declaratur. Etenim ille benedicēdo vim omnem diſcipulis ſuis conferēs, cùm alia bona verbis illis, quibus ad patrem vtitur, tribuit dignis: tum etiam addit hoc, quod bonorum caput ac ſumma eſt, non amplius eos in diuerſitate quadā electionum, multipliciter diuiſos fore in faciundo de bono iudicio: ſed omnes vnum futuros, vni illi ac ſoli bono agglutinatos: ita vt per vnitatem ſancti Spiritus (quemadmodum Apoſtolus ait) pacis conſtricti nexu, corpus vnum fiant omnes, & vnus Spiritus, per ſpem vnam, in quam vocati ſint.

Gen. 21. *Gal. 4.* *1. Ioan. 4. 18.* *Ephes. 4. 3.*

Enimuerò rectiùs fecerimus, ſi de verbo ad verbum ipſas Euangelij diuinas ſanè voces appoſuerimus. Vt omnes, inquit, ſint vnum, quemadmodum tu mi pater, in me es, & ego in te: vt & ipſi vnum ſint in nobis. Huius autem vnitatis nexus eſt gloria. Spiritum autem ſanctum appellari gloriam, nemo prudentiorum negabit, ſi ipſa Domini verba intuebitur, cùm ait: Gloriam quam dediſti mihi, dedi eis. Reuera enim eandem diſcipulis gloriam dedit, quum ad eos diceret, Accipite Spiritum ſanctum. Atque hanc gloriam, quam tamen ſemper habuit prius etiam quàm mundus hic exiſteret, accepit id temporis, cùm naturam humanam indueret: qua quidem per Spiritum ſanctum glorificato, quidquid huic cognatum eſt gloriæ, Spiritus fit particeps, facto ab Apoſtolis initio. Hanc ob cauſſam ait, Gloriam quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, quemadmodum nos vnum ſumus: ego in eis, ac tu in me: vt ſint conſummati in vnum. Quamobrem is, qui de puero in virum perfectum augeſcendo euaſit: ad menſuram ætatis illius peruenit, quam mente intelligimus: è mancipio & concubina regiæ dignitatis particeps factus eſt: denique capax gloriæ Spiritus ſancti per ſtatum à vitiis omnibus alienum, perque puritatem: hic igitur eſt perfecta illa columba, ad quam ſponſus reſpicit, cùm ait: *Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vnica eſt matri ſuæ, electa illi quæ peperit eam.* Neque verò eſſe nobis obſcurum poteſt, quænam ſit columbæ illius mater: cùm ex fructu agnoſcere arborem liceat. Vt enim homine conſpecto non dubitamus ortum eſſe illum ab homine: ſic cùm electæ huius columbæ matrem quærimus, non aliam quandam, ſed columbam hanc eſſe intelligamus. Nam in filio parentis omnino natura conſpicitur. Quare cùm id, quod ex Spiritu gignitur, ſit Spiritus; & verò filia cùm columba ſit: omnino etiam mater huius eſt columba illa, quæ de cælo ad Iordanum deuolauit, quemadmodum Ioãnes teſtatur. Hanc igitur felicem prædicant iuuẽculæ, hanc concubinæ, hanc reginæ laudant. Etenim communis quidem animabus vniuerſis ad beatitudinem talem curſus propoſitus eſt. Propterea verbis hiſce vtuntur:

Ioan. 17.

Ioan. 2.

A Βέλτιον δ' ἂν εἴη αὐτὰς ἐπὶ λέξεως παραθέσθαι τὰς θείας τοῦ εὐαγγελίου φωνάς. ἵνα πάντες ἓν ὦσι καθὼς σὺ πάτερ, ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ὦσι. τὸ δὲ συνδετικὸν τῆς ἑνότητος ταύτης, ἡ δόξα ἐστί· δόξαν δὲ λέγεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἄν τις τῶν ἐπεσκεμμένων ἀντείποι, πρὸς αὐτὰς βλέπων τὰς τοῦ κυρίου φωνάς. τὴν δόξαν γὰρ, φησὶν, ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς. ἔδωκε γὰρ ὡς ἀληθῶς τοῖς μαθηταῖς τοιαύτην δόξαν, ὁ εἰπὼν πρὸς αὐτούς· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἔλαβε δὲ ταύτην τὴν δόξαν, ἣν πάντοτε εἶχε πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, ὁ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν περιβαλλόμενος, ἧς δοξασθείσης διὰ τοῦ πνεύματος ἐπὶ πᾶν τὸ συγγενὲς, ἡ τῆς δόξης τοῦ πνεύματος διάδοσις γίνεται, ἀπὸ τῶν μαθητῶν ἀρξαμένη. διὰ τοῦτό φησι· τὴν δόξαν ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν. ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς τὸ ἕν. ὁ τοίνυν ἐκ νηπίου πρὸς ἄνδρα τέλειον ἀναδραμὼν διὰ τῆς αὐξήσεως, καὶ φθάσας εἰς τὸ μέτρον τῆς νοητῆς ἡλικίας, ἐκ δὲ τῆς δούλης τε καὶ τῆς παλλακίδος τὴν τῆς βασιλείας ἀξίαν μεταλαβών· δεκτικὸς δὲ τῆς τοῦ πνεύματος δόξης γενόμενος δι' ἀπαθείας καὶ καθαρότητος, οὗτός ἐστιν ἡ τελεία περιστερὰ, πρὸς ἣν ὁ νυμφίος ὁρᾷ λέγων· ὅτι μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου. μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ πάντως τὴν μητέρα τῆς περιστερᾶς, ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γνωρίζοντες. ὡς γὰρ ἄνθρωπον θεασάμενοι, ἐξ ἀνθρώπου αὐτὸν εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλομεν· οὕτω καὶ τῆς ἐκλεκτῆς περιστερᾶς τὴν μητέρα ζητοῦντες, οὐκ ἄλλην τινὰ ἢ ἐκείνην τὴν περιστερὰν ἐννοήσαμεν. τῷ γὰρ τέκνῳ πάντως ἡ τοῦ γεγεννηκότος ἐπιθεωρεῖται φύσις. ἐπεὶ οὖν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστι· περιστερὰ δὲ τὸ τέκνον· περιστερὰ δὲ πάντως καὶ ἡ τοῦ τέκνου μήτηρ ἐστὶν, ἡ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἐξ οὐρανῶν καταπτᾶσα, καθὼς Ἰωάννης φησὶ καὶ μαρτυρεῖ. ταύτην μακαρίζουσιν αἱ νεάνιδες, ταύτην αἰνοῦσι παλλακαὶ καὶ βασίλισσαι. κοινὸς γὰρ ἐκ παντὸς τάγματος πρόκειται πάσαις ταῖς ψυχαῖς δρόμος πρὸς τὴν τοιαύτην μακαριότητα. διό φασιν·

B

C

D

ἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· παλλακαὶ καὶ βασίλισσαι αἰνέσουσιν. Φύσις δὲ πᾶσά ἐστι πρὸς τὸ μακάριόν τε καὶ ἐπαινούμενον τῇ ἐπιθυμίᾳ συντείνεσθαι. ὥστε εἰ μακαρίζουσι τὴν περιστερὰν αἱ θυγατέρες, ἐπιθυμοῦσι, πάντως γενέσθαι περιστεραὶ καὶ αὗται. καὶ τὸ αἰνεῖσθαι τὴν περιστερὰν παρὰ τῶν παλλακίδων, τεκμήριόν ἐστι τοῦ καὶ ταύτας πρὸς τὸ ἐπαινούμενον τὴν σπουδὴν ἔχειν· ἕως ἂν πάντων ἓν γενομένων, τῶν πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν τῆς ἐπιθυμίας βλεπόντων, μηδεμιᾶς ἐν μηδενὶ κακίας ὑπολειφθείσης, γένηται ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι, τοῖς διὰ τῆς ἑνότητος ἀλλήλοις ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ συγκεκραμένοις. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A Viderunt illam filiæ, beatamque prædicabunt eam : reginæ & concubinæ laudabunt eam. Omnes autem ſic à natura comparati ſunt, vt cupiditate animi ad id, quod beatum eſt ac laudatur, contendant. Quamobrem ſi columbam hanc filiæ beatam prædicant, omnino & ipſæ fieri columbæ concupiſcunt. Itidem quòd à concubinis & reginis columba laudatur, argumento eſt, has quoque ſtudioſas illius eſſe quod prædicatur : donec tandem iis omnibus vnum factis, qui ad eandem deſiderij metam reſpiciunt, B & nulla in nullo vitioſitate ſuperante, omnia Deus in omnibus fiat, quotquot per vnitatem inter ſe in boni ſocietate coaleſcunt. Idque in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium, nunc & ſemper, & in ſæculis infinitis, Amen.

A

Sancti Patris noſtri GREGORII NYSSENI Episcopi, de oratione

Laurentio Siſano interprete.

Oratio I.

ORANDI nobis doctrinam diuinus ſermo tradit, per quam ſe dignis diſcipulis orandi ſcientiam ſtudioſè ac ſeriò requirētibus, quomodo diuinum auditum conciliare per verba orationis conueniat, exponit. Ego verò ſumpta audacia exiguū quiddam adijciam iis, quæ ſcripta ſunt: quòd nimirum non quomodo orare oporteat, præſens conuentus docendus ſit, ſed quòd omnino oporteat orare; quod ad vulgi aures nondum fortaſſe peruenit: neglectum enim in vita atque à pleriſq; omiſſum ſacrum hoc & diuinum opus, oratio eſt. De hoc igitur, quòd oporteat omnino orationi incumbere, vt inquit Apoſtolus, haud alienum mihi eſſe videtur, primum, quantum eius fieri poterit, oratione teſtari atque docere: deinde verò diuinæ voci modum nobis exponenti, quomodo Domino precationem offerre deceat, operam dare. Video enim, quòd omnibus rebus (cæteris) in præſenti ætate magis ſtudetur: cùm alius ad aliud ſtudium animum conuerterit: orationis verò bonum, ſtudio ſibi homines non habent. Negotiationi diluculò inſtitor incumbit, merces ſuas ementibus ante cæteros eundem quæſtum exercentes exhibere contendens, vt præuentis aliis, deſiderantis emere neceſſitatem præoccupet, & ſuum vendat. Similiter etiam emptor, dum prouidet, ne ab alio præuentus fruſtra requirat id, quo opus habet; non ad orationis, ſed ad venditionis locum, forum videlicet rerum venalium, currit. Atque omnibus pari lucri cupidine captis, proximum præuenire contendentibus, per aliarū rerum ſtudia

Rom. 12.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ, ΕΙΣ τὴν προσευχήν

ΛΟΓΟΣ Α.

B ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ἡμῖν διδασκαλίαν ὁ θεῖος ὑφηγεῖται λόγος, δι' ἧς τοῖς ἀξίοις αὐτοῦ μαθηταῖς, τοῖς ἐν σπουδῇ τὴν γνῶσιν τῆς προσευχῆς ἐπιζητοῦσιν, ὅπως οἰκειοῦσθαι προσήκει τὴν θείαν ἀκοὴν, διὰ τῶν ῥημάτων τῆς προσευχῆς ὑποτίθεται. ἐγὼ δὲ τολμήσας μικρὸν ἀντιπροσθεῖναι τοῖς γεγραμμένοις· ὅτι οὐ τὸ πῶς δεῖ προσεύχεσθαι τὸν παρόντα σύλλογον διδάσκεσθαι χρὴ, ἀλλ' ὅτι δεῖ πάντως προσεύχεσθαι· ὅπερ οὔπου τάχα δέδεκται ἡ τῶν πολλῶν ἀκοή. C ἠμέληται γὰρ ἐν τῷ βίῳ καὶ παρεῖται τοῖς πολλοῖς τὸ ἱερὸν τοῦτο καὶ ἔνθεον ἔργον, ἡ προσευχή. περὶ τούτου τοίνυν δοκεῖ μοι καλῶς ἔχειν, πρῶτον, ὡς ἐστὶ δυνατὸν, λόγῳ διαμαρτύρεσθαι, τὸ δεῖν πάντως τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖν, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος· εἶθ' οὕτως ἀκοῦσαι τῆς θείας φωνῆς, τῆς ὑποτιθεμένης ἡμῖν τὸν τρόπον, ὅπως χρὴ προσάγειν τῷ κυρίῳ τὴν δέησιν. ὁρῶ γὰρ ὅτι πάντα μᾶλλον ἐν τῷ παρόντι σπουδάζεται βίῳ, ἄλλου πρὸς ἄλλό τι τῇ ψυχῇ τετραμμένου· τὸ δὲ τῆς εὐχῆς ἀγαθὸν διὰ σπουδῆς τοῖς D ἀνθρώποις οὐκ ἔστιν. ἐπορθρίζει ταῖς ἐμπορίαις ὁ κάπηλος, πρὸ τῶν ὁμοτέχνων τὸν οἰκεῖον ἐπιδεῖξαι τοῖς ὠνουμένοις φιλονεικῶν, ὡς ἂν προλάβοι τοῦ δεομένου τὴν χρείαν, ὑποφθάσας τοὺς ἄλλους, καὶ τὸ οἰκεῖον ἀπεμπολήσειεν. ὡσαύτως καὶ ὁ ὠνούμενος, τὸ μὴ διαμαρτεῖν τοῦ πρὸς τὴν χρείαν ἐν τῷ προληφθῆναι παρ' ἑτέρου πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐκ ἐπὶ τὸ εὐκτήριον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πρατήριον τρέχει. καὶ πάντων τὴν ἴσην πρὸς τὸ κέρδος ἐχόντων ἐπιθυμίαν, καὶ φθάσαι τὸν πέλας φιλονεικούντων, ἐξεκλάπη διὰ τὴν σπου-

διαζομένων ἡ τῆς προσευχῆς ὥρα εἰς τὴν ἐμπορείαν μετατεθεῖσα. οὕτως ὁ χειροτέχνης· οὕτως ὁ περὶ λόγους ἠσχολημένος· οὕτως ὁ δικαζόμενος· οὕτως ὁ δικάζειν λαχών, περὶ τὰ ἐν χερσὶν ἕκαστος ὅλος τῇ σπουδῇ διαρρέπων, ἐκλέλησται τῆς κατὰ τὴν εὐχὴν ἐργασίας, ζημίαν κρίνων πρὸς τὸ προκείμενον ἑαυτῷ, τὴν περὶ τὸν Θεὸν ἀσχολίαν. οἴεται γὰρ ὁ μὲν τῇ τέχνῃ μετιών, ἀργόν τι χρῆμα καὶ ἄπρακτον εἶναι, τὴν θείαν πρὸς τὸ προκείμενον συμμαχίαν· διὸ καταλιπὼν τὴν εὐχὴν, ἐν ταῖς χερσὶ τὰς ἐλπίδας τίθεται, ἀμνημονῶν τοῦ δεδωκότος τὰς χεῖρας. ὡσαύτως δὲ ὁ τὸν λόγον δι' ἐπιμελείας κατορθῶν ἑαυτῷ, οὐ λογίζεται τὸν δεδωκότα τὸν λόγον· ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν εἰς τὴν φύσιν ταύτην παραγαγών, οὕτως ἑαυτῷ καὶ ταῖς τῶν μαθητῶν προσανέχει σπουδαῖς, οὐδὲν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας αὐτῷ γενήσεσθαι τῶν ἀγαθῶν νομίζων, προτιμοτέραν ποιεῖται τῆς προσευχῆς τὴν σπουδήν. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐκκρούει τὴν περὶ τὰ μείζω καὶ οὐράνια τῆς ψυχῆς ἀσχολίαν, τῇ τῶν σωματικῶν τε καὶ γηΐνων φροντίδι. διὰ τοῦτο πολλὴ κατὰ τὸν βίον ἡ ἁμαρτία, ἀεὶ ταῖς προσθήκαις ἐπὶ τὸ μεῖζον αὔξουσα, πάσαις ταῖς ἀνθρωπίναις σπουδαῖς ἐμπεπλεγμένη, διότι λήθη τοῦ Θεοῦ κατακρατεῖ τῶν πάντων, καὶ τὸ τῆς εὐχῆς ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις τῶν σπουδαζομένων οὐ συνεφάπτεται. τῇ ἐμπορείᾳ συνεισέρχεται ἡ πλεονεξία. πλεονεξία δέ ἐστιν εἰδωλολατρεία. οὕτως ὁ γεωργὸς οὐ ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις συμμετρεῖ τὴν γεωπονίαν· ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὰ πλείω τὴν σπουδὴν ἐπεκτείνων, πολλὴν δίδωσι τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ ἐπιτηδεύματος εἴσοδον, τοῖς ἀλλοτρίοις ἐμπλατυνόμενος. ὅθεν αἱ δυσθεράπευτοι φύονται φιλονεικίαι, περὶ τῶν τῆς γῆς ὅρων ἀντιπλεκομένων ἀλλήλοις, τῶν τῇ ὁμοίᾳ νόσῳ τῆς πλεονεξίας κεκρατημένων. ἐντεῦθεν οἱ θυμοὶ, καὶ αἱ πρὸς τὸ κακὸν ὁρμαὶ, καὶ αἱ κατ' ἀλλήλων ἐπιχειρήσεις, αἵματι καὶ φόνῳ πολλάκις καθίστανται. ὡσαύτως αἱ περὶ τὰ δικαστήρια σπουδαὶ, ταῖς πολυτρόποις ἁμαρτίαις ὑπηρετοῦσι, μυρίας τῆς ἀδικίας συνηγορίας εὑρίσκουσαι. ὁ δικαστὴς ἢ ἑκὼν πρὸς τὸ λῆμμα τὸν τοῦ δικαίου ζυγὸν ἀπέκλινεν, ἢ

A ſurripitur tempus orationis ad negotiationem tranſlatum. Ita artifex & operarius: ita qui dicendi ſtudium ſectatur, literiſque ac diſciplinis liberalibus operam dat: ita litigator: ita cui iudicandi munus obuenit, quiſque in id, quod in manibus habet, ſtudio totus incumbens obliuiſcitur operam dare orationi, damnoſum ad rem propoſitam ſibi ducens, ſi circa Deum occupatus ſit. Nam qui artem quidem exercet, inutilem quandam & inefficacem rem ad propoſitum opus, diuinum auxilium eſſe putat: idcirco omiſſa o- B ratione, in manibus ſpem ponit, oblitus interim eius, qui manus dedit. Similiter etiam ille, qui adhibita cura, orationem egregiè componit, non cogitat de eo, qui ſibi orationem dedit: ſed quaſi ſeipſum in hanc naturam prodierit, ita ſuis ſuorúmque diſcipulorum ſtudiis intentus eſt, ac nihil ſibi ab auxilio Dei bonorum obuenturum eſſe exiſtimans, ſtudium oratione præſtabilius eſſe ducit. Ad eundem modum etiam reliqua ſtudia, officia, atque exercitia vitæ, cura corporalium ac terre- C narum rerum, occupationem animi circa res maiores atque cœleſtes excernunt & expellunt. Idcirco abundat in vita peccatum, abiectionibus ſemper in maius augeſcens, & omnibus humanis ſtudiis implicatum, quoniam obliuio Dei tenet omnes, & orationis bonum rebus ſeriis ab hominibus non ſimul adhibetur. Vnà cum negotiatione ingreditur auaritia. Auaritia verò ſimulacrorum cultus eſt. Ita agricola agriculturam neceſſariis vſibus non metitur, ſed ad plura ſtudium ſemper intẽdens, dum alienis finibus vſurpandis ſuos agros la- D tius profert, magnum aditum peccato aduerſus illud ſtudium atq; inſtitutum vitæ patefacit. Vnde ſedatu atque compoſitu difficiles oriuntur contentiones & lites, de finibus agrorũ inter ſeſe mutuas controuerſias excitantibus iis, qui ſimili auaritiæ morbo tenentur. Hinc iræ, hinc impetus ad malum: hinc aliorum aduerſus alios conatus à ſanguine & cæde ſæpenumero initium ſumunt. Similiter operæ iudiciariæ, dum ſexcenta atque infinita iniquitatis & iniuſtitiæ patrocinia excogitant, variis peccatis ſubſeruiunt. Iudex aut ſua ſponte ad quæſtum iuſtitiæ libram detorquet, aut

contra voluntatem nimia ſubtilitate ac diligentia ſuperuacua veritatem confundentium deceptus, quod iniuſtum & iniquum eſt, decernit, comprobat atque confirmat. Et quid attinet ſingulatim exponere, quibus rebus multipliciter, multiſque modis peccatum humanæ vitæ commiſcetur? cuius peccati nulla alia cauſa eſt, quàm quod ad ea, quæ in manibus habent, & ſtudioſè tractant negotia, diuinum etiam auxilium homines non ſimul adhibent & aſſumunt. Quòd ſi oratio negotium præceſſerit, peccatum aduerſus animam aditum non inueniet. Dei enim memoria in corde fixa atque fundata, irrita conſilia aduerſarij manent, iuſtitia ſeſe mediam vbique controuerſiis interponente; prohibet item agricolā à peccato oratio, in exiguo agri modo fructus multiplicās, ne poſtea amplius vnà cum plus habendi cupiditate peccatum ingrediatur. Ita viator, ita qui expeditionem vel nuptias parat: ita quicumque animum ad aliquod negotium adiecit, ſi cum oratione quodlibet agat, proſpero atque felici ſucceſſu negotiorum à peccando abducetur, nullo aduerſario animam ad vitium trahente. Sin autem relicto Deo, negotio totus intentus fuerit, omnino neceſſe eſt, vt à Deo remotus cum aduerſario prorſus verſetur. Recedit autē à Deo, qui per orationem ſeſe Deo non coniungit. Ergo hoc prius *Luc. 18.* oratione docendi eſtis, quòd ſemper orare & non defatigari oporteat. Per orationem enim cum Deo eſſe contingit. At qui cum Deo eſt, ab aduerſario remotus eſt. Oratio pudicitiæ præſidium atque tutamen eſt, iræ moderatio, ſuperbiæ ſedatio atque repreſſio, iniuriarum tenacis memoriæ expurgatio, inuidiæ profligatio, iniuſtitiæ ſublatio, impietatis correctio. Oratio corporum robur eſt, abundantia domus, recta iuris ac legum in ciuitate conſtitutio, regni vires, belli trophæum, pacis ſecuritas, diſſidentium conciliatio, coniunctiorum cōſeruatio. Oratio virginitatis ſigillum eſt, matrimonij fides, viatoribus ſcutum, dormientium cuſtos, vigilantium fiducia, agricolarum fertilitas, nauigantium ſalus. Oratio reorum & cauſſam dicentium patrona, noxiorum ac vinctorum relaxatio atque ſolutio, fatigatorum requies, mœrentium conſolatio, gaudentium animi delectatio, lugentium ſolatium, nuptias contrahentium

A ἀκρισίας τῇ ἀπειρίᾳ τὴν τῆς ἀληθείας σύγχυσιν παρακρουσθεὶς τὴν ἀδικίαν ἐκύρωσεν. καὶ τί δεῖ τις τὰ καθ' ἕκαστον λέγειν, δι' ὧν ἡ ἁμαρτία πολυειδῶς καὶ πολυτρόπως τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ καταμίγνυται; ἧς αἴτιον οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τὸ μὴ συμπαραλαμβάνεσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων, τὴν τοῦ Θεοῦ συμμαχίαν πρὸς τὰ ἐν χερσὶ σπουδαζόμενα. ἐὰν δὲ ἀρχὴ τῆς σπουδῆς προηγήσηται, ἡ ἁμαρτία πάροδον κατὰ τῆς ψυχῆς οὐχ εὑρήσει. τῆς γὰρ τοῦ Θεοῦ μνήμης ἐν τῇ καρδίᾳ καθιδρυμένης, ἄπρακτοι μένουσιν αἱ τοῦ ἀντικειμένου ἐπίνοιαι. πανταχοῦ τῆς δικαιοσύνης ἐν B τοῖς ἀμφισβητουμένοις μεσιτευούσης. ἐπίσχει καὶ τὸν γεωργὸν τῆς ἁμαρτίας ἡ προσευχή, ἐν ὀλίγῳ τῆς γῆς τοὺς καρποὺς πλεονάζουσα, ὡς μηκέτι τῇ τοῦ πλείονος ἐπιθυμίᾳ συνεισιέναι τὴν ἁμαρτίαν. οὕτως ὁ ὁδοιπόρος, οὕτως ὁ ἐπὶ στρατείαν ἢ γάμον στελλόμενος. οὕτως πᾶς ὁστισοῦν τῶν πρός τι τὴν ὁρμὴν ἐχόντων, εἰ μετ' εὐχῆς ἕκαστον πράττοιτο, τῇ πρὸς τὸ σπουδαζόμενον εὐοδίᾳ τοῦ ἁμαρτάνειν ἀποτραπήσεται, οὐδενὸς ἐναντίου τὴν ψυχὴν πρὸς πάθος καθέλκοντος. εἰ δὲ ἀποστὰς τοῦ Θεοῦ ὅλος γένοιτο τῆς σπουδῆς, ἀνάγκη πᾶσα τὸν ἔξω τοῦ C Θεοῦ ὄντα ἐν τῷ ἐναντίῳ πάντως εἶναι. χωρίζεται δὲ τοῦ Θεοῦ, ὁ μὴ συνάπτων ἑαυτὸν διὰ προσευχῆς τῷ Θεῷ. ἐκεῖνο τοίνυν χρὴ πρότερον ὑμᾶς διδαχθῆναι τῷ λόγῳ, ὅτι δεῖ πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. ἐκ γὰρ τοῦ προσεύχεσθαι περιγίνεται τὸ μετὰ Θεοῦ εἶναι. ὁ δὲ μετὰ Θεοῦ ὢν, τοῦ ἀντικειμένου κεχώρισται. προσευχὴ σωφροσύνης ἐστὶ φυλακτήριον, θυμοῦ παιδαγωγία, τύφου καταστολή, μνησικακίας καθάρσιον, φθόνου καθαίρεσις, ἀδικίας ἀ- D ναίρεσις, ἀσεβείας ἐπανόρθωσις. προσευχὴ σωμάτων ἐστὶν ἰσχὺς, οἰκίας εὐθηνία, πόλεως εὐνομία, βασιλείας κράτος, πολέμου τρόπαιον, εἰρήνης ἀσφάλεια, τῶν διεστώτων συναγωγή, τῶν συνεστώτων διαμονή. προσευχὴ παρθενίας ἐστὶ σφραγὶς, γάμου πίστις, ὁδοιπόρου ὅπλον, κοιμωμένων φύλαξ, ἐγρηγορότων θάρσος, γεωργῶν εὐφορία, ναυτιλλομένων σωτηρία. προσευχὴ κρινομένων συνήγορος, δεδεμένων ἄνεσις, κεκμηκότων ἀνάπαυσις, λυπουμένων παραμυθία, χαιρόντων θυμηδία, πενθούντων παράκλησις, γαμούντων-

A τῶν στέφανος, γενεθλίων ἑορτή, ἀποθνησκόντων ἐντάφιον. προσευχὴ Θεοῦ ὁμιλία, τῶν ἀοράτων θεωρία· τῶν ἐπιθυμουμένων πληροφορία, τῶν ἀγγέλων ὁμοτιμία, τῶν καλῶν προκοπή, τῶν κακῶν ἀνατροπή, τῶν ἁμαρτανόντων διόρθωσις, τῶν παρόντων ἀπόλαυσις, τῶν μελλόντων ὑπόστασις. προσευχὴ τῷ μὲν Ἰωνᾷ, τὸ κῆτος οἶκον ἐποίησε· τὸν δὲ Ἐζεκίαν αὐτῶν πυλῶν τοῦ θανάτου πρὸς τὴν ζωὴν ἐπανήγαγε· τοῖς δὲ τρισὶ νέοις εἰς πνεῦμα δροσῶδες τὴν φλόγα ἔστρεψε· καὶ τοῖς Ἰσραηλίταις κατὰ τῶν Ἀμαληκιτῶν ἀνέστησε τρόπαιον· καὶ τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα B καὶ πέντε χιλιάδας τῶν Ἀσσυρίων μιᾷ νυκτὶ τῇ ἀοράτῳ ῥομφαίᾳ κατέστρωσε. καὶ μυρία πρὸς τούτοις ἐστὶν εὑρεῖν, ἐκ τῶν ἤδη γεγενημένων τὰ ὑποδείγματα, δι' ὧν φανερὸν γίνεται, τὸ μηδὲν τῆς προσευχῆς εἶναι τῶν κατὰ τὴν ζωὴν τιμίων δυνατώτερον. ἀλλὰ καιρὸς ἂν εἴη πρὸς αὐτὴν ἤδη τὴν προσευχὴν ἀποληθεῦσαι· μᾶλλον δὲ μικρὸν ἔτι προσθῶμεν τῷ λόγῳ, ὅτι πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀγαθῶν παρὰ τῆς θείας χάριτος ἡμῖν ὑπαρξάντων, ἐν τούτῳ πρὸς ἀντίδοσιν ὧν εἰλήφαμεν ἔχομεν, τὸ διὰ C προσευχῆς τε καὶ εὐχαριστίας τὸν εὐεργέτην ἀμείβεσθαι. λογίζομαι τοίνυν ὅτι κἂν πάσῃ τῇ ζωῇ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ὁμιλίαν συμπαρατείνωμεν εὐχαριστοῦντες καὶ προσευχόμενοι, τοσοῦτον τῆς κατὰ τὴν ἀντίδοσιν ἀξίας ἀπολειπόμεθα, ὅσον εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἀντιδοῦναι τῷ εὐεργέτῃ προεθυμήθημεν. ἐν τρισὶ τμήμασι τὸ χρονικὸν μερίζεται διάστημα, τῷ παρῳχηκότι, τῷ ἐνεστῶτι, καὶ τῷ μέλλοντι. ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ἡ εὐεργεσία τοῦ κυρίου καταλαμβάνεται. ἐὰν τὸ ἐνεστὼς λογίσῃ, ἐν αὐτῷ ζῇς. ἐὰν τὸ μέλλον, ἐκεῖνός σοι τῶν προσδοκωμένων D ἐλπίς· ἐὰν τὸ παρελθόν, οὐκ ἂν ἦς πρὶν ἂν παρ' ἐκείνου γενέσθαι. εὐηργετήθης, αὐτὸ τὸ γενέσθαι παρ' ἐκείνου λαβών, καὶ γενόμενος εὐηργετήθης, ἐν αὐτῷ ζῶν καὶ κινούμενος, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος. αἱ τῶν μελλόντων ἐλπίδες τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ἤρτηνται. σὺ δὲ μόνον τοῦ ἐνεστῶτος εἶ κύριος· ὥστε κἂν διαπαντὸς εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ μὴ διαλείπῃς, μόλις τοῦ ἐνεστῶτος ἀποπληρώσῃς τὴν χάριν, οὔτε τοῦ μέλλοντος, οὔτε τοῦ παρῳχηκότος ἐπίνοιαν ἐξευρίσκων τινὰ πρὸς τὴν τῶν χρεωστουμένων ἀντίδοσιν.

corona, natalitij feſti celebratio, morientium funus. Oratio conuerſatio ſermocinatioque cum Deo eſt, viſum effugientium contemplatio, eorum quæ concupiſcuntur, certa fides: eiuſdem cum Angelis honoris conditio, bonorum progreſſus & incrementum, malorum ſubuerſio, peccatorum emendatio, præſentium fructus, futurorum comprehenſio. Oratio Ionæ quidem cetum domum effecit: Ezechiam verò ex portis mortis ad vitā reduxit: tribus autem adoleſcentibus in ventum rorantem flammam conuertit: Iſraëlitis aduerſus Amalechitas trophæum erexit, & centum octoginta quinque millia Aſſyriorum vna nocte gladio inuiſibili proſtrauit. Atque ſexcenta præter hæc ex iis, quæ iam acciderunt, exempla licet inuenire: quibus palàm fit, nihil ex iis, quę per hanc vitā coluntur & in pretio ſunt, orationi præſtare. Sed tempus fuerit, iam ipſi orationi operam dare: quinimò paululum etiam ſermoni adhuc adijciamus, quòd cùm multa ac varia à diuina gratia bona nobis obtigerint, vnum hoc ad retributionem eorum, quæ accepimus, habemus, vt per orationem pariter & gratiarum actionem, benefactorem remuneremur. Exiſtimo igitur, quòd ſi vel per totam vitam orando atque gratias agēdo ſermocinationem cum Deo continuemus, tantum ab ea, quam fieri par eſſet, retributione abfuturi ſimus, quantum ſi nec omnino quidem ab initio remunerari benefactorē in animum induxiſſemus. In treis parteis ſpatium temporis diuiditur: in præteritum, præſens & futurum. In tribus beneficium Domini deprehenditur. Si quod præſens eſt conſideraueris, per ipſum viuis: Si futurum, ille tibi earum rerum, quæ ſunt in expectatione, ſpes eſt, ſi præteritum, non eſſes, niſi prius ab illo factus eſſes. Id ipſum, quòd natus es, ab illo beneficium accepiſti. Ac poſtquam natus es, beneficio afficeris, dum per illum & viuis, & moueris, vt inquit Apoſtolus. Rerum futurarum ſpes ex eodem beneficio pendet. Tu vero ſolius præſentis compos es. Itaque ſi vel per omne vſq; tempus vitæ gratias agere Deo non intermiſeris, vix præſentis tēporis gratiam explebis: cum interim nullam rationem excogitare poſſis, qua vel futuri vel præteriti temporis debita compenſentur.

Ionæ 2. 4.Reg.20. Dan.3. Exod.17. 4.Reg.19. Act.17.

A Nos autem, qui tantum abſumus à poteſtate debitæ gratiarum actionis, ne in eo quidem, quod à nobis fieri poteſt, animi gratitudinem præſtamus, non dico totum diem, ſed ne exiguam quidem diei partem vacationi diuinæ tribuentes. Quis mihi terram ſubſtrauit? quis peruiam ſolertia atque induſtria naturam humidam fecit? quis fixit mihi cœlum tanquam cameram? quis præfert mihi facem ſolis? quis emittit fonteis in conuallibus? quis parauit amnibus alueos, per quos decurrant? quis mihi brutorum animalium miniſterium ſubiecit? quis me cùm puluis inanimus eſſem, vitæ pariter & mentis participem B fecit? quis hoc lutum ad imaginem figuræ diuinæ formauit? quis imaginem diuinam per peccatum in me confuſam ad priſtinum rurſus decorem reduxit? quis me pulſum paradiſo, & ligno vitæ priuatum, & in barathrum materialis vitæ demerſum, ad primam trahit beatitudinem? Non eſt qui intelligat, inquit ſcriptura. Nam profectò, ſi hęc perpenderemus, continentem & aſſiduam, per omne vitæ ſpatium, gratiarũ actionem præſtaremus: nunc verò in id ſolum, quod materiale eſt, omnis prope- C modum humana inuigilat natura. Huc intentum ſtudium: in hoc occupata animi promptitudo atque alacritas eſt: circa hæc & memoria & ſpes verſatur; peruigil & inſomnis ad plus habendi cupiditatem in omni negotio, in quo commodum excogitari poteſt, humana natura eſt: ſiue de honore & gloria, ſiue de copia pecuniarum agatur: ſiue ea res pertineat ad iræ morbũ, in his omnibus ad cõmodum natura reſpicit. Verorum autem Dei bonorũ nulla ratio habetur, neque apparentiũ, neque promiſſorum.

Rom. 3.

D Sed tempus fuerit, etiam verborum Orationis quantum eius fieri poteſt, conſiderare ſententiam. Perſpicuum eſt enim, quòd ſi didicerimus quomodo petitionem formare conueniat, licebit nobis quæ volumus impetrare. Quænã eſt igitur ea doctrina? Orantes, inquit, ne ſitis βαττόλογοι, ſicuti gentiles. Arbitrantur enim ſe propter multiloquiũ ſuum exauditum iri. Ac ſententia quidem doctrinæ forſitan per ſeſe perſpicua eſt, vtpote nudis verbis nobis expoſita, nec vllam ſubtiliorem deſiderans conſiderationem, præterquam quod operæpretium eſt quærere, quid ſignificet ver-

Matth. 6.

ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον τῆς κατὰ δύναμιν εὐχαριστίας ἀπολειπόμενοι, οὐδὲ περὶ τὸ δυνατὸν εὐγνωμονοῦμεν, οὐ λέγω πᾶσαν ἡμέραν, ἀλλ' οὐδὲ πολλοστὸν τῆς ἡμέρας τῇ κατὰ Θεὸν ἀποκληροῦντες σχολῇ. τίς μοι τὴν γῆν ὑπεστόρεσε; τίς βάσιμον δι' ἐπινοίας τὴν ὑγρὰν φύσιν ἐποίησεν; τίς ἔπηξέ μοι τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν; τίς δᾳδουχεῖ μοι τὴν τοῦ ἡλίου λαμπάδα; τίς ἀποστέλλει πηγὰς ἐν φάραγξιν; τίς ἡτοίμασε τοῖς ποταμοῖς τὰς διεξόδους; τίς μοι τὴν τῶν ἀλόγων ζώων ὑπηρεσίαν ὑπέζευξεν; τίς με κόνιν ἄψυχον ὄντα, ζωῆς τε καὶ διανοίας μετέχειν ἐποίησεν; τίς τὸν πηλὸν τοῦτον, κατ' εἰκόνα τοῦ θείου χαρακτῆρος ἐμόρφωσεν; τίς συγχυθεῖσαν ἐν ἐμοὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας τὴν θείαν εἰκόνα πάλιν εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐπανήγαγε χάριν; τίς ἐξοικισθέντα με τοῦ παραδείσου, καὶ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἔξω γενόμενον, καὶ τῷ βαράθρῳ τῆς ὑλικῆς ζωῆς συγκαλυφθέντα, ἐπὶ τὴν πρώτην ἕλκει μακαριότητα; οὐκ ἔστιν ὁ συνιών, φησὶν ἡ γραφή. ἦ γὰρ ἂν πρὸς ταῦτα ὁρῶντες, διηνεκῆ ἂν καὶ ἀκατάπαυστον ἐν παντὶ τῷ τῆς ζωῆς διαστήματι, τὴν εὐχαριστίαν ἀπεπληρώσαμεν· νυνὶ δὲ πρὸς μόνον τὸ ὑλικὸν πᾶσα σχεδὸν ἐγρήγορεν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις. πρὸς τοῦτο ἡ σπουδή· ἐν τούτῳ ἡ προθυμία· περὶ ταῦτα καὶ ἡ μνήμη καὶ ἡ ἐλπὶς καταγίνεται, ἄυπνος ἐστὶ καὶ ἀκοίμητος πρὸς τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐν παντὶ πράγματι, ἐν ᾧ δυνατόν ἐστιν ἐξευρεθῆναι τὸ πλέον· εἴτε κατὰ τιμήν τε καὶ δόξαν, εἴτε κατὰ τὴν τῶν χρημάτων περιουσίαν· εἴτε κατὰ τὴν τοῦ θυμοῦ νόσον, πανταχοῦ πρὸς τὸ πλέον ἐν τούτοις ἡ φύσις βλέπει. τῶν δὲ ἀληθινῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν, λόγος οὐδείς, οὔτε τῶν φαινομένων, οὔτε τῶν ἐπηγγελμένων. ἀλλὰ καιρὸς ἂν εἴη καὶ τὴν τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων κατιδεῖν, ὡς ἔστι δυνατόν, τὴν διάνοιαν. δῆλον γὰρ ὅτι τὸ τυχεῖν ὧν βουλόμεθα, διὰ τοῦ μαθεῖν ὅπως προσήκει ποιεῖσθαι τὴν αἴτησιν περιγίνεται. τίς οὖν ἡ διδαχή; προσευχόμενοι, φησί, μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. δοκοῦσι γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. τάχα μὲν οὖν αὐτόθεν ἔχει τὸ σαφὲς ἡ τῆς διδασκαλίας διάνοια, γυμνότερον ἡμῖν ἐκτεθεῖσα, καὶ οὐδὲν δεομένη τῆς λεπτοτέρας κατανοήσεως, πλὴν ἄξιον ἐξετάσαι, τί ση-

A μηνύει τὸ τῆς βαττολογίας ὄνομα, ὡς ἂν μαθόντες τὴν διάνοιαν, ἔξω τῶν ἀπηγορευμένων γενοίμεθα. δοκεῖ τοίνυν μοι σωφρονίζειν τὴν χαυνότητα τῆς διανοίας, καὶ συστέλλειν τῶν ταῖς ματαίαις ἐπιθυμίαις ἐμβαθυνόντων, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ξένην ταύτην τῆς λέξεως καινοτομίαν ἐξευρηκέναι, ἐπὶ ἐλέγχῳ τῆς ἀνοίας τῶν περὶ τὰ ἀνωφελῆ τε καὶ μάταια ταῖς ἐπιθυμίαις διαχεομένων. ὁ γὰρ ἔμφρων τε καὶ συνετὸς, καὶ πρὸς τὸ χρήσιμον βλέπων λόγος, κυρίως λέγεται λόγος· ὁ δὲ ταῖς ἀνυπάρκτοις ἐπιθυμίαις διὰ τῆς ἀνυποστάτου ἡδονῆς ἐπιχεόμενος, οὐκ ἔστι λόγος, ἀλλὰ βαττολογία· B ὡς ἄν τις Ἑλληνικώτερον ἑρμηνεύων εἴποι τὸν νοῦν, φλυαρία, καὶ λῆρος καὶ φληνάφος, καὶ εἴ τι ἄλλο τῆς τοιαύτης σημασίας. τί οὖν ἡμῖν συμβουλεύει ὁ λόγος; μὴ ταὐτὸν πάσχειν ἐν τῷ καιρῷ τῶν προσευχῶν, ὅπερ ἐν τῇ τῶν νηπίων διανοίᾳ συνίσταται πάθος. ὥσπερ γὰρ οἱ ἀτελεῖς τὴν διάνοιαν, οὐχ ὅπως ἄν τι γένοιτο τῶν κατὰ γνώμην αὐτῶν ἐπινοοῦσιν, ἀλλὰ καθ' ἐξουσίαν εὐκληρίας τινὰς ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσι, θησαυροὺς καὶ βασιλείας καὶ πόλεις μεγάλας ταῖς προσηγορίαις αὐτῶν ἐπονομα- C ζομένας, ὑποτιθέμενοι εἰς ἐκεῖνο εἶναι τῇ διανοίᾳ φαντάζονται, ὅπερ ἂν αὐτοῖς ἡ ματαιότης τῶν λογισμῶν ὑπογράψῃ· εἰσὶ δέ τινες καὶ οἱ νεανικώτερον τῆς ματαιότητος ταύτης ἀντιλαμβάνονται, καὶ ὑπερβαίνοντες τὰ μέτρα τῆς φύσεως, ἢ πτηνοὶ γίνονται, ἢ κατὰ τοὺς ἀστέρας λάμπουσιν, ἢ ὄρη διὰ χειρὸς φέρουσιν, ἢ τὸν οὐρανὸν ἑαυτοῖς ὁδοποιοῦσιν, ἢ πρὸς μυριοστὸν διαρκοῦσιν ἔτος, νέοι ἐκ παλαιῶν γινόμενοι· ἢ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα τοῖς νηπιωδεστέροις τίκτει πομφολυγώδη καὶ διάκενα ἡ καρδία ποιή- D ματα. ὥσπερ τοίνυν ἐν τοῖς πράγμασιν ὁ μὴ ταῦτα λογιζόμενος, δι' ὧν ἂν γένοιτό τι ἀγαθὸν τῶν βουλευομένων, ἀλλ' ἐμματαιάζων ταῖς ἀνυπάρκτοις ἐπιθυμίαις, ἀνόητός τις ἐστὶ καὶ ἄθλιος, τὸν τοῦ πρᾶξαί τι τῶν λυσιτελούντων βουλεύσασθαι καιρὸν, τοῖς ἐνυπνίοις τούτοις προσαναλίσκων· οὕτως ὁ ἐν καιρῷ προσευχῆς πρὸς τὰ συμφέροντα τῇ ψυχῇ μὴ τεταμένος, ἀλλὰ πρὸς τὰ ἐμπαθῆ τῆς διανοίας κινήσεις συνδιατίθεσθαι τὸν Θεὸν ἀξιῶν, λῆρός τίς ἐστιν, ὡς

bum Battologiæ, vt intellecta ſententia, vitemus id quod vetitũ & interdictum eſt. *Battologia quid.* Videtur ergo mihi caſtigare inflationem atque tumorem mentis, eorumque, qui ſeſe vanis cupiditatibus immergunt, reprimere atque compeſcere ambitionem, & idcirco peregrinam & nouam hanc dictionem excogitaſſe ad arguendam amentiam eorum, qui vanarum pariter & inutilium rerum cupiditatibus diffluunt atque diſtrahuntur. Nam cordatus, doctus & prudens, & vtilitatem ſibi propoſitam habens ſermo, propriè ſermo dicitur: at quæ per inanem voluptatem cupiditatibus vanis quaſi ſuperfunditur oratio, nõ amplius λόγος, id eſt ſermo, ſed βαττολογία eſt, (quaſi dicas, linguæ volubilitas, & vanus ſermo) vt aliquis Græcè melius mentem explicans dixerit, φλυαρία: hoc eſt quaſi dicas efferueſcentia atque effutitio: λῆρος ἢ φλήναφος, hoc eſt deliramenta atque nugæ, ac ſi quod aliud vocabulum eiuſmodi ſignificationis eſt. Quid igitur nobis ſermo conſulit? Ne idem committamus in tempore orationum, qualis in mente furioſorum ac delirorũ abſurda perturbatio cõſtatur. Quemadmodum enim mente imperfecta præditi, non cogitant vt aliquid ſibi ex ſententia obueniat, ſed pro arbitrio fœlicitates quaſdam ſibi fingunt, theſauros & nuptias, & regna, magnaſque ipſorum appellationibus cognominatas ciuitates ſibi proponentes, in eo ſe verſari in mente ſua imaginantur, quodcumque cogitationum vanitas eis ſuggeſſerit: nõnulli verò etiã vehementius hac vanitate correpti ſunt, ac modũ naturæ ſupergreſſi, vel volucres exiſtunt, vel ſtellarum in modum lucent, vel monteis in manibus geſtant, vel cœlum ſibi peruium faciũt, vel ad innumeros vſque annos viuunt iuuenes ex ſenibus euadentes: ac quæcumq; alia talia magis væcordibus, bullarum in modum, vana atque inania figmenta in corde ingenerantur. Vt igitur in rebus gerendis is qui non ea cogitat, per quę ſibi deliberãti aliquid boni contingat, ſed vanis cupiditatibus nequicquam immoratur, ſtultus quidẽ & miſer eſt, in hæc inſomnia occaſionem deliberationis aliquid agendi, quod ex vſu ſit, inſumẽs: ita qui in tempore orationis in ea quę animæ conducunt, intentus non eſt, ſed vitioſis & perturbatis animi ſui moribus Deum obſequi poſtulet, nugator quidẽ reuera atq; blaterator eſt, quippe qui

oret, vt Deus ſuarum ineptiarum & vanitatum adiutor & miniſter fiat. Quale quiddam (exempli gratia) in medium affero. Accedit aliquis ad Deum per orationem, & non perpēſa apud animum ſublimitate potentiæ ad quam accedit, turpibus & ſordidis petitionibus maieſtatem diuinam dedecorat imprudens. Vt ſi quis præ nimia paupertate aut ruſticitate vaſa ex luto fictilia, pretioſa putet: deinde ad regem ſolidas diuitias & dignitates diſtribuere paratum accedat, atque omiſſis iis rebus, quæ à rege peti ſolent, tanta dignitate præditum roget, vt ex luto ſubacto atque concinnato efficiat aliquid, quod ſibi cordi ſit: ita etiā is qui imperitè vtitur oratione, non ad dantis altitudinem ſeſe erigit, ſed ad ſordidas, humiles & terram ſapientes cupiditates ſuas diuinam potentiam deſcendere deſiderat: atque huius rei gratia vitioſos & perturbatos animi impetus & motus corda cernēti profert, non vt ſanet abſurdos animi motus, ſed vt auxilio Dei, repræſentato prauo impetu, deteriores efficiantur. Quoniā enim ille moleſtus eſt, atque odio cor meum laborat, percute eum, ad Deum dicit, modò non illud clamans, Meus animi motus in te fit, ac mea malitia atque nequitia ad te tranſeat. Vt enim in hominum inter ſe præliis, non poteſt aliquis vni parti auxilium ferre, niſi vnà cum iraſcente ſimul in aduerſarium concitatus & exacerbatus ſit: ita perſpicuū eſt, quòd qui Deum commouet aduerſus inimicum, eum roget, vt vnà iraſcatur, & iræ ſocius fiat. Id autem eſt, in perturbationem incidere numen diuinum, & affici more humano, atque ex bona natura in ferinam ſæuitiam tranſmutari. Ita qui gloriæ inſana cupidine vexatur: ita qui ſuperbia excellere ſtudet: qui in iudiciali diſceptatione ad victoriam feſtinat: qui in gymnicis certaminibus ad coronā properat: qui in theatris fauſtas acclamationes affectat. Sæpe autem etiam is qui propter inſanum iuuentutis morbum contabeſcit: omnes hi non vt eo, quo tenentur, morbo liberantur, Deo preces offerunt, ſed vt ad finem morbus eorum perducatur, & compleatur. Atque hæc ſi obtinere non poſſint, calamitoſum quiſque ſibi iudicantes, blaterant reuera, vt mentis ſuæ morbi adiutor ſit, Deo ſupplicantes: ac quod

Simile.

A ἀνοήτως καὶ βαττολογεῖς τῶν ἰδίων ματαιοτήτων συνεργὸν ὑπηρέτην τὸν Θεὸν γίνεσθαι προσευχόμενος. οἷόν τι λέγω. προσῆλθέ τις διὰ προσευχῆς τῷ Θεῷ, καὶ μὴ κατανοήσας τῇ διανοίᾳ τὸ ὕψος τῆς δυνάμεως ᾗ προσέρχεται, λανθάνει καθυβρίζων τὸ μέγεθος ταῖς αἰσχραῖς καὶ ταπειναῖς τῶν αἰτήσεων. ὥσπερ ἂν εἴ τις τὰ ἐκ πηλοῦ σκεύη δι' ὑπερβολὴν πενίας ἢ ἀγροικίας τίμια νομίζων, ἔπειτα βασιλεῖ προσελθὼν, πλούτους καὶ ἀξιώματα διανέμειν προαιρουμένῳ· ὁ δὲ καταλιπὼν τὰς βασιλικὰς αἰτήσεις, ἀξιοῖ τὸν τοσοῦτον τῷ ἀξιώματι, πηλὸν διαπλά-
B σαντα ποιῆσαί τι τῶν ἐκείνῳ καταθυμίων· οὕτως καὶ ὁ ἀπαιδεύτως τῇ εὐχῇ χρώμενος, οὐ πρὸς τὸ ὕψος τοῦ διδόντος ἑαυτὸν ἐπαίρει, ἀλλὰ πρὸς τὸ ταπεινόν τε καὶ γήϊνον τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας τὴν θείαν δύναμιν καταβιβάσαι ποθεῖ· καὶ τούτου χάριν τὰς ἐμπαθεῖς ὁρμὰς προτείνει τῷ τὰς καρδίας βλέποντι, οὐχ ὅπως ἂν θεραπεύσειε τὰ ἄτοπα τῆς διανοίας κινήματα· ἀλλ' ὅπως ἂν χείρω γένοιτο, εἰς ἔργον τῆς πονηρᾶς ὁρμῆς διὰ τῆς συνεργίας τοῦ Θεοῦ προσελθούσης. ἐπειδὴ γὰρ
C ὁ δεῖνα λυπεῖ, καί μοι διάκειται δυσμενῶς ἡ καρδία, πάταξον αὐτὸν τῷ Θεῷ λέγει, μόνον οὐκ ἐκεῖνο βοῶν, ὅτι τὸ ἐμὸν πάθος ἐν σοὶ γενέσθω, ἡ ἐμοῦ κακία ἐπὶ σὲ διαβήτω. ὡς γὰρ ἐν ταῖς ἀνθρωπίναις μάχαις οὐκ ἔστι συμμαχῆσαί τινα τῷ ἑνὶ μέρει, μὴ συμπαροξυνθέντα τῷ ὀργιζομένῳ κατὰ τοῦ προσπαλαίοντος· οὕτω δῆλον ὅτι ὁ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ τὸν Θεὸν κινῶν, συνοργισθῆναι παρακαλεῖ, καὶ τοῦ θυμοῦ κοινωνὸν γενέσθαι. τοῦτο δέ ἐστι τὸ εἰς πάθος πεσεῖν τὸ θεῖον, καὶ κατὰ ἄνθρωπον διατεθῆναι, καὶ εἰς θηριώδη ἀπήνειαν ἐκ τῆς ἀγαθῆς φύσεως μεταποιηθῆναι. οὕτως ὁ δοξα-
D μανῶν· οὕτως ὁ ἐν ὑπερηφανίᾳ τὸ πλέον ἔχειν ἐπιθυμῶν· ὁ ἐν τῇ διαδικασίᾳ πρὸς τὴν νίκην σπεύδων· ὁ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι πρὸς τὸν στέφανον ἐπειγόμενος· ὁ ἐν θεάτροις τῆς εὐφημίας ἀντιποιούμενος. πολλάκις δὲ καὶ ὁ πρὸς τὸ λυσσῶδες τῆς νεότητος πάθος ἐκτετηκώς· πάντες οὗτοι οὐχ ὅπως ἂν ἔξω τοῦ ἐπικρατοῦντος ἀρρωστήματος γένοιντο, προσάγουσι Θεῷ τὰς δεήσεις· ἀλλ' ὅπως ἂν εἰς πέρας αὐτοῖς ἡ νόσος ἔλθοι· καὶ τὸ διαμαρτεῖν τούτων αὐτὴ συμφορᾶς ἕκαστος κρίνοντες, βαττολογοῦσιν ὄντως, συνεργὸν τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἀρρωστίας γενέσθαι τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες· καὶ τὸ

πάντων χαλεπώτατον, ὅτι πρὸς τὰς ἐναντίας ὁρμὰς κινεῖσθαι τὸ θεῖον αὐτοῖς ἐπιθυμοῦσιν, εἰς ἀγριότητα καὶ φιλανθρωπίαν μερίζοντες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνέργειαν. ὃν γὰρ ἵλεων καὶ πρᾷον ἐπιζητοῦσιν ἑαυτοῖς εἶναι, τοῦτον πικρόν τε καὶ ἀπηνῆ τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐπιδείξασθαι παρακαλοῦσιν. ὢ τῆς ἀνοίας τῶν βαττολογούντων· εἰ γὰρ ἐκείνοις ἀπηνὴς ὁ Θεός, οὐδὲ σοὶ πάντως ἥμερος. εἰ δὲ ἐπὶ σοῦ πρὸς ἔλεον ῥέπει, καθώς γε κατὰ τὴν ἐλπίδα, πῶς ἂν μεταλάβοιτο πρὸς τοὐναντίον εἰς πικρίαν μεθαρμόζων τὸν ἔλεον; ἀλλὰ πρόχειρος τῶν ἐριστικῶν ἡ πρὸς τὸ τοιοῦτον ἀντίθεσις. εὐθὺς γὰρ εἰς συνηγορίαν τῆς ἑαυτῶν πικρίας, τὰς ἐκ τῆς προφητείας φωνὰς παρατίθενται· τὸν Δαβὶδ ἐκλιπεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς ποθοῦντα, καὶ αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν τῶν ἐχθρῶν κατευχόμενον· τὸν Ἱερεμίαν ἰδεῖν τὴν παρὰ Θεοῦ ἐκδίκησιν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιθυμοῦντα· τὸν Ὠσηὲ μήτραν ἀτεκνοῦσαν, καὶ μαστοὺς ξηροὺς δοθῆναι τοῖς ἐχθροῖς δεόμενον. καὶ πολλὰ τοιαῦτα σποράδην κείμενα ταῖς ἁγίαις γραφαῖς ἀναλέγοντες συνιστάμενοι, τὸ δεῖν τῶν ἐναντίων κατεύχεσθαι, καὶ τῆς ἑαυτῶν πικρίας συνεργὸν γενέσθαι τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα. ἀλλ' ἡμεῖς ὡς ἂν ἐκ παρόδου τοὺς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀφορμῆς πρὸς τὸ ἐναντίον ὁδηγουμένους παύσαιμεν βαττολογοῦντας, τοῦτο περὶ ἑκάστου τῶν μνημονευθέντων παραθησόμεθα. οὐδεὶς τῶν ἀληθῶς ἁγίων, τῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι θεοφορουμένων, ὧν αἱ ῥήσεις κατὰ θείαν οἰκονομίαν εἰς νουθεσίαν τῶν ἐφεξῆς ἀνεγράφησαν, ἐπί τινι κακῷ τὴν σπουδὴν ἔχων ἐπιδειχθήσεται· ἀλλὰ πᾶς αὐτοῖς ὁ σκοπὸς τοῦ λόγου, πρὸς διόρθωσιν τῆς ἐμπολιτευομένης τῇ φύσει κακίας βλέπει. ὥσπερ τοίνυν ὁ εὐχόμενος μὴ εἶναι νοσοῦντας, μὴ εἶναι πτωχεύοντας, οὐ τῶν ἀνθρώπων ἀναίρεσιν, ἀλλὰ τῆς νόσου καὶ τῆς πτωχείας ἀφανισμὸν ἐπιθυμεῖ γενέσθαι· οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος, τὸ τῇ φύσει ἐχθρὸν καὶ πολέμιον εἰς ἀφανισμὸν ἐλθεῖν δι' εὐχῆς ἔχοντες, ὑπόνοιαν τοῖς ἀπαιδευτέροις παρέχουσιν, ὡς κατὰ ἀνθρώπων πικραινόμενοί τε καὶ χαλεπαίνοντες. ὅτε γὰρ ψαλμῳδὸς εἰπών, ὅτι ἐκλίποιεν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἄνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς· τὴν ἁμαρτίαν ἐκλείπειν καὶ ἀνομίαν εὔχεται. οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπων πολέμιος· ἀλλ' ἡ κατὰ κακίαν τῆς προαιρέσεως

A omnium grauiſſimum eſt, ad quàm maximè contrarios motus diuinum numen ſibi moueri concupiſcunt, in feritatem & humanitatem, efficaciam Dei partientes. Quem enim propitium & mitem ſibi eſſe deſiderant, eum aſperum & immitem inimicis ſuis fieri rogant. O blaterantium dementiam! Nam ſi Deus illis immitis, ne tibi quidem prorſus placidus erit. Sin autẽ in te, vt certe ſperas, ad miſericordiam propenſus eſt: quomodo in contrarium mutabitur, ad ſæuitiam miſericordiam traducens? Sed ad hoc in promptu contentioſorum oppoſitio eſt. Protinus enim ad patrocinandum ſuæ acerbitati ex prophetia deſumptas voces proponunt: Dauidem deficere peccatores deſiderãtem, & pudorem & confuſionem inimicis imprecantem: Hieremiam, vindictam & pœnas à Deo de aduerſariis ſumptas videre cupientem: Oſeam vuluam ſterilem & vbera ſicca inimicis dari rogantem. Ac multa talia paſſim in ſanctis ſcripturis poſita colligunt, quòd aduerſariis imprecari, & ſuæ ipſorum ſæuitiæ bonitatem Dei adiutricẽ adſciſcere oporteat, concludentes. Verùm nos, vt obiter eorum, qui ex tali occaſione in cõtrarium deducantur, ineptis ac vanis ſermonibus finem imponamus, hoc ad ſingula, quæ memorata ſunt, in medium adducemus. Nullus ex verè ſanctis, à ſancto Spiritu diuinitus afflatis, quorum dicta diuina ordinatione ad admonitionem inſequentium hominũ perſcripta ſunt, aliquid mali ſibi ſtudio habuiſſe demonſtrabitur: ſed omnium, quæ ab ipſis dicta ſunt, intentio atque conſilium ſpectat ad correctionem & emendationem vitioſitatis atq; malitiæ, quæ tunc in natura vigebat. Quemadmodum igitur ille, qui orat, ne ſint ægrotantes, ne ſint egentes; non hominum interitum, ſed morbi & egeſtatis abolitionem fieri cupit: ita etiam, dum quiſque ſanctorum orant, vt id, quod naturæ aduerſum & inimicum eſt, ad interitum redigatur, ſuſpicionem imperitioribus præbent, quaſi aduerſus homines ſæuiant & exacerbati ſint. Nam & Pſalmorum ſcriptor cùm dixit, Tollantur peccatores & iniqui de terra, vt nõ ſint: vt peccatum & iniquitas deficiant, orat. Non enim homo hominum hoſtis eſt: ſed liberæ voluntatis motus ad nequi-

Pſal. 58.

Hierem. 10

Oſe. 9.

Pſal. 9.

tiam & malitiam, loco hoſtis conſtituit id quod natura coniunctum eſt. Vt malum igitur deficiat, orat. At homo malum non eſt. Quomodo enim malum fuerit id, quod boni ſimulachrum & imitamentum eſt? Ita etiam ſi pudorem & confuſionem inimicis imprecetur, oſtendit tibi cateruam aduerſariorum,
Epheſ. 6. qui ab inuiſibili inimico ſtantes, vitam humanam oppugnāt. De quibus etiam Paulus planiùs loquitur, luctam nobis eſſe dicens aduerſus principatus, aduerſus poteſtates & rectores huius mundi, aduerſus ſpirituales improbitates in cœleſtibus. Dæmoniacas enim inſidias, per quas malitioſa hominibus ad peccatum adhibētur offendicula, congreſſus iracundi, cupiditatum occaſio, inuidiæ, odij, ſuperbiæ, taliúmve malorum materia: hæc cùm magnus Propheta videt vniuſcuiuſque animam inſidiando circumcurſitantia, ad pudorem redigi precatur, qui his inimicis imprecatur. Hoc autem nihil eſt aliud, quàm vt ipſe ſeruetur. Naturaliter enim accidit, vt is, qui in certamine luctæ victus ſit, ob lapſum ſuū pudefiat: quemadmodum victor contra propter victoriam lætatur. Ac quòd hæc ita ſeſe habeant, orationis forma declarat. Eru-
Pſal. 6. beſcant enim, inquit, & confundantur qui quærūt animam meam. Non enim imprecatur iis, qui damnum in pecuniis afferre per inſidias conantur: aut iis, qui de finibus agrorum controuerſiam mouent: aut iis, qui in caput eius aliquam malitiam deſignant: ſed qui aduerſus animam inſidias ſtruunt: animæ autem inſidiari, quid eſt aliud, niſi à Deo alienare? Porrò non aliter anima humana à Deo alienatur, quàm per vitioſam affectionem. Quoniam igitur numen di-
Deus expers paſſionum. uinum perturbationis ac vitij ſemper expers eſt, qui in vitio atque perturbatione ſemper verſatur, à coniunctione diuini numinis ſegregatur. Ne igitur id ſibi accidat, pudorem aduerſariis imprecatur. Hoc autem nihil aliud eſt, quam victoriam ſibi de hoſtibus preca-
Hier. 10. ri: hoſtes verò perturbationes & vitia ſunt. Sic Hieremias vehementi & ardenti pietatis amore præditus, inſano ſimulachrorum cultui dedito Rege, qui tunc regnabat, & ſubditis eodem cum illo errore inuolutis vnaque perueſis, non proprium aliquod incommodum curat, ſed pro communi homi-

A κίνησις εἰς ἐχθροῦ τάξιν τὸ τῇ φύσει συνημμένον κατέστησε. τὸ κακὸν τοίνυν ἐκλείπειν εὔχεται, ὁ δὲ ἄνθρωπος κακὸν οὐκ ἔστι. πῶς γὰρ ἂν εἴη κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ὁμοίωμα; οὕτως κἂν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν τῶν ἐχθρῶν κατεύχηται, δείκνυσί σοι τὸ στῖφος τῶν ἐναντίων, τῶν ἐκ τοῦ ἀοράτου ἐχθροῦ τῇ ἀνθρωπίνῃ προσπολεμούντων ζωῇ. περὶ ὧν καὶ ὁ Παῦλος γυμνότερον διεξέρχεται, τὴν πάλην λέγων εἶναι ἡμῖν πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ
B τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. τὰς δαιμονιώδεις ἐπιβουλὰς, δι' ὧν ἐπάγεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ πονηρὰ πρὸς ἁμαρτίαν συμπτώματα, συντυχίαι θυμώδεις, ἐπιθυμιῶν ἀφορμαὶ, φθόνου τε μίσους καὶ ὑπερηφανίας, καὶ τῶν τοιούτων κακῶν ὑποθέσεις· ταῦτα ὁρῶν ὁ μέγας προφήτης τὴν ἑκάστου ψυχὴν δι' ἐπιβουλῆς περιτρέχοντα, εἰς αἰσχύνην ἐλθεῖν εὔχεται, ὁ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τούτων εὐχόμενος. τοῦτο δέ ἐστι τὸ αὐτὸν διασωθῆναι. κατὰ φύσιν γὰρ
C ἐπάγεται τῷ ἡττηθέντι κατὰ τὴν πάλην τὸ ἐπαισχυνθῆναι τῷ πτώματι αὐτοῦ, ὡς καὶ τῷ νικῶντι τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ ἀγάλλεσθαι. καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, δηλοῖ τῆς εὐχῆς τὸ εἶδος. αἰσχυνθήτωσαν γὰρ, φησὶ, καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες μου τὴν ψυχήν. οὐ γὰρ κατεύχεται τῶν εἰς χρημάτων ζημίαν ἐπιβουλευόντων, ἢ περὶ γῆς ὅρων διαμφισβητούντων, ἢ τῶν κατὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ κακίαν ἐπιτεχνωμένων τινά· ἀλλὰ τῶν ψυχὴν ἐπιβουλευόντων. τῆς δὲ ψυχῆς ἐπιβουλὴ τίς ἄλλη, εἰ μὴ Θεοῦ ἀλλο-
D τρίωσις; ἀλλοτριοῦται δὲ ἀπὸ Θεοῦ ἀνθρωπίνη ψυχὴ, οὐκ ἄλλως, ἢ διὰ τῆς ἐμπαθοῦς διαθέσεως. ἐπεὶ οὖν ἀπαθὲς τὸ θεῖον πάντοτε, ἀεὶ ὁ ἐν πάθει γενόμενος, τῆς πρὸς τὸ θεῖον συναφείας ἀποχωρίζεται. ὡς ἂν οὖν μὴ τοῦτο πάθοι, αἰσχύνην τῶν ἀντιπαλαιόντων εὔχεται. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἑαυτῷ νίκην κατὰ τῶν πολεμίων ἐπεύξασθαι. οἱ δὲ πολέμιοι τὰ πάθη εἰσίν. οὕτως ὁ Ἱερεμίας ζῆλον τῆς θεοσεβείας ἔχων, εἰδωλομανοῦντος τηνικαῦτα τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῷ συνδιαπραχθέντων, οὐκ ἴδιόν τι προσπαθεῖ πάθος, ἀλλ' περὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων

προσάγει

προσάγει τὴν δέησιν, τῇ κατὰ τῶν ἀσεβησάντων ὁρμῇ, ἅπαν σωφρονισθῆναι ἀξιῶν τὸ ἀνθρώπινον. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ προφήτης, ὃς καὶ πολυγονοῦσαν τότε τὴν κακίαν ἐν τοῖς Ἰσραηλίταις ὁρῶν, ἀτεκνίᾳ δικαίως καταδικάζει, καὶ τὰς πικρὰς θηλὰς τῆς ἁμαρτίας ξηρανθῆναι βούλεται, ὡς ἂν μήτε τίκτοιτο τοῖς ἀνθρώποις τὸ κακὸν, μήτε τρέφοιτο. διὰ τοῦτο προφήτης, δὸς αὐτοῖς, φησι, κύριε μήτραν ἀτεκνοῦσαν, καὶ μαστοὺς ξηρούς. καὶ εἴ τις ἄλλος ἐν τοῖς ἁγίοις εὑρεθείη τοιοῦτος λόγος, θυμοῦ τινα κατηγορίαν καὶ σημασίαν ἔχων, πρὸς τὴν τοιαύτην πάντως διάνοιαν βλέπει, ἢ ἐξορίζοι τὸ κακὸν, οὐκ ἐπιτρίβοι τὸν ἄνθρωπον. Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν. ἀκούεις τῆς ἀποφάσεως; πῶς οὖν εἰς τὸν κατὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ ἐχθρῶν θάνατον παρακαλεῖν ἔμελλε τὸν Θεὸν, τὸν τῆς τοῦ θανάτου ἐνεργείας ἀλλότριον; οὐ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων. ἀλλὰ βαττολογῶν, καὶ κατὰ τῶν ἰδίων ἐχθρῶν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν παρακινῶν, ἐπιτερφθῆναι ταῖς ἀνθρωπίναις αὐτὸν συμφοραῖς ἐγκελεύεται. ἀλλ' ἤδη τινές, φησι, καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν, καὶ πλούτου ἠξιώθησαν, εὐχῇ πρὸς τοῦτο χρησάμενοι, καὶ θεοφιλεῖς εἶναι διὰ τῆς τοιαύτης εὐκληρίας ὑπενοήθησαν. πῶς οὖν ἀπείργεις ἡμᾶς, εἴποι τις ἄν, περὶ τῶν τοιούτων προσάγειν τῷ Θεῷ τὰς δεήσεις; ἀλλὰ τὸ μὲν πάντα θείας ἐξῆφθαι βουλῆς, καὶ ἄνωθεν οἰκονομεῖσθαι τὸν τῇδε βίον, παντὶ δῆλόν ἐστι, καὶ οὐκ ἄν τις ἀντείποι τῷ λόγῳ. τῶν δὲ τοιούτων τῆς εὐχῆς κατορθωμάτων ἄλλας αἰτίας ἐμάθομεν, οὐχ ὡς ἀγαθὰ πάντως τοῦ Θεοῦ ταῦτα τοῖς αἰτοῦσι νέμοντος· ἀλλ' ὡς ἂν διὰ τούτων βεβαιωθῇ τοῖς ἐπιπολαιοτέροις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν πίστις, καὶ κατ' ὀλίγον ἐν ταῖς μικροτέραις τῶν αἰτήσεων, τὸ ἐπακούειν τὸν Θεὸν τῶν ἱκεσιῶν τῇ πείρᾳ μανθάνοντες, ἀνέλθοιμεν ποτὲ πρὸς τὴν τῶν ὑψηλῶν τε καὶ θεοπρεπῶν δωρημάτων ἐπιθυμίαν. καθάπερ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων τέκνων ὁρῶμεν· ἃ τέως μὲν τῇ μητρῴᾳ θηλῇ προσφύεται, ὅσον χωρεῖ ἡ φύσις, τοσοῦτον παρὰ τῆς γεννησαμένης ἐπιζητοῦντα. εἰ δὲ ὑπαδρυνθείη τὸ νήπιον, καί τινα προσλάβοι τοῦ φθέγγεσθαι δύναμιν, καταφρονεῖ μὲν τῆς θηλῆς, ζητεῖ δέ τι τοιοῦτον, ἢ περικόμιον, ἢ ἱμάτιον,

A num bono Deo preces offert, rogans vt per impetum, qui aduerſus eos, qui impietate ſe contaminaſſent, ſuſciperetur, vniuerſum genus humanum ad ſanitatem reduceretur. Similiter autem etiam Propheta Oſeas, cùm inter Iſraëlitas vitioſitatem atque malitiam tunc fœcundam eſſe videret, meritò ſterilitate eos condemnet, & acerba peccati vbera areſcere vult, vt neque naſceretur, neque aleretur malum hominibus. Idcirco Propheta. Da, inquit, illis, Domine vuluam ſterilem, & vbera ſicca. Ac ſi quis alius in ſanctis eiuſmodi ſer-
B mo inueniatur, qui iram aliquo modo arguat, atque ſignificet, ad eiuſmodi omnino ſententiam ſpectat, quę vitium expellat, non hominem conficiat. Mortem Deus non fecit. Audis ſententiam? Quomodo igitur in mortem ſuorum ipſius inimicorũ rogaturus eſſet Deum, qui à mortis efficacia alienus eſt? Non delectatur perditione viuorum. At is qui blaterat, & aduerſus ſuos inimicos humanitatem Dei concitat, hortatur eum, vt calamitatibus hominum delectetur. Verùm iam, inquit, nonnulli
C etiam principatus & honores, & diuitias conſequuti ſunt, oratione ad hoc vſi, & ob eiuſmodi felicitatem, Deo chari eſſe exiſtimati ſunt. Quomodo igitur prohibes nos, dixerit aliquis, de eiuſmodi rebus preces offerre Deo? Enimuerò omnia quidem pendere à diuino conſilio, atque ſupernè regi hanc vitam terrenam, nemo ignorat: nec quiſquam orationi contradixerit, ſed talium orationis ſucceſſuum alias cauſas didicimus: nimirum quòd non quaſi bona prorſus petentibus hæc Deus tribuat: ſed vt ſimplicioribus per hæc fi-
D ducia erga Deum ſtabiliatur & confirmetur, ac paulatim per minores petitiones experiẽtia ipſa diſcentes, quòd ſupplices Deus exaudiat, erigamur tandem aliquando ad ſublimiũ pariter & Deum decentium donorum deſiderium atque cupiditatem. Quemadmodum in noſtris liberis videmus, qui initio quidem vberibus maternis adhærent, quantum natura capit, tantum à matre requirentes. Quòd ſi infans adoleuerit, & aliquam facultatem loquendi adeptus fuerit, mammam quidem reſpuit, quærit autem aliquid eiuſmodi, vel comam appoſitiam, vel pallium,

Oſe. 6.

Ibid.

Sap. 1. 13.

Cur bona Deus malis tribuat.

vel aliqua talia, quibus infantium oculi A delectantur: ſed vbi ad firmiorem ætatem peruenerit, & mens vnà cum corpore creuerit, tunc omnibus puerilibus ſtudiis atque deſideriis omiſſis, ea quæ ad perfectam vitam ſpectant, à parentibus petiturus ſit: ita etiam Deus, qui per omnia hominem ad ſeſe reſpicere aſſuefacit, idcirco ſæpenumero ne minoribus quidem petitionibus aures præbere faſtidit, vt ad ſublimiorum rerum deſiderium, per paruarum rerum largitionem eum, qui hoc beneficium cōſequutus fuerit, inuitet. Et tu igitur, ſi ille & ille diuina prouidentia nobilis & illuſtris obſcuris parentibus ortus B euaſit, aut aliquid aliud ex iis rebus, quæ res per hanc vitam expetuntur, acquiſiuit, principatum, vel diuitias, aut claritudinem: conſidera quónam hæc ſpectent, nimirum, quòd per eam, quæ circa has res apparet, humanitatem in rebus magnis tibi potentia Dei demonſtratur, vt per hoc, quòd animaduerteris, nec ludicras quidem ac pueriles res fruſtra à Deo peti, (de maioribus ac perfectioribus patri preces offeras: hæc autem ſunt ea, quæ animæ lucrum afferunt. Etenim ſtultiſſi- C mum fuerit, ſiquis accedens ad Deum, à ſempiterno temporaria roget, à cœleſti terrena, ab altiſſimo humilia atque abiecta, ab eo, qui regnum cœlorum largitur, hanc terrenam & humilem felicitatem; ab eo qui largitur ea quæ eripi non poſſunt, ad exiguum tempus alienarum rerum vſum: quarum neceſſaria quidem ademptio, temporarius verò vſufructus, & periculoſa adminiſtratio eſt. Pulchrè autē per adiectionem oſtendit abſurditatem, cùm dixit. Sicut gentiles. Nam in res apparentes ſtudium conferre proprium eſt eorum, D qui nullā ſibi futuri ſeculi ſpem proponunt, non iudicij metum, non gehennæ minas, non bonorū expectationem, non aliud quicquam eorum quæ tempore reſurrectionis ſperantur, qui ſicuti pecora ad præſentem vitam intenti quodcumque gulę ac ventri, reliquiſque corporis voluptatibus indulgere poſſint, id in parte bonorū locant, vel principatum inter aliquos tenere, & reliquis præſtare videri, vel multis incubare talentis: aut ſi quid aliud de huius ſeculi fraudibus eſt, quibus ſi quis de futura ſpe dicat,

Matth. 6.

A ἢ τινὰ τοιαῦτα, οἷς ὁ τῶν νηπίων ὀφθαλμὸς ἐπιτέρπεται· ἐπειδὰν δὲ εἰς ἡλικίαν ἔλθῃ, καὶ συναυξηθῇ τῷ σώματι ἡ διάνοια, τότε πάσας τὰς παιδικὰς ἐπιθυμίας καταλιπὼν, τὰ εἰς τέλειον βλέποντα βίον παρὰ τῶν γονέων αἰτήσεται· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐθίζων τὸν ἄνθρωπον διὰ πάντων πρὸς αὐτὸν βλέπειν, διὰ τοῦτο πολλάκις οὐδὲ τῶν μικροτέρων αἰτήσεων ἀνήκοος γίνεται, ὡς ἂν ἐπὶ τῇ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιθυμίᾳ διὰ τῆς ἐν τοῖς μικροῖς εὐεργεσίας τὸν τετυχηκότα τῆς χάριτος προσκαλέσαιτο. καὶ σὺ τοίνυν, εἰ ὁ δεῖνα γέγονε θείᾳ προνοίᾳ B γνώριμός τε καὶ περίβλεπτος ἐξ ἀφανεστέρων, ἢ ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἐπιζητουμένων ἐκτήσατο, ἀρχὴν ἢ πλοῦτον, ἢ περιφάνειαν, νόει τὸν σκοπὸν, ὅτι σοι ἀπόδειξις τῆς μεγάλης δυνάμεως τοῦ Θεοῦ ἡ περὶ ταῦτα φιλανθρωπία γίνεται, ἵνα διὰ τοῦ τυχεῖν τῶν παιδικῶν ἀθυρμάτων, περὶ τῶν μειζόνων καὶ τελειοτέρων προσαγάγῃς τῷ πατρὶ τὰς αἰτήσεις. ταῦτα δέ ἐστιν ὅσα εἰς ψυχὴν φέρει τὸ κέρδος. καὶ γὰρ ἂν εἴη τῶν ἀλογωτάτων, προσελθόντα τῷ Θεῷ, ζητεῖν παρὰ τοῦ ἀϊ- C δίου τὰ πρόσκαιρα, παρὰ τοῦ ἐπουρανίου τὰ ἐπίγεια, παρὰ τοῦ ὑψίστου τὰ χαμαίζηλα, παρὰ τοῦ βασιλείαν οὐρανῶν δωρουμένου τὴν γηΐνην ταύτην καὶ ταπεινὴν εὐκληρίαν, παρὰ τοῦ ἀναφαίρετα χαριζομένου, τὴν ἐν ὀλίγῳ τῶν ἀλλοτρίων χρῆσιν, ὧν ἀναγκαία μὲν ἡ ἀφαίρεσις, πρόσκαιρος δὲ ἡ ἀπόλαυσις, ἐπικίνδυνος δὲ ἡ οἰκονομία· καλῶς δὲ παρίστησι τῇ προσθήκῃ τὸ ἄτοπον, εἰπὼν, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. τὸ γὰρ περὶ τὰ φαινόμενα τὴν σπουδὴν ἔχειν ἴδιόν ἐστι τῶν μηδεμίαν τοῦ μέλ- D λοντος αἰῶνος ἑαυτοῖς ὑποτιθεμένων ἐλπίδα, μὴ κρίσεως φόβον, μὴ γεέννης ἀπειλὴν, μὴ ἀγαθῶν προσδοκίαν, μὴ ἄλλο τι τῶν κατὰ τὴν ἀνάστασιν ἐλπιζομένων, οἳ βοσκημάτων δίκην πρὸς τὸν παρόντα ὁρῶντες βίον, ὅσαπερ ἂν λαιμῷ καὶ κοιλίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς τοῦ σώματος ἡδυπαθείαις χαρίζωνται, τοῦτο ἐν ἀγαθῶν κρίνουσι μοίρᾳ, ἢ τὸ περιττεῦσαί τινων, καὶ τὸ ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς νομισθῆναι, ἢ πολλοῖς ἐπικαθευδῆσαι ταλάντοις, ἢ εἴ τι ἄλλο τῆς βιοτικῆς ἀπάτης ἐστὶν, οἷς εἴ τις ἂν λέγῃ περὶ τῆς μελλούσης ἐλπίδος,

ληρεῖς ἄντικρυς εἶναι δοκεῖ, παράδεισον καὶ βασιλείαν, καὶ οὐρανίαν διαγωγήν, καὶ τὰ τοιαῦτα διεξερχόμενος. ἐπεὶ τοίνυν ἴδιόν ἐστι τῶν μὴ ἐχόντων ἐλπίδα, τὸ προσεστηκέναι τῇ παρούσῃ ζωῇ, καλῶς τὰ περιττὰ καὶ μάταια τῆς ἐπιθυμίας, ἃ δι' εὐχῆς οἴονται κατορθοῦν ἑαυτοῖς οἱ φιλήδονοι, τῶν ἐθνικῶν ὁ λόγος εἶναί, φησι, τῶν νομιζόντων ἐκ τοῦ προσλιπαρεῖν περὶ τῶν ἀτόπων συνεργὸν ἐπὶ τὰ μὴ δέοντα τὸ θεῖον ἕξειν. δοκοῦσι γάρ φησιν, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἃ δεῖ γινώσκειν δι' ὧν ἐξητάσαμεν, ἐδιδάχθημεν. οἵαν δὲ προσήκει τῷ Θεῷ προσάγειν τὴν δέησιν ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἀκουσώμεθα, χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A planè nugator eſſe videtur, paradiſum & regnum, & cœleſtem habitationem, & eiuſmodi res exponens. Quoniam igitur proprium eſt eorum, qui ſpem non habent, vt præſenti vitæ adhæreſcant & addicti ſint: rectè ſuperuacua ac vana deſideria, quæ voluptati addicti per orationem ſe confecturos ſibi eſſe putant, Gentilium eſſe, ſcriptura dicit, exiſtimantium ſe de rebus abſurdis aſſiduè ac ſedulò rogando conſequuturos eſſe, vt numen diuinum eis ad res non rectas neque neceſſarias auxilio ſit. Exiſtimant enim, inquit, ſe propter multiloquium ſuum exauditũ iri. Verùm hæc B quidem, quæ cogitare atque perpẽdere oportet, per ea, quæ ſcrutati ſumus & oſtendimus, edocti ſumus: qualem autem conueniat offerre Deo precationem, in ſequentibus audiamus, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium, in ſæcula ſæculorum, Amen.

ΠΕΡΙ ΕΥΧΗΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ.

ΛΟΓΟΣ Β.

Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

ΟΤΕ προσῆγεν ὁ μέγας Μωϋσῆς τῇ κατὰ τὸ ὄρος μυσταγωγίᾳ τὸν Ἰσραηλίτην λαόν, οὐ πρότερον αὐτοὺς τῆς θεοφανείας ἠξίωσεν, πρὶν ἁγνείᾳ τε καὶ περιρραντισμῷ νομοθετῆσαι τῷ λαῷ τὸ καθάρσιον· καὶ οὐδ' οὕτως ἐθάρρησαν τῆς θείας δυνάμεως τὴν ἐμφάνειαν, ἀλλὰ πρὸς πᾶν κατεπλάγησαν τὸ φαινόμενον, τὸ πῦρ, τὸν γνόφον, τὸν καπνόν, τὰς σάλπιγγας· καὶ πρὸς τούτοις πάλιν ἀποτραφείς, ἠξίουν τὸν νομοθέτην αὐτοῖς μεσίτην γενέσθαι τοῦ θείου βουλήματος, ὡς οὐχ ἱκανῆς οὔσης τῆς δυνάμεως αὐτῶν προσεγγίσαι τῷ Θεῷ, καὶ θείαν ἐμφάνειαν δέξασθαι. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, προσάγειν ἡμᾶς τῇ θείᾳ χάριτι μέλλων, οὐχὶ Σίναιον ἡμῖν ὄρος τῷ λόγῳ παραδείκνυσι γνόφῳ κεκαλυμμένον, καὶ πυρὶ καπνιζόμενον,

DE ORATIONE DOMINICA.

ORATIO II.

Pater noſter qui es in cœlis.

C CVM magnus ille Moyſes ad eam ſacrorũ diſciplinam, quæ in monte inſtituebatur, populum Iſraeliticũ adduceret, non prius eos apparitione Dei dignos iudicauit, quàm indicta obſeruatione caſtitatis, & aſperſione aquæ, populo purificationẽ lege ſanxiſſet: ac ne ſic quidẽ diuinæ potẽtiæ apparitionem ſuſtinuerũt, ſed ad omnẽ faciem & aſpe- D ctum eorum, quæ apparebant, ad ignem ad caliginẽ, ad fumũ, ad tubas, attoniti atque perculſi ſunt: & ad ſeſe rurſus reuerſi, legiſlatorẽ rogabant, vt is mediator ipſis & internũtius diuinæ volũtatis exiſteret, quaſi ipſorũ vires ad appropinquandũ Deo, diuinamq; apparitionem excipiendam, ſatis idoneæ ſufficienteſque non eſſent. At noſter legiſlator, Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad diuinam gratiam nos adducturus, non montem Sinai nobis caligine obductum & igne fumigantem oratione præmonſtrat,

Comparatio Chriſti cum Moyſe.
Exod. 19. 15.

neque tubarum voces obſcurum quiddam atque terrificum reſonātes, neque tridui caſtitate, & aqua ſordes eluenti animam expurgat, neque omni concione ad radices montis relicta, vni ſoli ad cacumen montis caligine gloriam Dei tegente circumfuſum, aſcenſum largitur: ſed primum quidem pro monte ad ipſum cœlum, quod per virtutem peruium hominibus effecit, ſubducit: deinde verò non ſpectatores ſolùm diuinæ potentiæ, verumetiam ſocios & participes facit, & ad cognationem quodammodo ſupetæ naturæ accedentes ducit: neque caligine præcellentem gloriam abſcondit, vt contemplatu difficilis requirentibus ſit: ſed claro lumine doctrinæ caligine diſcuſſa, in lucida ac ſplendida ſerenitate puro corde præditis inenarrabilem gloriam conſpiciendam præbet; aquam autem ad aſpergendum, non ex alienis riuis, ſed in nobis ipſis ſcaturientem largitur, ſiue oculorum quis fontes dicat, ſiue purā cordis conſcientiā nullum à vitioſitate atque malitia limum inuehentem: non ſolum autem à licita vxorum conſuetudine, ſed ab omni materiali pariter ac vitioſa affectione inſtituta puritate, ita per orationē homines ad Deum adducit. Hæc eſt enim verborum vis, quibus nō voces quaſdam, quæ per ſyllabas pronuntientur, per ſermonem diſcimus, ſed rationem aſcendendi ad Deum, per ſublime inſtitutū vitæ confectam & expeditam. Licet autem per ipſa verba orationis cognoſcere diuinā ſacrorum diſciplinam atque inſtitutionem. Cùm oratis, inquit, non dixit, ὅταν εὔχησθε, id eſt cùm vota facitis, ſed ὅταν προσεύχησθε, id eſt, cùm oratis: quaſi id, quod ad votum pertinet, officium iam antè præſtitum eſſe conueniat, prius quam per orationem Deus adeatur. Sed quænam eſt horum nominum, quod ad ſignificationem attinet, differentia? εὐχὴ, id eſt, votum quidem promiſſio eſt alicuius rei, quæ pietatis nomine dedicetur & ſacris deſtinetur: προσευχὴ autem, id eſt, oratio, eſt petitio bonorum, quæ Deo cum ſupplicatione offertur. Quoniam igitur fiducia nobis, vt liberè loquamur, opus eſt, cum ſupplicaturi pro commodis noſtris ad Deum accedimus, neceſſariò, quod ad votum pertinet, officium præcedet, vt eo, quod à nobis præſtari decebat, officio functi,

Matt. 6. 7.
Luc. 11. 2.

A οὐδὲ σαλπίγγων φωνὰς ἄσημόν τι καὶ καταπληκτικὸν ἀπηχούσας, οὐδὲ τριημέροις ἁγνείαις, καὶ ὕδατι ῥύπον ἐκπλυνούσῃ τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρει, οὐδὲ πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ καταλιπών, ἑνὶ μόνῳ τὴν ἄνοδον ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους χαρίζεται, τὴν κεκαλυμμένην τῷ γνόφῳ τῷ τὴν δόξαν Θεοῦ περικρύπτοντι· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀντὶ τοῦ ὄρους αὐτὸν ἀνάγει τὸν οὐρανόν, βατὸν τοῖς ἀνθρώποις αὐτὸν διὰ τῆς ἀρετῆς καταστήσας· ἔπειτα δὲ οὐ θεατὰς μόνον τῆς θείας δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ κοινωνοὺς ἀπεργάζεται, καὶ εἰς συγγένειαν ἔστι πῃ τινὰ τῆς ὑπερκειμένης φύσεως τοὺς προσιόντας
B ἄγει· οὐδὲ γνόφῳ κατακρύπτει τὴν ὑπερέχουσαν δόξαν, ὡς δυσθεώρητον τοῖς ἀναζητοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ τῷ τηλαυγεῖ φωτὶ τῆς διδασκαλίας τὸν γνόφον καταφωτίσας, ἐπὶ λαμπρᾶς αἰθρίας τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν, τὴν ἄφραστον δόξαν καθορᾶσθαι ἐποίησεν· ὕδωρ δὲ περιρραίνειν, οὐκ ἐξ ἀλλοτρίων ναμάτων, ἀλλὰ τὸ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἀναβρύον χαρίζεται, εἴ τε τὰς τῶν ὀφθαλμῶν τις λέγει πηγάς, εἴ τε τὴν καθαρὰν τῆς καρδίας συνείδησιν· μηδεμίαν ἰλὺν * ἀπὸ τῆς ἐν νόμου τῶν γαμετῶν ὁμι-
C λίας, ἀλλ' ἀπὸ πάσης ὑλικῆς τε καὶ ἐμπαθοῦς διαθέσεως νομοθετήσας, οὕτω προσάγει διὰ τῆς προσευχῆς τῷ Θεῷ. αὕτη γὰρ τῶν ῥημάτων ἡ δύναμις, δι' ὧν οὐχὶ φωνάς τινας ἐν συλλαβαῖς ἐκφωνουμένας μανθάνομεν διὰ τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐπίνοιαν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀναβάσεως δι' ὑψηλῆς πολιτείας κατορθουμένην. ἔξεστι δὲ δι' αὐτῶν τῶν τῆς προσευχῆς λόγων τὴν θείαν μυσταγωγίαν καταμαθεῖν. ὅταν προσεύχησθε, φησίν, οὐκ εἶπεν, ὅταν εὔχησθε, ἀλλ' ὅ-
D ταν προσεύχησθε· ὡς τοῦ κατὰ τὴν εὐχὴν ἤδη προκατορθωθῆναι προσήκοντος, πρὶν διὰ τῆς προσευχῆς τῷ Θεῷ προσεγγίσαι. τίς δὲ τῶν ὀνομάτων τούτων κατὰ τὸ σημαινόμενον ἐστὶ διαφορά; ὅτι εὐχὴ μέν ἐστιν ἐπαγγελία τινὸς τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερουμένων· προσευχὴ δὲ αἴτησις ἀγαθῶν, μεθ' ἱκετηρίας προσαγομένη Θεῷ. ἐπεὶ οὖν παῤῥησίας ἡμῖν χρεία, ὅταν προσίωμεν Θεῷ, τὰς ὑπὲρ τῶν λυσιτελούντων ἱκετηρίας ποιούμενοι, ἀναγκαίως τὸ κατὰ τὴν εὐχὴν προηγήσεται, ἵνα τὸ παρ' ἑαυτῶν ἐκτελέσαντες,

οὕτως θαρσοῦντες, τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀντιλαβεῖν ἠξιώσαμεν. διό φησιν ὁ προφήτης, ὅτι τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω σοι, ἃς διέστειλε τὰ χείλη μου· καὶ, εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. καὶ πολλαχοῦ τῆς γραφῆς τὴν τοιαύτην ἐστὶν ἰδεῖν τῆς εὐχῆς σημασίαν, ὡς γνῶναι ἡμᾶς, ὅτι εὐχὴ μέν ἐστι, καθὼς εἴρηται, χαριστήριος δωροφορίας ἐπαγγελία· ἡ δὲ προσευχὴ τὴν μετὰ τὴν ἐκπλήρωσιν τῆς ἐπαγγελίας τῷ Θεῷ γινομένην πρόσοδον διερμηνεύει. διδάσκει οὖν ἡμᾶς ὁ λόγος, μὴ πρότερον αἰτεῖσθαι τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, πρὶν αὐτῷ τι τῶν κεχαρισμένων δωροφορῆσαι. εὔξασθαι γὰρ χρὴ πρότερον, εἶτα προσεύξασθαι· ὡς εἴ τις λέγοι προηγεῖσθαι τὴν σπορὰν τῆς ἐπικαρπίας. οὐκοῦν χρὴ καταβαλεῖν πρότερον τῆς εὐχῆς τὰ σπέρματα, καὶ οὕτως αὐξηθεῖσαν τὴν καταβολὴν τῶν σπερμάτων, καρπώσασθαι διὰ τῆς προσευχῆς τὴν χάριν ἀντιλαμβάνοντα. ὡς οὖν οὐκ ἐσομένης ἐν παρρησίᾳ τῆς ἐντεύξεως, εἰ μὴ ἐπὶ προληφθείσῃ εὐχῇ τινὶ καὶ δωροφορίᾳ ἡ πρόσοδος γένοιτο, ἀναγκαίως ἡ εὐχὴ τῆς προσευχῆς προηγήσατο. ὡς οὖν ἤδη τούτου κατορθωθέντος, φησὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁ κύριος· ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, φησί που τῆς ψαλμῳδίας ὁ μέγας Δαβίδ· εἴποιμι δ' ἂν καὶ αὐτὸς τολμήσας τὴν ἴσην φωνήν· τίς δώσει μου πτέρυγας ἐκείνας, πρὸς τὸ δυνηθῆναι τῷ ὕψει τῇ τῶν ῥημάτων μεγαλοφυΐας συναναπτῆναι κατὰ διάνοιαν; ὥστε καταλιπεῖν μὲν τὴν γῆν πᾶσαν, διαπεράσαι τε πάντα τὸν ἐν μέσῳ κεχυμένον ἀέρα· καταλαβεῖν δὲ τὸ αἰθέριον κάλλος, καὶ ἐπὶ τὰ ἄστρα φθάσαι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν κατιδεῖν; στῆναι δὲ μηδὲ ἐν τούτοις, ἀλλὰ διεξελθεῖν καὶ διὰ τούτων, καὶ πάντων τῶν κινουμένων καὶ μεθισταμένων ἐκτὸς γενέσθαι, καὶ καταλαβεῖν τὴν ἑστῶσαν φύσιν, τὴν ἀμετακίνητον δύναμιν, τὴν ἀφ' ἑαυτῆς καθιδρυμένην, τὴν πάντα ἄγουσάν τε καὶ φέρουσαν, ὅσα ἐν τῷ εἶναι ἐστι, πάντα τὰ τοῦ ἀφράστου θελήματος τῆς θείας σοφίας ἐξηρτημένα; ὥστε πάντων ἀλλοιουμένων τε καὶ μεθισταμένων πόρρω τῇ διανοίᾳ γενόμενος, ἐν ἀτρέπτῳ τε καὶ ἀκλινεῖ τῇ τῆς ψυχῆς καταστάσει,

A ita deinceps confidenter inuicem à Deo beneficium petamus. Quamobrem Propheta, Vota mea, inquit, perſoluam tibi, quæ labia mea nuncupauerũt: &, Vota facite, ac perſoluite Domino Deo veſtro. *Pſal 65. Pſal.46.* Ac multis in locis ſcripturæ eiuſmodi, τῆς εὐχῆς, id eſt, voti ſignificationem videre licet, vt cognoſcamus, quòd votum quidem ſit, vt modò dictum eſt, doni pro gratiarum actione offerendi facta promiſſio: προσευχὴ verò id eſt oratio eum, qui poſt promiſſi impletionem ad Deum fit, aditum ſignificat. Docet igitur nos Sermo, ne prius aliquid pe-
B tamus à Deo, quàm aliquid ei munus acceptum & gratum obtulerimus. Vouere enim prius oportet, deinde orare: perinde ac ſi quis dicat ſementem prius fieri, quàm fructus percipi oportere. Ergo voti ſemina prius deijcere, atque ita ex deiectis ſeminibus adultas iam atque maturas fruges percipere oportet, per orationem remunerationem accipiendo. Proinde quaſi colloquium cum fiducia fieri non poſſit, niſi per præcedens aliquod votum & donum, aditus factus ſit, neceſſario votum ora-
C tionem præcedet. Quaſi igitur iam hoc confectum eſſet, Dominus ad diſcipulos ait: Cùm oratis, dicite, *Pater noſter qui es in cœlis.* *Matth 6. Pſal.54.* Quis dabit mihi alas tanquam columbæ, inquit alicubi magnus ille Dauid in Pſalmis: dixerim autiam ipſe, parem vocem emittere auſus: Quis dabit mihi alas illas ad hoc, vt poſſim vnà cum ſublimitate præſtantiæ maieſtatiſque verborum mente ſubuolare? vt terram quidem omnem relinquam, tranſeamque omnem aërem in medio fuſum, aſſequar autem æthercam pulchritudinem, & ad ſy-
D dera euadam, & omnem in iis ordine ac ratione digeſtum ornatum inſpiciam? ac ne in his quidem conſiſtam, ſed hæc etiam percurram, & extra omnia, quæ & mouentur & mutantur, euadam: atque ſtabilem aſſequar naturam, ac potentiam immobilem, & in ſeipſa ſtatutam, fixam, fundatam atque firmatam, omnia ducentem pariter atq; ferentem, quæcumque exiſtunt, omnia inquam, quæ ab inenarrabili voluntate diuinæ ſapientiæ pendent? vt ab omnibus, quæ alternant & mutantur, mente procul remotus, in immutabili pariter & immobili animæ ſtatu eum, qui nec mutari, nec in alterum peruerti poteſt,

per animi ſententiam atque iudicium prius conciliem & familiarem reddam: deinde verò maximè familiari & amica appellatione inuocem ac dicam, Pater? Nam quali dicēti opus eſt animo? quanta fiducia? quali conſcientia? vt vbi Deum, quoad eius fieri poteſt, per eas appellationes quæ in illo animaduertuntur, ad intellectū inenarrabilis gloriæ quaſi manuductus, mente cōceperit atque didicerit, quòd diuina natura, quodcumque tandem ea ſit ipſa, bonitas ſit, ſanctimonia, exultatio, potentia, gloria, puritas, æternitas, ſemper eodem modo atque ſimiliter ſeſe habens: ac quæcumque talia circa diuinam naturam intelliguntur, cùm & per diuinam ſcripturam ac proprias cogitationes animaduerterit, deinde talem emittere vocem, & eum, qui talis ſit, ſuū patrem nominare audeat? Perſpicuum eſt enim, quòd ſi alicuius intelligentiæ particeps ſit, non auſurus ſit, cùm non eadē etiam in ſe cernat, illam vocem ad Deum emittere, ac dicere Pater. Nam improbæ voluntatis atque propoſiti pater eſſe is, qui ſui natura bonus eſt, naturaliter nō poteſt: neque vita contaminati, ſanctus: neque eius, qui huc illuc circumagitur, is qui alius fieri ac mutari non poteſt: neque mortificati per peccatum, pater vitæ: neque eorum, qui vitiis probroſis & ignominioſis impulſi turpia committunt, is qui purus & integer eſt: neque auari & raptoris, benefactor: nec eorum denique, qui in aliquo malo deprehenduntur, is qui in omni bono cernitur atque conſideratur, parens eſſe poteſt. Nam ſi quis expiatione etiā nunc opus habens, ſeipſum inſpiciens, & vitioſam conſcientiam ſuam agnoſcens plenam maculis, & ſcelerum notis inuſtis, priuſquam à tot tantiſque malis expurgatus ſit, ſe Dei cognationi inſerat, ac dicat, Pater, iuſto iniuſtus, puro impurus: contumelia atque conuicium planè ea verba fuerint, ſiquidē ſuæ nequitiæ patrem Deū nominat. Nam patris vocabulum, cauſam ex ipſo procreati ſignificat. Ergo ſi conſcientia vitioſa quis præditus patrem ſuum Deū dicat, nihil aliud, quàm ſuorum malorum quaſi principē & authorem eum inſimulabit. At nulla communio luci cum tenebris, inquit Apoſtolus: ſed cum lumine lumen conſociatur: cum iuſtitia iuſtitia: cum honeſtate honeſtas: cum incorrupto incorruptum;

Pater quinam poſsint dicere.

2.Cor.6.

A τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον διὰ τῆς γνώμης πρότερον οἰκειώσασθαι, εἶθ' οὕτω τῇ οἰκειοτάτῃ προσηγορίᾳ ἐπικαλέσασθαι καὶ εἰπεῖν, πάτερ; οἵας γὰρ τῷ λέγοντι χρείας ψυχῆς; ὅσης τῆς παρρησίας; οἵας τῆς συνειδήσεως; ἵνα Θεὸν νοήσας ὡς ἐστὶ δυνατὸν, ἐκ τῶν ἐπινοουμένων αὐτῷ προσηγοριῶν, πρὸς τὴν σύνεσιν τῆς ἀφράστου δόξης χειραγωγούμενος, καὶ μαθὼν ὅτι ἡ θεία φύσις, ὅ τι ποτὲ ἐστὶν αὐτὸ ἀγαθότης ἐστὶν, ἁγιασμὸς, ἀγαλλίαμα, δύναμις, δόξα, καθαρότης, ἀϊδιότης, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα νοοῦνται περὶ τὴν θείαν B φύσιν, διά τε τῆς θείας γραφῆς καὶ τῶν οἰκείων λογισμῶν καταμονήσας, εἶτα τολμήσῃ τὴν τοιαύτην προέσθαι φωνὴν, καὶ τὸν τοιοῦτον ἑαυτοῦ κατονομάσαι πατέρα; δῆλον γὰρ, ὅτι εἰ μετέχοι τινὸς διανοίας, οὐκ ἂν θαρσήσειε μὴ τὰ αὐτὰ ἐν αὐτῷ βλέπων, ἐκείνην προέσθαι πρὸς τὸν Θεὸν τὴν φωνὴν, καὶ εἰπεῖν πάτερ. τῆς γὰρ πονηρᾶς προαιρέσεως ὁ ἀγαθὸς κατὰ τὴν οὐσίαν, πατὴρ γενέσθαι φύσιν οὐκ ἔχει· οὔτε τοῦ κατὰ τὸν βίον βεβηλωθέντος, ὁ ἅγιος, οὔτε τοῦ περιτρεπομένου, ὁ ἀναλλοίωτος· οὔτε τοῦ νεκρωθέντος ἐξ C ἁμαρτίας, ὁ πατὴρ τῆς ζωῆς· οὔτε τῶν ἐν τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας ἀσχημονούντων, ὁ καθαρὸς καὶ ἀκήρατος· οὔτε τοῦ πλεονέκτου ὁ εὐεργέτης, οὔτε ὅλως τῶν ἔν τινι κακῷ διεχομένων, ὁ ἐν παντὶ ἀγαθῷ θεωρούμενος. εἰ γάρ τις πρὸς ἑαυτὸν βλέπων ἔτι καθαρσίου δεόμενος, καὶ τὴν μοχθηρὰν ἑαυτοῦ συνείδησιν ἐπιγινώσκων πλήρη κηλίδων καὶ πονηρῶν ἐγκαυμάτων, πρὶν καθαρθῆναι τῶν τοιούτων τε καὶ τοσούτων κακῶν, πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ συγγένειαν ἑαυτὸν εἰσποιοῖ, καὶ λέγει, πάτερ, τῷ δικαίῳ ὁ ἄδικος, τῷ καθαρῷ ὁ ἀκάθαρτος. ὕβρις ἄντικρυς ἂν εἴη καὶ λοιδορία τὰ D ῥήματα. εἴπερ τῆς ἰδίας μοχθηρίας πατέρα τὸν Θεὸν ὀνομάζοι. ἡ γὰρ τοῦ πατρὸς φωνὴ, τὴν αἰτίαν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ὑποστάντος διασημαίνει. οὐκοῦν ὁ μοχθηρὸς τὴν συνείδησιν, εἰ πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν λέγει, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν ἰδίων κακῶν, ἀρχηγόν τε καὶ αἴτιον αὐτὸν εἶναι κατηγορήσει. ἀλλ' οὐδεμία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, φησὶν ὁ ἀπόστολος· ἀλλὰ τῷ φωτὶ φῶς προσοικειοῦται, καὶ τῷ δικαίῳ τὸ δίκαιον, καὶ τῷ καλῷ τὸ καλὸν, καὶ τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ἄφθαρτον.

τὰ δὲ ἐναντία πρὸς τὰ ὁμόφυλα πάντως τὴν συγγένειαν ἔχει. οὐ γὰρ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν. εἰ τοίνυν βαρυκάρδιός τις ὤν, καθώς φησιν ἡ γραφὴ, καὶ τὸ ψεῦδος ζητῶν, κατατολμᾷ τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων, γινωσκέτω ὅτι οὐ τὸν οὐράνιον ὁ τοιοῦτος πατέρα καλεῖ, ἀλλὰ τὸν καταχθόνιον, ὃς αὐτός τε ψεύστης ἐστὶ, καὶ τοῦ ἐν ἑκάστῳ συνισταμένου ψεύδους πατὴρ γίνεται, ἐκεῖνος ἁμαρτία καὶ ἁμαρτίας πατήρ. διὰ τοῦτο οἱ ἐμπαθεῖς τὴν ψυχὴν, ὀργῆς τέκνα παρὰ τοῦ ἀποστόλου προσαγορεύονται· καὶ ὁ τῆς ζωῆς ἀποστὰς, ἀπωλείας υἱὸς ὀνομάζεται· καὶ τις βλακώδης καὶ θηλυδρίας, υἱὸς κορασίων αὐτομολούντων προσηγορεύθη. ὡσαύτως καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, οἱ λαμπροὶ τὴν συνείδησιν, υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας προσαγορεύονται· καὶ δυνάμεως υἱοὶ ἕτεροι, οἱ πρὸς τὴν θείαν ἰσχὺν ἑαυτοὺς τονώσαντες. ὅταν τοίνυν πατέρα τὸν Θεὸν λέγειν ἡμᾶς ἐν τῇ προσευχῇ διδάσκῃ ὁ κύριος, οὐδὲν ἕτερον μοι δοκεῖ ποιεῖν, ἢ τὸν ὑψηλόν τε καὶ ἐπηρμένον νομοθετεῖν βίον· οὐ γὰρ δεῖ ψεύδεσθαι διδάσκει ἡμᾶς ἡ ἀλήθεια, ὥστε λέγειν ὃ μὴ ἐσμὲν, καὶ ὀνομάζειν ὃ μὴ πεφύκαμεν· ἀλλὰ πατέρα λέγοντες ἑαυτῶν, τὸν ἄφθαρτόν τε καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθὸν ἐπαληθεύειν τῷ βίῳ τὴν συγγένειαν. ὁρᾷς ὅσης ἡμῖν παρασκευῆς ἐστὶ χρεία; οἵου βίου; πόσης καὶ ποταπῆς ἐστὶ τῆς σπουδῆς; ὥστε ποτὲ πρὸς τοῦτο τὸ μέτρον τῆς παῤῥησίας ὑψωθείσης ἡμῶν τῆς συνειδήσεως, τολμῆσαι εἰπεῖν τῷ Θεῷ ὅτι πάτερ; εἰ γὰρ περὶ τὰ χρήματα βλέπεις, εἰ περὶ τὴν βιωτικὴν ἀπάτην ἠσχολημένος εἴης, ἢ τὴν ἐξ ἀνθρώπων δόξαν ἀναζητοίης, εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν ταῖς ἐμπαθεστέραις δουλεύοις· ἔπειτα τὴν τοιαύτην προσευχὴν διὰ στόματος λάβοις· τί οἴει ἐρεῖν τὸν εἰς τὸν βίον βλέποντα, καὶ τῆς προσευχῆς ἐπαΐοντα; ἐγὼ τοιούτων τινῶν ῥημάτων ἀκούειν δοκῶ, ὥσπερ εἰ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν τοιοῦτον λέγοντος· πατέρα καλεῖς ὁ κατεφθαρμένος τῷ βίῳ τὸν τῆς ἀφθαρσίας πατέρα; τί μολύνεις τῇ ῥυπαρᾷ σου φωνῇ τὸ ἀκήρατον ὄνομα; τί καταψεύδῃ τοῦ ῥήματος; τί καθυβρίζεις τὴν ἀμόλυντον φύσιν; εἰ τέκνον ἦσθα ἐμὸν, ἐκ τῶν ἐμῶν ἀγαθῶν ἔδει πάντως καὶ τὸν σὸν βίον χαρακτηρίζεσθαι· οὐκ ἐπιγινώσκω τῆς ἐμῆς φύσεως ἐν σοὶ τὴν εἰκόνα. ἐκ τῶν ἐναντίων οἱ χαρακτῆρες· τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς

A Contraria verò, cum iis, quæ eiuſdẽ generis ſunt, plane cognationem habent. Non enim poteſt arbor bona malos producere fructus. *Matth. 6.* Si quis igitur graui tardoque corde, vt inquit ſcriptura, atque mendacium quærens, audet orationis verba vſurpare, ſciat is, quòd non cœleſtem patrem inuocat, ſed infernum, qui & ipſe mendax eſt, & eius, quod in vnoquoque cõflatur, mendacij pater exiſtit, ille qui peccatũ & peccati pater eſt. *Ioan. 8.* Propterea animi affectibus ac perturbationibus obnoxij, filij iræ ab Apoſtolo appellantur: & qui à vita deſciuerit, perdi- B tionis filius nominatur: *Coloſſ. 3.* mollis itẽ quiſpiam & effœminatus, filius puellarum transfugientium appellatur. *Ioan. 17.* Similiter etiam ex contrario, conſciẽtia lauta pura ac luculenta præditi, filij lucis & diei appellãtur: virium item filij alij, qui ad diuinum robur ſeſe firmauerint. Cùm igitur vt patrem Deũ in oratione dicamus, *Ephef. 5.* Dominus nos docet, nihil mihi facere aliud videtur, quam ſublimem & altam inſtituere atque præſcribere vitam: non enim vtique mentiri nos veritas docet, vt dicamus nos eſſe, quod non ſimus, & C appellemus nos eo nomine, quod natura nobis attributum non ſit: ſed vt dũm incorruptum, & iuſtum, & bonum patrem noſtrum dicimus, vitæ integritate propinquitatem referamus, eamque veram eſſe oſtendamus. Vide quanto nobis opus ſit apparatu? quali vita? quãto ac quali ſtudio? vt ad eum modum fiduciç erecta tandem conſcientia noſtra ad Deum dicere audeamus, Pater. Nam ſi pecunias ſpectes, ſi circa ſeculares vitæ fraudes occupatus ſis, aut ex hominibus gloriam quæras: ſi vitioſis cupiditatibus ſeruias: deinde eiuſmodi orationem in D ore habeas: quid dicturum eſſe putas eum, qui vitam tuam intuetur, & orationem intelligit? Nam ego quidem eiuſmodi quædam, quaſi Deo ad talem dicente, mihi verba videor audire: Patrem vocas qui vita corruptus es, eum qui incorruptibilitatis & integritatis pater eſt? Cur ſordida tua voce contaminas nomen incorruptũ? cur falsò tibi verbum hoc vſurpas? Cur naturam impollutam dedecoras? ſi filius meus eſſes, meis bonis prorſus etiam tuam vitam inſignem eſſe oportebat: non agnoſco naturæ meæ imaginẽ in te: aduerſariorum ſunt iſta inſignia. quę ſocietas luci cum tene-

bris? quæ vitæ & mortis cognatio eſt? quæ neceſſitudo natura puro cum impuro intercedit? multum intereſt inter benefactorem & raptorem: Inſociabilis inter miſericordem & immitem contrarietas intercedit: alius eſt pater vitiorũ, quæ in te ſunt: nam mea ſoboles paternis bonis decoratur, filius miſericordis miſericors: integri & puri, integer & purus eſt: corruptus alienus eſt ab incorrupto: & vt ſummatim dicam, ex bono bonus, & ex iuſto iuſtus editur: vos autem nõ noui, vnde ſitis. Quocirca prius quàm aliquis vita expiatus & expurgatus ſit, periculoſum eſt in hac oratione audacem eſſe, & patrem ſuum Deum nominare. Verùm audiamus rurſus verba orationis, ſi quo modo fortè crebriore repetitione, rerum occultarum ſententia à nobis animaduerti atque cognoſci poſſit. *Pater noſter qui es in cœlis.* Enimuerò quòd vita cum virtute coniuncta Deus conciliandus ſit, mediocriter à nobis per ea, quæ ſuprà dicta ſunt, oſtenſum eſt. Sed vidẽtur mihi hęc verba etiam profundiorem quandam ſententiam deſignare: hæc enim & patriæ, ex qua excidimus, & cognationis quam amiſimus, recordationem nobis ingenerant. Etenim in illa narratione, quam *Luc. 15.* de adoleſcente exponit, qui ſedem patriam reliquerat, & ad porcinam vitam tranſierat, hiſtoricorum more abitionem eius & luxum narrando, miſeriam humanam Verbum oſtendit: non autem prius eum ad priſtinam felicitatem reducit, quam ſenſum præſentis calamitatis ſuſcepiſſet, & ad ſeſe reuerſus pœnitentiæ verba meditari cœpiſſet: hæc autem aliquo modo cum verbis orationis congruebãt, dicebat enim illic: *Ibidem.* Pater peccaui in cœlum, & coram te: non adiecturus confeſſioni peccatum in cœlum, niſi perſuaſus ſibi patriã eſſe cœlum, quo relicto peccauerat: quapropter etiam eiuſmodi confeſſionis meditatio aditu facilem ei patrẽ efficit, adeò vt etiam accurreret ad eum, & oſculo collum appeteret (quod rationale iugum ſignificat, per Euangelij traditionem homini, qui primum præcepti iugum exuerat, & legem cuſtodem repudiauerat, per os iniectum) atque etiam

A σκότος; τίς ζωῆς καὶ θανάτου συγγένεια; τίς οἰκειότης τοῦ καθαροῦ κατὰ φύσιν πρὸς τὸ ἀκάθαρτον; πολὺ τοῦ εὐεργέτου πρὸς τὸν πλεονέκτην τὸ μέσον. ἄμικτος ἡ τοῦ ἐλεήμονος καὶ τοῦ ἀπηνοῦς ἐναντίωσις· ἄλλος πατὴρ τῶν ἐν σοὶ κακῶν· τὰ γὰρ ἐμὰ γεννήματα τοῖς πατρῴοις ἀγαθοῖς καλλωπίζεται, τέκνον τοῦ ἐλεήμονος ὁ ἐλεήμων, καὶ τοῦ καθαροῦ ὁ καθαρός. ὁ φθορεὺς ἀλλότριος τοῦ ἀφθάρτου, καὶ τὸ ὅλον, ἐξ ἀγαθοῦ ἀγαθός, καὶ ἐκ δικαίου δίκαιος. ὑμᾶς δὲ οὐκ οἶδα πόθεν ἐστέ. οὐκοῦν ἐπικίνδυνον πρὶν καθαρθῆναι τὸν βίον τῆς προσευχῆς ταύτης κατατολμῆσαι, B καὶ πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ὀνομάσαι. ἀλλὰ ἀκούσωμεν τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων πάλιν, εἴ τις ἄρα γένοιτο ἡμῖν τῶν κρυφίων τοῦ νοῦ κατανόησις διὰ τῆς συνεχεστέρας ἐπαναλήψεως. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὅτι μὲν οὖν χρὴ τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ τὸν Θεὸν οἰκειώσασθαι, μετρίως ἡμῖν διὰ τῶν προλαβόντων ἐξήτασται λόγων. δοκεῖ δέ μοι καὶ βαθυτέραν τινὰ διάνοιαν ὑποσημαίνειν ὁ λόγος· ταῦτα γὰρ ὑπόμνησιν ἡμῖν ἐμποιεῖ, τῆς τε πατρίδος ἧς ἐκπεπτώκαμεν, καὶ τῆς εὐγενείας, ἧς ἀπεβλήθημεν. C καὶ γὰρ ἐν τῷ κατὰ τὸν νέον διηγήματι, τὸν ἀποστάντα τῆς πατρῴας ἑστίας, καὶ πρὸς τὸν χοιρώδη βίον αὐτομολήσαντα, τὴν ἀνθρώπου ἀθλιότητα δείκνυσιν ὁ λόγος ἱστορικῶς διηγούμενος, τὴν ἀποφοίτησιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀσωτίαν, οὐ πρότερον δὲ αὐτὸν ἐπανάγει πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐκληρίαν, πρὶν αἴσθησιν αὐτὸν τῆς παρούσης ἀναλαβεῖν συμφορᾶς, εἰς ἑαυτὸν ἐλθεῖν, καὶ μελετῆσαι τὰ τῆς μεταμελείας ῥήματα· ταῦτα δὲ ἦν συμβαίνοντά πως τοῖς τῆς προσευχῆς λόγοις· ἔφησε γὰρ ἐκεῖ· πάτερ ἥμαρτον εἰς D τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου· οὐκ ἂν προσθεὶς τῇ ἐξομολογήσει τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν ἁμαρτίαν, μὴ πεπεισμένος πατρίδα εἶναι τὸν οὐρανόν, ὃν καταλιπὼν ἐπλημμέλησεν· διὰ τοῦτο καὶ εὐπρόσιτον αὐτῷ τὸν πατέρα ἡ μελέτη τῆς τοιαύτης ἐξομολογήσεως ἀπεργάζεται, ὥστε καὶ προσδραμεῖν αὐτῷ, καὶ φιλήματι τὸν τράχηλον δεξιώσασθαι· ὅπερ σημαίνει τὸν λογικὸν ζυγόν, τὸν διὰ στόματος ἐπιβληθέντα τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς παραδόσεως, τῷ ἐκδύντι τὴν προτέραν τῆς ἐντολῆς ζεύγλην, καὶ ἀποσεισαμένῳ τὸν φυλάσσοντα νόμον, περιθεῖναι δὲ αὐτῷ καὶ τὴν

στολὴν, οὐκ ἄλλην, ἀλλὰ τὴν πρώτην, ἧς ἐγυμνώθη διὰ τῆς παρακοῆς, ὁμοῦ τῇ γεύσει τῶν ἀπειρημένων γυμνὸν ἑαυτὸν θεασάμενος. ὅ τε περὶ τὴν χεῖρα δακτύλιος διὰ τῆς ἐν τῇ σφενδόνῃ γλυφῆς, τὴν τῆς εἰκόνος ἐπανάληψιν ὑποσημαίνει. ἀσφαλίζεται δὲ καὶ τοὺς πόδας τοῖς ὑποδήμασιν, ὡς ἂν μὴ γυμνῇ τῇ πτέρνῃ, τῇ κεφαλῇ τοῦ ὄφεως προσεγγίζων, ἐμπέσοι τῷ δήγματι. ὥσπερ τοίνυν ἐκεῖ τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς φιλανθρωπίας αἰτία γέγονε τῷ νέῳ ἡ πρὸς τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἐπιστροφή· αὕτη δέ ἐστιν ὁ οὐρανὸς εἰς ὃν πεπλημμεληκέναι τῷ πατρὶ λέγει· οὕτω καὶ ἐνταῦθα δοκεῖ μοι διδάσκων ὁ κύριος τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπικαλεῖσθαι πατέρα, μνήμην σοι ποιεῖσθαι τῆς ἀγαθῆς πατρίδος, ὡς ἂν ἐπιθυμίαν σφοδροτέραν τῶν καλῶν ἐμποιήσας, ἐπιστήσειέ σε τῇ ὁδῷ τῇ πρὸς τὴν πατρίδα πάλιν ἐπαναγούσῃ. ὁδὸς δὲ ἡ πρὸς τὸν οὐρανὸν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀνάγουσα, οὐδεμία τίς ἐστιν ἄλλη, εἰ μὴ φυγὴ καὶ ἀπόστασις τῶν περιγείων κακῶν· τῆς δὲ φυγῆς τῶν κακῶν ἐπίνοια, οὐκ ἄλλη μοί τις εἶναι δοκεῖ, πλὴν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοιώσεως. τὸ δὲ ὁμοιωθῆναι Θεῷ, τὸ δίκαιόν τε καὶ ὅσιον καὶ ἀγαθὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐστὶ γενέσθαι. ὧν εἴ τις, ὡς ἐστὶ δυνατὸν, τοὺς χαρακτῆρας ἐναργῶς ἐν ἑαυτῷ τυπώσειεν, ἀμογητὶ κατὰ τὸ αὐτόματον πρὸς τὸν οὐράνιον χῶρον ἀπὸ τοῦ περιγείου μεταστήσεται βίου. οὐ γὰρ τοπικὴ τοῦ θείου πρὸς τὸ ἀνθρώπινόν ἐστιν ἡ διάστασις, ὥστε τινὸς μηχανῆς τε ἡμῖν καὶ ἐπινοίας γενέσθαι χρείαν, τὸ βαρύ τι καὶ ἐμβριθὲς καὶ γεῶδες τοῦτο σαρκίον πρὸς τὴν ἀσώματόν τε καὶ νοερὰν διαγωγὴν μετοικίζειν· ἀλλὰ νοητῶς τῆς ἀρετῆς τῆς κακίας κεχωρισμένης, ἐν μόνῃ τῇ προαιρέσει τοῦ ἀνθρώπου κεῖται, πρὸς ὅπερ ἂν ἐπικλιθείη τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἐν ἐκείνῳ εἶναι. ἐπεὶ οὖν οὐδεὶς ἕπεται πόνος ἑλέσθαι τὸ ἀγαθόν· τῷ δὲ ἑλέσθαι καὶ τὸ τυχεῖν ἕπεται ὧν τις προείλετο· ἔξεστί σοι εὐθὺς ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι, τὸν Θεὸν ἐν τῇ διανοίᾳ λαβόντι. εἰ γὰρ, καθώς φησιν ὁ ἐκκλησιαστὴς, ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ, σὺ δὲ τῷ Θεῷ, κατὰ τὸν προφήτην προσκολλήθης· ἀνάγκη πᾶσα τὸν τῷ Θεῷ συνημμένον ἐκεῖ εἶναι ὅπου ἐστὶν ὁ Θεός. προστάξας τοίνυν ἐν τῇ προσευχῇ λέγειν πρὸς ἑαυτὸν τὸν Θεὸν οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὁμοιοῦσθαί σε τῇ θεοπρεπεῖ πολιτείᾳ τῷ οὐρανίῳ κελεύει πατρὶ, καθάπερ καὶ

A ſtola circumdaret eum, non alia, ſed prima, qua per inobedientiã nudatus erat, ſimulatque interdicta guſtaſſet, nudum ſeſe conſpicatus. Annulus itẽ in digito, per ſculpturam palæ imaginis recuperationem ſignificat. Munit autem etiam pedes calceamentis, ne nudo calcaneo capiti ſerpentis appropinquans, incidat in morſum. Quemadmodum igitur illic reuerſio ad patriam ſedem paternæ humanitatis adoleſcenti cauſa extitit (patria autem ſedes erat cœlum, in quod ſe peccaſſe ad patrem dicit) ita etiam hîc mihi Dominus, dum cœleſtem patrem inuocandum eſſe docet, bonam illam patriam in memoriam redigere tibi videtur,

B vt vehementiori bonorũ iniecto deſiderio ſiſtat te ruſus in via ad patriã reducenti. Via autem quæ naturam humanam ad cœlũ ſubducit, nulla eſt alia, niſi fuga & vitatio vitiorũ terrenorum. Porrò fugæ vitiorum ratio mihi non alia iniri poſſe videtur, quam ſi Dei ſimiles euadamus: Deo autem ſimilem fieri, eſt iuſtum pariter ac ſanctum, bonum, & eiuſmodi virtutibus præditum fieri: quarum virtutum, ſi quis, quoad eius fieri poteſt, inſignia manifeſta in ſeſe impreſſerit, ſine labore, nulloque negotio per ſe ſuaque ſponte à terrena vita ad cœleſtẽ locum transferetur. Non enim

C loci interuallo numen diuinum ab humano genere diſtat, vt aliqua machina nobis atque excogitato artificio ſit opus, quo hæc grauis, ponderoſa atque terrena caruncula ad incorpoream pariter & intellectualem habitationem traducatur: ſed virtute à vitio, prout intelligentia percipi datur, ſeparata, in ſolo animi humani propoſito ſitum eſt, vt quocumque cupiditate inclinatus ſit, in eo verſetur. Quoniam igitur nullus labor ſumendo atque eligendo bono

D ſubeſt: atque electionem etiam adeptio ſucceſſuſque proſper ſequitur eorum, quæ ſibi quiſque ſumpſit & elegit: licet tibi ſtatim eſſe in cœlo, vbi Deum in mente ſumpſeris. Nam ſi, vt Eccleſiaſtes inquit, Deus in cœlo eſt: tu verò Deo, ſecundum prophetam, quaſi agglutinatus es & adhæres: omnino neceſſe eſt, vt Deo coniunctus illic ſit, vbi Deus eſt. Cùm igitur præceperit, vt in oratione Deum patrem tuum dicas, non alium, quàm per diuinum vitæ inſtitutum te cœleſte patri ſimilem fieri iubet, quemadmodum etiam

Math. 5. alibi apertius id mandat, dicens: Sitis A perfecti, ſicut etiam pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Si igitur intelleximus eiuſmodi orationis ſententiam: tempus fuerit animos noſtros præparandi, vt aliquando audeamus has voces ſumere in os, ac dicere cum fiducia, *Pater noſter qui es in cœlis.* Quemadmodum enim ſimilitudinis cum Deo manifeſta ſunt indicia, per quæ filius Dei fieri quis po-
Ioan. 1. teſt. (Quotquot enim receperunt eum, inquit, dedit eis poteſtatem, vt filij Dei fierent: recipit autem aliquis in ſeſe Deum, qui boni perfectionem recepit) ita etiã improbi ſimulachri ſua quædam B ſunt ſigna: quibus inſignitus eſſe filius Dei non poteſt, vtpotè contrariæ naturæ imaginem gerens. Vis cognoſcere improbi ſimulachri proprias notas? inuidia, odium, calumnia, ſuperbia, auaritia, vitioſa cupiditas, inſani gloriæ ſtudij morbus: hæc & eiuſmodi ſunt, quibus forma aduerſarij inſignitur atque notatur. Cuius igitur animus eiuſmodi maculis & notis infectus & inuſtus eſt, ſi patrẽ inuocauerit, vter ei pater auſcultabit? nimirum is, qui cognatus eſt inuocanti: is autem non ille cœleſtis, ſed C ſubterraneus eſt. Cuius enim ſigna proximæ cognationis gerit, ille ſuam omnino cognationem agnoſcet. Quocirca improbi atque ſceleſti hominis oratio, quamdiu in improbitate fuerit, diaboli inuocatio eſt: at eius, qui deſtiterit ab improbitate, & viuit in bonitate, bonũ patrem vox inuocabit. Cùm igitur acceſſerimus ad Deum, prius vitam inſpiciamus, an aliquid dignum cognatione diuina in nobis geramus; deinde verò eiuſmodi Verbum proferre audeamus: qui enim patrem dicere iuſſit, mendacium dicere non permiſit. Quocirca D qui ita vitam inſtituerit, vt diuinam generis nobilitatem decet, is rectè ad cœleſtem ciuitatem ſpectat, & patrem cœlorum regem, & patriam ſuam cœleſtem nominans beatitudinẽ. Quónam pertinet illius cõſilij propoſitum atque intentio? Ea, quæ ſupra ſunt, cogitan-
Math. 6. da, vbi Deus: illic fundamenta habitationis ſuæ cuique iacienda eſſe: illic theſauros condendos: illuc cor ſuũ quemque traducere debere: vbi enim theſaurus, ibi etiam cor eſt: ad paternam omni tempore pulchritudinem ſpectandum eſſe, & iuxta illam, ſuum vnumquemque animum exornare debere.

φανερώτερον ἑτέρωθι τὸ τοιοῦτον παρεγγυᾷ, λέγων· γίνεσθε τέλειοι, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν. εἰ οὖν νενοήκαμεν τὸ τῆς τοιαύτης προσευχῆς τὴν διάνοιαν· καιρὸς ἂν εἴη παρασκευάζειν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς, ὥστε ποτὲ θαρσῆσαι τὰς φωνὰς ταύτας ἀναλαβεῖν διὰ στόματος, καὶ εἰπεῖν ἐν παρρησίᾳ, πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὥσπερ γὰρ φανερὰ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοιότητός ἐστι τὰ γνωρίσματα, δι᾽ ὧν ἐστι τέκνον Θεοῦ γενέσθαι τινά· ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτόν, φησιν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι· λαμβάνει δέ τις ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν, ὁ τὴν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἀναλαβὼν τελειότητα· οὕτως ἐστί τινα καὶ τοῦ πονηροῦ χαρακτῆρος ἴδια σημεῖα, ἐν οἷς ὁ γενόμενος υἱὸς Θεοῦ εἶναι οὐ δύναται, τῆς ἐναντίας φύσεως τὴν εἰκόνα φέρων. βούλει γνῶναι τοῦ πονηροῦ χαρακτῆρος τὰ ἰδιώματα; ὁ φθόνος, τὸ μῖσος, ἡ διαβολή, ὁ τῦφος, ἡ πλεονεξία, ἡ ἐμπαθὴς ἐπιθυμία, τὸ κατὰ τὴν δοξομανίαν ἀρρώστημα· ταῦτά ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα, οἷς ἡ μορφὴ τοῦ ἐναντίου χαρακτηρίζεται. ὁ τοίνυν ταῖς τοιαύταις κηλῖσι τὴν ψυχὴν ἐγκεκαυμένος, ἐὰν πατέρα καλέσῃ, ποῖος αὐτῷ πατὴρ ἐπακούσεται; δηλαδὴ ὁ συγγενῶς πρὸς τὸν κεκληκότα ἔχων· οὗτος δέ ἐστιν οὐχ ὁ οὐράνιος, ἀλλ᾽ ὁ καταχθόνιος. οὗ γὰρ τὰ σημεῖα φέρει τῆς ἀγχιστείας, ἐκεῖνος πάντως τὴν ἰδίαν συγγένειαν ἐπιγνώσεται. οὐκοῦν ἡ τοῦ πονηροῦ ἀνδρὸς προσευχή, ἕως ἂν ἐν τῇ πονηρίᾳ ᾖ, τοῦ διαβόλου ἐπίκλησις γίνεται· τοῦ δὲ ἀφεστῶτος τῆς πονηρίας, καὶ ἐν ἀγαθότητι ζῶντος, τὸν ἀγαθὸν πατέρα ἡ φωνὴ προσκαλέσεται. ὅταν τοίνυν προσίωμεν τῷ Θεῷ, πρότερον τὸν βίον ἐπισκεψώμεθα, εἴ τι τῆς θείας συγγενείας ἄξιον ἐν ἑαυτοῖς φέρομεν· εἶθ᾽ οὕτω τὴν τοιαύτην λέξιν θαρσήσωμεν. ὁ γὰρ λέγειν πατέρα προστάξας, τὸ ψεῦδος λέγειν οὐ συνεχώρησεν. οὐκοῦν ὁ τῆς θείας εὐγενείας ἀξίως πολιτευσάμενος, ἐπὶ καλῶς πρὸς τὴν οὐράνιον πόλιν ὁρᾷ, πατέρα τε τὸν τῶν οὐρανῶν βασιλέα, καὶ πατρίδα ἑαυτοῦ τὴν οὐράνιον ὀνομάζων μακαριότητα. εἰς τί φέρει τῆς συμβουλῆς ὁ σκοπός; τὸ ἄνω φρονεῖν, οὗ ὁ Θεός· ἐκεῖ θεμελίους τῆς οἰκήσεως ἑαυτοῦ καταβάλλεσθαι· ἐκεῖ τοὺς θησαυροὺς ἀποτίθεσθαι· ἐκεῖ μετοικίζειν ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν, ὅπου γὰρ ἐστὶν ὁ θησαυρός, ἐκεῖ ἐστὶ καὶ ἡ καρδία· πρὸς τὸ πατρικὸν κάλλος διαπαντὸς βλέπειν, καὶ ἐκείνῳ τὴν ἰδίαν καλλωπίζειν ψυχήν.

οὐκ ἔστι προσωποληψία παρὰ Θεῷ, φησὶν ἡ γραφή. ἀπέστω δὲ τῆς σῆς μορφῆς ὁ τοιοῦτος ῥύπος. φθόνου καθαρὸν τὸ θεῖον, καὶ πάσης ἐμπαθοῦς κηλῖδος. μηδὲ σὲ χαρακτηριζέτω τὰ τοιαῦτα πάθη, μὴ φθόνος, μὴ τῦφος, μὴ ἄλλο τι τῶν μολυνόντων τὸ θεοειδὲς κάλλος. ἐὰν τοιοῦτος ᾖς, θαρσήσεις τῇ οἰκείᾳ φωνῇ τὸν Θεὸν προσκαλέσασθαι, καὶ πατέρα ἑαυτοῦ τὸν τοῦ παντὸς δεσπότην ὀνομάσαι, ὄψεταί σε πατρικοῖς ὀφθαλμοῖς, περιστελεῖ σε τῇ θείᾳ στολῇ, καὶ κατακοσμήσει τῷ δακτυλίῳ, καταρτίσει τοὺς πόδας πρὸς τὴν ἄνω πορείαν τοῖς εὐαγγελικοῖς ὑποδήμασιν, ἀποκαταστήσει σε τῇ οὐρανίῳ πατρίδι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A Non eſt acceptio perſonarum apud Deum, inquit ſcriptura. *Rom. 2.* Abſint item à tua forma tales ſordes. Ab inuidia atq; ab omni vitij nota purum & integrum *Ephes. 6.* numen diuinum eſt. Ne te quidem deſignent eiuſmodi vitia: non inuidia, non ſuperbia: *Coloſſ. 3.* non aliud quicquam eorum, quæ diuinam pulchritudinem polluunt ac fœdant. Si talis fueris, ne verearis familiari & amica voce Deum inuocare, & patrem tuum vniuerſi Dominum nominare: intuebitur te paternis oculis, diuina ſtola circumdabit, annulo ornabit, inſtruet ac præparabit B Euangelicis calceamentis pedes ad ſuperum iter: reſtituet te cœleſti patriæ, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, quem decet gloria & imperium, in ſæcula ſæculorum, Amen.

ΠΕΡΙ ΕΥΧΗΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ Γ.

Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. C

DE ORATIONE DOMINICA

ORATIO III.

Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum.

ΤΗΝ σκιὰν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν περιέχων νόμος, καὶ τισὶν αἰνίγμασι τυπικοῖς προαναφωνῶν τὴν ἀλήθειαν, ἐπειδὰν εἰς τὸ ἄδυτον εἰσάγῃ προσευξόμενον τῷ Θεῷ τὸν ἱερέα, πρότερον μὲν καθαρσίοις τισί, καὶ περιρραντισμοῖς ἀφαγνίζει τὸν εἰσιόντα. εἶτα τῇ D ἱερατικῇ στολῇ χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἄνθεσι τῆς βαφῆς ἐκπρεπῶς ἐξησκημένῃ κατακοσμήσας, τήν τε περιστήθιον ἐπιβαλὼν αὐτῷ μίτραν, καὶ τοὺς κώδωνας τῶν κρασπέδων μετὰ τῶν ῥοΐσκων ἐξάψας· ἄνωθεν δὲ ταῖς ἐπωμίσι διασφίγξας τὸν ἐπενδύτην, καὶ τὴν κεφαλὴν καλλωπίσας τῷ διαδήματι, δαψιλῶς τε τῆς κόμης καταχέας τοῦ μύρου· οὕτως αὐτὸν παράγει ἐπὶ τὸ ἄδυτον, τὰς ἀπορρήτους ἱερουργίας ἐπιτελέσοντα· ὁ δὲ πνευματικὸς νομοθέτης ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπογυ-

Lex quæ futurorum bonorũ continet vmbrã, & typicis quibuſdã ænigmatibus & inuolucris veritatẽ *Hebr. 10.* præſignificat, cùm in occultum ac remotũ templi locum, quod ἄδυτον dicitur (ob id, quòd eò, præter ſacerdotes adire fas nõ eſſet) ſacerdotẽ Deo preces oblaturũ introducit, primùm quidẽ piacularibus quibuſdã ſacrificijs, & circumſperſionibus introiturũ purificat & luſtrat: deinde vbi eum ſtola ſacerdotali, auro, purpura, reliquiſq; floridis tincturæ coloribus eleganter & affabrè facta atque *Leuit. 8.* elaborata exornauerit, pectoralemque mitrã & faſciam eam iniecerit, ac tintinnabula ex fimbriis cum malogranatis ſuſpẽderit: ſupernè quoq; tunicam epomidibus conſtrinxerit, & diademate caput exornauerit: capillumq; largiter infuſo vnguẽto imbuerit: ita demùm eum ad adytum arcana ſacrificia peracturum producit. At ſpiritualis legiſlator Dominus noſter Ieſus Chriſtus, corporalibus

legem velamentis ſpolians atque denudans, & in apertum proferens ænigmata atque inuolucra figurarum: primùm quidem non vnum ex vniuerſo corpore ſegregans, illum ſolum ad colloquium Dei adducit: ſed commune volentibus ſacerdotij beneficium ac munus proponens, cuilibet hanc dignitatem ex æquo largitur: deinde verò non alieno ornatu, qui ex tinctura quadam & ſuperfluo opere textorio exquiſitus ſit, fictam pulchritudinem ſacerdotis oſtentat: ſed proprio atque natiuo eum ornamento circumdat, pro varia veſte purpurea virtutum gratiis excolens. Inſtruit autem etiam pectus non terreno auro, ſed integra puraque conſcientia pulchritudinem cordis exornans: atque huic mitræ pretioſorum quoque lapidum fulgores adaptat: hi autem ſanctorum mandatorum ſplendores ſunt, vt Apoſtolo videtur. Quinetiam femoralibus munit illam partem, cui id indumenti genus ornamento eſt. Prorſus autem non ignoras, quòd pudicitiæ amiculum, ornamentum eius partis ſit. Cùm appendiſſet autem ex fimbriis vitæ ſpiritualia malogranata & tintinnabula (per hæc autem rectè quis præclara opera vitæ cum virtute actæ intellexerit, vt inſigne per hanc vitam iter ſit.) Ex his igitur fimbriis cùm pro tintinnabulo quidem benè ſonantem ſermonem fidei ſuſpendiſſet, pro malogranato verò occultam futuræ ſpei promptitudinem, eam, quæ duriori vita tecta eſt, ita demum ad ἄδυτον, & intimum templi locum producit. Ἄδυτον autem hoc non inanimum neque manu factum, ſed arcanum cordis noſtri penetrale atque conclaue eſt, ſi verè ἄδυτον, id eſt, impenetrabile nequitiæ, & malis cogitationibus inacceſſum ſit. Ornat item caput cœleſti ſenſu, non litterarum figuram aureæ laminæ imprimens, ſed ipſum Deum in principali ratione inſculpens. Vnguentum autem capillo inſpergit, quod ab ipſa anima per virtutes intrinſecus conficitur: atque etiam præparat eum, vt victimam & hoſtiam per myſticum ſacrificium offerat Deo? non aliud quicquam niſi ſeipſum. Qui enim ita à Domino ad hoc ſacrificium per gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, ſenſum carnis mortificans ducitur, is intra adyta Deum

A γυμνῶν τῶν σωματικῶν προκαλυμμάτων τὸν νόμον, καὶ εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγων τὰ τῶν τύπων αἰνίγματα· πρῶτον μὲν οὐχ ἕνα τοῦ παντὸς ἀποκρίνας μόνον εἰς ὁμιλίαν ἄγει Θεῷ· ἀλλὰ παντὶ κατὰ τὸ ἴσον τὴν ἀξίαν ταύτην χαρίζεται, κοινὴν προθεὶς τοῖς βουλομένοις τῆς ἱερωσύνης τὴν χάριν· ἔπειτα δὲ οὐκ ἀλλοτρίῳ κόσμῳ τῷ ἐκ βαφῆς τινὸς καὶ ὑφαντικῆς περιεργασίας ἐξευρημένῳ, τὸ κάλλος τοῦ ἱερέως σοφίζεται· ἀλλ' οἰκεῖον αὐτῷ καὶ συμφυῆ περιβάλλει τὸν κόσμον, ἀντὶ τῆς ποικίλης ἁλουργίδος ταῖς τῶν ἀρετῶν χάρισι περιανθίζων· κοσμεῖ δὲ καὶ τὸ στῆθος, B οὐ γηΐνῳ χρυσῷ· ἀλλ' ἐν ἀκηράτῳ καὶ καθαρᾷ συνειδήσει τὸ τῆς καρδίας ὡραΐζων κάλλος· ἐναρμόζει δὲ τῇ μίτρᾳ καὶ πολυτελῶν λίθων αὐγάς· αὗται δέ εἰσιν αἱ τῶν ἁγίων ἐντολῶν λαμπηδόνες, ὡς τῷ ἀποστόλῳ δοκεῖ. ἀλλὰ καὶ τῇ περισκελίδι τὸ μέρος ἐκεῖνο, ᾧ κόσμος ἐστὶ τὸ τοιοῦτον τοῦ ἐνδύματος κατασφαλίζεται. πάντως δὲ οὐκ ἀγνοεῖς ὅτι τὸ τῆς σωφροσύνης περιβόλαιον, κόσμος τοῦ τοιούτου μέρους ἐστίν· ἀπαρτήσας δὲ τῶν κρασπέδων τοῦ βίου τοὺς νοητοὺς ῥοΐσκους τε καὶ τοὺς κώδωνας· ταῦτα δὲ εἰκότως ἄν τις τὰ C περιφανῆ τῆς κατ' ἀρετὴν πολιτείας νοήσειεν, ὡς ἂν ἐπίσημος ἡ κατὰ τὴν ζωὴν ταύτην πορεία γένοιτο· τούτων οὖν τῶν κρασπέδων ἐξάψας ἀντὶ μὲν τοῦ κώδωνος τὸν εὔηχον λόγον τῆς πίστεως· ἀντὶ δὲ τοῦ ῥοΐσκου τὴν κεκρυμμένην τῆς μελλούσης ἐλπίδος ἑτοιμασίαν, τὴν ὑπὸ στιφροτέρῳ βίῳ κεκαλυμμένην, οὕτω παράγει ἐπὶ τὸ ἄδυτον τοῦ ἱεροῦ καὶ ἐνδότατον. τὸ δὲ ἄδυτον τοῦτο οὐκ ἄψυχόν ἐστιν, οὔτε χειρόκμητον· ἀλλὰ τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας ἡμῶν ταμεῖον, ἐὰν ἀληθῶς ἄδυτον ᾖ τῇ κακίᾳ, καὶ τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς ἀνεπίβατον. κοσμεῖ δὲ τὴν κεφαλὴν τῷ οὐρανίῳ D φρονήματι, οὐ γραμμάτων τύπον ἐνσημαινόμενος πετάλῳ χρυσῷ, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐντυπώσας ἐν τῷ ἡγεμονικῷ λογισμῷ. μύρον δὲ κατασκεδάζει τῆς κόμης, τὸ παρ' αὐτῆς ἔνδοθεν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἀρετῶν μυρεψούμενον. θῦμα δὲ καὶ ἱερεῖον προσάγειν αὐτὸν τῷ Θεῷ παρασκευάζει, διὰ τῆς μυστικῆς ἱερουργίας, οὐκ ἄλλο τι ἢ ἑαυτόν. ὁ γὰρ οὕτως παρὰ τοῦ κυρίου πρὸς τὴν ἱερωσύνην ταύτην ἀγόμενος, τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς νεκρώσας ἐν τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, οὕτως ἱλεοῦται τὸν Θεὸν ἐν τοῖς ἀδύτοις γενόμενος,

A γινόμενος, ἑαυτὸν διὰ τῆς τοιαύτης θυσίας ἱερουργήσας, καὶ παραστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν εὐάρεστον τῷ Θεῷ. ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως, μὴ ταῦτα κατὰ τὸ πρόχειρον ἔχειν τὴν τῆς προσευχῆς διάνοιαν τῆς προκειμένης ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν· περισοφίζεσθαι δὲ ἡμᾶς τοὺς τοιούτους λόγους, οὐκ ἐκ τῶν οἰκείων τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόζοντας. ἀκουέτω πάλιν, ὑπομνησθήτω τῶν πρώτων τῆς προσευχῆς διδαγμάτων. ὁ γὰρ οὕτως ἑαυτὸν παρασκευάσας, ὥστε ἐν παρρησίᾳ τολμῆσαι πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ὀνομάσαι, οὗτος ἀκριβῶς περίκειται τὴν
B στολὴν ἐκείνην, ἣν ὁ λόγος ὑπεγράφειν, καὶ ἠχεῖ τοῖς κώδωσι, καὶ ἐξανθεῖ τοῖς ῥοΐσκοις· καὶ λάμπει περὶ τὸ στῆθος ταῖς τῶν ἐντολῶν αὐγαῖς, καὶ φέρει τοῖς ὤμοις τοὺς πατριάρχας καὶ προφήτας, ἀντὶ τῶν ὀνομάτων, τὰς ἀρετὰς ἐκείνων εἰς τὸν ἴδιον κόσμον μετακοσμήσας· καὶ τὴν κεφαλὴν κοσμεῖ τῷ τῆς δικαιοσύνης στεφάνῳ, καὶ τὴν κόμην ἔχει τῷ οὐρανίῳ μύρῳ διάβροχον, ἐντός τε γίνεται τῶν ὑπερουρανίων ἀδύτων· ἃ παντὶ λογισμῷ βεβήλῳ ἄδυτα ὡς ἀληθῶς ἐστὶ καὶ ἀνεπίβατα. ἀλλ' ὅπως προσήκει παρα-
C σκευάσασθαι τὸν ἱερώμενον, μετρίως ἐν τοῖς ἐξητασμένοις ὁ λόγος ὑπέδειξεν· λοιπὸν δ' ἂν εἴη σκοπεῖν αὐτὴν τὴν αἴτησιν, ἣν προσάγειν ἐκέλευσε τῷ Θεῷ, τὸν ἐντὸς τῶν ἀδύτων γινόμενον. οὐ γάρ μοι δοκεῖ κατὰ τὸ πρόχειρον, εὔληπτον παρέχειν ἡμῖν τὴν διάνοιαν, ψιλῶς τῆς προσευχῆς ἐκτεθέντα τὰ ῥήματα. ἁγιασθήτω, φησὶ, τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. τί ταῦτα πρὸς τὴν ἐμὴν χρείαν; εἴποι τις ἄνθρωπος, ἢ ἐπὶ ἁμαρτίαις ἑαυτὸν διὰ μετανοίας μαστίζων, ἢ ὅπως ἂν φύγοι κατακρατοῦσαν τὴν ἁμαρτίαν, τὸν Θεὸν εἰς συμμαχίαν καλῶν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχων ἀεὶ τὸν διὰ τῶν πειρασμῶν προσπαλαίοντα, ἔνθεν οἱ θυμοὶ τὸν λογισμὸν τῶν καθηκόντων παρασύρουσιν·
D ἐκεῖθεν αἱ τῶν ἀτόπων ἐπιθυμίαι τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκνευρίζουσιν· ἑτέρωθεν ἡ πλεονεξία πήρωσιν ἐπάγει τῷ διορατικῷ τῆς καρδίας, ὁ τῦφος, ἡ ὑπερηφανία, τὸ μῖσος, ὁ λοιπὸς τῶν ἀντιπαλαιόντων ἡμῖν κατάλογος. οἷόν τι στῖφος πολέμιον ἐκ κύκλῳ περιστοιχισάμενον, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων ἐπάγει τῇ ψυχῇ κίνδυνον. εἶτα ὁ ἐκδῦναι ταῦτα διὰ τῆς κρείττονος συμμαχίας σπουδάζων, ποίοις ἂν κυριωτέροις χρήσαιτο λόγοις;

A placat, ſeipſum per tale ſacrificium immolans, ſuumq; corpus hoſtiam viuentem, ſanctam acceptam Deo ſiſtens. Sed fortaſſe dicet aliquis, non hæc, prout prima facie appareat, ſententiam orationis, quam exponendam ſuſcepimus, continere: ſed nos eiuſmodi ſermones, qui rei propoſitæ ex propriis eius verbis collecti non conueniant, comminiſci. Reminiſcatur ergo denuò atque recordetur primam orationis doctrinam: nam qui ita ſeſe parauit, vt liberè Deum patrem ſuum nominare audeat, is planè amictus eſt illa ſtola, quam oratio deſcri-
B pſit, tintinnabulis reſonat, corymbis decoratur, circa pectus præceptorum fulgoribus reſplendet, geſtat humeris patriarchas & prophetas, loco nominũ virtutibus illorũ ad ſui ornatum tranſlatis: caput corona iuſtitiæ ornat, capillum cœleſti vnguento delibutum habet, & intra ſupercœleſtia adyta verſatur: quæ omni cogitationi prophanę reuera ἄδυτα, id eſt impenetrabilia atq; inacceſſa ſunt. Enimuerò quomodo & exornatum & inſtructum eſſe conueniat eum, qui ſacerdotis officio functurus ſit, mediocriter per ea, quæ tractata atque explicata
C ſunt, oratio demonſtrauit: reliquum fuerit ipſam conſiderare petitionem, quam eum, qui intra adytum verſetur, Deo offerre iuſſit: non enim mihi verba orationis nudè expoſita, prima facie percepta facilem nobis ſententiam præbere videntur. *Sanctificetur*, inquit, *nomen tuum, Adueniat regnum tuum.* Quid hæc ad id, quod mihi opus eſt? dixerit aliquis homo, vel propter peccata ſeipſum per pœnitentiam caſtigans, vel vt peccatum inualeſcens effugiat, Deum in auxilium vocans, ſemper in oculis habens eum, qui per tentationes impugnat: hinc ira rationem à conſtantia, moderatione, atque officio deducit: illinc rerum ab-
D ſurdarum cupiditates animi vigorem eneruant: ab altera parte auaritia & rei ſuæ quouis modo agendæ ſtudium perſpicaci parti cordis hebetudinem & cæcitatẽ inducit: faſtus, ſuperbia, odium, reliquuſque aduerſariorum noſtrorum catalogus & numerus, tanquam caterua hoſtium vndique ſe circumfundens, extremorum malorum animæ periculum inducit: & qui hæc firmiori auxilio ſtudeat effugere atque euitare, quibus verbis magis propriis vteretur?

an non quibus Dauid vſus eſt? Eripiat, inquiens, ex odio proſequentibus me? &, Auertantur inimici mei retrorſum? &, Da nobis auxilium ex afflictione? & quemcumque talia ſunt, per quæ auxilium Dei contra aduerſarios excitare licet? Nunc verò modus orandi quid continet? *Sanctificetur nomẽ tuum.* Si enim hoc à me non dicatur, nunquid fieri poteſt, vt nomen Dei ſanctum non ſit? *Adueniat regnum tuum.* Quid enim à poteſtate Dei alienũ eſt? qui, vt inquit Eſaias, totum cœlum palmo cõprehendit? qui amplectitur terram? qui humidam naturam in manu continet & comprehendit? qui omnem mundanam ſimul & & ſupramundanam naturam quaſi in vlnis geſtat? Si igitur nomen Dei ſemper ſanctum eſt, ac nihil effugit vim dominationis Dei, ſed & omnium rerum potitur, & quod ad ſanctificationem attinet, adiectione amplius opus non habet, quippe cui per omnia nihil deeſt, ſed perfectus eſt: quid ſibi vult hoc optatum, *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum?* An forſitan tale quidpiam Verbum, per formam orandi tradit, quòd infirma ad boni alicuius acquiſitionem humanam natura ſit, idcirco nihil nobis contingere poſſit eorum, quæ affectamus, niſi diuinum auxilium bonum in nobis conficiat? Porrò caput omnium bonorũ eſt, ſi per meam vitam nomen Dei glorificetur. Poterit autem nobis ex contrario planior fieri intellectus. Audiui alicubi ſacram ſcripturam condemnantẽ illos, qui in cauſſa ſunt, vt Deo obtrectetur. Væ, inquit, propter quos nomen meum malè audit inter gentes. Hoc autem tale eſt. Qui nondum ſermoni veritatis crediderunt, eorum, qui fidem myſterij acceperunt, vitam inſpiciunt, & obſeruant. Cùm igitur nomen quidẽ fidei in aliquibus fuerit, vita verò nomini quaſi obloquatur atque repugnet, quippe vel per auaritiam ſimulachrorum cultui dedita, vel ebrietatum & comeſſationum turpitudine fœdata, & more ſuis in luto luxuriæ immerſa: ſtatim in promptu infidelium ſermo eſt: non in voluntatem & inſtitutum eorum, qui hoc ſeculo facultatibuſque malè vtuntur, ſed in myſterium, quaſi talia facere doceat, criminationem vertens: non enim illum & illum, qui diuinis myſteriis initiatus ſit,

Pſal. 142. Pſal. 34. Pſal. 107. Eſa. 4. Eſa. 52.

A οὐχ οἷς ὁ μέγας Δαβὶδ; ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με λέγων; καὶ, ἀποστραφείησαν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω; καὶ δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως; καὶ ὅσα τοιαῦτα δι' ὧν ἔστι τοῦ Θεοῦ τὴν συμμαχίαν κατὰ τῶν ἐναντίων ἐξαναστῆσαι; νυνὶ δὲ τί φησὶν ὁ τῆς προσευχῆς νόμος; ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. εἰ γὰρ μὴ λέγοιτο παρ' ἐμοῦ τοῦτο, ἆρα δυνατόν ἐστι μὴ ἅγιον εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸ ὄνομα; ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. τί γὰρ τῆς ἐξουσίας τοῦ Θεοῦ ἠλλοτρίωται; τοῦ διειληφότος τῇ σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν ὅλον, καθώς φησιν Ἡσαΐας; τοῦ περιδεδραγμένου τὴν γῆν; τοῦ B περικρατοῦντος ἐν τῇ χειρὶ τὴν ὑγρὰν φύσιν; ὃς πᾶσαν ἐγκόσμιόν τε καὶ ὑπερκόσμιον ἐναγκάλισται κτίσιν; εἰ οὖν ἅγιον ἀεὶ τοῦ Θεοῦ τὸ κράτος, καὶ οὐδὲν ἐκπέφευγε τὸ κράτος τῆς τοῦ Θεοῦ δεσποτείας, ἀλλὰ καὶ κρατεῖ πάντων, καὶ κατὰ τὸν ἁγιασμὸν προσθήκης οὐκ ἐπιδέχεται, ὁ διὰ πάντων ἀνελλιπὴς καὶ τέλειος· τί βούλεται ἡ εὐχή, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου; εἰ τάχα τι τοιοῦτον ὁ λόγος ἐν τῷ εἴδει τῆς προσευχῆς δογματίζει, ὅτι ἀσθενής ἐστι πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς κτῆσιν ἡ ἀν- C θρωπίνη φύσις, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἂν τι γένοιτο τῶν σπουδαζομένων ἡμῖν, μὴ τῆς θείας συμμαχίας τὸ ἀγαθὸν ἐν ἡμῖν κατορθούσης; ἀγαθῶν δὲ πάντων ἐστὶ τὸ κεφάλαιον, τὸ τῷ ἐμῷ βίῳ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐνδοξάζεσθαι. γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐναντίου περιτρανωτέρα ἡ ἔννοια. ἤκουσά που τῆς ἁγίας γραφῆς κατακρινούσης ἐκείνους, οἳ τῆς κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας αἴτιοι γίνονται. οὐαὶ γάρ, φησι, δι' οὓς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. τοῦτο δὲ τοιοῦτον ἐστίν. οἱ μήπω πεπιστευκότες τῷ λό- D γῳ τῆς ἀληθείας, πρὸς τὸν βίον τῶν παραδεδεγμένων τὴν τοῦ μυστηρίου πίστιν ἀποσκοποῦσιν. ὅταν τοίνυν τὸ μὲν ὄνομα τῆς πίστεως ἔν τισιν ᾖ· ὁ δὲ βίος ἀντιφθέγγηται τῷ ὀνόματι, ἢ διὰ πλεονεξίας εἰδωλολατρεύων, ἢ ἐν μέθαις καὶ κώμοις ἀσχημονῶν, καὶ τῷ βορβόρῳ τῆς ἀσωτίας ὗς δίκην ἐγκαλινδούμενος· πρόχειρος εὐθὺς παρὰ τῶν ἀπίστων ὁ λόγος· οὐκ εἰς τὴν προαίρεσιν τῶν κακῶς τῷ βίῳ κεχρημένων τὴν κατηγορίαν τρέπων, ἀλλ' ὡς τοιαῦτα πράττειν τοῦ μυστηρίου διδάσκοντος. μὴ γὰρ ἂν γενέσθαι τὸν δεῖνα τὸν τὰ θεῖα μεμυημένον μυστήρια,

ἢ λοίδορον, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἅρπαγα, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον κακόν, εἰ μὴ ἔννομον αὐτοῖς τὸ ἁμαρτάνειν ἦν, διὰ τοῦτο χαλεπὴν τοῖς τοιούτοις ἀπειλὴν ὁ λόγος ἐπιθεματίζεται λέγων· ἐκείνοις εἶναι τὸ οὐαί, δι' οὓς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. εἰ δὴ τοῦτο νενόηται, καιρὸς ἂν εἴη, τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου λεγόμενον κατανοῆσαι. εὔχεσθαι γὰρ πρό γε πάντων οἶμαι χρῆναι, καὶ τοῦτο ποιεῖσθαι τῆς προσευχῆς τὸ κεφάλαιον, τὸ μὴ βλασφημεῖσθαι ἐν τῷ ἐμῷ βίῳ τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ δοξάζεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι. ἐν ἐμοὶ οὖν, φησιν, ἁγιασθήτω τὸ ἐπικληθέν μοι ὄνομα τῆς σῆς δεσποτείας, ὅπως ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τίς δὲ οὕτω θηριώδης καὶ ἄλογος, ὥστε ὁρῶν ἐν τοῖς πεπιστευκόσι Θεῷ βίον καθαρὸν δι' ἀρετῆς κατορθούμενον, πάντων τῶν ἐξ ἁμαρτίας μολυσμάτων καθαρεύοντα, πάσης τῆς πρὸς τὸ χεῖρον ὑπονοίας ἀλλοτριούμενον, λαμπρὸν τῇ σωφροσύνῃ, σεμνὸν τῇ φρονήσει, ἀνδρείας ἔχοντα πρὸς τὰς τῶν παθῶν προσβολάς, μηδαμοῦ ταῖς σωματικαῖς ἡδυπαθείαις μαλακιζόμενον, τρυφῆς καὶ βλακείας καὶ τῆς κατὰ τὸν τῦφον χαυνότητος ὡς ὅτι μάλιστα κεχωρισμένον, τοσοῦτον μετέχοντα τοῦ βίου, ὅσον ἐπάναγκες, ἄκρῳ τῷ ποδὶ τῆς γῆς ἐπιψαύοντα, οὐ ταῖς καθ' ἡδονὴν ἀπολαύσεσι τῷ γηΐνῳ τούτῳ βίῳ καταχωννύμενον, ἀλλ' ὑπερανεστῶτα πάσης τῆς κατ' αἴσθησιν γινομένης ἀπάτης, καὶ πρὸς τὴν ἀσώματον ζωὴν διὰ σαρκὸς ἁμιλλώμενον, ἕνα πλοῦτον νομίζοντα τὴν τῆς ἀρετῆς κτῆσιν, μίαν εὐγένειαν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν οἰκειότητα, μίαν ἀξίαν καὶ δυναστείαν μίαν τὸ κρατεῖν ἑαυτοῦ, καὶ ἀδούλωτον εἶναι τοῖς ἀνθρωπίνοις παθήμασιν, ἀχθόμενον τῇ παρατάσει τῆς τοῦ ὑλικοῦ βίου ζωῆς· σπεύδοντα δὲ καθάπερ οἱ διὰ πελάγους κακοπαθοῦντες πρὸς τὸν λιμένα καταντῆσαι τῆς ἀναπαύσεως. τίς τοίνυν τὸν τοιοῦτον ὁρῶν, οὐ δοξάζει τὸ ὄνομα τὸ ἐπικεκλημένον τῷ τοιούτῳ βίῳ; οὐκοῦν ὁ ἐν τῇ προσευχῇ λέγων, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐν ἐμοὶ ταῦτα τῇ δυνάμει τῶν λεγομένων προσεύχεται, γενοίμην τῇ συνεργείᾳ τῆς σῆς βοηθείας, ἄμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβής, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, λαλῶν ἀλήθειαν, ἐργαζόμενος δικαιοσύνην·

A vel conuitiatorem, vel fraudatorem & auarum, vel raptorem, vel aliquo alio tali vitio obnoxium futurum fuiſſe, niſi peccare licitum eis eſſet, propterea graues minas talibus ſcriptura intentat: dum dicit, Væ illis, per quos nomen meum malè audit inter gentes. *Eſa. 52.* Si igitur hoc intellectum eſt, tempus fuerit, id quod ex contrario dicitur, conſiderare. Optare enim atque precari antè omnia opinor, atque hoc orationis conſtitui caput oportere, ne propter meam vitam nomen Dei malè audiat, ſed glorificetur & ſanctificetur. In me igitur B ſanctificetur, inquit, nomen tuæ dominationis, quod à me inuocatur, vt videant homines bona opera, & glorificent patrem, qui eſt in cœlis. *Matth. 5.* Quis autem eſt adeò ferus & rationis expers, qui ſi inter eos, qui Deo crediderunt, videat vitam puram, quæ per virtutem exigatur ab omnibus peccati inquinamentis vacuam atque puram, ab omni ſuſpicione mala alienam, temperantia claram, prudentia grauem, fortem & firmam aduerſus affectuum ac perturbationum impetus & incurſus, corporis C voluptatibus nullo modo mollem & effœminatam, à deliciis, à corpore & ignauia, à rumore faſtus quàm maximè remotam, temporalibus facultatibus & reliquo ſeculari cultu, quantum neceſſitas deſideret vtentem, ſummo pede terram tangentem, quæ fruendis percipiendiſque voluptatibus hoc terreo ſæculo non obruatur, ſed ſuperet omnem per ſenſus adhibitam fraudem, per carnem cum incorporea vita certet, vnas diuitias virtutis opes exiſtimet, vnam nobilitatem, neceſſitudinem cum Deo, vnam dignitatem, vnum potentatum, D ſeipſum in poteſtate habere, & humanis affectibus non ſeruire, quæ productione materialis huius ſæculi vitæ doleat & augeatur, ſtudeat autem atque nitatur, quemadmodum illi, qui in mari vexantur atque affliguntur, capere portum requietis. Quis igitur ſi talem videat, nomen, quod ab eiuſmodi vita inuocetur, non glorificet? Quocirca qui in oratione dicit, *Sanctificetur nomen tuum*, vi verborum hæc orat: auxilij tui præſidio atque adiumento fiam irreprehenſibilis & inculpatus, iuſtus, pius: abſtineam ab omni malo facinore: loquens id quod verum, faciens quod iuſtum ſit:

in rectitudine ambulans, temperantia illuſtris, integritate decoratus, ſapientia atque prudentia ornatus, ad ſupera aſpirans, terrena deſpiciens, inſtitutis angelicæ vitæ clareſcens. Hæc & eiuſmodi breuis hæc petitio continet, quæ per orationem ad Deum dicit: Sanctificetur nomen tuum. Non enim aliter per hominem Deus glorificari poteſt, niſi virtus eius teſtetur, diuinam potentiam atque virtutē eſſe cauſſam bonorum. Quæ deinceps ſequitur petitio, regnum Dei optat aduenire. Nunquid nunc regē fieri vult vniuerſi regem, qui ſemper eſt, quod eſt? qui ad omnem mutationem firmus & immobilis eſt? qui non poteſt reperire melius quicquam, in quod tranſeat? Quid igitur ſibi vult optatio, quæ regnum Dei euocat? Ac veram quidem huius rei rationem nouerint illi quibus ſpiritus veritatis occulta myſteria reuelat: nos autem eiuſmodi de hoc dicto opinionē atque ſententiam habemus. Vna rebus vniuerſis ſuperimpoſita eſt ac præſidet vera poteſtas & virtus, quæ vniuerſitatis ſuſcepit imperium, & regnat non violento quodam atque tyrannico potentatu, vt quæ metu ac neceſſitudine ſub imperium ac ditionem ſuam obnoxios ſubiunxerit. Liberam enim ac vacuā ab omni metu nulliuſque dominio ſubiectam cōuenit eſſe virtutem, lubenti animo bonum eligentem atque ſumentem: caput autem omnis boni eſt, viuificæ poteſtati ſubditum eſſe. Quoniā igitur humana natura à boni iudicio fraude inducta aberrauit, & ad contrarium noſtrum arbitrium inclinauit, & omne malum hominum vitam inuaſit, & in poteſtatem ſuam redegit: innumeris modis morte naturæ immixta (omnis enim malitiæ vitioſitatiſque forma tanquam via quædam & aditus morti aduerſum nos exiſtit:) Quoniam igitur eiuſmodi tyrannidi circumuenti atque obnoxij fuimus, tanquam per carnifices quoſdam vel hoſtes, incurſibus affectuum atque perturbationum in ſeruitutē à morte redacti: rectè precamur regnum Dei ſuper nos venire. Non enim aliter prauam corruptionis poteſtatem exuere atque effugere poterimus, niſi viuifica virtus inuicem in nobis imperium ſuſceperit. Si igitur regnum Dei ſuper nos venire petiuerimus, hęc vi verborum Deum precamur:

A ἐν εὐθύτητι πορευόμενος, τῇ σωφροσύνῃ λάμπων, τῇ ἀφθαρσίᾳ κοσμούμενος, τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ φρονήσει καλλωπιζόμενος, τὰ ἄνω φρονῶν, τῶν γηΐνων ὑπερορῶν, ταῖς ἀγγελικαῖς πολιτείαις ἐλλαμπρυνόμενος. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα περιέχει ἡ βραχεῖα αἴτησις αὕτη, ἡ λέγουσα διὰ προσευχῆς τῷ Θεῷ, ὅτι ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως δυνατὸν ἐν ἀνθρώπῳ δοξασθῆναι Θεὸν, μὴ τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς τῇ θείᾳ δυνάμει τὴν αἰτίαν τῶν ἀγαθῶν μαρτυρούσης. ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εὔχεται ἐλθεῖν. ἆρα νῦν ἀξιοῖ γενέσθαι βασιλέα

B τὸν τοῦ παντὸς βασιλέα, τὸν ἀεὶ ὄντα ὅπερ ἐστίν; τὸν πρὸς πᾶσαν μεταβολὴν ἀμετάθετον; τὸν οὐκ ἔχοντα εὑρεῖν κρεῖττον εἰς ὃ μεταβήσεται; τί οὖν βούλεται ἡ εὐχὴ τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἐκκαλουμένη; ἀλλὰ τὸν μὲν ἀληθῆ περὶ τούτου λόγον γνοῖεν ἂν, οἷς τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἀνακαλύπτει τὰ κεκρυμμένα μυστήρια· ἡμεῖς δὲ τοιαύτην ἔχομεν περὶ τοῦ ῥητοῦ τὴν διάνοιαν. μία τῶν πάντων ἐπίκειται ἡ ἀληθὴς ἐξουσία καὶ δύναμις, ἡ τοῦ παντὸς διαδεδεγμένη τὸ κράτος, καὶ βασιλεύουσα, οὐ βίᾳ τινὶ καὶ τυ-

C ραννικῇ δυναστείᾳ, φόβοις καὶ ἀνάγκαις ὑποζεύξασα τῇ ὑποταγῇ τὸ ὑπήκοον. ἐλευθέραν γὰρ εἶναι προσήκει παντὸς φόβου τὴν ἀρετὴν καὶ ἀδέσποτον, ἑκουσίᾳ γνώμῃ τὸ ἀγαθὸν αἱρουμένην· ἀγαθοῦ δὲ παντὸς τὸ κεφάλαιον, τὸ ὑπὸ τὴν ζωοποιὸν ἐξουσίαν τετάχθαι. ἐπεὶ τοίνυν τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως ἀποπλανηθεῖσα δι' ἀπάτης ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον γέγονεν τῆς προαιρέσεως ἡμῶν ἡ ῥοπὴ, καὶ πάντη τῷ χείρονι ἡ ζωὴ τῶν ἀνθρώπων κατεκρατήθη· μυρίαις ὁδοῖς τοῦ θανάτου καταμιχθέντος τῇ φύσει· πᾶσα γὰρ κακίας ἰδέα οἷόν τις

D ὁδὸς τοῦ θανάτου καθ' ἡμῶν γίνεται. ἐπεὶ τοίνυν τῇ τοιαύτῃ τυραννίδι περιεσχέθημεν, καθάπερ δημίοις τισὶν ἢ πολεμίοις, ταῖς προσβολαῖς τῶν παθημάτων τοῦ θανάτου δεδουλωμένοι· καλῶς εὐχόμεθα τοῦ Θεοῦ τὴν βασιλείαν ἐφ' ἡμᾶς ἐλθεῖν. οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως ἐκδῦναι τὴν πονηρὰν τῆς φθορᾶς δυναστείαν, μὴ τῆς ζωοποιοῦ δυνάμεως ἐφ' ἡμῶν ἀντιμεταλαβούσης τὸ κράτος. ἐὰν οὖν ἐλθεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ αἰτήσωμεν, ταῦτα τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ ἱκετεύομεν·

ἀπαλλαγείην τῆς φθορᾶς, ἐλευθερωθείην τοῦ θανάτου, λύσεως γενοίμην τῶν τῆς ἁμαρτίας δεσμῶν· μηκέτι βασιλευέτω κατ᾽ ἐμοῦ ὁ θάνατος· μηκέτι ἐνεργὸς ἔστω καθ᾽ ἡμῶν ἡ τυραννὶς τῆς κακίας, καὶ μὴ καταχρατείτω μου ὁ πόλεμος, μηδὲ ἀγέτω με δι᾽ ἁμαρτίας αἰχμάλωτον· ἀλλ᾽ ἐλθέτω ἐπ᾽ ἐμὲ ἡ βασιλεία σου, ἵνα ὑποχωρήσῃ ἀπ᾽ ἐμοῦ· μᾶλλον δὲ εἰς τὸ μὴ ὂν μεταχωρήσῃ τὰ νῦν ἐπικρατοῦντα καὶ βασιλεύοντα πάθη· ὡς γὰρ ἐκλείπει καπνὸς, οὕτως ἐκλείψουσι· καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπολοῦνται. οὔτε καπνὸς διαχυθεὶς εἰς τὸν ἀέρα σημεῖον τι τῆς ἰδίας ὑπολείπεται φύσεως· οὔτε κηρὸς ἐν πυρὶ γενόμενος ἔτι εὑρίσκεται· ἀλλὰ καὶ οὗτος τὴν φλόγα δι᾽ ἑαυτοῦ θρέψας, εἰς ἀτμὸν καὶ ἀέρα μετεποιήθη, καὶ ὁ καπνὸς εἰς παντελῆ ἀφανισμὸν μετεχώρησεν· οὕτως ἐὰν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐφ᾽ ἡμᾶς ἔλθῃ, πάντα τὰ νῦν ἐπικρατοῦντα, εἰς ἀφανισμὸν περιστήσεται. οὐ γὰρ ὑπομένει τὸ σκότος τὴν τοῦ φωτὸς παρουσίαν· οὐ νόσος ὑγείας ἐπιλαβούσης ἵσταται· οὐκ ἐνεργεῖ τὰ πάθη τῆς ἀπαθείας παρούσης, φροῦδος ὁ θάνατος, ἀφανὴς ἡ φθορὰ, ὅταν ἡ ζωὴ ἐν ἡμῖν βασιλεύει, καὶ ἀφθαρσία τὸ κράτος ἔχῃ. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. ἡ γλυκεία φωνή· δι᾽ ἧς ταύτην ἄντικρυς προσάγομεν τῷ Θεῷ τὴν δέησιν· καταλυθήτω ἡ ἀντικειμένη παράταξις· ἀφανισθήτω τῶν ἀλλοφύλων ἡ φάλαγξ, διαιρεθήτω τῆς σαρκὸς ὁ κατὰ τοῦ πνεύματος πόλεμος· μὴ ἔστω τὸ σῶμα τοῦ πολεμίου τῆς ψυχῆς ὁρμητήριον, ἐπιφαινέσθω μοι βασιλικὴ δυναστεία, ἡ ἀγγελικὴ χεὶρ, αἱ χιλιάδες τῶν εὐθυνόντων, ἡ μυριὰς τῶν κατὰ τὸ δεξιὸν παρισταμένων, ἵνα πέσῃ ἐκ τοῦ ἀντικειμένου κλίτους ἡ χιλίας τῶν πολεμούντων, πολὺς ὁ ἀντίπαλος, ἀλλὰ τοῖς ἐρήμοις τῆς σῆς συμμαχίας δεινός τε καὶ ἀκαταμάχητος, ἀλλ᾽ ἕως ἂν μόνος ὁ πολεμούμενος ᾖ· ἐπειδὰν δὲ ἡ σὴ βασιλεία φανῇ, ἀπέδρα λύπη καὶ στεναγμός· ἀντεισέρχεται δὲ ζωὴ, καὶ εἰρήνη, καὶ ἀγαλλίαμα. ἢ καθὼς ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Λουκᾶ τὸ αὐτὸ νόημα σαφέστερον ἑρμηνεύεται, ὁ τὴν βασιλείαν ἐλθεῖν ἀξιῶν, τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος συμμαχίαν ἐπιβοᾶται; οὕτως γὰρ ἐν ἐκείνῳ εὐαγγελίῳ φησὶν, ἀντὶ τοῦ ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

A corruptioni exemptus ſim, à morte liberatus ſim, ſoluar à vinculis peccati: ne poſthac regnet amplius in me mors: ne amplius aduerſum nos efficax ſit maliciæ vitioſitatiſque tyrannis, ne præualeat aduerſum me hoſtis, neu per peccatum captiuum me ducat: ſed veniat ſuper me regnum tuum, vt recedant & remoueantur à me, imò verò ad nihilum redigantur, quæ nunc imperium tenent & regnant vitia, atque affectus. Vt enim deficit fumus, ita deficient, & vt liqueſcit cera coram igne, ita peribunt. Neque enim fumus retuſus in
B aërem ſignum aliquod ſuæ relinquit naturæ, neque cera, quæ in igni fuit, amplius reperitur: ſed & hæc cùm flammam ſuo nutrimento aluerit, in vaporem & aërem transfunditur, & fumus ad plenam abolitionem redigitur: ita ſi ſuper nos regnum Dei venerit, omnia, quæ nunc dominantur ac principatum tenent, ad interitum redigentur. Non enim tenebræ præſentiam lucis ſuſtinent: non morbus ſanitate ſuperueniente conſiſtit: non vim ſuam affectus & perturbationes exercent, impatibilitate & horum malorum va-
C cuitate præſente: vana atque deſerta mors eſt, è medio corruptio exceſſit, cùm vita in nobis regnat, & incorruptibilitas imperium tenet. *Adueniat regnum tuum.* Dulcis vox: per quam hanc planè precationem Deo offerimus: Rumpatur acies oppoſita: deleatur alienigenarum phalanx, dirimatur bellum carnis aduerſus ſpiritum: ne corpus animæ hoſtis arx & receptaculum ſit, appareat mihi regius potentatus, angelica manus, cohortes regentium: legio à dextris aſſiſtentium, vt cadant ex oppoſita parte pugnantium decem millia: numero pollet ac vehemens eſt aduerſarius, ſed tuo auxilio deſtitutis acer & inuictus, ſed quamdiu
D ſolus fuerit is, qui bello petatur: cum autem tuum regnum apparuerit, recedit dolor, triſtitia, & gemitus: atque in eorum locum vita, pax, & exultatio ſuccedunt. An forſitan, vt à Luca nobis idem intellectus planius explicatur, is qui orat, vt regnum adueniat, auxilium ſancti Spiritus implorat? Nam bis in illo Euangelio, pro eo, quod eſt, veniat regnum tuum,

Adueniat, inquit, ſanctus Spiritus tuus ſuper nos, & purificet nos. Quid temerariæ linguæ homines ad hæc dicent de Spiritu ſancto? qua mente, qua ſententia, quóve intellectu regiam dignitatem ad humilitatem ſeruilem traducunt? Nam quomodo hoſtes Dei id, quod Lucas quidem Spiritum ſanctum dicit, Matthæus autem regnum nominauit, ad ſubditam naturam detrahunt, vice regnantis cum ea, quæ regno ſubdita eſt natura collocantes? Creatura ſeruit. at ſeruitus regnum non eſt. Spiritus autem ſanctus regnum eſt. A communione igitur atque ſocietate creaturæ ſeparatus eſt. Quod enim regnat, regno ſubditum non eſt: quod autem regno ſubditum non eſt, ne creatura quidem eſt. Nam ſeruire creaturæ proprium eſt. Si igitur Spiritus ſanctus regnum eſt, quî fit, vt non confiteantur dominationem, qui ne orare quidem vnquam didicerunt? qui ne norunt quidem quis ſit qui purificet inquinatum? quis item is à quo pendeat regni poteſtas? Veniat ſanctus Spiritus tuus, inquit, & purificet nos. Ergo propria pariter & eximia peculiariſque ſancti Spiritus virtus & efficacia eſt, vt & purificet, & remittat peccata: quemadmodum Euangelicus ſermo teſtatur. Quocirca qui teſtatur eum habere poteſtatem remittendi peccata, ſimul etiam prorſus eum Deitatem habere teſtatur. Atque hoc ipſum etiam de vnigenito ait Apoſtolus, quòd poſteaquam purificationem peccatorum confecerit, ſedeat ad dexteram maieſtatis patris. Vnum igitur amborum eſt opus & purificantis peccatum ſpiritus, & Chriſti, qui peccatorum purificationem præſtitit. Quorum autem vna efficientia eſt, eorum etiam natura prorſus eadem eſt. Omnis enim actio facultatis effectus eſt. Quamobrem ſi actio & facultas eſt vna, quomodo naturæ diuerſitas intelligi poteſt in illis, in quibus nullum facultatis actioniſq; diſcrimen deprehendimus? Vt enim ex ignis proprietatibus, cùm duæ ſint, quod illuminet, & quod incēdat, nō licet ſubiecti diuerſitatē inferre: Ita nec vll⁹, qui prudens ſit, cum ea ſcriptura didicerit vnam eſſe Filij & Spiritus efficientiam, naturę diſcrimen aliquod ſuſpicabitur. Iam vero demonſtratum eſt antea piorum ſen-

Hæc ab interprete omiſſa, quæ citantur ab Euthymio tit.12. Panoplia, nūc addimus.

A ἐλθέτω, φησὶ, τὸ ἅγιον πνεῦμά σου ἐφ' ἡμᾶς, καὶ καθαρισάτω ἡμᾶς. τί ἐροῦσιν οἱ θρασυστομοῦντες πρὸς ταῦτα κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου; τίνι διανοίᾳ τὴν τῆς βασιλείας ἀξίαν εἰς ταπεινότητα δουλείας μετασκευάζουσιν; ὁ γὰρ Λουκᾶς μὲν πνεῦμα ἅγιον λέγει, Ματθαῖος δὲ βασιλείαν ὠνόμασε, πῶς εἰς τὴν ὑποχείριον κτίσιν κατασπῶσιν οἱ θεομάχοι, ἀντὶ τῆς βασιλευούσης τῇ βασιλευομένῃ συγκατατάσσοντες φύσει; ἡ κτίσις δουλεύει, ἡ δὲ δουλεία βασιλεία οὐκ ἔστιν. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον βασιλεία ἐστίν. οὐκοῦν τῆς κατὰ τὴν κτίσιν
B κοινωνίας κεχώρισται. ὃ γὰρ βασιλεύει, οὐ βασιλεύεται· ὃ δὲ μὴ βασιλεύεται, οὐδὲ κτίσις ἐστίν. ἴδιον γὰρ τῆς κτίσεως τὸ δουλεύειν ἐστίν. εἰ οὖν βασιλεία τὸ πνεῦμα, πῶς οὐχ ὁμολογήσουσι τὴν δεσποτείαν, οἱ μηδὲ προσεύχεσθαι πώποτε μεμαθηκότες; οἱ μηδὲ εἰδότες; τίς ὁ καθαρίζων τὸ κεκοινωμένον; τίς δὲ ὁ τῆς βασιλείας ἐξηρτημένος τὴν ἐξουσίαν; ἐλθέτω τὸ ἅγιον πνεῦμά σου φησι, καὶ καθαρισάτω ἡμᾶς. οὐκοῦν ἰδία τε καὶ ἐξαίρετος τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμίς τε καὶ ἐνέργεια, τὸ
C καθαίρειν τε καὶ ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας, ὡς ὁ εὐαγγελικὸς λόγος μαρτύρεται. οὐκοῦν ὁ τὴν δύναμιν τῆς ἀφέσεως αὐτῷ τῶν ἁμαρτιῶν μαρτυρήσας, συνεμαρτύρησε πάντως αὐτῷ τὴν θεότητα. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὅτι καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ πατρός. ἓν τοίνυν ἑκατέρων τὸ ἔργον, τοῦ τε καθαρίζοντος τὴν ἁμαρτίαν πνεύματος, καὶ τοῦ τὸν καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν πεποιηκότος Χριστοῦ. ὧν δὲ ἡ ἐνέργεια μία,
D καὶ ἡ φύσις πάντως ἡ αὐτὴ τούτων ἐστίν. πᾶσα γὰρ ἐνέργεια δυνάμεώς ἐστιν ἀποτέλεσμα. εἰ οὖν καὶ ἐνέργεια καὶ δύναμις μία, πῶς ἐστὶν ἑτερότητα φύσεως νοῆσαι, ἐν οἷς οὐδεμίαν κατὰ τὴν δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν διαφορὰν ἐξευρίσκομεν; ὡς γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς τοῦ πυρὸς ἰδιώμασιν, ὅταν δύο, τὸ φωτίζον τε καὶ τὸ καῖον ἐστὶ, τὸ κοινωνεῖν νομίσαι τοῦ προκειμένου ὑπαλλαγήν· οὕτως οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν μίαν ἐνέργειαν ἐκ τῆς γραφῆς διδαχθεὶς τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, διαφοράν τινα φύσεως ὑπονοήσει. ἀλλὰ νῦν προαποδέδεικται τῆς τῶν εὐσεβῶν

δόξαις τὴν αὐτὴν ἐστὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ φύσιν εἶναι, μὴ εἶναι δυνατὸν τὰ ἑτερογενῆ τῇ τοῦ Θεοῦ κλήσει κατονομάζεσθαι· ὡς οὐ λέγεται βάθρον υἱὸς τέκτονος, μηδ᾽ ἄν τις εἴποι τῶν εὖ φρονούντων ὅτι οἰκοδόμος υἱὸν κατεσκευάσατο· ἀλλὰ τῇ τοῦ υἱοῦ καὶ τῇ τοῦ πνεύματος προσηγορίᾳ, τὸ κατὰ τὴν φύσιν συνημμένον ἐπισημαίνεται· ἀνάγκη πᾶσα, ἐπειδὴ τὰ δύο πρὸς τὸ ἓν οἰκείως ἔχει, καὶ μηδὲ πρὸς ἄλληλα διαφόρως ἔχει, τῷ πατρὶ κατὰ τὴν φύσιν ὁ υἱὸς ἥνωται· τῆς δὲ τοῦ υἱοῦ φύσεως διὰ τῶν ἐνεργειῶν ταὐτότητος οὐκ ἀλλότριον ἀποδειχθὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἀποδείκνυται τῆς ἁγίας τριάδος ἡ φύσις, οὐ συγχεομένη ἐφ᾽ ἑκάστης τῆς κατὰ τὸ ἐξαίρετον ἐπιθεωρουμένης αὐταῖς ἰδιότητος, οὐδὲ τῶν γνωρισμάτων ἐν ἀλλήλοις ἀλλασσομένων. τίς οὖν ἡ μανία τῶν πνευματομαχούντων, δουλεύειν τὸν κύριον δογματιζόντων; οἷς οὐδὲ Παῦλος διαμαρτυρόμενος ἐστὶν ἀξιόπιστος, ὅς φησιν· ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμα ἐστίν; ἢ τάχα τὸ ἐλθέτω καθαιρετικὸν τῆς ἀξίας νομίζουσιν; εἶτα οὐκ ἀκούουσι τοῦ μεγάλου Δαβὶδ, καὶ τὸν πατέρα πρὸς ἑαυτὸν ἕλκοντος, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς βοῶντος; Εἰ οὖν ἐπὶ τοῦ πατρὸς τὸ ἐλθεῖν σωτήριον, πῶς ἐπὶ τοῦ πνεύματος τὸ ἐλθεῖν ἐπονείδιστον; ἢ τὸ καθαίρειν τῶν ἁμαρτιῶν, σημεῖον ποιοῦνται τῆς κατὰ τὴν ἀξίαν ὑφέσεως; καὶ μὴν ἄκουε τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων βοώντων, ὅτι τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας μόνου ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· περὶ τοῦ πατρὸς λέγοντες· τί οὗτος, φησὶ, λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; εἰ οὖν ἀφίησι μὲν ἁμαρτίας ὁ πατήρ· αἴρει δὲ ὁ υἱὸς τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν· καθαρίζει δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῶν τῆς ἁμαρτίας μολυσμάτων οἷς ἂν ἐγγένηται· τί ἐροῦσιν οἱ τῇ ἰδίᾳ προσπολεμοῦντες ζωῇ; ἀλλ᾽ ἐλθέτω ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ καθαρισάτω ἡμᾶς, καὶ ποιησάτω δεκτικοὺς τῶν ὑψηλῶν τε καὶ θεοπρεπῶν νοημάτων, τῶν διὰ τῆς προσευχῆς ἡμῖν παρὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ὑποδεικνυμένων φωνῆς, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A tentiis, eandem eſſe in Patre & Filio naturam, neque fieri poſſe, vt quæ diuerſi ſunt generis Dei nomine appellentur: quemadmodũ fabri lignarij filius non dicitur ſcannum, neque prudens vllus dixerit ab architecto filium eſſe constructum: ſed ipſa filij & patris appellatione quod ſecundum naturam coniunctum eſt, deſignatur, neceſſe eſt planè cũ duo ſunt neceſſitudine iuncta cum vno, neque inter ſe differunt, ſi cum Patre Filius natura vnitus eſt, eandẽ porrò Spiritum ſanctum habere cum filio naturam ex operationibus demonſtratũ eſt: B colligitur inde vnam ſanctæ Trinitatis demõſtratam eſſe naturam abſque proprietatum confuſione, quæ præcipit in ſingulis ſpectantur perſonis, nec immutatis indiciis quibus à ſe inuicem diſcernuntur. Quis igitur furor eſt eorum, qui Spiritum ſanctum oppugnant, ſeruire Dominum tradentium? quibus ne Paulus quidem, cui fidem habeant, *Rom. 8.* ſatis idoneus teſtis eſt, qui ait: Dominus autem ſpiritus eſt? An forſitan dictionem, *Adueniat*, vim tollendi dignitatẽ habere exiſtimant? & non audiunt C magnum Dauidem etiam patrem ad ſe trahentem: &, Veni ad ſeruandum nos *Pſal. 79.* clamantem? Si igitur in patre, venire ſalutare eſt, quomodo in ſpiritu, venire probroſum & contumelioſum eſt? an à peccatis purgare ſignum eſſe diminutæ dignitatis exiſtimant? Atqui audi in- *Luc. 5.* credulos Iudæos clamantes, quòd remittere peccata ſolius ſit Dei: cùm de patre hoc Verbum dicerent: Quid hic, inquiunt, loquitur blaſphemias? quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus? Si igitur pater quidem peccata remittit: filius verò peccatum mundi D tollit: purificat item Spiritus ſanctus à peccati inquinamentis eos, in quibus fuerit: quid dicent, qui ſuam vitam oppugnant? Sed veniat ſuper nos Spiritus ſanctus, & purificet nos, & capaces faciat ſublimium pariter ac diuinorum intellectuum, qui per orationem nobis oſtenduntur à voce Seruatoris, cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

A

DE ORATIONE Dominica

Oratio IIII.

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

AVDIVI quendam medicinę peritum naturalibus rationib. adductis, quomodo ſeſe ſanitas corporis benè vel ſecus haberet, artificioſè ſermocinantem: ac fortaſſis id quod dicitur etiam nobis ad bonam animæ valetudinem tuendam haud alienum fuerit. Eorum enim, quæ in nobis ſunt, elementorum alicuius à cõuenienti modo deflexionem principium & cauſam eſſe ſtatuebat, ex qua morbus conflaretur; & ex contrario rurſus eorum, quæ malè ac vitio mota atque mutata eſſent, in conuenientem & naturalem modum reſtitutionẽ, morbi cauſſæ curationem atque correctionem eſſe dicebat: atque idcirco conſiderare atque diſpicere putabat oportere, quid maximè in iis, quæ perperam in nobis & inordinatè mouerentur, ſui præualẽtia oppoſiti elementi vim, quam ad ſanitatem ſimul inferret, infringeret atque debilitaret: vt ſi quidem calor præualeret, auxiliũ ei, quòd opprimeretur, præbeatur, & reuocetur id quod exſiccetur & areſcat, ne forte materia tandem deficiente, euaneſcat penitus & extinguatur in ſeſe calor, dum ipſe circa ſeſe abſumitur: ſimiliter etiã ſi quid ex aliis, quæ per contrarium in nobis conſiderantur, modũ ad redundantiam vergendo excedat, vt id auxilium ab arte parti quæ ſuccumbat, ferendo ſiſtatur ac reprimatur. quę ſi facta fuerint, & nihil æquabili elementorum diſtributioni atq; æquilibritati officiat, reduci atque reſtitui corpori ſanitatem, vbi natura quantũ attinet ad temperamentum, non amplius fuerit inæqualis. quorſum igitur ſpectat mihi hoc longũ orationis principiũ? Fortaſſe nõ aliena ſpeculatio, neq; longè à propoſito argumẽto ſe-

ΠΕΡΙ ΕΥΧΗΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ Δ.

Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

ΗΚΟΥΣΑ τινὸς ἰατρικοῦ τεχνικῶς τὸν κατὰ τὴν ὑγείαν ἕξεως B φυσιολογοῦντος· ἴσως δὲ ἂν γένοιτο ἡμῖν καὶ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς εὐεξίαν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὸ λεγόμενον. τὴν γὰρ ἐκ τοῦ μετρίου παρεκτροπὴν τῶν ἐν ἡμῖν στοιχείων τινὸς, ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῆς κατὰ τὸ πάθος συστάσεως διωρίζετο, καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου πάλιν, τὴν ἐπὶ τὸ οἰκεῖόν τε καὶ κατὰ φύσιν τῶν πλημμελῶς παρακινηθέντων ἀποκατάστασιν, θεραπείαν ἔφασκεν τῆς νοσώδους αἰτίας εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο σκοπεῖν ᾤετο δεῖν, ὅτι C μάλιστα τῶν ἐν ἡμῖν ἐν ἀταξίᾳ κινουμένων διὰ τῆς ἰδίας ἐπικρατήσεως ἄτονον ποιεῖν τοῦ ἀντιστοιχοῦντος, τὴν πρὸς τὴν ὑγείαν συνεισφοράν· ὡς εἰ μὲν τὸ θερμὸν ἐπικρατερῆ συμμαχίαν καὶ τῷ δυναστευομένῳ παρέχειν, καὶ ὑπονοστίζειν τὸ ξηραινόμενον. μήπου τῆς ὕλης ὑπολιπούσης, μαρανθείη τελείως καὶ ἀποσβεσθείη ἐν ἑαυτῷ τὸ θερμὸν, αὐτὸ περὶ ἑαυτῷ δαπανώμενον· ὡσαύτως καὶ εἴ τι τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τῶν ἐναντίων ἐν ἡμῖν θεωρουμένων ἐκβαίνοι D τὸν ὅρον, πρὸς τὸ πλεονάζον ἵστασθαι, τῷ ἐλαττουμένῳ τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης συμμαχίαν ἐπάγοντας. τούτων δὲ γινομένων, καὶ μηδενὸς τῆς τῶν στοιχείων ἰσονομίας ἐμποδίζοντος, ἐπανάγεσθαι τὴν ὑγείαν τῷ σώματι, μηκέτι τῆς φύσεως κατὰ τὴν κρᾶσιν ἀνωμαλούσης. τί δέ μοι βούλεται τὸ μακρὸν τοῦτο τοῦ λόγου προοίμιον; τάχα οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὸ θεώρημα, οὐδὲ πόρρω που τῆς προκειμένης ὑποθέσεως

ἀποκρίνεται. πρόκειται γὰρ εἰς θεωρίαν ἡμῖν τὸ γενηθήτω τὸ θέλημά σου. οὗ δὲ χάριν ἐμνήσθημεν τοῦ κατὰ τὴν ἰατρικὴν θεωρήματος, διὰ τῶν ἐφεξῆς σαφηνίσομεν. ἦν ἐν ὑγείᾳ ποτὲ τὸ νοητὸν ἀνθρώπινον, διά τινων στοιχείων τῶν τῆς ψυχῆς λέγω κινημάτων, κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον ἰσοκρατῶς ἐν ἡμῖν κεκραμένων. ἐπεὶ δὲ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ κατισχύσαντος, ἡ αὐτῷ ἐναντίου νοουμένη διάθεσις ἡ ἐγκράτεια κατεκρατήθη τῷ πλεονάζοντι, καὶ τὴν ἄμετρον τῆς ἐπιθυμίας ἐπὶ τὰ μὴ δέοντα κίνησιν τὸ κωλῦον οὐκ ἦν· ἐκ τούτου τὸ ἐπιθανάτιον νόσημα ἡ ἁμαρτία τῇ ἀνθρωπίνῃ συνέστη φύσει. ὁ τοίνυν ἰατρὸς ἀληθῶς τῶν τῆς ψυχῆς παθημάτων, ὁ διὰ τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων γενόμενος, τοῖς ἐν τῇ προσευχῇ νοήμασι, τὸ νοσοποιὸν αἴτιον ὑπεκλύων, ἐπανάγει ἡμᾶς ἐπὶ τὴν νοητὴν ὑγίειαν. ὑγεία δέ ἐστι τῆς ψυχῆς, ἡ τοῦ θείου θελήματος εὐοδία· ὥσπερ δὴ πάλιν τὸ ἐκπεσεῖν τοῦ ἀγαθοῦ θελήματος νόσος ἐστὶ ψυχῆς τελευτώσης εἰς θάνατον. ἐπεὶ οὖν ἠσθενήσαμεν τὴν ἀγαθὴν ἐν τῷ παραδείσῳ δίαιταν καταλιπόντες, ὅτε τοῦ δηλητηρίου τῆς παρακοῆς κόρον ἐνεφορήθημεν, καὶ διὰ τοῦτο τῷ πονηρῷ τούτῳ καὶ ἐπιθανατίῳ νοσήματι κατεκρατήθη ἡ φύσις· ἦλθεν ὁ ἀληθινὸς ἰατρὸς, κατὰ τὸν νόμον τῆς ἰατρικῆς διὰ τῶν ἐναντίων τὸ κακὸν ἐξιώμενος· καὶ τοὺς διὰ τοῦτο τῇ ἀρρωστίᾳ συνενεχθέντας, ὅτι τοῦ θείου θελήματος ἐχωρίσθησαν, πάλιν ἐλευθεροῖ τοῦ νοσήματος, τῇ πρὸς τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ συναφείᾳ. τὰ γὰρ τῆς προσευχῆς ῥήματα, θεραπεία ἐστὶ τῆς ἐγγινομένης τῇ ψυχῇ ἀρρωστίας. εὔχεται γὰρ διά τισιν ὀδύναις τὴν ψυχὴν συνεχόμενος ὁ λέγων· γενηθήτω τὸ θέλημά σου. θέλημα δὲ Θεοῦ ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. ἐπειδὰν τοίνυν εἰς τοῦτο στῶμεν, ὥστε εἰπεῖν τῷ Θεῷ, ὅτι γενηθήτω καὶ ἐν ἐμοὶ τὸ θέλημά σου· ἀνάγκη πᾶσα πρότερον κατειπεῖν ἐκείνου τοῦ βίου, ὃς ἔξω τοῦ θείου βουλήματος ἦν, καὶ ταῦτα ἐν τῇ ἐξαγορεύσει διεξελθεῖν. ὅτι ἐπεὶ κακῶς ἐνήργησεν ἐν ἐμοὶ διὰ τοῦ φθάσαντος βίου τὸ ἀντικείμενον θέλημα, καὶ ὑπηρέτης ἐγενόμην τοῦ πονηροῦ τυράννου, οἷά τις δήμιος τὴν τοῦ ἐχθροῦ ψῆφον

A iuncta atque diuerſa eſt; propoſitum enim nobis eſt ad conſiderandum, quid ſibi velit, quod dicitur: *Fiat voluntas tua.* Cuius autem rei gratia medici ſpeculamenti meminerimus, deinceps declarabimus & aperiemus. Erat aliquando in ſanitate mente comprehenſibili genus humanum, tanquam elementis quibuſdam, animæ, inquam, motibus ſecundum virtutis rationem æquabiliter in nobis temperatis. Sed poſteaquã præualente vi concupitiua, quæ ex contrario intelligitur, affectio, continentia nempe, ab eo quod nimium & redundans erat, ſubacta eſt: cùm non eſſet, quod immoderatam cupiditatem in res B incommodas & indecoras ruentem reprimeret, & inhiberet: exinde lethalis morbus peccatum humanæ naturę conflatum eſt. Verus igitur animę vitiorum & morborũ medicus, qui propter male habentes in vita hominum verſatus eſt, rationibus iis, quæ in oratione deprehenduntur, cauſſam morbi efficientem tollens, reſtituit nos in eam, quæ mente percipitur, ſanitatem. Sanitas autem animæ, eſt diuinæ voluntatis proſper ſucceſſus: quemadmodum etiam ex contrario, excidiſſe bona voluntate, morbus animæ eſt in mortem deſinentis. Quoniam igitur bona victus ratione C atque habitudine in paradiſo relicta ægrotauimus, cùm de inobedientiæ veneno largiter ſumpſimus, & idcirco hoc graui atque lethali morbo natura ſuccubuit atq; deuicta eſt: venit medicus verus, iuxta præſcriptum medicæ artis per contraria malum ſanans: atque eos qui idcirco in morbum inciderãt, quòd à diuina voluntate receſſerant, rurſus coniunctione cum volũtate diuina à morbo liberat. Nam verba orationis morbi animæ inhærentis curatio ſunt. Precatur enim D nim quaſi quibuſdam doloribus animæ preſſus qui dicit, *Fiat voluntas tua.* Voluntas autem Dei ſalus hominum eſt. Cùm igitur in hoc conſiſtimus, vel ad Deum dicamus, Fiat etiam in me voluntas tua, omnino neceſſe eſt, prius illam vitam incuſare, quæ diuinam voluntatem tranſgreſſa erat, atque hæc per confeſſionem commemorare. Quoniam per ſuperiorem vitam malè in me operata eſt oppoſita contrariaque voluntas, & improbi tyranni miniſter fui, tanquam carnifex quidam exequens aduerſus

Voluntas Dei.

meipſum ſententiam inimici: idcirco meæ perditionis miſertus concede, vt tandem aliquando etiam in me fiat voluntas tua. Vt enim in ſpeluncis obſcuris illato lumine tenebrę euaneſcunt, & caligo recedit: ita ſi tua voluntas in me fuerit, omnis prauus & importunus animi propoſiti motus ad nihilum redigetur. Nam ſobrietas & modeſtia laſciuum & vitioſum mentis appetitum extinguet: animi demiſſio faſtũ abſumet: moderatio ſuperbiæ morbum ſanabit: dilectionis verò bonum magnum numerum oppoſitorũ malorum ex anima expellet: huic enim cedit odium, inuidia, ſimultas, iræ motus, animoſa affectio, inſidiæ, ſimulatio, moleſtiarum & iniuriarum memoria, vindictæ cupido, efferueſcentia ſanguinis circa cor, acerbus & truculẽtus oculus: omnis talium vitiorum grex dilectionis affectione pellitur: ita duplicem ſimulachrorum cultum eijcit efficacia diuinæ voluntatis: duplicem inquã, tum circa ſimulachra, tum circa argentum & aurum, inſaniam atque furorem: quæ ſermo propheticus ſimulachra gentium nominauit. Fiat igitur voluntas tua, vt diaboli voluntas extinguatur. Sed quare precamur, vt à Deo bonum nobis animi propoſitum contingat? quia infirma ad bonum eſt humana natura, poſteaquam ſemel per vitioſitatem eneruata eſt: non enim ita facilè à malo rurſus ad bonum homo reuertitur, vt à bono ad malum acceſſit; quemadmodũ etiam in corporibus talis ratio animaduerti poteſt, quòd non ſimili, neque æquè commoda ac facili ratione, tum ſanum corpus morbo obnoxium fit, tum quod morbo laborauerit, ſanatur. Nam qui paulò antè in ſanitate degebat, vel per vnum vulnus venit in periculum mortis: atque vnus ambitus aut acceſſio febris firmitudinẽ omnem corporis ac vigorem ſoluit: & exiguum ac parum veneni guſtarum, vel penitus interficit, vel quin id faciat, parũ abeſt: & morſum ſerpentis, aut aculeum venenati alicuius animalis, aut lapſum, aut ruinam, aut largiùs, quàm vires ferre poſſint, ſumptum cibum, aut aliquid aliud eiuſmodi, ſtatim vel morbus ſequitur, vel mors: at morbi profligatio multis ſolertibus inuentis & rationibus excogitatis, multa cum difficultate, & artibus medicis cõficitur, ſi fortè etiam con-

Simile. (margin, beside "luntas tua. Vt enim in ſpeluncis obſcu-")

Pſal. 113. (margin, beside "igitur voluntas tua, vt diaboli voluntas")

A Εἰς πέρας κατ' ἐμαυτοῦ φέρων· τούτου χάριν οἶκτον λαβὼν τῆς ἀπωλείας μου, δός ποτε καὶ τὸ σὸν θέλημα γενέσθαι ἐν ἐμοί. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ζοφώδεσι τῶν σπηλαίων φωτὸς εἰσκομισθέντος ὁ ζόφος ἀφανίζεται· οὕτω τοῦ σοῦ θελήματος ἐν ἐμοὶ γενομένου, πᾶσα πονηρὰ καὶ ἄτοπος τῆς προαιρέσεως κίνησις εἰς τὸ μὴ ὂν περιίσταται. ἡ γὰρ σωφροσύνη σβέσει τὴν ἀκόλαστον καὶ ἐμπαθῆ τῆς διανοίας ὁρμήν· ἡ ταπεινοφροσύνη καταδαπανήσει τὸν τῦφον· ἡ μετριότης ἰάσεται τῆς ὑπερηφανίας τὴν νόσον· τὸ δὲ τῆς ἀγάπης ἀγαθὸν πολὺν κατάλογον τῶν ἀντικειμένων κακῶν τῆς ψυχῆς ἀπελάσει· ταύτῃ γὰρ ὑποχωρεῖ τὸ

B μῖσος, ὁ φθόνος, ἡ μῆνις, ἡ κατ' ὀργὴν κίνησις, ἡ θυμώδης διάθεσις, ἡ ἐπιβουλή, ἡ ὑπόκρισις, ἡ τῶν λυπηρῶν μνήμη, ἡ τῆς ἀντιλυπήσεως ὄρεξις, ἡ περικάρδιος τοῦ αἵματος ζέσις, ὁ πικρὸς ὀφθαλμός· ταῦτα ἡ τοιούτων κακῶν ἀγέλη τῇ ἀγαπητικῇ διαθέσει ἐξαφανίζεται· οὕτως ἐκβάλλει τὴν εἰδωλολατρείαν ἡ ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ βουλήματος· διπλῆν δὲ φημί, τήν τε περὶ τὰ εἴδωλα, καὶ τὴν περὶ τὸ ἀργύρειον καὶ χρυσίον μανίαν, ἅπερ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ὁ τῆς προφητείας ὀνόμασι λόγος. Γενη-

C θήτω τοίνυν τὸ θέλημά σου, ἵνα σβεσθῇ τοῦ διαβόλου τὸ θέλημα. Διὰ τί δὲ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι τὴν ἀγαθὴν ἡμῖν προαίρεσιν ἐπευχόμεθα; ὅτι ἀσθενὴς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις πρὸς τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἅπαξ διὰ κακίας ἐκνευρισθεῖσα. οὐ γὰρ μετὰ τῆς αὐτῆς εὐκολίας, ἧς πρὸς τὸ κακὸν ὁ ἄνθρωπος ἔρχεται, καὶ ἀπὸ τούτου πάλιν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἐπανέρχεται· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἐστὶ καταμαθεῖν τὸν τοιοῦτον λόγον, ὅτι οὐχ ὁμοίως, οὐδὲ μετὰ τῆς ἴσης ῥᾳστώνης, τό τε ὑγιαῖνον ἐν νόσῳ

D γίνεται, καὶ τὸ νενοσηκὸς ὑγιάζεται. ὁ γὰρ ἐν ὑγείᾳ τέως διάγων, καὶ δι' ἑνὸς πολλάκις τραύματος εἰς τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κίνδυνον ἦλθε· καὶ μία περίοδος ἢ καταβολὴ πυρετοῦ πάντα τὸν τοῦ σώματος τόνον διέλυσεν, καὶ βραχεῖα δηλητηρίου γεῦσις, ἢ παντελῶς διέφθειρεν, ἢ παρ' ὀλίγον τοῦτο ἐποίησεν, καὶ δῆγμα ἑρπετοῦ, ἢ κέντρον τινὶ τῶν ἰοβόλων, ἢ ὀλίσθημα, ἢ κατάπτωμα, ἢ πλείων τῆς δυνάμεως ἀδηφαγία, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, εὐθέως ἐπηκολούθησεν ἡ νόσος, ἢ θάνατος· ἡ δὲ τοῦ ἀρρωστήματος ἀπαλλαγή, πολλαῖς ἐπινοίαις γίνεται, καὶ δυσκολίαις, καὶ τέχναις ἰατρικαῖς, ἐὰν ἄρα καὶ

γίνηται. διὰ τοῦτο πρὸς μὲν τὸ κακὸν ὑμῖν τῆς ὁρμῆς γινομένης, οὐ χρεία τοῦ συνεργοῦντος, αὐτομάτως ἐν τῷ θελήματι ἡμῶν τῆς κακίας ἑαυτὴν τελειούσης· εἰ δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον γένοιτο ἡ ῥοπή, τοῦ Θεοῦ χρεία τοῦ τὴν ἐπιθυμίαν εἰς ἔργον ἄγοντος. διὰ τοῦτο φαμέν· ὅτι ἐπεὶ τὸ θέλημά σου ἐστὶν ἡ σωφροσύνη· ἐγὼ δὲ σάρκινός εἰμι πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, τῇ σῇ δυνάμει κατορθωθείη μοι τὸ ἀγαθὸν τοῦτο θέλημα· οὕτως ἡ δικαιοσύνη, ἡ εὐσέβεια, ἡ τῶν παθῶν ἀλλοτρίωσις. ἡ γὰρ τοῦ θελήματος φωνή, πάσας γενικῶς ἐμπεριλαμβάνει τὰς ἀρετάς, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον τῶν ἐν τῷ ἀγαθῷ νοουμένων, ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ θεωρεῖται. ἀλλὰ τί βούλεται ἡ προσθήκη τοῦ λόγου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς; τάχα μοι δοκεῖ τῶν βαθυτέρων τι δογμάτων ὑποσημαίνειν ὁ λόγος, καί τινα παιδεύεσθαι διδασκαλίαν θεοπρεποῦς διανοίας ἐν τῇ θεωρίᾳ τῆς κτίσεως. ὃ δὲ λέγω τοιοῦτόν ἐστι. μεμέρισται πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις, εἴς τε τὴν ἀσώματον καὶ τὴν ἐνσώματον φύσιν. ἔστι δὲ ἀγγελικὴ μὲν ἡ ἀσώματος· τὸ δὲ ἕτερον εἶδος ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι. ἡ μὲν οὖν νοητή, ἅτε δὴ τοῦ βαρυνοῦντος κεχωρισμένη σώματος, τούτου λέγω τοῦ ἀντιτύπου τε, καὶ εἰς γῆν βρίθοντος, τὴν ἄνω λῆξιν ἐπιπορεύεται, τοῖς κούφοις τε καὶ αἰθερώδεσι τόποις ἐνδιατρίβουσα, ἐν ἐλαφρᾷ τε καὶ εὐκινήτῳ τῇ φύσει· ἡ δὲ ἑτέρα διὰ τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν πρὸς τὸ γεῶδες συγγένειαν, οἷόν τινα ἰλύος ὑποστάθμην, κατ' ἀνάγκην τὸν περίγειον τοῦτον εἴληχε βίον. οὐκ οἶδα μὲν ὅτι τοῦ θείου βουλήματος διὰ τούτων οἰκονομοῦντος, εἴ τε πᾶσαν πρὸς ἑαυτὴν οἰκειοῦντος τὴν κτίσιν, ὡς ἂν μήτε τῶν οὐρανίων ὑψωμάτων ἡ κάτω λῆξις ἀμοιρήσῃ, μήτε ὁ οὐρανὸς καθόλου τῶν κατὰ τὴν γῆν ἀμοιρήσειεν, ὡς ἂν γένοιτό τις διὰ τοῦ ἀνθρωπίνου πλάσματος ἑκατέρῳ τῶν στοιχείων μετουσία τῶν ἐν θατέρῳ νοουμένων, τοῦ τε νοεροῦ τῆς ψυχῆς, ὅπερ δοκεῖ συγγενές τι καὶ ὁμόφυλον τῶν κατ' οὐρανὸν εἶναι δυνάμεων, τοῖς γηΐνοις σώμασιν ἐνοικοῦντος, τῆς τε γεηρᾶς ταύτης σαρκὸς ἐν τῇ ἀποκαταστάσει τῶν πάντων εἰς τὸν οὐράνιον χῶρον τῇ ψυχῇ συμμετοικιζομένης. ἁρπαγησόμεθα γάρ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου, εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα.

A ficí poſſit. Idcirco cum ad malum quidem ac vitium in nobis ruit appetitus, non opus eſt adiutore, quippe in voluntate noſtra vitioſitate ſeipſam vltrò perficiẽte: quòd ſi in melius inclinatio fiat, Deo opus eſt, qui ſtudiũ & deſiderium ad opus perducat. Propterea dicimus: Quoniã voluntas tua temperantia eſt: ego verò carneus ſum, venditus ſub peccatũ, virtute tua hæc bona mihi voluntas contingat: ita iuſtitia, pietas, à vitiis alienatio. Nam voluntatis vocabulũ generaliter omneis virtutes in ſe comprehendit, ac quæ ſingulatim in bono intel-
B liguntur, in voluntate Dei omnia animaduertuntur. Sed quid ſibi vult adiectio verbi, *Sicut in cœlo & in terra?* Videtur mihi Sermo aliquã fortaſſe profundiorem indicare ſententiã, & quandam per contemplationem creaturę diuini intellectus tradere doctrinam. Quod autem dico tale eſt. Omnis creatura rationalis partim in incorpoream, partim in corpoream naturam diuiſa eſt. Eſt autem angelica quidem incorporea: altera verò ſpecies, nos homines ſumus. Atque illa quidem, quæ incorporea cùm ſit,
C ſola mente comprehenditur, vt quæ nimirum à grauante corpore remota atq; ſeiuncta ſit (de hoc loquor duro, renitenti, ac pondere ſuo ad terram vergẽte corpore) per ſuperam partem obuerſatur in leuibus & æthereis locis, immorans in agili & expedita natura: altera verò propter corporis noſtri cum terrea natura cognationem, tanquam limi & fæcis quoddam ſedimẽtum, hanc terreſtrem vitam neceſſitate ſortita eſt. Haud equidem ſcio, quid per hæc diuina voluntas diſpoſuerit ac deſtinauerit, ſiue omnem ſibi creaturam cõſociare atque
D conciliare ſtuduerit, vt neque inferna natura cœleſtium altitudinem, neque cœlum terrenarum rerum penitus expers eſſet: vt per hominis formationem atque conditionem vtrique elemento fieret aliqua participatio eorum, quæ in alterutro intelliguntur: cùm & anima, quæ mente conſtat, quæ mens affinis & & cognata cœleſtium virtutũ eſſe videtur, terrenis corporib. inhabitet, & hæc terrea caro in reſtitutione vniuerſorũ in cœleſtẽ locum vnà cum anima tranſmigret. (Rapiemur enim, vt inquit Apoſtolus, in nubibus, in occurſum Domini, in aërẽ, & ſic ſemper cũ Domino erimus.) *Ad Theſ. 1. cap. 4.*

Siue igitur hoc, ſiue aliquid aliud præter hoc diuina ſapientia diſponente, in hanc duplicem vitam ſecta omnis natura rationalis atque diuiſa eſt, vna quidem incorporea, quæ cœleſtem beatitudinem ſortita eſt: altera verò, quæ propter affinitatem, quam cum ea habet, in terra per carnem occupata eſt. Verumtamen boni & honeſti ſtudium æqualiter vtriuſque naturæ eſſentiæ ſimul inſitum & attributum eſt, plenamque item ac ſummam in ſeſe poteſtatem, & ab omni neceſſitate liberam volũtatem in vtriſque patem rerum vniuerſarum præſes effecit, vt animi libero quodam arbitrio atque propoſito regatur, quicquid ratione pariter ac mente honoratum eſt. Sed ſuperna quidem vita penitus à nequitia atque vitioſitate pura eſt, ac nihil quicquam ex iis, quæ ex contrario intelliguntur, cum illa vita conuerſatur atque communionem habet: ſed omnis vitioſus perturbatúſque motus & affectus, quibus rebus genus humanum obnoxium eſt, per infernam vitam vagatur & oberrat. Quamobrem eam, quæ in cœlis eſt, ſanctarũ virtutum vitam à nequitia atq; vitioſitate vacuam, & ab omni peccatorum macula integram ac puram eſſe nouit diuinitùs prædicta ſcriptura. Quicquid autem extra bonum per ipſam ab eo ſeceſſionem malum ſubiit atque ſuſcepit, circa concauam atque depreſſam hanc vitam, ſicuti quædam fæx & limus confluxit: qua ratione inquinatur genus humanum, quo minus diuinum lumen veritatis intueatur, per eiuſmodi tenebras impeditum. Si igitur ſuperna quidem vita ab affectibus & vitiis vacua, integra atque incorrupta eſt; variis autem affectibus & ærumnis demerſa eſt huius terrenæ vitę miſeria, manifeſtum fuerit, quòd ſuperna quidem vita, vtpote ab omni malo pura, per bonã voluntatem Dei proſperè exigatur atq; regatur. Vbi enim malum nõ eſt, bonum prorſus eſſe neceſſe eſt: noſtra autẽ vita, cùm cõmunione & vſu bonorũ exciderit, ſimul etiam excidit diuina voluntate. Idcirco per orationẽ docemur, ita à malo vitam noſtrã expurgare, vt ad ſimilitudinẽ cœleſtis vitæ inſtituti, etiam in nobis abſq; vllo impedimento voluntas Dei exerceatur, perinde ac ſi quis dicat: quemadmodum in thronis & principatibus, & poteſtatibus, & dominationibus, & omni ſupramundano exercitu fit voluntas tua,

A εἴ τε οὖν τοῦτο, εἴτε τι ἕτερον παρὰ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας οἰκονομούσης, ἐν τῇ διπλῇ ταύτῃ ζωῇ μερισθεῖσα πᾶσα ἡ λογικὴ διῄρηται φύσις, ἡ μὲν ἀσώματος τὴν οὐράνιον λαχοῦσα μακαριότητα· ἡ δὲ διὰ σαρκὸς εἰς γῆν ἐπιστρεφομένη, διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν οἰκειότητα. ἡ μέντοι τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ἐπιθυμία, ὁμοτίμως ἑκατέρᾳ συνουσιώθη τῇ φύσει, καὶ τὸ αὐτοκρατές τε καὶ αὐτεξούσιον, καὶ πάσης ἀνάγκης ἐλεύθερον ἴσον ἐπ' ἀμφοῖν ὁ τῶν πάντων ἐπιστάτης ἐποίησεν, ὡς αὐτονόμῳ τινὶ προ-

B αιρέσει οἰκονομεῖσθαι, πᾶν ὅσον λόγῳ τε καὶ διανοίᾳ τετίμηται. ἀλλ' ἡ μὲν ἄνω ζωὴ, καθαρεύει πάντη κακίας, καὶ οὐδὲ ἓν ἐκείνῃ τῶν ἐκ τοῦ ἐναντίου νοουμένων συμπολιτεύεται· πᾶσα δὲ ἐμπαθὴς κίνησίς τε καὶ διάθεσις, τὴν κάτω ζωὴν περιπολεῖ, ἐν οἷς ἐστι τὸ ἀνθρώπινον. διὰ τοῦτο τὴν ἐν οὐρανοῖς τῶν ἁγίων δυνάμεων πολιτείαν ἀμιγῆ κακίας, καὶ παντὸς τοῦ ἐξ ἁμαρτίας μολυσμοῦ καθαρεύουσαν, ὁ θεόπνευστος ἐπίσταται λόγος. πᾶν δὲ ὅσον ἐκτὸς τοῦ ἀγαθοῦ δι' αὐτῆς τῆς ἀναχωρήσεως αὐτοῦ ὑπέστη κακὸν, περὶ τὴν κοίλην ταύ-

C την ζωὴν, οἷόν τις τρυγία τε καὶ ἰλὺς συνερρύη, ᾗ μολύνεται τὸ ἀνθρώπινον, πρὸς τὸ καθορᾶν τὸ θεῖον τῆς ἀληθείας φῶς διὰ τοῦ τοιούτου σκότους ἐμποδιζόμενον. Εἰ τοίνυν ἀπαθὴς μέν ἐστιν ἡ ὑπερκειμένη ζωὴ καὶ ἀκήρατος, ποικίλοις δὲ πάθεσι καὶ ταλαιπωρίαις καταβεβάπτισται ἡ ἀθλιότης τῆς ὧδε ζωῆς· δῆλον ἂν εἴη, ὅτι ἡ μὲν ἄνω πολιτεία, ἅτε παντὸς κακοῦ καθαρεύουσα, ἐν τῷ ἀγαθῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ κατορθοῦται. ἔνθα γὰρ κακὸν οὐκ ἔστιν, ἀνάγκη πᾶσα ἀγαθὸν εἶναι· ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς ζωὴ τῆς τῶν ἀγαθῶν μετουσίας ἐκπε-

D πτωκυῖα, συνεκπέπτωκεν καὶ τοῦ θείου βουλήματος. διὰ τοῦτο ἐν τῇ προσευχῇ διδασκόμεθα, οὕτως ἡμῶν τοῦ κακοῦ τὴν ζωὴν ἐκκαθαρθῆναι, ὡς καθ' ὁμοιότητα τῆς οὐρανίου διαγωγῆς, καὶ ἐν ἡμῖν ἀνεμποδίστως τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ πολιτεύσασθαι, ὡς ἄν τις λέγοι· ὅτι καθάπερ ἐν θρόνοις καὶ ἀρχαῖς, καὶ ἐξουσίαις, καὶ κυριότησι, καὶ πάσῃ τῇ ὑπερκοσμίῳ δυνάμει γίνεταί σου τὸ θέλημα,

μηδαμοῦ

A μηδαμοῦ κακίας παρεμποδιζούσης τοῦ ἀγαθοῦ τὴν ἐνέργειαν· οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν τὸ ἀγαθὸν τελειωθείη, ἵνα πάσης κακίας ἐκποδὼν γενομένης, διὰ πάντων ᾖ τὸ θέλημά σου ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν κατευοδούμενον. ἀλλ' ὡς ἀνθυποφέροντός τινος· καὶ πῶς ἐστι δυνατὸν τὴν ἐν ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσι καθαρότητα, τοὺς διὰ σαρκὸς τὴν ζωὴν εἰληχότας κατορθωθῆναι, ἐν μυρίαις φροντίσι διὰ τὰς σωματικὰς χρείας τῆς ψυχῆς ἐμβαθυνούσης; διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ, καθάπερ λύων τὴν τοιαύτην ἀμηχανίαν, τῷ ἑξῆς λόγῳ τὸ δοκοῦν δυσχερὲς πρὸς τὴν προ- B κειμένην σπουδὴν ὑπεκλῦσαι. δόγμα γὰρ οἶμαι διὰ τούτων τῶν λόγων ἡμῖν ὑποτίθεσθαι, ἐν τῷ τὸν ἐφήμερον ἄρτον αἰτεῖν προστάξαι, ὅτι τῷ ἀνενδεεῖ κατὰ τὴν φύσιν, τὸ ὀλιγαρκές τε καὶ μέτριον κατὰ τὸν τῆς ἀπαθείας λόγον συνεξισοῦται. οὐ γὰρ αἰτεῖ τὸν Θεὸν ἐν ταῖς προσευχαῖς ὁ ἄγγελος τὴν χορηγίαν τοῦ ἄρτου, ὅτι ἀπροσδεῆ κέκτηται τῶν τοιούτων τὴν φύσιν· αἰτεῖν δὲ προσετάχθη ὁ ἄνθρωπος, διότι τὸ κενούμενον ἐπιδεὲς τοῦ ἀναπληροῦντος πάντως ἐστί. ῥοώδης δὲ καὶ παροδικὴ τῆς ἀν- C θρωπίνης ζωῆς ἐστιν ἡ σύστασις, ἀντὶ τοῦ ἐκποιηθέντος τὸ ἀνασκευάζον ἐπιζητοῦσα. ὁ οὖν πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπηρεσίαν βλέπων, καὶ μηδὲν ἔξω τοῦ ἀναγκαίου διὰ τῶν ματαίων φροντίδων ἐπισυρόμενος, οὐ πολὺ τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας ἐλαττωθήσεται, τὸ ἀνενδεὲς ἐκείνων καθ' ἑαυτὸν τῇ ὀλιγαρκείᾳ μιμούμενος. διὰ τοῦτο ζητεῖν προσετάχθημεν τὸ πρὸς τὴν συντήρησιν ἐξαρκοῦν τῆς σωματικῆς οὐσίας· τὸν ἄρτον δός, τῷ Θεῷ λέγοντες, οὐ τρυφὴν οὐδὲ πλοῦτον, οὐκ εὐανθεῖς ἁλουργίδας, οὐ D τὸν ἐκ χρυσίου κόσμον, οὐ τὰς τῶν λίθων αὐγάς, οὐ τὰ ἐξ ἀργυρίου σκεύη, οὐ γῆς περιουσίαν, οὐ στρατοπέδων ἀρχήν, οὐ πολέμων τε καὶ ἐθνῶν ἡγεμονίας, οὐχ ἵππων τε καὶ βοῶν ἀγέλας, καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων πλήθη πολλά, οὐκ ἀνδραπόδων περιουσίαν, οὐ τὴν ἐν ἀγοραῖς περιφάνειαν, οὐ στήλας, οὐκ εἰκόνας, οὐ τὰ ἐκ σηρῶν ὑφάσματα, οὐ τὰ ἐκ μουσικῆς ἀκροάματα, οὐδέ τι τοιοῦτον οὐδέν, δι' ὧν ἀφέλκεται ἡ ψυχὴ τῆς θείας τε καὶ περιττοτέρας φροντίδος· ἀλλὰ τὸν ἄρτον.

malitia atque vitioſitate nuſquam boni actionem impediente: ita bonum etiam in nobis perficiatur & abſoluatur, vt è medio ſublata omni malitia atque nequitia, voluntas tua in animis noſtris per omnia proſperè ſuccedat. Sed quaſi aliquis ex aduerſo ſubijciendo atque opponendo dixiſſet: Et quî fieri poteſt, vt illi, quibus ea ſors obtigit, vt vitam per carnem exigant, eam, quæ in incorporeis virtutibus eſt, puritatem aſſequantur, cùm propter corporis neceſſarios vſus anima innumeris curis demerſa ſit? idcirco mihi videtur tanquam diſcutiens eiuſmodi perplexitatem, id quod ad propoſitum ſtudium difficile videbatur, ſequenti oratione diſſoluiſſe. Certam enim ſtabilémque ſententiam opinor eum nobis per hæc verba tradere, quibus quotidianum panem petere nos iubet: quòd nimirum frugalitas & mediocritas, quantum attinet ad rationem vacuitatis affectuum & vitiorum, obſequetur ei facultati, cui natura nihil deeſt. Non enim Angelus in oratinibus à Deo petit ſibi panem ſubminiſtrari: quoniam præditus eſt natura, quæ nihil earum rerum amplius opus habeat: ſed homo petere iubetur; propterea quòd id, quod euacuatur eo quod repleat omnino opus habeat. Nam fluxa atque tranſitoria vitæ humanæ conditio eſt, pro eo, quod conſumptum & excretum eſt, id quod renouet, requirens. Qui igitur ad naturæ miniſterium reſpicit, & nihil præterquam neceſſe eſt, per vanas curas deſiderat atque requirit, non multum infra vitam angelicam erit, dum ſua frugalitate illorum copiam nulla re amplius egentium imitatur. Idcirco quærere iubemur id, quod ſatis ſit ad naturam corporis conſeruandam. Panem da, ad Deum dicentes, non luxum, non delicias neque diuitias, non floridas veſtes pupureas, non ornamenta aurea, non lapidum fulgores, non vaſa argentea, non agri copiam ac latitudinem, non imperium exercituum, non bellorum & gentium præfecturas, non equorum greges, non boum armenta reliquorumque pecorum magnam multitudinem, non mancipiorum copiam, non claritudinem atque ſplendorem in foro, non columnas, non ſtatuas, non pannos ſericos, non muſica acroamata, neque quicquam tale, per quæ anima à diuina ac potiori cura abſtrahitur: ſed panem.

Vides latitudinem & vbertatem philo-
ſophiæ? quot ſententiæ breui hac voce
comprehendantur? tantum non apertè
per hanc orationem clamat intelligen-
tibus: Deſinite, ô homines, circa res va-
nas cupiditatibus diffundi ac diſtineri:
deſinite laborum aduerſus voſmetipſos
cauſſas & materias accumulare, exiguũ
eſt, quod naturæ debes: cibum debes
carunculæ tuæ, rem & modicum & pa-
ratu facilem, ſi vſum & neceſſitatem in-
tueris, cur aduerſus temetipſum multi-
plicas tributa? Cuius rei gratia tot debi-
tis teipſum obligatum atque ſubiectum
is? argentum ſcrutans, aurum fodiens, &
fulgentem materiã requirens? vt tibi per
eiuſmodi res perpetuus hic tributorum
exactor, vẽter luxu atq; deliciis diffluat?
cui panis, qui id, quod deeſt corpori ſup-
pleat, debetur. Tu verò ad Indos nego-
tiandi cauſſa proficiſceris, & in Barbari-
co mari periclitaris, & anniuerſariis na-
uigationibus teipſum cõmittis, vt rebus
illinc importatis & aduectis, cibum con-
dias, non cõſiderans, quod non vltra pa-
latum ſenſus cõdimentorũ progreditur.
Similiter item quod viſu & aſpectu gra-
tum eſt, quod odore, quod ore & facie
placet, momentaneã quandam & citò
perituram gratiam ac voluptatem ſenſui
præbet: à palato verò promiſcua atque
indiſtincta earũ rerum, quæ immittun-
tur, differẽtia eſt, ęqualiter omnia in ma-
leolentiã & fœtorẽ natura trãſmutante.
Vides finem obſoniorũ apparationis at-
que confectionis? Vides effectum impo-
ſturæ rei culinarię, ciborumq; conditio-
nis? Panẽ pete propter vitę neceſſarium
vſum, huius te corpori debitorẽ natura
fecit. Cætera quæ præter hæc, ſolertia,
deliciis ac luxui deditorũ excogitata &
inuenta ſunt: ea de zizaniorum iuxta ſa-
torum ſemine ſunt. Semen patris fami-
lias, frumentũ eſt, ex frumẽto panis con-
ficitur, at luxus atque deliciæ zizanium
Matth. 13. eſt, quod ab inimico iuxta frumentũ ſa-
tum eſt. Sed homines omiſſo miniſterio
naturę neceſſario, reuera ſuffocantur (vt
alicubi Sermo dicit) vanarũ rerum ſtu-
diis, & infrugiferi manent, dum in his
anima ſeſe perpetuò exercet & occupa-
ta eſt. Forſitan eiuſmodi quippiã etiam
Moyſes per ænigmata atque inuolucra
verborum philoſophari mihi videtur,
qui voluptatis, quæ guſtatu percipitur,
ſerpentẽ Euæ ſuaſorẽ adhibuerit. Aiunt
enim hanc beſtiam, ſerpentem inquam,

A ὁρᾷς τὸ πλάτος τῆς φιλοσοφίας; ὅσα δόγματα
τῇ βραχείᾳ ταύτῃ φωνῇ περιείληπται; μονονου-
χὶ φανερῶς ἐμβοᾷ διὰ τοῦ λόγου τοῖς ἐπαΐου-
σιν· ὅτι παύσασθε οἱ ἄνθρωποι περὶ τὰ μά-
ταια ταῖς ἐπιθυμίαις διαχεόμενοι· παύσασθε
τὰς τῶν πόνων ἀφορμὰς καθ' ὑμῶν αὐτῶν πλεο-
νάζοντες, μικρόν ἐστι τὸ τῆς φύσεως ὄφλη-
μα· τροφὴν χρεωστεῖς τῷ σαρκίῳ σου, πρᾶ-
γμα μέτριόν τε καὶ εὐπόριστον, εἰ πρὸς τὴν
χρείαν βλέποις· διὰ τί πολυπλασιάζεις κα-
τὰ σεαυτοῦ τοὺς φόρους; ὑπὲρ τίνος τοσούτοις ὀ-
φλήμασι σεαυτὸν φέρων ὑπέζευξας; ἄργυρον
μεταλλεύων, καὶ χρυσὸν ὀρύσσων, καὶ τὴν δια-
B φαίνουσαν ὕλην ἀναζητῶν; ὡς ἂν εἴη διὰ τῶν
τοιούτων ὁ διηνεκὴς οὗτος φορολόγος ἡ γαστὴρ
τρυφῶν; ἧς τὸ χρέος ἄρτος ἐστίν, ὁ ἀναπλη-
ρῶν τὸ ἐνδέον τῷ σώματι. σὺ δὲ εἰς Ἰνδοὺς
ἐμπορεύῃ, καὶ βαρβαρικῇ παρακινδυνεύεις
θαλάσσῃ, καὶ ἐνιαυσίοις ναυτιλλίαις σεαυτὸν
ἐκδίδως, ἵνα τοῖς ἐκεῖθεν ἀγωγίμοις τὴν τροφὴν
ἡδύνῃς, οὐ σκοπῶν ὅτι μέχρι τῆς ὑπερῴας ἡ
τῶν ἡδυσμάτων αἴσθησις τὸν ὅρον ἔχει. ὡσαύτως
δὲ τὸ εὐφανές, τὸ εὔπνουν, τὸ εὔστομον, ὠκύ-
μορόν τινα καὶ ἀκαριαίαν παρέχεται τῇ αἰσθή-
C σει τὴν χάριν· ἀπὸ δὲ τῆς ὑπερῴας ἀδιάκρι-
τος τῶν ἐμβαλλομένων ἡ διαφορά, ὁμοτίμως
τὰ πάντα τῆς φύσεως πρὸς δυσωδίαν ἀλ-
λοιούσης. ὁρᾷς τὸ πέρας τῆς ὀψοποιίας; ὁρᾷς
τὸ ἀποτέλεσμα τῆς ἀρτυτικῆς μαγγανείας;
τὸν ἄρτον αἴτει διὰ τὴν τῆς ζωῆς χρείαν,
τούτου σε ὀφειλέτην ἐποίησεν ἡ φύσις τῷ σώ-
ματι. τὰ δ' ὅσα προσεύρηται ταῖς τῶν τρυφών-
των ἐπινοίαις, ταῦτα τῶν ζιζανίων ἐστὶ παρα-
σπορᾶς· ὁ σπόρος τοῦ οἰκοδεσπότου ὁ σῖτός ἐστιν,
D ἐκ δὲ τοῦ σίτου ὁ ἄρτος γίνεται· ἡ δὲ τρυφὴ τὸ
ζιζάνιον ὃ παρεσπάρη παρὰ τοῦ ἐχθροῦ τῷ
σίτῳ. ἀλλ' ἀφέντες οἱ ἄνθρωποι διὰ τὴν ἀ-
ναγκαίαν λειτουργίαν τῇ φύσει, οὕτως συμπνί-
γονται, καθώς φησί που ὁ λόγος, ταῖς περὶ τὰ
μάταια σπουδαῖς, καὶ ἀτελεσφόρητοι μένουσι,
πρὸς ταῦτα τῆς ψυχῆς ἑαυτὴν εἰς τὸ διη-
νεκὲς ἀσχολούσης. τάχα μοι δοκεῖ τοιοῦτόν τι καὶ
ὁ Μωϋσῆς δι' αἰνιγμάτων φιλοσοφεῖν, τῆς κα-
τὰ τὴν γεῦσιν ἡδονῆς σύμβουλον τὸν ὄφιν πα-
ραστήσας τῇ Εὔᾳ. φασὶ γὰρ τὸ θηρίον τοῦτο τὸν ὄφιν,

εἰς τὴν κεφαλὴν ἀπαγάγῃ τῇ ἁρμονίᾳ εἰς ἣν παραδύεται, μὴ ἂν ἐκ τοῦ οὐραίου ῥᾳδίως παρὰ τῶν ἀντισπώντων ἀνελκυσθῆναι, τῆς ῥαχίας φυσικῶς τῆς φολίδος εἰς τὸ ἔμπαλιν πρὸς τὴν τῶν ἐφελκομένων βίαν ἀντιβαινούσης· καὶ οὗ κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἀκώλυτος ἐστὶν ἡ διάδυσις, τῷ λείῳ τῆς φολίδος ὀλισθαινούσης, τούτου ἀμήχανος ἡ ἐκ τῶν κατόπιν ἀνάλυσις, ταῖς τῶν λεπίδων προσβολαῖς ἀντισπωμένη. δεικνύοντος οἶμαι τοῦ λόγου, ὅτι τὴν ἡδονὴν εἰσιοῦσαν καὶ παραδυομένην τῇ τῆς ψυχῆς ῥαχίᾳ, φυλάττεσθαι χρὴ, καὶ ἀποφράττειν, ὡς ἔνι μάλιστα τὰς ἁρμονίας τοῦ βίου. οὕτω γὰρ ἂν καθαρὰ φυλαχθείη τῆς τῶν θηρίων ἐπιμιξίας ἡ ἀνθρωπίνη ζωή. Εἰ δέ τινα πάροδον καθ' ἡμῶν λάβοι, διαλυθείσης ἐν ἡμῖν τῆς ἐναρμονίου ζωῆς, ἐμφωλεύσει διὰ τούτων ὁ τῆς ἡδονῆς ὄφις, τοῖς τῆς διανοίας χηράμασι δυσέκκλητος διὰ τῶν φολίδων γινόμενος. φολίδας δὲ ἀκούων, τὰς πολυτρόπους τῶν ἡδονῶν ἀφορμὰς διὰ τοῦ αἰνίγματος νόησον. ἓν γὰρ θηρίον τῷ γενικῷ λόγῳ, τὸ καθ' ἡδονὴν ἐστὶ πάθος· αἱ δὲ ποικίλαι καὶ πολύτροποι τῶν ἡδονῶν ἰδέαι, αἱ διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐμμιχθεῖσαι τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, αὗται εἰσὶν αἱ περὶ τὸν ὄφιν φολίδες, τῇ ποικιλίᾳ τῶν παθημάτων κατάστικτοι. εἰ οὖν φεύγεις τὴν τοῦ θηρίου συνοίκησιν, φύλαξαι τὴν κεφαλὴν, τουτέστι τὴν πρώτην τοῦ κακοῦ προσβολήν· εἰς τοῦτο γὰρ φέρει τῆς ἐντολῆς τοῦ κυρίου τὸ αἴνιγμα, αὐτός σου τηρήσει πτέρναν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ κεφαλήν· μὴ δῷς πάροδον τῷ ἑρπηστῇ πρὸς τὸ ἐνδότερον εἰσέρποντι, καὶ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς ὅλον ἑαυτοῦ τὸν ὁλκὸν συνεπισφέροντι· μεῖνον ἐπὶ τῆς χρείας· ὅρος ἔστω σοι τῆς τοῦ ζῆν φροντίδος, ἡ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων τοῦ ἐνδέοντος πλήρωσις. Εἰ δὲ καὶ σοὶ ὁ τῆς Εὔας σύμβουλος διαλέγοιτο, περὶ τοῦ κατὰ τὴν ὄψιν καλοῦ, καὶ τὴν γεῦσιν ἡδέος, καὶ ζητοίης ἐπὶ τῷ ἄρτῳ τὸ ὄψον τὸ τοιόνδε, καὶ τὸ διὰ τῶν τοιῶνδε ἡδυσμάτων ὀψοποιούμενον, εἶτα διὰ τούτων ἔξω τῶν ἀναγκαίων ὅρων τὴν ἐπιθυμίαν ἄγοις, τότε ὄψει τὸν ἑρπηστὴν κατὰ τὸ λεληθὸς πρὸς πλεονεξίαν ἀκολούθως μεθέρποντα. ἀπὸ γὰρ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, ἐπὶ τὴν ὀψοφαγίαν ἕρψας, πρὸς τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡδὺ μεταβήσεται,

A ſi compagi atque commiſſuræ, per quam repere conetur, caput ſubduxerit atque perpulerit, haud facilè à poſteriori parte ab obnitentibus poſſe retrahi per dorſum, ſquama naturaliter in contrarium aduerſus vim attrahentium reſiſtente: quod facere non prohibetur ab anteriore parte elabi atque penetrare nitens, leuitate ſquamæ labente, id à poſteriore parte reſoluere atque retrahere tentans, obtinente vi ſquamarum, aſſequi non poteſt: oſtendente, opinor, ſcriptura, quòd voluptatem introeuntem, & animæ dorſo obrepentem cauere oportet, & quàm maximè fieri B poteſt, vitæ compages obturare; ita enim à conſuetudine beſtiarum vita humana pura ſeruari poſſit. Quòd ſi aliquem aditum aduerſum nos nactus fuerit, vita compoſita nimirum in nobis diſſoluta, latitabit per has compages diſſolutas ſerpens voluptatis, nec propter ſquamas ex mentis receſſibus ac latebris facilè eijci poterit. Porro ſquamas cùm audis, multiplices ac varias voluptatum materias & occaſiones per ænigma atque inuolucrum verbi intellige. Vna enim generali verbo beſtia eſt volupta- C tis affectus: ſed variæ multiplicéſque voluptatum formæ, vitæ humanæ per ſenſus immixtæ atque inhæreſcentes, hæ ſquamæ ſerpentis ſunt, varietate affectuum quaſi maculis diſtinctæ. Si igitur fugis beſtiæ contubernium atque cohabitationem, caue caput, hoc eſt, primum mali impetum & incurſum: ad hoc enim præcepti Domini pertinet inuolucrum & ænigma: Ipſe obſeruabit calcaneum tuum, & tu obſeruabis caput eius. Ne des aditum ſerpenti ad interiora irrepenti, & à primo initio omne ſuum volumen ſimul inferenti: mane atque conſiſte in vſu neceſſario, D terminus eſto tibi vitæ ſolicitudinis, per res obuias & parabiles neceſſarij vſus atque defectus expletio. Quòd ſi tecum quoque conſiliarius Euæ ſermocinetur de eo, quod aſpectu pulchrum, guſtatu ſuaue ſit, & præter panem tale obſonium talibuſque condimentis paratum quæras; deinde per hæc cupidinem & appetitum extra neceſſarij vſus terminos educas, tunc videbis ſerpentem latenter ad auaritiam deinceps proſerpentem. Cùm enim à neceſſario cibo ad ingluuiem ſerpſerit, ad id quod aſpectu iucundum eſt tranſibit,

Gen. 3.

vaſa ſplendida atque elegãtia quærens, miniſtros item venuſtos ac delicatos, lectos argẽteos, ſtrata mollia, tegumenta pellucida atque auro intertexta, ſolia, tripodas, balneas, & vaſa ad lauandum, labra, crateras, hauſtra atque ryta, pſycteras & refrigeratoria, cyathos, gutturnia, candelabra, acerras, atque eiuſmodi res requirens: per hæc enim rem ſuam qualibet ratione augendi cupiditas ingreditur. Nam ne ſumptus ſubſidium & apparatus ad eiuſmodi res deſit, reditibus opus eſt, per quos conficiantur & comparentur ea quæ deſiderãtur & requiruntur. Ergo flere illum & illum oportet, & plorare contubernalem, multóſque, qui ſuis rebus excident, miſerabiles fieri, vt per illorum lacrymas huic magnificentia atque oſtentatio menſæ ſplendeſcat. Cum autem etiam his ſe ſerpens inuoluerit atque implicuerit, & ventrem cibo potuque ad voluntatem exquiſito impleuerit: poſt ingurgitationem ac repletionem deinceps ad libidinoſam rabiem inuoluendo ſeſe delabetur. Id autem extremum eſt humanorum malorum. Vt igitur nihil horum accidat, facultate panis vitam circũſcribit, obſonium quærens quod ab ipſa natura tibi paratur. Id autem potiſſimum quidem bona conſcientia eſt, iuſto vſu panem condiẽs. Quòd ſi etiam ſenſum gulæ demulceri vis, obſonium tibi eſto indigentia, &, vt ne ſatietas ſatietati addatur, neu crapula infringatur & hebetetur appetitus: ſed cibum tuum præcedant præceptorum ſudores. In ſudore & labore veſceris pane tuo. Vides Sermonis primam obſonij confectionem? Sufficit tibi ad hunc vſum vſque mente occupari, imò verò huc vſque animam ſollicitudinibus panis illiges: ac dic ei, qui educit panem de terra: dic coruos paſcenti, qui omni carni cibum dat, qui manum aperit, & omne animal bona voluntate replet: à te mihi vita eſt, à te quoque mihi vitæ ſubſidiũ contingat: tu da panem, id eſt, ex iuſtis laboribus cibum adipiſcar. Nam ſi Deus iuſtitia eſt, non habet à Deo panem, qui ex re fraudulenter & iniuſtè parta cibum habet. ipſe compos voti es, niſi ex alienis copia atque facultas, niſi ex lacrymis reditus, ſi nemo propter tuam ſatietatem eſuriit, ſi nullus ob tuam repletionem ingemuit. Dei panis maximè talis eſt, iuſtitiæ fructus, pacis ſpica, non permixta neque inquinata zizanij ſeminibus.

Geneſ. 3. (margin, beside "cedant præceptorum ſudores")

Pſal. 146. (margin, beside "dic ei, qui educit panem de terra")

A σκευὴν λαμπρὰν ζητεῖν, καὶ ὑπηρέτας ἁβροὺς καὶ κλίνας ἀργυρᾶς, στρωμνὰς μαλακάς, καλύμματα διαφανῆ καὶ χρυσόπαστα, θρόνους, τρίποδας, πλυνούς, κρατῆρας, ῥυτά, ψυκτῆρας, οἰνοχοάς, χέρνιβα, λυχνίας, θυμιατήρια καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιζητεῖν. διὰ τοῦτο γὰρ ἡ ἐπιθυμία τῆς πλεονεξίας εἰσέρχεται. ἵνα γὰρ ἡ πρὸς τὰ τοιαῦτα μὴ λίποι παρασκευή, προσόδων χρεία, δι' ὧν συμπορισθήσονται τὰ ζητούμενα. ἐκεῖνον κλαῦσαι χρὴ τὸν δεῖνα, καὶ οἰμῶξαι τὸν σύνοικον, καὶ πολλοὺς ἐλεεινοὺς γενέσθαι τῶν ἰδίων ἐκπίπτοντας, ἵνα διὰ τῶν δακρύων ἐκείνων ἡ περὶ τὴν τράπεζαν τούτῳ τραγῳ-
B δία λαμπρύνοιτο. ἐπειδὰν δὲ καὶ τούτοις ὁ ὄφις ἑαυτὸν ἐπιλίξῃ, καὶ πλήσῃ τὴν γαστέρα τὴν κατὰ γνώμην, ἀκολούθως μετὰ τὰς πλησμονὰς ἐπὶ τὴν ἀκόλαστον λύσσαν ἰλυσπώμενος καταφέρεται. τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἔσχατον τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν. ὡς ἂν οὖν μηδὲν γένοιτο τούτων, τῇ εὐπορίᾳ τοῦ ἄρτου τὴν ζωὴν περιορίζεται, ὄψον ζητῶν τὸ παρ' αὐτῆς ὀψοποιούμενόν σοι τῆς φύσεως. τοῦτο δέ ἐστι, μάλιστα μὲν ἡ ἀγαθὴ συνείδησις, τῇ δικαίᾳ με-
C ταλήψει τὸν ἄρτον ἡδύνουσα. εἰ δὲ καὶ τὴν κατὰ τὸν λαιμὸν αἴσθησιν ἥδεσθαι θέλεις, ὄψον σοι γενέσθω ἡ ἔνδεια, καὶ τὸ μὴ ἐπιβάλλειν κόρον τῷ κόρῳ, μηδὲ ἀπαμβλύνειν τῇ κραιπάλῃ τὴν ὄρεξιν· ἀλλὰ προηγείσθωσάν σοι τῆς τροφῆς τῶν ἐντολῶν οἱ ἱδρῶτες. ἐν ἱδρῶτι καὶ πόνῳ φαγῇ τὸν ἄρτον σου. ὁρᾷς τὴν πρώτην ὀψοποιΐαν τοῦ λόγου; ἀρκεῖ σοι τὸ μέχρι τῆς χρείας ταύτης ἀσχολεῖν τὴν διάνοιαν· μᾶλλον δὲ μέχρι τούτου τὴν ψυχὴν ταῖς περὶ τοῦ ἄρτου μερίμναις ἐνδήσεις· ἀλλ' εἰπὲ τῷ τὸν ἄρτον ἐκ γῆς ἐξάγοντι·
D εἰπὲ τῷ τοὺς κόρακας τρέφοντι, τῷ διδόντι τροφὴν πάσῃ σαρκί, τῷ ἀνοίγοντι τὴν χεῖρα, καὶ πληροῦντι πᾶν ζῷον εὐδοκίας· ὅτι παρὰ σοῦ μοι ἡ ζωή· παρὰ σοῦ γενέσθω καὶ ἡ πρὸς τὴν ζωὴν ἀφορμή· σὺ δὸς τὸν ἄρτον, τουτέστιν, ἐκ δικαίων πόνων τὴν τροφὴν πορίζω. εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἡ δικαιοσύνη ἐστίν, οὐκ ἔχει παρὰ Θεοῦ τὸν ἄρτον, ὁ ἐκ πλεονεξίας τὴν τροφὴν ἔχων· αὐτὸς κύριος εἶ τῆς εὐχῆς, εἰ μὴ ἐξ ἀλλοτρίων ἡ εὐπορία, εἰ μὴ ἐκ δακρύων ἡ πρόσοδος, εἰ οὐδεὶς ἐπὶ τῷ σῷ κόρῳ ἐπείνασεν, εἰ οὐδεὶς ἐπὶ τῇ πλησμονῇ σου ἐστέναξε, Θεοῦ ἄρτος μάλιστα ὁ τοιοῦτος ἐστί, δικαιοσύνης καρπός, εἰρήνης ὁ ἄσταχυς, ἄμικτος τε καὶ ἀμόλυντος τῶν τῆς ζιζανίου σπερμάτων.

εἰ δὲ γεωργοῖς τὰ ἀλλότρια, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχοις τὴν ἀδικίαν, καὶ γραμματείοις κρατύνοις τὴν ἄδικον κτῆσιν· ἔπειτα τῷ Θεῷ λέγοις, δὸς τὸν ἄρτον, ἄλλος ὁ ἀκούων τῆς φωνῆς σου ταύτης ἐστὶν, οὐχ ὁ Θεός. τὸν γὰρ ἐξ ἀδικίας καρπὸν, ἡ ἀντικειμένη καρποφορεῖ φύσις· ὁ σπουδάζων τῆς δικαιοσύνης, Θεόθεν τὸν ἄρτον δέχεται· ὁ δὲ τὴν ἀδικίαν γεωργῶν, παρὰ τοῦ εὑρέτου τῆς ἀδικίας σιτίζεται. πρὸς οὖν τὴν συνείδησιν τὴν ἑαυτοῦ βλέπων, πρόσαγε τὴν τοῦ ἄρτου αἴτησιν τῷ Θεῷ, εἰδὼς ὅτι οὐκ ἔστι κοινωνία Χριστῷ πρὸς Βελιάλ. κἂν δωροφορῇς ἐξ ἀδικίας, ἄλλαγμα κυνὸς καὶ μίσθωμα πόρνης τὸ δῶρόν ἐστι· κἂν λαμπρύνῃς τῇ φιλοτιμίᾳ τὰς ἐπιδόσεις, ἀκούσῃ τοῦ προφήτου βδελυσσομένου τὴν ἀπὸ τῶν τοιούτων συνεισφοράν. τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν; λέγει κύριος· πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι· θυμίαμα, φησὶ βδέλυγμά μοι ἐστί. ἑτέρωθι τὸν θύοντα μόσχον ἀντὶ τοῦ ἀναιροῦντος κύνα λελόγισται. ἐὰν οὖν παρὰ κυρίου τὸν ἄρτον ἔχῃς, τουτέστιν, ἐκ δικαίων πόνων, ἔξεστί σοι καὶ ἀπάρχεσθαι αὐτῷ ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς δικαιοσύνης. καλὴ δὲ καὶ ἡ προσθήκη τοῦ σήμερον. τὸν ἄρτον γάρ, φησι, τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. ἄλλη φιλοσοφία πρὸς τοῦτο ὁ λόγος ἐστὶν, ὡς ἂν μάθοις δι' ὧν λέγεις, ὅτι ἐφήμερος ἐστὶν ἡ ἀνθρωπίνη ζωή. τὸ παρὸν ἴδιον ἑκάστου μόνον· ἡ δὲ τοῦ μέλλοντος ἐλπὶς ἐν ἀδήλῳ μένει· οὐκ οἴδαμεν γὰρ τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. τί προσταλαιπωρούμεθα ὑπὲρ τῶν μελλόντων φροντίσιν; ἀρκεῖ, φησὶν, τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, κακίαν τὴν κακοπάθειαν λέγων. τί μεριμνῶμεν περὶ τῆς αὔριον; διὰ τοῦτο, δι' ὧν τὸ σήμερον κελεύει, ἀπαγορεύει σοι τὴν περὶ τοῦ αὔριον φροντίδα, μονονουχὶ ταῦτά σοι διὰ τοῦ ῥήματος λέγων· ὅτι ὁ τὴν ἡμέραν σοι διδοὺς, καὶ τὰ εἰς τὴν ἡμέραν σοι δίδωσι; τίς ἀνατέλλει τὸν ἥλιον; τίς ἐξαφανίζει τῆς νυκτὸς τὸ σκότος; τίς σοι δείκνυσι τοῦ φωτὸς τὴν ἀκτῖνα; τίς περιάγει τὸν οὐρανὸν, ὥστε ὑπὲρ γῆς τὸν φωστῆρα γενέσθαι; ὁ ταῦτά σοι καὶ τὰ τηλικαῦτα διδοὺς, τῆς σῆς ἄρα χρῄζει συνεργίας, πρὸς τὸ πληρῶσαι τῇ σαρκί σου τὸ ἐνδέον τῆς χρείας; ποίαν εἰσφέρεται σπουδὴν ἡ τῶν ἀλόγων φύσις πρὸς τὴν ἰδίαν ζωήν;

Quòd ſi arans & colens aliena, & iniuſtitiam in oculis habens, tabulis inſuper ſcriptis iniuſtam acquiſitionem roboraueris & cõfirmaueris, deinde ad Deum dicas, Da panem: alius erit qui hanc vocem tuam audiat, non Deus. Nam fructum, qui ex iniuſtitia percipitur, contraria natura producit, qui ſtudet iuſtitiæ, à Deo panẽ accipit: at qui colit iuſtitiam, ab iniuſtitiæ inuentore nutritur atque cibatur. Conſcientiam igitur tuam intuens, ita panis petitionem Deo offer, ſciens, quòd non eſt ſocietas Chriſto cum Belial. Et ſi dona offeras ex iniuſtitia, compenſatio atque remuneratio canis, & merces meretricis donum eſt: etiamſi ſplendidas, ambitioſas & magnificas largitiones facias, audies prophetam & abominantem ex talibus bonis collationem & contributionem: Ad quid mihi multitudo victimarum veſtrarum? dicit Dominus: plenus ſum holocauſtis arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum & hircorum non volo: incenſum, inquit abominatio mihi eſt. Alibi immolantem vitulum pro canem mactante reputat. Si igitur à Domino panem habueris, id eſt, ex iuſtis laboribus, licet tibi etiam ei primitias de iuſtitiæ fructibus offerre. Pulchra autem eſt item adiectio dictionis hodie. Panem enim, inquit, quotidianum da nobis hodie. Alia philoſophia hic ſermo eſt, vt diſcas per ea, quæ dicis, quod diaria ac quotidiana ſit vita humana. Id quod præſens eſt, cuique proprium duntaxat eſt: futuri verò ſpes in incerto manet: neſcimus enim quid paritura ſit inſequens dies. Cur miſerè ſoliciti ſumus de incertis? cur curis futurarum rerum affligimur atque vexamur? Sufficit, inquit, diei ſua afflictio: κακίαν, (quod ſonat, malitiam,) malorum paſſionem nominans. Quid ſollicitì ſumus de craſtino? idcirco per id, quod hodie iubet, interdicit tibi cura de craſtino, propemodũ hæc tibi per hoc verbum dicens: qui diem tibi dat, etiam ea, quę ad diem pertinent, dat. Quis efficit, vt ſol oriatur? quis euaneſcere facit & fugat tenebras noctis? quis oſtendit tibi radium lucis? quis circumagit & verſat cœlum, vt ſupra terram luminare ſit? Qui hæc tibi & tanta dat, nunquid tuo opus habet auxilio, vt præſtet carni tuæ id quod neceſſitas requirit? quod affert ſtudium ratione carentium ac brutorum animalium natura ad ſuam vitam?

Deut. 23. Eſa. 1. Eſa. 66. Matth. 6.

A quæ coruorum arua ſunt? quæ aquilarum horrea? Annon vna omnibus victum ſuppeditat diuina voluntas, quæ res vniuerſas continet atque complectitur? Et bos quidem & aſinus, aut aliquod aliud animal irrationale, ſuapte natura philoſophiam cognitam habet atque edoctum eſt: atque id quod adeſt, boni conſulit, inſequentia verò nihil curat: nos autem conſiliariis opus habemus, vt intelligamus fragilem atque caducam hanc & diariam vitæ, quæ per carnem tranſigitur, conditionem? an non docemur aliorum caſibus? an non ad propriam vitam emendamur? Quid

Luc. 12. B diuiti illi profuit multus commeatus & apparatus? qui vanæ ſpei fruſtra inhæreſcebat, & inhiabat, diruens, ædificans, congregans, genio indulgens, longos annorum ambitus ſpei vanitate in horreis ſimul concludens? annon vna nox illam ſomniatam ſpem confutauit, quaſi vanum quoddam inſomnium ſuper re vana confictum? Corporea vita præſentis duntaxat temporis eſt: at quæ per ſpem repoſita eſt, animæ propria eſt: ſed hominum amentia circa iudicium vtriuſque fallitur, corpoream quidem vitam ſpe producens, animæ verò vitam ad præſentium attrahens vſum atque

C fruitionem: propterea anima neceſſariò ab ea, quæ & eſt, & ſubſiſtit ſpe, circa id, quod apparet occupata alienatur: inſtabilius autem per ſpem innitens, neque huius compos fit, & illud non habet. Doceamur igitur per præſens conſilium, quid hodie quidem, quid item in poſterum petere oporteat. Panis hodiernæ neceſſitatis & vſus eſt: regnum, beatitudinis quæ ſperatur. Panem autem cùm dicit, omnia, quæ corpori neceſſaria ſunt, comprehendit. Si hæc petamus, perſpicuum menti orantis erit, quòd circa rem quotidianam occupa-

D tio ſit: ſin autem aliquod animæ bonum intelligetur, quòd petitio pertineat ad rem perpetuam & infinitam: quò potiſſimum ſpectare precantes iubet: quaſi vnà cum maiori prima quoque neceſſitas & vſus conficiatur. Petite, inquit, regnum & iuſtitiam, & hæc omnia adijcientur vobis, per Christum Ieſum Dominum noſtrũ, cui gloria & imperium, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Matth. 6. Luc. 12.

A ποῖαι τῶν κοράκων ἄρουραι; ποῖαι τῶν ἀετῶν εἰσὶν αἱ ἀποθῆκαι; οὐ μία πᾶσιν ἐστὶν ἡ τοῦ ζῆν χορηγία τὸ θεῖον βούλημα, ᾧ περικρατεῖται τὰ πάντα; Εἶτα βοῦς μὲν, ἢ ὄνος, ἢ ἄλλό τι τῶν ἀλόγων αὐτοδίδακτον τὴν ἐκ φύσεως ἔχει φιλοσοφίαν· καὶ τὸ παρὸν ἀσπάζεται, τῶν δὲ εἰς τὸ ἑξῆς αὐτῷ φροντὶς οὐδεμία· ἡμεῖς δὲ συμβούλων δεόμεθα πρὸς τὸ συνιέναι τὸ ἐπίκηρον τοῦτο καὶ ἐφήμερον τῆς κατὰ σάρκα ζωῆς; οὐ παιδευόμεθα τοῖς ἀλλοτρίοις συμπτώμασιν, οὐ πρὸς τὸν ἴδιον σωφρονιζόμεθα βίον; τί ἀπώνατο τῆς πολλῆς παρασκευῆς ἐκεῖνος ὁ πλού-

B σιος, ὁ ταῖς ἀνυποστάτοις ἐλπίσιν ἐμματαιάζων, καθαιρῶν, οἰκοδομῶν, συνάγων, τρυφῶν, μακρὰς ἐτῶν περιόδους ἐν ματαιότητι τῶν ἐλπίδων ταῖς ἀποθήκαις συναποκλείων; οὐχὶ μία νὺξ πᾶσαν ἐκείνην τὴν ὀνειροπολουμένην ἐλπίδα διήλεγξεν, ὡς μάταιόν τι ἐνύπνιον ἐπὶ ματαίῳ συμπεπλασμένον; ἡ κατὰ τὸ σῶμα ζωὴ, τοῦ ἐνεστῶτος ἐστὶ μόνου· ἡ δὲ δι' ἐλπίδος ἀποκειμένη, τῆς ψυχῆς ἐστὶν ἰδία. ἀλλ' ἡ τῶν ἀνθρώπων ἄνοια διαμαρτάνει περὶ τὴν ἑκατέρου κρίσιν, τὴν μὲν σωματικὴν ζωὴν ταῖς ἐλπίσι παρατείνουσα· τὴν δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν τῶν παρόντων ἀπόλαυσιν ἐφελκομένη· διὰ

C τοῦτο κατ' ἀνάγκην τῆς οὔσης τε καὶ ὑφεστώσης ἐλπίδος ἡ ψυχὴ περὶ τὸ φαινόμενον ἀσχολουμένη ἀλλοτριοῦται· τοῖς δὲ ἀστάτοις διὰ τῶν ἐλπίδων ἐπερειδομένη, οὔτε τούτου περικρατὴς γίνεται, καὶ ἐκεῖνο οὐκ ἔχει. διδαχθῶμεν τοίνυν διὰ τῆς παρούσης συμβουλῆς, τί μὲν σήμερον αἰτεῖν χρὴ, τί δὲ εἰς ὕστερον. ὁ ἄρτος τῆς σημερινῆς χρεία ἐστὶν· ἡ βασιλεία τῆς ἐλπιζομένης μακαριότητος. ἄρτον δὲ εἰπὼν, πᾶσαν τὴν σωματικὴν περιλαμβάνει χρείαν. ἐὰν ταῦτα αἰτῶμεν, δῆλον ἔσται τῇ διανοίᾳ τοῦ προσευ-

D χομένου, ὅτι περὶ τὸ ἐφήμερόν ἐστιν ἡ ἀσχολία· ἐὰν δέ τι τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν, ὅτι πρὸς τὸ διηνεκές τε καὶ ἀτελεύτητον ἡ αἴτησις βλέπει, πρὸς ὃ μάλιστα κελεύει τοὺς εὐχομένους ὁρᾶν· ὡς τῷ μείζονι καὶ τῆς πρώτης συγκατορθουμένης χρείας. αἰτεῖτε, φησὶ, τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΠΕΡΙ ΕΥΧΗΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ Ε.

Ἀφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

ΗΛΘΕ προϊὼν ὁ λόγος ἐπ' αὐτὸ τῆς ἀρετῆς τὸ ἀκρότατον· ὑπογράφει γὰρ διὰ τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων, οἷον εἶναι βούλεται τὸν τῷ Θεῷ προσερχόμενον, τὸν οὐκέτι σχεδὸν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνης φύσεως ὅροις δεικνύμενον, ἀλλ' αὐτῷ τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἀρετῆς ὁμοιούμενον· ὥστε δοκεῖν ἄλλον ἐκεῖνον εἶναι ἐν τῷ ταῦτα ποιεῖν, ἃ τοῦ Θεοῦ μόνου ἐστὶ ποιεῖν. ἡ γὰρ τῶν ὀφλημάτων ἄφεσις, ἴδιόν ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ ἐξαίρετον· εἴρηται γὰρ, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. εἰ τοίνυν τις ἐν τῷ ἰδίῳ βίῳ μιμήσαιτο τῆς θείας φύσεως τὰ γνωρίσματα, ἐκεῖνο γίνεται τρόπον τινὰ, οὗ τὴν μίμησιν ἐναργῶς ἐνεδείξατο. τί οὖν διδάσκει ὁ λόγος; πρότερον διὰ τῶν ἔργων τὴν παρρησίαν λαβεῖν, καὶ οὕτως ἀμνηστίαν διὰ τῶν ποτὲ πλημμεληθέντων αἰτήσασθαι. ταῦτα γὰρ μονονουχὶ ἡμῖν διαλέγεται τῇ παρούσῃ φωνῇ, ὅτι ὁ τῷ εὐεργέτῃ προσιὼν, εὐεργέτης ἔστω· ὁ τῷ ἀγαθῷ, ἀγαθός· ὁ τῷ δικαίῳ, δίκαιος· ἀνεξίκακός τε τῷ ἀνεξικάκῳ· καὶ τῷ φιλανθρώπῳ φιλάνθρωπος· καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὡσαύτως, τῷ χρηστῷ τε καὶ ἐπιεικεῖ καὶ μεταδοτικῷ τῶν ἀγαθῶν, καὶ πάντη τὸν ἔλεον νέμοντι, καὶ εἴ τι περὶ τὸ θεῖον ὁρᾶται, πρὸς ἕκαστον διὰ τῆς προαιρέσεως ὁμοιούμενος, οὕτως ἑαυτῷ τὴν τῆς προσευχῆς παρρησίαν προσποιείσθω. ὡς γὰρ οὐκ ἔστι οὔτε πονηρὸν ἀγαθῷ προσοικειωθῆναι, οὔτε τὸν ἐν ἀκαθάρτοις λογισμοῖς κυλινδούμενον πρὸς τὸν καθαρὸν καὶ ἀκήρατον κοινωνίαν ἔχειν· οὕτω χωρίζει τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ τὸν προσιόν-

DE ORATIONE DOMINICA

ORATIO V.

Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo.

PROGREDIENS Sermo venit ad ipſum extremum punctum virtutis: B præſcribit enim per verba orationis, qualẽ velit eſſe eum, qui ad Deum acceſſurus ſit, qui propemodũ non amplius intra terminos humanæ naturæ conſpiciatur, ſed ipſi Deo per virtutẽ aſſimiletur: vt alius ille ipſe Deus eſſe videatur, dum faciat ea, quę Dei ſolius eſt facere. Debitorum enim remiſſio, propriũ ac peculiare Dei munus & officium eſt: dictum eſt enim, quod nemo poteſt remittere peccata, niſi ſolus Deus. *Luc. 5.* Si quis igitur in ſua vita diuinæ naturæ in- C ſignia imitetur, illud ipſum quodãmodo fit, cuius in ſe euidentia ſimulachra atque imitamenta oſtenderit. Quid igitur Sermo docet? vt primùm per opera fiduciã ſumamus, atque ita abolitionem & impunitatem eorum, quæ aliquando peccauerimus, petamus. Hæc enim planè nobiſcum præſenti voce loquitur, nimirum qui ad benefactorẽ accedit, benefactor eſto: qui ad bonũ, bonus, qui ad iuſtum, iuſtus: patiens item ac lenis, qui ad lenem ac patientem acceſſurus ſit: ad D humanũ humanus: & itidem in cæteris omnibus, ad benignũ, ad probum & humanum, ęquũ, lubenter item bona communicantẽ & impartientem, & cuilibet miſericordiã tribuẽtem, & ſi quid aliud circa numen diuinũ cernitur, ad vnumquodq; animi ſui propoſito ſeſe aſſimilans & accõmodans, ita ſibi aditum atq; fiduciã orationis cõficiat. Vt igitur fieri non poteſt, vt vel malus bono concilietur, vel is, qui in impuris cogitationibus verſatur, cum puro atque integro conſuetudinem habeat: ita ſæuitia accedentis ſeipſum ab humanitate Dei ſeiun-

iungit. Qui ergo debitorum nomine obnoxium & obligatum acerbè detinet, ſuis moribus ac ratione facti ſui, ab humanitate diuina ſeipſum ſeparat atque ſeiungit. Quæ enim ſocietas humanitati cum crudelitate, & dilectionis affectioni cum feritate? item in reliquis, quæ ex cõtrario, oppoſitione mali facta, intelliguntur: quarum rerum contrarietas inſociabilis eſt, quarum vna aliqua correptus à contraria prorſus ſegregatus eſt. Vt enim ille, qui mortẽ obiit, in vita non eſt: & qui vitæ particeps eſt, à morte remotus & alienus eſt: ita omnino neceſſe eſt eum, qui ad humanitatem Dei acceſſurus ſit, ab omni ſæuitia alienum eſſe. At qui omnium earum rerum, quæ per malitiã ac vitioſitatem intelliguntur, expers fuerit, Deus quodammodo per eiuſmodi habitum euadit: quippe cùm illud ſibi confecerit, quod circa naturam diuinã ratio cernit. Vides ad quantam amplitudinem per verba orationis Dominus intelligentes euehat, humanam naturam conditione diuina quodammodo mutans, & vt Dij fiant, qui ad Deum acceſſuri ſint, ſanciens? cur, inquit, ſeruilem in modum metu trepidans & conſcientia tua tortus ac flagellatus ad Deum accedis? cur excludis tibi fiduciã in libertate animæ conſiſtentem, quæ ab initio ſimul cum natura in eſſe producta eſt? quid adularis verbis ei, qui aſſentationibus falli nequit, atque deludi non vult? cur officioſa atque aſſentatoria verba affers ad eũ, qui opera intuetur? licet tibi quicquid ex Deo commodum eſt, animo ingenuo atque libero ad arbitrium habere: ipſe tibi ſis iudex, ipſe te tua ſententia abſolue ac ſerua: remitti tibi à Deo debita deſiderans, tu dimitte, & Deus decreuerit atque ſententiam tulerit. Nam iudicio de proximo, quod in tua poteſtate eſt, qualecumque fuerit, ſententia par erit & reſpondebit: quæ enim apud te ſtatueris, hæc tibi per diuinũ iudicium confirmabuntur. Sed quî poſſit aliquis pro dignitate explicare diuinæ vocis amplitudinem? Superat id, quod intelligitur, eam, quæ verbis fieri poſſit, explicationẽ. *Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remiſimus debitoribus noſtris.* Nam quæ de hoc animum meum ſubit cogitare, temerarium quidem eſt vel mente concipere, temerariũ item vel oratione cogitationẽ & mentis conceptũ patefacere atque aperire. Quid enim eſt quod dicitur?

A τὸς ἀπήνεια ἑαυτόν. ὁ τοίνυν ἐν πικρίᾳ κατέχων ὑπὸ τῶν ὀφειλημάτων τὸν ὑποχείριον, διὰ τοῦ ἰδίου τρόπου τῆς θείας φιλανθρωπίας ἑαυτὸν ἀπεσχοίνισε. τίς γὰρ κοινωνία φιλανθρωπίᾳ τε καὶ ὠμότητι, καὶ ἀγαπητικῇ διαθέσει πρὸς ἀγριότητα, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ πρὸς τὸ κακὸν ἀντιθέσει νοεῖται, ὧν ἄμικτος ἡ ἐναντιότης· ἐφ' ὧν ὁ τῷ ἑνὶ κατειλημμένος, τοῦ ἐναντίου πάντως ἀφώρισται. ὡς γὰρ ὁ ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενος, ἐν ζωῇ οὐκ ἔστι· καὶ ὁ τῆς ζωῆς μετέχων τοῦ θανάτου κεχώρισται· οὕτως ἀνάγκη πᾶσα τὸν τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Θεοῦ
B προσιόντα, πάσης ἀπηνείας ἐκτὸς γενέσθαι. ὁ δὲ ἐκτὸς πάντων τῶν ἐν κακίᾳ νοουμένων γενόμενος, Θεὸς τρόπον τινὰ διὰ τῆς τοιαύτης ἕξεως γίνεται, ἐκεῖνο κατορθώσας ἑαυτῷ, ὃ περὶ τὴν θείαν φύσιν ὁ λόγος βλέπει. ὁρᾷς εἰς ὅσον μέγεθος ὑψοῖ τοὺς ἀκούοντας διὰ τῶν τῆς προσευχῆς ῥημάτων ὁ κύριος, μεταβαλὼν τρόπον τινὰ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν πρὸς τὸ θειότερον, καὶ Θεοὺς γίνεσθαι τοὺς τῷ Θεῷ προσιόντας νομοθετῶν; τί δουλοπρεπῶς, φησὶν, ἐν φόβῳ κατεπτηχὼς, καὶ τῷ συνειδότι τῷ ἑαυτοῦ μα-
C στιζόμενος προσέρχῃ Θεῷ; τί ἀποκλείεις σεαυτῷ τὴν παῤῥησίαν, τὴν τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς ψυχῆς ἐνυπάρχουσαν, τὴν ἐξ ἀρχῆς συνουσιωμένην τῇ φύσει; τί κολακεύεις ἐν ῥήμασι τὸν ἀθώπευτον; τί προσάγεις τοὺς θεραπευτικούς τε καὶ θωπευτικοὺς λόγους, τῷ πρὸς τὰ ἔργα βλέποντι; ἔξεστί σοι πᾶν ὅπερ ἐστὶν ἐκ Θεοῦ χρηστὸν, κατ' ἐξουσίαν ἔχειν ἐλευθεριάζοντι τῷ φρονήματι· αὐτὸς γενοῦ σεαυτῷ δικαστής· δὸς σεαυτῷ τὴν σώζουσαν ψῆφον· ἀφεθῆναί σοι ζητεῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ὀφλήματα; σὺ ἄφες, καὶ
D ὁ Θεὸς ἐψήφισεν. ἡ γὰρ ὑπὲρ τοῦ ὁμοφύλου κρίσις, σὺ κύριος, ἴση γίνεται ψῆφος, οἵα δ' ἂν ᾖ· ἃ γὰρ ἐπὶ σεαυτοῦ γνῷς, ταῦτά σοι διὰ τῆς θείας κρίσεως ἐπικυρωθῇ. ἀλλὰ πῶς ἄν τις πρὸς ἀξίαν τὸ μεγαλοφυὲς τῆς θείας φωνῆς ἐκκαλύψειεν; ὑπερβαίνει τὴν ἐκ τῶν λόγων ἑρμηνείαν τὸ ὄνομα. ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν τοῖς ὀφείλουσιν ἡμῖν. ἃ γὰρ ἐπέρχεταί μοι περὶ τούτου νοεῖν, τολμηρὸν μέν ἐστι, καὶ τῷ νῷ λαβεῖν, τολμηρὸν δὲ καὶ λόγῳ διακαλύψαι τὸ νόημα. τί γάρ ἐστι τὸ λεγόμενον;

ὥσπερ ὁ Θεὸς προέκειται τοῖς τὸ ἀγαθὸν κατορθοῦσιν εἰς μίμησιν, καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ· οὕτως τὸ ἔμπαλιν τὴν σὴν διάθεσιν ὑπόδειγμα τῷ Θεῷ πρὸς τὸ ἀγαθὸν γενέσθαι βούλεται, ἀντιμεθίσταται δὲ τρόπον τινὰ ἡ τάξις, ὥστε τολμῆσαι, καθάπερ ἐν ἡμῖν τὸ ἀγαθὸν ἐπιτελεῖται τῇ πρὸς τὸ θεῖον μιμήσει, οὕτως ἐλπίσαι μιμεῖσθαι τὸν Θεὸν τὰ ἡμέτερα, ὅταν τι τῶν ἀγαθῶν κατορθώσωμεν, ἵνα εἴπῃς καὶ σὺ τῷ Θεῷ, ὅτι ὃ ἐγὼ πεποίηκα, ποίησον· μίμησαι τὸν δοῦλον σου ὁ κύριος, τὸν πτωχὸν καὶ πένητα, ὁ τοῦ παντὸς βασιλεύων, ἀφῆκα τὰ ὀφειλήματα, * μηδέ σου ἀπώσῃ τὸν ἱκετεύοντα· φαιδρὸν ἀπέπεμψα τὸν ἐμὸν ὀφειλέτην, τοιοῦτος καὶ ὁ σὸς γενέσθω· μὴ ποιήσῃς τὸν σὸν χρεώστην τοῦ ἐμοῦ σκυθρωπότερον· ἴσως οἱ δύο τοῖς ἀπαιτοῦσιν εὐχαριστήτωσαν· ἴση περὶ ἀμφοτέρων κυρωθήτω τοῖς συναλλάκταις ἡ ἄφεσις, τῷ ἐμῷ καὶ τῷ σῷ, ὁ ἐμὸς ὀφειλέτης ὁ δεῖνα, ὁ σὸς δὲ ἐγώ· ἣν ἔχω ἐπὶ τούτου γνώμην ἐγώ, αὕτη παρὰ σοὶ κρατησάτω· ἔλυσα, λῦσον· ἀφῆκα, ἄφες· πολὺν ἐπεδειξάμην ἐγὼ τῷ ὁμοφύλῳ τὸν ἔλεον· μίμησαι τὴν τοῦ δούλου σου φιλανθρωπίαν ὁ κύριος. ἀλλὰ βαρύτερά μου τὰ εἰς σὲ πλημμελήματα τῶν εἰς ἐμὲ παρὰ τούτου γεγενημένων· φημὶ κἀγώ, καὶ τοῦτο λόγισαι ὅσον ὑπερέχεις ἐν παντὶ ἀγαθῷ· δίκαιος γὰρ εἶ τῇ ὑπερβολῇ τῆς σῆς δυνάμεως, ἀναλογοῦντα ἡμῖν τοῖς ἡμαρτηκόσι τὸν ἔλεον δωρήσασθαι· ὀλίγην τὴν φιλανθρωπίαν ἐπεδειξάμην ἐγώ· οὐ γὰρ ἐχώρει τὸ πλέον ἡ φύσις· σὺ δὲ ὅσον ἐθέλεις, οὐ κωλύει τὴν μεγαλοδωρεὰν ἡ δύναμις. ἀλλὰ φιλανθρωπότερον τὴν προκειμένην τῆς προσευχῆς ῥῆσιν κατανοήσωμεν· εἴπως γένοιτό τις καὶ ἡμῖν διὰ τῆς τοῦ νοήματος θεωρίας πρὸς τὸν ὑψηλὸν βίον χειραγωγία. ἐξετάσωμεν τοίνυν ποῖα μέν ἐστιν οἷς ὑπόχρεως ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· ποῖα δὲ πάλιν ἐκεῖνα, ὧν ἡμεῖς ἐσμὲν τῆς ἀφέσεως κύριοι. ἐκ γὰρ τοῦ ταῦτα γνῶναι, γένοιτ' ἂν ἡμῖν τῆς ὑπερβολῆς τῶν θείων ἀγαθῶν μετρία τις κατανόησις. οὐκοῦν ἐντεῦθεν ποιησώμεθα τῶν ἀνθρωπίνων πρὸς τὸν Θεὸν πλημμελημάτων τὴν ἀπαρίθμησιν. πρώτην ὤφλησεν τῷ Θεῷ τιμωρίαν ὁ ἄν-

A Quemadmodum Deus bene ac rectè agentibus ad imitandum propoſitus eſt, ſicut dixit Apoſtolus, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti: ita vice verſa, tuam affectionē Deo ad bonum pro exemplo eſſe vult, atque ordo quodammodo inuertitur, vt audeamus, quemadmodum bonum in nobis imitatione diuini nominis perficitur, ita ſperare futurum, vt Deus noſtra facta imitetur, cùm aliquid boni confecerimus, vt tu item ad Deum dicas, Quod ego feci, fac: imitare ſeruum tuum tu Domine, pauperem & egenum, qui regnum vni- 1. Cor. 4.
B uerſarum rerum obtines, remiſi debita, [ne tu quidem exigas: ſupplicem repellere veritus ſum,] ne tu quidem ſupplicantem ſummoueas atque repellas: lætum & alacrem dimiſi meū debitorem, talis item tuus fiat: ne tuum debitorem meo debitore triſtiorem reddas: ambo pariter & æqualiter exigentibus gratias agant: par ambobus remiſſio decernatur, tuo ſimul & meo debitori: ille meus eſt debitor, tuus autem ego: quo animo ego fui aduerſus hunc quamque de eo ſententiā ſequutus ſum, hæc item apud
C te obtineat: ſolui, ſolue: dimiſi, dimitte: magnam ego proximo exhibui miſericordiam: Imitare tu Domine ſerui tui humanitatem. At grauiora mea in te peccata, quàm quæ hic aduerſum me commiſit: id ego non nego, atque hoc reputa, quantū excellas in omni bono: æquum eſt enim, vt virium tuarum excellentię conuenientem miſericordiam nobis peccantibus tribuas: exiguam humanitatem ego exhibui, non enim amplius capiebat natura: tua verò munificentia, exiguitate potentiæ non prohibetur, quin quantum velis, tantum lar-
D giaris. Verùm diligentius perpendamus propoſitam orationis dictionem, ſi quo modo nobis etiam per ſententiæ conſiderationem, quaſi manuductis ad ſublimem vitam aliquod adiumentū contingere poſſit. Scrutemur igitur, quę ſint ea quidē, quibus præſtantibus humana natura obnoxia ſit, quæ item illa contra, quorū remittendorum nos poteſtatē habemus. Nam ex harū rerum animaduerſione, mediocris quædā nobis excellentiæ diuinorū bonorum cognitio contingere poſſit. Incipiamus igitur hinc peccata hominum aduerſus Deum cōmiſſa enumerare. Primū Deo ſuppliciū homo

debuit, quòd ab eo deſciuit, à quo factus erat, & ad aduerſarium tranſiit, naturalis Domini fugitiuus & deſertor factus: deinde quod libertatem ſuiq; poteſtatem ac propriam voluntatem, cum graui ac noxia ſeruitute peccati commutauit, & ſub corrumpentis poteſtatis tyrannide, quàm cum Deo eſſe maluit. quinetiam quòd non intuitus eſt pulchritudinem factoris, ſed ad turpitudinem peccati faciem conuertit, cui malo ſecundum iudicabitur? diuinorum item bonorũ deſpicientia, & improbi illius eſcarum prę ferentia, in qua parte ſupplicij collocabitur? imaginis item abolitio, diuinique ſigni, quod tempore primę creationis in nobis impreſſum eſt, corruptio: ad hæc drachmæ amiſſio, & à menſa patris receſſus, & ad fœtidam porcorum vitam acceſſus, & expetendarum diuitiarum corruptio, & quæcumque talia delicta, tum per ſcripturã, tum per cogitationes cernere licet, quænam enumerare oratio poſſit? Quoniã igitur ob tot & talia delicta nomine pœnæ pendendæ Deo obnoxium eſt genus humanum, idcirco mihi Sermo per doctrinam orationis nos erudire atque inſtituere videtur, vt nequaquam dum cum Deo colloquimur, quaſi pura conſciẽtia præditi confidenter & arrogãter loquamur, etiamſi quàm maximè quis ab humanis delictis procul abſit (Forſitan enim ſiquis, ſicut adoleſcens ille locuples, pręceptis vitam ſuam moderatus ſit, aliquid tale de vita ſua gloriari, Et hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea: ad Deum dicere poteſt, & perſuaſum habere, quoniã nihil in præcepta deliquerit, ſibi nõ admodum conuenire debitorum nomine deprecationem, vt quæ ſolis iis, qui peccauerint, congruat: & ait eum, qui per ſcortationem inquinatus ſit, eiuſmodi vocem decere; vel ei, qui per auaritiã ſimulachra coluerit, neceſſariam eſſe veniæ petitionem, & cuiuis in ſumma, qui per aliquod delictum animæ conſcientiã commaculauerit, bonum & cõmodum eſſe ad miſericordiam confugere: quòd ſi Helias præclarus fuerit, aut in ſpiritu & virtute Heliæ magnus ille inter filios mulierum, aut Petrus, aut Paulus, aut Ioannes, aut aliquis alius ex iis, de qui-

Luc. 18. 21.

A ἄνθρωπος, ὅτι ἀπέστησεν ἑαυτὸν τοῦ ποιήσαντος, καὶ πρὸς τὸν ἐναντίον ἀπηυτομόλησεν, δραπέτης τοῦ κατὰ φύσιν δεσπότου καὶ ἀποστάτης γενόμενος· δεύτερον ὅτι τὴν πονηρὰν τῆς ἁμαρτίας δουλείαν, ἀντὶ τῆς αὐτεξουσίου ἐλευθερίας ἠλλάξατο, καὶ προετίμησεν τοῦ συνεῖναι Θεῷ, τὸ τυραννεῖσθαι παρὰ τῆς καταφθειρούσης δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ πρὸς τὸ κάλλος τοῦ πεποιηκότος βλέπειν, πρὸς δὲ τὸ αἶσχος τῆς ἁμαρτίας ἐπιστρέψαι τὸ πρόσωπον, τίνος ἂν δεύτερον τῶν κακῶν κριθείη; ἥτε τῶν θείων ἀγαθῶν ὑπεροψία, καὶ τῶν τοῦ πονηροῦ δελεασμάτων προτίμησις, εἰς ποῖον μέρος τιμωρίας ταχθείη; ὅ τε τῆς B εἰκόνος ἀφανισμὸς, καὶ ἡ λύμη τοῦ θείου χαρακτῆρος, τοῦ παρὰ τὴν πρώτην κτίσιν ἐν ἡμῖν μορφωθέντος, καὶ ἡ τῆς δραχμῆς ἀπώλεια, καὶ ἡ τῆς τραπέζης τοῦ πατρὸς ἀναχώρησις, καὶ ἡ πρὸς τὸν δυσώδη τῶν χοίρων βίον οἰκείωσις, καὶ ἡ τοῦ τιμίου πλούτου διαφθορὰ, καὶ ὅσα τοιαῦτα διά τε τῆς γραφῆς καὶ τῶν λογισμῶν ἰδεῖν ἐστὶν πλημμελήματα, τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο λόγος; ἐπεὶ τοίνυν ἐν τοιούτοις ὑπόδικον ἐστὶ πρὸς τιμωρίας ἔκτισιν τὸ ἀνθρώπινον τῷ Θεῷ, διὰ τοῦτο μοι δοκεῖ παιδεύειν ἡμᾶς τῇ διδασκαλίᾳ τῆς προσευχῆς ὁ λόγος, μηδαμῶς ἐν τῇ C πρὸς Θεὸν ἐντεύξει, ὡς ἐπὶ καθαρῷ τῷ συνειδότι παῤῥησιάζεσθαι, κἂν ὅτι μάλιστα τῶν ἀνθρωπίνων πλημμελημάτων κεχωρισμένος τις ᾖ. ἴσως γάρ τις κατὰ τὸν νεανίαν ἐκεῖνον τὸν πολυκτήμονα ταῖς ἐντολαῖς τὴν ζωὴν ἑαυτοῦ παιδαγωγήσας, ἔχει τὸ τοιοῦτον ἐπὶ τοῦ ἰδίου καυχήσασθαι βίου· καὶ εἰπεῖν πρὸς Θεῷ, ὅτι ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου, καὶ ὑπειληφέναι αὐτῷ διὰ τὸ μηδὲν εἰς τὰς ἐντολὰς πλημμελῆσαι, μὴ λίαν ἁρμόζειν τὴν ὑπὲρ τῶν ὀφλημάτων παραίτησιν, ὡς μόνοις τοῖς D ἐξημαρτηκόσιν ἁρμόζουσαν, καὶ φησὶ τῷ μολυνθέντι διὰ πορνείας τὴν τοιαύτην πρέπειν φωνὴν, ἢ τῷ διὰ πλεονεξίας εἰδωλολατρήσαντι, ἀναγκαίαν τὴν αἴτησιν τῆς συγγνώμης εἶναι, καὶ πάντῃ ὅλως τῷ διά τινος πλημμελείας τὸ συνειδὸς τῆς ψυχῆς καταστίξαντι, καλὸν καὶ ἁρμόδιον εἶναι τὸ καταφυγεῖν πρὸς ἔλεον. εἰ δὲ Ἡλίας ἐκεῖνος ὁ πολὺς εἴη, ἢ ὁ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἡλίου ὁ μέγας ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, ἢ Πέτρος, ἢ Παῦλος, ἢ Ἰωάννης, ἢ τις ἄλλος τῶν πρὸς τὸ

χρηστὸν μεμαρτυρημένον ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς, εἰς τί χρήσεται τῇ τοιαύτῃ φωνῇ, τῇ παραιτουμένῃ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφλημάτων; ὥσγε οὐδὲν ἐξ ἁμαρτίας ὄφλημα; ὡς δὲ μή τις πρὸς τὰ τοιαῦτα βλέπων ἀπαυθαδιάζοιτο κατὰ τὸν Φαρισαῖον ἐκεῖνον, τὸν οὐδ᾽ ὅ τι ἦν κατὰ τὴν φύσιν ἐπιγινώσκοντα· εἰ γὰρ ἐγνώκει ὅτι ἄνθρωπος ἦν, πάντως ἂν τὸ μὴ καθαρεύειν ἀπὸ ῥύπου τὴν φύσιν παρὰ τῆς ἁγίας ἐδιδάχθη γραφῆς, ἥ φησι, μηδὲ μιᾶς ἡμέρας ζωὴν δυνατὸν εἶναι δίχα κηλῖδος ἐπ᾽ ἀνθρώπου εὑρεῖν. ὡς ἂν οὖν μηδὲν τοιοῦτον περὶ τὴν ψυχὴν τοῦ διὰ προσευχῆς τῷ Θεῷ B προσιόντος ἐγγένοιτο, μὴ πρὸς τὰ κατορθώματα βλέπειν ὁ λόγος παρεγγυᾷ, ἀλλ᾽ ἐπαναλαμβάνειν τὴν μνήμην τῶν κοινῶν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὀφλημάτων ὧν πάντως τις καὶ αὐτὸς μετέχει, τὸ μέρος συμμετέχων τῆς φύσεως· καὶ παρακαλεῖν τὸν κριτὴν ἀμνηστίαν τῶν πλημμελημάτων χαρίσασθαι. ὡς γὰρ ζῶντος ἐν ἡμῖν τοῦ Ἀδὰμ πάντες οἱ καθ᾽ ἕκαστον ἄνθρωποι ἕως τοὺς δερματίνους τούτους χιτῶνας περὶ τὴν ἑαυτῶν βλέπομεν φύσιν, καὶ τὰ πρόσκαιρα φύλλα τῆς ὑλικῆς ταύτης ζωῆς, ἀφ᾽ τῶν ἰδίων τε καὶ λαμπρῶν C ἐνδυμάτων γυμνωθέντες, κακῶς ἑαυτοῖς συνερράψαμεν, τρυφὰς καὶ δόξας, καὶ τὰς ἐφημέρους τιμάς, καὶ τὰς ὠκυμόρους τῆς σαρκὸς πληροφορίας, ἀντὶ τῶν θείων περιβολαίων μετενδυσάμενοι· καὶ μέχρις ἂν τὸν τῆς σαρκώσεως βλέπωμεν τόπον, ἐν ᾧ κατεδικάσθημεν παροικεῖν· ἐπειδὰν πρὸς ἀνατολὴν ἑαυτοὺς τρέψωμεν· οὐχ ὡς μόνον ἐκεῖ τοῦ Θεοῦ θεωρουμένου· ὁ γὰρ πανταχοῦ ὢν κατ᾽ οὐδὲν μέρος ἰδιαζόντως καταλαμβάνεται· ἐπίσης γὰρ περιέχει τὸ πᾶν. ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἀνατολαῖς τῆς πρώτης ἡμῖν πατρίδος οὔσης· λέγω δὲ τῆς ἐν D παραδείσῳ διαγωγῆς, ἧς ἐκπεπτώκαμεν. ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς· ὅταν τοίνυν πρὸς τὰς ἀνατολὰς βλέπωμεν, καὶ τῆς ἐκπτώσεως τῆς φωτεινῆς τε καὶ ἀνατολικῆς τῆς μακαριότητος τόπων, τῇ διανοίᾳ τὴν μνήμην λάβωμεν, εἰκότως τὴν τοιαύτην φωνὴν προβαλλόμεθα, οἱ ὑπὸ τῆς πονηρᾶς τοῦ βίου συκῆς σκιαζόμενοι, οἱ ἐξ ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ ῥιφέντες, οἱ πρὸς τὸν ὄφιν αὐτομολήσαντες, ἐσθίοντα καὶ εἰς γῆν ἰλυσπώμενον, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος καὶ τὴν κοιλίαν ἑαυτοῦ πορευόμενον, καὶ ἡμῖν τὰ ἴσα ποιεῖν συμβουλεύοντα, περὶ τὴν γηΐνην ἀπόλαυσιν ἔχειν, καὶ τοῖς χαμαι-

A bus bonum diuinæ ſcripturæ teſtimonium extat: cur is eiuſmodi voce vtatur, quę ipſum à debitis eximat? cui nullum adeò debitum ex peccato ſit?) neu qui ad hæc reſpiciens contumaciter & arroganter loquatur, ſicut ille Phariſæus, qui ne agnoſcebat quidem quæ eſſet ipſius natura. (nam ſi animaduertiſſet quòd homo eſſet, prorſus naturam à ſordibus integram ac puram non eſſe, edoctus fuiſſet à ſancta ſcriptura, quæ dicit, quod non poſſit inueniri inter homines, qui vnum diem abſque macula viuat) *Luc. 18.* nequis igitur talis in animo eius qui per B orationem acceſſurus ſit ad Deum, affectus ingeneretur, non ad benefacta ac res bene geſtas reſpicere Sermo iubet, ſed recordari communium humanæ naturæ debitorum, quorum quiuis prorſus etiam ipſe particeps eſt, vt qui naturæ communis particeps ſit: & rogare iudicem, vt abolitionem & impunitatem delictorũ largiatur. Quaſi enim viuente in nobis Adamo ſingulatim omnes homines quamdiu pelliceas has tunicas circa naturam noſtrã videmus, & temporaria folia materialis huius vitæ, quæ C nudati propriis iiſque ſplendidis indumentis malè nobis ipſis conſuimus, cùm deliciis, gloriis, diariis honoribus, & breui durantibus carnis expletionibus diuinos amictus permutauimus: donec item afflictionibus locum, ad quem incolendum condẽnati ſumus, intuemur: quando ad oriẽtem nos conuerterimus (non quod Deus illic duntaxat: qui enim vbique eſt, in nulla parte peculiariter ac ſeparatim comprehẽditur: nam ex æquo continet res vniuerſas: ſed quòd in orientibus partibus prima nobis patria ſit: dico autem de ea, quam in D paradiſo habuimus habitatione, ex qua eiecti ſumus: plantauit enim Deus paradiſum in Eden in partibus orientalibus) cùm igitur ad orientaleis parteis reſpicimus, & recordamur, quemadmodum & lucidis & orientalibus beatitudinis locis eiecti ſumus, meritò talem vocem proferimus, qui à mala vitæ ficu obumbramur, qui ex oculis Dei proiecti ſumus, qui transfugimus ad ſerpentem qui veſcitur terra, & in terra ſeſe inuoluit, & ſuper pectus & ventrem ſuum inambulat, & nobis vt eadem faciamus, conſulit, nempe vt circa terrenarum rerum fructum ac voluptatem occupati ſimus, & humilibus abiectiſque cogita-

Prou. 24.
Eccleſ. 9.
Gen. 2.
Gen. 3.

tionibus cor noſtrum implicemus, & ventre inambulemus, id eſt voluptariæ vitæ ſtudeamus & operam demus: in his igitur verſantes, *Luc. 16.* quemadmodum ille prodigus poſt longam ærumnam, qua porcos paſcens conflictabatur, vbi ſicut & ille ad noſmetipſos redierimus, & de cœleſti patre cogitare cœperimus: rectè talibus vocibus vtimur, *Remitte nobis debita noſtra*, dicentes: vt etiamſi Moyſes quiſpiam ſit, & Samuel, & aliquis alius virtute excellẽs, nihilominus, quatenus homo eſt, hanc vocem ſibi conuenire putet, vt qui communem habeat cum Adamo naturã, particeps item eiectionis quoque ſit. Quoniã enim, vt inquit Apoſtolus, *1. Cor. 15.* omnes per Adamum morimur, conuenit eam vocẽ, quæ Adamum nomine pœnitentiæ decet, communem eſſe omnium, qui cum illo mortui ſunt, vt quemadmodum ait Apoſtolus, abolitione & impunitate delictorum nobis conceſſa, per gratiam rurſus à Domino ſeruemur. Sed hæc quidẽ perinde dicta ſunt, ac ſi quis rationem magis communem inſpiciens, propoſitam rem conſideret, quòd ſi quis veram verbi ſententiam quærit: non opinor opus eſſe in nobis ad communem naturam referre cogitationem; poteſt enim ſua cuiuſque vitæ conſcientia neceſſariam facere miſericordiæ petitionem. Cùm enim vita à nobis in hoc ſæculo variè multiformiterque exigatur: alia quidem iuxta animum & mentem, alia verò ſecundum ſenſus corporis: difficulter, aut etiam omnino fieri non poſſe arbitror, vt non cum vno aliquo affectu quis in peccatũ labatur, quale quid exempli gratia offero in medium. Cùm hæc vita, qua per corpus fruimur, in ſenſus noſtros diuidatur: ea verò, quæ ſecundum animum exigitur, in mentis impetu & motu liberæ voluntatis conſideretur: quis adeò magno atque excelſo animo, quis tanta prudentia præditus, quis tanti ſpiritus eſt, vt per vtramque vitæ rationem vitioſitatis ac malitiæ contagionem & inquinationem effugiat? quis, quod ad oculum attinet, expers peccati eſt? quis quod ad auditũ attinet, innoxius? quis ab hac beſtiali gulæ voluptate alienus? quis tactu purus & vacuus ab occaſione peccati? Quis neſcit inuolucrũ & ænigma ſcripturæ dicẽtis, *Hiere. 6.* quòd per feneſtras mors ingreſſa ſit? Senſus enim, per quos animus eminens & ad res externas ſeſe

A ζήλοις καὶ χαμερπέσι τὴν καρδίαν ἑαυτῶν ἐπισύρειν νοήμασι, καὶ ἐπὶ κοιλίας πορεύεσθαι, τουτέστι περὶ τὸν ἀπολαυστικὸν ἀσχολεῖσθαι βίον· ἐν τούτοις οὖν ὄντες κατὰ τὸν ἄσωτον ἐκεῖνον, μετὰ τὴν μακρὰν ταλαιπωρίαν ἣν τοὺς χοίρους ποιμαίνων ὑπέμεινεν, ἐπειδὰν εἰς ἑαυτοὺς ἐπανέλθωμεν ὥσπερ κἀκεῖνος, καὶ τοῦ οὐρανίου πατρὸς ἔννοιαν λάβωμεν, καλῶς κεχρήμεθα ταῖς τοιαύταις φωναῖς, ὅτι ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· ὥστε κἂν Μωϋσῆς τις ᾖ, καὶ Σαμουήλ, κἂν ἕτερός τις τῶν δι᾽ ἀρετῆς ἐξεχόντων, οὐδὲν ἧττον ἁρμόδιον ἡγεῖται ταύτην, καθὸ ἄνθρωπός B ἐστιν, ἑαυτοῦ τὴν φωνήν, ὁ κοινωνὸς τῆς φύσεως τοῦ Ἀδάμ, κοινωνὸς δὲ καὶ τῆς ἐκπτώσεως. ἐπεὶ γάρ, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, εἶναι προσήκει τῷ Ἀδὰμ ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ πρέπουσαν φωνὴν πάντων τῶν ἐκείνῳ συναποθανόντων, ὡς ἂν τῆς ἀμνηστίας ἡμῖν τῶν πλημμελημάτων δοθείσης χάριτι πάλιν ὑπὸ τοῦ κυρίου σωζοίμεθα, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴρηται, ὡς ἄν τις τὸν κοινότερον ἐπισκοπῶν λόγον, τὸ προκείμενον θεωρήσειεν· εἰ δέ τις τὴν ἀληθῆ τοῦ ῥήματος ζητοίη C διάνοιαν· οὐκ οἶμαι χρείαν ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι, πρὸς τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ἀναφέρειν τὴν ἔννοιαν· ἱκανὴ γὰρ ἡ συνείδησις ἐκ τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων ἀναγκαίαν ποιήσασθαι τοῦ ἐλέου τὴν αἴτησιν. πολυειδοῦς γὰρ κατὰ τὸν βίον τοῦτον τῆς ζωῆς ἡμῖν ἐνεργουμένης· τῆς μὲν κατὰ ψυχὴν καὶ διάνοιαν, τῆς δὲ κατὰ τὰς αἰσθήσεις τοῦ σώματος δύσκολον, ἢ καὶ παντάπασιν ἀμήχανον εἶναι, μὴ ἐνί τινι πρὸς ἁμαρτίαν πάθει συνενεχθῆναι, οἷόν τι λέγω· τῆς ἀπολαυστικῆς ταύτης τῆς κατὰ τὸ σῶμα ζωῆς ἐπιμεριζομένης ἡμῶν ταῖς αἰσθήσεσι, τῆς δὲ κατὰ D ψυχήν, ἐν τῇ τῆς διανοίας ὁρμῇ θεωρουμένης, καὶ ἐν τῇ κινήσει τῆς προαιρέσεως· τίς οὕτως ὑψηλός τε καὶ μεγαλοφυὴς τῷ φρονήματι, ὡς δι᾽ ἀμφοτέρων ἔξω γενέσθαι τοῦ κατὰ κακίαν μολύσματος; τίς κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἀναμάρτητος; τίς κατὰ τὴν ἀκοὴν ἀνυπεύθυνος; τίς τῆς βοσκηματώδους ταύτης κατὰ τὸν λαιμὸν ἡδονῆς ἀλλότριος; τίς τῇ ἁφῇ τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν λαβῆς καθαρεύει; τίς οὐκ οἶδε τὸ αἴνιγμα τῆς γραφῆς λεγούσης, διὰ τῶν θυρίδων εἰσεληλυθέναι τὸν θάνατον; τὰς γὰρ αἰσθήσεις, δι᾽ ὧν ἐκπίπτουσα ἡ ψυχὴ πρὸς τὰ ἔξωθεν πράγματα

τῶν

τὴν κατὰ γνώμην ἀντιλαμβάνεται, θυρίδας ἡ γραφὴ προσηγόρευσεν, ἃς ὁδοποιεῖν τῷ θανάτῳ τὴν εἴσοδον ὁ λόγος φησί. τῷ ὄντι γὰρ πολλῶν θανάτων εἴσοδος γίνεται πολλάκις ὁ ὀφθαλμός, ὁ θυμούμενον βλέπων, καὶ πρὸς τὸ ἴσον πάθος ἀντεγειρόμενος, ἢ εὐημεροῦντα παρ' ἀξίαν, καὶ εἰς φθόνον φλεγόμενος· ἢ ὑπερηφανοῦντα, καὶ πρὸς μῖσος ἐκπίπτων· ἤ τινα εὐχροοῦσαν ὕλην, ἢ ἐπὶ μορφῆς εὐφυεστέραν διάπλασιν, καὶ ὁ λόγος πρὸς τὴν τοῦ ἀρέσαντος ἐπιθυμίαν καταλισθαίνων. οὕτως ἀνοίγει τῷ θανάτῳ τὰς θυρίδας τὸ οὖς, δι' ὧν ἀκούει, πολλὰ πάθη ἐπὶ τὴν ψυχὴν παραδέχεται, φόβον, λύπην, θυμόν, ἡδονήν, ἐπιθυμίαν, διάχυσιν γέλωτος, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἡ δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν ἀπόλαυσις, μήτηρ, ὡς ἂν εἴποι τις, τῶν καθ' ἕκαστον ἐστὶ κακῶν· τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι ῥίζα σχεδὸν ἐστὶ τῶν περὶ τὸν βίον πλημμελημάτων, ἡ περὶ τὸν λαιμὸν ἀσχολία; ταύτης γὰρ ἐξήρτηται ἡ τρυφή, ἡ μέθη, ἡ γαστριμαργία, ἡ περὶ τὴν δίαιταν ἀσωτία, ἡ πληθώρα, ὁ κόρος, ὁ κῶμος, ἡ κτηνώδης τε καὶ ἄλογος περὶ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας καταφορά. ὁμοίως ἡ κατὰ τὴν ἁφὴν αἴσθησις, πάντων ἐσχάτη τῶν ἁμαρτημάτων ἐστί· πάντα γὰρ ὅσα τῷ σώματι παρὰ τῶν φιληδόνων ἐπιτηδεύεται, τῆς ἀπληστίας τῆς ἁπτικῆς ἐστιν ἀρρωστήματα, ὧν τὰ καθ' ἕκαστον διηγεῖσθαι μακρὸν ἂν εἴη· καὶ οὐδὲ πρέπον ἅμα τοῖς σεμνοτέροις τῶν λόγων παραμιγνύειν, ὅσα τῆς ἁφῆς ἐστι κατηγορήματα. τὸν δὲ κατὰ τὴν ψυχήν τε καὶ προαίρεσιν πλημμελουμένων τὸν ἐσμόν, τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο λόγος; ἔσωθεν, φησίν, ἐκπορεύονται διαλογισμοὶ πονηροί, καὶ προστίθησι τῶν ἐνθυμήσεων τῶν κοινούντων ἡμᾶς τὸν κατάλογον. εἰ τοίνυν οὕτω πανταχόθεν ἡμῖν τὰ τῶν ἁμαρτιῶν δίκτυα περικέχυται, διὰ πάντων τῶν αἰσθητηρίων, διὰ τῶν ἐγκαρδίων τῆς ψυχῆς κινημάτων· τίς καυχήσεται, καθώς ἡ σοφία φησίν, ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; τίς κεκαθάρισται ἀπὸ ῥύπου; ὡς ὁ Ἰὼβ τὸ τοιοῦτον μαρτύρεται. ῥύπος ἐστὶ τῆς κατὰ ψυχὴν καθαρότητος ἡ ἡδονή, ἡ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως τῷ ἀνθρωπίνῳ καταμιγνυμένη βίῳ, διά ψυχῆς τε καὶ σώματος, δι' ἐνθυμήσεων, δι' αἰσθήσεων, διὰ τῶν κατὰ προαίρεσιν κινημάτων, διὰ τῶν σωματικῶν ἐνεργημάτων. τίς οὖν καθαρὰν τῆς κηλῖδος ταύτης τὴν ψυχὴν ἔχει; πῶς οὐκ ἐπλήγη τῷ τύφῳ; πῶς οὐκ ἐπατήθη τῷ ποδὶ τῆς ὑπερηφανίας, ὃν ἡ ἁμαρτωλὴ χεὶρ οὐκ ἐσάλευσεν;

A exercens, ea quæ placent, arripit & apprehẽdit, feneſtras ſcriptura appellauit, quos Sermo morti aditũ patefacere dicit. *Senſus viſus.* Nam reuera multis ſæpè mortibus introeundi locus oculus exiſtit, dum vel iraſcentem videt, & ad eandem contrà perturbationem incitatur, vel proſpera fortuna præter meritum vtentem, & in inuidiam exardeſcit: vel ſuperbientem, & in odium ruit: vel aliquam materiam boni coloris, dexterioremve oris ac formæ figurã, & totus ad concupiſcendum id quod placuerit, delabitur. Ita auris *Auditus.* B morti feneſtras aperit, & per ea quæ audit, multos affectus ad animũ tranſmittit, metum, triſtitiã, iram, voluptatem, cupiditatẽ, riſum effuſum, & eiuſmodi. Porrò guſtatus voluptas, mater, vt dixerit aliquis, ſingulorũ malorum eſt: *Guſtus.* quis enim ignorat, quod gulæ ſtudium radix propemodũ ſit eorum peccatorum, quæ in vita cõmittuntur? Ab hac enim pendent luxus atq; deliciæ, ebrietas, ingluuies, in victu prodigalitas atq; profuſio, abundãtia, ſatietas, comeſſatio beſtialis, & ratione carens impetus ad vitia ignominioſa. Similiter tangendi ſenſus o- *Tactus.* C mnium peccatorum extremũ eſt: omnia enim quę corpore exercẽtur à ſectatoribus voluptatis, apprehẽſionis, quę tactu fit, morbi ſunt, quę ſingulatim exponere longũ fuerit: ſimul ne decorũ quidẽ eſt immiſcere grauioribus ſermonib. quæcumq; tactus crimina ſunt. Porrò multitudinẽ peccatorũ, quæ animo pariter ac deſtinata voluntate cõmittuntur, quænã oratio enumerare poſſit? Ex interioribus, inquit, proficiſcuntur improbæ cogitationes: atq; adiecit earũ cogitationum, quib. inquinamur, enumerationẽ. Si igitur ab omnibus adeò partibus pec- D catorũ retia nobis circũfuſa ſunt, per omnia ſenſuũ inſtrumenta, per intimos & occultos, ac quaſi in corde latẽtes animi motus: quis gloriabitur, vt inquit Sapiẽtia, ſe purũ habere cor? quis à ſordib. expurgatus eſt? *Prou. 20.* quẽadmodũ Iob teſtatur: Sordes ſũt animę puritatis voluptas, *Iob. 14. 15.* quę multifariã multiſq; modis humanæ vitę cõmiſcetur per animũ pariter ac corpus, per cogitationes, per ſenſus, per motus ex propoſito procedentes, per corporis operationes & effectus. quis ergo puram ab hac macula animam habet? quî fieri potuit, vt faſtu percuſſus non ſit? quî potuit non eſſe ſuperbiæ pede calcatus? quem manus peccatrix non commouit?

cuius pes ad nequitiam & malitiam non currit? quem oculus immodeſtus nõ inquinauit, & auditus ſtolidus & imperitus non cõtaminauit, & guſtatus ad ſeſe non conuertit, & occupatum detinuit? cuius cor ad vanos motus rude & inexercitatũ manſit? Quoniam igitur hæc circa nos ſunt peiora quidem atq; atrociora iis, qui in beſtialẽ magis naturam degenerant, [moderatiora autem atque tolerabiliora attentioribus:] penitus autem & prorſus omnibus, quibus cõmunis eſt natura, cõmunia quoque delicta naturæ ſunt: Idcirco Deo per orationẽ ſupplicantes, vt dimittantur nobis debita oramus. Sed irrita atq; inefficax eſt eiuſmodi vox, & ad aures diuinas non pertinet ac penetrat, niſi conſciẽtia vnà nobiſcum clamet, quòd rectũ, bonum, & decorum ſit miſericordiam impartiri. Nam qui iudicat humanitatem Deum decere (niſi enim decere putaret, rem indecoram & non conuenientẽ aggredi eum atque ſuſcipere non oraret) eum æquum fuerit ſuis factis iudiciũ de bono atque decoro ſtabilire atque cõfirmare, ne à iuſto iudice eiuſmodi quid audiat: medice cura teipſum, me ad humanitatem hortaris, quam tu proximis non impertiris: remiſſionem debitorum petis, qui fit ergo, vt tu ſuffoces obæratũ? deleri tibi chirographum aduerſus te ſcriptum precaris, qui diligenter ſeruas obnoxiorũ pacta atque contractus? tabulas nouas & abolitionẽ atque remiſſionem debitorũ petis, qui per vſuras æs alienũ nutris & auges: tuus debitor eſt in carcere, & tu in oratorio: ille ob debita cruciatur, & tu remitti tibi debitũ vis: exaudiri oratio tua non poteſt, ſuperat enim ſonus & ſtrepitus vocis eius, qui cruciatur: ſi tu corporale debitũ dimiſeris, ſoluentur tibi animę vincula: ſi cõdonaueris, cõdonabitur tibi: ipſe iudex eris, ipſe tibi legem feres affectione, qua tu obnoxium proſequutus fueris, ſuperã ſententiam per te ferens. Tale quippiã mihi videtur Dominus etiã in alio ſermone docere, per modũ narrationis hanc ſententiam in mediũ afferẽs: vbi rex quidẽ in

Matth.17. narratione introducitur terribiliter pro tribunali ſedens, & ſeruos ad iudiciũ cogens, & eorum, quæ vnuſquiſq; adminiſtraſſet, cognitionẽ & quæſtionem inſtituens. Quũ autem quidã debitor adductus, ac quoniã ad genua accidens loco perſolutionis pecuniarũ, ſupplicem libellum obtulerat, humanitatẽ cõſequutus eſſet,

A οὗ ὁ πούς εἰς κακίαν οὐκ ἔδραμεν; ὃν ὀφθαλμὸς ἄτακτος οὐκ ἐμόλυνεν, καὶ ἀπαίδευτος ἀκοὴ οὐκ ἐρρύπωσεν, καὶ ἡ γεῦσις πρὸς ἑαυτὴν οὐκ ἠσχόλησεν, καὶ ἡ καρδία πρὸς ματαίας κινήσεις ἀνενέργητος ἔμεινεν. ἐπεὶ οὖν τὰ περὶ ἡμᾶς χείρω μὲν καὶ χαλεπώτερα τοῖς κτηνωδεστέροις, *πάντη δὲ καὶ πάντως ἐν πᾶσι τοῖς κεκοινωνηκόσι τῆς φύσεώς ἐστι, καὶ ἡ κοινωνία τῶν πλημμελημάτων τῆς φύσεως· διὰ τοῦτο προσαιτοῦντες διὰ προσευχῆς τῷ Θεῷ ἀφεθῆναι ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα παρακαλοῦμεν. ἀλλ' ἀπρόσιτος ἐστὶν ἡ τοιαύτη φωνή, καὶ εἰς ἀκοὰς θείας φθάνουσα, μὴ τῆς συνειδήσεως ἡμῖν συμβοώσης, ὅτι

B καλόν ἐστιν ἡ τοῦ ἐλέους μετάδοσις· ὁ γὰρ Θεῷ πρέπειν τὴν φιλανθρωπίαν κρίνων· οὐ γὰρ ἂν εἰ μὴ πρέπειν ᾤετο, πρὸς τὸ ἀπρεπές τι καὶ ἀνάρμοστον ἐλθεῖν ἠξίου· δίκαιος ἂν εἴη τοῖς ἰδίοις ἔργοις τὴν περὶ τοῦ καλοῦ βεβαιῶσαι κρίσιν, ὡς ἂν μὴ τὸ τοιοῦτον ἀκούσειεν παρὰ τοῦ κριτοῦ, ὅτι ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν· ἐμὲ πρὸς φιλανθρωπίαν παρακαλεῖς, ἧς τοῖς πέλας αὐτὸς οὐκ μεταδέδωκας; ἄφεσιν ὀφλημάτων αἰτεῖς, πῶς οὖν καταγχεῖς σὺ τὸν ὑπόχρεων; ἐξαλειφθῆναι τὸ κατὰ σοῦ χειρόγραφον εὔχῃ, ὁ δι' ἐπιμελείας φυλάσσων τὰ τῶν ὑπευθύνων συμβόλαια,

C χρεῶν αἰτεῖς ἀποκοπάς, ὁ τρέφων διὰ τῶν τόκων τὸ δάνειον· ὁ σὸς ὀφειλέτης ἐν δεσμωτηρίῳ, καὶ σὺ ἐν εὐκτηρίῳ· ἐκεῖνος ἐπὶ τοῖς ὀφλήμασιν ὀδυνᾶται· καὶ σὺ ἀφεθῆναί σοι τὴν ὀφειλὴν ἀξιοῖς· ἀνήκοος ἐστί σου ἡ προσευχή, ὑπερηχεῖ γὰρ ἡ τοῦ ὀδυνωμένου φωνή· ἐὰν λύσῃς τὸ σωματικὸν χρέος, λυθήσεταί σοι τῆς ψυχῆς τὰ δεσμά· ἐὰν συγχωρήσῃς συγχωρηθήσεται· σεαυτῷ δικάσεις, σεαυτῷ νομοθετήσεις, τῇ πρὸς τὸν ὑποχείριον διαθέσει τὴν ἄνωθεν ψῆφον ἐπὶ σεαυτοῦ φέρων. τοιοῦτον τί μοι δοκεῖ καὶ ἐν ἑτέρῳ λό-

D γῳ διδάσκειν ὁ κύριος διηγηματικῶς τὸ δόγμα τοῦτο παρατιθέμενος, ἔνθα βασιλεύς τίς ἐστιν ἐν τῷ διηγήματι, φοβερῶς προκαθήμενος· καὶ τοὺς οἰκέτας εἰς κρίσιν ἄγων, καὶ τῶν οἰκονομηθέντων παρ' ἑκάστου τὴν γνῶσιν ἐπιζητῶν· προσαχθέντος δέ τινος τῶν χρεωφειλετῶν, καὶ φιλανθρωπίας τετυχηκότος, ἐπειδὴ προσαιτῶν ἀντὶ τῆς τῶν χρημάτων ἐκτίσεως τὴν ἱκετηρίαν προσήγαγεν,

εἶτα κατὰ τοῦ ὁμοδούλου ἐπιμετρείᾳ ὀφλήματι πικρός τε καὶ ἀπηνῶς διατεθέντος, ὀργιζόμενον ἐποίησε τῇ πρὸς τὸν ὁμόδουλον ἀπηνείᾳ τὸν βασιλέα· καὶ προσέταξε τοῖς βασανισταῖς, πάγχυ αὐτὸν τῆς τοῦ βασιλέως οἰκίας ἀλλοτριῶσαι, ἐπὶ τοσοῦτόν τε παρατεῖναι τὴν κόλασιν, ἕως ἂν τὴν ἀξίαν τιμωρίαν ἀναποπληρώσῃ. ἀληθῶς γὰρ ὀβολοί τινές εἰσιν ἁπλοῖ τε καὶ εὐαρίθμητοι πρὸς μυριάδας ταλάντων παραβαλλόμενοι, τὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν εἰς ἡμᾶς ὀφλήματα συγκρίσει τὸν Θεὸν τῶν ἡμετέρων πλημμελημάτων. ζημία πάντως ἐστὶν ἡ ὕβρεως ἀφορμὴ παρά τινος γεγενημένη, ἡ οἰκέτου κακία, ἢ καὶ εἰς σωματικὸν θάνατον ἐπιβουλή· εἶτα σὺ πρὸς τὴν ἄμυναν τούτων ἐν φλεγμονῇ καρδίας ἐξερεθίζῃ, καὶ πᾶσαν τὴν ἐπίνοιαν εἰς τὴν τῶν προλελυπηκότων τιμωρίαν ἀναζητεῖς, οὐ λογίζῃ· εἰ μὲν πρὸς οἰκέτην ὁ θυμὸς φλεγμαίνοι· ὅτι οὐ φύσις, ἀλλὰ δυναστεία πρὸς δουλείαν τε καὶ κυριότητα τὸ ἀνθρώπινον ἔσχισεν; τῷ γὰρ ἀνθρώπῳ δουλεύειν ὁ τῶν πάντων οἰκονόμος τὴν ἄλογον φύσιν μόνην ἐνομοθέτησε, καθώς φησιν ὁ προφήτης, ὅτι πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, καὶ τὰ πετεινὰ καὶ τὰ κτήνη, καὶ τοὺς ἰχθύας. ταῦτά τε καὶ δοῦλα προσαγορεύει φησάσης ἑτέρωθι τῆς προφητείας· διδόντι τοῖς κτήνεσι τροφὴν αὐτῶν, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων. τὸν δὲ ἄνθρωπον τῇ αὐτεξουσίᾳ χάριτι κατεκόσμησεν. ὥστε τὸ ἴσον ἔχει σοι τῷ τῆς φύσεως ἀξιώματι, ὁ ὑπεζευγμένος συνηθείᾳ καὶ νόμῳ, οὔτε παρὰ σοῦ γέγονεν, οὔτε ἐν σοὶ ζῇ· οὔτε τὰς σωματικάς τε καὶ τὰς ψυχικὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας παρὰ σοῦ λαβὼν ἔχει. τί οὖν τοσοῦτον ἐπιζέεις κατ' αὐτοῦ τῷ θυμῷ, ῥαθυμήσαντός τινος, ἢ ἀποστήσαντος, ἢ τάχα καταφρόνησιν ἐνδειξαμένου σοι κατὰ πρόσωπον; δέον πρὸς ἑαυτὸν βλέπειν, οἷος σὺ γέγονας τῷ δεσπότῃ τῷ πλάσαντί σε καὶ παραγαγόντι διὰ γενέσεως, καὶ κοινωνόν σε τῶν ἐν τῷ κόσμῳ θαυμάτων ποιήσαντι; τῷ προθέντι τὸν ἥλιον εἰς ἀπόλαυσιν, καὶ πάσας τὰς τοῦ ζῆν ἀφορμὰς ἐκ τῶν στοιχείων χαρισαμένῳ, ἐκ γῆς τε καὶ πυρὸς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος; τῷ παρασχομένῳ τὴν διανοητικὴν χάριν, τὴν ἀντιληπτικὴν αἴσθησιν, τὴν διακριτικὴν καλοῦ τε καὶ χείρονος ἐπιστήμην;

A deinde ob modicum debitum aduerſus conſeruum acerbè ſeſe & inhumaniter geſſiſſet, ex humanitate aduerſus conſeruum iram regis prouocauit: qui quæſitoribus & tortoribus præcepit, vt eum penitus à domo regis alienarent, atque eò vſque ſupplicium prorogarent, quoad meritas pœnas dediſſet. Nam oboli quidem reuera viles & numeratu faciles ſunt, cum innumeris talentis comparati, aduerſum nos debita fratrum, ſi cum noſtris aduerſus Deum delictis conferantur. Damnoſa prorſus eſt vel iniuriæ occaſio ab aliquo præbita, vel ſerui nequitia, vel etiam inſidiæ vitæ corporali B ſtructæ, & tu ad vlciſcendum eiuſmodi incommoda per inflammationem cordis accenderis & irritaris, & nihil non comminiſceris & excogitas, quo vlciſcaris eos, à quibus iniuria laceſſitus ſis, non excogitas (ſi aduerſus ſeruum nimirum ira exarſeris) quod non natura, ſed vis in ſeruitutem pariter & dominationem genus humanum ſcidit atque diuiſit? Nam homini ſeruire vnam rationis expertem naturam, rerum vniuerſarum adminiſtrator lege conſtituit & C ſanxit, vt inquit Propheta, Omnia ſubiecisti ſubter pedes eius, oues & boues vniuerſas, volucres & iuméta, & piſceis. *Pſal. 8.* Atque hæc etiam ſerua appellat, cùm in alio loco Propheta dicat: Danti pecoribus alimentum ipſorum, & herbam ſeruitio hominum: hominem verò propriæ ac liberæ voluntatis gratia ac dono decorauit. *Pſal. 104.* Itaque quantum ad naturæ dignitatem attinet, eiuſdem tecum conditionis is eſt, qui lege atque conſuetudine tibi ſubditus eſt, neque à te factus eſt, neque per te viuit: neque corporis pariter & animi efficacias abs te habet D acceptas. Quid igitur aduerſus eum iracundia tantopere efferueſcis, ſiquis negligentior & demiſſiori animo, aut fugitiuus fuerit, vel palàm fortaſſis aduerſus te contumaciorem ſe exhibuerit? cùm te ipſum inſpicere oporteat, qualis tu aduerſus dominum fueris, qui te formauit, qui te per natiuitatem produxit, & miraculorum mundi participem fecit? qui ſolem ad fruendum propoſuit, & ex elementis omnia viuendi ſubſidia præbuit, ex terra, ex igni, ex aëre, & aqua? qui donum cogitandi, animaduertendi intelligendique præbuit? qui apprehendendi & defendendi ſenſum, qui bonũ à malo diſcernendi ſcientiã dedit?

A quî fieri igitur poteſt, vt tu eiuſmodi Domino obedias? vt eum non offendas? an non à dominatu deſciuiſti? an nō ad peccatum profugiſti? an nō improbum Dominum pro bono amplexus es? an non quantum in te fuit, deſertam Domini domum reliquiſti, cùm vbi collocatus eras ad operandum & cuſtodiendum, inde diſceſſiſti? atque enumerata delicta, an nō Deo teſte, qui vbique eſt, & omnia intuetur, aut cōmittis, aut dicis, aut cogitas ea, quæ animo concipere non oportet? Et talis cùm ſis, & tot nominibus obnoxius, magnum aliquid conſeruo largiri te putas, ſi ad aliquod eius in te peccatū ex animi lenitate conB niueas? Si igitur Deo pro miſericordia atque venia preces oblaturi ſimus, conſcientia fiduciā nobis paremus, vt vitam noſtram aduocatam & patronam huic voci præficiamus, & vere dicamus: Et nos remiſimus debentibus nobis. Sed quid ſibi vult id, quod modò dictis ſtatim adiectum eſt? neceſſarium exiſtimo ne hoc quidem preterire inexcuſſum & inexplicatum, vt ſcientes quidnam oremus, non corpore, ſed animo ſupplicationem offeramus: *Ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo.* Quænam, fraC tres, horum verborum vis eſt? Videtur mihi Dominus multis ac diuerſis vocabulis Malum illū nominare, dum iuxta differentiam paruarū efficientiarum & improborum exercitiorum, multis nominibus eum appellat, Diabolum, Beelzebul, Mammonam, principem mundi, homicidam, improbum, patrem mendacij, aliiſq; ſimilibus. Forſitan igitur vnum aliquod ex iis, quę circa eum intelliguntur, nominibus eſt etiā tentatio, ac confirmat nobis eiuſmodi opinionem concordantia atque conueniētia dictorum. Cùm dixiſſet enim. Ne inducas nos in D tentationem: ſubiūxit, liberari à Malo: quaſi res eadem per vtrumque nomen ſignificetur. Nam ſi is, qui non ingreſſus eſt in tentationem, prorſus extra malum eſt: atque is, qui in tentationē incidit, in malo neceſſario verſatur: vtiq; tentatio & Malus ſignificatione vnum quidem ſunt. Ad quid igitur nos eiuſmodi ora-
1.Ioan.5. tionis doctrina hortatur? Vt euitemus ac fugiamus eas res, quæ per hunc mundum ſpectantur, quemadmodum alibi dicit ad diſcipulos: Totus mundus in malo ſitus eſt. Ergo qui extra malū eſſe vult, neceſſariò ſeſe à mūdo ſegregabit.

A πῶς σὺ πρὸς τὸν τοιοῦτον δεσπότην ἔσῃ καταπειθὴς καὶ ἀπρόσκοπτος; οὐκ ἀπέστης τῆς δεσποτείας; οὐκ ἐδραπέτευσας πρὸς τὴν ἁμαρτίαν; οὐκ ἀντηλλάξω τὴν πονηρὰν δεσποτείαν; οὐ τό γε ἐπὶ σοὶ ἔρημον τὴν τοῦ δεσπότου κατέλιπες οἰκίαν, ἐν ᾧ ἐτάχθης ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν, ταύτου ἀποφοιτήσας; τὰ δὲ καθ᾽ ἕκαστον ἐξητασμένα πλημμελήματα, οὐχ ὑπὸ μάρτυρι τῷ Θεῷ τῷ πανταχοῦ ὄντι, καὶ πάντα ἐφορῶντι, ἢ πράττεις ἢ λέγεις, ἢ φρονεῖς τὰ μὴ δέοντα; εἶτα τοιοῦτος ὢν, καὶ τοσούτοις ὑπόχρεως, μέγα τι οἴῃ τῷ ὁμοδούλῳ χαρίζεσθαι, ἤτοι τῶν εἰς σὲ πλημμεληθέντων παρίδοις; B εἰ τοίνυν μέλλοιμεν προσάγειν τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ τοῦ ἐλέους καὶ τῆς συγγνώμης παράκλησιν, παρασκευάσωμεν τῷ συνειδότι τὴν παρρησίαν, ὡς τὸν βίον συνήγορον τῆς φωνῆς ταύτης παραστήσασθαι, καὶ εἰπεῖν ἀληθῶς· ὅτι καὶ ἡμεῖς ἀφήκαμεν τοῖς ὀφείλουσιν ἡμῖν. τί βούλεται δὲ τὸ ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις προσκείμενον, ἀναγκαίως οἶμαι μηδὲ τοῦτο παραδραμεῖν ἀθεώρητον, ὡς ἂν εἰδότες ὃ προσευχόμεθα, ψυχῇ καὶ μὴ σώματι ἱκεσίαν προσάγωμεν· μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν· ἀλλὰ C ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. τίς, ἀδελφοί, τῶν εἰρημένων ἡ δύναμις; δοκεῖ μοι πολυτρόπως τε καὶ διαφόρως ὁ κύριος τὸν κακὸν ὀνομάζειν, κατὰ τὰς τῶν πονηρῶν ἐνεργειῶν διαφορὰς πολυωνύμως αὐτὸν ἀποκαλῶν, διάβολον, Βεελζεβούλ, Μαμμωνᾶν, ἄρχοντα τοῦ κόσμου, ἀνθρωποκτόνον, πονηρόν, πατέρα ψεύδους, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. τάχα τοίνυν ἓν τῶν περὶ αὐτὸν νοουμένων ὄνομά τι ἐστὶ καὶ ὁ πειρασμός, καὶ βεβαιοῖ τὴν τοιαύτην ἡμῖν ὑπόνοιαν ἡ τῶν εἰρημένων σύστασις. εἰπὼν γάρ, μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἐπήγαγε τὸ D ῥυσθῆναι ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὡς τοῦ αὐτοῦ δι᾽ ἑκατέρων τῶν ὀνομάτων σημαινομένου. εἰ γὰρ ὁ μὴ εἰσελθὼν εἰς πειρασμόν, ἔξω πάντως ἐστὶ τοῦ πονηροῦ· καὶ ὁ ἐν τῷ πειρασμῷ γενόμενος, ἐν τῷ πονηρῷ κατ᾽ ἀνάγκην γέγονεν· ἄρα ὁ πειρασμός τε καὶ ὁ πονηρὸς ἕν τι κατὰ τὴν σημασίαν ἐστί. τί οὖν ἡμῖν ἡ τοιαύτη διδασκαλία τῆς προσευχῆς ἐγκελεύεται; τὸ ἔξω γίνεσθαι τῶν κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον θεωρουμένων, καθώς φησιν ἑτέρωθι πρὸς τοὺς μαθητάς· ὅτι ὅλος ὁ κόσμος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. οὐκοῦν ὁ ἐκτὸς γενέσθαι τοῦ πονηροῦ θέλων, ἐξ ἀνάγκης τοῦ κόσμου ἑαυτὸν ἀποικιεῖ.

οὐ γὰρ ἔχει χώραν ὁ πειρασμὸς τῆς ψυχῆς ἅψασθαι, εἰ μὴ καθάπερ τι δέλεαρ τὴν κοσμικὴν ταύτην ἀσχολίαν τῷ πονηρῷ ἀγκίστρῳ τοῖς λιχνοτέροις προτείνειεν. μᾶλλον δὲ σαφέστερον ἂν ἡμῖν δι' ἑτέρων ὑποδειγμάτων τὸ νόημα γένοιτο. χαλεπὴ πολλάκις ἐκ τρικυμίας ἐστὶν ἡ θάλασσα· ἀλλ' οὐχὶ καὶ τοῖς πόρρωθεν ἀποικιζομένοις αὐτῆς. φθαρτικὸν τὸ πῦρ, ἀλλὰ τῆς ὑποπιπτούσης ὕλης. δεινὸς ὁ πόλεμος, ἀλλὰ μόνοις τοῖς κοινωνοῦσι τῆς παρατάξεως. ὥσπερ δὲ ὁ τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τοῦ πολέμου φυγεῖν καλῶν, εὔχεται μὴ ἐκπεσεῖν πολέμῳ· καὶ ὁ τὸ πῦρ δεδοικὼς, τὸ μὴ ἐν αὐτῷ γενέσθαι· καὶ ὁ φρίττων τὴν θάλασσαν, τὸ μὴ εἰς ἀνάγκην ναυτιλίας ἐλθεῖν· οὕτω καὶ ὁ τοῦ πονηροῦ τὴν προσβολὴν δεδοικὼς, εὔχεσθαι τὸ μὴ ἐν αὐτῷ γενέσθαι. ἐπεὶ δὲ, καθὼς προειρήκαμεν, ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι τὸν κόσμον ὁ λόγος φησίν· ἐν δὲ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασιν αἱ τῶν πειρασμῶν ἀφορμαί· καλῶς καὶ προσηκόντως ὁ ῥυσθῆναι ἀπὸ τοῦ πονηροῦ εὐχόμενος, ἔξω τῶν πειρασμῶν γενέσθαι παρακαλεῖ. οὐ γὰρ ἄν τις καταπίῃ τὸ ἄγκιστρον, μὴ κατασπάσας ἐν λιχνείᾳ τὸ δέλεαρ. ἀλλ' εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς ἀναστάντες τῷ Θεῷ· ὅτι μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, τουτέστιν, εἰς τὰ τοῦ βίου κακά· ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τὴν ἰσχὺν κεκτημένου, οὗ ῥυσθείημεν χάριτι τοῦ Χριστοῦ, ὅτι αὐτῷ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A Non enim locum habet tentatio animam attingendi, niſi tanquam eſcam quandam hanc mundanam occupationem prauo hamo auidioribus porrigeret. Imò verò magis aperta nobis ſententia per alias ſimilitudines fieri poterit. Sæuum & infeſtum ex tempeſtate atque procellis ſæpenumero mare eſt: at non procul ab eo remotis. Vim abſumptricem habet ignis: ſed ſubiectæ materiæ. Dirum & atrox bellum eſt: ſed ſolis iis, qui prælij participes ſunt. Quemadmodum igitur is, qui calamitates bellicorum malorum fugit, B precatur, ne incidat in bellum: & qui ignem timet, ne in igni verſetur: & qui mare horreſcit, ne nauigandi neceſſitas incumbat: ita qui Mali impetum & incurſum metuit, precetur, ne in eum incidat. Quoniam autem, vt antè diximus, in Malo ſitum eſſe mundum, Sermo dicit: atque in mundanis negotiis tentationum occaſiones exiſtunt: rectè & conuenienter qui à Malo liberari precatur, vt tentationibus eximatur, orat. Non enim aliquis hamum deuorauerit, niſi per ingluuiem eſcam attraxerit. Verùm ſurgentes dicamus etiam nos ad Deum: Ne nos inducas C in tentationem, hoc eſt in mala ſæculi: ſed libera nos à Malo, qui in hoc mundo vires habet, à quo liberemur gratia Christi, cui potentia & gloria vnà cum Patre, & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

A

Sanċti Patris noſtri
GREGORII NYSSENI Episcopi, de Beatitudinibus.

De vita beata comparanda rationes octo.

Eodem Siſano interprete.

Oratio I.

B *Viſis autem turbis aſcendit in montem, & cum conſediſſet, acceſſerunt ad illum diſcipuli eius, & aperto ore ſuo docebat eos dicens, Beati pauperes ſpiritu, quoniam eorum eſt regnum cælorum.*

QVIS igitur in hoc cœtu talis eſt, qui & Sermonis diſcipulus ſit: & cum eo, à terrenis cõcauiſque ac humilibus cogitationibus & intelleċti-
C bus aſcendat in ſpiritualem montẽ altæ contemplationis? quĩ mõs omnem quidem vmbram ex eminentibus nequitiæ vitiique tumulis porreċtam effugit, ex omnibus autem partibus veræ lucis radio colluſtratus, in pura veritatis ſerenitate omnia quæcumq; in concauo coërcitorum & concluſorũ oculis ſubduċta ſunt, ex ſpecula conſpicienda præbet. Quæ autem ab hac altitudine conſpiciuntur, quot & qualia ſint, ipſe Deus Verbum, eorum qui vnà ſecum aſcen-
D derunt beatitudinem explicando proſequitur, tanquã digito quodam oſtendens, hinc quidem regnum cœlorum, ex altera verò parte, ſupernæ terræ hæreditatem: deinde miſericordiam, & iuſtitiam, & conſolationem, atque eam, quæ cum Deo rerum vniuerſarũ exiſtit, cognationem: & fruċtum ex perſecutionibus, quod eſt contubernalem Dei fieri: ac quæcumq; alia præterea ſi quis ex ſublimi ſpecula per ſpem deſpiciat, supernè de monte digito monſtrante Verbo in prõptu eſt videre. Quoniam

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν
ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ, ΕΙΣ τοὺς μακαρισμούς.

ΛΟΓΟΣ Α.

Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων· μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

ΤΙΣ ἄρα τοιοῦτός ἐστιν, ἐν τοῖς συνειλεγμένοις ὡς μαθητής τις εἶναι τοῦ λόγου, καὶ συναναβῆναι αὐτῷ χαμόθεν, ἀπὸ τῶν κοίλων τε καὶ ταπεινῶν νοημάτων, εἰς τὸ πνευματικὸν ὄρος τῆς ὑψηλῆς θεωρίας; ὃ πᾶσαν μὲν σκιὰν τὴν ἐκ τῶν ὑπερανεστηκότων τῆς κακίας γεωλόφων ἐκπέφευγεν, ἀπανταχόθεν δὲ τῇ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀκτῖνι περιλαμπόμενον, ἐν καθαρᾷ τῇ τῆς ἀληθείας αἰθρίᾳ πάντα δίδωσιν ἐκ περιωπῆς καθορᾶν, ὅσα τοῖς ἐν τῷ κοίλῳ καθειργμένοις ἐστὶν ἀθέατα. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ὕψους τούτου καθορώμενα, οἷα καὶ ὅσα ἐστὶν, αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος, μακαρίζων τοὺς συναναβάντας αὐτῷ διεξέρχεται, οἷον δακτύλῳ τινὶ δεικνὺς, ἔνθεν μὲν τὴν οὐρανῶν βασιλείαν, ἑτέρωθεν δὲ, τῆς ἄνω γῆς τὴν κληρονομίαν· εἶτα ἔλεον, καὶ δικαιοσύνην, καὶ παράκλησιν, καὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων γενομένην συγγένειαν· καὶ τὸν ἐκ τῶν διωγμῶν καρπὸν, ὅ ἐστι τὸ σύνοικον Θεοῦ γενέσθαι· καὶ ὅσα ἄλλα πάρεστι πρὸς τούτοις βλέπειν αὐτόθεν ἐκ τοῦ ὄρους δακτυλοδεικνοῦντος τοῦ λόγου, ἐκ τῆς ὑψηλῆς σκοπιᾶς διὰ τῶν ἐλπίδων ἀποβλεπόμενον. ἐπειδὴ οὖν ἀναβαίνει

εἰς τὸ ὄρος ὁ κύριος, ἀκούσωμεν Ἡσαΐου βοῶντος·
δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου, κἂν ἀ-
σθενῶμεν ἐξ ἁμαρτίας, ἐνισχύσωμεν, καθὼς ὑ-
φηγεῖται ἡ προφητεία, χεῖρας παρειμένας καὶ
γόνατα παραλελυμένα. εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἄκρου
γενοίμεθα, εὑρήσομεν τὸν ἰώμενον πᾶσαν νόσον
καὶ πᾶσαν μαλακίαν, τὸν τὰς ἀσθενείας ἡμῶν
ἀναλαμβάνοντα, καὶ τὰς νόσους βαστάζοντα. οὐκ-
οῦν δράμωμεν καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ἄνοδον, ἵνα
μετὰ Ἡσαΐου κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τῆς ἐλπίδος
γενόμενοι, ἴδωμεν ἐκ περιωπῆς τὰ ἀγαθὰ ἐ-
κεῖνα, ὅσα τοῖς ἀκολουθήσασιν ἐπὶ τὸ ὕψος ὁ
λόγος δείκνυσιν. ἀλλ᾽ ἀνοιξάτω καὶ ἡμῖν ὁ Θεὸς
λόγος τὸ στόμα, καὶ διδαξάτω ἡμᾶς ἐκεῖνα, ὧν ἡ
ἀκρόασις μακαριότης ἐστίν· γενέσθω δὲ ἡμῖν
ἀρχὴ τῆς θεωρίας, ἡ τῶν εἰρημένων τῆς διδασκα-
λίας ἀρχή. μακάριοι, φησίν, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύ-
ματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
εἴ τις τῶν φιλοχρύσων γράμμασιν ἐντύχοι θη-
σαυρὸν ἐν τόπῳ καταμηνύουσιν· ὁ δὲ περιέχων
τὸν θησαυρὸν τόπος, πολλοὺς ἱδρῶτας καὶ πόνους ὑ-
ποδεικνύοι τοῖς ἐπιθυμοῦσι τοῦ κτήματος· ἆρα
μαλακισθήσεται πρὸς τοὺς πόνους, καὶ καταραθυ-
μήσει τοῦ κέρδους, καὶ τὸ μηδένα κάματον ὑπὸ τῆς
σπουδῆς εἰσενέγκασθαι, γλυκύτερον τοῦ πλούτου
ποιήσεται; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ πάντας
μὲν πρὸς τοῦτο παρακαλέσει τοὺς φίλους, παν-
ταχόθεν δὲ ὡς ἂν οἷός τε ᾖ τὴν πρὸς τοῦτο βοή-
θειαν ἑαυτῷ συναγείρας τῷ πλήθει τῶν χειρῶν,
ἴδιον ποιεῖται τὸν πλοῦτον τὸν κεκρυμμένον. οὗτος
ἐκεῖνός ἐστιν ὁ θησαυρός, ἀδελφοί, ὃν καταμη-
νύει τὸ γράμμα· κέκρυπται δὲ ὑπὸ τῆς ἀσαφείας
ὁ πλοῦτος. οὐκοῦν χρησώμεθα καὶ ἡμεῖς οἱ ἐπι-
θυμηταὶ τοῦ ἀκηράτου χρυσοῦ, τῇ τῶν εὐχῶν πολυ-
χειρίᾳ, ὥστε ἡμῖν εἰς τὸ ἐμφανὲς τὸν πλοῦτον ἐλθεῖν,
καὶ πάντας ἐξ ἴσου διελέσθαι τὸν θησαυρόν, καὶ ὅλον
ἕκαστον κτήσασθαι. τοιαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ διαί-
ρεσις, ὥστε καὶ εἰς πάντας τοὺς ἀντιποιουμένους δια-
μερίζεσθαι, καὶ πᾶσαν ἑκάστῳ παρεῖναι, μὴ ἐλατ-
τουμένην ἐν τοῖς συμμετέχουσιν. ἐν μὲν γὰρ τῇ τοῦ
γηΐνου πλούτου διανομῇ ἀδικεῖ τοὺς ἰσομοιροῦντας ὁ
τὸ πλέον περισπασάμενος. ἐλαττοῖ γὰρ πάντως
τὸ μέρος τοῦ συμμετέχοντος, ὁ τὸ ἑαυτοῦ πλεονά-
σας· ὁ δὲ πνευματικὸς πλοῦτος, τὸ τοῦ ἡλίου ποιεῖ,
καὶ πᾶσι τοῖς βλέπουσιν ἑαυτὸν μερίζων, καὶ ὅλος
ἑκάστῳ παραγινόμενος. ἐπεὶ οὖν ἴσον ἑκάστῳ

A igitur aſcendit Dominus in mõtem, au-
diamus Eſaiam clamantẽ, Venite aſcen- *Eſa. 2.*
damus in montem Domini, atq; etiamſi
laboramus ex peccato, confortemus &
confirmemus, quemadmodum prophe-
tia præſcribit, manus languidas ac genua
diſſoluta. Nam ſi in ſummum iugum
euaſerimus, inueniemus qui medeatur
omni morbo, omnique languori, nempe *Eſa. 53.*
eum qui infirmitates noſtras ſuſcipit, &
morbos portat. Quocirca curramus e-
tiam nos ad aſcenſum, vt cum Eſaia in
ſummo iugo ſpei conſtituti contemple-
mur ex ſpecula, bona illa, quæ ſequutis
B altitudinẽ Verbũ oſtendit, verùm etiam
nobis Deus Verbũ os aperiat, ac doceat
nos ea, quorum auditio beatitudo eſt.
Sumatur autẽ à nobis initium contem-
plationis, & commentationis, vnde do-
ctrinæ dictorum initium cœpit. *Beati*, in-
quit, *pauperes ſpiritu: quoniã eorum eſt regnum* *Matth. 5.*
cœlorũ. Si quis auarus incidat in tabulas,
theſaurum alicubi abſconditum indi-
cantes: is autem locus, qui theſaurum
contineat, multum ſudorem & laborem
aſpirantibus ad eas opes oſtendat: nun-
quid ad labores oblangueſcet, & in lu-
C cro quærendo ſegnis erit? nullumque
præ ſtudio laborem ſumere atque defa-
tigationem ſubire diuitiis dulcius & iu-
cundius exiſtimabit? Non ita ſe res ha-
bet: non ita eſt: ſed omneis quidem ad
hoc aduocabit amicos: ex omnib. item
partibus, ex quibus poterit, auxiliis ſibi
contractis, multitudine operarum opes
illas abſconditas, ſuas facturus ſit. Hic
eſt ille theſaurus, fratres, quem ſcriptum
indicat: abſconditæ autem per obſcuri-
tatẽ diuitiæ ſunt. Igitur nos quoque qui
incorrupti auri cupidi ſumus, precum
quaſi manuum multitudine vtamur, vt
D diuitiæ nobis pateſiant, atque omnes ex
æquo theſaurum diuidamus, & totum
eum quiſque acquirat. Talis enim diui-
ſio virtutis eſt, vt & in omneis, qui eam
amplectuntur & affectant, diuidatur, &
cuique adſit vniuerſa inter participãtes
non diminuta. Nam in terrenarum qui-
dem diuitiarum diſtributione, qui plus
iuſto ad ſe traxerit, iniuriam facit iis qui
ex æquis partibus ſocij ſunt (ſocij enim
partem prorſus minuit is qui ſuam plus
iuſto auxerit) ſpirituales autem diuitiæ
idem faciunt, quod Sol, qui & omnibus
videntibus ſe impertit, & totus vnicui-
que accedit. Quoniam igitur par ab

vnoquoque lucrum ex labore ſperatur, par ab omnibus aſſeratur ad id, quod à nobis quæritur, precum adiumentum. Ac primùm quidem omnium arbitror oportere conſiderare ipſam beatitudinem, & intelligere, quidnam tandem ea ſit. Beatitudo, vt mea quidem opinio fert, comprehenſio quædã eſt omnium earum rerum quæ nomine boni intelliguntur: à qua nihil abeſt eorum, quæ pertinent ad bonorum deſiderium atq; cupiditatem. Poterit autem nobis ex comparatione contrarij planius fieri, quid per beatitudinẽ ſignificetur: contraria autem beatitudini miſeria eſt. Miſeria igitur eſt, in acerbis ac triſtibus, noſtraque voluntate non accidentibus caſibus & calamitatibus ærumna. Affectio item eorum, quæ in ipſis fiunt, in vtroque in contrarium deducta atque diuiſa eſt. Nam ei, qui quidem beatus habetur, ob res ad fruendum ſibi propoſitas lætari, ſibi placere & exultare licet: ei verò, qui miſer exiſtimatur, rebus ſibi præſentibus angi atque dolere contingit. Porrò quod verè beatum habendum ſit, ipſum diuinum numen eſt. Nam quicquid id tandẽ eſſe ponamus: beatitudo eſt illa immortalis & incorrupta vita, ineffabile pariter & inanimaduerſibile atque inexcogitabile bonum, inenarrabilis inexplicabiliſq; pulchritudo, à ſeipſa profecta, à ſeipſa data, & gratia, & ſapientia, & potentia: vera lux: fons omnis bonitatis: rebus vniuerſis præſidens ac ſuperimpoſita poteſtas: ſola amabilis, ſemper eodem modo ſeſe habens, perpetua exultatio: ſempiterna lætitia: de qua ſi quis dicat omnia quæ poſſit, nihil dicit eorum, quæ rei dignitas poſtulat atque requirit. Neque enim intelligẽtia mentiſque & ingenij agitatio attingit & aſſequitur id quod eſt, atque etiam ſi quid de illo bono vel ſublimius & altius cogitare & intelligere valeamus, nulla tamen ratione vel oratione quod cogitatur & intelligitur, enuntiatur. Quoniam autem is, qui finxit hominem, ſecundum imaginem Dei fecit eum: ſecundo loco beatum iudicandum fuerit id, quod per communicationem & participationem eius, quæ verè beatitas eſt, hoc nomine appellatur. Quemadmodum enim in præſtanti corporis forma, principalis quidem ac primaria pulchritudo in viuenti vereque ſubſiſtenti facie eſt: ſecundum verò locum ab hac obtinet id, quod ad imitationem eius in imagine atque ſimulachro oſtenditur: ita natura quoque humana, quæ eſt effigies

A τὸ ἐκ τοῦ πόνου κέρδος ἐλπίζεται, ἴσην γενέσθαι πᾶσι διὰ τῆς εὐχῆς παρὰ τῶν ζητουμένων ὑμῖν ἡ συνεργία. πρῶτον μὲν οὖν αὐτὸν φημὶ ἐγὼ δεῖν τὸν μακαρισμὸν ὅτι ποτέ ἐστιν ἐννοῆσαι. μακαριότης τοίνυν ἐστὶ κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, περίληψις πάντων τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν νοουμένων· ἧς ἄπεστι τῶν εἰς ἀγαθὴν ἐπιθυμίαν ἡκόντων οὐδέν. γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τῆς τοῦ ἐναντίου παραθέσεως γνωριμώτερον τὸ ἐκ τοῦ μακαρισμοῦ σημαινόμενον· ἐναντίον δὲ τῷ μακαρίῳ τὸ ἄθλιον. ἀθλιότης οὖν ἐστιν, ἡ ἐν τοῖς λυπηροῖς τε καὶ ἀβουλήτοις πάθεσι ταλαι-
B πωρία. μεμέρισται δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ ἐφ' ἑκατέρου τῶν ἐν αὐτοῖς γινομένων διάθεσις. ὑπάρχει γὰρ τῷ μὲν μακαριζομένῳ τὸ εὐφραίνεσθαι τοῖς προκειμένοις εἰς ἀπόλαυσιν αὐτῷ καὶ ἀγάλλεσθαι· τῷ δὲ ταλανιζομένῳ τὸ ἀνιᾶσθαι τοῖς παροῦσιν αὐτῷ καὶ ἀλγύνεσθαι. τὸ μὲν οὖν μακαριστὸν ἀληθῶς, αὐτὸ τὸ θεῖον ἐστίν. ὅτι ποτὲ γὰρ αὐτὸ εἶναι ὑποθώμεθα, μακαριότης ἐστὶν ἡ ἀκήρατος ἐκείνη ζωή, τὸ ἄρρητόν τε καὶ ἀκατανόητον ἀγαθόν, τὸ ἀνέκφραστον κάλλος, ἡ αὐτοχάρις, καὶ σοφία, καὶ δύναμις· τὸ ἀληθινὸν φῶς· ἡ πηγὴ πάσης ἀ-
C γαθότητος· ἡ ὑπερκειμένη τοῦ παντὸς ἐξουσία· τὸ μόνον ἐράσμιον, τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, τὸ διηνεκὲς ἀγαλλίαμα· ἡ ἀΐδιος εὐφροσύνη· περὶ ἧς πάντα τις ἂν δύναται λέγων, λέγει τῶν κατ' ἀξίαν οὐδέν. οὔτε γὰρ ἡ διάνοια καθικνεῖται τοῦ ὄντος, κἄν τι περὶ αὐτοῦ τῶν ὑψηλοτέρων νοῆσαι χωρήσωμεν, οὐδενὶ λόγῳ τὸ νοηθὲν ἐξαγγέλλεται. ἐπεὶ δὲ ὁ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· δευτέρως ἂν εἴη μακαριστὸν τὸ κατὰ μετουσίαν τῆς ὄντως μακαριότητος ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ γινόμενον. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς σωματικῆς
D εὐμορφίας, τὸ μὲν πρωτότυπον κάλλος ἐν τῷ ζῶντι προσώπῳ ἐστὶ καὶ ὑφεστῶτι· δευτερεύει δὲ τούτου τὸ κατὰ μίμησιν ἐπὶ τῆς εἰκόνος δεικνύμενον· οὕτως καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, εἰκὼν

οὖσα τῆς ὑπερκειμένης μακαριότητος, καὶ αὐτὴ τῷ ἀγαθῷ κάλλει χαρακτηρίζεται, ὅταν ἐφ' ἑαυτῆς δεικνύει τῶν μακαρίων χαρακτήρων ἐμφάσεις. ἀλλ' ἐπεὶ ὁ τῆς ἁμαρτίας ῥύπος τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος κάλλος ἠχρείωσεν· ἦλθεν ὁ ἐκπλύνων ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ ὕδατι, τῷ ζῶντί τε καὶ ἀλλομένῳ εἰς ζωὴν αἰώνιον, ὥστε ἡμᾶς ἀποθεμένους τὸ ἐξ ἁμαρτίας αἶσχος, πάλιν κατὰ τὴν μακαρίαν ἀνασχηματισθῆναι μορφήν. καὶ καθάπερ ἐπὶ τῆς ζωγραφικῆς τέχνης εἴποι ἄν τις πρὸς τοὺς ἀπείρους ὁ ἐπιστήμων, ἐκεῖνο καλὸν εἶναι τὸ πρόσωπον, τὸ ἐκ τοιῶνδε τῶν τοῦ σώματος μορίων συγκείμενον· ᾧ κόμη τοιάδε, καὶ ὀφθαλμῶν κύκλοι, καὶ ὀφρύων περιγραφαί, καὶ παρειῶν θέσεις, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα δι' ὧν συμπληροῦται ἡ εὐμορφία· οὕτω καὶ ὁ τὴν ἡμετέραν πρὸς τὴν τοῦ μόνου μακαρίου μίμησιν ἀναζωγραφῶν ψυχήν, τὰ καθ' ἕκαστον τῶν εἰς μακαρισμὸν συντεινόντων, ὑπογράφει τῷ λόγῳ, καί φησιν ἐν πρώτοις, μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ἀλλὰ τί κέρδος ἐκ τῆς μεγαλοδωρεᾶς γενήσεται, μὴ φανερωθείσης ἡμῖν τῆς ἐγκειμένης διανοίας τῷ λόγῳ; καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς, πολλὰ τῶν τιμίων καὶ δυσπορίστων φαρμάκων ἄχρηστα τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ ἀνόνητα μένει, ἕως ἂν εἰς ὅτι χρήσιμον ἕκαστον τούτων ἐστὶ παρὰ τῆς τέχνης ἀκούσωμεν. τί οὖν ἐστι, τὸ πτωχεῦσαι τῷ πνεύματι, δι' οὗ περιγίνεται τὸ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐγκρατῆ γενέσθαι; δύο πλούτους παρὰ τῆς γραφῆς μεμαθήκαμεν· ἕνα σπουδαζόμενον, καὶ ἕνα καταχρινόμενον. σπουδάζεται μὲν ὁ τῆς ἀρετῆς πλοῦτος· διαβάλλεται δὲ ὁ ὑλικός τε καὶ γήϊνος· ὅτι ὁ μὲν τῆς ψυχῆς γίνεται κτῆμα· ὁ δὲ πρὸς τὴν τῶν αἰσθητηρίων ἀπάτην ἐπιτηδείως ἔχει. διὸ κωλύει τοῦτον θησαυρίζειν ὁ κύριος, ὡς εἰς βρῶσιν σητῶν καὶ εἰς ἐπιβουλὴν τῶν τοιχωρυχούντων ἐκκείμενον. κελεύει δὲ περὶ τὸν τῶν ὑψηλῶν πλοῦτον τὴν σπουδὴν ἔχειν, οὗ ἡ φθαρτικὴ δύναμις οὐ προσάπτεται. σῆτα δὲ καὶ κλέπτην εἰπὼν, τὸν λυμεῶνα τῶν τῆς ψυχῆς θησαυρῶν ἐνεδείξατο. εἰ οὖν ἀντιδιαστέλλεται ἡ πτωχεία τῷ πλούτῳ, πάντως κατὰ τὴν ἀναλογίαν καὶ διπλῆν ἐστι διδαχθῆναι πτωχείαν· τὴν μὲν ἀπόβλητον, τὴν δὲ μακαρι-

A & imago ſupernæ beatitudinis, etiam ipſa bona pulchritudine deſignatur, cùm in ſeſe beatorum oſtenderit inſignium ſignificationes & repræſentationes. Sed quia peccati ſordes pulchritudinem imaginis labefactarunt & inutilem reddiderũt: venit is qui nos elueret ſua aqua, viuẽti pariter ac ſalienti in vitam æternam, vt depoſita turpitudine ex peccato contracta, ad beatam formam renouemur. Ac quemadmodum *Simile.* in arte pingẽdi ſi quis eius rei non ignarus fuerit, ad imperitos dicere poſſit, illam pulchram eſſe faciem, quæ ex talibus
B corporis partibus conſtet: cui & capillus talis, & oculorum orbes, & ſuperciliorum deſcriptiones, & genarum poſitiones, & ſingulatim omnia quibus formæ præſtãtia completur, adſint: eodem modo is, qui ad imitationem eius, quod ſolum beatum eſt, animã noſtram quaſi pingendo reconcinnat, ſingulaq; quę pertineant ad beatitudinem, ſermone deſcribit, & ait in primis, *Beati pauperes ſpiritu, quoniam eorum eſt regnũ cœlorum.* Verùm *Matth. 5.* quid lucri ex ea munificentia accedet, cùm ſententia, quæ in iis verbis continetur, nobis declarata non ſit? Etenim
C in medicina multa pretioſa comparatuque atque inuentu difficilia medicamenta infrugifera inutiliaque ignorantibus manent, donec ab arte audiuerimus, ad quid horum quodque vtile ſit. Quid igitur eſt, pauperem eſſe ſpiritu, per quod regno cœlorum potiri contingit? Duo diuitiarum eſſe genera à ſcriptura didicimus: vnum quod probetur & expetatur, alterum quod damnetur & improbetur. Expectandæ quidem atque probandæ virtutum diuitiæ ſunt: criminationibus autem obnoxię ſunt & improbantur materiales pariter atque terrenæ: quoniam illæ quidem animæ
D opes exiſtunt; hæ verò ad decipienda ſenſuũ vaſa idoneæ ſunt. Quamobrem has colligere Dominus vetat, quippe tinearum corruptioni inſidiiſq; nocturnorum furum expoſitas. Sublimium autẽ rerum diuitiis, quas vis corruptrix non attingit, ſtudere nos iubet. Tineæ autem & furis mentione facta, perniciem animæ theſaurorũ oſtendit. Si igitur diuitiis opponitur paupertas, iuxta analogiam & conuenientem rationem, duplicem planè paupertatem quoque animaduertere licet: vnam quidem reiiciendam, alteram verò, quæ beata

iudicetur. Quicumque igitur à temperantia, ſobrietate atque modeſtia nudus & inops, aut pretioſarum iuſtitiæ opum, aut ſapientiæ, aut prudentiæ, aut alîus cuiuſquam pretioſarum atque reconditarum rerum egenus, pauper, & mendicus inuenitur: paupertatis nomine ærumnoſus, ac miſerabilis eſt ob inopiam rerum pretioſarum: at qui ſponte ſua earum rerum omnium quæ per vitium & nequitiam intelliguntur, inops & egenus eſt: ac nihil ex diabolicis opibus in ſuis conclauibus reconditum habet, ſed ſpiritu feruet, & per hunc malorum ſibi paupertatē colligit & quærit, ille fuerit is, qui à Verbo in ea, quæ beata habetur, egeſtate verſari oſtenditur: cuius egeſtatis fructus eſt regnum cœlorum. Verùm reuertamur rurſus ad inſtitutum, & operam theſauro quærendo nauemus, neu deſiſtamus ſcrutatoria atque inquiſitoria ratione & oratione eruere & reuelare id, quod occultum eſt. *Beati*, inquit, *pauperes ſpiritu*. Dictum hoc quidem aliquo modo etiam in ſuperioribus eſt, & nunc iterum dicetur, quòd finis vitæ cum virtute degendæ ſit, vt quis numini diuino aſſimiletur. Atqui id quod paſſionis & affectus expers, incorruptum atque immortale eſt, vndequaque hominum effugit imitationem. Neque enim fieri poteſt, vt vita affectibus, perturbationibus vitiiſq; & caſibus obnoxia, aſſimiletur penitus & ex omnibus partibus ei naturæ, quæ neque perturbationes, neque caſus, neque affectus vllos admittit. Si igitur diuinum numen ſolum beatum eſt, vt id Apoſtolus nominat: beatitudinis verò communio hominibus per hoc contingit, ſi Deo aſſimilentur: imitatio autem expedit, & confici non poteſt: vtique humana vita beatitudinem aſſequi non poteſt. Verùm nōnulla Deitatis propria hominibus quoque propoſita ſunt, vt ſi velint, illa aſſequi imitando poſſint. Quænam igitur hæc ſunt? Videtur mihi Verbum paupertatem & inopiam ſpiritus nominare volūtariam animi humilitatem atque demiſſionem, atque huius exemplū Apoſtolus nobis Dei pau-

2. Cor. 8. pertatem proponit, dum dicit, Qui cùm diues ſit, propter nos pauper & egenus factus eſt, vt nos illius egeſtate diteſceremus. Quoniam igitur cætera omnia, quæ circa naturam diuinam conſpiciuntur, ſuperant modum humanæ naturæ: humilitas autem coalita atque conſueta nobis humi repentibus, & extra terra

A peccatrici : cùm, quod ad vitam cum virtute degendam attinet, reuera mortui quidam tabefactique ſint, nullum eorum, quę faciunt, ſenſum habent. Sed ſiquis Verbum medicus, veluti quibuſdam calidis perurẽtibúſq; medicamentis (futuri inquam iudicij horrendis & acerbis minis) eos perſtrinxerit, & terrore eorum, quæ in expectatione ſunt, cor penitus exacerbauerit, terrorem gehennę, ignem qui non extinguitur, vermem non emorientem, ſtridorem dentium, perpetuumque fletum, & tenebras exteriores, & talia vniuerſa, veluti calida
B quædam & acria medicamẽta voluptatis affectibus torpenti inferendo, refouendoque, eò vſque redegerit eum, vt ſentiat, in qua vita verſetur, beatũ eum effecerit, ſenſu doloris animo eius iniecto. Quemadmodũ etiam Paulus eum, qui in cubile patris debacchatus erat, tamdiu ſermone verberat & caſtigat, quamdiu peccatum non ſentiebat: poſteaquam autem obiurgationis medicina motus erat, quaſi iam per luctum beatum factum conſolari incipit, ne nimio dolore, inquit, talis abſorbeatur. Erit 1. Cor. 5.
C autem etiam hic nobis intellectus ad propoſitã beatitudinis ſpeculationem, & ad vitam cum virtute tranſigendam non inutilis, propterea quòd redundet quodammodo in hominum natura peccatũ: peccati verò remediũ eſſe luctum ex pœnitentia demonſtratum eſt. Sed videtur mihi Verbum, profundius quiddam quàm ea, quæ modo dicta ſunt, ſignificare, per durabilem luctus vſum, aliud præter hoc intelligendum eſſe docens. Nam ſi ſolam propter delicta reſipiſcentiam indicaret, magis conſentaneum, magiſque conueniens erat, vt
D eos, qui luxiſſent, beatos iudicaret, non eos, qui lugerent: quemadmodum exempli gratia, comparatione eius vitæ, quæ cum morbo tranſigitur, eos, qui curati ſunt, non qui perpetuò curantur, beatos iudicamus. Curationis enim prorogatio, infirmitatis quoque perpetuitatem & continuitatem ſimul indicat. Atque etiam alia ratione mihi rectum eſſe videtur, vt non ſecundum hunc ſolum intellectum ponamus, quòd Verbum propter peccatum lugentibus beatitudinem tribuat. Multos enim inueniemus, quorum vita inculpata; nulliſque criminibus obnoxia, atque

A Et quænam eiuſmodi oratio ſit, quæ aures eorum à præconum voce præcluſas penetrare poſſit? quis ita affectis perſuadebit, quòd nihil quicquã omnino differant ab iis, qui in ſcena cum pompa prodeunt? Etenim illis quoque perſona quædam ex arte polita atque ornata, veſtiſque purpurea auro intertexta iniecta eſt, & in curru magnificè inuehuntur, & tamen nullus ſuperbiæ morbus eos ex rebus eiuſmodi inuadit: ſed quo ſenſu atque ſpiritu erant antequam in ſcenam prodirent, eundẽ in animo habitum etiã in pompa cõſeruant, & poſtea non ægrè ferunt, neque anguntur, quòd & de curru deſcẽderint, & habitus ipſis detrahatur & adimatur. B At illi qui per tempus magiſtratus pompam in ſcena vitæ ducunt, neque id, quod paulo ante præteriit, neque quod paulo poſt ſequetur reputantes, quemadmodum bullæ inflatione intenduntur & intumeſcunt: eodem modo hi quoque ad claritudinem vocis præconis intumeſcunt, & alicuius alienæ perſonæ formam ſibi ſumunt, naturalem habitũ vultus mutantes, & in ſeueritatem atque terrorem componentes, ſonuſque ab eis aſperior ad audientium concuſſionem & horrorem in feritatem tranſmutatus excogitatur, nõ amplius intra terminos humanos ſe continent, ſed in diuinam, & potentiam, & poteſtatem ſe ingerunt & C intrudunt. Nam vitæ neciſque ſe poteſtatem habere credunt, quòd ex iis, qui cauſſas apud eos dicunt, alium quidem ſententia ſua ſeruant, alium verò capitis condemnant. Ac ne hoc quidem vident, quis verè humanæ vitæ poteſtatem habeat, videlicet qui & initium, & finem naturæ ſtatuit: quamquam hoc ſolum ſatis eſſet ad reprimendum vanum tumorem atque inflationem, D quòd multos magiſtratum gerentes, & in imperio conſtitutos in ipſa magiſtratus ſcena è mediis ſoliis & tribunalibus raptos, & ad ſepulchra portatos viderunt, in quibus lamentatio voces præconis excepit. Quomodo igitur alienæ vitæ poteſtatem habet is, qui à ſua ipſius vita alienus eſt? Et hic igitur ſi pauper eſt ſpiritu, ſua ſponte reſpiciens ad eum, qui propter nos pauper & egenus fuit, communemque naturæ ſortem atque conditionem ante oculos ponens, nihil contumelioſum per falſam illam magiſtratus tragœdiam atque faſtum, in commune genus ſtatuerit,

A καὶ τίς λόγος τοιοῦτος, ὡς ἐντὸς γενέσθαι τῆς ἀκοῆς αὐτῶν, τῆς ὑπὸ τῆς φωνῆς τῶν κηρύκων προκατειλημμένης; τίς πείσει τοὺς οὕτως ἔχοντας, ὅτι τῶν ἐπὶ σκηνῆς πομπευόντων οὐδ᾽ ὁποσοῦν διαφέρουσι; καὶ γὰρ ἐκείνοις καὶ προσωπεῖόν τι ἐκ τέχνης τῶν γλαφυρῶν ἐπιβέβληται, καὶ ἁλουργὶς χρυσόπαστος, καὶ ἐφ᾽ ἅρματος ἡ πομπή, καὶ ὅμως οὐδεμία νόσος αὐτοῖς ὑπερηφανίας ἐκ τῶν τοιούτων εἰσέρχεται· ἀλλ᾽ οἷοι πρὸ τῆς σκηνῆς ἦσαν τὸ φρόνημα, ἴσην ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὴν ἕξιν καὶ ἐπὶ τῆς πομπῆς διεσώσαντο, καὶ μετὰ τοῦτο οὐκ ἀνιῶνται, τοῦ τε ἅρματος ἀποβαίνοντες, καὶ τὸ σχῆμα περιαιρούμενοι. B οἱ δὲ διὰ τῆς ἀρχῆς πομπεύοντες ἐν τῇ τοῦ βίου σκηνῇ, οὔτε τὸ πρὸ βραχέος, οὔτε τὸ μετὰ βραχὺ λογιζόμενοι, καθάπερ τὰ φυσήματα αἱ πομφόλυγες περιτείνονται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι περιογκοῦνται τῇ μεγαλοφωνίᾳ τοῦ κήρυκος, ἀλλοτρίου τινὸς προσωπείου μορφὴν ἑαυτοῖς περιπλάσσουσιν, ἐξαλλάσσοντες τὴν κατὰ φύσιν τοῦ προσώπου θέσιν εἰς τὸ ἀμειδὲς καὶ ἐπίφοβον, φθόγγος τε αὐτοῖς ἐπινοεῖται τραχύτερος, πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων κατάπληξιν ἐπὶ τὸ θηριῶδες μετατυπούμενος, οὐκέτι ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις μένουσιν ὅροις, ἀλλ᾽ εἰς τὴν C θείαν δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσιν. ζωῆς γὰρ καὶ θανάτου κύριοι εἶναι πιστεύουσιν, ὅτι τῶν ἐν αὐτοῖς κρινομένων τῷ μὲν τὴν σώζουσαν νέμουσι ψῆφον, τὸν δὲ θανάτῳ καταδικάζουσι, καὶ οὐδὲ τοῦτο βλέπουσι, τίς ἀληθῶς τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς κύριος, ὁ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι καὶ τὸ τέλος ὁρίζων. καί τοι γε τοῦτο μόνον ἱκανὸν ἦν εἰς καταστολὴν τῆς χαυνότητος, τὸ πολλοὺς ἰδεῖν τῶν ἀρχόντων ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ἀρχῆς σκηνῇ ἐκ μέσων ἁρπασθέντας D τῶν θρόνων, καὶ ἐπὶ τοὺς τάφους ἐκκομισθέντας, ἐφ᾽ ὧν ὁ θρῆνος τὰς τῶν κηρύκων φωνὰς διεδέξατο. πῶς οὖν ἀλλοτρίας ζωῆς κύριος, ὁ τῆς ἰδίας ἀλλότριος; καὶ οὗτος τοίνυν εἰ πτωχεύει τῷ πνεύματι, πρὸς τὸν δι᾽ ἡμᾶς πτωχεύσαντα ἑκουσίως βλέπων, καὶ πρὸς τὸ τῆς φύσεως ὁμότιμον καθορῶν, μηδὲν ἐκ τῆς ἠπατημένης ἐκείνης περὶ τὴν ἀρχὴν τραγῳδίας εἰς τὸ ὁμογενὲς ἐξυβρίζοι,

μακαριστὸς ἀληθῶς τῆς ταπεινοφροσύνης τῆς προσκαίρου, τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἀνταλλαξάμενος. μὴ ἀποβάλῃς, ἀδελφὲ, καὶ τὸν ἕτερον τῆς πτωχείας λόγον, ὃς τοῦ κατ' οὐρανὸν πλούτου πρόξενος γίνεται. πώλησόν σου, φησὶ, πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς. καὶ γὰρ ἡ τοιαύτη πτωχεία δοκεῖ μοι μὴ ἀπάδειν τῆς μακαριζομένης πτωχείας. ἰδοὺ πάντα, ὅσα εἴχομεν, ἀφέντες ἠκολουθήσαμέν σοι, φησὶν πρὸς τὸν δεσπότην ὁ μαθητής· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; καὶ τίς ἡ ἀπόκρισις; μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. βούλει νοῆσαι, τίς ὁ πτωχεύων τῷ πνεύματι; ὁ ἀνταλλαξάμενος τὸν τῆς ψυχῆς πλοῦτον τῆς σωματικῆς εὐπορίας, ὁ διὰ τὸ πνεῦμα πτωχεύων, ὁ τὸν γήϊνον πλοῦτον οἷόν τι βάρος ἀποσεισάμενος, ἵνα μετάρσιός τε καὶ διαέριος ἄνω φέρηται, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ἐπὶ νεφέλης συμμετεωροπορῶν τῷ Θεῷ. βαρύ τι χρῆμα τὸ χρυσίον ἐστὶν, βαρεῖα πᾶσα ἡ σπουδαζομένη κατὰ τὸν πλοῦτον ὕλη· κοῦφον δέ τι καὶ ἀνωφερὲς πρᾶγμα ἡ ἀρετή. ἀλλὰ μὴν ἀντίκειται ταῦτα ἀλλήλοις, τὸ βάρος καὶ ἡ κουφότης. οὐκοῦν ἀμήχανόν τινα γενέσθαι κοῦφον, τῷ βάρει τῆς ὕλης ἑαυτὸν προσηλώσαντα. εἰ οὖν χρὴ τοῖς ἄνω προσεγγίσαι, τῶν κάτω καθελκόντων πτωχεύσωμεν, ἵνα ἐν τοῖς ἄνω γενώμεθα. τίς δὲ ὁ τρόπος, ὑφηγεῖται ἡ ψαλμῳδία· ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ὁ τῷ πτωχῷ κοινωνήσας εἰς τὴν μερίδα τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος ἑαυτὸν κατέστησε. ἐπτώχευσεν ὁ κύριος, μὴ φοβηθῇς μηδὲ σὺ τὴν πτωχείαν. ἀλλὰ βασιλεύει πάσης τῆς κτίσεως ὁ δι' ἡμᾶς πτωχεύσας. οὐκοῦν ἐὰν πτωχεύσαντι συμπτωχεύσῃς, καὶ βασιλεύοντι συμβασιλεύσεις. μακάριοι γὰρ οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A verè beatus æſtimandus, qui temporariam animi demiſſionem atque humilitatem regno cœlorum permutet. Nec tamen alteram, frater, paupertatis rationem reijcias, quæ cœleſtium diuitiarum conciliatrix eſt. Vende, inquit, omneis tuas facultates, & da pauperibus, & veni, ſequere me, & habebis theſaurũ in cœlis. Etenim eiuſmodi paupertas non videtur mihi diſcrepare ab ea egeſtate, quæ beata iudicatur. Ecce omnibus, *Matth. 19.*
quæcumq; habebamus, relictis, ſequuti ſumus te, inquit diſcipulus ad Dominum: quid igitur erit nobis? Et quod eſt
B reſponſum? Beati pauperes ſpiritu, quo- *Ibidem.*
niam eorum eſt regnum cœlorum. Vis *Pauper ſpiritu.*
intelligere, quis pauper ſpiritu ſit? qui corporalem opulentiam animæ diuitiis permutat: qui propter ſpiritum egenus eſt: qui terrenas diuitias veluti quoddã onus excuſſit, & abiecit, vt ſublimis per aërem ſurſum rapiatur, vt inquit Apo-
ſtolus, in nube vnà cũ Deo per cœleſtia *1. Theſſ. 4.*
tendens. Ponderoſa quædam res eſt aurum, oneroſa res omnis, quæ diuitiarum cauſſa expetitur: leuis verò res quædam & ſublimia petẽs eſt virtus. Verùm hæc ſibi inuicem oppoſita ſunt, ponderoſum
C & leue. Ergo nulla ratione effici poteſt, vt leuis ſit is, qui ſeſe pondere materiæ affigit. Si igitur ad ſuperna nos accedere oportet, ab iis, quæ deorſum trahunt, inopes & egeni ſimus, vt in ſupernis verſemur. Quis autem ſit modus, quid efficiatur, præſcribit pſalmodia, Diſper-
ſit, inquiens, dedit pauperibus, iuſtitia *Pſal. 111.*
eius manet in ſæculum ſæculi. Qui pauperi impertitus fuerit, in partem eius, qui propter nos pauper fuit, ſeipſum conſtituet. Egenus fuit Dominus, ne tu quidem metuas egeſtatem. Verùm regnum obtinet omnis creaturæ, qui propter nos egenus fuit. Ergo ſi cum eo, qui egenus fuit, vnà pauper eris, cum regnante quoque vnà regnabis. Beati
D enim pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, cuius etiam nos digni habeamur per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, cui gloria & imperium, in ſæcula ſæculorum, Amen.

οὔτε ὁ δυσκίνητος ἐν πυκτικῇ τὸν κατὰ τοῦ ἐναντίου στέφανον αἱρεῖται, κἂν τρέχωμεν πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἐπιτείνει ὁ Παῦλος συμβουλεύει τὸ τάχος, λέγων· οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς διὰ σφοδροτέρας ἀεὶ τῆς κινήσεως τοῦ πρόσω εἴχετο, τὴν ὀπίσω λήθην ποιούμενος. καὶ πυκτεύων εὐκίνητος ἦν. διεώρα γὰρ τοῦ ἀνθεστῶτος τὴν προσβολὴν, καὶ περὶ τὴν βάσιν ἀσφαλὴς ἦν· καὶ ταῖς χερσὶ καθωπλισμένος, οὐ κατὰ κενοῦ τινὸς καὶ ἀνυποστάτου διεῤῥίπτει τὸ περὶ τὰς χεῖρας ὅπλον, ἀλλὰ τῶν καιρίων τοῦ παραπαλαίοντος ἥπτετο, κατ' αὐτοῦ τοῦ σώματος τὰς πληγὰς φέρων. βούλει γνῶναι τοῦ Παύλου τὴν πυκτικήν; ἴδε τὰς ὠτειλὰς τοῦ ἀνταγωνιζομένου· ἴδε τὰ ὑπώπια τοῦ ἀντιπάλου· ἴδε τὰ στίγματα τοῦ ἡττηθέντος. πάντως δὲ οὐκ ἀγνοεῖς τὸν ἀντίπαλον τὸν διὰ τῆς σαρκὸς προσπαλαίοντα, ὃν ὑπωπιάζει διὰ τῆς πυκτικῆς, ἀμύσσων τοῖς ὄνυξι τῆς ἐγκρατείας, οὗ νεκροῖ τὰ μέλη λιμῷ, καὶ δίψῃ, καὶ ψύχει, καὶ γυμνότητι, ᾧ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου ἐπιβάλλει, ὃν νικᾷ διὰ τοῦ δρόμου κατόπιν ἑαυτοῦ καταλιπὼν, ὡς ἂν μὴ ἐπισκοτοῖτο τὰς ὄψεις τοῦ ἀντιπάλου περιτρέχοντος. εἰ τοίνυν ὀξὺς καὶ εὐκίνητος ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὁ Παῦλος, καὶ ὁ Δαβὶδ πλατύνει τὰ διαβήματα τοῖς ἐχθροῖς ἐπιτρέχων, καὶ ὁ νυμφίος ἐν τῷ ᾄσματι δορκάδι κατὰ τὸ εὐκίνητον ὁμοιοῦται, ὄρη διαπηδῶν, καὶ βουνοῖς ἐφαλλόμενος· καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἔστιν εἰπεῖν, ἐν οἷς προτιμότερον εὑρίσκεται τῆς πρᾳότητος τὸ κατὰ τὴν κίνησιν τάχος, πῶς ἐνταῦθα ἐν κατορθώματος εἴδει μακαρίζει τὸ πρᾶον ὁ λόγος; μακάριοι γὰρ, φησιν, οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. ἐκείνην πάντως τὴν γῆν τὴν τῶν καλῶν εὔφορον γεννημάτων, τὴν τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς κομῶσαν, τὴν ταῖς πηγαῖς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων καταῤῥυτον, ἐφ' ἧς ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ βλαστάνει, ἧς γεωργὸν τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἀκούομεν. ἀλλ' ἔοικεν τοιοῦτόν τι φιλοσοφεῖν ὁ λόγος, ὅτι πολλὴ πρὸς τὴν κακίαν ἐστὶν ἡ εὐκολία, καὶ ὀξύῤῥοπον ἐπὶ τὸ χεῖρον ἡ φύσις· καθάπερ τὰ βαρέα τῶν σωμάτων πρὸς μὲν τὰ ἄνω παντάπασιν ἀκίνητα μένει,

A neque in arte pugilum is, qui cum maiore difficultate tardiúſque ſe mouet, coronam de aduerſario tollit: quinetiam ſi curramus pro præmio ſupernæ vocationis, intendendi celeritatem author eſt Paulus, dum dicit: Ita currite, vt aſſequamini: quoniam & ipſe per vehementiorem ſemper motum vlterius nitebatur, ea, quæ poſt tergum eſſent, obliuioni tradens: & pugnans, agilis & velox erat. Obſeruabat enim aduerſarij impetum & incurſum, circa greſſum firmus & cautus erat, & cùm manus armatas haberet, non in vanum B & inane quiddam intentabat telum, quod manibus tenebat, ſed aduerſarij opportunas atque ad ictus expoſitas patentéſque partes appetebat, aduerſus ipſum corpus, plagas ferens & intentans. Vis cognoſcere artẽ pugilis Pauli? intuere vulnera contrà certantis: aſpice liuores & ſugillata aduerſarij, vide notas & puncta victi. Omnino autem non ignoras aduerſarium, nimirum qui per carnem obluctatur, quem per artem pugnandi vnguibus continenter elacerans, ſugillat, cuius membra morC tificat fame, ſiti, frigore, nuditate, cui notas & puncta Domini imprimit & inurit, quem curſu à tergo relictum vincit, ne percurrente aduerſario tenebræ oculis ſuis offendantur. Si igitur Paulus in certaminibus agilis, acer & velox eſt, Dauid inimicos inuadens greſſus dilatat, & ſponſus in Cantico, capreæ, quod ad agilitatem & velocitatem attinet, aſſimilatur, montes tranſiliens, & in collibus ſaltans, multaque eiuſmodi proferre licet, in quibus celeritas motus lenitati præferri reperitur; quî fit, vt hîc quaſi rem præclaram & eximiam lenitaD tem Verbum beatam prædicet? Beati enim, inquit, lenes, quoniam ipſi hæreditatem terræ conſequentur, illius planè terræ (nimirum) quæ bonorum fructuum fertilis eſt, quæ ligno vitæ frondet, quæ fontibus ſpiritualiũ donorum irrigua eſt, in qua vera vitis germinat, cuius cultorem eſſe patrem Domini audimus. Verùm videtur eiuſmodi quippiam Verbum innuere atque ſignificare, quòd valde nimirum facilis in vitium & nequitiam ſit lapſus, & res propenſa præcépſque in peius natura, ſicuti grauia ac ponderoſa corpora ſurſum quidẽ verſus, prorſus immota manent,

1. Cor. 9. *2. Cor. 11.* *Pſal. 17.* *Cantic. 2.* *Matth. 5.* *Ioan. 15.*

ſin autẽ ab aliquo alto cacumine montis in præceps excutiantur & deturbentur, tanto impetu propria mole curſum incitante, in ſubiectum feruntur, vt ea celeritas nulla oratione exprimi poſſit. Quoniam igitur res noxia atque periculoſa in his velocitas eſt, beatum omnino habendum fuerit, id quod ex aduerſo intelligitur. Id autem leuitas eſt, nimirum aduerſus eiuſmodi naturæ impetus & appetitus, tardus pariter motuque difficilis habitus & aſſuetudo. Quemadmodum enim ignis, qui natura ſurſum verſus ſemper mouetur, immobilis in contrariũ curſum eſt: eodẽ modo virtus quoque cum ad ſuperiora, ſurſumque verſus acer, veloxque & prompta ſit, nihilque vnquã de celeritate remittat, ad contrarium motũ tardatur & impedita eſt. Ergo quia nimia in natura noſtra ad mala velocitas eſt, rectè in talibus quies & lenitas beata iudicatur. Nam otium & quies atque ceſſatio à malis, motus ad ſuperna teſtimonium exiſtit. Commodius autem fuerit per ipſa exempla, quæ in vita communi accidunt, orationem declarare. Duplex vniuſcuiuſq; voluntatis motus eſt, ad arbitrium quò viſum fuerit progrediens, hinc ad temperantiam, illinc ad incontinentiam. Quod autem in parte virtutis vitiique formæ dictum eſt, hoc in vniuerſo intelligatur. Scinditur enim prorſus in cõtrarios appetitus natura atque ingenium humanum, cùm vel iracundia per lenitatem atque benignitatẽ, vel ſuperbia per modeſtiam & moderationem, vel inuidia per fauorem, vel odium & ſimultas per pacificum & amicum affectum ex contrario declaratur. Quoniam igitur vita quidem humana materialis & craſſa eſt: circa materias autem perturbationes & affectus verſantur: atque omnis affectus celerem, violentum, irrepreſſibilemque habet appetitum & impetum ad expletionem voluntatis (ponderoſa enim & deorſum vergens materia eſt) idcirco beatos iudicat Dominus nõ eos, qui extra affectũ & perturbationẽ apud ſeipſos viuũt (fieri enim nõ poteſt, vt in vita materiali, materiæ penitus & affectuũ expers vita exigatur) ſed quatenus progrediendi facultas eſt, virtutis terminũ, & modũ in vita, quæ in carne tranſigitur, lenitatem dicit, ac ſatis ad beatificationem eſſe ait, ſiquis lenis & mãſuetus ſit. Non enim penitus vacuitatem affectuũ, & impatibilitatẽ humanæ naturæ præſcribit:

A Εἰ δέ τινος ἀκρωρείας ὑψηλῆς ἐπὶ τὸ πρανὲς ἀποσφαλθείη, τοσούτῳ ῥοίζῳ πρὸς τὸ ὑποκείμενον φέρεται, τῷ οἰκείου βάρους τὴν φορὰν ἐπιτείνοντος, ὡς ὑπὲρ λόγον εἶναι τὸ τάχος. ἐπεὶ οὖν χαλεπόν ἐστιν ἡ ἐν τούτοις ὀξύτης, μακαριστὸν ἂν εἴη πάντως τὸ ἐξ ἀντιστρόφου νοούμενον. τοῦτο δέ ἐστι πρᾳότης, ἡ πρὸς τὰς τοιαύτας τῆς φύσεως ὁρμὰς βραδεῖά τε καὶ δυσκίνητος ἕξις. καθάπερ γὰρ τὸ πῦρ, ἀεικίνητον τὴν φύσιν ἐπὶ τὰ ἄνω ἔχον, ἀκίνητόν ἐστι κατὰ τὴν ἐναντίαν φοράν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἀρετὴ πρὸς τὰ ἄνω καὶ ὑπερκείμενα ὀξεῖα τίς οὖσα, καὶ οὐχ ὑφιεῖσά ποτε τῆς ταχύτητος, πεπέδηται B πρὸς τὴν ἐναντίαν ὁρμήν. ἐπειδὴ τοίνυν ἐπὶ πλεονάζει κατὰ τὴν φύσιν ἡμῶν ἡ πρὸς τὰ κακὰ ταχύτης, καλῶς τὸ ἐν τοῖς τοιούτοις ἠρεμοῦν μακαρίζεται. τὸ γὰρ ἡσύχιον ἐν τούτοις, τῆς πρὸς τὰ ἄνω κινήσεως μαρτυρία γίνεται. κρεῖττον δ' ἂν εἴη δι' αὐτῶν τῶν κατὰ τὸν βίον ὑποδειγμάτων σαφηνίσαι τὸν λόγον. διπλῆ τῆς ἑκάστου προαιρέσεως ἐστὶν ἡ κίνησις, κατ' ἐξουσίαν πρὸς τὸ δόκουν προϊοῦσα, ἔνθεν πρὸς σωφροσύνην, ἐκεῖθεν πρὸς τὸ ἀκόλαστον. ὃ δ' ἐπὶ μερικῆς εἴρηται τῆς κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ κακίαν εἰδέας, τοῦτο καὶ ἐπὶ C παντὸς νοείσθω. σχίζεται γὰρ πάντως πρὸς τὰς ἐναντίας ὁρμὰς τὸ ἀνθρώπινον ἦθος, ἢ θυμοῦ πρὸς ἐπιείκειαν ἀντιδιαιρουμένου, ἢ τύφου πρὸς μετριότητα, ἢ φθόνου πρὸς εὔνοιαν, ἢ δυσμενείας πρὸς ἀγαπητικὴν καὶ εἰρηνικὴν συνδιάθεσιν. ἐπεὶ τοίνυν ὑλώδης μέν ὁ ἀνθρώπινος βίος· περὶ δὲ τὰς ὕλας τὰ πάθη· πᾶν δὲ πάθος ὀξεῖαν ἔχει καὶ ἀκατάσχετον τὴν ὁρμὴν πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ θελήματος· βαρεῖα γὰρ καὶ κατωφερὴς ἡ ὕλη· διὰ τοῦτο μακαρίζει ὁ κύριος, οὐ τοὺς ἔξω πάθους ἐφ' ἑαυτῶν βιοτεύοντας· οὐ γάρ δυνατόν ἐστιν ἐν D ὑλώδει ζωῇ τὸν ἄϋλον καθ' ὅλου καὶ ἀπαθῆ κατορθωθῆναι βίον· ἀλλὰ τὸν ἐνδεχόμενον τῆς ἀρετῆς ὅρον ἐν τῇ διὰ σαρκὸς ζωῇ τὴν πρᾳότητα λέγει, καὶ ἱκανὸν εἰς μακαρισμὸν, τὸ πρᾶον εἶναι φησίν. οὐ γὰρ καθόλου τὴν ἀπάθειαν νομοθετεῖ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει·

ἀλλ' ὅσον κάτω τῆς νοερᾶς οὐσίας ἐστίν, ἧς ἀδύνατον ἐπιβατεῦσαι τὸν λογισμὸν, μὴ διαβάντα τῷ λόγῳ ταῦτα ἅπερ, ὧν καθικνεῖται ἡ αἴσθησις. Εἰ δὲ τῇ προσηγορίᾳ τῆς γῆς ἡ ὑπερκειμένη κατονομάζεται λῆξις, θαυμάσῃς μηδὲν τῷ γὰρ ταπεινῷ τῆς ἡμετέρας ἀκοῆς συγκαταβαίνει ὁ λόγος, ὁ διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς καταβὰς, ἐπειδὴ ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν ἀνυψωθῆναι οὐχ οἷοί τε ἦμεν. Διὰ τοίνυν τῶν ἡμῖν γνωρίμων ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων παραδίδωσι τὰ θεῖα μυστήρια, ταύταις ταῖς φωναῖς κεχρημένος, ἃς ἡ συνήθεια τοῦ ἀνθρωπίνου περιέχει βίου. Καὶ γὰρ ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἐπαγγελίᾳ τὸν ἄφραστον ἐκεῖνον ἐν τοῖς οὐρανοῖς μακαρισμὸν, βασιλείαν ὠνόμασεν· ἆρα τι τοιοῦτον τῷ λόγῳ παραδεικνύων, οἷον ἡ κάτω περιέχει βασιλεία. Διαδήματά τινα ταῖς τῶν λίθων αἴγλαις περιαστράπτοντα, καὶ εὐανθεῖς ἁλουργίδας ἡδύ τι τοῖς λίχνοις ὄμμασιν ἀπαυγαζούσας, περιπόλαιά τε καὶ καταπετάσματα, καὶ ὑψηλοὺς θρόνους, καὶ δορυφόρων στοιχηδὸν περιεστώτων τάξεις, καὶ ὅσα ἄλλα προστραγῳδοῦσι περὶ τὴν τοιαύτην τοῦ βίου σκηνὴν, οἱ τὸν ὄγκον τῆς δυναστείας διὰ τῶν τοιούτων ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξαίροντες. Ἀλλ' ἐπειδὴ μέγα τι καὶ ὑπὲρ πάντα σχεδὸν τὰ ἐν ἀνθρώποις ζηλούμενα τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα κατὰ τὸν βίον ἐστὶν, διὰ τοῦτο συνεχρήσατο τῷ ὀνόματι, πρὸς τὴν τῶν ὑπερκειμένων ἀγαθῶν δήλωσιν· ὡς εἴγε ἦν ἄλλο τι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τῆς βασιλείας ἀνώτερον, δι' ἐκείνου ἂν τοῦ ὀνόματος πάντως μάλιστα ἀνεπτέρωσε ψυχὴν τοῦ ἀκούοντος, πρὸς ἐπιθυμίαν τῆς ἀφράστου μακαριότητος. Οὐδὲ γὰρ ἦν δυνατὸν ἰδίοις ὀνόμασιν ἐκεῖνα τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκκαλυφθῆναι, ἃ ὑπὲρ αἴσθησίν τε καὶ γνῶσιν ἀνθρωπίνην ἐστίν. Οὔτε γὰρ ὀφθαλμὸς εἶδεν, φησὶν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἀλλ' ὡς ἂν μὴ παντελῶς διαφύγῃ τὸν στοχασμὸν ἡ ἐλπιζομένη μακαριότης, ὡς χωροῦμεν κατὰ τὸ ταπεινὸν ἡμῶν τῆς φύσεως, οὕτω τῶν ἀνεκφωνήτων ἀκούομεν. Μὴ οὖν ἡ τῆς γῆς ὁμωνυμία πάλιν μετὰ τοὺς οὐρανοὺς καθελκέτω σου τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὴν κάτω γῆν, ἀλλ' εἴπερ ὑψώθης τῷ λόγῳ διὰ τῶν προτέρων μακαρισμῶν, καὶ τῆς οὐρανίας ἐπέβης ἐλπίδος,

A attamen ſubter intellectualem, inque mente ſola conſiſtentem naturam eſt, ad quam fieri non poteſt, vt cogitatio aſcendat, niſi ratione prius hæc, quę ſenſus aſſequitur, tranſgreſſa ſit. Quod ſi appellatione terræ, ſupernæ partes deænominantur, nihil mireris: ad humilitatem enim noſtri auditus Verbum, quaſi condeſcendendo ſeſe accommodat, qui idcirco deſcendit ad nos, quia nos ad illum tolli non poteramus. Itaque per verba & nomina nota nobis diuina myſteria tradit, his vocibus vtens, quas continet humanæ vitæ cõſuetudo. Etenim B in proximè præcedenti hanc promiſſione; inexplicabilis illam in cœlis beatitudinem, regnum appellauit: numquid eiuſmodi quippiam indicans oratione, quale continet regnum infernum? diademata quędam lapidum ſplendore circum fulgurantia, floridas veſtes purpureas, iucundum quendam oculis delicatis ſplendorem reddentes, veſtibula, aulæa, ſublimia ſolia, ſatellitum armigerorumque ordine circumſtantium cohortes, ac quæcumque alia in modum tragicorum ſpectaculorum circa eiuſmodi vitæ ſcenam addunt hi qui C amplitudinem principatus per eiuſmodi res in maius extollunt? Sed quoniam magnum quiddam, & ſupra omnia propemodum, quę magni fiunt inter homines, regni nomen in vita eſt: idcirco vſus eſt etiam eo ad ſupernorum bonorũ declarationem. Nam ſi quidẽ aliud quippiam excellentius, quàm regnum apud homines eſſet, per illud potiſſimum nomen animum prorſus audientis ſurſum quaſi alis additis euexiſſet, & erexiſſet ad inexplicabilis & inenodabilis beatitudinis ſtudium atq; cupiditatem. Neque enim fieri poterat, vt ſuis ac propriis vocabulis reuelarentur hominibus illa D bona, quæ ſuperant & ſenſum & cognitionem humanam (neque enim oculus vidit, inquit, neque auris audiuit: neque in cor hominis aſcendit.) Sed ne penitus beatitudo quæ ſperatur, coniecturam effugiat, pro captu humilis & abiectæ noſtræ naturæ ineffabilia illa nobis produntur. Ne igitur eiuſdẽ nominis terrę diuerſa ſignificatio, ſecundum cœlos mentem tuam rurſus ad infernam terram detrahat: ſed ſiquidem à Verbo erectus es per priores beatitudinũ expoſitiones, cœleſtemq; conſcendiſti ſpem,

1. Cor. 2.

οὐδὲ γὰρ δικαίου νομοθέτου τὸ ταῦτα κελεύειν, ὅσα ἡ φύσις οὐ δέχεται. τὸ γὰρ τοιοῦτον ὅμοιόν ἐστιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὰ ἔνυδρα μεθοικίζοι πρὸς τὸν ἐναέριον βίον, ἢ τὸ ἔμπαλιν ἐπὶ τὸ ὕδωρ, ὅσα τῷ ἀέρι ἐμβιοτεύει, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ καὶ κατὰ φύσιν δυνάμει πρόσφορον εἶναι προσήκει τὸν νόμον. διὰ τοῦτο τὸ μέτριόν τι καὶ πρᾷον ὁ μακαρισμὸς, οὐ τὸ παντάπασιν ἀπαθὲς ἐγκελεύεται· τὸ μὲν γὰρ ἔξω τῆς φύσεως· τὸ δὲ δι' ἀρετῆς κατορθούμενον. εἰ οὖν τὸ ἀκίνητον πρὸς ἐπιθυμίαν ὁ μακαρισμὸς ὑπετίθετο, ἀνόνητος ἂν ἦν τῷ βίῳ καὶ ἄχρηστος ἡ εὐλογία. τίς γὰρ ἂν τοῦ τοιούτου καθίκοιτο σαρκὶ καὶ αἵματι συνεζευγμένος; νυνὶ δέ φησιν οὐ τὸν ἐπιθυμήσαντά ποτε κατά τινα συντυχίαν εἶναι κατάκριτον, ἀλλὰ τὸν ἐκ προνοίας τὸ πάθος ἐπισπασάμενον. τὸ μὲν γὰρ ἐγγενέσθαι ποτὲ τοιαύτην ὁρμὴν, ἡ συγκεκραμένη τῇ φύσει πολλάκις ἀσθένεια καὶ παρὰ γνώμην παρασκευάζει· τὸ δὲ μὴ χειμάρρου δίκην παρενεχθῆναι τῇ τοῦ πάθους ὁρμῇ, ἀλλ' ἀνδρικῶς πρὸς τὴν τοιαύτην διάθεσιν στῆναι, καὶ τοῖς λογισμοῖς τὸ πάθος ἀπώσασθαι, τοῦτο τῆς ἀρετῆς ἔργον ἐστίν. μακάριοι τοίνυν οἱ μὴ ὀξύρροποι πρὸς τὰς ἐμπαθεῖς τῆς ψυχῆς κινήσεις, ἀλλὰ κατεσταλμένοι τῷ λόγῳ, ἐφ' ὧν ὁ λογισμὸς καθάπερ τις χαλινὸς ἀνασειράζων τὰς ὁρμὰς, οὐκ ἐᾷ τὴν ψυχὴν πρὸς ἀταξίαν ἐκφέρεσθαι. μᾶλλον δ' ἄν τις ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν θυμὸν πάθους τὸ τοιοῦτον ἴδοι, ὅπως ἐστὶ μακαριστὸν ἡ πρᾳότης. ἐπειδὰν γὰρ λόγος, ἢ πρᾶξίς τις, ἢ ὑπόνοια τῶν ἀηδεστέρων τὴν τοιαύτην ἀνακινήσῃ νόσον, καὶ περιζέσῃ τῇ καρδίᾳ τὸ αἷμα, καὶ διαναστῇ πρὸς ἄμυναν ἡ ψυχή· καθάπερ οἱ μῦθοι διὰ φαρμακοποσίας τινὸς εἰς ἀλόγων μορφὰς ἀλλοιοῦσι τὴν φύσιν· οὕτως ἔστιν ἐξαίφνης ἰδεῖν σῦν, ἢ κύνα, ἢ πάρδαλιν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων θηρίων ἐκ τοῦ θυμοῦ τὸν ἄνθρωπον γινόμενον. ὕφαιμος ὀφθαλμὸς· θρὶξ ἐσταλμένη καὶ ἐπιφρίσσουσα· φωνὴ τραχεῖα καὶ ἐπηξυμμένη τοῖς ῥήμασι· γλῶσσα τῷ πάθει ναρκηκυῖα, καὶ οὐχ ὑπηρετοῦσα ταῖς ἔνδον ὁρμαῖς· χείλη πεπηγότα, καὶ οὐ διαρθροῦντα τὸν λόγον, οὔτε περιστέλλοντα τῷ ὁμιλεῖν τὸ ἐγγενόμενον ὑπὸ τοῦ πάθους ὑγρότητα·

A (non enim æqui legiſlatoris eſt ea iubere, quæ natura non capit nec admittit. Nam id perinde eſt, ac ſi quis aquatilia traducat ad aëriam vitam, aut contrà ad aquam deducat ea, quæ in aëre viuunt: ſed conuenit ad proprias & naturaleis vires aptam & accommodatam eſſe legem.) Idcirco vt moderati pariter & lenes ſimus, non, vt affectuum prorſus expertes, & à perturbationibus omnino vacui ſimus, beatificatio nos hortatur: nam hoc quidem excedit naturã: illud verò virtute conficitur. Si igitur immobilitatem ad cupiditatem beatificatio B inſtitueret, nullius vſus eſſet, nihilque adiumenti ad vitam benedictio afferret. (Quis enim carni & ſanguini coniũctus id aſſequi poſſet?) nunc autem nõ eum, qui aliquo caſu cõcupierit, ſed qui conſultò vitium ſibi aſciuerit & contraxerit, condemnandum eſſe ait. Nam vt innaſcatur aliquando talis appetitus, ſæpe infirmitas inſita naturæ, etiam præter animi ſententiam efficit: verùm non in modum torrentis impetu perturbationis tranſuerſum rapi, ſed viriliter aduerſus eiuſmodi diſpoſitionem & affectum C cõſiſtere, & rationibus perturbationem diſcutere atque ſummouere, hoc virtutis eſt opus. Beati igitur illi, qui ad perturbatos & vitioſos animi motus, non procliues, præcipites atq; propenſi, ſed ratione ſedati ſunt: in quibus ratiocinatio veluti frenum quoddã impetus reprimens, non ſinit animum ad immodeſtiam, inſolẽtiam ac perturbationem rapi atque efferri. Magis autem id aliquis cernere poſſit in ea perturbatione, quæ per iracundiam contingit, quàm beata res habenda lenitas ſit. Poſteaquam enim vel verbum, vel factum, vel D ſuſpicio moleſtior minúſque iucunda eum morbum commouerit, & ſanguis circa cor efferbuerit, & animus concitatus fuerit in vltionem: quemadmodum fabulæ per medicamentorum quandam potionem, in brutorum animalium ſpecies naturam tranſmutari fingunt: ita virum repente videre licet aprum aut canem, aut pantheram, aut aliam quampiam ſimilium ferarũ ab ira factum eſſe. Oculi ſanguine ſuffuſi ſunt: capillus erectus ſurgit & inhorreſcit: vox aſpera ac verbis irritata: lingua perturbatione torpens, & non ſubſeruiens motibus inteſtinis: labia conſtricta, & non articulatè verba exprimentia, neq; cohibentia in ore præ perturbatione innatum humorem,

ſed indecorè ſpumam ſimul cum voce expuentia: tales manus: tales pedes: talis corporis diſpoſitio tota: vnoquoque membro, prout animi motus fuerit, ita diſpoſito, pariterque affecto. Si igitur hic quidem talis fuerit: is autem, qui beatitudinem ante oculos habeat, rationibus morbum mitiget ac leniat, conſtanti ſedatoque vultu, ac ſubmiſſa placidaque voce, tanquam medicus quidam ex phrenetide turpiter ſe gerẽtem arte curans: an non etiam ipſe, comparatione illius cum hoc facta dices, quòd miſerabilis quidem & abominandus ille efferatus: beatus verò iudicandus hic lenis ſit, qui non imitatus ſit vitium proximi, nec decorum habitum oris peruerterit? Quòd autem ad hanc maximè perturbationem Verbum, reſpiciat, perſpicuum eſt ex eo, quòd ſecũdùm animi demiſſionem, lenitatem nobis præſcripſit. Videtur enim alterum cum altero cohærere, ac veluti matrem quandam eius, qui circa lenitatem verſatur habitus, eſſe animi demiſſionis conſtitutionem atque tranquillitatem. Nam ſi ex animo ſuperbiam exemeris, occaſionem innaſcendi vitium iracundiæ non habebit. Contumelia enim & ignominia talis infirmitatis iraſcẽtibus cauſſa exiſtit. Ignominia autem non mouetur is, qui ſeſe animi demiſſione moderatur. Nam ſi quis cogitationem ab humana fraude vacuam ac puram habeat, & vilitatem naturæ, quam adeptus eſt, cernat, à quali initio ortus ſit, & in quem finem huius vitæ breuis fluxus atque curſus tendat, & carni coniunctas ſordes, naturæque inopiam, quòd ea nimirum per ſeſe ſufficiens non ſit ad ſui conſeruationem, niſi copia brutorum animalium ſuppleat id quod deeſt: adhæc moleſtias, luctus, calamitates & omnimodas morborum formas, quibus obnoxia vita humana eſt, à quibus nemo natura liber & immunis eſt: hæc ſi quis diligenter puro animi oculo cernat, haud facilè ad honorum defectus commouebitur & excandeſcet, quinimò contra fraudem ducet eſſe honorem, quo ob rem quampiam à proximo afficiatur: quippe cùm nihil tale in natura noſtra habeamus, quod poſſit cum dignitate & honore communionem habere, præterquam circa animum duntaxat, cuius honor non conſtat ex iis rebus quæ per hunc mundum expetun-

A ἀλλ' ἀσχημόνως τὸν ἀφρὸν τῇ φωνῇ συνεκφύοντα· τοιαῦται αἱ χεῖρες· τοιοῦτοι οἱ πόδες· τοιαύτη πᾶσα τοῦ σώματος ἡ διάθεσις, ἑκάστου τῶν μελῶν συνδιατιθεμένου τοῖς πάθεσι. Εἰ οὖν ὁ μὲν τοιοῦτος εἴη· ὁ δὲ πρὸς τὸν μακαρισμὸν βλέπων, διὰ τῶν λογισμῶν καταπραΰνοι τὴν νόσον ἐν καθεστῶτι τῷ βλέμματι, καὶ ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, καθάπερ τις ἰατρὸς ἐκ φρενίτιδος ἀσχημονοῦντα θεραπεύων τῇ τέχνῃ· ἆρ' οὐχὶ καὶ αὐτὸς ἐρεῖς ἀντιπαραθεὶς τοῦτο ἐκείνῳ, ὅτι ἐλεεινὸς μὲν καὶ βδελυκτὸς ὁ θηριώδης ἐκεῖνος· μακαριστὸς δὲ ὁ πρᾶος ὁ τῇ τοῦ πέλας κακίᾳ μὴ συνδιαστρέψας τὸ
B εὔσχημον; καὶ ὅτι πρὸς τοῦτο μάλιστα τὸ πάθος ὁ λόγος βλέπει, δῆλόν ἐστιν ἐκ τοῦ μετὰ τὴν ταπεινοφροσύνην νομοθετῆσαι ἡμῖν τὴν πραότητα. ἔοικε γὰρ ἔχεσθαι τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, καὶ οἷον μήτηρ τις εἶναι τῆς κατὰ τὸ πρᾶον ἕξεως ἡ τῆς ταπεινοφροσύνης κατάστασις. Εἰ γὰρ ὑφέλοις τοῦ ἤθους τὸν τῦφον, χώραν οὐκ ἔχει τὸ κατὰ θυμὸν ἐγγενέσθαι πάθος. ὕβρις γὰρ καὶ ἀτιμία τῆς τοιαύτης ἀρρωστίας τοῖς ὀργισθεῖσιν αἰτία γίνεται. ἀτιμία δὲ οὐχ ἅπτεται τοῦ ἑαυτὸν ταπεινοφροσύνῃ παιδαγωγήσαντος. εἰ γάρ τις κεκαθαρμένον ἔχοι τὸν λογισμὸν ἐκ τῆς ἀν-
C θρωπίνης ἀπάτης, καὶ βλέπει τὸ οὐτιδανὸν τῆς φύσεως ᾗ συγκεκλήρωται, ἀφ' οἵας ἀρχῆς τὴν σύστασιν ἔχει, καὶ εἰς ὅτι φέρεται τέλος τὸ βραχὺ καὶ ὠκύμορον τῆς τῇδε ζωῆς, καὶ τὸν συνεζευγμένον τῇ σαρκὶ ῥύπον, καὶ τὸ πενιχρὸν τῆς φύσεως τὸ μὴ εἶναι αὐτὴν αὐτάρκη δι' ἑαυτῆς πρὸς τὴν ἰδίαν σύστασιν, εἰ μὴ τῇ περιουσίᾳ τῶν ἀλόγων τὸ ἐνδέον ἀναπληρώσειεν, λύπας τε πρὸς τούτοις καὶ πένθη καὶ συμφορὰς, καὶ τε πολυτρόπους τῶν νοσημάτων ἰδέας, αἷς ὑπό-
D κειται ἡ ἀνθρωπίνη ζωὴ, ὧν οὐκ ἔστιν εἷς τις ἐκ φύσεως ἀτελής ἐστι καὶ ἐλεύθερος. ταῦτα δι' ἀκριβείας κεκαθαρμένῳ τῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ βλέπων, οὐκ ἂν ῥᾳδίως πρὸς τὰς τῶν τιμῶν ἐλλείψεις ἀγανακτήσειεν. τὸ ἐναντίον μὲν οὖν ἀπάτην ἡγήσεται τὴν ἐπί τινι προσαγομένην αὐτῷ παρὰ τοῦ πέλας τιμὴν, οὐκ ὄντος ἡμῖν ἐν τῇ φύσει τοιούτου τινος, ὃ δύναται τὴν πρὸς τὸ τίμιον κοινωνίαν ἔχειν, εἰ μὴ κατὰ ψυχὴν μόνον, ἧς ἡ τιμὴ οὐκ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον ἐπιζητουμένων συνίστα-

A ται. τὸ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ κομπάζειν, ἢ γένει σεμνύνεσθαι, ἢ πρὸς δόξαν ὁρᾶν, ἢ τὸ δοκεῖν ὑπὲρ τὸν πέλας εἶναι, δι' ὧν αἱ ἀνθρώπιναι πληροῦνται τιμαί, ταῦτα πάντα καθαίρεσις τῆς ψυχικῆς τιμῆς καὶ ὄνειδος γίνονται, ὡς μὴ ἂν ἑλέσθαι τὸν λελογισμένον τοιούτῳ τινὶ τὸ καθαρὸν τῆς ψυχῆς καταμολύνεσθαι. τὸ δὲ οὕτως ἔχειν οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐν ἕξει βαθείᾳ τῆς ταπεινοφροσύνης ἐστὶν εἶναι, ἧς κατορθωθείσης, οὐδεμίαν εἴσοδον ὁ θυμὸς κατὰ τῆς ψυχῆς ἕξει. τούτου δὲ μὴ παρόντος, ὁ ἠρεμαῖός τε καὶ ἡσύχιος κατορθοῦται βίος· ὅπερ οὐδὲν ἕτερον, εἰ μὴ πραΰτης ἐστίν, ἧς τὸ πέρας μακαρισμὸς καὶ οὐρανίας γῆς κληρονομία, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

tur. Nam ob diuitias gloriari, aut genus oſtentare, aut ad gloriam ſpectare, aut ſupra proximum eſſe videri, quibus rebus complentur honores humani, hæc omnia ſubuerſio atque dedecus animæ honoris exiſtunt, vt nemo ratione præditus & conſideratus, animæ puritatem eiuſmodi aliqua re contaminare ſuſtinuerit. Ita autem affectum & animatum eſſe, nihil eſt aliud, quam in profundo habitu animi humilitatis eſſe: qua confecta atque expedita, nullum iracundia aditum aduerſus animum habebit. Porrò iracundia procul ſummota, quieta B placidaque vita tranſigitur: quod nihil aliud niſi lenitas eſt: cuius finis beatitudo atque cœleſtis terræ hæreditas eſt, per Chriſtum Ieſum, cui gloria & imperium, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Matth. 5.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΑΚΑΡΙΣΜΟΥΣ

ΛΟΓΟΣ Γ.

Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

ΟΥΠΩ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους ἐπιβεβήκαμεν, ἀλλ' ἔτι κατὰ τὴν ὑπώρειαν τῶν νοημάτων ἐσμέν. εἰ καὶ δύο τινὰς ἤδη παραδεδύσαμεν λόφους, ἐπὶ τὴν μακαριστὴν πτωχείαν, καὶ τὴν αὐστηρὰν ταύτης πραότητα διὰ τῶν μακαρισμῶν ἀναχθέντες, ἀλλ' οὖν προσάγει τοῖς ὑψηλοτέροις ἡμᾶς ὁ λόγος, καὶ τρίτον ἡμῖν ἐφεξῆς ὕψωμα διὰ τῶν μακαρισμῶν ἀναδείκνυσι· πρὸς ὃ χρὴ πάντως ἀναδραμεῖν ὄγκον ἀποθεμένους πάντα, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὡς ἂν κοῦφοι καὶ εὐσταλεῖς ἐπὶ τοῦ ἄκρου γενόμενοι, καθαρωτέρῳ τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ διὰ τῆς ψυχῆς προσπελάσωμεν. τί τοίνυν ἐστὶ τὸ λεγόμενον; μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. γελάσει πάντως ὁ πρὸς τὸν κόσμον βλέπων, καὶ λέξει ταῦτα καταχλευάζων τὸν λόγον· εἰ μακαρίζονται κατὰ τὸν βίον οἱ ἐν πάσῃ

DE BEATITVDINIBVS,

ORATIO III.

C *Beati qui lugent: Quoniam ipſi conſolationem accipient.*

NONDVM in verticem montis euaſimus, ſed adhuc circa radices montis intellectuũ hæremus: etſi duos quoſdã iam tumulos tranſiuimus ad beatam egeſtatẽ, atque hac ſuperiorem lenitatem per beatitudinem euecti: poſt D quos tumulos ad ſublimiora nos Verbum ſubducit, ac tertiũ nobis deinceps iugum per beatitudines oſtendit: ad quod omni tumore & onere, atque tenaciter inhærente, vt inquit Apoſtolus, peccato depoſito, nos currere prorſus oportet, vt leues & expediti in cacumine conſtituti, puriori lumini veritatis per animam appropinquemus. Quid igitur eſt, quod dicitur? *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolationem accipient.* Riſum prorſus non tenebit, ſiquis ad mundum reſpiciat, & his verbis vtetur irridens atque ſubſannans Verbum: Sin in vita beati habentur, qui omni calamitate

Hebr. 12.

Matth. 5.

conficiuntur: miſeri per conſequētiam planè ſunt, quorū vita moleſtiis pariter & ægritudinibus incommodiſque vacat. Atque ita ſpecies enumerans calamitatum, riſum augebit, & amplificabit, incommoda viduitatis, & orbitatis ærumnā ante oculos proponens, damna, naufragia, captiuitates ex bellis, iniuſtas in iudicio ſententias, exilia publicationeſque bonorum, ignominias, & infamiæ notas, calamitates contractas ex morbis, cæcitates ac mutilationes, variaque corporis vitia atque detrimenta, ac ſi quid hominibus per hanc vitam incidit incommodi; quod vel corpus vel animum attingat, omnia oratione perſequetur: per quæ, vt eius opinio fert, ridiculum oſtendet Sermonem, quo lugentes beati iudicantur. Nos autem parum curantes eos, qui & humili & puſillo animo diuinos contemplantur intellectus, quantum eius fieri poterit, eas, quæ in hoc dicto altè defoſſæ iacent, diuitias penitus inſpicere conemur: vt vel per hoc planum fiat, quanta ſit differētia inter carnalem terrenamque, & ſublimem cœleſtemque intelligentiam. Ac prima quidem facie poteſt aliquis illum luctum beatum putare, qui propter delicta atque peccata exiſtit, iuxta Pauli de triſtitia doctrinam, vbi dicit, non eſſe vnam triſtitiæ ſpeciem, ſed aliam quidem mundanam, aliam verò, quæ ſecundum Deum repræſentetur. Ac mundanam quidem triſtitiā mortis effectricem eſſe, alteram verò per pœnitentiam ſalutem conficere mœrentibus. Nam reuera non poteſt non beata iudicari talis animæ perturbatio, quum animaduerſo eo, quod deterius eſt, vitam vitioſam deplorat. Quemadmodum enim in corporis morbis, quibus aliqua pars corporis ex violenta quadam læſione tabida facta fuerit, indolentia argumento eſt, mortuam eſſe, tabidam ac languidam illam partem: ſed ſi arte quadam medica vitalis denuò ſenſus corpori reſtitutus ſit, tam is qui laborat, quàm qui curationem adminiſtrant, dolente iam parte gaudent, quippe certiſſimo argumento vtentes, ad ſanitatem conuertiſſe ſe morbum, eo quòd membrum ſentire iam cœperit ea, quæ faciāt dolorem: ita nonnulli, poſtquam amiſſo ſenſu doloris, vt inquit Apoſtolus, tradiderint ſe vitæ

.Cor.7.

Triſtitia duplex.

Simile.

Epheſ.4.

A συμφοραῖς δαπανώμενοι· ἄθλιοι κατὰ τὸ ἀκόλουθον εἰσὶ πάντως, οἷς ἄλυπός τε καὶ ἀπήμων ἐστὶν ἡ ζωή. καὶ οὕτω τὰ εἴδη τῶν συμφορῶν ἐξαριθμούμενος, πλεονάσει τὸν γέλωτα, τὰ τῆς χηρείας κακὰ, καὶ τὴν τῆς ὀρφανίας ταλαιπωρίαν ὑπ' ὄψιν ἄγων· τὰς ζημίας, τὰ ναυάγια, τὰς ἐκ πολέμου αἰχμαλωσίας, τὰς ἀδίκους ἐν δικαστηρίῳ κρίσεις, μετοικισμούς τε καὶ δημεύσεις καὶ ἀτιμίας, τάς τε συμφορὰς τὰς ἐκ τῶν νόσων, οἷον πηρώσεις τε καὶ ἀκρωτηριασμοὺς, καὶ τὴν παντοδαπὴν τοῦ σώματος λώβην, καὶ εἴ τι τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὸν βίον τοῦτον συνίσταται πάθος, ἢ σώματος, ἢ ψυχῆς ἁπτόμενον, πάντα τῷ λόγῳ διεξελεύσεται, δι' ὧν ὡς οἴεται καταγέλαστον ἀποδείξει τὸν τοὺς πενθοῦντας μακαρίζοντα λόγον. B ἡμεῖς δὲ μικρὰ φροντίσαντες τῶν μικροψύχως τε καὶ ταπεινῶς διαθεωρούντων τὰ θεῖα νοήματα, ὡς ἔστι δυνατὸν κατιδεῖν τὸν ἐγκείμενον τῷ εἰρημένῳ διὰ βάθους πλοῦτον ἐπιχειρήσωμεν, ὅπως ἂν φανερὸν καὶ διὰ τούτου γένοιτο, πόσον ἐστὶ τὸ διάφορον τῆς σαρκίνης τε καὶ χοϊκῆς διανοίας, πρὸς τὴν ὑψηλήν τε καὶ ἐπουράνιον. ἔστι μὲν οὖν ἐκ C τοῦ προχείρου μακαριστὸν ὑπολαβεῖν ἐκεῖνο τὸ πένθος, τὸ ἐπὶ πλημμελήμασι καὶ ἁμαρτίαις γινόμενον, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου περὶ τῆς λύπης διδασκαλίαν, τοῦ φήσαντος, μὴ ἓν εἶναι λύπης εἶδος, ἀλλὰ τὸ μὲν κοσμικὸν τὸ δὲ κατὰ Θεὸν ἐνεργούμενον. καὶ τῆς μὲν κοσμικῆς λύπης, θάνατον εἶναι τὸ ἔργον· τὴν δὲ ἑτέραν, σωτηρίαν ἐκ μετανοίας τοῖς λυπουμένοις ἐργάζεσθαι. τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἔξω τοῦ μακαρίζεσθαι τὸ τοιοῦτον τῆς ψυχῆς πάθος ἐστὶν, ὅταν ἐν αἰσθήσει γενομένη τοῦ χείρονος, τὸν ἐν κακίᾳ βίον ἀπολοφύρηται. καD θάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματικῶν ἀρρωστημάτων, οἷς ἂν παρετὸν ἐξ ἐπηρείας τινὸς γένηταί τι μέρος τοῦ σώματος, σημεῖον τοῦ νενεκρῶσθαι τὸ παρειμένον ἡ ἀναλγησία γίνεται· εἰ δὲ κατά τινα τέχνην ἰατρικὴν ἡ ζωτικὴ πάλιν αἴσθησις ἐπανακληθείη τῷ σώματι, χαίρουσιν ἤδη πονοῦντος τοῦ μέρους, αὐτός τε ὁ κάμνων καὶ οἱ τὴν θεραπείαν προσάγοντες, τεκμηρίῳ χρώμενοι τοῦ πρὸς ὑγίειαν τρέψαι τὸ πάθος, τὸ ἐν αἰσθήσει τῶν δριμυσσόντων ἤδη γενέσθαι τὸ μέλος· οὕτως ἐπειδὰν, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἀπηλγηκότες τινὲς παραδῶσιν τῷ καθ' ἁμαρτίαν

τίαν βίῳ ἑαυτοῖς, νεκροί τινες ὄντως καὶ πε-ζοὶ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου γενόμενοι, οὐδεμίαν ἔχουσιν ὧν ποιοῦσι τὴν αἴσθησιν. εἰ δὲ καθάψαιτό τις αὐτῶν ὁ ἰατρεύων λόγος, οἷον διά τινων θερμῶν τε καὶ διακαιόντων φαρμάκων· λέγω δὲ τὴν σκυθρωπὴν τῆς μελλούσης κρίσεως ἀπειλὴν, καὶ διαβάπτοι τὴν καρδίαν τῷ φόβῳ τῶν προσδοκωμένων δριμύξειεν, γεέννης φόβον, καὶ πῦρ μὴ σβεννύμενον, καὶ ἀτελεύτητον σκώληκα, καὶ βρυγμὸν ὀδόντων, καὶ κλαυθμὸν ἀδιάλειπτον, καὶ σκότος ἐξώτερον, καὶ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα οἷόν τινα θερμὰ καὶ δριμέα φάρμακα τῷ νεναρκηκότι διὰ τὴν καθ' ἡδονὴν παθημάτων ἐπιτρίβων καὶ ἀναθάλπων, εἰς αἴσθησιν αὐτὸν ἀγάγοι τοῦ ἐν ᾧ ἦν βίου, μακαριστὸν αὐτὸν ἀπεργάσηται, τὴν ὀδυνηρὰν αἴσθησιν τῇ ψυχῇ ἐμποιήσας. καθάπερ καὶ ὁ Παῦλος τὸν τῇ κοίτῃ τοῦ πατρὸς ἐπιλυσσήσαντα, μέχρις ἐκείνου μαστίζει τῷ λόγῳ, ἕως ἀναισθήτως εἶχε τῆς ἁμαρτίας· ἐπεὶ δὲ καθίκετο τοῦ ἀνδρὸς ἡ τῆς ἐπιπλήξεως ἰατρεία, ὡς ἤδη μακάριον διὰ τοῦ πένθους γενόμενον, παρακαλεῖν ἄρχεται, ἵνα μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ, φησὶ, καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. ἔστω δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ νόημα πρὸς τὴν προκειμένην τοῦ μακαρισμοῦ θεωρίαν εἰς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον οὐκ ἄχρηστον, διὰ τὸ πλεονάζειν πως ἐν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τὴν ἁμαρτίαν· ταύτης δὲ φάρμακον τὸ ἐκ μετανοίας πένθος ἀποδέδεικται. ἀλλά μοι δοκεῖ βαθύτερόν τι τῶν εἰρημένων ὑποσημαίνειν ὁ λόγος ἐν τῇ παραταστικῇ τοῦ πένθους ἐνεργείᾳ, ἄλλο τι παρὰ τοῦτο νοεῖν ὑφηγούμενος. εἰ γὰρ μόνην τὴν ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασι μεταμέλειαν ἐπεδείκνυεν, ἀκολουθότερον ἂν ἦν τοὺς πενθήσαντας μακαρίζεσθαι, οὐ τοὺς εἰσαεὶ πενθοῦντας· ὡς ἐπὶ ὑποδείγματος συγκρίσει τῆς ἐν τῇ νόσῳ διαγωγῆς τοὺς θεραπευθέντας μακαρίζομεν, οὐ τοὺς εἰσαεὶ θεραπευομένους. ἡ γὰρ παράτασις τῆς θεραπείας, καὶ τὸ τῆς ἀρρωστίας διηνεκὲς συνενδείκνυται. καὶ ἄλλως δέ μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν μὴ τῷ τοιούτῳ μόνῳ νοήματι τίθεσθαι, ὡς τοῦ λόγου τοῖς ἐφ' ἁμαρτίαις πενθοῦσι τὸν μακαρισμὸν νέμοντος. πολλοὺς γὰρ εὑρήσομεν ἀκατηγόρητον ἐσχηκότας τὸν βίον,

A peccatrici: cùm, quod ad vitam cum virtute degendam attinet, reuera mortui quidam tabefactique ſint, nullum eorum, quę faciunt, ſenſum habent. Sed ſiquis Verbum medicus, veluti quibuſdam calidis perurẽtibúſq; medicamentis (futuri inquam iudicij horrendis & acerbis minis) eos perſtrinxerit, & terrore eorum, quæ in expectatione ſunt, cor penitus exacerbauerit, terrorem gehennę, ignem qui non extinguitur, vermem non emorientem, ſtridorem dentium, perpetuumque fletum, & tenebras exteriores, & talia vniuerſa, veluti calida
B quædam & acria medicamẽta voluptatis affectibus torpenti inferendo, refouendoque, eò vſque redegerit eum, vt ſentiat, in qua vita verſetur, beatũ eum effecerit, ſenſu doloris animo eius iniecto. Quemadmodũ etiam Paulus eum, qui in cubile patris debacchatus erat, tamdiu ſermone verberat & caſtigat, quamdiu peccatum non ſentiebat: poſteaquam autem obiurgationis medicina motus erat, quaſi iam per luctum beatum factum conſolari incipit, ne nimio dolore, inquit, talis abſorbeatur. Erit 1. Cor. 5.
C autem etiam hic nobis intellectus ad propoſitã beatitudinis ſpeculationem, & ad vitam cum virtute tranſigendam non inutilis, propterea quòd redundet quodammodo in hominum natura peccatũ: peccati verò remediũ eſſe luctum ex pœnitentia demonſtratum eſt. Sed videtur mihi Verbum, profundius quiddam quàm ea, quæ modo dicta ſunt, ſignificare, per durabilem luctus vſum, aliud præter hoc intelligendum eſſe docens. Nam ſi ſolam propter delicta reſipiſcentiam indicaret, magis conſentaneum, magiſque conueniens erat, vt
D eos, qui luxiſſent, beatos iudicaret, non eos, qui lugerent: quemadmodum exempli gratia, comparatione eius vitæ, quæ cum morbo tranſigitur, eos, qui curati ſunt, non qui perpetuò curantur, beatos iudicamus. Curationis enim prorogatio, infirmitatis quoque perpetuitatem & continuitatem ſimul indicat. Atque etiam alia ratione mihi rectum eſſe videtur, vt non ſecundum hunc ſolum intellectum ponamus, quòd Verbum propter peccatum lugentibus beatitudinem tribuat. Multos enim inueniemus, quorum vita inculpata, nulliſque criminibus obnoxia, atque

ipſius adeo diuinæ vocis teſtimonio, A cuiuſque virtutis nomine commendata fuit. Nam quæ auaritia Ioannis? quis ſimulachrorum cultus Eliæ? quod paruum aut magnum in vita illorum, hiſtoria nouit delictũ? Quid ergo? vtrùm beatitudinis expertes eos eſſe ſermo ponet, qui nec ab initio prorſus ægrotauerunt, nec remedio hoc, luctu inquam ex pœnitentia, opus habuerunt? an abſurdum fuerit, taleis à diuina beatitudine repellere & alienos arbitrari, quia neque peccauerunt, neque luctu peccatum ſanauerunt? an hac ratione ſanè peccare, quàm ſine peccato viuere præſtabilius fuerit, ſi ſolis B pœnitentibus & reſipiſcentibus gratia conſolatoris tribuitur? Beati enim, inquit, qui lugent: quoniam ipſi conſolationem accipient. Ergo quoad eius fieri poterit, ſequentes, vt inquit, Ambacum eum, qui ad ſublimia nos euehit, rurſus ſententiam, quæ contineatur in his verbis, inueſtigemus, vt diſcamus cui luctui conſolatio ſancti Spiritus propoſita ſit. Videamus igitur in vita humana, primum omnium, quid tandem ipſe luctus ſit, vel ob quas res conſletur & contrahatur. Ergo mani- C feſtum id omnibus eſt, quòd luctus ſit triſtis animi habitus & affectus, qui exiſtit propter priuationem rei alicuius, quæ placet & accepta ſit: qui luctus in iis, qui cum lætitia vitam tranſigunt, conſiſtendi locum non habet. Verbi cauſſa, prorſus aliquis in vita vtitur fortuna: omnia negotia per res iucundas ei ſecundo curſu fluunt atque procedunt: vxore delectatur: ob liberos ſibi placet: præſidio fratrum munitus & tutus eſt: authoritate præditus & honoratus in foro: charus principibus: metuendus aduerſariis: ſubditis non con- D temnendus: facilis amicis, diuitiis florens, & iiſdem in deliciis & voluptatibus fruens: ſuauis & iucundus, nullis moleſtiis preſſus, corpore robuſto: omnia conſequutus, quæcumque per hunc mundum in pretio eſſe videntur. Talis te quaque præſenti prorſus cum delectatione atque lætitia fruitur. Sed ſi aliqua mutatio proſperitatis huius inuaſerit, aut diſiunctionem chariſſimorum, aut damnum facultatum, aut aliquam corporis commodorum, ex aliquo aduerſo grauique caſu labefactionem adducens,

Matth. 5.

A καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς θείας φωνῆς μεμαρτυρημένον ἐπὶ παντὶ τῷ βελτίονι. ποία γὰρ πλεονεξία τοῦ Ἰωάννου; ποία εἰδωλολατρεία τοῦ Ἠλίου; τί μικρὸν ἢ μεῖζον κατὰ τὸν βίον ἐκείνων οἶδεν ἡ ἱστορία πλημμέλημα; τί οὖν; ἆρ' ἔξω τῆς μακαριότητος εἶναι ὁ λόγος αὐτοὺς ὑποθήσεται, τοὺς μήτε τὴν ἀρχὴν νενοσηκότας, μήτε τοῦ φαρμάκου τούτου, λέγω δὲ τοῦ ἐκ μετανοίας πένθους, εἰς χρείαν ἐλθόντας; ἢ ἄτοπον εἴη τοὺς τοιούτους τῆς θείας μακαριότητος ἀποβλήτους οἴεσθαι, ὅτι μήτε ἥμαρτον, μήτε πένθει τὴν ἁμαρτίαν ἰάσαντο; ἢ οὕτω γ' ἂν B εἴη τὸ ἁμαρτάνειν τοῦ ἀναμαρτήτως ζῆν προτιμότερον, εἰ μόνοις τοῖς μετανοοῦσιν ἡ τοῦ παρακλήτου χάρις ἀποκεκλήρωται; μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. οὐκοῦν ὡς ἐπὶ δυνατὸν ἑπόμενοι, καθώς φησιν ὁ Ἀμβακούμ, τῷ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβιβάζοντι, πάλιν τὴν ἐγκειμένην διάνοιαν τοῖς εἰρημένοις ἀναζητήσωμεν, ὡς ἂν μάθοιμεν ποίῳ πένθει πρόκειται ἡ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου παράκλησις. σκοπήσωμεν τοίνυν ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, τί ποτε πρῶτον αὐτὸ τὸ C πένθος ἐστί, καὶ ἐπὶ τίσιν συνίσταται. οὐκοῦν πρόδηλον ἅπασι τὸ τοιοῦτον, ὅτι πένθος ἐστὶ σκυθρωπὴ διάθεσις τῆς ψυχῆς, ἐπὶ στερήσει τινὸς τῶν καταθυμίων συνισταμένη, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἐν εὐθυμίᾳ διαβιούντων συνίστασθαι χώραν οὐκ ἔχει· οἷον, εὐπραγεῖ τις κατὰ τὸν βίον, πάντα κατὰ ῥοῦν αὐτῷ διὰ τῶν ἡδίων τὰ πράγματα φέρεται, τῇ γαμετῇ ἐπευφραίνεται, τοῖς παισὶν ἐπαγάλλεται, διὰ τῆς τῶν ἀδελφῶν συμμαχίας ὀχύρωται, σεμνὸς κατὰ τὴν ἀγοράν, τίμιος τοῖς δυναστεύουσι, φοβερὸς τοῖς D ἀντιτεταγμένοις, ἀκαταφρόνητος τοῖς ὑποχειρίοις, φίλοις εὐπρόσιτος, πλούτῳ κομῶν, ἀπολαυστικός, ἡδύς, ἄλυπος, σθεναρὸς τῷ σώματι. πάντα ἔχων, ὅσα τίμια κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον εἶναι δοκεῖ· ὁ τοιοῦτος πάντως ἐν εὐφροσύνῃ ἑκάστῳ τῶν παρόντων ἐπιγαννύμενος. εἰ δέ τις μεταβολὴ τῆς εὐημερίας ταύτης καθάψαιτο, ἢ διάζευξιν τῶν φιλτάτων, ἢ ζημίαν τῶν προσόντων, ἢ τινὰ πήρωσιν τῆς σωματικῆς εὐκληρίας, ἐκ πονηρᾶς τινὸς συντυχίας ἐπάγουσα,

τότε τῇ ὑπεξαιρέσει τοῦ εὐφραίνοντος, ἡ ἐναντία διάθεσις γίνεται, ἣν πένθος προσαγορεύομεν. Οὐκοῦν ἀληθὴς ὁ ἀποδιδόμενος περὶ αὐτοῦ λόγος, ὅτι πένθος ἐστὶν αἴσθησίς τις ἀλγεινὴ τῆς τῶν εὐφραινόντων στερήσεως. Εἰ δὲ νενόηται ἡμῖν τὸ ἀνθρώπινον πένθος, γενέσθω τις ὁδηγία τῶν ἀγνοουμένων τὰ πρόδηλα, ὡς ἂν φανερὸν γένοιτο, τί τὸ μακαριζόμενόν ἐστι πένθος, ᾧ ἐπακολουθεῖ ἡ παράκλησις. εἰ γὰρ ἡ τῶν προσόντων ἀγαθῶν στέρησις ἐνταῦθα τὸ πένθος ποιεῖ, οὐκ ἂν δέ τις τοῦ ἀγνοουμένου τὴν ζημίαν ἀπολοφύραιτο· γνῶναι προσήκει πρότερον αὐτὸ τὸ ἀγαθόν, ὅτι ποτέ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, εἶθ' οὕτως τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν κατανοῆσαι. διὰ γὰρ τούτου συμβήσεται τὸ μακαριζόμενον πένθος κατορθωθῆναι. οἷον γάρ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐν σκότῳ βιοτευόντων, ὅταν ὁ μὲν ἐντραφῇ τῷ ζόφῳ· ὁ δὲ τῇ ἀπολαύσει τοῦ ἔξω φωτὸς συνειθισμένος, ἐξ ἐπηρείας τινὸς κατάκλειστος γένηται, οὐχ ὁμοίως ἀμφοτέρων ἡ τῶν παρόντων καθάπτεται συμφορά. ὁ μὲν γὰρ εἰδὼς οὗ ἐστέρηται, βαρεῖαν ποιεῖται τοῦ φωτὸς τὴν ζημίαν· ὁ δὲ μηδὲ ὅλως ἐγνωκὼς τὴν τοιαύτην χάριν, ἀλύπως διαβιώσεται, διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ζόφου μηδενὸς ἐκπεπτωκέναι τῶν ἀγαθῶν λογιζόμενος· ἐκ δὲ τούτου τὸν μὲν ἡ ἐπιθυμία τῆς τοῦ φωτὸς ἀπολαύσεως, εἰς πᾶσαν ἄξει μηχανὴν καὶ ἐπίνοιαν τοῦ πάλιν ἰδεῖν οὗ ἐξ ἐπηρείας ἀπεστερήθη· ὁ δὲ καταγηράσει τῷ ζόφῳ διαβιοὺς, διὰ τὸ μὴ ἐγνωκέναι τὸ βέλτιον, ἀγαθὸν ἑαυτῷ τὸ παρὸν κρίνων. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου νοήματος, ὁ τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν κατιδεῖν ἰσχύσας, ἔπειτα τὴν πτωχείαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κατανοήσας, ἐν συμφορᾷ τὴν ψυχὴν πάντως ἕξει, τὸ μὴ εἶναι ἐν τῷ ἀγαθῷ ἐκείνῳ τὸν παρόντα βίον, πένθος ποιούμενος. Οὐκοῦν οὐ τὴν λύπην μοι δοκεῖ μακαρίζειν ὁ λόγος, ἀλλὰ τὴν εἴδησιν τοῦ ἀγαθοῦ, ᾗ τὸ τῆς λύπης πάθος ἐπισυμβαίνει, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι τῷ βίῳ τὸ ζητούμενον. ἀκόλουθον τοίνυν ἐξετάσαι τί ποτε ἄρα ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ φῶς, οὗ τὸ ζοφῶδες τοῦτο τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σπήλαιον

A tunc ſubtractione oblectamenti contraria exiſtit affectio, quam luctum appellamus. Ergo definitio eius paulò antè edita vera eſt, nimirum, quòd luctus ſit acerbus, ac dolorem capiens quidam ſenſus, priuationis earum rerum quibus homines delectantur. Si igitur intellectum eſt à nobis, quis ſit luctus humanus, ea quæ clara ac manifeſta ſunt, viam nobis quandam ad ea, quæ ignorantur, patefaciant, vt perſpicuum nobis fiat, quis ſit luctus ille beatus, quem conſequitur conſolatio. Nam ſi priuatio bonorum, quæ cuique adfuerint, B luctum efficit in hoc mundo, nemo autem ignoti boni iacturam deplorauerit: ipſum bonum cognoſcere priùs, quid tandem reuera ſit, haud alienum fuerit, atque ita deinceps humanam naturam conſiderare. Per hoc enim accidet, vt beatum luctum aſſequamur. Quale enim vſu venit in iis, qui in tenebris viuunt, cùm alius quidem in caligine natus ſit, alius autem vſui externæ lucis aſſuefactus, vi quadam eò concluſus fuerit, vt non eodem vterque modo præſenti incommodo commo- C ueatur. (Nam hic quidem, qui nouit, quo commodo priuatus ſit, grauem exiſtimat eſſe iacturam lucis, ille verò, qui nec penitus quidem cognouit talem voluptatem, ſine moleſtia vitam tranſiget, propter caliginis vſum conſuetum nullo ſe bono excidiſſe putans: atque ex hac re accidet, vt alterum quidem lucis vſus deſiderium nihil non moliri & excogitare cogat, quo rurſus videre contingat, id quo per vim priuatus eſt: alter verò propterea quòd id, quod melius eſt, ignorat, id quod ſibi adſit bonum eſſe iudicans, in caligine vitam D tranſigens conſeneſcet.) Itidem ſe res habet in propoſita ſententia atque intellectu: qui id quod verè bonum eſt, videre potuit, deinde egeſtatem humanæ naturæ animaduertit atque conſiderauit, quaſi calamitate accepta in animo ſe planè afflictabit & excruciabit, eò quòd in illo bono non verſetur, præſentem vitæ ſtatum, luctum eſſe ducens. Ergo non triſtitiam beatam ducere Verbum mihi videtur, ſed cognitionem & ſcientiam boni, cui animi doloris affectus accedit: propterea quòd id, quod quæritur, vitæ non adſit. Iam verò conſequens & proximum fuerit inueſtigare, quę tandem illa ſit vtique lux, qua obſcura hæc humanæ naturæ ſpelunca

in præſenti vita non illuminatur. Nunquid ad id forſitan, quod nec expediri, nec explicari, nec comprehendi poteſt, cupiditas ſpectat? Quæ enim in nobis cogitatio coniecturáve talis eſt, vt inueſtiget eius quod quæritur, naturam? quæ ex nominibus pariter ac verbis ſignificatio conſtans talis eſt, vt dignam in nobis ſupernæ lucis notitiam ingeneret? quomodo nominabo id, quod ſpectari non poteſt? quomodo ſuggeram atque exprimam id, quod materiæ expers eſt? quomodo oſtendam id, quod viſum effugit? quomodo comprehendam id, quod ſuperat omnem magnitudinem? quod ſub quantitatem, ſub qualitatem non cadit? quod effingi, quod aſſimilari non poteſt? quod neque loco, neque tempore deprehenditur? quod excedit omnem limitationem, & omnem definitiuam imaginationem? cuius opus eſt vita, omniumque quæ per bonum intelliguntur, ſubſtantia? circa quod omnis cogitatio, omnis animi cõceptus & intellectus ſublimis verſatur? omne nomen altum cõſideratur? Deitas, regnum, potentia, æternitas, incorruptibilitas, gaudiumque & exultatio, & omne quodcumque in altitudine tam intelligitur, quàm dicitur? Quo igitur modo, quibúſve cogitationibus, eiuſmodi nobis bonũ ante oculos poni poſſit, quod ſpectatur & non cernitur? quod rebus vniuerſis facultatem, vt ſint, præbet, ipſum verò ſemper eſt, neque vt exiſtat amplius opus habet? Verùm ne oratio fruſtra laboret, in rebus captum noſtrum ſuperantibus enitendo ſeſe intendens, ſupernorum quidem bonorum naturam, cùm fieri non poſſit, vt eiuſmodi quippiam comprehenſioni ſubijciatur, curioſè & anxiè inquirere deſinamus, tantum duntaxat ex quæſitis lucrati, vt per hoc ipſum, quòd non poſſumus perſpicere id, quod quærimus, aliquam notitiam magnitudinis rerum, de quibus quæritur, in animo formemus & imaginemur. Quantò autem cognitione noſtra altius illud eſſe natura bonum credimus, tantò magis luctum in nobis intendamus & augeamus, quòd tale ac tantũ ſit bonum, à quo diſiuncti ſumus, vt ne cognitionem quidem eius capere poſſimus. Verumtamen huius boni, quod ſuperat omnem vim comprehendendi, nos homines olim participes eramus: ac tamen erat in natura noſtra bonum illud, quod ſuperat omnem cogitationem & intellectum,

Lux vera.

A ἐν τῷ παρόντι βίῳ οὐ καταυγάζεται. ἢ τάχα οὐ πρὸς τὸ ἀδιεξόδευτόν τε καὶ ἀκατάληπτον ἡ ἐπιθυμία βλέπει; τίς γὰρ ἐν ἡμῖν λογισμὸς τοιοῦτος, ὡς ἀνιχνεῦσαι τοῦ ζητουμένου τὴν φύσιν; τίς ἐξ ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων σημασία τοιαύτη, ὡς ἀξίαν ἡμῖν ἔννοιαν τοῦ ὑπερκειμένου φωτὸς ἐμποιῆσαι; πῶς ὀνομάσω τὸ ἀθέατον; πῶς παραστήσω τὸ ἄϋλον; πῶς δείξω τὸ ἀειδές; πῶς διαλάβω τὸ ἀμήκες, τὸ ἄποσον, τὸ ἄποιον, τὸ ἀσχημάτιστον; τὸ μήτε τόπῳ, μήτε χρόνῳ διειργόμενον; τὸ ἐξώτερον παντὸς περιορισμοῦ, καὶ πάσης ὁριστικῆς
B φαντασίας; οὗ ἔργον ζωή, καὶ ἡ πάντων τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν νοουμένων ὑπόστασις; περὶ ὃ πᾶν ὑψηλόν νόημά τε καὶ ὄνομα θεωρεῖται; θεότης, βασιλεία, δύναμις, ἀϊδιότης, ἀφθαρσία, χαρά τε καὶ ἀγαλλίαμα, καὶ πᾶν ὅπερ ἐστὶν ἐν ὕψει νοούμενόν τε καὶ λεγόμενον; πῶς τοίνυν ἐστὶ καὶ διὰ ποίων λογισμῶν τὸ τοιοῦτον ἡμῖν ἀγαθὸν ὑπ' ὄψιν ἐλθεῖν, τὸ θεώμενον καὶ μὴ βλεπόμενον; τὸ πᾶσι τοῖς οὖσι τὸ εἶναι παρεχόμενον, αὐτὸ δὲ ἀεὶ ὄν, καὶ τοῦ γενέσθαι οὐ προσδεόμενον; ἀλλ' ὡς ἂν μὴ μά-
C την ὁ λόγος κάμνοι τοῖς ἀχωρήτοις ἑαυτὸν ἐπεκτείνων, τὴν μὲν ὑπερκειμένων ἀγαθῶν τὴν φύσιν, ὡς ἀμήχανον ὂν τὸ τοιοῦτον ὑπὸ κατάληψιν ἐλθεῖν, πολυπραγμονοῦντες παυσώμεθα, τοσοῦτον μόνον ἐκ τῶν ζητηθέντων κερδάναντες, ὅσον δι' αὐτοῦ τοῦ μὴ δυνηθῆναι κατιδεῖν τὸ ζητούμενον, ἔννοιάν τινα τοῦ μεγέθους τῶν ζητουμένων ἀνατυπώσασθαι. ὅσῳ δὲ τῆς γνώσεως ἡμῶν ὑψηλότερον εἶναι τὸ ἀγαθὸν τῇ φύσει πιστεύομεν, τοσούτῳ μᾶλλον τὸ πένθος ἐν αὐτοῖς ἐπιτείνομεν, ὅτι τοιοῦτόν ἐστι
D καὶ τοσοῦτον τὸ ἀγαθὸν, οὗ διεζευγμένοι τυγχάνομεν, ὡς μηδὲ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ χωρεῖν δύνασθαι. τούτου μέν τοι τοῦ ὑπεραίροντος πᾶσαν δύναμιν καταληπτικὴν, ἐν μετουσίᾳ ποτὲ ἦμεν οἱ ἄνθρωποι· καὶ τοσοῦτον ἦν ἐν τῇ φύσει ἡμῶν ἐκεῖνο τὸ ἀγαθὸν τὸ ὑπὲρ πᾶν νόημα,

ὡς ἄλλο ἐκεῖνο τὸ ἀνθρώπινον εἶναι δοκεῖν, τῇ ἀκριβεστάτῃ ὁμοιώσει κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ πρωτοτύπου μεμορφωμένον. ἃ γὰρ νῦν περὶ ἐκείνου στοχαστικῶς θεωροῦμεν, ταῦτα πάντα καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἦν, ἀφθαρσία τε καὶ μακαριότητι· καὶ τὸ αὐτοκρατὲς καὶ τὸ ἀδέσποτον, τό τε ἄλυπον καὶ ἀπραγμάτευτον τῆς ζωῆς, καὶ ἡ ἐν θειοτέροις διαγωγή· καὶ τὸ γυμνῇ τε καὶ καθαρᾷ παντὸς περικαλύμματος τῇ διανοίᾳ πρὸς τὸ ἀγαθὸν βλέπειν. ταῦτα γὰρ πάντα δι᾽ ὀλίγων ῥημάτων ὁ τῆς κοσμογενείας ἡμῖν ὑπαινίττεται λόγος, κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ λέγων πεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ ζῆν, καὶ τῶν ἐκεῖ πεφυτευμένων κατατρυφᾶν. τῶν δὲ φυτῶν ἐκείνων καρπὸς, ζωὴ καὶ γνῶσις καὶ τὰ τοιαῦτα ἐστίν. εἰ δὲ ταῦτα ἐν ἡμῖν ἦν, πῶς οὐκ ἔστι διὰ συγκρίσεως ἀντιπαραθεωροῦντα τῇ τότε μακαριότητι τὴν παροῦσαν νῦν ἀθλιότητα, μὴ ἐπιστενάζειν τῇ συμφορᾷ· τὸ ὑψηλὸν τεταπείνωται· τὸ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου γενόμενον, ἐπιγειώθη· τὸ βασιλεύειν τεταγμένον, κατεδουλώθη· τὸ εἰς ἀθανασίαν κτισθὲν, κατεφθάρη θανάτῳ· τὸ ἐν τρυφῇ τοῦ παραδείσου διάγον, εἰς τὸ νοσῶδες καὶ ἐπίπονον τοῦτο μετῳκίσθη χωρίον· τὸ τῇ ἀπαθείᾳ συντεθραμμένον, τὸν ἐμπαθῆ καὶ ἐπίκηρον ἀντηλλάξατο βίον· τὸ ἀδέσποτόν τε καὶ αὐτεξούσιον, νῦν ὑπὸ τοιούτων καὶ τοσούτων κακῶν κυριεύεται, ὡς μηδὲ ῥᾴδιον εἶναι τοὺς τυράννους ἡμῶν ἀπαριθμήσασθαι. ἕκαστον γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν, ὅταν ἐπικρατήσῃ, δεσπότης τοῦ δουλωθέντος γίνεται, καὶ καθάπερ τις τύραννος καταλαβὼν τῆς ψυχῆς τὴν ἀκρόπολιν, δι᾽ αὐτῶν τῶν ὑποχειρίων κακοῖ τὸ ὑπήκοον, ὑπηρέταις τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς πρὸς τὸ δοκοῦν ἑαυτῷ καταχρώμενος· οὕτως ὁ θυμὸς, οὕτως ὁ φόβος, ἡ δειλία, τὸ θράσος, τὸ κατὰ λύπην τε καὶ τὸ καθ᾽ ἡδονὴν πάθος, μῖσος, ἔρις, ἀνέλεος, ἀπήνεια, φθόνος, κολακεία, μνησικακία τε

A vt alterum illud humanum bonum eſſe videretur, exquiſitiſſima pleniſſimaque aſſimilatione atque imitatione ad imaginem primarij & originalis exemplaris formatum. Nam quæ nunc de illo per coniecturas ſpeculamur & imaginamur, hæc omnia circa hominem quoque erant, incorruptibilitas ſimul & beatitudo, propria, & à nullius alterius arbitrio dominióve pendens poteſtas, vita nullis negotiis implicata, nullis moleſtiis, nulla ægritudine obnoxia: ſtatioque auguſtior, atque in locis diuinis vitæ traductio, facultas item aperta ſimul
B ac pura mente omni velamēto detracto, bonum contuendi. Hæc enim omnia nobis liber de creatione mundi per ænigmata paucaque verba tecta atque inuoluta ſignificat, dum ait hominem ad imaginem Dei effictum ac formatum eſſe, & in paradiſo vixiſſe, ibique ſatis & enatis in deliciis eſſe vſum. Porrò plantarum illarum fructus, vita, cognitio, ſcientiaque & res ſimiles ſunt. Si igitur hæc in nobis erant, quî fieri poteſt, vt calamitati vtique non ingemiſcat, ſi quis hanc præſentem miſeriam cum beatitu-
C dine illa, quę tunc fuit, comparet, atque ex aduerſo examinet excutiatq; ? altum depreſſum eſt: quod ad imaginem cœleſtis factum erat, in terram redactum eſt: cui regnum deſtinatum erat, in ſeruitutem redactum eſt, quod ad immortalitatem conditum erat, morte corruptum eſt: quod in deliciis paradiſi degebat, in hoc morbis & laboribus obnoxium prædium traductum eſt, quod impatibilitati, nulliſq; affectibus & ægritudinibus aſſuetū erat, calamitoſam, fragilem & caducam inuicem vitam accepit: quod nullius dominio ſubiectum,
D quod ſui iuris, ſuæ poteſtatis, ſui arbitrij erat, nunc à tot ac talibus malis tenetur obnoxium, vt tyrannos noſtros difficile ſit enumerare. Quiuis enim eorum, qui in nobis ſunt, affectus, cùm præualuerit, dominus ſubacti & in ſeruitutem redacti exiſtit: ac veluti tyrannus quiſpiam arce animi occupata, per ipſos ſubditos vexat ac affligit obedientes, miniſtris ad id, quod ei placitum fuerit, noſtris cogitationibus abutens. Sic ira, ſic metus, ſic timiditas, ſic audacia, ægritudinis pariter & voluptatis affectus, odium, contentio, immiſericordia, ſæuitia, feritas, inhumanitáſque, inuidia, aſſentio, iniuriarum tenax memoria pariter

A & indolentia, & omnes, qui per contrarium in nobis intelliguntur affectus & perturbationes, tyrannorum quorumdam ac dominorum, pro ſuo imperio animam veluti captiuam quandam ſubigentium, enumeratio eſt. Quòd ſi quis etiam perpendat calamitates corporis, quibus natura noſtra conflictatur & implicata eſt, varias, inquam, & multimodas morborũ ſpecies, quorum omnium expers & immune erat ab initio genus humanum, multo abundãtiores lacrymas profundet, dum pro bonis res triſteis & acerbas inuicem conſiderat, incommoda commodis comparando opponit. Hoc igitur latenter & occultè docere videtur, qui
B luctum beatum eſſe prædicat, nimirum vt anima verum bonum intueatur, néve præſentis vitæ fraude immergatur: fieri enim non poteſt, vt vel ſine lacrymis viuat, ſi quis diligenter res inſpexerit & conſiderauerit, vel non in rebus triſtibus & acerbis verſari exiſtimet eum, qui huius vitæ voluptatibus ſeſe immergat. Quemadmodum in brutis & rationis expertibus animalibus id videre licet: quibus miſerabilis quidem naturæ conſtitutio (quid enim miſerabilius priuatione carentiaque rationis
C eſt?) ſenſum verò calamitatis nullum habent, ſed per quandam voluptatem etiam ab illis vita tranſigitur: ſuperbit & ferocit equus; taurus puluerem ſpargit: ſus erigit ſetas: catuli ludunt, vituli ſaltant: atque vnumquodque animal videre licet per certa quędam ſigna voluptatem indicare, quæ ſi rationis oblectamentum aliquo modo cognitum haberent, ſtupidam & ærumnoſam ſuam vitam cum voluptate non tranſigerent. Ita ſe res etiam habet in hominibus, qui nullam cognitionem habent illorum bonorum, quibus natura noſtra
D priuata eſt, ab his per voluptatem præſens vita tranſigitur. Conſequitur autem, vt hi, qui præſentibus delectantur & acquieſcunt, potiora ferè non deſiderent atque requirant. Porrò qui non quærit, nõ inuenerit, id quod ſolis quęrentibus obtingit. Hac igitur de cauſſa Verbum luctum beatum ducit, non quòd eum propter ſeipſum beatum iudicet, ſed propter id quod ex illo accidit. Oſtendit autem ſermonis contextus, quòd nomine relationis ad conſolationem, lugere beata res hominibus ſit.

A καὶ ἀναλγησία, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὸ ἐναντίον ἐν ἡμῖν νοούμενα πάθη, τυράννων ἐστὶ τινῶν καὶ δεσποτῶν ἀπαρίθμησις, τῶν πρὸς τὸ ἴδιον κράτος τὴν ψυχὴν οἷόν τινα δορυάλωτον καταδουλουμένων. Εἰ δέ τις καὶ τὰς περὶ τὸ σῶμα συμφορὰς ἀναλογίζοιτο, τὰς τῇ φύσει ἡμῶν συμπεπλεγμένας τε καὶ συστρεφομένας, τὰς ποικίλας λέγω καὶ πολυτρόπους τῶν νοσημάτων ἰδέας, ὧν πάντων τὸ κατ' ἀρχὰς ἀπείρατον ἦν τὸ ἀνθρώπινον, πολὺ μᾶλλον πλεονάσει τὸ δάκρυον, ἐκ παραλλήλου θεωρῶν ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν τὰ λυπηρὰ, καὶ ἀντιπαραθεὶς τὰ κακὰ τοῖς βελτίοσιν. τοῦτο
B οὖν ἔοικεν ἐν ἀπορρήτῳ διδάσκειν ὁ μακαρίζων τὸ πένθος, τὸ πρὸς τὸ ἀληθινὸν ἀγαθὸν τὴν ψυχὴν βλέπειν, μηδὲ τῇ παρούσῃ ἀπάτῃ τοῦ βίου καταβαπτίζεσθαι· οὐ γάρ ἐστιν οὔτε ἀδακρυτὶ ζῆν τὸν ἐπισκεμμένον δι' ἀκριβείας τὰ πράγματα, οὔτε ἐν λυπηροῖς εἶναι νομίζειν τὸν ταῖς βιωτικαῖς ἡδοναῖς ἐμβαθύνοντα. καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀλόγων τὸ τοιοῦτον ἐστὶν ἰδεῖν· οἷς ἐλεεινὴ μὲν ἡ τῆς φύσεως ἐστὶ κατασκευή· τί γὰρ ἐλεεινότερον τῆς τοῦ λόγου στερήσεως; αἴσθησις δὲ τῆς συμφορᾶς αὐτοῖς οὐδεμία, ἀλ-
C λὰ κατά τινα ἡδονὴν κἀκείνοις ἡ ζωὴ διεξάγεται· καὶ ὁ ἵππος γαυριᾷ, καὶ ὁ ταῦρος κονίζεται· καὶ ὁ σῦς φρίσσει τὴν λοφιάν· καὶ οἱ σκύλακες παίζουσι, καὶ διασκιρτῶσιν οἱ μόσχοι, καὶ ἕκαστον τῶν ζώων ἐστὶν ἰδεῖν διά τινων τεκμηρίων τὴν ἡδονὴν ἐνδεικνύμενον, οἷς εἴ τις κατανόησις ἦν τῆς τοῦ λόγου χάριτος, οὐκ ἂν τὸν κωφὸν αὐτῶν καὶ ταλαίπωρον βίον ἐν ἡδονῇ διετίθεντο. οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, οἷς οὐδεμία τῶν ἀγαθῶν ἐστὶ γνῶσις, ὧν ἡ φύσις ἡμῶν ἀπεστέρηται, τούτοις καθ' ἡδονήν ἐστιν ἡ τῆς παρούσης ζωῆς διαγωγή. ἀκολουθεῖ δὲ
D τῷ τοῖς παροῦσιν ἥδεσθαι, τὸ μὴ ζητεῖν τὰ βελτίω. ὁ δὲ μὴ ζητῶν, οὐκ ἂν εὕροι τὸ μόνοις ζητοῦσι περιγινόμενον. οὐκοῦν διὰ τοῦτο ὁ λόγος μακαρίζει τὸ πένθος, οὐ δι' ἑαυτὸ κρίνων εἶναι μακάριον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐξ ἐκείνου περιγινόμενον. δείκνυσι δὲ τοῦ λόγου ἡ συζυγία, ὅτι τῆς πρὸς τὴν παράκλησιν ἀναφορᾶς τὸ πενθεῖν αὐτοῖς ἐστι μακάριον. μα-

μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ πενθοῦντες· καὶ οὐκ ἔστησεν ἐν τούτῳ τὸν λόγον, ἀλλὰ προσέθηκεν, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. ὅ μοι δοκεῖ προκατανενοηκὼς ὁ μέγας Μωϋσῆς· μᾶλλον δέ, ὁ ἐν ἐκείνῳ ταῦτα διαταξάμενος λόγος, ἐν ταῖς μυστικαῖς τοῦ πάσχα παρατηρήσεσι· ἄζυμον μὲν αὐτοῖς ἄρτον ἐν ταῖς ἑορτασίμοις ἡμέραις νομοθετῆσαι· ὄψον δὲ τῇ βρώσει πικρίδας ποιήσασθαι, ὡς ἂν διὰ τῶν τοιούτων μάθοιμεν αἰνιγμάτων, ὅτι οὐκ ἔστι τῆς μυστικῆς ἐκείνης ἑορτῆς μεταλαβεῖν ἄλλως, εἰ μὴ αἱ πικρίδες τοῦ βίου τούτου τῇ ἁπλῇ καὶ ἀζύμῳ ζωῇ ἑκουσίως καταμιγνύοιντο. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Δαβίδ, καίτοι τὸ ἀκρότατον τῆς ἀνθρωπίνης εὐκληρείας μετέχων· λέγω δὲ τὴν βασιλείαν· περὶ ἑαυτὸν βλέπων· δαψιλῶς ἐπιβάλλει τὴν πικρίδα τῇ ἑαυτοῦ ζωῇ, στενάζων ἐν οἰμωγῇ, καὶ θρηνῶν τὴν παράτασιν τῆς ἐν σαρκὶ παροικίας, καὶ ἐκλείπων ὑπὸ τῆς τῶν μειζόνων ἐπιθυμίας, φησίν, οἴμοι ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη. ἑτέρωθι δὲ πρὸς τὸ κάλλος τῶν θείων σκηνωμάτων ἀτενὲς ἀποβλέπων, ἐκλείπειν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας φησί, τὸ ἐν ἐσχάτοις ἐκεῖ τετάχθαι, τοῦ πρωτεύειν ἐν τοῖς παροῦσι, προτιμότερον ἑαυτῷ κρίνων. εἰ δέ τις ἀκριβέστερον κατανοῆσαι βούλοιτο τοῦ μακαριζομένου τούτου πένθους τὴν δύναμιν, ἐπισκεψάσθω ἑαυτῷ ἐν τῷ κατὰ τὸν Λάζαρον καὶ τὸν πλούσιον διηγήματι, ἐν ᾧ γυμνότερον τὸ τοιοῦτον δόγμα ἡμῖν σαφηνίζεται. μνήσθητι γάρ, φησιν ὁ Ἀβραὰμ πρὸς τὸν πλούσιον, ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λάζαρος τὰ κακά· διὰ τοῦτο οὗτος μὲν παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. ἔοικε γὰρ ἐπὶ τῆς ἀγαθῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίας ἀποστῆσαι ἡμᾶς ἡ ἀβουλία, μᾶλλον δὲ ἡ κακοβουλία. τοῦ γὰρ Θεοῦ ἀμιγὲς τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθὸν ἐν τῇ ἀπολαύσει ἡμῶν νομοθετήσαντος, καὶ καταμιγνύναι τῷ καλῷ τὴν τοῦ κακοῦ πεῖραν ἀπαγορεύσαντος, ἐπειδὴ ἡμεῖς ὑπὸ λαιμαργίας ἑκουσίως τοῦ ἐναντίου ἐνεφορήθημεν· λέγω δὲ τῆς τοῦ θείου λόγου παρακοῆς ἀπογευσάμενοι· διὰ τοῦτο χρὴ πάν-

A *Beati enim*, inquit, *qui lugent*: & non repreſſit atque finiuit orationem in hoc, ſed adiecit, *quoniam ipſi conſolationem accipient.* Quam rem cùm longè antè animaduertiſſet magnus ille Moyſes (imò verò, qui hæc in illo diſponebat, Verbum, in myſticis obſeruationibus Paſchæ) panem quidem fermenti expertem hominibus in diebus feſtis præſcripſiſſe: obſonium verò, quo veſcerentur, intyba agreſtia inſtituiſſe videtur, vt per eiuſmodi ænigmata atque inuolucra diſceremus, quòd illo myſtico feſto aliter frui non liceat, niſi ſæculi B huius intyba amara ſimplici, & à fermento vacuæ vitæ ſponte noſtra immiſceantur. Propterea magnus quoque Dauid, tametſi ſummum humanæ fœlicitatis faſtigium (de regno nimirum loquor) circum ſe cerneret, largiter tamen de intybis amaris ſuæ vitæ adijcit, ſuſpirans in eiulatu, ac deplorans prorogationem inquilinatus in carne, deficiénſque præ cupiditate ac deſiderio rerum maiorum, Hei mihi, inquit, quoniam inquilinatus meus prolongatus eſt. In alio verò loco pulchritudinem diuinorum tabernaculo- C rum defixis oculis contuens, præ deſiderio deficere ſe ait, præſtabilius ſibi eſſe ducens illic in extremis collocatum eſſe, quàm in rebus præſentibus primas tenere. Quòd ſi quis plenius beati huius luctus vim contemplari atque animaduertere velit, conſideret eum in illa narratione, quæ de Lazaro ac diuite (in Euangelio) habetur, vbi eiuſmodi doctrina nobis apertius declaratur: Memento enim, inquit Abraham ad diuitem, quod receperis bona tua in vita tua: ſimiliter item Lazarus quoque mala, Idcirco hic quidem ſolatio fruitur, tu verò cruciaris. Par e- D nim & conſentaneum id eſt, quandoquidem ἀβουλία, hoc eſt, conſilij contemptus & temeritas, imò verò κακοβουλία, id eſt, prauum conſilium, nos à bona Dei circa hominem diſpoſitione atque adminiſtratione abduxit. Nam cùm Deus bonum nulla permixtione cum malo confuſum nobis fruendum propoſuiſſet, vetuiſſetque experientiam mali cum bono permiſceri, quoniam præ ingluuie ſponte noſtra contrario deguſtato (dico autem de Verbi diuini contemptu & inobedientia) nos ingurgitauimus & expleuimus, idcirco prorſus hu-

Matth. 5.

Pſal. 119.

Pſal. 83.

manam naturam in vtriſque verſari, & modo triſteis, modò lætas inuicem experiri oportet. Porrò cum duo ſint ſæcula, duplexque vita per vtrumque ſæculum peculiariter conſideretur: atque itidem lætitia quoque duplex, alia quidem in hoc ſæculo, alia verò in eo, quod per ſpem nobis propoſitum eſt, ſpectetur: beatificum fuerit exiſtimandum, ſi quis portionem lætitiæ per vera bona in ſempiternum ſæculum recondat: triſtitiæ verò munus in hac breui ac temporaria vita expleat, non in damno ac detrimento ponens, ſi aliqua rerum earum priuetur, quę in hac vita ſuaues ac iucundæ ſunt: ſed ſi dum illis fruitur atque potitur, meliorum ac potiorum bonorum iacturam faciat. Quocirca ſi beatum iudicandum eſt, in infinitis ſæculis, nunquam finienda, ſed in perpetuum duratura lætitia frui, ac prorſus etiam contraria deguſtare naturam humanam oportet: non amplius difficile eſt perſpicere & intelligere ſententiam orationis, cur beati ſint, qui nunc lugent: quoniam nimirum ipſi infinita ſæcula ſolatio fruentur. Solatium autem ex conſuetudine, vſu atque communicatione Paracleti, id eſt aduocati & conſolatoris exiſtit. Conſolationis enim gratia peculiare Spiritus opus eſt: quam etiam nos conſequamur, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, in ſæcula ſæculorum, Amen.

A πως ἐν ἀμφοτέροις γενέσθαι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ μεταλαχεῖν ἐν μέρει τοῦ τε λυποῦντος καὶ τοῦ εὐφραίνοντος. δύο δὲ ὄντων βίων, καὶ διπλῆς τῆς ζωῆς καθ' ἑκάτερον τῶν βίων ἰδιαζόντως θεωρουμένης· ὡσαύτως δὲ καὶ εὐφροσύνης διπλῆς· τῆς μὲν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, τῆς δὲ ἐν τῷ κατ' ἐλπίδας ἡμῖν προκειμένῳ· μακαριστὸν ἂν εἴη τὴν τῆς εὐφροσύνης μοῖραν τοῖς ἀληθινοῖς ἀγαθοῖς εἰς τὸν ἀΐδιον ἀποθέσθαι βίον· τῆς δὲ λύπης ἐκπληρῶσαι τὴν λειτουργίαν ἐν τῇ βραχείᾳ ταύτῃ καὶ προσκαίρῳ ζωῇ, ζημίαν ποιούμενον, οὐ τὸ στερηθῆναί τινος τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον ἡ-
B δέων, ἀλλὰ τὸ διὰ τῆς ἀπολαύσεως τούτων ἐν ἀποπτώσει τῶν ἀμεινόνων γενέσθαι. Οὐκοῦν εἰ μακαριστόν ἐστι τὸ ἐν τοῖς ἀπείροις αἰῶσιν ἀτέλεστόν τε καὶ εἰσαεὶ παρατεινομένην τὴν εὐφροσύνην ἔχειν· δεῖ δὲ πάντως γεύσασθαι καὶ τῶν ἐναντίων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν· οὐκέτι χαλεπόν ἐστι συνιδεῖν τοῦ λόγου τὸ βούλημα, διὰ τί μακάριοι οἱ νῦν πενθοῦντες. αὐτοὶ γὰρ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας παρακληθήσονται· ἡ δὲ παράκλησις, ἐκ τῆς τοῦ παρακλήτου μετουσίας γίνεται. ἰδία γὰρ τοῦ πνεύ-
C ματος ἐνέργεια ἡ τῆς παρακλήσεως χάρις ἐστίν· ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν, χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

DE BEATITVDINIBVS,

ORATIO IIII.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: Quoniam ipſi ſaturabuntur.

QVi medicinæ periti ſunt, aiunt eos, qui è ſtomacho laborant, & cibos faſtidiunt, cùm praui quidã ſucci & ſuperflui humores ad ſuperiorem ventriculi partem confluxerint, ſemper plenos pariter ac ſaturos eſſe ſibiipſis videri, atque idcirco per adulterinam

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΑΚΑΡΙΣΜΟΥΣ

ΛΟΓΟΣ Δ.

D Μακάριοι οἱ πεινῶντες, καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

ΤΟΥΣ στομαχοῦντας καὶ κακοσιτοῦντας φασὶν οἱ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμονες, πονηρῶν τινῶν χυμῶν τε καὶ περιττωμάτων ἐπὶ τὴν ἄνω γαστέρα συῤῥεόντων, ἀεὶ δοκεῖν πλήρεις τε καὶ διακορεῖς εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ ὠφέλιμον

τροφὴν ἀλλοτρίως ἔχειν, τῆς φυσικῆς αὖθις ὀ- A
ρέξεως ἐν τῇ νόθῳ πλησμονῇ μαρανθείσης. Εἰ
δέ τις αὖθις ἐξ ἰατρικῆς ἐπιμέλεια προσα-
χθείη, διά τινος τμητικῆς φαρμακοποσίας ἀ-
ποκλυσθέντων τῶν ἐναπειλημμένων ταῖς τοῦ
στομάχου κοιλότησιν, οὕτως συμβαίνειν, τοῦ ἀλ-
λοτρίου μηκέτι διοχλοῦντος τὴν φύσιν τῆς
ὠφελούσης τε καὶ τροφίμου βρώσεως, αὖθις ἐ-
πανιέναι τὴν ὄρεξιν· καὶ τοῦτο τῆς ὑγείας εἶναι
σημεῖον, τὸ μηκέτι κατηναγκασμένως, ἀλλὰ
μετ' ἐπιθυμίας τε καὶ ὁρμῆς τὴν βρῶσιν
προσίεσθαι. τί οὖν μοι βούλεται τὸ προοί- B
μιον; ἐπειδὴ προϊὼν δι' ἀκολουθίας ὁ πρὸς τὰ
ὑψηλότερα τῆς τῶν μακαρισμῶν κλίμακος
χειραγωγῶν ἡμᾶς λόγος, ὁ κατὰ τὴν τοῦ προ-
φήτου φωνὴν, τὰς καλὰς ἀναβάσεις ἐν τῇ
καρδίᾳ ἡμῶν διατιθέμενος, τοιαύτην ἡμῖν
μετὰ τὰς προδιανυσθείσας ἀνόδους τετάρτην
προδείκνυσιν ἄλλην ἀνάβασιν, λέγων· μα-
κάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιο-
σύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται· καλῶς ἔχειν
οἶμαι, τὸ διακορές τε καὶ πλησμονικὸν τῆς
ψυχῆς ἐκκαθαίρεσθαι, ὡς ἔστι δυνατὸν, τῆς τοι- C
αύτης βρώσεώς τε καὶ πόσεως τὴν μακαρι-
στὴν ὄρεξιν ἡμῖν αὖθις ἐμποιῆσαι· οὔτε γὰρ ἰσχῦ-
σαι δυνατόν ἐστι τὸν ἄνθρωπον, μὴ τῆς ἀρ-
κούσης τροφῆς ὑποστηριζούσης τὴν δύναμιν,
οὔτε δίχα τοῦ φαγεῖν ἐμπλησθῆναι τροφῆς,
οὔτε τραφῆναι χωρὶς ὀρέξεως. ἐπεὶ οὖν ἀγα-
θόν τι κατὰ τὴν ζωήν ἐστιν ἡ δύναμις· αὕτη
δὲ τῷ ἀρκοῦντι συντηρεῖται κόρῳ· ὁ δὲ κό-
ρος διὰ βρώσεως γίνεται· τὸ δὲ φαγεῖν ἐξ
ὀρέξεως· μακαριστὸν ἂν εἴη τοῖς ζῶσιν ἡ ὄρεξις,
ἀρχή τε καὶ αἰτία τῆς ἐν ἡμῖν γινομένης δυ-
νάμεως. ὥσπερ δὲ κατὰ τὴν αἰσθητὴν ταύτην
τὴν τροφὴν ἔχομεν, οὐ τῶν αὐτῶν πάντες ἐ-
φίενται, ἀλλὰ μερίζεται πολλάκις πρὸς τὰ
εἴδη τῶν ἐδωδίμων ἡ τῶν μετεχόντων ἐπιθυ- D
μία, καὶ ὁ μέν τις ἐπιτέρπεται τοῖς γλυκαίνου-
σιν, ἄλλος πρὸς τὰ δριμύσσοντά τε καὶ θερ-
μαίνοντα τὴν ὁρμὴν ἔχει· ἕτερος δὲ τοῖς ἁλ-
μώδεσιν, καὶ ἄλλος τοῖς στρυφνοῖσιν ἥδεται.
συμβαίνει δὲ πολλάκις μὴ κατὰ τὸ λυσιτελοῦν
ἐγγίνεσθαι τὴν ὁρμὴν ἑκάστῳ τῆς βρώσεως· κατὰ
γάρ τινα κράσεως ἰδιότητα πρός τι πάθος ἐπιρ-
ρεπῶς τις ἔχων, τρέφει τὴν νόσον τῷ τῶν καθ' ἀλλή-

A ac prauam repletionem & ſatietatem,
naturali in eis appetitu extincto, vti-
lem cibum reſpuere atque auerſari:
ſed ſi aliqua ab arte medica cura eis
adhibita fuerit, per acutorum & inci-
dentium medicamentorum potionem,
ablutis & expurgatis prauis ac ſuper-
fluis humoribus, qui concauitatibus
ſtomachi intercepti atque concluſi fue-
rint, ita tandem accidere, vt cùm id,
quod alienum eſt, naturæ non amplius
officiat atque moleſtum ſit, iuuantis
pariter ac nutrientis cibi eis redeat ap-
petitus. Atque hoc reſtitutæ ſanitatis
B eſſe ſignum, quòd non amplius coacti
& inuiti, ſed cupidè & cum appetitu
cibum ſumant. Quid ergo mihi hoc
principium vult? Quoniam ordine pro- Pſal. 83.
grediens Sermo, qui ad ſuperiores ſca-
læ beatitudinum gradus nos quaſi ma-
nu ducit, qui iuxta Prophetæ vocem
præclaras aſcenſiones in corde noſtro
diſponit, talem nobis poſt antè expe-
ditos aſcenſus, quartam aliam præmon-
ſtrat aſcenſionem, dum dicit: *Beati qui* Matth. 5.
*eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſa-
turabuntur*: rectum ac commodum eſſe
opinor, vt expurgata ſatietate & ingur-
C gitatione animæ, quoad eius fieri po-
teſt, talis & cibi & potus beatum in no-
biſmetipſis appetitum conficiamus &
ingeneremus: neque enim fieri poteſt,
vt vel homo valeat, ſi alimentum ſuffi-
ciens vires non confirmet & ſuſtentet,
vel abſque comeſtione cibo repleatur,
vel ſine appetitu nutriatur. Quoniam
igitur bonum quoddam in vita ſunt vi-
res: hæ verò ſufficienti ſaturitate con-
ſeruantur: ſatietas autem per comeſtio-
nem exiſtit; comeſtio quæ ex appetitu
ſit, beata res fuerit viuentibus appeti-
tus, vt qui principium & cauſſa virium
noſtrarum exiſtat. Quemadmodum au-
tem circa ſenſibilē hunc victum affecti
ſumus, cùm nō eadem omnes appetunt,
D ſed ſæpe pro generibus eſculentorum
ſumentium diuiditur appetitus, atque
alius quidam dulcibus delectatur, alius
verò acria pariter & calefacientia appe-
tit, alius item ſalſis, alius adſtringenti-
bus gaudet. Sæpe autem accidit, vt non
ex vſu & commodo appetitus cibi in
vnoquoque exiſtat (nam ſi quis pro
temperamenti quadam proprietate ad
aliquod vitium propenſus eſt, is æqua-
lium & cōuenientium propria quadā vi

ciborum morbum nutrit: ſed ſi ea, quæ proſint, appetere ceperit, nutrimento bonam ei valetudinem conſeruante, prorſus in ſanitate viuet) eodem modo in animæ quoque alimento accidit, vt non omnium cupiditates ad eandem rem propendeant & inclinent. Nam alij quidem gloriam, aut diuitias, aut aliquem mundanum appetunt ſplendorem, aliis circa menſam occupatus eſt appetitus, alij inuidiam tanquam venenoſum aliquem cibum cupidè ſumunt: ſunt item nonnulli, qui appetunt id, quod natura bonum & honeſtum eſt. Natura autem bonum ſemper & omnibus hoc eſt, quod non alterius cuiuſquam rei cauſſa ſumendum, ſed ipſum propter ſe expetendum eſt, quod ſemper eodem modo ſe habet, & nunquam ſatietate frangitur & hebetatur. Idcirco Verbum, beatos ducit non ſimpliciter eſurientes, ſed quibus ad veram iuſtitiam cupiditas inclinata atque propẽſa eſt. Quæ eſt igitur illa iuſtitia? hoc enim prius opinor oratione detegi atque declarari oportere, vt pulchritudine eius animaduerſa, ita tandem appetitus in nobis ad rei conſpectę decorem moueatur. Neque enim fieri poteſt, vt quis cupidus ſit eius, quod non apparet: ſed ſegnis atque ignaua quodammodo natura noſtra aduerſus ignotũ, & immobilis eſt, niſi auditione vel viſione aliquam notitiam acceperit eius quod expetendum ſit. Aiunt igitur nonnulli eorũ, qui eiuſmodi res ſcrutati ſunt, Iuſtitiam eſſe habitum tribuentẽ vnicuique id, quod æquum eſt, & quo quiſque dignus eſt. Verbi gratia, ſi quis pecunias diſtribuendi poteſtatem adeptus, & æqualitatem reſpiciat, & pro modo indigẽtiæ ſumentium & participantium elargitionem temperet, iuſtus dicitur. Item ſi quis iudicandi poteſtate accepta, non ad gratiã alicuius & odium ſententiam ferat, ſed naturam cauſſarum ſequens, & ſupplicio dignos afficiat, & innocentes ſententia ſua abſoluat & ſeruet, reliquarumque controuerſiarum verum iudicium faciat, etiã hic iuſtus dicitur. Item qui ſubditis tributa indicit, cùm pro modo viriũ tributum imponit, & paterfamilias, & prætor ciuitatis, & gentium rex; ſi quiſque horum conuenienter & commodè ſubditis præſit, nulloque impetu atque appetitu ratione carenti, occaſione poteſtatis moueatur, ſed rectè ſubditis ius dicat, & ad voluntates & ſtudia

A λων βρωμάτων ποιότητα· εἰ δὲ πρὸς τὰ ὠφέλιμα τὴν ὁρμὴν σχοίη, πάντως ἐν ὑγείᾳ βιώσεται, τῆς τροφῆς αὐτῷ συντηρούσης τὴν εὐεξίαν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ψυχικῆς τροφῆς οὐ πάντων πρὸς τὸ αὐτὸ ῥέπουσιν αἱ ἐπιθυμίαι. οἱ μὲν γὰρ δόξης, ἢ πλούτου, ἢ τινὸς κοσμικῆς περιφανείας ὀρέγονται, ἄλλοις περὶ τὴν τράπεζαν ἄσχολός ἐστιν ἡ ὄρεξις, ἕτεροι τὸν φθόνον, ὥς τι δηλητηριώδη τροφὴν προθύμως ἀναλαμβάνουσιν· εἰσὶ δέ τινες οἷς τὸ τῇ φύσει καλὸν ἐν ὀρέξει γίνεται. φύσει δὲ καλὸν ἀεὶ καὶ πᾶσι τοῦτό ἐστιν, ὃ μὴ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἐστὶν αἱρετὸν, ἀλλ' αὐτὸ B δι' ἑαυτὸ ἐπιθυμητὸν, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, καὶ οὐδέποτε ἀμβλυνόμενον κόρῳ. διὰ τοῦτο μακαρίζει ὁ λόγος οὐ τοὺς ἁπλῶς πεινῶντας, ἀλλ' οἷς πρὸς τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην ἡ ἐπιθυμία τὴν ῥοπὴν ἔχει. τίς οὖν ἡ δικαιοσύνη; τοῦτο γὰρ οἶμαι δεῖν πρότερον ἀνακαλυφθῆναι διὰ τοῦ λόγου, ὡς ἂν τοῦ κατ' αὐτὴν κάλλους φανερωθέντος, οὕτως ἐν ἡμῖν κινηθείη πρὸς τὴν ὥραν τοῦ φανέντος ἡ ὄρεξις. οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν πρὸς τὸ μὴ φαινόμενον ἐπιθυμητικῶς ἔχειν, ἀλλ' ἀργή πως ἐπὶ τὸ ἀγνοούμενον ἐστὶν ἡ φύσις ἡμῶν καὶ ἀκίνητος, εἰ μὴ δι' ἀκοῆς ἢ ὄψεως ἔννοιάν τινα τοῦ ἐπιθυμητοῦ λάβοι. C φασὶ τοίνυν τῶν ἐξητακότων τὰ τοιαῦτά τινες, δικαιοσύνην εἶναι ἕξιν ἀπονεμητικὴν τοῦ ἴσου, καὶ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. οἷον εἴ τις χρημάτων διανομῆς γένοιτο κύριος, ὁ πρὸς τὸ ἴσον βλέπων, καὶ συμμετρῶν τῇ χρείᾳ τῶν μετεχόντων τὴν δόσιν, δίκαιος λέγεται· καὶ εἴ τις τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν λαβὼν, μὴ πρὸς χάριν τινὰ καὶ ἀπέχθειαν τὴν ψῆφον φέροι, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἑπόμενος, τιμωροῖ τε τοὺς ἀξίους, καὶ τὴν σώζουσαν ψῆφον πρὸς τοὺς ἀνευθύνους φέροι, καὶ τῶν λοιπῶν ἀμφισβητημάτων ἐν ἀληθείᾳ ποιοῖτο τὴν κρίσιν, D καὶ οὗτος δίκαιος λέγεται. καὶ ὁ τοὺς φόρους τοῖς ὑποχειρίοις τάσσων, ὅταν σύμμετρον ἐπιβάλῃ τῇ δυνάμει τὸν φόρον, καὶ οἰκίας δεσπότης, καὶ πόλεως ἄρχων, καὶ ἔθνους βασιλεὺς, εἰ καταλλήλως ἡγοῖτο τῶν ὑποτεταγμένων ἕκαστος τούτων, μὴ ὁρμαῖς ἀλόγοις ἀπὸ ἐξουσίας κινούμενος, ἀλλ' εὐθύτητι τὸ ὑπήκοον κρίνων, καὶ πρὸς τὰ

προαιρέσεις τῶν ὑποχειρίων τῇ γνώμῃ συναρμοζόμενος· πάντα τὰ τοιαῦτα τοῦ λόγου τῆς δικαιοσύνης ἀναπλάσσουσιν, οἱ τῇ τοιαύτῃ ἕξει τὸ δίκαιον ὁριζόμενοι. ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ ὕψος βλέπων τῆς θείας νομοθεσίας, πλέον τι τῶν εἰρημένων ἐν τῇ δικαιοσύνῃ ταύτῃ νοεῖσθαι στοχάζομαι. εἰ γὰρ κοινὸς μὲν πρὸς πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ σωτήριος λόγος, οὐ παντὸς δέ ἐστιν ἀνθρώπου τὸ ἐν τοῖς εἰρημένοις εἶναι· ὀλίγων γὰρ τὸ βασιλεύειν, τὸ ἄρχειν, τὸ δικάζειν, τὸ ἐν ἐξουσίᾳ χρημάτων, ἢ τινὸς ἄλλης οἰκονομίας γενέσθαι· τὸ δὲ πλῆθος ἐν τοῖς ὑποχειρίοις τε καὶ οἰκονομουμένοις ἐστί· πῶς ἄν τις δέξαιτο τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην ἐκείνην εἶναι, ἣ μὴ πᾶσι πρόκειται ὁμοτίμως τῇ φύσει; εἰ γὰρ ὁ σκοπὸς τοῦ δικαίου κατὰ τοὺς ἔξωθεν λόγους τὸ ἴσον ἐστί· ἡ δὲ ὑπεροχὴ τὸ ἄνισον ἔχει· οὐκ ἔστι τὸν ἀποδεδομένον τῆς δικαιοσύνης λόγον ἀληθῆ νομίσαι, εὐθὺς παρὰ τὸν βίον ἀνίσου διελεγχόμενον. τίς οὖν ἡ δικαιοσύνη ἡ εἰς πάντας φθάνουσα; ἧς ἡ ἐπιθυμία κοινὴ πρόκειται παντὶ τῷ πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν τράπεζαν βλέποντι; κἂν πλούσιός τις ᾖ, κἂν πένης, κἂν δουλεύῃ, κἂν κυριεύῃ, κἂν εὐπατρίδης, κἂν ἀργυρώνητος, οὐδεμιᾶς περιστάσεως, οὔτε πλεοναζούσης, οὔτε ὑποστελλούσης τοῦ δικαίου τὸν λόγον. Εἰ γὰρ ἐν μόνῳ τῷ προέχοντι κατ' ἐξουσίαν τινὰ καὶ ὑπεροχὴν τὸ τοιοῦτον εὑρίσκοιτο· πῶς δίκαιος ὁ τῷ πυλῶνι τοῦ πλουσίου παρερριμμένος Λάζαρος; ὁ μηδεμίαν ὕλην πρὸς τὴν τοιαύτην δικαιοσύνην ἔχων, οὐκ ἀρχήν, οὐκ ἐξουσίαν, οὐκ οἶκον, οὐ τράπεζαν, οὐκ ἄλλην τινὰ πρὸς τὸν βίον παρασκευήν, δι' ἧς ἔστι τὴν δικαιοσύνην ἐκείνην ἐργάζεσθαι; εἰ γὰρ ἐν τῷ ἄρχειν, ἢ διανέμειν, ἢ τι ὅλως οἰκονομεῖν τὸ δίκαιόν ἐστιν εἶναι, ὁ μὴ ὢν ἐν ἐκείνοις, ἔξω τοῦ δικαίου πάντως ἐστίν. πῶς οὖν ἀξιοῦται τῆς ἀναπαύσεως ὁ μηδὲν ἐσχηκὼς τούτων, δι' ὧν ἡ δικαιοσύνη κατὰ τὸν τῶν πολλῶν λόγον χαρακτηρίζεται; οὐκοῦν ζητητέα ἡμῖν ἡ δικαιοσύνη ἐκείνη,

A ſubditorum ingeniũ & conſilium ſuum accommodet & temperet: huiuſmodi omnia rationi ac definitioni iuſtitiæ tribuunt & aſsignant ij, qui habitu tali id, quod iuſtum ſit, definiunt. Ego verò ad altitudinem conſtitutionis diuinæ reſpiciens, aliquid amplius quàm ea, quæ modò dicta ſunt, per hanc iuſtitiam intelligendum eſſe exiſtimo. Nam ſi ſalutaris quidem Sermo communis eſt, & ad omnem humanã pertinet naturam: non cuiuſuis autem hominis eſt, in iis, quæ modò dicta ſunt, officiis ac muneribus obeundis verſari (paucorum enim B eſt regnare, præeſſe, imperare, ius dicere, poteſtatem pecuniarũ adminiſtrandarum, aut alterius rei cuiuſquam diſpenſationem habere: multitudo verò ac vulgus in numero ſubditorum & eorum qui reguntur, ſunt) quomodo aliquis admittere & aſſentiri poſſit, veram iuſtitiam eſſe illam, cuius non æqualis ac par conditio omni naturæ, propoſita eſt? Nam ſi iuſtus, prout tradunt diſciplinæ ſapientium externorum, æqualitatem ſibi propoſitam habet, ad quam potiſſimum ſpectet: excellentia C autem ac dignitas inæqualitatem in ſe continet: non poteſt iuſtitiæ reddita ratio definitioque vera exiſtimari, quippe cùm ſtatim inæqualitate vitæ communis refellatur. Quæ eſt igitur illa iuſtitia, quæ ad omnes pertinet? cuius appetitus cuiuis ad Euangelicam menſam ſpectanti communis propoſitus eſt? ſiue quis diues ſit, ſiue pauper, ſiue ſeruus, ſiue dominus, ſiue patritius, ſiue pecunia comparatus, nulla fortuna, nullo ſtatu, nulla conditione, nulla circumſtantia neque augente neque diminuente iuſti definitio- D nem. Nam ſi id in eo ſolo, qui poteſtate aliqua atque dignitate cæteros præcedit, reperiatur: quomodo iuſtus erit ille ad veſtibulum diuitis abiectus Lazarus? qui nullã materiam ad talem Luc. 16. iuſtitiam habebat? non imperium, non poteſtatem, non domum, non menſam, non alium quempiam ad vitam apparatum, per quem licet illam iuſtitiam ad opus & effectum deducere atque repræſentare? Nam ſi imperando, aut diſtribuendo, aut omnino aliquid adminiſtrando iuſtum eſſe conſiſtit, qui in illis muneribus non verſatur, expers iuſtitiæ prorſus eſt. Quomodo igitur requiete dignus habetur is, qui nihil habuit eorum, per quæ iuſtitia iuxta vulgi opinionẽ deſignatur? Quocirca quærẽda nobis eſt illa iuſtitia,

cuius compotem fore Verbum promittit illum, qui eam expetiuerit, *Beati enim*, inquit, *qui eſuriunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur*. Multis ac variis rebus nobis ad vſum propoſitis, quibus afficitur, quæque appetit natura, multa nobis opus eſt ſcientia, vt nobis in eiuſmodi eſculentis diſcernamus, quod nutriat, quod noceat, ne id, quod nutrimenti loco ſibi ab anima aſſumi videtur, pro vita mortem nobis & peſtem efficiat. Forſitan autem non intempeſtiuum nec alienum fuerit, per aliam quandam Euangelicam quæſtionem huius dicti ſententiam diſtinguere atque explanare. Qui per omnia communem nobiſcum naturam habuit excepto peccato, atque eorumdem nobiſcum affectuum, incommodorum & afflictionum particeps fuit, famem non iudicauit eſſe peccatum, neque eius incommodi periculum facere recuſauit, ſed affectuum naturæ, quo cibus appetitur, admiſit atque ſuſcepit. Cùm enim quadraginta dies ieiunus permanſiſſet, poſtea eſuriit: dedit enim, quando volebat, occaſionem naturæ officio ſuo fungendi. Sed tentationum inuentor, cùm intellexit affectum famis etiam illum inuaſiſſe, conſuluit, vt lapidibus exciperet appetitum: hoc autem eſt peruertere ac detorquere appetitum à naturali cibo ad ea, quæ à natura aliena ſunt. Dic enim, inquit, vt lapides hi panes fiant. quid enim peccauit agricultura? cuius rei gratia reſpuuntur ſemina, vt cibus ex iis confectus reprobetur? cur arguitur ſapientia creatoris, quaſi non rectè per ſemina genus humanum alat? nam ſi lapis ad cibum aptior atque commodior nunc apparet, nimirum à debita prouidentia circa vitam humanam Dei ſapientia aberrauit. Dic vt lapides iſti panes fiant. Hæc etiam nunc dicit iis, qui à proprio appetitu tentantur, ac dicendo plerumque eos, qui ad ipſum ſpectant, impellit vt è lapidibus panes conficiant. Cùm enim appetitus neceſſarij vſus fines excedit, quid id aliud niſi diaboli tunc calumniantis & reijcientis ex ſeminibus confectum cibum, & ad ea, quæ à natura aliena ſunt, appetitum prouocantis, conſilium eſt? De lapidibus comedũt, quibus fraudis & auaritię panis apponitur: qui ſumptuoſas

Matth. 5.

Matth. 4.

A ἧς ὁ ἐπιθυμήσας ἐν ἐπαγγελίᾳ τὴν ἀπόλαυσιν ἔχει. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ πεινῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. πολλῶν καὶ παντοδαπῶν προκειμένων εἰς μετουσίαν, ἐφ' ἃ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις τὴν ὀρεκτικὴν ὁρμὴν ἔχει, πολλῆς ἡμῖν χρεία τῆς ἐπιστήμης, ὥστε ἡμῖν διακρίνειν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐδωδίμοις τὸ τρόφιμόν τε καὶ δηλητήριον, ὡς ἂν μὴ τὸ δοκοῦν ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐν τροφῆς μέρει παραλαμβάνεσθαι, θάνατον ἡμῖν καὶ διαφθορὰν ἀντὶ τῆς ζωῆς ἐνεργήσειεν. οὐκ ἄκαιρον δὲ ἴσως, διά τινος ἑτέρου τῶν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ζητουμένων, τὴν περὶ τούτου διασαφηθῆναι διάνοιαν. ὁ κατὰ πάντα κοι-
B νωνήσας ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ συμμετασχὼν ἡμῖν τῶν αὐτῶν παθημάτων, τὴν πεῖναν οὐκ ἔκρινεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἀπώσατο τῆς ἑαυτοῦ πείρας τὸ κατ' αὐτὴν πάθος, ἀλλ' ἐδέξατο τὴν ὀρεκτικὴν ὁρμὴν τῆς φύσεως τὴν ἐπὶ τῇ τροφῇ γινομένην. ἀπόσιτος γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέρας διαμείνας, ὕστερον ἐπείνασεν. ἔδωκε γὰρ ὅτε ἐβούλετο τῇ φύσει καιρὸν τὰ ἑαυτῆς ἐνεργῆσαι. ἀλλ' ὁ τῶν πειρασμῶν εὑρετής, ὅτε ἔγνω τὸ κατὰ πεῖναν πάθος καὶ ἐν ἐκείνῳ γινόμενον, συμβουλεύει λίθοις τὴν ὄρεξιν δεξιώσασθαι, τοῦτο δέ ἐστι, τὸ παρατρέψαι τὴν ἐπιθυμίαν ἐκ
C τῆς κατὰ φύσιν τροφῆς ἐπὶ τὰ ἔξω τῆς φύσεως. εἰπὲ γάρ, φησιν, ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται· τί γὰρ ἠδίκησεν ἡ γεωργία; τίνος δὲ χάριν ἐβδελύχθη τὰ σπέρματα, ὡς τὴν ἀπὸ τούτων ἀτιμασθῆναι τροφήν; τί δὲ καταγινώσκεται ἡ τοῦ δημιουργοῦ σοφία, ὡς οὐ δεόντως διὰ τῶν σπερμάτων τὸ ἀνθρώπινον τρέφουσα; εἰ γὰρ ὁ λίθος εἰς τροφὴν οἰκειότερος νῦν ἀναφαίνεται· ἄρα τῆς δεούσης περὶ τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν προμηθείας ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία διήμαρ-
D τεν. εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. ταῦτα λέγει μέχρι τοῦ νῦν τοῖς ὑπὸ τῆς ἰδίας πειραζομένοις ὀρέξεως, καὶ λέγων, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πείθει ἐπὶ λίθων σιτοποιεῖσθαι τοὺς πρὸς αὐτὸν βλέποντας. ὅταν γὰρ ἐκβαίνῃ τοὺς ἀναγκαίους ὅρους τῆς χρείας ἡ ὄρεξις, τί ἄλλο καὶ οὐχὶ διαβόλου ἐστὶ συμβουλή, τοῦ τότε τὴν ἐκ σπερμάτων παραγραφομένου τροφήν, καὶ ἐπὶ τὰ ἔξω τῆς φύσεως προσκαλουμένου τὴν ὄρεξιν; ἐκ λίθων ἐσθίουσιν, οἱ τὸν τῆς πλεονεξίας ἄρτον παρατιθέμενοι· οἱ τὰς πολυταλάντους

καὶ φλε-

καὶ φλεγμαινούσας τραπέζας ἑαυτοῖς ἐξ ἀδικιῶν ἐπιμάζοντες· ὧν ἡ παρασκευὴ τῶν δείπνων, πομπή τίς ἐστι μεμηχανημένη πρὸς ἔκπληξιν, ἔξω τῶν ἀναγκαίων τῇ ζωῇ παραπίπτουσα. τί γὰρ κοινὸν ἔχει πρὸς τὴν τῆς φύσεως χρείαν ἡ ἄβρωτος ὕλη τοῦ ἀργύρου, ἐν βαρεῖ τι καὶ δυσβαστάκτῳ περιττευομένη τῷ σταθμῷ; τί ἐστι τὸ τῆς πείνης πάθος; οὐχὶ τοῦ ἐνδέοντος ἔφεσις; διαπνευσθείσης γὰρ τῆς δυνάμεως, πάλιν ἀναπληροῦται τὸ λεῖπον τῇ καταλλήλῳ προσθήκῃ. ἄρτος γάρ ἐστιν, ἢ ἄλλο τι τῶν ἐδωδίμων, οὗ ἡ φύσις ἐφίεται. Εἰ οὖν τις προσαγάγοι χρυσίον ἀντὶ ἄρτου τῷ στόματι, ἆρα θεραπεύει τὴν ἔνδειαν; ὅταν οὖν τὰς ἀβρώτους τῆς ὕλας παρὰ τῶν ἐδωδίμων ἐπιζητῇ, ἐν λίθοις αὐτίκα ἔχει τὴν ἀσχολίαν, ἄλλο ζητούσης τῆς φύσεως, ἐν ἄλλῳ καταγινόμενος. λέγει ἡ φύσις, διὰ τοῦ κατὰ τὴν πεῖναν πάθους μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεῖσα, τὸ ἐν χρείᾳ νῦν εἶναι βρώσεως· διὰ τὸ δεῖν ἀντεισαχθῆναι πάλιν τῷ σώματι τὸ διαπνευσθὲν τῆς δυνάμεως· σὺ δὲ οὐκ ἀκούεις τῆς φύσεως· οὐ γὰρ ὃ ζητεῖ δίδως· ἀλλ' ὅπως ἂν πολὺ σοι γένοιτο τοῦ ἀργύρου τὸ ἄχθος; ἐπὶ τῆς τραπέζης φροντίζεις, καὶ τοὺς χαλκευτὰς τῆς ὕλης ἀναζητεῖς· καὶ τὴν ἱστορίαν τῶν ἐγγλυφομένων ταῖς ὕλαις εἰδώλων περιεργάζῃ, ὅπως ἂν δι' ἀκριβείας τοῖς γλύμμασι τὰ πάθη τε καὶ τὰ ἤθη διὰ τῆς τέχνης εἰσενεχθείη· ὡς ἐπιγνῶναι τόν τε θυμὸν τοῦ ὁπλίτου, ὅταν τὸ ξίφος πρὸς τὴν σφαγὴν ἀνατείνηται, καὶ τὴν ἀλγηδόνα τοῦ τραυματίου, ὅταν πρὸς τὴν καιρίαν συνεσταλμένος οἰμώζειν δόξῃ διὰ τοῦ σχήματος, καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ θηρεύοντος, καὶ τοῦ θηρίου τὴν ἀγριότητα· καὶ ὅσα ἄλλα διὰ τῆς τοιαύτης περιεργίας ἐν ταῖς ἐπιτραπεζίοις ὕλαις φιλοτεχνοῦσιν οἱ μάταιοι. πιεῖν ἡ φύσις ἐζήτησε, σὺ δὲ τοὺς πολυταλάντους τρίποδας εὐτρεπίζεις, πλυνούς τε, καὶ κρατῆρας, καὶ ἀμφορέας, καὶ ἄλλα μυρία, μηδὲν ἔχοντα πρὸς τὴν ἐπιζητουμένην χρείαν κοινόν. ἆρα οὐχὶ φανερῶς ἀκούεις δι' ὧν ποιεῖς τοῦ πρὸς τὸν λίθον σοι συμβουλεύοντος βλέπειν; τί δ' ἄν τις τὰ λοιπὰ τῆς λιθώδους ταύτης διεξίοι τροφῆς, τὰ αἰσχρὰ θεάματα; τὰ ἐμπαθῆ ἀκροάματα,

A & redundantes, & opiparè ſtructas & cumulatas menſas ex iniuſtè partis bonis ſibi parant: quorum apparatus cœnarum, pompa quædam, faſtus & oſtentatio eſt ad ſtuporem & admirationem vulgi commouendam excogitata, quæ vitæ neceſſarium vſum prætertabitur & excedit. Qvid enim cõmune habet cum vſu naturæ neceſſario, in graui pariter & oneroſo pondere argenti expolita materia, quæ eſui apta non eſt? Quid eſt affectus famis? nónne deſideriũ eius, quo carere non poſſumus? Cum enim per flatus & euaporationes euanuerit & effluxerit nutrimentum, quo vires refectę B fuerint, rurſus adiectione conuenienti repletur id quod deeſt. Panis eſt enim, aut aliquid aliud eſui aptum, quod natura appetit. Si quis igitur loco panis aurum ori admoueat, nunquid neceſſitati medebitur? Cum igitur aliquis pro rebus eſculentis materias eſui non aptas requirit, in lapidibus planè occupatus eſt, quippe cum aliud quærente natura, in alio ipſe verſetur. Dicit natura per famis affectionem propemodum vocem emittens, ſe nunc egere cibo: propterea C quòd denuò oporteat inuicem ingeri corpori nutrimentum quod effluxerit, & per vapores & expirationes euanuerit: tu verò naturæ dicto audiens non es: non enim quod quærit, das: ſed vt magnum tibi argenti pondus in menſa ſit, curas, & excuſores materiæ requiris, & hiſtoriam ſimulachrorum & imaginum, quæ in materia inſculpantur, curioſè exquiris, vt habitus & affectus animi tum vehementiores, tum ſedatiores, artificio ſummo plenè ſcripturis expreſſi conſpiciatur: vt & iram agnoſcas armati, cùm gladium trucidandi cauſſa D tollit, & cruciatum ſaucij, cum accepto vulnere lethali, animo ſe demittens ac mœrens, habitu ipſo gemere & eiulare videtur: impetum item venantis, & feræ immanitatem: ac quæcumque alia per eiuſmodi curioſitatem & ineptam induſtriam, homines vani in materia ad vſum menſarum deſtinata effici ſtudioſè curant. Potum natura deſiderat, tu verò pretioſos tripodas paras, labra, crateras, amphoras, & alia ſexcenta, quæ nihil cum eo, quod vſus requirit, cõmune habent. An non planè per ea, quæ facis, dicto audiens es ei, qui tibi conſulit, vt ad lapidẽ reſpicias? quid autem attinet, reliqua huius lapidei cibi turpia exponere ſpectacula? vitioſa & abſurda acroamata,

quibus ad conſequentia mala ſibi vitam ſternunt, incitamentis libidinum cibum condientes? Hoc aduerſarij de cibo conſilium eſt, hæc pro conſueto & ordinario panis vſu, per hoc quod ad lapides reſpicere iubet, ſuggerit atque proponit. Verùm profligator, & peremptor tentationum, famem quaſi malorum cauſſam non exterminat ex rerum natura, ſed ſolam ſuperfluitatem ac nimiam ineptamque induſtriam & curam, quæ de conſilio aduerſarij vnà cum neceſſario vſu introducta eſt, aduerſatus, ſuis finibus gubernari naturam permiſit. Quemadmodum enim ij, qui vinum tranſcolant, non reprobant id quod in eo vtile eſt, propter immixtos ei furfures: ſed colo ſuperflua excernentes, puri vſum non reijciunt: ita perſpicax & ſolers in examinando atque diſcernendo ea, quæ ab natura aliena ſunt Verbum, ſubtilitate ſpeculationis famem quidem, vtpotè vitæ noſtræ conſeruatricem, non exterminauit: ſuperfluitates verò neceſſario vſui connexas & implicatas tranſcolauit & abiecit, cùm dixit: illum ſe nouiſſe panem nutrientem, qui verbo Dei naturæ conciliatus ſit. Si igitur eſuriit Ieſus, beatum fuerit eſurire, cùm ad imitationem illius ingeneretur ac repræſentetur etiam fames in nobis. Si igitur intelleximus, quid ſit id, quod eſurit & appetit Dominus, fieri non poteſt, vt nunc propoſitę nobis beatitudinis vim nō intelligamus. Quis eſt igitur ille cibus, cuius appetitum Ieſus ſibi turpem non ducit? Ait ad diſcipulos poſt habitum cum Samaritana ſermonem: Meus cibus eſt, vt faciam quod vult pater meus: non ignota eſt autem voluntas patris, qui omnes homines ſeruari, & ad agnitionem veritatis venire vult. Igitur ſi ille nos cupit ſeruari, & vita noſtra cibus eius exiſtit, didicimus quis vſus ſit eiuſmodi animæ habitus & affectionis. Quis igitur hic eſt? Eſuriamus noſtram ipſorum ſalutem: ſitiamus diuinam volũtatem, quæ eſt, vt nos ſeruemur. Qua ratione igitur talem nobis famem conficere poſſimus, nunc didicimus à beatitudine. Qui enim iuſtitiam Dei deſiderat, inuenit id quod verè expetendum eſt: cuius deſiderium non vno modo eorum, qui per appetitum repræſentantur, expleuit,

Ioan. 4. *1. Tim. 2.*

A δι' ὧν ὁδοποιοῦσιν ἑαυτοῖς τὴν τῶν κακῶν ἀκολουθίαν, τοῖς ὑπεκκαύμασι τῆς ἀκολασίας τὴν τροφὴν ἐπαρτύοντες; αὕτη τοῦ ἀντικειμένου περὶ τῆς τροφῆς ἐστὶ συμβουλή, ταῦτα διὰ τοῦ πρὸς τοὺς λίθους βλέπειν, ἀντὶ τῆς νενομισμένης τοῦ ἄρτου χρήσεως ὑποτίθεται. ἀλλ' ὁ τῶν πειρασμῶν καθαιρέτης, οὐχὶ τὴν πεῖναν ἐξορίζει τῆς φύσεως, ὡς κακῶν αἰτίαν, ἀλλὰ τὴν περιεργίαν τὴν ἐκ συμβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου συνεισιοῦσαν τῇ χρείᾳ, μόνην ἀποπεμψάμενος, ἀφῆκεν τοῖς ἰδίοις ὅροις οἰκονομεῖσθαι τὴν φύσιν. ὥσπερ γὰρ οἱ διηθοῦντες τὸν οἶνον οὐκ ἀτιμάζουσιν αὐτοῦ τὸ χρήσιμον, διὰ τὴν καταμιχθεῖσαν B ἄχνην αὐτῷ· ἀλλὰ τῷ ἠθμῷ τὰ περιττὰ διακρίναντες, τὴν καθαρὰν τὴν χρῆσιν οὐκ ἀποβάλλουσιν· οὕτως ὁ θεωρητικός τε καὶ διακριτικὸς τῶν ἀλλοτρίων τῆς φύσεως λόγος, τῇ λεπτότητι τῆς ἀκριβοῦς θεωρίας, τὴν μὲν πεῖναν, ὡς συντηρητικὴν οὖσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν οὐκ ἐξώρισε· τὰς δὲ συμπλεχθείσας τῇ χρείᾳ περιεργίας, διήθησέ τε καὶ ἀπέρριψεν, εἰπὼν ἐκεῖνον εἰδέναι τρόφιμον ἄρτον ὃς τῷ ῥήματι τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν φύσιν ᾠκείωται. εἰ οὖν ἐπείνασεν ὁ Ἰησοῦς, μακαριστὸν ἂν εἴη τὸ πεινᾶν, ὅταν C κατὰ μίμησιν ἐκείνου ἐνεργῆται καὶ ἐν ἡμῖν. εἰ τοίνυν ἔγνωμεν τί ἐστιν οὗ πεινᾷ ὁ κύριος, γνωσόμεθα πάντως τοῦ μακαρισμοῦ τοῦ νῦν ἡμῖν προκειμένου τὴν δύναμιν. ποία οὖν ἐστιν ἡ βρῶσις, ἧς ὁ Ἰησοῦς τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἐπαισχύνεται; φησὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς μετὰ τὸν πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν διάλογον· ὅτι ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου· φανερὸν δὲ τοῦ πατρός ἐστι τὸ θέλημα, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. οὐκοῦν εἰ ἐκεῖνος ὀρέγεται τοῦ ἡμᾶς σωθῆναι, καὶ τροφὴ αὐτοῦ γίνεται D ἡ ἡμετέρα ζωή, μεμαθήκαμεν εἰς ὅτι χρηστὸν ἂν εἴη τῇ τοιαύτῃ τῆς ψυχῆς διαθέσει. τί οὖν τοῦτό ἐστι; πεινάσωμεν τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, διψήσωμεν τοῦ θείου θελήματος, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἡμᾶς σωθῆναι. πῶς οὖν ἐστι τὴν τοιαύτην ἡμῖν κατορθωθῆναι πεῖναν, νῦν παρὰ τοῦ μακαρισμοῦ μεμαθήκαμεν. ὁ γὰρ τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ ποθήσας, εὗρε τὸ ἀληθῶς ὀρεκτόν· οὗ τὴν ἐπιθυμίαν οὐχ εἷς τρόπος τῶν κατὰ τὴν ὄρεξιν ἐνεργουμένων ἐπλήρωσεν.

A οὐ γὰρ μόνον ὡς βρῶσιν τὴν τῆς δικαιοσύνης μετουσίαν ἐπέθηκεν. ἡμιτελὴς γὰρ ἂν ἦν ἐπὶ ταύτης μόνης τῆς διαθέσεως στᾶσα ἡ ὄρεξις, νυνὶ δὲ καὶ πότιμον τὸ ἀγαθὸν τοῦτο ἐποίησεν, ἵνα τὸ ἔνθερμόν τε καὶ διακαὲς τῆς ἐπιθυμίας τῷ πάθει τῆς δίψης ἐνδείξηται. ξηροὶ γὰρ ὥσπερ τινὰ καὶ φλογώδεις ἐν τῷ καιρῷ τῆς δίψης γινόμενοι, ὡς θεραπείαν ἔχειν τῆς τοιαύτης διαθέσεως τὸ ποτὸν μεθ' ἡδονῆς προσφερόμεθα. ἐπεὶ οὖν μία μὲν τῷ γένει ἡ ὄρεξις ἐπὶ βρώσεώς τε καὶ πόσεως· διάφορος δὲ ἡ πρὸς ἑκάτερον τούτων διάθεσις, ὡς ἂν τὸ B ἀκρότατον τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπιθυμίας ὁ λόγος ἡμῖν νομοθετήσειε· μακαρίζει τοὺς τὰ δύο ταῦτα πρὸς τὴν δικαιοσύνην πάσχοντας, τὴν πεῖνάν τε καὶ τὴν δίψαν, ὡς ἱκανοῦ ὄντος τοῦ ποθουμένου πρὸς ἑκάτερον ἁρμοσθῆναι καταλλήλως τὴν ὄρεξιν, καὶ στερρὰν μὲν τῷ πεινῶντι γίνεσθαι τροφὴν, πότιμον δὲ τῷ διψητικῶς ἐφελκυσαμένῳ τὴν χάριν. μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. ἆρ' οὖν τὸ μὲν πρὸς τὴν δικαιοσύνην ὀρεκτικῶς ἔχειν μακαριστὸν, εἰ δέ C τις πρὸς τὴν σωφροσύνην, ἢ τὴν σοφίαν, ἢ τὴν φρόνησιν, ἢ εἴ τι ἄλλο τῆς ἀρετῆς εἶδός ἐστιν, ὁμοίως ἔχει, τοῦτον οὐ μακαρίζει ὁ λόγος; ἀλλὰ τοιοῦτόν τινα τάχα νοῦν τὸ λεγόμενον ἔχει. ἓν τῶν κατ' ἀρετὴν νοουμένων, ἡ δικαιοσύνη ἐστί. συνήθως δὲ πολλάκις ἡ θεία γραφὴ διὰ τῆς τοῦ μέρους μνήμης, περιλαμβάνει τὸ ὅλον· ὡς ὅταν τὴν θείαν φύσιν δι' ὀνομάτων τινῶν ἑρμηνεύῃ. λέγει γάρ· ἐγὼ κύριος ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἡ προφητεία· τοῦτό μοι ὄνομα αἰώνιον καὶ μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν, καὶ D πάλιν ἑτέρωθί φησιν· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. καὶ ἐν ἑτέρῳ· ὅτι ἐλεήμων εἰμί. καὶ μυρίοις ἄλλοις ὀνόμασι τοῖς τὸ ὑψηλόν τι καὶ θεοπρεπὲς διασημαίνουσιν, οἶδεν ὀνομάζειν αὐτὸν ἡ ἁγία γραφὴ, ὥστε διὰ τούτων μαθεῖν ἀκριβῶς, ὅτι ὅταν ἕν τι εἴπῃ πᾶς ὁ τῶν ὀνομάτων κατάλογος κατὰ τὸ σιωπώμενον τῷ ἑνὶ συνεκφωνεῖται. οὐ γὰρ ἐνδέχεται, ἐὰν κύριος λέγηται, μὴ καὶ τὰ ἄλλα εἶναι· ἀλλὰ πάντα δι' ἑνὸς ὀνόματος ὀνομάζεται. διὰ τούτων οὖν μεμαθήκαμεν, ὅτι διὰ μέρους τινὸς πολλὰ περιλαμβάνειν οἶδεν ὁ θεόπνευστος λόγος. οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα

non enim ſolum tanquam cibum iuſtitiæ vſum propoſuit. Semiperfectus enim eſſet, ſi in hac ſola affectione conſiſteret appetitus: nunc autem etiam potabile hoc bonum fecit, vt ardorem & feruorem cupiditatis per ſitis affectionem indicaret. Cùm enim in tempore ſitis aridi quodammodo fiamus & ardentes, pro remedio eiuſmodi affectionis potum ſumimus cum voluptate. Quoniam igitur vnus quidem genere ipſo cibi pariter & potionis appetitus eſt: diuerſa verò ad vtrumque horum affectio eſt: vt ſummum nobis & extremum boni deſiderium præſcriberet, beatos iudicat eos, qui duobus his affectibus fame pariter, & ſiti ad iuſtitiam mouentur: quaſi ſatis idoneum ſit id quod deſideratur, vt ſe vtrique appetitui inuicem accommodet, atque eſurienti quidem nutrimentum ſolidum, cum ſiti verò gratiam ad ſe attrahenti potabile exiſtat. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Matth. 5. Nunquid ergo iuſtitiam quidem expetere beatum iudicandum eſt; ſed ſi quis erga temperantiam, continentiam, ſobrietatem, aut ſapientiam, aut prudentiam, aut ſi qua alia virtutis ſpecies eſt, ſimiliter affectus eſt, hunc Verbum beatum non iudicat? Verùm talem forſitan quod dicitur, ſententiam in ſe continet. Vnum ex iis, quæ per virtutem intelliguntur, iuſtitia eſt. Pro conſuetudine autem id ſæpè diuina ſcriptura habet, vt facta mentione partis, totum comprehendat: vt cùm diuinam naturam per aliqua nomina deſignat. Dicit enim tanquam ex perſona Dei Propheta: Ego Dominus, hoc mihi nomen æternum: & memoriale generationum generationibus: & rurſus in alio loco ait, Ego ſum, qui ſum: & in alio, Miſericors ſum: & ſexcentis aliis nominibus id quod & altum & auguſtum eſt ſignificantibus, ſolet Deum ſancta ſcriptura nominare, vt per hæc certò ſciamus, quòd cùm vnum aliquod edat, tota nominum congeries tacitè cum vno ſimul exprimatur. Non enim conceditur, nec probabile eſt, ſi Dominus dicatur, eum, nõ etiam reliqua eſſe: ſed omnia per vnũ nomẽ exprimuntur. Per hæc igitur didicimus, quòd per partem aliquã multa cõplecti ſoleat diuinitùs prodita ſcriptura. Ergo cùm etiã hic

Eſa. 42. Exod. 3. Ibid. 33.

Verbum dixiſſet, iuſtitiam iis, qui beatè eſuriant, propoſitam eſſe, per hanc, omnem virtutis ſpeciem deſignat, vt ex æquo beatus ſit, qui & prudentiam, & fortitudinem, & ſobrietatem, continentiam, frugalitatem, & ſi quid aliud per eandem virtutis definitionem percipitur & comprehenditur, eſuriat. Neque enim fieri poteſt, vt vna aliqua virtutis ſpecies à reliquis diſiuncta, ipſa per ſe virtus perfecta ſit. Nam cum quo non ſimul aliquid conſideratur eorum, quæ per bonum intelliguntur, omnino neceſſe eſt, vt contrarium in eo locum habeat: opponitur autem continentiæ quidem & frugalitati luxuria atque incontinentia: prudentiæ verò ſtultitia, & cuiuſque eorum quæ in meliorem partem accipiuntur, prorſus eſt aliquid, quod ex contrario intelligatur. Si igitur non omnia cum iuſtitia conſiderarentur, fieri non poſſet, vt quod relinqueretur, bonum eſſet: non enim aliquis dixerit ſtultam iuſtitiam, aut audacem, aut incontinentem, aut aliud quicquam eorum, quæ per vitioſitatem conſiderantur & intelliguntur. Quod ſi ratio iuſtitiæ ab omnibus, quæcumque in peiorem partem accipiuntur, vacua, pura atque integra eſt, vniuerſum in ſe bonum planè complexa eſt: bonum autem eſt, quidquid per virtutem conſideratur & intelligitur. Ergo omnis virtus hîc nomine iuſtitiæ ſignificatur: quam eſurientes & ſitientes Verbum, beatos iudicat, ſatietatem eorum quæ expetuntur, promittens. Beati enim, inquit, eſurientes & ſitientes iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. *Matth. 5.* Quod autem dicitur eiuſmodi quandam ſententiam continere videtur. Nihil earum rerum quibus voluptatis gratia ſtudetur in hoc ſæculo, operam dantibus ſatietatem affert, ſed, vt alicubi per ænigmata atque inuolucra verborum ſapientia dicit, Dolium perforatum eſt occupatio circa voluptates: quò ſemper ſedulo infundentes, irritum & inexplicabilem quendam infinitumque laborem oſtentant, qui his rebus ſtudent, ſemper quidē aliquid in fundū cupiditatis infundentes, ac quicquid ad voluptatē facit, ſuperinijciētes, ad ſatietatem verò cupiditatem non deducētes. Quis animaduertit ad auaritiæ terminum peruentum eſſe per id, quòd acceſſerit auaris id quod quærebant? quis honoris inſana cupidine captus, ambitionis finem fecit, aſſequutus ea, quæ expetebat?

A τὴν δικαιοσύνην τοῖς μακαρίως πεινῶσι προκεῖσθαι ὁ λόγος εἰπών, πᾶν εἶδος ἀρετῆς, διὰ ταύτης ἀποσημαίνει, ὡς ἐπίσης μακάριον εἶναι τὸν καὶ φρόνησιν, καὶ ἀνδρείαν, καὶ σωφροσύνην πεινῶντα, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἀρετῆς λόγῳ καταλαμβάνεται. Οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν ἕν τι τῆς ἀρετῆς εἶδος τῶν λοιπῶν διεζευγμένον, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τελείαν τὴν ἀρετὴν εἶναι. ᾧ γὰρ ἂν μὴ συνθεωρῆταί τι τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν νοουμένων, ἀνάγκη πᾶσα τὸ ἀντιδιαστελλόμενον ἐπ' αὐτοῦ χώραν ἔχειν· ἀντιδιέστηκε δὲ τῇ σωφροσύνῃ μὲν τὸ ἀκόλαστον· τῇ φρονήσει δὲ ἡ ἀφροσύνη, καὶ ἑκάστῳ τῶν B πρὸς τὸ κρεῖττον ὑπειλημμένων ἐστί τι πάντως τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου νοούμενον. Εἰ οὖν μὴ πάντα τῇ δικαιοσύνῃ συνθεωροῖτο, ἀμήχανον ἂν εἴη τὸ λειπόμενον ἀγαθὸν εἶναι. Οὐκ ἂν γάρ τις εἴποι ἄφρονα δικαιοσύνην, ἢ θρασεῖαν, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἄλλό τι τῶν ἐν κακίᾳ θεωρουμένων. Εἰ δὲ παντὸς τοῦ χείρονος ἀμιγὴς ὁ τῆς δικαιοσύνης λόγος ἐστίν, ἅπαν ἐν ἑαυτῷ πάντως τὸ ἀγαθὸν περιείληφεν· ἀγαθὸν δὲ πᾶν τὸ κατ' ἀρετὴν θεωρούμενον. Οὐκοῦν πᾶσα ἀρετὴ τῷ ὀνόματι τῆς δικαιοσύνης ἐνταῦθα διασημαίνεται· ἧς τοὺς πεινῶν- C τάς τε καὶ διψῶντας μακαρίζει ὁ λόγος, τὴν πλησμονὴν αὐτοῖς τῶν ἐπιθυμουμένων ἐπαγγελλόμενος. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτόν μοι τινὰ νοῦν ἔχειν δοκεῖ. Οὐδὲν τῶν καθ' ἡδονὴν ἐν τῷ βίῳ σπουδαζομένων πλήσμιον γίνεται τοῖς σπουδάζουσιν, ἀλλά, καθώς φησί που δι' αἰνίγματος ἡ Σοφία, πίθος τετρημένος ἐστὶν ἡ περὶ τὰς ἡδονὰς ἀσχολία· ᾧ πάντοτε κατὰ σπουδὴν ἐπαντλοῦντες, ἀπλήρωτόν τινα καὶ D ἀνήνυτον ἐπιδείκνυνται κόπον οἱ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες, ἐγχέοντες μὲν ἀεί τι τῷ βυθῷ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ τὸ πρὸς ἡδονὴν ἐπεμβάλλοντες, εἰς κόρον δὲ τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ἄγοντες. τίς ἔγνω τῆς φιλαργυρίας ὅρον, διὰ τὸ προσγενέσθαι τοῖς φιλαργυροῦσι τὸ σπουδαζόμενον; τίς δοξομανῶν ἔληξεν, ἐν ᾧ τυχεῖν ὧν ἐσπούδαζεν;

ὁ δὲ τὴν ἡδονὴν ἐκπλήσας ἐν ἀκροάμασιν ἢ θεάμασιν, ἢ τῇ περὶ γαστέρα καὶ μετὰ γαστέρα μανίᾳ καὶ λύσσῃ· τί εὗρεν ἐκ τῆς ἀπολαύσεως αὐτῷ ταύτης περιγινόμενον; οὐ πάσης ἡδονῆς εἶδος τῆς διὰ σώματος ἐκπληρουμένης ὁμοῦ τε προσπελάσαι παρίπταται; οὐδὲ πρὸς τὸ βραχύτατον τοῖς ἁψαμένοις αὐτῆς παραμενούσης; τοῦτο τοίνυν τὸ ὑψηλὸν δόγμα παρὰ τοῦ κυρίου μανθάνομεν, ὅτι μόνη ἡ κατ' ἀρετὴν ἡμῖν ἐγγινομένη σπουδὴ πάγιόν τι ἐστὶ καὶ ἐνυπόστατον. ὁ γάρ τι τῶν ὑψηλῶν κατορθώσας, οἷον σωφροσύνην, ἢ μετριότητα, ἢ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐσέβειαν, ἢ ἄλλο τι τῶν ὑψηλῶν τε καὶ εὐαγγελικῶν διδαγμάτων, οὐ πρόσκαιρον ἐφ' ἑκάστῳ τῶν κατορθωμάτων καὶ ἄστατον τὴν εὐφροσύνην ἔχει, ἀλλ' ἐνιδρυμένην καὶ διαμένουσαν, καὶ παντὶ συμπαρατεινομένην τῷ τῆς ζωῆς διαστήματι. διὰ τί; ὅτι ταῦτα μὲν ἔξεστι διαπαντὸς ἐνεργεῖν, καὶ οὐδείς ἐστι καιρὸς ἐν παντὶ τῷ τῆς ζωῆς διαστήματι, ὃ ἀγαθῆς κόρον ἐμποιεῖ ἐνεργείας. ἥτε γὰρ σωφροσύνη καὶ ἡ καθαρότης, καὶ τὸ ἐν παντὶ ἀγαθῷ ἀμετάπτωτον, καὶ τὸ πρὸς τὸ κακὸν ἀκοινώνητον ἀεὶ ἐνεργεῖται, ἕως ἄν τις πρὸς ἀρετὴν βλέπῃ, καὶ συμπαρατεινομένην ἔχει τῇ ἐνεργείᾳ τὴν εὐφροσύνην. ἐπὶ δὲ τῶν ταῖς ἀτόποις ἐπιθυμίαις ἐγκεχυμένων, κἂν διαπαντὸς αὐτοῖς ἡ ψυχὴ βλέπῃ πρὸς τὸ ἀκόλαστον, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ τὸ ἥδεσθαι πάρεστιν. τήν τε γὰρ περὶ τὴν βρῶσιν λιχνείαν ὁ κόρος ἔστησεν, καὶ ἡ τοῦ πίνοντος ἡδονὴ συγκατεσβέσθη τῇ δίψῃ, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ χρόνου τινὸς χρῄζει καὶ διαλείμματος, ὥστε μεταξὺ ἀπὸ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς πλησμονῆς, πάλιν ἀνακληθῆναι τὴν τοῦ ἡδύνοντος ὄρεξιν. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις, οἷς ἂν ἅπαξ βεβαίως ἐνιδρυθῇ, οὐ χρόνῳ μετρεῖται, οὔτε κόρῳ περιορίζεται· ἀλλὰ πάντοτε τοῖς κατ' αὐτὴν ζῶσιν ἀκραιφνῆ τε καὶ νεαρὰν, καὶ ἀκμάζουσαν τῶν ἰδίων ἀγαθῶν παρέχει τὴν αἴσθησιν. διὸ τοῖς ταῦτα πεινῶσιν, ὁ Θεὸς λόγος τὴν πλησμονὴν ἐπαγγέλλεται· πλησμονὴν ἐξάπτουσαν κόρῳ τὴν ὄρεξιν, οὐκ ἀμβλύνουσαν. τοῦτο οὖν ἐστιν, ὃ διδάσκει ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ τῶν νοημάτων ὄρους διαλεγόμενος,

A iam verò qui voluptatem expleuit acroamatibus ſpectaculiſve, aut inanis & furioſis ventris ſtudiis, aut iis rebus ſectandis, quæ ventrem plenum conſequi ſolent: quid ſibi ex eo, quòd his rebus frui atque potiri licuit, ſupereſſe deprehendit? An non omnis voluptatis ſpecies, quæ corpore percipitur, ſimul atque appropinquauit, præteruolat? ne breuiſſimum quidem tempus apud eos, qui illam attigerint, manens? Hanc igitur ſublimem, certam ſtabilemque ſententiam à Domino diſcimus, quòd ſolum virtutis ſtudium in nobis exiſtens
B ſtabilis, fixa, firma, conſiſtenſque quædam res ſit. Nam qui aliquid ex rebus ſublimibus aſſequutus eſt, verbi gratia, continentiam, temperantiam, modeſtiam aut moderationem, aut pietatem erga numen diuinum, aut aliam quampiam ex ſublimibus pariter & Euangelicis doctrinis, non tranſitoriam & temporariam ob vnumquodq; eorum, quæ conſequutus eſt, & inſtabilem lætitiam habet, ſed conſtantem, permanentem, & omni ſpatio vitæ durantem. Quare? quia hæc quidem ſemper licet agere, ac nullum eſt temporis punctum in omni
C vitæ ſpatio, quod bonæ actionis ingeneret ſatietatem. Nam & continentia & puritas animi, & in omni bono conſtantia, & vitatio mali, donec aliquis virtutem ſibi propoſitam habet, ſemper exercentur, & vnà cum actione & exercitatione ſeſe producentem & durantem lætitiam habent. In iis autem, qui abſurdis cupiditatibus ardent, etiamſi ſemper anima eorum ſpectet laſciuiam & incontinentiam, attamen non ſemper gaudere licet. Nam & auiditatem cibi immoderatam ſatietas ſiſtit, & bibentis voluptas vnà cum ſiti extinguitur, cæteraque ad eundem modum & tempore aliquo opus habent, & interuallo, vt extinctus à voluptate & ſatieta-
D te rurſus reuocetur eius, quod delectat & placet, appetitus. Ac virtutis poſſeſſio quibuſcumque ſemel firmiter inſederit, non temporis ſubiacet menſuræ, non ſatietate terminatur: ſed ſemper purum, ſyncerumque & recentem, & vigentem ſecundum ſe viuētibus ſenſum ſuorum bonorum præbet. Quamobrem iis qui hæc eſuriunt, Deus Verbum expletionem promittit: expletionem, inquam, quæ ſatietate accēdat, non hebetet appetitum. Hoc igitur eſt, quod docet ab excelſo intellectuū monte ſermocinans,

nempe, vt ad nullam eiuſmodi rem, cu-
piditatem noſtram applicemus, cuius
nullus expetentibus propoſitus eſt finis,
in quibus & vanum, & inutile ſtudium
eſt: quemadmodum in iis, qui verticem
vmbræ ſuæ curſu inſequuntur, quorum
curſus fertur in infinitum, & inexplica-
bile, eò ſemper celeriter elabente, eo
quod petitur, quò curſus inſequentis
contendit: ſed vt ad eas res appetitum
conuertamus, in quibus per ſtudium
certa poſſeſſio ſtudenti acquiritur. Nam
qui ad virtutem aſpirat, rem propriam
acquirit, bonum quod expetiuit, in ſeſe
cernēs. Beatus eſt igitur, qui eſurit con-
tinentiam: implebitur enim puritate.
Repletio autem, ſicut dictum eſt, non
auerſationem & faſtidium, ſed inten-
tionem & vehementiam efficit appeti-
tus, & ex æquo vtraque ſimul inter ſeſe
augentur. Nam & ſtudium & affectio-
nem virtutis rei affectatæ acquiſitio
conſequitur: & innatam bonum aſſi-
duam perpetuamque lætitiam ſimul in
animam infert. Talis enim huius boni
natura eſt, vt non in præſentia modò
fruentem demulceat atque delectet,
ſed in omnibus temporis partibus læti-
tiam repræſentet. Nam & vitæ rectè
tranſactæ memoria, eum, qui id aſſe-
quutus ſit? & præſens vita, dum per
virtutem tranſigitur & expectatio retri-
butionis & remunerationis delectat,
quam remuneratione᷑ non aliam quan-
dam eſſe puto, quàm ipſam rurſus vir-
tutem, quę & opus rectè facientium eſt,
& præmium rectè factorum exiſtit. Cæ-
terùm ſi etiam aliquem audacem attin-
gere ſermonem oportet: forſitan per
virtutis & iuſtitiæ mentionem ſeipſum
audientium appetitui proponere mihi
Dominus videtur: qui factus eſt nobis
1.Cor.1. ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctifi-
catio, & redemptio, quinetiam panis de
cœlo deſcendens, & aqua viuens: quam
ſitire ſeſe Dauid in quodam Pſalmo
confitetur, hunc beatum affectum ani-
Pſal.41. mæ Deo offerens his verbis: Sitiuit a-
nima mea ad Deum illum validum, vi-
uentem, quando veniam & apparebo in
conſpectu Dei? Qui Dauid mihi vide-
tur virtute ſpiritus has magnificas Do-
mini doctrinas iam antè edoctus, etiam
expletionem eiuſmodi appetitus ſibi
prædixiſſe. Ego enim, inquit, in iuſtitia

A τὸ μηδενὶ τοιούτῳ τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν προσα-
βάλλειν, οὗ μηδὲν παρέχεται τοῖς σπουδάζουσι
πέρας, ἐν οἷς ματαία τε καὶ ἀνόνητός ἐστιν ἡ
σπουδή· καθάπερ τοῖς τῇ κορυφῇ τῆς ἑαυτῶν
σκιᾶς ἐπιτρέχουσιν, οἷς ὁ δρόμος ἐπὶ τὸ ἀνή-
νυτον φέρεται, εἰς ἐκεῖνο ἀεὶ ταχέως τοῦ διω-
κομένου ὑπεξιόντος τῷ ἐπιτρέχοντι· ἀλλ' ἐ-
κεῖ τρέψαι τὴν ὄρεξιν, ἐν οἷς ἡ σπουδὴ κτῆ-
μα τοῦ σπουδάζοντος γίνεται. ὁ γὰρ τῆς ἀρετῆς
ἐπιθυμήσας, κτῆμα ἴδιον ποιεῖται τὸ ἀγαθὸν,
ἐν ἑαυτῷ βλέπων ὃ ἐπεθύμησε. μακάριος
οὖν ὁ πεινάσας τὴν σωφροσύνην· ἐμπλη-
B σθήσεται γὰρ τῆς καθαρότητος. ἡ δὲ πλησμονὴ,
καθὼς εἴρηται, οὐκ ἀποστροφὴν, ἀλλ' ἐπίτα-
σιν ποιεῖ τῆς ὀρέξεως, καὶ συναύξεται ἀλλή-
λοις κατὰ τὸ ἴσον ἀμφότερα. ὅτε γὰρ ἐπιθυμίᾳ
τῆς ἀρετῆς ἡ τοῦ ἐπιθυμηθέντος κτῆσις ἐπη-
κολούθησε· καὶ τὸ ἐγγενόμενον ἀγαθὸν ἄπαυστον
τὴν εὐφροσύνην τῇ ψυχῇ συνεισήνεγκε. τοι-
αύτη γάρ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ τούτου φύσις ἐστὶν, ὡς
μὴ ἐν τῷ παρόντι μόνον καταγλυκαίνειν τὸν
ἀπολαύοντα, ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς τοῦ χρόνου μέ-
ρεσιν ἐνεργὸν παρέχειν τὴν εὐφροσύνην. καὶ γὰρ
ἡ μνήμη τῶν ὀρθῶς βεβιωμένων· εὐφραίνει τὸν
C κατορθώσαντα· καὶ ἡ ἐν τῷ παρόντι ζωὴ, ὅ-
ταν δι' ἀρετῆς διεξάγηται, καὶ ἡ τῆς ἀντιδό-
σεως προσδοκία, ἣν οὐκ ἄλλην εἶναί τινα ὑ-
πολαμβάνω, ἢ αὐτὴν πάλιν τὴν ἀρετὴν, ἣ
καὶ ἔργον ἐστὶ τῶν κατορθούντων, καὶ γέρας ἐ-
πὶ τοῖς κατορθώμασι γίνεται. Εἰ δὲ χρή τινος
καὶ τολμηροῦ καθάψασθαι λόγου· δοκεῖ τά-
χα μοι διὰ τοῦ κατὰ τὴν ἀρετήν τε καὶ δι-
καιοσύνην λόγου ἑαυτὸν προτιθέναι τῇ ὀρέξει
τῶν ἀκουόντων ὁ κύριος· ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σο-
φία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς,
καὶ ἀπολύτρωσις, ἀλλὰ καὶ ἄρτος ἐξ οὐρα-
D νοῦ καταβαίνων, καὶ ὕδωρ ζῶν· οὗ διψῆν ὁμο-
λογεῖ Δαβὶδ ἔν τινι ψαλμῳδίᾳ, τὸ μακαρι-
στὸν τοῦτο τῆς ψυχῆς πάθος τῷ Θεῷ προσφέ-
ρων, ἐν οἷς φησίν· ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς
τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα, πότε ἥξω καὶ
ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; ὅς μοι
δοκεῖ τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος προπαιδευ-
θεὶς τὰ μεγαλοφυῆ ταῦτα τοῦ κυρίου διδάγμα-
τα, καὶ τὴν πλησμονὴν τῆς τοιαύτης ὀρέξεως ἑαυ-
τῷ προειπεῖν. ἐγὼ γάρ, φησιν, ἐν δικαιοσύνῃ

ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου, χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν σου. αὕτη τοίνυν ἐστὶ κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον ἡ ἀληθὴς ἀρετὴ, τὸ ἀμιγὲς τοῦ χείρονος ἀγαθὸν, περὶ ὃ πᾶν νόημα τῶν πρὸς τὸ κρεῖττον νοουμένων καταλαμβάνεται. αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος, ἡ τοὺς οὐρανοὺς καλύψασα ἀρετὴ, καθὼς ὁ Ἀμβακοὺμ διεξέρχεται, καὶ καλῶς οἱ ταύτην τοῦ Θεοῦ τὴν δικαιοσύνην πεινῶντες, ἐμακαρίσθησαν. τῷ ὄντι γὰρ ὁ γευσάμενος τοῦ κυρίου, καθὼς ἡ ψαλμῳδία λέγει, τουτέστιν, ὁ ἐν ἑαυτῷ δεξάμενος τὸν Θεὸν, πλήρης γίνεται οὗ ἐδίψησέ τε καὶ ἐπείνασεν, κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν τοῦ εἰπόντος· ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν, τοῦ ἁγίου πνεύματος δηλονότι προενοικήσαντος· οὕτω μοι δοκεῖ καὶ Παῦλος ὁ μέγας ὁ τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων καρπῶν τῶν ἐκ τοῦ παραδείσου ἀπογευσάμενος, καὶ πλήρης ὢν ἐγεύσατο εἶναι, καὶ ἀεὶ πεινᾶν. καὶ γὰρ πεπληρῶσθαι τοῦ ποθουμένου ὁμολογεῖ λέγων· ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς, καὶ ὡς πεινῶν ἀεὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεται λέγων· οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον ἢ ἤδη τετελείωμαι, τρέχω δὲ ἵνα καταλάβω. δεδόσθω γὰρ ἡμῖν κατ' ἐξουσίαν ὑποθετικῶς εἰπεῖν τι λέγειν, ὃ ἡ φύσις οὐκ ἔχει. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς βρώσεως, εἰ μηδὲν περιττωματικῶς τῶν εἰς τροφὴν λαμβανομένων ἐξεποιεῖτο, ἀλλὰ τὸ ὅλον εἰς προσθήκην τοῦ σωματικοῦ ὕψους ἀνελαμβάνετο, εἰς πολὺ ἂν ὕψος ἐπήρθη τὰ σώματα, τῆς καθ' ἡμέραν τροφῆς δι' ἑαυτῆς ἐπαυξούσης τὸ μέγεθος· οὕτως ἡ δικαιοσύνη ἐκείνη, καὶ πᾶσα ἡ μετ' αὐτῆς ἀρετὴ, ἐπειδὴ οὐκ ἐκποιεῖται ἐσθιομένη κατὰ τὸν νοητὸν τῆς βρώσεως τρόπον, ὑψηλοτέρους ἀεὶ ποιεῖ δι' ἑαυτῆς τοὺς μετέχοντας, πάντοτε τῇ παρ' ἑαυτῆς προσθήκῃ τὸ μέγεθος αὔξουσα. οὐκοῦν εἰ νενόηται ἡμῖν ἡ μακαριστὴ πεῖνα, πᾶσαν τὴν ἀπὸ κακίας πλησμονὴν ἐμέσαντες, πεινάσωμεν τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ, ἵνα καὶ εἰς πλησμονὴν αὐτῆς ἔλθωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A apparebo in conſpectu tuo, ſatiabor videndo gloriam tuam. Hæc igitur, vt mea quidem opinio fert, vera virtus eſt, bonum quod cum malo permixtũ non eſt: circa quod omnis intellectus corũ, quæ in præſtantiorem partem accipiuntur, deprehenditur & percipitur, ipſe Deus Verbum, virtus quæ cœlos texit, vt Ambacum exponit, ac rectè qui hanc Dei iuſtitiam eſuriunt, beati iudicantur. Nam reuera, qui Dominum guſtauit, vt pſalmodia dicit: hoc eſt, qui in ſeſe Deum recepit, expletur eo, quod & ſitiuit, & eſuriuit, iuxta promiſſionem *Pſal. 16.*
B eius, qui dixit: Ego & pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus, videlicet, Spiritu ſancto prius inhabitante. Ita mihi videtur etiam magnus ille Paulus, qui arcanos illos paradiſi fructus deguſtauit, & plenus eorum, quæ guſtauit, & ſemper eſuriens eſſe. Etenim repletum ſe eſſe eius, quod deſiderabatur, fatetur, dum dicit: Viuit autem in me Chriſtus, & tanquam eſuriens, ſemper præteritis omiſſis ad vlteriora aſpirat, dum dicit: Non quòd iam ceperim, aut iam perfectus ſim: curro autem, vt aſſequar, & comprehendam. Detur enim *Ioan. 4.* *Gal. 2.* *Philip. 3.*
C nobis, vt ad arbitrium noſtrum aliquid exempli gratia eſſe dicamus, quod in rerum natura non habetur. Quemadmodum enim in ſenſibili cibo, ſi nihil eorum, quæ nutrimenti cauſa ſumuntur, pro excremento eijceretur, ſed totum ad adiectionem corporeæ proceritatis aſſumeretur, quotidiano nutrimento per ſeſe adaugente magnitudinem, in multam proceritatem corpora excreſcerent & attollerentur: itidem illa iuſtitia, & omnis vnà cũ ea virtus, quoniam ſecundum eum, qui mente percipitur, in cibi modum comeſta non egeritur, altiores ſemper per ſeſe participantes
D efficit, ſui ſemper adiectione magnitudinem augens. Quocirca ſi à nobis intellecta eſt illa beata fames, omni vitioſitatis redundãtia per vomitum reiecta, eſuriamus iuſtitiam Dei, vt etiam ad expletionem & ſatietatem eius perueniamus, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

A

DE BEATITVDINIBVS,

Oratio V.

Beati miſericordes: Quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Gen. 28. FORSITAN aliquid tale eſt id, quod per quãdam viſionẽ Iacob per ænigma edoctus eſt, cum ſcalam à terra ad altitudinem cœli pertinẽtem, & Deum ſuper ea ſtantem vidiſſet, quale nimirũ nunc etiam nobis doctrina beatitudinum facit, quæ ſemper ad ſublimiores intellectus per eam aſcendentes erigit & extollit. Nam & illic opinor vitam cum virtute coniũctam patriarchæ per ſpeciem ſcalæ effingi atque informari, vt & ipſe diſceret, & poſteris traderet, quòd aliter ad Deum erigi atq; extolli non licet, niſi quis ſem per ſuperna contueatur ac ſpectet, & ſublimium rerum deſiderio continenti teneatur, vt non contentus ſit in iis, quæ rectè iam fecerit, & conſequutus ſit, manere, ſed in damno ponat, ſi ſuperiora non attingat & aſſequatur. Et hic igitur aliarum alias excipientium beatitudinum altitudo efficit, vt ipſi Deo appropinquetur, qui verè beatus, & ſuper omnẽ beatitudinem cõſtitutus & firmatus eſt. Prorſus autem, vt ſapienti per ſapientiam, & per puritatem puro appropinquamus, ita beato quoque per viam beatitudinum conciliamur. Dei enim reuera propria beatitudo eſt: quamobrem etiam Iacob ſuper eiuſmodi ſcalam Deum ſtetiſſe narrauit. Igitur participatio beatitudinum nihil eſt aliud, niſi Deitatis communicatio: ad quam per ea, quæ dicuntur, Dominus nos ſubducit. Videtur ergo mihi per eam, quæ ad conſequentiam propoſita eſt, beatitudinis expoſitionem, aliquo modo Deum facere eum, qui & audiat & intelligat ſermonem. *Beati enim*, inquit, *miſericordes,*
Matth. 5. *quoniam ipſi miſericordiã conſequentur*. Scio in multis locis diuinæ ſcripturæ, nomine

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΑΚΑΡΙΣΜΟΥΣ

ΛΟΓΟΣ Ε.

Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

B ΤΑΧΑ τι τοιοῦτόν ἐστιν, ὃ διὰ τῆς ὀπτασίας ὁ Ἰακὼβ δι' αἰνίγματος ἐπαιδεύθη, κλίμακα ἰδὼν ἀπὸ γῆς ἐπὶ τὸ οὐράνιον ὕψος διήκουσαν, καὶ τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτῆς ἐστηριγμένον, οἷον δὴ νῦν καὶ ἡμῖν ἡ διὰ τῶν μακαρισμῶν διδασκαλία ποιεῖ, ἀεὶ πρὸς τὰ ὑψηλότερα τῶν νοημάτων τοὺς δι' αὐτῆς ἀνιόντας ἐπαίρουσα. καὶ γὰρ ἐκεῖ τοῦ πατριάρχου τὸν κατ' ἀρετὴν οἶμαι βίον τῷ εἴδει τῆς κλίμακος διατυποῦσθαι, ὡς ἂν αὐτός τε μάθοι
C καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ὑφηγήσαιτο, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλως πρὸς τὸν Θεὸν ὑψωθῆναι, μὴ ἀεὶ πρὸς τὰ ἄνω βλέποντα, καὶ τὴν τῶν ὑψηλῶν ἐπιθυμίαν ἄληκτον ἔχοντα, ὡς μὴ ἀγαπᾶν ἐπὶ τῶν ἤδη κατορθωθέντων μένειν, ἀλλὰ ζημίαν ποιεῖσθαι, εἰ τοῦ ὑπερκειμένου μὴ ἅψαιτο. καὶ ἐνταῦθα οὖν ὕψος τῶν ἐπ' ἀλλήλων μακαρισμῶν αὐτῷ προσεγγίζειν τῷ Θεῷ παρασκευάζει, τῷ ἀληθῶς μακαρίῳ, καὶ πάσης ἐπεστηριγμένῳ μακαριότητος. πάντως δὲ, ὡς τῷ σοφῷ διὰ σοφίας, καὶ διὰ καθαρότητος τῷ καθαρῷ προσεγγίζομεν, οὕτω καὶ τῷ μακαρίῳ
D διὰ τῆς ὁδοῦ τῶν μακαρισμῶν οἰκειούμεθα. Θεοῦ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἴδιον ἡ μακαριότης ἐστί· διὸ καὶ ἐπεστηρίχθαι τῇ τοιαύτῃ κλίμακι ὁ Ἰακὼβ τὸν Θεὸν διηγήσατο. ἡ οὖν τῶν μακαρισμῶν μετουσία οὐδὲν ἄλλο, εἰ μὴ θεότητος κοινωνία ἐστὶν, πρὸς ἣν ἡμᾶς ἀνάγει διὰ τῶν λεγομένων ὁ κύριος. δοκεῖ οὖν μοι θεοποιεῖν τρόπον τινὰ διὰ τῆς εἰς τὸ ἀκόλουθον προκειμένης τοῦ μακαρισμοῦ ὑφηγήσεως, τὸν ἀκούοντά τε καὶ συνιέντα τοῦ λόγου. μακάριοι γὰρ, φησὶν, οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. οἶδα πολλαχοῦ τῆς θείας γραφῆς, τῷ ὀνόματι τοῦ

A ἐλεήμονος τοὺς ἁγίους ἄνδρας τὴν θείαν δύναμιν προσκαλουμένους· οὕτως ὁ Δαβὶδ ἐν ταῖς ὑμνῳδίαις· οὕτως Ἰωνᾶς ἐν τῇ καθ' ἑαυτὸν προφητείᾳ· οὕτως ὁ μέγας Μωϋσῆς ἐν πολλοῖς τῆς νομοθεσίας κατονομάζει τὸ θεῖον. Εἰ οὖν πρέπουσα τῷ Θεῷ ἡ προσηγορία τοῦ ἐλεήμονος· τί ἄλλο ἢ οὐχὶ Θεόν σε προσκαλεῖται γενέσθαι ὁ λόγος, οἱονεὶ μορφωθέντα τῷ τῆς θεότητος ἰδιώματι; εἰ γὰρ ἐλεήμων ὁ Θεὸς παρὰ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ὀνομάζεται· τὸ δὲ ἀληθῶς μακάριον, ἡ θεότης ἐστί· φανερὸν ἂν εἴη τὸ ἐκ τῆς ἀκολουθίας νοούμενον, ὅτι κἂν ἄνθρωπός
B τις ἂν ἐλεήμων γένηται, τῆς θείας ἀξιοῦται μακαριότητος, ἐν ἐκείνῳ γενόμενος, ᾧ τὸ θεῖον κατονομάζεται. ἐλεήμων ὁ κύριος καὶ δίκαιος, καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ. πῶς οὖν οὐ μακάριον ἐκεῖνο κληθῆναι καὶ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὅπερ ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ ποιεῖν ὀνομάζεται; ἀλλὰ τὸ μὲν ζηλοῦν τὰ μείζονα τῶν χαρισμάτων, συμβουλεύει διὰ τῶν ἰδίων λόγων καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος· ἡμῖν δὲ σκοπός ἐστιν, οὐχ ὅπως ἀναπεισθείημεν τῶν καλῶν ὀρέγεσθαι· τοῦτο γὰρ αὐτομάτως ἔγκειται τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὸ πρὸς
C τὸ καλὸν ἐπιρρεπῶς ἔχειν· ἀλλ' ὅπως ἂν μὴ ἁμαρτοίημεν τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως. ἐν τούτῳ γὰρ μάλιστα τῷ μέρει πλημμελεῖται ἡμῶν ἡ ζωὴ, ἐν τῷ μὴ δύνασθαι ἀκριβῶς συνιέναι τί τὸ φύσει καλὸν, καὶ τί τὸ δι' ἀπάτης τοιοῦτον ὑπονοούμενον. εἰ γὰρ γυμνὴ προέκειτο ἡ κακία τῷ βίῳ, καὶ μὴ τινὶ καλοῦ φαντασίᾳ περικεχρωσμένη, οὐκ ἂν ηὐτομόλησαν πρὸς αὐτὴν οἱ ἄνθρωποι. οὐκοῦν συνέσεως ἡμῖν χρεία, πρὸς τὴν τοῦ προκειμένου ῥητοῦ κατανόησιν, ὡς ἂν διδαχθέντες τὸ ἀληθινὸν τοῦ ἐγκειμένου
D νοήματος κάλλος, κατ' αὐτὸ μορφωθείημεν. ὥσπερ γὰρ ἡ περὶ τὸ θεῖον ὑπόληψις, ἔγκειται μὲν πᾶσι φυσικῶς τοῖς ἀνθρώποις· ἐν δὲ τῇ ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθῶς ὄντος Θεοῦ, ἡ περὶ τὸ σπουδαζόμενον γίνεται διαμαρτία· οἷς μὲν γὰρ ἡ ἀληθὴς θεότης ἐστὶ σεβάσμιος, ἡ ἐν πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι θεωρουμένη· οἱ δὲ πρὸς ἀτόπους ὑπονοίας ἐπλανήθησαν, ἐν τῇ κτίσει τοιοῦτόν τι ὑπονοοῦντες· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἐν ὀλίγῳ τῆς ἀληθείας παρέκβασις, τῇ ἀσεβείᾳ τὴν πάροδον δέδωκεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου νοήματος, εἰ μὴ καταλάβοιμεν τὴν ἀληθῆ διάνοιαν, οὐκ ἐν ὀλίγῳ

miſericordis ſanctos viros diuinam potentiam appellare, ſic Dauid in Pſalmis: ſic Ionas in ſua prophetia: ita magnus Moyſes in multis locis ſuæ ſanctionis nominat numen diuinum. Si ergo miſericordis appellatio Deum decet: ad quid aliud te ſermo hortatur, niſi vt Deus fias, tanquam formatus & inſignitus propria nota Deitatis? Nam ſi Deus miſericors à diuina ſcriptura nominatur: quod autem verè beatum iudicandum ſit, id Deitas eſt: perſpicuum fuerit quid ex conſequenti intelligatur, videlicet, ſi vel ex hominibus aliquis exiſtat, qui miſericors ſit, beatitudine diuina dignus habeatur, quippe cum id aſſequutus ſit, quo numen diuinum denominatur. Miſericors Dominus & iuſtus, & Deus noſter miſeretur. Quî ergo non *Pſal. 114.* beatum eſt illud & fieri & vocari hominem, quo Deus ex eo, quod facit denominatur? Verùm affectare quidem dona maiora, in ſuis ſcriptis ſuadet etiã diuinus Apoſtolus: nobis autem id agẽdum *1. Cor. 12.* eſt, non vt in animum inducamus appetere res bonas & honeſtas (hoc enim ſponte inſitum eſt humanæ naturæ, vt ad honeſtatem propenſa ſit) ſed ne erremus & fallamur in iudicando atque diſcernendo, quid bonum & honeſtum ſit. In hac enim maximè parte vita noſtra peccat, nempe in eo, quod plenè intelligere nõ poteſt, quid natura bonum & honeſtum ſit, quid falsò tale putetur: nam ſi nuda vitæ propoſita malitia nequitiaque, & non honeſti quadam imagine obducta atque decolorata eſſet, genus humanum ad eam non transfugiſſet. Quocirca intelligentia atque prudentia nobis eſt opus ad propoſiti dicti cognitionem, vt edocti, quæ ſit vera inſiti intellectus pulchritudo, ad eam formemur. Quemadmodum enim opinio de numine diuino naturaliter quidem inſita eſt omnibus hominibus, ſed ignorantia veri Dei peccatur circa id quod colitur (nam alij quidem venerantur veram Deitatem, quæ & in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto conſideratur: alij verò ad abſurdas opiniones delapſi, in creatura tale quid eſſe ſuſpicantur: atque ideirco cùm in re exigua à veritate aberratum eſſet, impietati aditus patefactus eſt) eodem modo ſe res habet in propoſito intellectu, niſi veram ſententiam perceperimus & aſſequuti fuerimus, non in re exigua

nobis à veritatis aberrantibus damnum acciderit. Quid igitur miſericordia eſt, & circa quem rem exercetur? & quomodo beatus eſt is, qui inuicem accipit quod dat? Beati enim, inquit, miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. (Matth. 5.) Iam verò quæ quidem prima facie occurrit, atque in promptu eſt dicti ſententia, ad mutuam charitatem & compaſſionem condolentiamque hominem inuitat, propter inæqualitatem & varietatem vitæ negotiorum non omnibus eadem fortuna, quod vel ad dignitatem, vel ad conſtitutionem & cultum corporis, vel ad reliquas facultates attinet, in vita vtentibus. Scinditur enim vita plerumque in contraria, ſeruitute & dominatione, diuitiis & paupertate, gloria, & ignominia, infirmitate, vitioque corporis & bona valetudine, & omnibus talibus diuiſa. Vt igitur ea pars, cui deeſt, ad eandem commoditatem perueniat cum ea, cui quid ſupereſt, & ſuppleatur id quod deeſt, ab eo quod redundat, miſericordiam aduerſus tenuiores & inferiores hominibus præſcribit: nam niſi miſericordia animum ad eiuſmodi motum emolliuerit, non poterit alioqui quis in animum inducere & impelli, vt in calamitate proximum ſubleuet: ex contrario enim, videlicet inhumanitate, miſericordia intelligitur. Vt igitur ferus, ſæuus & immitis appropinquãtibus inacceſſus eſt: ita qui & miſericors eſt, & incommodis proximi condoleſcit, affectione quaſi contemperatur cum eo, qui vel aliqua re opus habet, ad id ſeſe dolenti atque ſollicito accommodans, quod mens anxia moleſtiiſque circumuenta requirit. Ac miſericordia, vt eam aliquis definitione comprehenſam interpretari & explicare poſſit, voluntaria triſtitia eſt, quæ conflatur ob incommoda aliena. Quod ſi non plenè, quid per eam intelligatur, expreſſimus; forſitan alia ratione magis dilucidè ac planius explicari poſſit: Miſericordia eſt erga eos, qui ob res aliquas triſteis ac moleſtas ſeſe diſcruciant, cum dilectione coniuncta affectio. Quemadmodum enim inhumanitas & feritas ab odio cauſſam & originem habent: ſic ex dilectione quodammodo miſericordia enaſcitur: nec aliũde exiſteret, niſi ex hac. Ac ſi quis plenè miſericordiæ proprietatẽ exquiſiuerit, intentionem & vehementiã inueniet diligendi affectionis cum affectu triſtitiæ cõmixtam. Nam participationẽ quidem bonorum omnes ſimiliter appetunt, & amici, & inimici:

A γένοιτο ἂν ἡμῖν ἡ ζημία τῆς ἀληθείας παρασφαλεῖσι. τί τοίνυν ἐστὶν ὁ ἔλεος, καὶ περὶ τί ἐνεργούμενος; καὶ πῶς μακάριος ὁ ἀντιλαμβάνων, ὃ δίδωσι; μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. ἡ μὲν οὖν πρόχειρος τοῦ ῥητοῦ διάνοια, πρὸς τὸ φιλάλληλόν τε καὶ συμπαθὲς προσκαλεῖται τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὸ ἄνισόν τε καὶ ἀνώμαλον τῶν τοῦ βίου πραγμάτων οὐ πάντων ἐν τοῖς ὁμοίοις βιοτευόντων, οὔτε κατὰ τὴν ἀξίαν, οὔτε κατὰ τὴν τοῦ σώματος κατασκευήν, οὔτε κατὰ τὴν λοιπὴν περιουσίαν. μεμέρισται γὰρ ὡς τὰ πολλά, διὰ τῶν ἐναντίων ὁ B βίος, δουλείᾳ καὶ κυριότητι, πλούτῳ καὶ πενίᾳ, δόξῃ καὶ ἀτιμίᾳ, εὐθεξίᾳ σώματος καὶ καχεξίᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις διασχιζόμενος. ὡς ἂν οὖν εἰς ἴσον ἔλθοι τῷ πλεονεκτοῦντι τὸ ὑστερούμενον, καὶ ἀναπληρωθείη τὸ λειπόμενον ἐκ τοῦ περιττεύοντι, νομοθετεῖ τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ τῶν καταδεεστέρων τὸ ἔλεον· οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως πρὸς θεραπείαν τῆς συμφορᾶς τοῦ πέλας ὁρμῆσαι, μὴ ἐλέου τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν τοιαύτην ὁρμὴν ἐκμαλάξαντος· ἐκ γὰρ τοῦ ἐναντίου τῇ ἀπηνείᾳ νοεῖται ὁ ἔλεος. ὡς οὖν ὁ ἀπηνής τε καὶ ἄ- C γριος, ἀπροσπέλαστός ἐστι τοῖς ἐγγίζουσιν· οὕτως ὁ συμπαθής τε καὶ ἐλεήμων, κατακιρνᾶταί πως τῇ διαθέσει πρὸς τὸν δεόμενον, ἐκείνῳ τῷ λυπουμένῳ γινόμενος, ὃ ἐπιζητεῖ ἡ ἀνιωμένη διάνοια. καὶ ἔστιν ὁ ἔλεος, ὡς ἄν τις ὅρῳ περιλαβὼν ἑρμηνεύσειε, ἑκούσιος λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς συνισταμένη. Εἰ δὲ οὐκ ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν αὐτοῦ παρεστήσαμεν· τάχα ἂν ἄλλῳ λόγῳ διερμηνευθείη σαφέστερον· ἔλεός ἐστιν ἐπὶ τῶν δυσφορούντων ἐπί τισιν ἀνιαροῖς ἀγαπητικὴ συνδιάθεσις. ὥσπερ D γὰρ τὸ ἀπηνές τε καὶ θηριῶδες, ἀπὸ τοῦ μίσους τὰς ἀφορμὰς ἔχει· οὕτως ἐκφύεταί πως τῆς ἀγάπης ὁ ἔλεος, οὐκ ἂν γινόμενος, εἰ μὴ ἐκ ταύτης, καὶ εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε τὸ τοῦ ἐλέου ἰδίωμα, ἐπίτασιν εὑρήσει τῆς ἀγαπητικῆς διαθέσεως, τῷ κατὰ τὴν λύπην πάθει συμμεμιγμένην. ἡ μὲν γὰρ τῶν καλῶν κοινωνία πᾶσιν ὁμοίως, καὶ ἐχθροῖς, καὶ φίλοις σπου-

δέξεται. τὸ δὲ τὴν ἀνιαρὰν κοινωνίαν ἐθέλειν, μόνον ἴδιον τῶν τῇ ἀγάπῃ κεκρατημένων ἐστίν. ἀλλὰ μὴν πάντων ὡμολόγηται τῶν κατὰ τὸν βίον τούτων ἐπιτηδευμάτων ἡ ἀγάπη τὸ κράτιστον εἶναι. ἐπίτασις δὲ ἀγάπης ὁ ἔλεος. κυρίως ἄρα μακάριος, ὁ ἐν τῇ τοιαύτῃ διαθέσει τὴν ψυχὴν ἔχων, ὡς τοῦ ἀκροτάτου κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐφαπτόμενος. καὶ μηδεὶς ἐν μόναις ταῖς ὕλαις τὴν ἀρετὴν θεωρείτω· οὕτω γὰρ ἂν οὐ πάντως εἴη κατόρθωμα τὸ τοιοῦτον, πλὴν τῶν δύναμιν τινὰ πρὸς εὐποιίαν ἐχόντων· ἀλλά μοι δοκεῖ δικαιότερον ἐν προαιρέσει τὸ τοιοῦτον βλέπειν. ὁ γὰρ θελήσας τὸ ἀγαθὸν μόνον, κωλυθεὶς δὲ πρὸς τὸ καλὸν, τῷ μὴ δύνασθαι, κατ' οὐδὲν ἐλαττοῦται τῆς ψυχῆς διαθέσει, τοῦ διὰ τῶν ἔργων τὴν γνώμην δείξαντος. ὅσον μὲν οὖν κέρδος ἐστὶ τῷ βίῳ, εἰ πρὸς τοῦτό τις ἐκλαμβάνει τοῦ μακαρισμοῦ τὴν διάνοιαν, περιττὸν ἂν εἴη διεξιέναι, φανερῶν ὄντων καὶ τοῖς κομιδῇ νηπίοις, τῶν ἐκ τῆς συμβουλῆς ταύτης τῷ βίῳ κατορθουμένων. Εἰ γὰρ πᾶσι καθ' ὑπόθεσιν ἡ τοιαύτη τῆς ψυχῆς ἐγγένοιτο πρὸς τὸ ἐλαττούμενον σχέσις, οὐκέτ' ἂν εἴη τὸ ὑπερέχον, καὶ ἐλαττούμενον· οὐκέτι πρὸς τὰ ἐναντία τῶν ὀνομάτων ὁ βίος διενεχθήσεται· οὐκ ἀνιάσει πενία τὸν ἄνθρωπον· οὐ ταπεινώσει δουλεία, οὐ λυπήσει ἀτιμία· πάντα γὰρ ἔσται πᾶσι κοινά· καὶ ἰσονομία καὶ ἰσηγορία τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐμπολιτεύσεται· ἑκουσίως τοῦ πολιτεύοντος πρὸς τὸ λεῖπον ἐξισουμένου· εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, οὐκέτ' ἂν ὑπολειφθείη τις ἀπεχθείας ὑπόθεσις· ἀργὸς ὁ φθόνος, νεκρὸν τὸ μῖσος· ὑπερόριος ἡ μνησικακία, τὸ ψεῦδος, ἡ ἀπάτη, ὁ πόλεμος· ἅπερ ἔγγονα πάντα τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας ἐστίν. ἐκείνης δὲ τῆς ἀσυμπαθοῦς διαθέσεως ἐξορισθείσης, συνεκβάλλεται πάντως, οἷον τινὶ πονηρᾷ ῥίζῃ, τὰ τῆς κακίας βλαστήματα. τῇ δὲ τῶν πονηρῶν ὑπεξαιρέσει ὁ τῶν ἀγαθῶν κατάλογος ἀντεισέρχεται. εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶσα τῶν πρὸς τὸ κρεῖττον νοουμένων ἀκολουθία. τί τοίνυν ἂν εἴη μακαριώτερον, τὸ οὕτω τὸν βίον ἔχειν, οὐκέτι

A at vt incommodorum, & rerum triſtium atque acerbarum participes eſſe velint, eorum duntaxat proprium eſt, qui dilectione tenentur: atqui ex omnibus rebus, quæ per vitam coluntur & exercentur, conſtat rem præſtantiſſimã eſſe dilectionem. Dilectionis autem intentio atque incremẽtum miſericordia eſt. Eſt igitur propriè beatus exiſtimandus, qui in tali affectione animam occupatam habet, vtpotè qui ſummum virtutis faſtigium contingat. Ac nemo in ſolis materiis illam virtutem ſpectet: ſic enim non cuiuſque hominis eſſet eiuſmodi B rei ſucceſſus, præterquam eius, qui opes aliquas haberet ad benefaciendũ: quinimò mihi æquius & verius eſſe videtur huiuſmodi virtutem ex ſtudio atque voluntate æſtimare. Nam qui bonum voluntate duntaxat in animo ſibi propoſuit ac deſtinauit, ſed inopia, quo minus id quod honeſtum eſt, ſequatur, prohibitus eſt, animi deſtinatione nihilo inferior eſt eo, qui per opera voluntatem ſuam oſtendit. Iam verò quantum vitæ lucrum & cõmodum ſit, ſi quis ſententiam beatitudinis in hanc partem acci-C piat, ſuperuacuum fuerit exponere, cùm vel admodum ſimplicibus & imperitis manifeſtæ ſint eæ, quæ ex hoc conſilio vitæ confici cõmoditates poſſint. Nam ſi, verbi gratia, omnibus eiuſmodi animi affectus aduerſus inferiores innatus eſſet, nõ amplius fuerit, quod vel præſtet, vel inferius ſit: non amplius in diuerſa nomina vita diducetur: non moleſta homini paupertas erit: non ſeruitus deprimet: non ignominia anget: omnia enim omnibus erunt communia: æquilibritas & æquabilis tributio iuris, tũ in faciendo, tum in dicendo in vita hominum ex-D ercebitur: cùm is, cui quid ſuperfuerit, cum eo, cui defuerit, ſponte ſua ſe exæquet: quod ſi accideret, nulla amplius inimicitiarum materia relinqueretur: ceſſaret inuidia: mortuũ odium: extorris iniuriarũ tenax memoria: mendacium, fraus, bellum (quæ omnia ſoboles atque propago plus habendi cupiditatis ſunt) ſublata eſſent. Illa autem incompatibili condolentiæque experte affectione exterminata, vnà planè eijcientur, veluti cum praua quadam radice etiam vitioſitatis germina. In locũ autem exemptorum malorũ ſuccedet bonorũ caterua, pax, & iuſtitia, omniſque eorum, quæ in meliorem partem intelliguntur, comitatus atque ſequela. Quid igitur magis beatum fuerit iudicandum, quàm ſi ita viuatur, vt non

amplius veſtibus & lapidibus vitæ noſtræ ſecuritas credatur, ſed mutuis officiis muniti ſimus? quemadmodum enim immitis & efferatus infenſos & inimicos efficit eos, qui feritatem atque ſæuitiam eius experti ſint: ſic ex contrario miſerenti omnes beneuoli efficimur, miſericordia participantibus dilectionem naturaliter ingenerante. Ergo miſericordia, vt definitio quidem oſtendit, beneuolentiæ mater eſt, dilectionis pignus, vinculum omnis amicæ affectionis: hac verò cautione atque ſecuritate, quid in vita firmius & tutius excogitari poſſit? Itaque meritò Verbum, miſericordem beatum iudicat, quum tot in hoc nomine bona appareant. Cæterùm quòd hoc quidem conſilium vitæ non inutile ſit, cuiuſuis eſt haud ignorare: mihi autem aliquid amplius, quàm ea, quæ prima fronte intelliguntur, expreſſione temporis futuri ſententia per arcana innuere videtur. *Beati enim*, inquit, *miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*: quaſi in poſterum recondita miſerantibus miſericordiæ remuneratione. Ergo prout poterimus omiſſo hoc facili intellectu, qui promptè primoque aſpectu à vulgo percipitur, ad velum interius, ratione Matth.5. pro viribus proſpicere conemur. Beati miſericordes: quoniā ipſi miſericordiam conſequentur. Iam verò certam ſtabilemque ſententiam quandam & ſublimiorem doctrinā, per hæc verba diſcere licet: quod nimirū is qui iuxta ſui imaginem hominē fecit, omnium bonorum materias atque ſubſidia in natura ſui operis depoſuerit, vt nulla res bona atque honeſta extrinſecus in nos ſe ingerat & inſinuet, ſed in poteſtate noſtra ſit, vt habeamus, quod velimus, tanquā ex cella quadam penuaria, ex natura bonum promentes: per ſingularia enim & particularia de vniuerſalibus docemur, quod non alia ratione potiri quis poſſit eorū, quæ cupit, niſi ipſe ſibi bonum largiatur: quamobrem Dominus alicubi dicit ad auditores, Regnum Dei intra vos eſt: &, Quicumq; petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur: vt & Luc.17. Matth.6. accipiendi quod deſideretur, & inueniēdi quod quæratur, & introeundi quò cupiamus, penes nos poteſtas ſit, & à noſtro pendeat arbitrio, cū velimus. Vnde per conſequens ſimul probatur etiam id

A μοχλοῖς καὶ λίθοις τὴν ἀσφάλειαν τῆς ζωῆς ἡμῶν πιστευόντων, ἀλλ' ἐν ἀλλήλοις ἠσφαλισμένων; ὥσπερ γὰρ ὁ ἀπηνής τε καὶ θηριώδης, δυσμενεῖς ἑαυτῷ τοὺς τῆς ἀγριότητος πεπειραμένους ποιεῖ· οὕτως ἐκ τοῦ ἐναντίου, εὖνοι ἅπαντες τῷ ἐλεοῦντι γινόμεθα, φυσικῶς τοῖς μετέχουσι τοῦ ἐλέου τὴν ἀγάπην ἐντίκτοντος. Οὐκοῦν ἐστὶν ὁ ἔλεος, ὥς γε ὁ λόγος ὑπέδειξεν, εὐνοίας πατὴρ, ἀγάπης ἐνέχυρον, σύνδεσμος πάσης φιλικῆς διαθέσεως· τῆς δὲ ἀσφαλείας ταύτης, τί ἂν ἐπινοηθείη κατὰ τὴν ζωὴν ὀχυρώτερον; ὥστε εἰκότως ὁ λόγος μακαρίζει τὸν ἐλεήμονα, τοσούτων ἀγαθῶν τῷ ὀνόματι τούτῳ ἐμφαινομένων. B ἀλλὰ τὸ μὲν βιωφελῆ τὴν τοιαύτην συμβουλὴν εἶναι, παντός ἐστι μὴ ἀγνοῆσαι· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πλέον τι τῶν ἐκ τοῦ προχείρου νοουμένων, τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκλήψει δι' ἀπορρήτων παραδηλοῦν ἡ διάνοια. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· ὡς ὕστερον ἀποκειμένης τοῖς ἐλεοῦσι τῆς κατὰ τὸν ἔλεον ἀντιδόσεως. Οὐκοῦν ὡς δὴ οἷοί τε ὦμεν τὴν εὔληπτον ταύτην καὶ ἐκ τοῦ προχείρου τοῖς πολλοῖς εὑρισκομένην καταλιπόντες διάνοιαν, πρὸς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος διακύψαι τῷ λόγῳ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐγχειρήσωμεν. μακάριοι C οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. ἔστι μὲν οὖν τι καὶ δογμάτων ὑψηλότερον ἐν τῷ λόγῳ μαθεῖν· ὅτι πάντων ἀγαθῶν τὰς ἀφορμὰς ὁ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον, * τῇ φύσει τοῦ πλάσματος ἐναπέθετο, ὡς μηδὲν ἡμῖν τῶν καλῶν ἔξωθεν ἐπεισκρίνεσθαι, ἀλλ' ἐφ' ἡμῖν εἶναι ὅπερ βουλόμεθα, οἷον ἐκ ταμείου τινὸς προχειριζομένους τὸ ἀγαθὸν ἐκ τῆς φύσεως· ἀπὸ μέρους γὰρ περὶ τοῦ παντὸς διδασκόμεθα, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλως τινὰ τῶν κατ' D ἐπιθυμίαν τυχεῖν, μὴ αὐτὸν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν χαριζόμενον· διό φησί που πρὸς τοὺς ἀκούοντας ὁ κύριος, ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν· καὶ, ὅτι πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται· ὡς καὶ τὸ λαβεῖν τὸ ποθούμενον, καὶ τὸ εὑρεῖν τὸ ζητούμενον, καὶ τὸ ἐντὸς τῶν ἐπιθυμουμένων γενέσθαι, ἐφ' ἡμῖν εἶναι ὅταν βουλώμεθα, καὶ τῆς ἡμετέρας ἐξηρτῆσθαι γνώμης. ᾧ κατὰ τὸ ἀκόλουθον συγκατασκευάζεται.

καὶ τὸ

καὶ τὸ ἐξ ἐναντίου νοούμενον, ὅτι καὶ ἡ πρὸς τὸ χεῖρον ῥοπὴ, μηδεμιᾶς ἔξωθεν βιαζομένης ἀνάγκης ἐγγίνεται, ἀλλ' ὁμοῦ τὸ ἑλέσθαι τὸ κακὸν, ὑφίσταται, τότε εἰς γένεσιν παραγινόμενον, ὅταν ἑλώμεθα· αὐτὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν ἔξω προαιρέσεως, οὐδαμοῦ τὸ κακὸν εὑρίσκεται κείμενον. Ἐκ δὲ τούτων ἡ αὐτοκρατής τε καὶ αὐτεξούσιος δύναμις, ἣν ἐνεποιήσατο τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὁ τῆς φύσεως κύριος, σαφῶς ἐπιδείκνυται, διὰ τὸ πάντα τῆς προαιρέσεως τῆς ἡμετέρας ἠρτῆσθαι, εἴτε ἀγαθὰ, εἴτε χείρονα· τὴν δὲ θείαν κρίσιν ἀδεκάστῳ καὶ δικαίᾳ ψήφῳ τὸ κατὰ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν ἑπομένην, ἐκ τοῦ ἴσου νέμειν ἑκάστῳ, ὅπερ ἂν ἑαυτῷ τις παρεχόμενος τύχῃ· τοῖς μὲν καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον· τοῖς δὲ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, ὀργὴν καὶ θλῖψιν, καὶ πάντα ὅσα τῆς σκυθρωπῆς ἀνταποδόσεως ἐστὶν ὀνόματα. ὥσπερ γὰρ τὰ ἀκριβῆ τῶν κατόπτρων τοιαύτας δείκνυσι τὰς τῶν προσώπων ἐμφάσεις, οἷάπερ ἂν τὰ πρόσωπα ᾖ, φαιδρὰ μὲν τῶν φαιδρυνομένων, κατηφῆ δὲ τῶν σκυθρωπαζόντων· καὶ οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο τὴν τοῦ κατόπτρου φύσιν, εἰ σκυθρωπὸν ἐμφαίνει τὸ ἀπεικόνισμα τοῦ πρωτοτύπου διὰ κατηφείας συμπεπτωκότος· οὕτω καὶ ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ κρίσις ταῖς ἡμετέραις διαθέσεσιν ἐξομοιοῦται, οἷάπερ ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ᾖ, τοιαῦτα ἡμῖν ἐκ τῶν ἰδίων παρέχουσα. δεῦτε, φησὶν, οἱ εὐλογημένοι· καὶ, πορεύεσθε οἱ κατηραμένοι. μή τις ἀνάγκη τῶν ἔξωθεν ἐπὶ τούτων ἐστὶν, τοῖς δεξιοῖς μὲν τὴν γλυκεῖαν φωνὴν, τοῖς δὲ ἀριστεροῖς τὴν σκυθρωπὴν ἀποκληροῦσα; οὐχ ὅτι μὲν δι' ὧν ἐποίησαν, ἔσχον τὸν ἔλεον· οἱ δὲ τῷ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἀπηνῶς ἔχειν, ἀπηνὲς ἑαυτοῖς τὸ θεῖον ἐποίησαν· οὐκ ἐλέησεν τὸν τῷ πυλῶνι προσταλαιπωροῦντα πτωχὸν, ὁ ταῖς τρυφαῖς διακεχυμένος πλούσιος, διὰ τοῦτο ἑαυτοῦ ἀπέκοψε τὸν ἔλεον, ἐλεηθῆναι δεόμενος καὶ οὐκ ἀκουόμενος· οὐχ ὅτι ζημίαν ἔφερε μία ῥανὶς εἰς τὴν μεγάλην τοῦ παραδείσου πηγήν.

A quod ex contrario intelligitur, quod nimirum etiam inclinatio atque propenſio in malum nulla neceſſitate extrinſecus expellente innaſcitur, ſed ſimul atque ſumpſerimus, malum ſubſiſtit, tunc in rerum naturam proueniens, cùm ſumpſerimus: extra verò deſtinatam animi voluntatem ipſum per ſeſe malum ſecundum propriam ſubſtantiam nuſquam ſitum reperitur. Ex his autem libera, plena, ſummaque poteſtas, quam in natura Dominus naturæ fabricatus eſt, apertè demonſtratur: propterea, quòd omnia, ſiue bona, B ſiue mala ſint, ex noſtra libera voluntate dependent: & quod diuinum iudicium incorrupta iuſtaque ſententia ſequens ea, quæ iuxta propoſitum noſtrum commiſſa ac deſignata ſint, cuique tribuit id, quod quis ſibi ipſe fortè præſtiterit: his quidem, qui vt inquit Apoſtolus, perſeuerantes in bono opere gloriam & honorem quærunt, vitam æternam: iis verò qui veritati non obtemperant, ſed iuſtitiæ morem gerunt, iram, & afflictionem, & omnia, quæcumque nomina ad acerbam, & triſtem pertinent retributionem. Quemadmodum enim C artis exactæ, proba, vera certaque ſpecula, tales vultuum oſtendunt effigies, qualeſcumque ipſi vultus ſint, hilares quidem alacrium, demiſſi autem, obſcuri & inamœni mœrentium ac tetricorum: nec ſpeculi naturam aliquis culpare poſſit, ſi tetra & inamœna repræſentata fuerit effigies, principali forma propter mœrorem collapſa: ita iuſtum quoque Dei iudicium noſtris affectionibus aſſimilatur: qualiacumq; à nobis commiſſa fuerint, tales nobis de ſuo præbens retributiones. Venite, inquit, benedicti: & Ite maledicti. Ecqua neceſſitas externa in his eſt, quæ ad dexteram quidem D collocatis iucundam, ad ſiniſtram vero ſtantibus acerbam vocem attribuat? An nôn hi quidem propter ea, quæ fecerunt, miſericordiam conſequuti ſunt: illi verò, idcirco quod aduerſus proximos, & populares immites, & inhumani fuerunt, ſæuum & immite ſibiipſis diuinum numen reddiderunt? Diues ille diffluens deliciis atq; luxuria, mendici ad veſtibulum abiecti atque afflicti miſertus non eſt, idcirco miſericordiam ſibi præcidit, miſericordia implorata non auditus: non quòd vna gutta de magno paradiſi fonte dempta, damnoſa eſſet,

Matth. 25.

Luc. 16.

ſed quia miſericordiæ ſtilla commiſceri
atque communicari cum inhumanitate
non poteſt. Quæ enim luci communio
2.Cor.6. cum tenebris eſt? qualia, inquit, ſe-
minauerit homo, talia metit: quia qui
2.Cor.9. ſeminat in carnem, ex carne metet cor-
ruptionem: at qui ſeminat in ſpiritum,
ex ſpiritu metet vitam æternam. Se-
Galat.6. mentem eſſe arbitror hominis deſtina-
tam voluntatem: meſſem verò volun-
tati atque propoſita conuenientem
compenſationem & retributionem.
Fœcunda ſpica bonum eſt iis, qui eiuſ-
modi ſementem ſibi elegerint: laborio-
ſa ſpinarum collectio eſt iis, qui ſpinoſa
in vitam ſemina deiecerint. Oportet
enim planè metere quemque id quod
ſeminauerit, ac fieri aliter non poteſt.
Matth.5. *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam
conſequentur*. Quænam oratio humana
profunditatem intellectuum, qui hjs
verbis continentur, exponere poſſit?
Nam abſoluta pariter atque indefinita
vox occaſionem præbet etiam aliquid
amplius, quàm ea quæ modò dicta ſunt,
exquirendi, eo quòd non adiecit, qui
ſint aduerſus quos repræſentari miſeri-
cordiam conueniat: ſed ſimpliciter di-
xit, Beati miſericordes. Forſitan enim
nobis aliquid eiuſmodi Sermo per hæc
verba latenter innuit, vt ſententia mi-
ſericordiæ beato luctui conſentanea ſit:
nam & illic beatus habebatur, qui præ-
ſentem vitam in luctu tranſigit, & hîc
mihi Sermo videtur eandem doctrinam
indicare. Vt enim in alienis afficimur
calamitatibus, cùm neceſſariorum no-
ſtrorum amicorum aliqui in improuiſa
quædam incommoda inciderint, vel
ædibus paternis eiecti, vel ex naufragio
nudi ſeruati, vel in poteſtatem prædo-
num & latronum redacti, vel ſerui ex
liberis facti, vel captiui ex fortunatis
& beatis: vel cum aliqua alia ſimili ca-
lamitate proſpera eorum fortuna com-
mutata, qui paulò antè in aliqua feli-
citate atque commoditate vitæ con-
ſpicui erant: vt igitur acerba quædam
in animis noſtris, dum his condoleſci-
mus, exiſtit affectio mutua: fortaſſe
multò magis in nobis ipſis opportu-
num fuerit eiuſmodi in mentis inſti-
tuere affectionem ac diſpoſitionem,
propter eam, quæ præter dignitatem
in vita noſtra contingit, mutationem. Cùm enim reputauerimus, quæ ſit ſplendida
illa noſtra ſedes, vnde excidimus: quomodo in poteſtatem latronum venerimus:

A ἀλλ' ὅτι ὁ τῆς ἐλεημοσύνης σταγὼν ἀμίκτως ἔχει πρὸς τὴν ἀπήνειαν. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; οἷα, φησὶν, ἂν σπείρῃ ὁ ἄνθρωπος, τοιαῦτα καὶ θερίσει· ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. σπορὰν οἶμαι τὴν ἀνθρωπίνην εἶναι προαίρεσιν· θέρος δὲ τὴν ἐπὶ τῇ προαιρέσει ἀντίδοσιν. πολύχους ὁ τῶν ἀγαθῶν στάχυς, τοῖς τοιαύτην ἑλομένοις σποράν· ἐπίπονος ἡ ἀκανθολογία τοῖς ἀκανθώδη σπέρματα καταβαλλομένοις τῷ βίῳ. χρὴ γὰρ πάντως
B αὐτὸ θερίσαι τινὰ, ὅπερ ἔσπειρε, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως. μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. τίς ἂν διεξέλθοι λόγος ἀνθρώπινος τὸ βάθος τῶν ἐγκειμένων νοημάτων τῷ λόγῳ; τὸ γὰρ ἀπόλυτόν τι καὶ ἀόριστον τῆς φωνῆς δίδωσί τι καὶ πλέον τῶν εἰρημένων περιεργάζεσθαι, τὸ μὴ προσθεῖναι τίνες εἰσὶν εἰς οὓς ἐνεργὸν εἶναι προσήκει τὸν ἔλεον· ἀλλ' ἁπλῶς εἰπεῖν ὅτι μακάριοι οἱ ἐλεήμονες. τάχα γὰρ ἡμῖν τοιοῦτόν τι διὰ τῶν εἰρημένων ὁ λόγος αἰνίττεται,
C ὡς ἀκολουθεῖν τῷ μακαρίῳ πένθει τὴν τοῦ ἐλέους διάνοιαν. καὶ γὰρ ἐκεῖ μακαριστὸς ἦν, ὁ τὸν τῇδε βίον ἐν πένθει ποιούμενος, καὶ ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὴν ἴσην ὁ λόγος ὑποσημαίνειν διδασκαλίαν. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων διατιθέμεθα συμφορῶν, ὅταν τινὲς τῶν ἐπιτηδείων ἡμῖν ἀβουλήτοις τισὶ συνενεχθῶσι λύπαις, ἢ πατρῴας οἰκίας ἐκπεπτωκότες, ἢ ναυαγίου περισωθέντες γυμνοὶ, ἢ πειραταῖς, ἢ λῃσταῖς ὑποχείριοι γεγονότες, ἢ δοῦλοι ἐξ ἐλευθέρων, ἢ αἰχμάλωτοι ἐξ εὐδαιμόνων, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἀντιλαβόντες κακὸν, οἱ τέως ἐν εὐκληρίᾳ
D τινὶ τὸν βίον ἐξεταζόμενοι. ὡς τοίνυν ἐπὶ τούτων ἀλγεινή τις γίνεται ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἡ συνδιάθεσις· τάχα πολὺ μᾶλλον ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν εὔκαιρον ἂν εἴη τὴν τοιαύτην ἀνακινεῖσθαι διάνοιαν ἐπὶ τῇ παρ' ἀξίαν τοῦ βίου βολῇ. ὅταν γὰρ λογισώμεθα, τίς ἡ λαμπρὰ ἡμῶν οἰκία ἧς ἐκπεπτώκαμεν· πῶς ὑπὸ τοῖς λῃσταῖς γεγόναμεν·

πῶς τῷ βυθῷ τοῦ τῆδε βίου καταβυθισθέντες ἀπεγυμνώθημεν· οἵους καὶ ὅσους δεσπότας ἀντὶ τῆς ἐλευθερίας τε καὶ αὐτονόμου διαγωγῆς ἐπεσπασάμεθα· πῶς δὲ μακαριστὸν τῆς ζωῆς θανάτῳ καὶ φθορᾷ διεκόψαμεν· ἆρα δυνατὸν ἐπὶ ταύτας λάβοιμεν ἐννοίας ἀλλοτρίαις συμφοραῖς προσασχολεῖσθαι τὸν ἔλεον, καὶ οὐκ αὐτὴν ἐλεεινῶς τὴν ψυχὴν διατίθεσθαι, λογιζομένην ἅτε εἶχεν, ὧν τε ἐκπέπτωκε; τί γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας ταύτης ἐλεεινότερον; ἀντὶ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ τρυφῆς, τὸ νοσῶδες τοῦτο καὶ ἐπίπονον χωρίον ἐν τῇ ζωῇ κεκληρώμεθα· ἀντὶ τῆς ἀπαθείας ἐκείνης, τοὺς μυρίους τῶν παθημάτων ἀντειλήφαμεν κλήρους· ἀντὶ τῆς ὑψηλῆς ἐκείνης διαγωγῆς, καὶ τῆς μετὰ τῶν ἀγγέλων ζωῆς τοῖς θηρίοις τῆς γῆς συνοικεῖν κατεκρίθημεν· τοῦ ἀγγελικοῦ τε καὶ ἀπαθοῦς τὸν κτηνώδη βίον ἀνταλλαξάμενοι, τοὺς πικροὺς τῆς ζωῆς ἡμῶν τυράννους, τοὺς λυσσῶντας καὶ ἀγριαίνοντας δεσπότας, τίς ἂν ῥᾳδίως ἀριθμῷ περιλάβοι; πικρὸς δεσπότης ὁ θυμός· τοιοῦτος ἄλλος ὁ φθόνος, τὸ μῖσος, τὸ καθ' ὑπερηφανίαν πάθος, λυσσώδης τις καὶ ἄγριος τύραννος· ὡς ἀργυρωνήτων κατατρυφῶν ὁ ἀκόλαστός ἐστι λογισμός, ὁ πρὸς τὰς ἐμπαθεῖς τε καὶ ἀκαθάρτους ὑπηρεσίας ἐξανδραποδίζων τὴν φύσιν· ἡ δὲ τῆς πλεονεξίας τυραννίς, τίνα οὐ παρέρχεται πικρίας ὑπερβολήν; ἡ τὴν ἀθλίαν δουλωσαμένη ψυχήν, ἀεὶ τὰς ἀπληρώτους αὐτῆς ἐπιθυμίας πληροῦν ἀναγκάζει, πάντοτε δεχομένη καὶ οὐδέποτε πληρουμένη· οἷόν τι πολυκέφαλον θηρίον, μυρίοις στόμασι τῇ ἀπληρώτῳ γαστρὶ τὴν τροφὴν παραπέμπον· ᾗ οὐδείς ποτε τοῦ κερδαίνειν γίνεται κόρος· ἀλλὰ τὸ ἀεὶ λαμβανόμενον, ὕλη καὶ ὑπέκκαυμα τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας καθίσταται· τίς τοίνυν τὸν δύστηνον τοῦτον βίον κατανοήσας ἀνηλεῶς καὶ ἀπαθῶς πρὸς τὰς τοιαύτας συμφορὰς διατίθεται; ἀλλ' αἴτιον τὸ μὴ ἐλεεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ἀναισθησίᾳ τῶν κακῶν εἶναι· οἷόν τι πάσχουσιν οἱ ἐκ μανίας παραφερόμενοι, ὧν ἡ ὑπερβολὴ τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν αἴσθησιν ὧν πάσχουσι προσαφῄρηται. εἰ τοίνυν τις ἑαυτὸν ἐπιγνοίη, οἷός τε πρότερον ἦν,

A quomodo in profundo huius ſæculi
demerſi nudati ſimus: quales & quàm
multos pro eo, quòd liberè & ad ar-
bitrium noſtrum vitam degebamus,
dominos aſciuerimus: quomodo bea-
titudinem vitæ, morte atque corru-
ptione interruperimus: nunquid fieri
poteſt, ſi has cogitationes ſumpſeri-
mus!, vt miſericordia in alienis cala-
mitatibus occupata ſit, & non animus
circa ſeipſum miſerabiliter afficiatur,
reputans quæ & habeat, & quibus ex-
ciderit? Quid enim hac captiuitate
B mirabilius? pro eo vt alamur in para-
diſo, hoc morbis & laboribus obno-
xium prædium in vita ſortiti & adepti
ſumus: pro illa impatibilitate infini-
tas paſſionum & afflictionum ſortes in-
uicem accepimus: pro illa ſublimi con-
uerſatione, vitaque communi cum an-
gelis, ad viuendum cum feris terreſtri-
bus damnati ſumus: angelica pariter
& impatibili vita, cum pecuaria be-
ſtialique permutata, quis numero fa-
cilè comprehendere poſſit acerbos vi-
tæ noſtræ tyrannos? furentes & ſæ-
uientes dominos? acerba domina ira-
C cundia: altera talis inuidia eſt: odium,
ſuperbiæ vitium, furioſa quædam ac
ſæua tyrannis eſt: tanquam pecunia
redemptis inſultans atque illudens li-
bidinoſa cogitatio eſt, quæ abſurdis
vitioſis pariter atque impuris miniſte-
riis naturam mancipat atque addicit:
quæ verò tanta tamque immenſa a-
cerbitas eſt, quam auaritiæ tyrannis
non ſuperet atque præcedat? quæ mi-
ſeram animam in ſeruitutem redactam
ſemper inexplebiles & inſatiabiles ſuas
cupiditates cogit explere? quæ cùm
ſemper accipit, tum numquam im-
D pletur, veluti multiceps quædam fera
oribus innumeris explebili ventri ci-
bum tranſmittens: cui nulla vnquam
lucrandi ſatietas exiſtit: ſed id quod
ſemper accipitur, materies atque in-
citamentum plus habendi cupiditatis
fit. Quis igitur hac infelici ac miſera
vita conſiderata atque perpenſa, eiuſ-
modi calamitates & incommoda non
miſeratur? non humano more afficitur
& commouetur? Nam idcirco noſ-
metipſos non miſeramur, quia ſenſu
malorum caremus: quale quiddam
furore correptis accidit: quorum inſu-
perabile malum etiam ſenſum eorum,
quæ patiuntur, inſuper ademit. Siquis igitur ſeipſum agnouerit, qualis & prius eſſet,

& qualis in præſenti ſit (ait enim etiam Solomon alicubi, quòd qui ſeipſos cognoſcunt & ſcrutantur, ſapientes ſint) is nunquam deſinet miſerari: talem autem animæ affectionem etiam diuina nimirum miſericordia conſequetur. Quamobrem ait: Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: Ipſi non alij: per hoc enim nomen declaratur, vt ſi quis dicat, Beatum eſt, habere curam corporis ſanitatis. Nam qui curam habet, ipſe in ſanitate viuet: ita miſericors beatus eſt habendus: quoniam fructus miſericordiæ proprium bonum miſericordis exiſtit: ſiue iuxta nunc repertam à nobis rationem dicta intelligantur: ſiue etiam iuxta eam, quæ antè diſcuſſa atque explicata eſt, de eo dico, qui in alienis calamitatibus animi condolentiam & compaſſionem oſtendit: ſimili enim vtrumque ratione bonum eſt, & ſeipſum, iuxta modò dictam rationem miſerari, & condoleſcere infortunis atque calamitatibus proximorum: propterea quòd iuſtum Dei iudicium hominis aduerſus inferiores & tenuiores propenſam voluntatem in ſuprema poteſtate demonſtrat: vt homo quodammodo ſuiipſius iudex ſit, ſibi ipſe ſententiam ferens in ſubditorum cauſis iudicandis. Quoniam igitur creditur, & verè creditur futurum eſſe vt omnis humana natura tribunali Chriſti ſiſtatur, vt recipiat quiſque per corpus præmia paria factis: ſiue bonum, ſiue malum quis fecerit (dicam forſitan etiam aliquid audacius) ſi fieri poteſt, vt arcana pariter & viſum effugientia ratione comprehendamus, etiam nunc beatam eorum, qui miſericordiam conſequuntur, remunerationem animaduertere licet. Nam quæ aduerſus eos, qui per hoc ſæculum in vita miſericordiam exhibent, exiſtit in animis hominum beneuolentia, ea nimirum in perpetuum manet apud eos, qui illius gratiæ atque officij participes fuerint. Quid igitur, ſi benefactor in tempore inquiſitionis agnitus ſit ab iis, qui beneficio eius vſi fuerint, quomodo veriſimile eſt eum, dum iucundis & gratis vocibus coram Deo omnis creaturæ excipietur atq; celebrabitur, animo affectum iri? nunquid aliqua alia beatitudine inſuper opus habebit, qui in tam frequenti theatro ob res optimas quaſi præconis voce celebretur? nam quòd adſint, qui beneficium acceperint,

Matth. 5.

A καὶ οἷος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐστί· φησὶ δέ που καὶ ὁ Σολομῶν, ὅτι οἱ ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες, σοφοί· οὐδέποτε ἐλεῶν ὁ τοιοῦτος παύσεται, τῇ δὲ τοιαύτῃ τῆς ψυχῆς διαθέσει, καὶ ὁ θεῖος ἔλεος κατὰ τὸ εἰκὸς ἀκολουθήσει. διό φησι· μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· αὐτοὶ οὐχ ἕτεροι, ἐν τούτῳ γὰρ σαφηνίζει τὸ ὄνομα, ὡς ἂν εἴ τις λέγοι, μακάριον ἐστὶ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τῆς σωματικῆς ὑγιείας. ὁ γὰρ ἐπιμελούμενος, αὐτὸς ἐν ὑγιείᾳ βιώσεται· οὕτως ὁ ἐλεήμων ἐστὶ μακαριστὸς, ὅτι ὁ καρπὸς τοῦ ἐλέου, ἴδιον κτῆμα τοῦ ἐλεοῦντος γίνεται· εἴτε κατὰ τὸν νῦν ἡμῖν εὑρεθέντα λόγον· εἴτε κατὰ τὸν προεξητασμένον, τὸ
B ἐπὶ τῶν ἀλλοτρίων λέγω συμφορῶν δεικνύντα τῆς ψυχῆς τὴν συμπάθειαν· ἀγαθὸν γὰρ ὁμοίως ἑκάτερον, τό τε ἑαυτὸν ἐλεεῖν κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, καὶ τὸ συμπαθεῖν ταῖς δυσπραγίαις τῶν πέλας· διότι τὸ δίκαιον τῆς θείας κρίσεως, τὴν ἐπὶ τῶν καταδεεστέρων τοῦ ἀνθρώπου προαίρεσιν, ἐπὶ τῆς ὑπερεχούσης δείκνυται ἐξουσίας· ὥστε τρόπον τινὰ ἑαυτοῦ δικαστὴν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἑαυτῷ τὴν ψῆφον ἐν τῇ τῶν ὑπηκόων φέροντα κρίσει. ἐπειδὴ τοίνυν πεπίστευται
C καὶ ἀληθῶς πεπίστευται, πᾶσαν παραστήσασθαι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον· τάχα καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν· εἰ δυνατόν ἐστι τὰ ἀπόῤῥητα καὶ ἄπιαστα λογισμῷ λαβεῖν, καὶ ἤδη τὸ μακάριον τῆς ἀντιδόσεως τῶν ἐλεουμένων κατανοῆσαι. ἡ γὰρ ἐγγινομένη ταῖς ψυχαῖς εὔνοια, πρὸς τοὺς τὸν ἔλεον ἐπιδεικνυμένους, παρὰ τὸν βίον ἐν τῇ ζωῇ εἰσαεὶ κατὰ τὸ εἰκὸς παραμένει τοῖς μετεσχηκόσι τῆς χάριτος. τί
D οὖν εἰκὸς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐξετάσεως, εἰ ἐπιγνωσθείη παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων ὁ εὐεργέτης, ὅπως διατεθήσεται τὴν ψυχὴν ἐπὶ ταῖς εὐχαρίστοις φωναῖς, ἐπὶ Θεοῦ πάσης τῆς κτίσεως εὐφημούμενον; ἆρά τινος ἄλλου μακαρισμοῦ προσδεηθήσεται, ὁ ἐν τοσούτῳ θεάτρῳ ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις ἀνακηρυττόμενος; τὸ γὰρ παρεῖναι τοὺς εὖ πεπονθότας,

ἡ τοῦ εὐαγγελίου διδάσκει φωνή, ἐν τῇ πρὸς τοὺς δικαίους καὶ τῇ πρὸς τοὺς ἁμαρτωλοὺς τοῦ βασιλέως κρίσει. πρὸς ἀμφοτέρους γὰρ τοῖς δεικτικοῖς κέχρηται, οἱονεὶ δακτύλῳ τὸ ὑποκείμενον γνωρίσας· ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων. τὸ γὰρ τούτων εἰπεῖν, τὴν τῶν εὐπεπονθότων παρουσίαν ἐνδείκνυται. νῦν μοι λεγέτω ὁ τὴν ἄψυχον ὕλην τῶν χρημάτων προτιμῶν τῆς μελλούσης μακαριότητος· ποία χρυσίου λαμπρότης τοιαύτη; τίνος τῶν πολυτιμήτων λίθων αὐγαί; τίς ὁ ἐξ ἐνδυμάτων κόσμος τοιοῦτος, οἷον ἐκεῖνο τὸ ἀγαθὸν ἡ ἐλπὶς ὑποτίθεται; ὅταν ὁ βασιλεύων τῆς κτίσεως ἑαυτὸν ἀνακαλύψῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ θρόνου μεγαλοπρεπῶς προκαθήμενος; ὅταν ὀφθῶσι περὶ αὐτὸν αἱ ἀναρίθμητοι μυριάδες τῶν ἀγγέλων, καὶ δὴ ὅταν ἐν ὀφθαλμοῖς γένηται πάντων ἡ ἀπόρρητος τῶν οὐρανῶν βασιλεία; καὶ ἀναδειχθῇ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ φοβερὰ κολαστήρια; ἐν μέσῳ δὲ τούτων πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, τῶν ἀπὸ πρώτης κτίσεως καὶ μέχρι τῆς τοῦ παντὸς συμπληρώσεως γεγονότων, φόβῳ τε καὶ ἐλπίδι τῶν μελλόντων εἱστήκῃ μετέωρος, τῇ ἐφ' ἑκάτερα τῶν προσδοκωμένων ἐκβάσει καραδοκοῦσα πολλάκις· καὶ τῶν ἀγαθῇ συνειδήσει συνεζηκότων ἀπιστούντων τῷ μέλλοντι; ὅταν ἑτέρους ἴδωσιν, ὑπὸ τοῦ πονηροῦ συνειδότος, εἰς τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο σκότος, ὥσπερ ὑπό τινος δημίου καθελκομένους; ἐὰν δὲ ἐν εὐφημίαις τε καὶ εὐχαριστίαις, ταῖς παρὰ τῶν εὐπεπονθότων φωναῖς, λαμπρὸς τῇ παρρησίᾳ τῷ κριτῇ παρὰ τῶν ἔργων προσαγάγηται· ἆρα κατὰ τὸν ὑλώδη πλοῦτον εὐκληρίαν ἐκείνην εἶναι λογίσεται; ἆρα δέξεται ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ὄρη πάντα καὶ πεδία, καὶ νάπας, καὶ θάλασσαν, εἰς χρυσὸν αὐτῷ μεταποιηθέντα γενέσθαι; ὁ δὲ ἀκριβῶς σφραγῖσι καὶ κλείθροις, καὶ σιδηροδέτοις πύλαις, καὶ ὀχυροῖς κρυπτηρίοις τὸν μαμωνᾶν κατακρύψας, καὶ πάσης ἐντολῆς τὸ ἀποκεῖσθαι αὐτῷ συγκεχωσμένην, ἐν τῷ κρυπτῷ τὴν ὕλην προτιμοτέραν κρίνας, ἐὰν ἐπὶ τὸ σκοτεινὸν πῦρ ἐπὶ κεφαλὴν κατασύρηται· πάντων αὐτῷ τὸ ἀπηνὲς καὶ ἀνήμερον προφερόντων, τῶν κατὰ τὴν ζωὴν ταύτην πεπειρασμένων, καὶ λεγόντων·

A docet Euangelij vox, vbi rex & iuſtis, & peccatoribus reſpondet. Ad vtroſque enim demonſtratiuis verbis vtitur, tanquam digito indicans ſubiectum: Quatenus feciſtis vni ex his fratribus meis minimis. *Matth. 25.* Per hoc enim, quod dixit, Ex his, eorum, quibus benefactum fuerit, præſentiam oſtendit. Dicat nunc mihi, qui inanimam pecuniarum materiam futuræ beatitudini præfert: quis auri ſplendor eiuſmodi? qui pretioſorum lapidum fulgores? quis indumentorum ornatus talis, quale bonum illud eſſe ſpes ſuggerit atque B proponit? cum rex creaturæ in ſublimi ſolio gloriæ magnificè præſidens, humanæ naturæ ſeſe reuelauerit, & conſpiciendum præbuerit? cùm circum ipſum innumerabiles angelorum viſæ fuerit legiones, atque adeò cùm oculis omnium fuerit arcanum & ineffabile illud regnum cœlorum? ac rurſus ex contrario demonſtrata fuerint terribilia illa ſupplicia? in medio verò horum omnis hominum natura qui à prima creatione vſque ad rerum vniuerſarum conſummationem nati fuerint, tum metu, tum ſpe futurorum C ſtet ſuſpenſa atque ſolicita, in vtramque partem euentus expectatione ſæpe tremens: atque etiam iis, qui cum bona conſcientia vixerint, futurum rei euentum ſuſpectum habentibus? cùm alios viderint à praua conſcientia in horridas illas ac tetras tenebras, tanquam ab aliquo carnifice trahi? ſi hic fauſtis pariter ac gratis ab iis, qui beneficia acceperint, editis vocibus atque acclamationibus fiducia operum magnificus ac ſplendidus iudici ſe ſiſtat: nunquid ſimilem ac parem materialibus diuitiis felicitatē ac beatitudinem illam eſſe exiſtimabit? nunquid montes D omneis & campos, & ſaltus, & mare in aurum tranſmutata pro illis bonis ſibi cedi ac tradi pactus ſit? Ille verò qui diligenter ſignaculis & clauſtris, ferratiſque portis & tutis conditoriis mammonam abſconderit, & omni mandato antiquius magiſque curandum duxerit, vt materia ſibi in occulto defoſſa atque congeſta eſſet: ſi is, inquam, præceps in tenebroſum illum ignem detrudatur: omnibus iis, qui per hanc vitam experti fuerint, ſæuitiam & inhumanitatem ei obijcientibus & dicentibus:

Luc. 16.

Memento quòd receperis bona tua in vita tua: concluſiſti ſimul in munimentis diuitiarum miſericordiã, & reliquiſti ſuper terram miſerandi affectum: non portaſti ad hoc ſæculum humanitatem, non habes quod non habuiſti: non inuenis quod non depoſuiſti: non colligis, quod non diſperſiſti: non metes, quorum non deieciſti ſemina: digna ſementi, tibi meſſis: acerbitatem ſeminaſti, collige manipulos. Coluiſti immiſericordiam: habe quod dilexiſti: non aſpexiſti quemquam condolenter: non aſpicieris cum miſeratione. Deſpexiſti eum qui affligeretur: deſpicieris dũ peribis. Fugiſti miſericordiã, fugiet te miſericordia, abominatus es & faſtidiſti egenum, faſtidiet te, qui propter te egenus fuit. Si hæc atque ſimilia dicantur, vbi aurum? vbi ſplendida vaſa? ſplendida ſuppellex? vbi per ſignacula theſauris adhibita cautio? vbi ad nocturnas excubias ordinati canes, aduerſus inſidiantes armorum apparatus? in codicibus perſcripta nominum annotatio? quid hæc ad fletum & ſtridorem dentium? quis illuminabit tenebras? quis extinguet flammam? quis auertet vermem nunquam morientem? Quocirca conſideremus & intelligamus, fratres, vocem Domini, tam multa paucis verbis de rebus futuris docentem: & efficiamur miſericordes, vt idcirco beati fiamus, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, cui gloria & imperium, in ſæcula ſæculorum, Amen.

A μνήσθητι ὅτι ἀπέλαβες ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου· συναπέκλεισας ἐν τοῖς ὀχυρώμασι τοῦ πλούτου τὸν ἔλεον, καὶ κατέλιπες ὑπὲρ γῆς τὴν εὐσπλαγχνίαν· οὐκ ἐκόμισας πρὸς τὸν τῇδε βίον τὴν φιλανθρωπίαν, οὐκ ἔχεις ὃ μὴ ἔσχες· οὐχ εὑρίσκεις ὃ μὴ ἀπέθου· οὐ συνάγεις ὃ μὴ ἐσκόρπισας· οὐ θερίζεις ὧν οὐ κατεβάλλου τὰ σπέρματα· ἄξιόν σοι τῆς σπορᾶς τὸ θέρος· πικρίαν ἔσπειρας, δρέπου τὰ δράγματα· τὸ ἀνηλεὲς ἐτίμησας, ἔχε ὅπερ ἠγάπησας· οὐκ εἶδες συμπαθῶς· οὐκ ὀφθήσῃ ἐλεεινῶς. παρεῖδες θλιβόμενον, παροφθήσῃ ἀπολλύμενος. ἔφυγες τὸν ἔλεον, φεύξεταί σε ὁ ἔλεος· ἐβδελύξω τὸν πτω- B χόν, βδελύξεταί σε ὁ διὰ σὲ πτωχεύσας. Εἰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγοιτο, ποῦ τὸ χρυσίον; ποῦ τὰ λαμπρὰ σκεύη; ποῦ ἡ ἐπιβεβλημένη τοῖς θησαυροῖς διὰ τῶν σφραγίδων ἀσφάλεια; ποῦ οἱ ταῖς νυκτεριναῖς φυλακαῖς ἐπιτεταγμένοι κύνες, καὶ πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας τῶν ὅπλων παρασκευή; ἡ ἐν τοῖς βιβλίοις ἀναγεγραμμένη σημείωσις; τί ταῦτα πρὸς τὸν κλαυθμὸν καὶ τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων; τίς καταυγάσει τὸ σκότος; τίς καταςβέσει τὴν φλόγα; τίς ἀποστρέψει τὸν ἀτελεύτητον σκώληκα; Οὐκοῦν νοήσωμεν, ἀδελφοί, τὴν τοῦ κυρίου φω- C νήν, ἐν ὀλίγῳ τοσαῦτα περὶ τῶν μελλόντων παιδεύουσαν· καὶ γενώμεθα ἐλεήμονες, ἵνα γενώμεθα διὰ τοῦτο μακάριοι, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO VI.

Beati puro corde: Quoniam ipſi Deum videbunt.

QVOD accidere veriſimile eſt iis, qui ex aliquo alto vertice mõtis in vaſtũ aliquod pelagus deſpiciũt, id menti meę accidit ab excelſa voce Domi-

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΑΚΑΡΙΣΜΟΥΣ ΛΟΓΟΣ ϛ.

D Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

ΟΠΕΡ παθεῖν εἰκὸς τοὺς ἔκ τινος ὑψηλῆς ἀκρωρείας εἰς ἀχανές τι καταχύπτοντας πέλαγος, τοῦτό μοι πέπονθεν ἡ διάνοια, ἐκ τῆς ὑψηλῆς τοῦ κυρίου φωνῆς,

οἷον ἀπό τινος κορυφῆς ὄρους, εἰς τὸ ἀδιεξίτητον τῶν νοημάτων βλέπουσα βάθος. καθάπερ γὰρ ἐν πολλοῖς τῶν παραθαλασσίων ἔστιν ἰδεῖν ὄρος ἡμίτομον, κατὰ τὸ παράλιον μέρος ἀπὸ κορυφῆς ἐπὶ τὸ βάθος δι' εὐθείας ἀπεξεσμένον, οὗ κατὰ τὸ ἄνω πέρας ἄκρα τις προβεβλημένη πρὸς τὸν βυθὸν ἐπινένευκεν. ὅπερ οὖν παθεῖν εἰκὸς, τὸν ἀπὸ τῆς τοιαύτης σκοπιᾶς, ἐκ πολλοῦ τοῦ ὕψους ἐπὶ τὴν ἐν τῷ βάθει διακύπτοντα θάλατταν· οὕτως ἰλιγγιᾷ μου νῦν ἡ ψυχὴ, ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ τοῦ κυρίου φωνῇ γενομένη μετέωρος. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Θεὸς προέκειται τοῖς τὴν καρδίαν ἐκκαθαρθεῖσι τὸ θέαμα. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, καθώς φησιν Ἰωάννης ὁ μέγας· ἐπιψηφίζει δὲ καὶ Παῦλος ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν εἰπών· ὅτι ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται. αὕτη ἐστὶν ἡ λεία καὶ ἀπότομος πέτρα, ἡ μηδεμίαν ἐφ' ἑαυτῆς τῶν νοημάτων βάσιν ὑποδεικνύουσα, ἣν καὶ ὁ Μωϋσῆς ὡσαύτως ἀπρόσιτον τοῖς καθ' ἑαυτὸν δόγμασιν ἀπεφήνατο, ὡς μηδαμοῦ δύνασθαι προσβῆναι ἡμῶν τὴν διάνοιαν, πάσης ἀντιλήψεως ἀποξυσθείσης διὰ τῆς ἀποφάσεως. οὐκ ἔστι γὰρ, φησιν, ὅστις ὄψεται κύριον, καὶ ζήσεται. ἀλλὰ μὴν αἰώνιος ζωὴ τὸ ἰδεῖν ἐστι τὸν Θεόν. τοῦτο δὲ ἀμήχανον οἱ στῦλοι τῆς πίστεως, Ἰωάννης καὶ Παῦλος καὶ Μωσῆς διορίζονται. ὁρᾷς τὸν ἴλιγγον, ᾧ ψυχὴ πρὸς τὸ βάθος τῶν ἐν τῷ λόγῳ θεωρουμένων συνέλκεται; Εἰ ζωὴ ὁ Θεὸς, ὁ μὴ ἰδὼν αὐτὸν, τὴν ζωὴν οὐ βλέπει· τὸ μὴ δύνασθαι ἰδεῖν Θεὸν, οἱ θεοφόροι τῶν προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων διαμαρτύρονται. εἰς τί τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἐλπὶς περιΐσταται; ἀλλ' ὑποστηρίζει καταπίπτουσαν τὴν ἐλπίδα ὁ κύριος. καθάπερ ἐπὶ τοῦ Πέτρου ἐποίησεν, κινδυνεύοντος βυθισθῆναι, πάλιν ἐπὶ στερροῦ καὶ ἀντιτύπου στήσας τοῦ ὕδατος. εἰ τοίνυν ἔλθῃ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἡ τοῦ λόγου χεὶρ, καὶ ἀστατοῦντας ἐν τῷ βυθῷ τῶν θεωρημάτων, ἐπὶ σταθεροῦ νοήματος καταστήσειεν, ἔξω τοῦ φόβου γενόμεθα, ἰσχυρῶς τοῦ χειραγωγοῦντος ἡμᾶς λόγου περιδραξάμενοι. μακάριοι γὰρ, φησι, τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. ἡ μὲν οὖν ἐπαγγελία τοσαύτη, ὡς ὑπερβῆναι τὸν ἀκρότατον τῆς μακαριότητος ὅρον. τί γὰρ ἄν τις μετὰ τὸ τοιοῦτον

A tanquam de aliquo cacumine montis, ad inexplicabilem intellectuum diſpectanti profunditatē. Quemadmodum enim in multis locis maritimis, montem videre licet circa eam partem, qua mare ſpectat, quaſi dimidium abſciſſum, & à vertice ad profundū vſque directò abraſum: cuius in ſuperiore parte cacumen quoddā proiectum profundo imminet. Quod igitur accidere veriſimile eſt ei, qui à tali tantæq; altitudinis ſpecula in profundū mare deſpiciat: itidem mihi nunc animus quaſi vertigine laborat in magna hac domini voce ſuſpenſa: *Beati*
B *puro corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* Deus ſpectaculo propoſitus eſt iis, qui cor expurgatū habuerint. Deū nemo vidit vnquam, vt magnus inquit Ioannes: cōfirmat autē eam ſententiā etiam illa ſublimi mente Paulus, qui dixit: Quē nullus hominū vidit, neq; videre poteſt. Hæc eſt illa leuis, abraſa atq; prærupta petra, quæ nullū in ſeſe intellectuū ſuſtētamētum & firmamentū oſtendit: quā etiam Moyſes itidē inacceſſam in ſuis decretis pronūtiauit, vt nuſquā mens noſtra adire poſſit, quicquid enitens apprehendere, quóve ſeſe ſubleuare poterant, per il-
C lam ſententiam abraſo: non eſt enim inquit, qui dominum videbit, & viuet. Atqui videre Deum, vita ſempiterna eſt. Hoc autē fieri non poſſe, vt Deus videatur, columnæ fidei Ioannes & Paulus & Moyſes affirmant. Vidéſne vertiginem, cum qua vnà trahitur animus ad profunditatem eorum, quę in hac oratione conſiderātur? Si Deus eſt vita: qui non videt Deum, vitam non videt. Quòd Deus videri non poſſit, tum Prophetæ, tum Apoſtoli diuino ſpiritu ducti atteſtantur. In quas anguſtias ſpes hominibus redigitur? Verùm ſubleuat atque ſuſtentat Dominus labeſcentem ſpem. Quemadmodum in Petro fecit: quem periclitantem ne ſubmergeretur, rurſus
D in ſolida atque reſiſtenti veſtigiis aqua collocauit. Si igitur etiam ad nos manus Verbi, admota fuerit, & inſtabiles in profundo ſpeculationum, in alterutro intellectu conſtituerit, extra metum erimus, firmiter quaſi manu ducens nos Verbum, amplexi. Beati enim, inquit, qui puro corde præditi ſunt: quoniam ipſi Deum videbunt. Promiſſio quidem certè tanta eſt, vt ſuperet extremum terminum beatitudinis. Quid enim aliquis poſt eiuſmodi

Matth. 5.
Ioan. 1.
1. Tim. 2.
Exod. 33.
Matth. 14.

aliud deſiderauerit, cùm omnia habeat in eo quem viderit? Nam videre, in vſu ſcripturæ idem ſignificat, quod habere: Pſal. 127. quemadmodum illud, Videas bona Hieruſalem, idem quod, inuenias, ſignificante Verbo. Et, Tollatur impius, ne videat gloriam Domini, per non participem eſſe Propheta ſignificante. Ergo qui Deum vidit, quicquid in bonis numeratur, per hoc quod vidit, adeptus eſt: vitam ſine fine, æternam incorruptibilitatem, immortalem beatitudinem, regnum ſine fine, lætitiam continentem, verum lumen, ſpiritualem & dulcem vocem, gloriam inacceſſam, perpetuam exultationem, omne denique bonum. Enimuerò quod in promiſſione beatitudinis per ſpem proponitur, tale ac tantũ eſt: ſed quoniam antè demõſtratum eſt, modum videndi Deum confici per hoc, ſiquis puro corde extiterit: in hoc rurſum mens mea quaſi vertigine correpta æſtuat, ambigendo anne puritas cordis ſit ex iis rebus, quæ neque effici poſſunt, & naturam noſtrã ſuperant & excedunt. Nam ſi per hanc Deus videtur: Moyſes autem & Paulus non viderunt per hoc, quod neque ab ſeſe, neque ab alio quoquam Deum videri poſſe affirmant, ea, quæ nunc à Verbo, beatitudini proponitur, res eiuſmodi eſſe videtur, quæ effici atque repræſentari non poſſit. Quid igitur lucri nobis accedit ex eo, quod cognouimus, qua ratione Deus videatur, ſi vires rei excogitatæ non adſunt? Id enim ſimile eſt, ac ſi quis diceret, beatum eſſe in cœlo verſari: quoniam illic conſpiciuntur ea, quæ in hoc ſæculo non conſpiciuntur. Nam ſi aliqua ratio expediendi itineris in cœlum per Sermonem præmonſtraretur: vtile audientibus eſſet didiciſſe, quòd beatum ſit in cœlo verſari. Quamdiu autem aſcenſus expeditus non eſt, quid emolumenti affert cognitio cœleſtis beatitudinis, angens duntaxat & malè habens nos edoctos, qualibus rebus priuati ſimus, & propter aſcenſum impeditum careamus. Nunquid igitur ad id, quod naturam noſtram excedit, Dominus hortatur, & ſuperat modum humanarum virium magnificentia præcepti? Non ita ſe res habet. Neque enim volucres fieri iubet, quibus alas non produxit: neque ſub aqua viuere, quibus terreſtrem vitam aſſignauit. Si igitur lex in aliis omnibus accipientium

A ἀγαθόν, ἄλλο ποθήσειε, πάντα ἔχων ἐν ᾧ ἑώρακε; τὸ γὰρ ἰδεῖν ταὐτὸν σημαίνει τὸ σχεῖν ἐν τῇ τῆς γραφῆς συνηθείᾳ· καθάπερ τό, ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλήμ, ἀντὶ τοῦ εὕροις, τοῦ λόγου σημαίνοντος. καὶ, τὸ ἀρθήτω ὁ ἀσεβής, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου, διὰ τοῦ μὴ ἰδεῖν, τὸ μὴ μετασχεῖν τοῦ προφήτου δηλοῦντος. οὐκοῦν ὁ τὸν Θεὸν ἰδών, πᾶν ὅπερ ἐστὶν ἐν ἀγαθῶν καταλόγῳ, διὰ τοῦ ἰδεῖν ἔσχε, τὴν ἀτελεύτητον ζωήν· τὴν ἀΐδιον ἀφθαρσίαν, τὴν ἀθάνατον μακαριότητα, τὴν ἀτελεύτητον βασιλείαν, τὴν ἄληκτον εὐφροσύνην, τὸ ἀληθινὸν φῶς, τὴν πνευματικὴν καὶ γλυκεῖαν φωνήν, ἀπρόσιτον B δόξαν, τὸ διηνεκὲς ἀγαλλίαμα, τὸ πᾶν ἀγαθόν. τὸ μὲν οὖν κατ' ἐλπίδα προκείμενον ἐν τῇ μακαριότητος ἐπαγγελίᾳ, τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον. ἐπεὶ δὲ ὁ τρόπος τοῦ ἰδεῖν διὰ τοῦ καθαρὸν γενέσθαι τῇ καρδίᾳ προδέδεικται· ἐν τούτῳ μοι πάλιν ἰλιγγιᾷ ἡ διάνοια, μὴ ἄρα τῶν ἀμηχάνων τι καὶ ὑπερβαινόντων τὴν φύσιν ἡμῶν, ἡ καθαρότης τῆς καρδίας ἐστίν. εἰ γὰρ διὰ τούτου ὁ Θεὸς ὁρᾶται· Μωσῆς δὲ καὶ Παῦλος οὐκ ἴδον, τὸ μήτε αὐτόν, μήτε ἄλλον τινὰ δύνασθαι ἰδεῖν διωρίσατο, ἀδύνατον ἔοικέ τι εἶναι C τὸ τῷ μακαρισμῷ νῦν ὑπὸ τοῦ λόγου προκείμενον. τί οὖν ἡμῖν τὸ κέρδος ἐκ τοῦ γνῶναι πῶς ὁ Θεὸς ὁρᾶται, εἰ τὸ δυνατὸν τῇ ἐπινοίᾳ μὴ πρόσεστιν; ὅμοιον γὰρ τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ ἂν εἴ τις μακάριον εἶναι λέγοι τῷ ἐν οὐρανῷ γενέσθαι· ὅτι ἐκεῖ καθορᾶται τὰ ἐν τῷ βίῳ μὴ καθορώμενα. ἦν γὰρ τις ἦν μηχανή, τῆς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν πορείας διὰ τοῦ λόγου προδεικνυμένη· τὸ μαθεῖν ὅτι μακαριστόν ἐστι τὸ ἐν ἐκείνῳ γενέσθαι, χρήσιμον ἂν ἦν τοῖς ἀκούουσιν. ἕως δ' ἂν τὸ κατὰ τὴν ἄνοδον ἀμήχανον ᾖ, τί φέρει κέρδος ἡ γνῶσις τῆς μακαριότητος τῆς οὐρα-D νίας, λυποῦσα μόνον τοὺς μεμαθηκότας, οἵων διὰ τὸ ἀδύνατον τῆς ἀνόδου ἀπεστερήμεθα. ἆρ' οὖν ἔξω τῆς φύσεως ἡμῶν ὁ κύριος ἐγκελεύεται, καὶ ὑπερβαίνει τὰ μέτρα τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως τῷ μεγαλείῳ τοῦ ἐπιτάγματος; οὐκ ἔστι ταῦτα. οὔτε γὰρ πετεινοὺς γενέσθαι κελεύει, οἷς τὸ πτερὸν οὐκ ἐνέφυσεν, οὐδὲ ὑπὸ ὕδωρ ζῆν οἷς τὸν χερσαῖον ἀπεκλήρωσε βίον. εἰ οὖν ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις πρόσφορός ἐστι

τῇ δυνάμει τῶν δεχομένων ὁ νόμος, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὴν φύσιν βιάζεται· καὶ τοῦτο πάντως ἐκ τοῦ ἀκολούθου νοήσομεν, μὴ ἀπ' ἐλπίδος εἶναι τὸ διὰ τοῦ μακαρισμοῦ προδεικνύμενον. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ τὸν Παῦλον, καὶ τὸν Μωσέα, καὶ εἴ τις ἄλλος κατ' ἐκείνους ἐστί, μὴ ἐκπεπτωκέναι τῆς ὑψηλῆς ταύτης μακαριότητος, τῆς ἐκ τοῦ ἰδεῖν τὸν Θεὸν προσγινομένης, μηδὲ τὸν εἰπόντα, ὅτι ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ δίκαιος κριτής, μήτε τὸν ἐπὶ τὸ στῆθος ἀναπεσόντα τοῦ Ἰησοῦ, μήτε τὸν ἀκηκοότα παρὰ τῆς θείας φωνῆς, ὅτι ἔγνων σε παρὰ πάντας. εἰ οὖν ἐκεῖνοι, παρ' ὧν ὑπὲρ δύναμιν ἡ τοῦ Θεοῦ κατανόησις εἶναι κεκήρυκται, μακάριοι εἶναι οὐκ ἀμφιβάλλονται· ἡ δὲ μακαριότης εἰς τὸ ἰδεῖν τὸν Θεὸν ἐστίν· τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ καθαρὸν τῇ καρδίᾳ γενέσθαι, ἄρα οὐκ ἀδύνατος τῆς καρδίας ἡ καθαρότης, δι' ἧς ἐστι γενέσθαι μακάριον. πῶς οὖν ἐστι καὶ τοὺς κατὰ Παῦλον ἀληθῆ λέγειν φῆσαι, ὑπὲρ τὴν δύναμιν ἡμῶν ἀποφαινομένους εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ κατανόησιν, καὶ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν μὴ ἀντιδογματίζειν ἐκείνοις, ἐν καθαρότητι ὀφθήσεσθαι τὸν Θεὸν ὑπισχνουμένην; δοκεῖ μοι καλῶς ἔχειν περὶ τούτου χρῆναι διὰ βραχέων πρότερον λαβεῖν, ὡς ἂν καθ' ὁδὸν γένοιτο ἡμῖν περὶ τὸ προκείμενον ἡ θεωρία. ἡ θεία φύσις αὐτὴ καθ' αὑτὴν ὅ,τι ποτὲ κατ' οὐσίαν ἐστί, πάσης ὑπέρκειται καταληπτικῆς ἐπινοίας, ἀπρόσιτος καὶ ἀπροσπέλαστος οὖσα ταῖς στοχαστικαῖς ἐπινοίαις, καὶ οὔπω τις ἀνθρώποις πρὸς τὴν τῶν ἀλήπτων κατανόησιν ἐξεύρηται δύναμις· οὐδέ τις ἔφοδος καταληπτικὴ τῶν ἀμηχάνων ἐπινοήθη. διὸ καὶ ἀνεξιχνιάστους τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ ὁ μέγας ὀνομάζει ἀπόστολος, σημαίνων διὰ τοῦ λόγου τὸ ἀνεπίβατον εἶναι λογισμοῖς τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἣ πρὸς τὴν γνῶσιν τῆς θείας οὐσίας ἄγει. ὡς οὔπω τινὸς τῶν προωδευκότων τὸν βίον ἴχνος τι καταληπτικῆς ἐπινοίας σημειουμένου τῇ γνώσει τοῦ ὑπὲρ γνῶσιν πράγματος. τοιοῦτος δὲ ὢν κατὰ τὴν φύσιν ὁ ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν, ἄλλῳ λόγῳ καὶ ὁρᾶται καὶ καταλαμβάνεται, ὁ ἀόρατός τε καὶ ἀπερίγραπτος.

A viribus conueniens eſt, & ad nullam rem, quæ ſupra naturam ſit, cogit: etiam hoc prorſus ex eo quod conſentaneum eſt, intelligemus, non deſperādum videlicet eſſe id, quod per beatitudinem pręmonſtratur, ſed & Ioannem, & Paulum, & Moyſen, & ſi quis alius illorum ſimilis eſt, non excidiſſe hac ſublimi beatitudine, quæ ex conſpectione Dei accedit, neque illum, qui dixit, Recondita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi iuſtus iudex, neque eum, qui recubuit ſuper pectus Ieſu, neque eum, qui audiuit à voce diuina, Cognoui te præter omneis. *2. Tim. 4.* *Ioan. 21.* B Si ergo nō ambigitur, quin illi, qui contemplationem Dei ſupra vires eſſe prędicauerunt, beati ſint, beatitudo autem ex conſpectione Dei exiſtit, atq; Deum videre cōtingit, ſi quis puro corde ſit, certè puritas cordis, per quā beatum fieri licet, non eſt ex iis rebus, quæ confici non poſſunt. Quî igitur dici poteſt, quòd & illi, qui cum Paulo cōtemplationem Dei ſupra vires eſſe pronuntiant, vera dicant, & Domini vox illis non aduerſetur, quæ Deum per puritatem cordis conſpectum iri pollicetur? C Videtur mihi haud alienū eſſe, ſi de his rebus paucis digrediendo primùm quædam proponamus, quæ tanquam firma atq; nullius probationis egentia ſumamus, vt cōmodè nobis circa rem propoſitam ſpeculatio procedat. Diuina natura, quicquid ipſa tandem per ſe ſecundum eſſentiā eſt, ſuperat omnem cōprehendendi rationē atq; ſolertiam, quippe quæ coniecturales rationes & excogitationes reijciat, repellat, aſpernetur & nō admittat, ac nulla adhuc inter homines facultas ad cōprehenſibilium animaduerſionem & cognitionem inuenta eſt, D nullaque ratio, nullum compendium, nulla vita, nullus apparatus, nullum inſtrumentum excogitatū eſt, quo res inexplicabiles cōprehendantur. Qua propter magnuſ ille Apoſtolus ἀνεξιχνιάστους, id eſt omni inueſtigatione ſuperiores, ſiue imperueſtigabiles vias eius nominat: ſignificās per ea verba, cogitationibus inacceſſam eſſe illā viam, quæ ducit ad naturæ diuinæ cognitionem. *Rom. 11.* Quaſi nullus adhuc eorum, qui vitæ curſum antè cōfecerunt aliquod veſtigium vel ſignum cognitioni impreſſerit, quo ſigno excogitaretur & perciperetur res, quæ ſuperat omnem cognitionē. Talis autem ſecundum naturā cùm ſit is, qui ſuperat omnem naturam, alia ratione & videtur & percipitur, qui & videri & comprehēdi non poteſt.

Multi autem ſunt modi talis contemplationis & cognitionis. Licet enim per eam, quæ in vniuerſo apparet, ſapiētiam coniectando cernere eū, qui omnia cum ſapientia fecit. Quemadmodū etiam in operibus humanis, mente cernitur aliquo modo artifex propoſitæ cuiuſque ſtructuræ, quippe qui artē in opere condiderit. Cernitur autē non natura artificis, ſed ſcientia duntaxat artificioſa, quā artifex in opere expreſſam reliquit. Eodem etiā modo cum ad ornatum, qui in creatura cōſpicitur, reſpicimus, notio quædā in animo noſtro informatur non eſſentiæ, ſed ſapientiæ eius, qui res vniuerſas ſapienter fecit. Quinetiam ſi noſtræ vitę cauſā conſiderauerimus, quod non ex neceſſitate, ſed ex bonæ voluntatis deſtinatione ad creandum hominem motus ſit, rurſus etiā per hunc modum Deum à nobis viſum & animaduerſum eſſe dicimus, quū non naturam, ſed bonitatem cōprehenderimus. Eodē modo cætera quoq; omnia, quæ cogitationem erigunt ad conſideratione ē eius, quod & præſtat & excellit, & melius ac ſuperius eſt, quam cæteræ res: talia omnia contemplationem & cognitionē Dei nominamus, vnaquaque ſublimi cogitatione atque conſideratione Deū nobis in conſpectu adducente. Nam & potentia, & puritas, & eodem modo ſeſe habere, & cum contrario permixtum non eſſe, ac talia omnia, diuinæ cuiuſdā & ſublimis opinionis & notionis viſum & imaginationem animis imprimunt atque informāt. Igitur per ea, quæ modò dicta ſunt, oſtenditur, quomodo & Dominus vera dicit, qui pollicitus eſt Deum ab iis qui cor purum habeant, conſpectum iri: &
1.Tim.6. Paulus non mentitur, qui in ſuis ſcriptis dicit, quòd Deum neque viderit quiſquam, neque videre poſſit. Nam qui natura inuiſibilis eſt, dum per quaſdā, quę circa ipſum animaduertuntur proprietates, cernitur, efficientiis & actionibus viſibilis atque cōſpicuus fit. Verùm non ad hoc ſolum beatitudinis ſententia ſpectat, vt ex quadam efficacia atque operatione eum qui operetur, talem eſſe animaduertere atque exiſtimare poſſimus (forſitan enim etiam ſapientibus huius ſæculi per aptitudinem atq; concinnitatē mundi ſupernæ ſapientiæ atq; potentiæ animaduerſo cognitióq; contingere poſſit.) Sed aliud mihi magnificētia beatitudinis iis, qui capere & animaduertere poſſint id quod deſideratur, nempe

A πολλοὶ δὲ οἱ τῆς τοιαύτης κατανοήσεως τρόποι. ἔστι γὰρ καὶ διὰ τῆς ἐμφαινομένης τῷ παντὶ σοφίας, τὸν ἐν σοφίᾳ πάντα πεποιηκότα στοχαστικῶς ἰδεῖν. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων δημιουργημάτων ὁρᾶται τρόπον τινὰ τῇ διανοίᾳ ὁ δημιουργὸς τοῦ προκειμένου κατασκευάσματος, τὴν τέχνην τῷ ἔργῳ ἐναποθέμενος. ὁρᾶται δὲ οὐχ ἡ φύσις τοῦ τεχνιτεύσαντος, ἀλλὰ μόνον ἡ τεχνικὴ ἐπιστήμη, ἣν ὁ τεχνίτης τῇ κατασκευῇ ἐναπέθετο. οὕτω καὶ πρὸς τὸν ἐν τῇ κτίσει βλέποντες κόσμον, ἔννοιαν οὐ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς σοφίας τοῦ κατὰ πάντα σοφῶς πεποιηκότος ἀνατυπούμεθα. κἂν τῆς ἡμετέρας ζωῆς
B τὴν αἰτίαν λογισώμεθα, ὅτι οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἐξ ἀγαθῆς προαιρέσεως ἦλθεν εἰς τὸ κτίσαι τὸν ἄνθρωπον, πάλιν καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου καθεωρακέναι λέγομεν τὸν Θεόν, τῆς ἀγαθότητος οὐ τῆς οὐσίας ἐν περινοίᾳ γενόμενοι. οὕτω καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα πρὸς τὸ κρεῖττόν τε καὶ ὑψηλότερον ἀνάγει τὴν ἔννοιαν, Θεοῦ κατανόησιν τὰ τοιαῦτα κατονομάζομεν, ἑκάστου τῶν ὑψηλῶν νοημάτων τὸν Θεὸν ἡμῖν εἰς ὄψιν ἄγοντος. ἡ γὰρ δύναμις καὶ ἡ καθαρότης, καὶ τὸ ὡσαύτως ἔχειν, καὶ τὸ ἀμιγὲς τοῦ ἐναντίου, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα θείας τινὸς καὶ ὑψηλῆς
C ἐννοίας ἐντυποῖ ταῖς ψυχαῖς τὴν φαντασίαν. οὐκοῦν δείκνυται διὰ τῶν εἰρημένων, πῶς καὶ ὁ κύριος ἀληθεύει, ὀφθήσεσθαι τὸν Θεὸν τοῖς καρδίαν ἔχουσι καθαρὰν ἐπαγγειλάμενος· καὶ ὁ Παῦλος οὐ ψεύδεται, μήτε ἑωρακέναι τινὰ τὸν Θεόν, μήτ' ἰδεῖν δύνασθαι διὰ τῶν οἰκείων λόγων ἀποφηνάμενος. ὁ γὰρ τῇ φύσει ἀόρατος, ὁρατὸς ταῖς ἐνεργείαις γίνεται, ἔν τισι τοῖς περὶ αὐτὸν καθορώμενος. ἀλλ' οὐ πρὸς τοῦτο βλέπει μόνον τοῦ μακαρισμοῦ ἡ διάνοια, τὸ
D ἔκ τινος ἐνεργείας τὸν ἐνεργοῦντα δύνασθαι τοιοῦτον ἀναλογίσασθαι· γένοιτο γὰρ ἂν ἴσως καὶ τοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου σοφοῖς, διὰ τῆς τοῦ κόσμου εὐαρμοστίας ἡ τῆς ὑπερκειμένης σοφίας τε καὶ δυνάμεως κατανόησις. ἀλλ' ἕτερόν μοι δοκεῖ ἡ τοῦ μακαρισμοῦ μεγαλοφυΐα τοῖς δυναμένοις δέξασθαι καπολῖν τὸ ποθούμενον, τὴν

συμβουλὴν ὑφηγεῖσθαι· τὸ δέ μοι παριστάμενον νόημα δι' ὑποδειγμάτων σαφηνισθήσεται. ἀγαθόν τι κατὰ τὸν ἀνθρώπινόν ἐστι βίον, ὑγεία τοῦ σώματος· ἀλλὰ μακάριον οὐ τὸ εἰδέναι μόνον τῆς ὑγείας τὸν λόγον, ἀλλὰ τὸ ἐν ὑγείᾳ ζῆν. εἰ γάρ τις ἐγκώμια διεξιὼν τῆς ὑγείας τὴν νοσώδη καὶ κακόχυμον αἱροῖτο τροφήν· τί τῶν ἐγκωμίων τῆς ὑγείας ἀπώνατο ταῖς ἀρρωστίαις ἐπιτειβόμενος; οὕτω τοίνυν νοήσωμεν καὶ τὸν προκείμενον λόγον, ὅτι οὐ τὸ γνῶναί τι περὶ Θεοῦ μακάριον ὁ κύριος εἶναί φησιν· ἀλλὰ τὸ ἐν ἑαυτῷ σχεῖν τὸν Θεόν. μακάριοι γὰρ B οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. οὐ γάρ μοι δοκεῖ ὡς ἀντιπρόσωπόν τι θέαμα τὸν Θεὸν προτιθέναι τῷ κεκαθαρμένῳ τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμόν· ἀλλὰ τοῦτο τάχα ἡ τοῦ ῥητοῦ μεγαλοφυΐα ἡμῖν ὑποτίθεται, ὃ καὶ πρὸς ἑτέρους ὁ λόγος γυμνότερον παρίστησιν, ἐντὸς ὑμῶν εἶναι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰπών· ἵνα διδαχθῶμεν, ὅτι ὁ πάσης τῆς κτίσεως καὶ ἐμπαθοῦς διαθέσεως τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἀποκαθήρας, ἐν τῷ ἰδίῳ κάλλει τῆς θείας φύσεως καθορᾷ τὴν εἰκόνα. καί μοι δο- C κεῖ δι' ὀλίγων ὧν εἶπεν, τοιαύτην συμβουλὴν περιέχειν ὁ λόγος. ὅτι ὦ ἄνθρωποι, ὅσοις ἐστὶ τις ἐπιθυμία τῆς τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ θεωρίας, ἐπειδὰν ἀκούσητε ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς ἐπῆρθαι τὴν θείαν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς ἀνερμήνευτον εἶναι, καὶ τὸ κάλλος ἄφραστον, καὶ τὴν φύσιν ἀχώρητον· μὴ ἐκπίπτετε εἰς ἀνελπιστίαν τοῦ μὴ δύνασθαι κατιδεῖν τὸ ποθούμενον. τὸ γάρ σοι χωρητὸν τῆς τοῦ Θεοῦ κατανοήσεως μέτρον ἐν σοί ἐστιν· οὕτω τοῦ πλάσαντός σε τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν εὐθὺς τῇ φύσει κατουσιώσαντος· τῶν γὰρ τῆς ἰδίας φύσεως ἀ- D γαθῶν ὁ Θεὸς ἐνετύπωσε τῇ σῇ κατασκευῇ τὰ μιμήματα, οἷόν τινα κηρὸν σχήματι γλυφῆς προτυπώσας. ἀλλ' ἡ κακία τῷ θεοειδεῖ χαρακτῆρι περιχυθεῖσα, ἄχρηστον ἐποίησέ σοι τὸ ἀγαθόν, ὑποκεκρυμμένον τοῖς αἰσχροῖς προκαλύμμασιν. εἰ οὖν ἀποκλύσειας πάλιν δι' ἐπιμελείας βίου τὸν ἐπιπλασθέντα τῇ καρδίᾳ σου ῥύπον, ἀναλάμψει σοι τὸ θεοειδὲς κάλλος. ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σιδήρου γίνεσθαι πέφυκεν, ὅταν δι' ἀκόνης τοῦ ἰοῦ γυμνωθῇ ὁ πρὸ ὀλίγου μέλας, αὐγάς τινας ἐφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἥλιον στίλβων

A conſilium tradere atque ſuggerere videtur: porrò cõſideratio aq; intellectus, qui mihi in mentẽ venit per exempla atq; ſimilitudines declarabitur. Bonũ quoddã in vita humana ſanitas corporis eſt: ſed beatum eſt, nõ modò ſcire rationem ſanitatis, verùm in ſanitate viuere. Nam ſi quis laudes ſanitatis perſequutus cibum ſumat, qui malos humores & morbos generet, quid huic dum morbis conficitur, laudes ſanitatis proſunt? Eodem igitur modo propoſitã quoq; orationem intelligamus, quod non cognoſcere aliquid de Deo Dominus beatũ eſſe dicat, B ſed in ſeſe Deũ habere. Beati enim puro præditi corde: quoniã ipſi Deum videbunt. Non enim mihi videtur quaſi ex aduerſo ſpectandũ Deum proponere ei, qui animæ oculũ habuerit expurgatum: ſed forſitan hoc nobis magnificẽtia dicti ſuggerit, quod etiã ad alios Sermo apertius exprimit, vbi dixit, Intra vos eſt regnum Dei: vt doceamur, quòd qui cor ſuum ab omni creatura atq; vitioſa affectione expurgauit, in ſua ipſius pulchritudine diuinæ naturæ imaginem intuetur. Ac mihi videtur Verbum, paucis, C quæ dixit, eiuſmodi conſiliũ complecti, O vos homines, quibus ineſt aliqua cupiditas contẽplandi id, quod verè bonũ eſt, cùm audieritis diuinã maieſtatem ſupra cœlos elatam & exaltatam, & gloriam eius inexplicabilẽ, pulchritudinem ineffabilem eſſe, naturam comprehendi ac percipi non poſſe: ne prolabamini ad deſperationem, qua non poſſitis intueri quod deſideratis. Nam quod à te capi & cõprehendi poteſt, Dei cõtemplationis in te modus eſt: quippe cùm is qui te formauit, tale bonum ſtatim ita naturæ quaſi ineſſentiauerit, ſiue conſubſtãtia- D uerit & incorporauerit: tui enim fabricationi & cõſtitutioni Deus ſuæ naturæ bonorũ ſimulachra ſimilitudineſque & quaſi imitamenta impreſſit & informauit, veluti ceram quandam ſculptili figura præfõrmans & fingens. Sed vitioſitas diuinam imaginem referenti ſigno circumfuſa, bonum turpibus velamentis obductum & occultatum inutile tibi fecit. Si igitur diligenti & accurata vita ſpes cordi illitas & obductas rurſus ablueris, reſplendebit in te diuina pulchritudo. Quemadmodum in ferro fieri ſolet, cùm id, quod paulò antè nigrum erat, per cotem detracta rubigine, ſplendores quoſdam in ſe ad ſolem refulgens

Luc. 17.

A & nitores edit: ita homo quoque internus, quem cor Dominus nominat, cùm ſordes rubiginoſas, quæ propter prauum ſitum in forma effloruerunt, abſterſerit, rurſus cum originali & principali forma ſimilitudinē recuperabit, ac bonus erit. Nam quod boni ſimile, bonum prorſus eſt. Ergo qui ſeipſum videt, in ſeipſo quod deſiderat, intuetur: atque ita beatus fit, qui corde puro præditus eſt, quoniā dum ſuam puritatem intuetur, per imaginem, formam principalem animaduertit. quemadmodum enim ij, qui in ſpeculo ſolem vident, etiamſi cœlum ipſum fixis oculis nō contueantur, nihilo ſecius, in ſplendore ſpeculi ſolem vident; quàm illi qui ipſum orbem ſolis intuentur, ita, inquit, etiam vos, etiamſi vires vobis non ſuppetant ad contemplandum & animaduertendū lumen inacceſſum, ſi ad eum, qui ab initio in vobis cōſtitutus eſt, imaginis decorem ac gratiam reuerſi fueritis, in vobis ipſis, quod quæritis, habetis. Puritas enim & vitiorum affectuumq; vacuitas, & ab omni malo alienatio Deitas eſt. Si igitur hęc in te ſunt, Deus prorſus in te eſt. Cùm igitur ab omni vitioſitate pura, ab affectu ac vitio libera atq; ab omni inquinatione ſeiuncta in te ratio fuerit, beatus es propter acumen atque claritudinem viſus, quoniam id, quod effugit viſum eorum, qui non fuerint purgati, ipſe expurgatus animaduertis, ac materiali caligine ab oculis animi dempta, per purā cordis ſerenitatem beatū ſpectaculū clarè cernis. Hoc autē quid eſt? ſanctimonia, puritas, ſimplicitas, omnes eiuſmodi lucidi diuinæ naturæ ſplendores, per quos Deus videtur. Verum quòd hæc quidem ita ſe habeant, ex iis, quæ dicta ſunt, nō dubitamus. Sed quod ab initio in dubio ponebatur, adhuc in eadē perplexitate Sermo relinquit. Vt enim is, qui in cœlū euaſit, participatione fruitur cœleſtiū miraculorū: ſed adſcendendi modus impeditus efficit, vt nihil nobis proſint ea, de quibus nihil controuerſiæ eſt: ita expurgatione cordis beatitudinem exiſtere non dubitatur: ſed quomodo quis cor ab inquinamentis expurgare poſſit, eadem prorſus, quæ in aſcenſu in cœlū apparet, difficultas eſſe videtur. Quę igitur ſcala Iacob? qualis inuenietur igneus currus ad ſimilitudinem eius, qui Prophetam

Simile.

καὶ λαμπηδόνας ἐκδίδωσιν· οὕτω καὶ ὁ ἔνδον ἄνθρωπος, ὃν καρδίαν ὀνομάζει ὁ κύριος, ἐπειδὰν ἀποξύσηται τὸν ἰώδη ῥύπον τὸν διὰ τῆς πονηρᾶς εὐρῶτος ἐπανθήσαντα τῇ μορφῇ, πάλιν ἀναλήψεται τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ὁμοιότητα, καὶ ἀγαθὸς ἔσται. τὸ γὰρ ἀγαθῷ ὅμοιον, ἀγαθὸν πάντως. οὐκοῦν ὁ ἑαυτὸν βλέπων, ἐν ἑαυτῷ τὸ ποθούμενον βλέπει· καὶ οὕτω γίνεται μακάριος ὁ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὅτι πρὸς τὴν ἰδίαν καθαρότητα βλέπων, ἐν τῇ εἰκόνι καθορᾷ τὸ ἀρχέτυπον. ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν κατόπτρῳ ὁρῶντες τὸν ἥλιον, κἂν μὴ πρὸς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀποβλέψωσιν ἀτενές, B οὐδὲν ἔλαττον ὁρῶσι τὸν ἥλιον ἐν τῇ τοῦ κατόπτρου αὐγῇ, τῶν πρὸς αὐτὸν ἀποβλεπόντων τοῦ ἡλίου τὸν κύκλον· οὕτω, φησί, καὶ ὑμεῖς, κἂν ἀτονῆτε πρὸς κατανόησιν φωτός, ἐὰν ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐγκατασκευασθεῖσαν ὑμῖν χάριν τῆς εἰκόνος ἐπαναδράμητε, ἐν ἑαυτοῖς τὸ ζητούμενον ἔχετε. καθαρότης γὰρ, ἀπάθεια, καὶ κακοῦ παντὸς ἀλλοτρίωσις ἡ θειότης ἐστίν. εἰ οὖν ταῦτα ἐν σοί ἐστι, Θεὸς πάντως ἐν σοί ἐστιν. ὅταν οὖν ἀμιγὴς πάσης κακίας, καὶ πάθους ἐλεύθερος, καὶ πάσης κεχωρισμένος μολύσματος, ὁ ἐν σοὶ λογισμὸς ᾖ, μακάριος εἶ τῆς ὀξυωπίας, C ὅτι τὸ τοῖς μὴ καθαρθεῖσιν ἀθέατον, ἐκκαθαρθεὶς κατενόησας, καὶ τῆς ὑλικῆς ἀχλύος τῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων ἀφαιρεθείσης, ἐν καθαρᾷ τῇ τῆς καρδίας αἰθρίᾳ τηλαυγῶς βλέπεις τὸ μακάριον θέαμα. τοῦτο δέ ἐστι τί; καθαρότης, ὁ ἁγιασμός, ἡ ἁπλότης, πάντα τὰ τοιαῦτα τὰ φωτοειδῆ τῆς θείας φύσεως ἀπαυγάσματα, δι᾽ ὧν ὁ Θεὸς ὁρᾶται. Ἀλλὰ τὸ μὲν ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐκ τῶν εἰρημένων οὐκ ἀμφιβάλλομεν. ἔτι δὲ ἡμῖν ὁ λόγος τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀπορηθὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀμηχανίας βλέπει. D ὡς γὰρ ἐν οὐρανῷ γενόμενος, ἐν μετουσίᾳ τῶν οὐρανίων θαυμάτων ἐστίν· ὁ δὲ τῆς ἀνόδου τρόπος ἀμήχανος, οὐδὲν ἡμῖν τῶν διωμολογημένων κέρδος ποιεῖ· οὕτως ἐκ τοῦ καθαρθῆναι τὴν καρδίαν, τὸ μακάριον γενέσθαι οὐκ ἀμφιβάλλεται· τὸ δὲ ὅπως ἄν τις αὐτὴν τῶν μολυνόντων ἀποκαθάρειε, ἴσον ἀντικρὺς τῷ δοκεῖ τῆς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβάσεως. ποία τοίνυν κλίμαξ τοῦ Ἰακώβ; ποῖον εὑρεθήσεται πύρινον ἅρμα καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ τὸν προφήτην Ἡλίαν πρὸς

πρὸς οὐρανὸν ἀναψάσαντος, ὃ πρὸς τὰ ἄνω θαύματα ἡ καρδία ἡμῶν ἐπαρθεῖσα, τὸ γήϊνον τοῦτο βάρος ἀποτινάξεται; εἰ γάρ τις ἐν περινοίᾳ γένοιτο τῆς ἀναγκαίας τῆς ψυχῆς παθημάτων, ἄπορον οἰήσεται καὶ ἀμήχανον τὴν τῶν συνεζευγμένων κακῶν διαχώρησιν. Εὐθὺς ἐκ πάθους ἡμῖν ἡ γένεσις ἄρχεται, καὶ διὰ πάθους ἡ αὔξησις πρόεισι, καὶ εἰς τὸ πάθος ἡ ζωὴ καταλήγει, καὶ ἀνακέκραταί πως τὸ κακὸν πρὸς τὴν φύσιν, διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς παραδεξαμένων τὸ πάθος, τῶν διὰ τῆς παρακοῆς εἰσοικισαμένων τὴν νόσον. ὥσπερ δὲ τῇ διαδοχῇ τῶν ἐπιγινομένων καθ' ἕκαστον εἶδος, τῶν ζώων ἡ φύσις συνδιεξέρχεται, ὡς ταὐτὸν εἶναι τὸ γινόμενον κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, τῷ ἐξ οὗ γέγονεν· οὕτως ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος γίνεται, ἐξ ἐμπαθοῦς ἐμπαθὴς, ἐξ ἁμαρτωλοῦ τοιοῦτος. οὐκοῦν συνυφίσταται τρόπον τινὰ τοῖς γινομένοις ἡ ἁμαρτία, συναποτικτομένη τε καὶ συναύξουσα, καὶ τῷ τῆς ζωῆς ὅρῳ συγκαταλήγουσα. ἀλλὰ δυσεπίτευκτον ἡμῖν εἶναι τὴν ἀρετὴν, μυρίοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις, σπουδῇ καὶ καμάτῳ μόγις κατορθουμένην, πολλαχοῦ παρὰ τῆς θείας γραφῆς ἐδιδάχθημεν, τεθλιμμένην καὶ διὰ στενοῦ προϊοῦσαν τὴν ὁδὸν τῆς βασιλείας ἀκούσαντες, πλατεῖάν τε καὶ κατάντη καὶ εὐεπίδρομον, τὴν διὰ κακίας τοῦ βίου ἐπὶ τὴν ἀπώλειαν ἀπάγουσαν. οὐ μὴν καθόλου ἀμήχανον τὴν ὑψηλὴν ζωὴν ἡ γραφὴ διωρίσατο, ἡ τοσούτων ἀνδρῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐκθεμένη τὰ θαύματα. ἀλλ' ἐπειδὴ διπλῆς οὔσης τῆς διανοίας ἐν τῇ τοῦ ἰδεῖν τὸν Θεὸν ἐπαγγελίᾳ· μιᾶς μὲν τοῦ γνῶναι τὴν τοῦ παντὸς ὑπερκειμένην φύσιν, ἑτέρας δὲ τοῦ ἀνακραθῆναι πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς κατὰ τὴν ζωὴν καθαρότητος· τὸ μὲν πρότερον τῆς κατανοήσεως εἶδος, ἀμήχανον εἶναι ἡ τῶν ἁγίων φωνὴ διορίζεται· τὸ δὲ δεύτερον ὑπισχνεῖται τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει διὰ τῆς παρούσης διδασκαλίας ὁ κύριος εἰπὼν, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. τὸ δὲ ὅπως ἔστι καθαρὸν γενέσθαι, διὰ πάσης σχεδὸν τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἔξεστί σοι τὸ τοιοῦτον μαθεῖν. τοῖς γὰρ ἐφεξῆς ἐπιδραμὼν παραγγέλμασι, σαφὲς εὑρήσεις τὸ τῆς καρδίας καθάρσιον.

A Eliam in cœlum euexit, quo ad ſuperna miracula cor noſtrum erectum, terreum hoc pondus excutiat? Nam ſi quis neceſſarias animi affectiones & vitia, cogitatione exactè complexus fuerit, atque perpenderit, nulla via, nulla ratione, nulla machinatione fieri poſſe putabit, vt coniuncta mala moueantur. Protinus à paſſione, ab affectione, à perturbatione, ab ægritudine natiuitas noſtra torditur, & per paſſionem & affectionē ad incrementum progreditur, & in paſſione & affectu vita noſtra deſinit: atque commixtum quodammodo malum cum natura eſt, per eos qui antiquitùs paſſionem, vitium & affectum admiſerūt, qui per inobediētiam morbum inuexerunt & introduxerunt. Quemadmodum autem ſucceſſione atque continuatione ſubinde naſcentium per quamque ſpeciem animalium natura ſimul traducitur & propagatur, vt iuxta rationem naturæ, quod natum fuerit, idem ſit cum eo, vnde natum eſt: itidem ex homine homo naſcitur, ex obnoxio vitiis, perturbationibus, & affectionibus, iiſdem obnoxius, ex peccatore peccator. Ergo vnà cum naſcentibus aliquo modo peccatum exiſtit, ſimul & naſcens & augeſcens, & cum termino vitæ vnà deſinēs. Verùm aſſequutu nobis difficilem eſſe virtutem, immēſis & infinitis ſudoribus & laboribus, ſtudio atque defatigatione vix parabilem, in multis locis è ſacra Scriptura didicimus, arctū, & per anguſtias porrectum iter regni audientes, latam verò, decliuem & expeditam viam, quæ per vitioſitatem & nequitiā, vitam in perniciem adducit. Non tamen nulla planè ratione confici & expediri poſſe ſublimem vitam ſcriptura affirmat, quę tot virorum in ſacris libris miracula expoſuit. Sed cùm duplex ſit in promiſſione videndi Deum intellectus: vnus quidem cognoſcendi naturam vniuerſitati in ſupernis præſidentem: alter verò, per puritatem vitæ cum Deo quaſi contemperandi & coniungendi, primam quidem contemplationis ſpeciem impeditam eſſe, & confici non poſſe, ſanctorum vox declarat, ſecundam verò per præſentem doctrinam humanæ naturę Dominus promittit, cum dicit, Beati puro corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Matth.5.* Porrò quomodo purū fieri liceat, id per omnem propemodū Euangelicam doctrinam tibi diſcere licet: nam ſi ordine deinceps poſita præcepta percurreris, manifeſtum cordis purificatoriū remedium deprehendes.

Cùm enim vitium & nequitiã bifariam diuiſiſſet, eiúſque vnam ſpeciem poſuiſſet, quæ per opera deſignatur, alteram, quæ cogitando cõcipitur, prius quidem per antiquam legem, eam, quæ per opera proditur, nequitiam puniuit, nunc verò ad alteram peccati ſpeciem legem ſpectare facit, non improbum facinus puniens, ſed vt ne prorſus quidem malum exiſtat, proſpiciens & cauens. Nam ex animi deſtinata voluntate nequitiam eximere, eſt ex magna ſuperfluitate vitã à ſceleſtis facinoribus efficere alienam. Porrò cùm in multas parteis multáſq; ſpecies vitioſitas diducta ſit, vnicuique earum rerum, quæ vetitæ ſunt, per præcepta, proprium oppoſuit remedium atque curationem. Ac quoniam iræ morbus per omnem vitam plerumque in promptu atque in procliui eſt, ab eo quod magis obtinet ac dominatur, curationem orditur, iræ vacuitatem ſanciens in primis, Didiciſti, inquit, antiqua lege, Non eſſe cædem faciendam: nunc diſce; Iram aduerſus proximos & populares ab anima ſegregandam eſſe. Non enim penitus iraſci vetuit (licet enim ob bonum nonnunquam vti tali animi impetu) ſed ob nullum bonum aduerſus fratrem ira aliquando concitari, id verò præceptum extinguit ac tollit. Quicumque enim, inquit, iraſcitur fratri ſuo temerè, nullaque ratione. Nam adiectio dictionis temerè, oſtendit tempeſtiuum & opportunum eſſe ſæpè iracundiæ vſum, cum vindicandi peccati cauſſa efferbuerit is affectus. Hæc iræ ſpecies Phineeſo ſcripturæ teſtimonio aſſignatur, cum cæde delinquentium minas Dei aduerſus plebem commoti placauit. Deinceps ad ea quæ per voluptatem delinquuntur, curando tranſit, & adulterij petulantem & importunam cupiditatem per interdictum ex corde tollit. Ita ſigillatim etiam omnia inuenies in ſequentibus corrigere Dominum, aduerſus vnamquamque vitioſitatis & nequitiæ ſpeciem ſanctionibus obſiſtentem. Prohibet iniuria pugnã laceſſere, ac manus afferre per hoc, quod ne propulſare quidem iniuriam permittit. Exterminat auaritiæ vitium per hoc, quod imperat, vt non modo patiamur nos exui, ſed id etiam, quod nobis relictum fuerit, aduerſario concedamus. Medetur timiditati, iubens nos mortis eſſe contemptores. Et in ſumma per

Matth. 5. · Num. 25.

εἰς δύο γὰρ διελὼν τὴν κακίαν, τήν τε διὰ τῶν ἔργων, καὶ τὴν ἐν νοήμασι συνισταμένην, πρότερον μὲν διὰ τοῦ ἀρχαίου νόμου, τὴν διὰ τῶν ἔργων φανερουμένην ἀδικίαν ἐκόλασε, νυνὶ δὲ πρὸς τὸ ἕτερον τῆς ἁμαρτίας εἶδος βλέπειν τὸν νόμον ἐποίησεν, οὐ τὸ ἔργον τὸ πονηρὸν τιμωρούμενος, ἀλλ' ὅπως ἂν μηδὲ τὴν ἀρχὴν γένοιτο τὸ προμηθούμενος. τὸ γὰρ τῆς προαιρέσεως ἐξελεῖν τὴν κακίαν, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἐστὶν ἀλλότριον τῶν πονηρῶν ἔργων τὸν βίον ἐργάσασθαι. πολυμεροῦς δὲ καὶ πολυειδοῦς τῆς κακίας οὔσης, ἑκάστῳ τῶν ἀπηγορευμένων ἰδίαν τὴν διὰ τῶν παραγγελμάτων θεραπείαν ἀντέθηκεν. καὶ ἐπειδὴ πρόχειρον ὡς ἐπὶ πολὺ παρὰ πάντα τὸν βίον τὸ κατὰ τὴν ὀργήν ἐστιν ἀρρώστημα, ἐκ μᾶλλον ἐπικρατοῦντος τῆς θεραπείας ἄρχεται, τὸ ἀόργητον ἐν πρώτοις νομοθετήσας. ἐδιδάχθης, φησί, παρὰ τοῦ ἀρχαιοτέρου νόμου, τὸ μὴ φονεῦσαι, νῦν μάθε τὸ χωρίσαι τῆς ψυχῆς τὴν κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὀργήν. οὐ γὰρ καθόλου τὴν ὀργὴν ἀπεῖπεν· ἔστι γὰρ καὶ ἐπὶ καλῷ ποτε τῇ τοιαύτῃ τῆς ψυχῆς χρήσασθαι ὁρμῇ· ἀλλὰ τὸ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὀργιστικῶς ποτε ἔχειν ἐπὶ μηδενὶ ἀγαθῷ, τοῦτο ἡ παραγγελία κατέσβεσεν. πᾶς γὰρ ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ. ἡ γὰρ προσθήκη τοῦ εἰκῆ, δείκνυσι τὸ εὔκαιρον πολλάκις τῆς τοῦ θυμοῦ χρήσεως, ὅταν ἐπὶ τῇ κολάσει τῆς ἁμαρτίας ζέσῃ τὸ πάθος. τοῦτο τὸ εἶδος τῆς ὀργῆς τῷ Φινεὲς ὁ τῆς γραφῆς λόγος προσεμαρτύρησεν, ὅτι τῇ σφαγῇ τῶν παρανομούντων τὴν κατὰ τοῦ λαοῦ κινηθεῖσαν ἀπειλὴν τοῦ Θεοῦ ἱλεώσατο. πάλιν μεταβαίνει τῇ θεραπείᾳ πρὸς τὰ διὰ τῆς ἡδονῆς πλημμελούμενα, καὶ τῆς μοιχείας τὴν ἄτοπον ἐπιθυμίαν ἐξαιρεῖ τῆς καρδίας διὰ τοῦ παραγγέλματος. οὕτω καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα εὑρήσεις, ἐν τοῖς ἐφεξῆς διορθοῦντα τὸν κύριον, πρὸς ἕκαστον τὸν τῆς κακίας εἶδος ταῖς νομοθεσίαις ἱστάμενον. κωλύει τὸ ἄρχειν ἀδίκων χειρῶν, διὰ τὸ μηδὲ ἀμύνεσθαι συγχωρῆσαι. ὑπεξαιρεῖ τὸ κατὰ πλεονεξίαν πάθος, διὰ τοῦ πρὸς τὸ ἀποδύεσθαι τῷ ἀφελομένῳ, καὶ τὸ ὑπολειφθὲν προστάξαι. θεραπεύει τὴν δειλίαν, καταφρονητικῶς πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν ἐγκελευόμενος. καὶ ὅλως δι' ἑκάστου

τῶν εὐαγγελικῶν, εὑρήσεις ἀρότρου δίκην τὸν εὐαγγελικὸν λόγον, τὰς πονηρὰς τῶν ἁμαρτιῶν ῥίζας ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας ἡμῶν διορύσσοντα, δι' ὧν ἔστι τὰς ἀκανθώδεις καθαρθῆναι καρποφορίας. Οὐκοῦν δι' ἀμφοτέρων εὐεργετεῖται τὴν φύσιν, οἷς τε τὸ ἀγαθὸν ἐπαγγέλλεται, εἴς τε τὴν πρὸς τὸ προκείμενον διδασκαλίαν ἡμῖν ὑποτίθεται. εἰ δὲ ἐπίπονος τῶν ἀγαθῶν σπουδή σοι νομίζεται, σύγκρινον τῷ ἐναντίῳ βίῳ· καὶ εὑρήσεις ὅσον ἐπιπονωτέρα ἐστὶν ἡ κακία, εἰ μὴ πρὸς τὸ παρὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸ μετὰ ταῦτα βλέποις. ὁ γὰρ γεέννας ἀκούσας, οὐκέτι πόνῳ τινὶ καὶ σπουδῇ τῶν κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡδονῶν χωρισθήσεται· ἀλλ' ἀρκέσει μόνος ὁ φόβος τοῖς λογισμοῖς ἐγγενόμενος, ἐξορίσαι τὰ πάθη. μᾶλλον δὲ καλῶς ἔχει τῷ σιωπωμένῳ συνυπακουομένῳ κατανοήσαντας, σφοδροτέραν ἐντεῦθεν τὴν ἐπιθυμίαν λαβεῖν. εἰ γὰρ μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ἐλεεινοὶ πάντως οἱ κατερρυπωμένοι τὸν νοῦν· ὅτι πρὸς τὸ τοῦ ἀντικειμένου πρόσωπον βλέπουσιν. καὶ εἰ αὐτὸς ὁ θεῖος χαρακτὴρ τῷ κατ' ἀρετὴν ἐντυποῦται βίῳ, δῆλον ὅτι ἡ κατὰ κακίαν ζωὴ μορφὴ καὶ πρόσωπον τοῦ ἀντικειμένου γίνεται. ἀλλὰ μὴν εἰ κατὰ διαφόρους ἐπινοίας ὁ Θεὸς ἑκάστῳ τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν νοουμένων ἐπονομάζεται, φῶς, καὶ ζωὴ, καὶ ἀφθαρσία, καὶ ὅσα τοῦ τοιούτου γένους ἐστί· πάντως ἐκ τοῦ ἀντιστρόφου, τὸ ἑκάστου τούτων ἀντικείμενον, τῷ τῆς κακίας εὑρετῇ ὀνομασθήσεται, σκότος καὶ θάνατος καὶ φθορὰ, καὶ ὅσα τούτοις ὁμογενῆ καὶ ὁμόφυλα. οὐκοῦν μαθόντες, διὰ τίνων ἥτε κακία καὶ ὁ κατ' ἀρετὴν μορφοῦται βίος, ἐξουσίας ἡμῖν, πρὸς ἑκάτερον τούτων κατὰ τὸ αὐτεξούσιον τῆς προαιρέσεως προκειμένης, φύγωμεν τὴν τοῦ διαβόλου μορφὴν, ἀποθώμεθα τὸ πονηρὸν προσωπεῖον, ἀναλάβωμεν τὴν θείαν εἰκόνα, γενώμεθα καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ἵνα γενώμεθα μακάριοι τῆς θείας εἰκόνος ἐν ἡμῖν μορφωθείσης, διὰ τῆς καθαρᾶς πολιτείας, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A vnumquodque interdictum reperies in modum aratri inciſorem Sermonem prauas peccatorum radices ex intimo corde noſtro effodere, quibus interdictis à ſpinoſis fructibus licet expurgari. Ergo per vtrumque naturam demeretur, quod & bonum promittit, & ad quamque rem propoſitam ſuggerit nobis doctrinam. Quòd ſi laborioſum ſtudium bonarum rerum eſſe putas, compara rem cum vita cõtraria: ac reperies, quanto malitia nequitiaque laborioſior & moleſtior ſit, ſi non ad præſentia, ſed ad futura reſpicias. Nam qui gehennæ
B mentionem audiuerit, is non amplius cum labore & ſtudio ſe à voluptatibus cum peccato coniunctis abſtinebit: ſed ſolus metus cogitationi iniectus ad expellendũ vitia ſufficiet. Enimuerò haud incõmodum fuerit animaduerſo, quod tacitum ſubauditur, vehementiorem dehinc concipere cupiditatem. Nam ſi beati ſunt, qui puro corde præditi ſunt: miſerabiles omnino ſunt, qui mentem ſordidatam habent: quoniam faciem aduerſarij intuebuntur. Itemque, ſi ipſa diuina effigies imprimitur vitę cum virtute coniunctæ, perſpicuum eſt quòd
C vita vitioſa, forma ac facies aduerſarij exiſtit. Iam vero ſi ſecundum diuerſas conſiderationes Deus quolibet eorum vocabulorum, quæ circa bonum intelliguntur, cognominatur, lumen, vita, incorruptibilitas, & quæcumque eius generis ſunt: prorſus ex aduerſo id, quod cuique horum oppoſitum eſt, nequitiæ inuentori attribuetur: tenebræ, mors, corruptio, & quæcũque eiuſdem cum his generis & naturæ ſunt. Quocirca cum didicerimus, quibus rebus & nequitia, & cum virtute vita coniuncta formentur & inſigniantur, propoſita nobis iuxta liberum animi arbitrium, in vtram partem velimus declinandi poteſtate, fugiamus formam diaboli, de-
D ponamus prauam perſonam, reſumamus diuinam imaginem, ſimus puri corde, vt efficiamur beati, diuina in nobis imagine per purum vitæ inſtitutum impreſſa, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, cui gloria & in ſæcula ſæculorum, Amen.

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO VII.

Beati pacifici: Quoniam ipſi filij Dei vocabuntur.

SACRI teſtimonij tabernaculi, quod legiſlator iuxta demonſtratam ſibi in monte à Deo formam Iſraëlitis fabricatus eſt, omnia quidē & ſancta & ſacra ſigillatim erant, quęcumque ſeptis intrinſecus continebantur: ad intimam autem in his partem accedere ac penetrare fas non erat: eaq; ſancta ſanctorum dicebatur; indicante, opinor, hac amplificatiua nominis formatione, quòd ea pars non etiam pari cum cæteris conditione particeps ſanctitatis eſſet: ſed quātum differret à communi atque prophano conſecratum & ſanctum, tanto illa pars inacceſſa, quóve audire ac penetrare fas non erat, ſanctis, quibus circundata erat, ſacrior & purior eſſet. Ad eundem igitur modum ex his, quæ nobis in hoc monte præmonſtratæ ſunt, beatitudinibus, arbitror ego omnia quidem ſacra ac ſancta ſigillatim, quæcumque ſuperior diuinus Sermo, compoſuit & affirmauit: quod autem nunc contemplationi atque commentationi propoſitum eſt, ἄδυτον, id eſt, inacceſſum, reuera ac ſanctum eſſe ſanctorum. Nam ſi videre Deum ab nulla re ſuperari poteſt in bono, filium Dei fieri omnem planè ſuperat felicitatem: quænam enim verborum excogitatio? quænam ex omnibus conflata ſignificatio tantę promiſſionis donum complectetur? Quodcumque vehementiore mentis intentione aliquis cogitauerit, ſupra illud prorſus eſt id, quod ſignificatur: ſi bonum, vel charum, & honorādum, vel ſublime nominaueris id, quod iuxta beatitudinem hanc per promiſſionem propoſitum eſt, amplius quàm pro ſignificatione illorum nominum, declaratur: ſuperat votum proſper ſucceſſus & felicitas, quæ conſequitur: ſupra ſpem donum, ſupra naturam gratia eſt. Quid eſt homo ſi cum diuina natura comparetur? cuiúſnam

Sancta ſanctorum.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΑΚΑΡΙΣΜΟΥΣ ΛΟΓΟΣ Ζ.

Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

ΤΗΣ ἱερᾶς τοῦ μαρτυρίου σκηνοπηγίας, ἣν κατὰ τὸν ἐν τῷ ὄρει παρὰ τοῦ Θεοῦ δειχθέντα τύπον ὁ νομοθέτης τοῖς Ἰσραηλίταις κατεσκευάσατο, πάντα μὲν ἅγιά τι ἢ ἱερὰ καθ' ἕκαστον ἦν, ὅσα τοῖς περιχοινίσμασι κατὰ τὸ ἐντὸς περιείληπτο· τὸ δὲ ἐνδότατον ἐν τούτοις ἄδυτόν τι καὶ ἄβατον ἦν, ἅγιον ἁγίων λεγόμενον· δεικνύσης οἶμαι τῆς ἐπιταλικῆς ταύτης ὀνοματοποιΐας, τὸ μὴ κατὰ τὸ ὁμότιμον τοῖς ἄλλοις μετέχειν κἀκεῖνο τῆς ἁγιότητος· ἀλλ' ὅσον διέφερεν τοῦ κοινοῦ καὶ βεβήλου τὸ ἀφιερωμένον καὶ ἅγιον, τοσοῦτον ἐκεῖνο τὸ ἄδυτον τῶν περὶ αὐτὸ ἁγίων ἱερώτερόν τι καὶ καθαρώτερον εἶναι. οἶμαι τοίνυν ἐγὼ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, τῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προδειχθέντων ἡμῖν μακαρισμῶν, πάντα μὲν ἱερά τι καὶ ἅγια καθ' ἕκαστον εἶναι, ὅσα περιλαβὼν ὁ θεῖος κατεσκεύασε λόγος· τὸ δὲ νῦν τῇ θεωρίᾳ προκείμενον, ἄδυτον ὡς ἀληθῶς καὶ ἅγιον ἁγίων εἶναι. εἰ γὰρ τὸ ἰδεῖν τὸν Θεὸν ὑπερβολὴν ἐν τῷ ἀγαθῷ οὐκ ἔχει, τὸ υἱὸν γενέσθαι Θεοῦ, ὑπὲρ πᾶσαν εὐκληρίαν πάντως ἐστίν· ποία γὰρ ῥημάτων ἐπίνοια; τίς ἐξ ὀνομάτων σημασία τῆς τηλικαύτης ἐπαγγελίας τὴν δωρεὰν περιλήψεται; ὅπερ ἂν τις τῇ διανοίᾳ νοήσῃ, ὑπὲρ ἐκεῖνο πάντως ἐστὶ τὸ δηλούμενον· ἐὰν ἀγαθὸν, ἢ τίμιον, ἢ ὑψηλὸν ὀνομάσῃς τὸ κατὰ τὸν μακαρισμὸν τοῦτον δι' ἐπαγγελίας προκείμενον; πλέον ἢ κατὰ τὴν ἔμφασιν τῶν ὀνομάτων ἐστὶ δηλούμενον· ὑπὲρ εὐχὴν ἡ ἐπιτυχία, ὑπὲρ ἐλπίδα τὸ δῶρον, ὑπὲρ τὴν φύσιν ἡ χάρις. τί ἐστιν ἄνθρωπος ὡς πρὸς τὴν θείαν φύσιν κρινόμενος; τίνος εἴπω τὸν

ἁγίων φωνὴν, δι' ἧς ἐξευτελίζεται τὸ ἀνθρώπινον; κατὰ τὸν Ἀβραὰμ γῆ καὶ σποδός· κατὰ τὸν Ἡσαΐαν χόρτος· κατὰ τὸν Δαβὶδ οὐδὲ χόρτος, ἀλλ' ἐοικὸς χόρτῳ. ὁ μὲν γὰρ λέγει, πᾶσα σὰρξ χόρτος· ὁ δέ φησιν· ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος· κατὰ τὸν ἐκκλησιαστὴν ματαιότης· κατὰ τὸν Παῦλον ταλαιπωρία. οἷς γὰρ ἑαυτὸν ὁ ἀπόστολος κατωνόμασεν, τούτοις ἅπαν κατοικτίζεται τὸ ἀνθρώπινον. ταῦτα ὁ ἄνθρωπος· ὁ δὲ Θεὸς τί; πῶς εἴπω τὸ τί, ὃ μήτε ἰδεῖν δυνατὸν, μήτε ἀκοῇ χωρῆσαι, μήτε καρδίᾳ λαβεῖν; ποίαις φωναῖς ἐξαγγείλω τὴν φύσιν; τί εὕρω τοῦ ἀγαθοῦ τούτου ἐν τοῖς γινωσκομένοις ὑπόδειγμα; ποίας καινοτομήσω φωνὰς, πρὸς τὴν τοῦ ἀφράστου τε καὶ ἀνεκφωνήτου σημασίας; ἤκουσα τῆς θεοπνεύστου γραφῆς μεγάλα περὶ τῆς ὑπερκειμένης φύσεως διεξιούσης· ἀλλά τί ταῦτα πρὸς αὐτὴν τὴν φύσιν; ὅσον γὰρ ἐγὼ ἐχώρουν δέξασθαι, τοσοῦτον εἶπεν ὁ λόγος, οὐχ ὅσον ἐστὶ τὸ δηλούμενον. ὡς γὰρ οἱ ἀναπνέοντες τὸν ἀέρα κατὰ τὴν ἐν ἑαυτῷ ἕκαστος εὐρυχωρίαν, ὁ μὲν πλέον, ὁ δὲ ἔλαττον τοῦ ἀέρος ἀνέλαβεν· οὐ μὴν ὁ πολὺ ἐν ἑαυτῷ κατασχὼν τὸν ἀέρα, ἅπαν τὸ στοιχεῖον ἐντὸς ἑαυτοῦ πεποίηται, ἀλλὰ καὶ οὗτος ἔλαβεν ἐκ τοῦ ὅλου, ὅσον ἠδύνατο, καὶ τὸ ὅλον ἐστὶν· οὕτως καὶ αἱ τῆς ἁγίας γραφῆς θεολογίαι, αἱ παρὰ τῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι θεοφορουμένων ἡμῖν ἐκτεθεῖσαι, πρὸς μὲν τὸ ἡμέτερον τῆς διανοίας μέτρον, ὑψηλαὶ καὶ μεγάλαι καὶ ὑπὲρ πᾶν εἰσι μέγεθος· τοῦ δὲ ἀληθινοῦ μεγέθους οὐ προσαπτόμεναι. τίς ἐμέτρησε, φησί, τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; ὁρᾷς τὴν μεγαλοφυΐαν τοῦ τὴν ἄφραστον διαγράφοντος δύναμιν; ἀλλὰ τί ταῦτα πρὸς τὸ ὄντως ὄν. μέρος γάρ τι τῆς θείας ἐνεργείας ἐν ταῖς τοιαύταις μεγαληγορίαις, ὁ προφητικὸς ἐνεδείξατο λόγος· αὐτὴν δὲ τὴν δύναμιν ἀφ' ἧς ἡ ἐνέργεια, ἵνα μὴ εἴπω τὴν φύσιν, ἀφ' ἧς ἡ δύναμις, οὔτε εἶπεν, οὔτε ἐμέλλησεν· ἀλλὰ καὶ καθάπτεται τῷ λόγῳ τῶν στοχασμοῖς τισὶ τὸ θεῖον ἀπεικονιζόντων. ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ τὸ τοιοῦτον διεξιών· τίνι με ὡμοιώσατε; λέγει κύριος. τὴν ἴσην δὲ συμβουλὴν καὶ ὁ ἐκκλησιαστὴς τοῖς ἰδίοις ἐγκατατίθεται λόγοις,

A ſanctorum proferam vocem, per quam genus humanũ extenuatur? ſecundum Abrahamum terra ac cinis: ſecundum Eſaiam fœnum: ſecundum Dauidem ne fœnum quidẽ, ſed ſimile fœno eſt. Nam ille quidem dicit, Omnis caro fœnum: hic vero ait: Homo quaſi fœnum: ſecundum Eccleſiaſtem, vanitas: ſecundum Paulum, miſeria eſt. Quibus enim ſeipſum Apoſtolus verbis denominat, his vniuerſum genus humanum miſeratur, Hæc homo: Deus autem quid eſt? Quomodo dicã, quid, cuius ne videndi quidem, nec auribus percipiendi, neque B corde comprehẽdendi poteſtas eſt? quibus vocibus enunciabo naturam? quod huius boni inter ea, quæ nota ſunt, exemplar & ſimilitudinẽ inueniam? quas nouas formabo voces ad ſignificandum id, quod & ineffabile & inexplicabile eſt? Audiui diuinam ſcripturam magna de ſuperna natura exponentẽ: ſed quid hæc ad ipſam naturam? Quantum enim ego poteram capere, tantum ſcriptura dixit, non quantum eſt id, quod ſignificatur. Vt enim eorum, qui reſpirando aërem ad ſe trahũt, quiſque pro ea, quæ C in ipſo eſt, capacitate, alius plus, alius verò minus aëris aſſumit: nõ tamen is, qui multũ in ſe detinet aërem, totum intra ſeſe elementum redegit, ſed & is ex toto quantum poterat, ſumpſit, & totum non habet: ita ſanctæ quoque ſcripturæ de Deo ſermones, qui nobis ab iis, qui ſancto Spiritu afflati erant, expoſiti ſunt, ad noſtræ mentis quidem modum ſublimes & magni ſunt: atque adeò ſuperant omnem magnitudinem, ſed veram magnitudinem non aſſequuntur. Quis cœlum, inquit, palmo dimẽſus eſt, & manu aquam, & omnem D terram pugno? Videſne magnifica verba deſcribentis inexplicabilem potentiam? Sed quid hæc ad id, quod reuera eſt? Nam partem aliquam diuinæ efficientiæ talibus magnificis verbis Sermo propheticus indicauit: ipſam verò potentiam, vnde efficientia exiſtit (ne quid dicam de natura vnde potentia procedit) neque dicendo expreſſit, neque expreſſurus fuerat: quinetiam ſermone reprehendit eos, qui quibuſdam coniecturis diuinum numen quaſi adumbrando exprimunt, atque effingunt, tanquam ex perſona Dei talia verba proferens: Cui me aſſimilaſtis? dicit Dominus. Idem verò conſilium Eccleſiaſtes quoque in ſuis ponit ſermonibus,

Gen. 19. Eſa. 40. Pſal. 36. Eccl. 2. 1. Cor. 15. Simile. Eſa. 40. Eccleſ. 8.

Ne feſtines afferre verbum ante faciem Dei. Quoniam Deus in cœlo ſupra, & tu in terra infrà: oſtendens, opinor, per elementorum abinuicem diſtantiam, quantopere diuina natura terrenas ſuperet cogitationes. Huic tamen tali ac tantæ rei, quam neque videre, neque audire, neque ratione perpendere licet, is, qui pro nihilo in rebus vniuerſis reputatus eſt homo, qui cinis, qui fœnum, qui vanitas eſt, conciliatur, atque in locum filij aſſumitur à Deo rerum vniuerſarum. Quæ gratiarum actio huic beneficio par inueniri poteſt? quæ vox, quæ ſententia, quis cogitationis motus, quibus inſuperabile beneficium celebretur? Excedit homo ſuam ipſius naturam, immortalis ex mortali: ex fragili atque caduco, integer & incorruptus: ex diario atque temporario ſempiternus: in ſumma, Deus ex homine euadens. Nam cùm dignus habitus ſit, qui filius Dei fiat, dignitatem patris in ſeſe prorſus habebit, atque omnium paternorum bonorum hæres exiſtit. O diuitis domini magnificam largitionem! O largam & vberem palmam! ô magnam manum! quanta arcanorum theſaurorum ſunt dona? In parem propemodum atque ipſe eſt, honoris conditionem humanitate adductus, naturam propter peccatum ignominia notatam atque dehoneſtatam recipit. Nam ſi eius, quod ipſe eſt, propinquitatem & neceſſitudinē hominibus largitur: nunquid aliud atque parem quandam honoris conditionem per cognationem pollicetur? Ac præmium quidem certaminis tantum eſt: certamen verò quod?

Matth. 5. Si fueris pacificus, inquit, adoptionis decore coronaberis. Mihi etiam opus ipſum propter quod tantam mercedem pollicetur, alterum donum eſſe videtur. Quid enim hominibus ex iis rebus, quibus frui atque potiri ſtudent, vita pacifica dulcius eſt? Quodcumque nominaueris ex iis rebus, quæ res in vita ſuaues & iucundæ ſunt, pace opus ad hoc, vt iucundum ſit. Nam ſi omnia ſuppetant, quæcumque in vita magnifiunt atque in pretio ſunt, diuitiæ, bona valetudo, vxor, liberi, domus, parentes, miniſtri, amici: terra, mare, propriis prouentibus & hoc & illa ditans: horti amœni, venationes, lauacra, palæſtræ, gymnaſia: loca deliciis & voluptatibus capiendis exercendæq; pubi deſtinata;

A μὴ σπεύσῃς ἐξενεγκεῖν ῥῆμα πρὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ· ὅτι ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· δεικνὺς οἶμαι διὰ τῆς τῶν στοιχείων πρὸς ἄλληλα διαστάσεως, ὅσῳ τῷ μέτρῳ ἡ θεία φύσις τῶν λογισμῶν γηΐνων ὑπερανέστηκεν. τούτῳ μέντοι τῷ τοιούτῳ καὶ τοσούτῳ πράγματι, ὃ οὔτε ἰδεῖν ἐστιν, οὔτε ἀκοῦσαι, οὔτε λογίσασθαι, ὁ ἀντ' οὐδενὸς ἐν τοῖς οὖσι λελογισμένος ἄνθρωπος, ἡ σποδὸς, ὁ χόρτος, ἡ ματαιότης, οἰκειοῦται, εἰς υἱοῦ τάξιν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων προσλαμβανόμενος. τί τῆς χάριτος ταύτης ἐστὶν εὑρεῖν εἰς εὐχαριστίαν ἐ-

B πάξιον. ποίαν φωνὴν, ποίαν διάνοιαν, ποίαν ἐνθυμήσεως κίνησιν, δι' ἧς τὸ τῆς χάριτος ὑπερβολὴν ἀνυμνήσει; ἐκβαίνει τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ἀθάνατος ἐκ θνητοῦ, καὶ ἐξ ἐπικήρου ἀκήρατος, καὶ ἐξ ἐφημέρου ἀΐδιος, καὶ τὸ ὅλον Θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γινόμενος. ὁ γὰρ Θεοῦ υἱὸς γενέσθαι ἀξιωθεὶς, ἕξει πάντως ἐν ἑαυτῷ τοῦ πατρὸς τὸ ἀξίωμα, καὶ πάντων γίνεται τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν κληρονόμος· ὢ τῆς μεγαλοδωρεᾶς τοῦ πλουσίου δεσπότου· ὢ τῆς πλατείας παλάμης· ὢ τῆς μεγάλης χειρός·

C ἡλίκα τῶν ἀπορρήτων θησαυρῶν τὰ χαρίσματα· εἰς τὸ ὁμότιμον ἑαυτοῦ σχεδὸν τὴν ἐξ ἁμαρτίας ἀτιμωθεῖσαν φύσιν ὑπὸ φιλανθρωπίας ἄγει. εἰ γὰρ ὅπερ αὐτός ἐστι κατὰ τὴν φύσιν, τούτου τὴν οἰκειότητα τοῖς ἀνθρώποις χαρίζεται· τί ἄλλο, ἢ οὐχὶ ὁμοτιμίαν τινὰ διὰ τῆς συγγενείας κατεπαγγέλλεται; τὸ μὲν οὖν ἔπαθλον τηλικοῦτον· ὁ δὲ ἄθλος τίς; ἐὰν εἰρηνοποιήσῃς, φησὶ, τῇ τῆς υἱοθεσίας χάριτι στεφανωθήσῃ. ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τὸ ἔργον ἐφ' ὃ τὸν τοσοῦτον μισθὸν ἐπαγγέλλεται ἕτερον δῶρον εἶναι. τί γὰρ εἰς ἀ-

D πόλαυσιν τῶν κατὰ τὸν βίον σπουδαζομένων τῆς εἰρηνικῆς ἐστι τοῖς ἀνθρώποις γλυκύτερον ζωῆς, ὅπερ ἂν εἴπῃς τῶν ἡδίστων τῶν κατὰ τὴν ζωὴν, εἰρήνης χρῄζει τὸ εἶναι ἡδύ. εἰ γὰρ πάντα εἴη, ὅσα κατὰ τὸν βίον τετίμηνται, πλοῦτος, εὐεξία, γαμετὴ, παῖδες, οἰκία, γονεῖς, ὑπηρέται, φίλοι· γῆ, θάλασσα, τοῖς οἰκείοις ἑκάτερα πλουτίζουσα· παράδεισοι, θῆραι, λουτρὰ, παλαῖστραι, γυμνάσια· τρυφητήρια τε καὶ ἐφηβητήρια·

καὶ πάντα, ὅσα ἐστὶ τῆς ἡδονῆς ἐφευρήματα· προσκείσθω τούτοις τὰ ἡδέα θεάματα, καὶ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα· καὶ εἴ τι ἄλλο δι' οὗ τοῖς τρυφῶσιν ὁ βίος ἡδύνεται. Εἰ ταῦτα μὲν εἴη πάντα, τὸ δὲ τῆς εἰρήνης ἀγαθὸν μὴ παρῇ· τί κέρδος ἐκείνων, πολέμου τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν ἐπικόπτοντος; Οὐκοῦν ἡ εἰρήνη αὐτή τε ἡδεῖά ἐστι τοῖς μετέχουσι, καὶ πάντα καταγλυκαίνει τὰ ἐν τῷ βίῳ τιμώμενα. ἀλλὰ κἂν τινα συμφορὰν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐν εἰρήνῃ πάθωμεν, ἀγαθῷ τὸ κακὸν συγκεκραμμένον, ῥᾷον τοῖς πεπονθόσι γίνεται· πολέμου δὲ τὴν ζωὴν συνέχοντος, ἀναισθητοῦμεν τρόπον τινὰ πρὸς τὰς τοιαύτας τῶν λυπηρῶν ἀφορμάς. ὑπερβάλλει γὰρ ταῖς ἀλγηδόσι τὰ καθ' ἕκαστον ἡ κοινὴ συμφορά. καὶ ὥσπερ οἱ ἰατροὶ περὶ τῶν σωματικῶν λέγουσι παθημάτων, εἰ δύο κατ' αὐτὸ ἐν ἑνὶ σώματι πόνοι συμπέσοιεν, τοῦ ὑπερβάλλοντος μόνου τὴν αἴσθησιν γίνεσθαι· λανθάνειν δέ πως τοῦ ἐλάττονος κακοῦ τὴν ἀλγηδόνα, τῇ ἐπιβολῇ τοῦ ἐπικρατοῦντος ἐγκλεπτομένην· οὕτω τὰ τοῦ πολέμου κακὰ τοῖς ἀλγεινοῖς ὑπερβάλλοντα πρὸς τὰς ἰδίας συμφοράς, ἀναισθήτως ἔχειν τοὺς καθ' ἕκαστον παρασκευάζει. εἰ δὲ πρὸς τὴν τῶν κακῶν τῶν ἰδίων αἴσθησιν ἀποναρκᾷ πως ἡ ψυχή, τοῖς κοινοῖς τοῦ πολέμου κακοῖς ἐκπεπληγμένη, πῶς τῶν ἡδέων αἴσθησιν ἕξει; ποῦ ὅπλα καὶ ἵπποι; καὶ τεθηγμένος σίδηρος, καὶ σάλπιγξ ἠχοῦσα; καὶ φάλαγγες τοῖς δόρασι φρισσοῦσαι, καὶ ἀσπίδες συνερειδόμεναι; καὶ κράνη τοῖς λόφοις φοβερῶς ἐπινεύοντα, συμπτώσεις, ὠθισμοί, συμπλοκαί, μάχαι, ἀνδροκτασίαι, φυγαί, διώξεις, οἰμωγαί, ἀλαλαγμοί; γῆ τοῖς αἵμασιν ὑγραινομένη; νεκροὶ πατούμενοι; τραυματίαι καταλιπόμενοι; καὶ πάντα ὅσα τοῖς πικροῖς ἐστὶ τοῦ πολέμου συμπτώμασιν; ἆρα ὁ ἐν τούτοις ὢν σχοίη ποτὲ πρὸς τὴν τοῦ εὐφραίνοντος μνήμην τὸν λογισμὸν ὑποκλῖναι; Εἰ δέ που καὶ ὑποδράμοι τὴν ψυχὴν μνήμη τῶν ἡδίστων τινός· οὐχὶ προσθήκη γίνεται συμφορᾶς, ἐπὶ τῶν κινδύνων καιρῷ ἡ τῶν φιλτάτων ὑπόμνησις τὸν λογισμὸν ὑπεισελθοῦσα; Οὐκοῦν ὁ μισθόν σοι διδούς, εἰ τῶν κατὰ πόλεμον κακῶν χωρισθείης, δύο σοι κεχάρισται δωρεάς. ἓν μὲν γάρ ἐστι δῶρον τὸ ἔπαθλον,

A atque omnia, quæcumque voluptatis inuenta ſunt: huc adijciantur iucunda ſpectacula, atque muſica acroamata: ac ſiquid eſt aliud, per quod delicias ſectantibus vita ſuauis exiſtit. Si hæc quidem omnia ſuppetãt, pacis verò bonum non adſit, quod illarum rerum lucrum eſt? quid illa proſunt, bello, quo minus bonis fruamur, impediente? Ergo cum ipſa pax fruentibus iucunda eſt, tum omnia quæcumque in vita coluntur, expetuntur, & in pretio ſunt dulcia efficit atque iucunda. Quinetiam ſi qua more B humano nobis in pace calamitas accidat, bono malum contemperatũ leuius ac toleratu facilius, quibus accidit, exiſtit: bello verò vitam premente, ſenſu quodãmodo aduerſus eiuſmodi acerbarum rerum caſus caremus. Communis enim calamitas dolore ſuperat incõmoda ſingulorum. Ac quemadmodum medici de corporis incõmodis dicunt, cum duo ſimul in vno corpore morbi cõcurrerint, ſolius exuperantis ſenſum exiſtere, ac latere quodammodo mali inferioris dolorem, immẽſa atque inſuperabili magnitudine præualentis celatum itiC dem incommoda belli exuperantia acerbitatem efficiunt, vt proprias calamitates homines ſingulares non ſentiant. Quod ad propriorum incommodorum ſenſum animus quodammodo torpet communibus belli malis conſternatus, quomodo voluptatis ſenſu fruetur? Vbi arma & equi? vbi ferrum acutum, & tuba ſonans? vbi phalanges haſtis inhorreſcentes, & ſcuta cohærentia ſcutis? vbi galeæ criſtis ad terrorem compoſitis nutantes? vbi conflictus, impreſſiones, manuum conſertiones, prælia, cædes, fugæ, perſequutiones, gemiD tus, vlulatus? vbi terra ſanguine madet? mortui conculcantur & obteruntur? ſaucij derelinquuntur? atque omnia fiunt, quæcumque in aſpero bello accidere ſolent? nunquid in his rebus occupato otium vnquam erit, cogitationem ad rei alicuius iucundæ recordationem conuertendi? quod ſi quando animum ſubeat etiam alicuius rei iucundiſſimæ memoria: nónne recordatio chariſſimorum in tempore periculi cogitationem ſubiens, acceſſio calamitatis fit? Ergo qui mercedem tibi proponit, ſi ab incommodis belli te abſtinueris, duo tibi dona largitur. Nam vnum quidem donum eſt ipſum præmium certaminis,

alterum verò ipſum certamen. Itaque ſi nulla ei rei etiam ſpes propoſita eſſet, ipſa propter ſe pax cordatis quidem hominibus præ cæteris rebus omnibus cupidè expetenda atque amplectenda eſſet. Per hoc igitur inſuperabilem magnitudinem humanitatis agnoſcere licet, quòd bonas remunerationes non laboribus ac ſudoribus, ſed deliciis & animi oblectationibus quodammodo largitur: ſi modò exhilarantium rerum caput eſt pax: quam tam multam cuique ſuppetere vult, vt non modò quilibet ipſe eam habeat, ſed ex multa ſuperfluitate non habentibus quoque impertiatur. Beati enim, inquit, pacifici. Eſt autem pacificus is, qui pacem alteri dat: at nemo præbere alteri poſſit id, quod ipſe non habeat. Vult igitur te priorem eſſe plenum pacis bonorum, deinde vero præbere indigentibus eiuſmodi boni. Nec verò nimis curioſè mihi oratio in profundo latentem ſpeculationem exquirat. Sufficit enim nobis ad boni acquiſitionem etiam is, qui in promptu eſt intellectus. Beati pacifici Multorum morborum curationem Sermo exiguo remedio præſtat, per collectionem hanc & vocem generalem ſingularia ac ſpecialia comprehendens. Quid ſit Pax primùm conſideremus. Quid aliud, quàm cum dilectione coniuncta aduerſus popularem & proximum affectio mutua? Quid igitur eſt id, quod dilectioni ex aduerſo intelligatur? odium, ira, excandeſcentia, inuidia, iniuriarum tenax memoria, ſimulatio, calamitas atque clades belli. Videſne aduerſus quot & quales morbos, quaſi præmuniens remedium vna ſit vox? Nam pax cuique enumeratorum malorum ex æquo repugnat & aduerſatur, ſuique præſentia abolitionem mali præſtat. Vt enim ſuperueniente ſanitate, morbus euaneſcit, ac luce apparente, tenebræ non relinquuntur: ita cum pax apparuerit, ſoluuntur omnia, quæ ex contrario conflantur incommoda. Hoc verò quantum ſit bonum, nihil opinor opus eſſe perſequi oratione: tu ipſe per te reputa atque perpende, qualis ſit vita eorum qui mutuis odiis atque ſuſpicionibus laborant: quorum occurſus quidem atque congreſſus infauſti, abominabilia autem atque deteſtabilia ipſis inter ſe omnia: ora item voce carentia, obtutus aduerſi: aures ad vocem odio proſequentis & odio habiti obturatæ:

Matth. 5. Pacifici.

A ἕτερον δὲ ὥσπερ αὐτὸς ὁ ἆθλος. ὥστε καὶ εἰ μηδὲν τῷ τοιούτῳ κατ' ἐλπίδα προέκειτο, αὐτὴ δι' ἑαυτὴν ἡ εἰρήνη πάσης ἂν ἦν τοῖς γε νοῦν ἔχουσι προτιμοτέρα σπουδῆς. ἐν τούτῳ τοίνυν ἐστὶ τὴν τῆς φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν ἐπιγνῶναι, ὅτι τὰς ἀγαθὰς ἀντιδόσεις, οὐ πόνοις καὶ ἱδρῶσιν, ἀλλ' εὐπαθείαις τισὶ καὶ θυμηδίαις κεχάρισται· εἴπερ τὸ κεφάλαιον τῶν εὐφραινόντων ἡ εἰρήνη ἐστίν· ἣν τοσαύτην ἑκάστῳ παρεῖναι βούλεται, ὡς μὴ μόνον αὐτὸν ἕκαστον ἔχειν, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος καὶ τοῖς μὴ ἔχουσι νέμειν. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ εἰρηνοποιοί. εἰρηνοποιὸς δέ ἐστιν ὁ εἰρήνην διδοὺς ἄλλῳ· οὐκ B ἂν δέ τις ἑτέρῳ παράσχοιτο, ὃ μὴ αὐτὸς ἔχει. βούλεται τοίνυν πρότερον εἶναί σε πλήρη τῶν τῆς εἰρήνης ἀγαθῶν, εἶθ' οὕτως ὀρέγειν τοῖς ἐνδεῶς ἔχουσι τοῦ τοιούτου κτήματος. καὶ μὴ λίαν τὴν διὰ βάθους θεωρίαν περιεργαζέσθω ὁ λόγος. αὐτάρκες γὰρ ἡμῖν εἰς ἀγαθοῦ κτῆσιν, καὶ τὸ πρόχειρον νόημα. μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί. πολλῶν ἀρρωστημάτων θεραπείαν ὁ λόγος ἐν ὀλίγῳ χαρίζεται, διὰ τῆς περιλήψεως ταύτης τε γενικωτέρας φωνῆς, ἐμπεριλαβὼν τὰ καθ' ἕκαστον. τί ἐστιν ἡ εἰρήνη πρότερον νοήσωμεν. τί ἄλλο, ἢ ἀγαπητική τις πρὸς τὸ ὁμόφυλον συνδιά- C θεσις; τί οὖν ἐστι τὸ ἐξ ἐναντίου τῇ ἀγάπῃ νοούμενον; μῖσος, ὀργή, θυμός, φθόνος, μνησικακία, ὑπόκρισις ἡ κατὰ πόλεμον συμφορά. ὁρᾷς ὅσων καὶ οἵων ἀρρωστημάτων ἀντιφάρμακόν ἐστιν ἡ μία φωνή; ἡ γὰρ εἰρήνη κατὰ τὸ ἴσον ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων ἀντικαθίσταται· καὶ ἀφανισμὸν ποιεῖ τοῦ κακοῦ τῇ ἑαυτῆς παρουσίᾳ. ὡς γὰρ ὑγιείας ἐπιλαβούσης ἡ νόσος ἐξαφανίζεται, καὶ φωτὸς φανέντος οὐχ ὑπολείπεται σκότος· οὕτως καὶ τῆς εἰρήνης ἐπιφανείσης, λύεται πάντα τὰ ἐκ D τοῦ ἐναντίου συνιστάμενα πάθη. τοῦτο δὲ ὅσον ἐστὶν ἀγαθόν, οὐδὲν οἶμαι χρῆναι διεξιέναι τῷ λόγῳ αὐτός· σὺ κατὰ σεαυτὸν ἐπιλελόγησαι, οἷος ὁ βίος τῶν ἀλλήλοις δι' ὑποψίας καὶ μίσους ἐχόντων, ὧν δυσάντητοι μὲν αἱ συντυχίαι, βδελυκτὰ δὲ αὖθις τὰ ἀλλήλων πάντα· ἄφθογγα δὲ τὰ στόματα, καὶ ἀπεστραμμένα τὰ βλέμματα· καὶ ἀκοὴ πεφραγμένη τῇ τοῦ μισοῦντος καὶ μισουμένου φωνῇ.

A ὅπερ δὲ φίλον ἑκατέρῳ αὐτῶν, ὃ τῷ ἑτέρῳ μὴ φίλον· καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐχθρὸν, καὶ πολέμιον, ὃ τῷ δυσμενεῖ καταθύμιον. ὥσπερ τοίνυν τὰ εὐώδη τῶν ἀρωμάτων, τῆς ἰδίας εὐπνοίας τὸν παρακείμενον ἀέρα πλήρη ποιεῖ· οὕτω σοι βούλεται κατὰ περιουσίαν πλεονάζειν τῆς εἰρήνης τὴν χάριν, ὥστε τὸν σὸν βίον θεραπείαν εἶναι τῆς ἀλλοτρίας νόσου· ὅσον δὲ τὸ τοιοῦτον ἐστὶν ἀγαθὸν, ἀκριβέστερον ἂν ἐπιγνοίης, ἑκάστου τῶν ἐκ τῆς δυσμενοῦς προαιρέσεως ἐγγινομένων τῇ ψυχῇ παθημάτων τὰς συμφορὰς λογιζόμενος. B τίς ἂν διεξέλθοι πρὸς ἀξίαν τῆς ὀργῆς τὰ πάθη; τίς ὑπογράψει λόγος τὴν ἀσχημοσύνην τῆς τοιαύτης νόσου; ὁρᾷς τὰ τῶν δαιμονώντων πάθη τοῖς ὑπὸ θυμοῦ κεκρατημένοις ἐπιφαινόμενα. λόγισαι παρ' ἄλληλα τά τε τοῦ δαίμονος καὶ τοῦ θυμοῦ τὰ συμπτώματα, καὶ τίς ἐν τούτοις ἡ διαφορά. ὕφαιμος καὶ διάστροφος τῶν δαιμονώντων ὁ ὀφθαλμὸς, παράφορος ἡ γλῶσσα, τραχὺ τὸ φθέγμα, ὀξεῖα καὶ ὑλακώδης ἡ φωνή. κοινὰ ταῦτα καὶ τοῦ θυμοῦ καὶ τοῦ δαίμονος, κλόνος κεφαλῆς, χειρῶν ἔμπληκτοι κινήσεις, βρασμὸς C ὅλου τοῦ σώματος, ἄστατοι πόδες, μία τῶν δύο νοσημάτων ἡ διὰ τῶν τοιούτων ὑπογραφή, τοσοῦτον μόνον παρήλλακται τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, ὅσον τὸ μὲν ἑκούσιον εἶναι κακὸν, τὸ δὲ ἀβουλήτως παραπίπτειν οἷς ἂν ἐγγίνεται· τὸ δὲ κατ' ἰδίαν ὁρμὴν ἐν συμφορᾷ γενέσθαι, τοῦ παρὰ γνώμην παθεῖν, ὅσον ἐλεεινότερον; καὶ τὴν μὲν ἐκ δαίμονος νόσον ὁ ἰδὼν πάντως ἠλέησε· τὴν δὲ ἐκ θυμοῦ παραφορὰν, ὁμοῦ τε εἶδε καὶ ἐμιμήσατο, ζημίαν ἐκκρίνων τὸ μὴ ὑπερβάλλεσθαι τῷ καθ' ἑαυτὸν πάθει τὸν προνοσήσαντα. D καὶ ὁ μὲν δαίμων στρεβλῶν τοῦ ἐμπαθοῦς τὸ σῶμα, μέχρις ἐκείνου τὸ κακὸν ἵστησι, κατὰ τοῦ ἀέρος εἰκῇ διαρριπτῶν τοῦ μεμηνότος τὰς χεῖρας· ὁ δὲ τοῦ θυμοῦ δαίμων, οὐκ ἀργὰς ποιεῖ τὰς κινήσεις τοῦ σώματος. ἐπειδὰν γὰρ ἐπικρατήσῃ τὸ πάθος, καὶ ὑπερζέσῃ τὸ περικάρδιον αἷμα τῆς μελαίνης χολῆς, ὥς φασιν, ἐκ τῆς θυμώδους διαθέσεως ἀπανταχῇ καταδιασπαρείσης τῷ σώματι, τότε ὑπὸ τῶν ἔνδοθεν συνθλιβομένων ἀτμῶν, στενοχωρεῖται πάντα τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν αἰσθητήρια· ὀφθαλμοὶ μὲν

A quicquid alterutri eorum charum eſt, id alterum inuiſum: atque ex contrario quicquid inimicum & hoſtile, id aduerſario atque inimico gratũ & acceptum eſt. Vt igitur aromata boni ac ſuauis odoris, fragrantia ſui proximum aëra replent: ita tibi ex ſuperflua copia abundare gratiam pacis vult, vt tua vita alieni morbi medela ſit. Quantum autem id bonum ſit, exactiùs cognoueris, ſi cuiuſque eorum, qui ex inimica voluntate in animo exiſtunt, morborum calamitates perdendas. Quis aſ-B fectus & vitia iræ dignè expoſuerit? quæ oratio turpitudinem eiuſmodi morbi deſcribet? Vides eorum, qui à dæmone vexantur, affectus in iis, qui ab ira victi ſunt, apparere. Reputa ad inuicem comparata, tum quæ iratis, tum quæ à dæmone correptis accidunt atque contingunt, ecqua ſit in his differentia. Sanguine ſuffuſi ac diſtorti eorum, qui à dæmonio vexantur, oculi ſunt: lingua præceps: aſpera loquela: acuta ac latratui ſimilis vox. Communia hæc tum iræ tum dæmoni: quaſſatio capitis: ma-C nuum ſtolidi motus, concuſſio & quaſi æſtuatio corporis totius: pedes inſtabiles: vna vtriuſque morbi per eiuſmodi accidentia deſcriptio eſt. Tantum duntaxat alterum ab altero variat, quòd vnum quidem voluntarium malum eſt, alterum abſque voluntate ipſorum accidit, in quibus exiſtit. Ac quanto miſerabilius eſt, ſi præter animi ſententiam alicui quippiam accidat, quàm ſi proprio impetu in calamitatem incidat? ac morbum quidem ex dæmone accidentem ſiquis animaduerterit, non poteſt non miſerari: ex ira verò D prouenientem væcordiam ſimulatque vidit, imitatur, damno ſibi ducens, ſi ſuo morbo non ſuperauerit eum, qui prior ægrotare cœperit. Ac dæmon quidem torquens obnoxij, corpus vlterius malum non extendit, quàm vt in aërem fruſtra furentis manus diſijciat: iracundiæ verò dæmon non irritos corporis efficit motus. Cum enim perturbatio præualuerit, & ſanguis circa cor ſupra modum efferbuerit, nigra bile, vt aiunt, ex iracũda affectione per totũ corpus diffuſa: tunc præ coarctatione vaporũ internorum omnia ſenſuum vaſa circa caput in anguſtũ redigũtur: oculi quidem

vltra palpebrarum limites protruduntur, ſanguineo quodam ac draconico obtutu in id quod offendit, intenti: viſcera autem anhelitu coarctantur atque premuntur: intumeſcunt in collo venæ: lingua efficitur craſſa: vox, in anguſtum redacta arteria, ſponte ſua redditur acuta: labia ſuffuſione frigidæ illius bilis, quaſi concreſcunt & congelantur, obnigreſcunt atque torpeſcunt ad naturalem diſtinctionem & occluſionem, vt ne ſaliuam quidem in ore redundantem continere poſſint, ſed vnà cum verbis emittant, coacto ſono ſpumam ſimul expuente. Tunc igitur & manus & pedes itidem præ morbo moueri, videri licet. Mouentur autem hæc membra non iam amplius fruſtra, quemadmodum fit in iis, qui à dæmone vexantur, ſed in perniciem eorum, qui inter ſe per morbum confligunt. Protinus enim aduerſus ſenſoria ictibus opportuna ſe inuicem pulſantium impetus feruntur. Quòd ſi fortè os in conflictu corporis appropinquauerit, ne dentes quidem otioſi manent, ſed feræ in modum iis, quæ inuaſerint, inhæreſcunt. Et quis ſingulatim omnia mala, quæ ex ira proueniunt, enumerare poſſit? Qui igitur prohibet eiuſmodi turpitudinem, ob maximum beneficium iure beatus & honorandus nominabitur. Nam ſi iis, qui aliqua corporea moleſtia hominem liberauerit, honoratus ob eiuſmodi beneficium eſt: quantò magis is, qui animum ab hoc morbo liberauerit, pro benefactore vitæ à cordatis hominibus habebitur? Quantò enim animus corpore præſtantior eſt, tantò magis, qui animis medetur iis, qui corpora curant, honorandus eſt. Ac nemo arbitretur, me iræ iniucunditatem eorum malorum, quæ ex odio deſignantur, grauiſſimam & atrociſſimam putare. Videtur enim mihi inuidiæ atque ſimulationis vitium memorato morbo multo grauius eſſe: quanto occultum malum etiam aperto atrocius eſt. Etenim ex canibus eos magis cauemus, quorum neque latratus iram præſignificat: neque ex aduerſo incurſus eſt, ſed miti pariter ac manſueto habitu non præuidentes, neque circumſpicientes nos obſeruant: tale eſt inuidię atque ſimulationis vitium in iis,

A ὑπὲρ τὴν τῶν βλεφάρων περιγραφὴν ἐξωθοῦνται, ὕφαιμόν τι καὶ δρακοντῶδες πρὸς τὸ λυποῦν ἀτενίζοντες· ἄσθματι δὲ τὰ σπλάγχνα συνέχεται· διοιδοῦσι δὲ κατὰ τὸν αὐχένα αἱ φλέβες, καὶ ἡ γλῶσσα παχύνεται· καὶ ἡ φωνὴ στενουμένης τῆς ἀρτηρίας ἑκουσίως ὀξύνεται· καὶ τὰ χείλη τῇ ὑποσπορᾷ τῆς ψυχρᾶς ἐκείνης χολῆς πήγνυται καὶ περιμελαίνεται, καὶ δυσκίνητα γίνεται πρὸς τὴν κατὰ φύσιν διαστολὴν καὶ ἐπίμυσιν, ὡς μηδὲ τὸν σίελον ἐν τῷ στόματι πλεονάζοντα περικρατεῖν δύνασθαι, ἀλλὰ συνεκβάλλειν τοῖς ῥήμασι τοῦ βεβιασμένου
B φθόγγου τὸν ἀφρὸν συναποπτύοντος. τότε τοίνυν καὶ τὰς χεῖρας ἐστὶν ἰδεῖν ἀνακινουμένας ὑπὸ τῆς νόσου, καὶ τοὺς πόδας ὡσαύτως· κινεῖται δὲ τὰ μέλη ταῦτα, οὐκέτι μάτην, καθάπερ ἐπὶ τῶν δαιμονώντων γίνεται, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ τῶν ἀλλήλοις διὰ τῆς νόσου συμπλεκομένων. εὐθὺς γὰρ πρὸς τὰ καίρια τῶν αἰσθητηρίων αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀλλήλους πληττόντων γίνονται. εἰ δέ που προσεγγίσει αὐτῇ τῇ συμπλοκῇ τὸ στόμα τῷ σώματι, οὐδὲ οἱ ὀδόντες ἄπρακτοι μένουσιν, ἀλλ' ἐμφύονται θηρίου δίκην, οἷς ἂν ἐμπελάσωσι.
C καὶ τίς ἂν τὰ καθ' ἕκαστον εἴποι κακὰ, ὅσα ἐκ τοῦ θυμοῦ τὴν γένεσιν ἔχει; ὁ τοίνυν κωλύων τὴν τοιαύτην ἀσχημοσύνην, εἰκότως ἂν μακαριστός τε καὶ τίμιος, ἐκ τῆς μεγίστης εὐεργεσίας ὀνομάζοιτο. εἰ γὰρ ὁ σωματικῆς τινὸς ἀηδίας χωρίσας τὸν ἄνθρωπον, τίμιος διὰ τῆς τοιαύτης εὐποιίας ἐστί· πόσῳ μᾶλλον ὁ τὴν ψυχὴν τῆς νόσου ταύτης ἐλευθερώσας, ὡς εὐεργέτης τοῦ βίου παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσι νομισθήσεται; ὅσον γὰρ κρείττων ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερος τῶν τὰ σώματα θεραπευόν-
D των ὁ τὰς ψυχὰς ἐξιώμενος. καὶ μηδεὶς οἰέσθω τῶν ἐκ τοῦ μίσους ἐνεργουμένων κακῶν, τὴν κατὰ τὸν θυμὸν ἀηδίαν οἴεσθαί με χαλεπωτάτην εἶναι. δοκεῖ μοι τὸ κατὰ τὸν φθόνον καὶ τὴν ὑπόκρισιν πάθος πολλῷ χαλεπώτερον τοῦ μνημονευθέντος εἶναι· ὅσῳ καὶ δεινότερον τοῦ προδήλου τὸ κεκρυμμένον. καὶ γὰρ τῶν κυνῶν τούτους πλέον διευλαβούμεθα, ὧν οὔτε ὑλακὴ τὸν θυμὸν προμηνύει, οὔτε κατὰ τὸ πρόσωπον ἔφοδος, ἀλλ' εὐπράῳ τε καὶ ἡμέρῳ τῷ σχήματι τὸ ἀπροόρατόν τε καὶ ἀπερίσκεπτον ἡμῶν ἐπιφυλάττουσι· τοιοῦτον ἐστὶ τὸ κατὰ τὸν φθόνον καὶ τὴν ὑπόκρισιν πά-

θος, οἷς ἔνδοθεν μὲν ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας τὸ μῖσος, οἷόν τι πῦρ κατὰ τὸ λεληθὸς ὑποτρέφεται, τὸ δὲ φαινόμενον τῇ ὑποκρίσει καταχηματίζεται πρὸς τὸ φίλιον. ὥσπερ δὲ εἰ πῦρ ἀχύροις ὑποκρυφθείη, πῶς μὲν ἔνδοθεν διασμύχει τῇ καύσει τὰ παρακείμενα, φλὸξ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον οὐκ ἐκδίδοται, ἀλλὰ δριμύς τις καπνὸς βιαίως ἔνδοθεν συνθλιβόμενος διεξέρχεται· εἰ δέ τινος τύχῃ διαπνοῆς, τότε εἰς λαμπρόν τε καὶ ἔκδηλον ἀναρριπίζεται φλόγα· οὕτω καὶ ὁ φθόνος δαπανᾷ μὲν ἔνδοθεν τὴν καρδίαν, πυρὸς δίκην οἷον ἀχύρων πηλημένον τινὰ χημένα· καὶ κρύπτει μὲν ὑπ' αἰσχύνης τὴν νόσον, οὐ μὴν δυνατός ἐστιν εἰς τὸ παντελὲς ἐπικρύψασθαι· ἀλλ' οἷόν τις καπνὸς δριμὺς ἐκ τοῦ φθόνου πικρία τοῖς περὶ τὸ σχῆμα συμπτώμασιν ἐνδιαφαίνεται. εἰ δέ τις συμφορὰ τοῦ φθονουμένου προσάψαιτο, τότε φανεροῖ τὴν νόσον, ἐν εὐφροσύνῃ τε καὶ ἡδονῇ τὴν ἐκείνου λύπην ποιούμενος. κατηγορεῖται δὲ τὰ κρυπτὰ τοῦ πάθους, ἕως ἂν λανθάνειν δοκῇ διὰ τῶν φανερῶν τεκμηρίων περὶ τὸ πρόσωπον. τὰ γὰρ ἐπιθανάτια τῶν ἀπεγνωσμένων σημεῖα, ταῦτα τοῖς διὰ φθόνου ἐκτετηκότες πολλάκις γίνεται, ὀφθαλμοὶ ξηροὶ, κατεσκληκόσι τοῖς βλεφάροις ἐγκοιλαινόμενοι. ὀφρὺς συμπεπτωκυῖα, ὀστέα τῶν σαρκῶν ἐν τόπῳ διαφαινόμενα. τίς δὲ αἰτία τῆς νόσου τίς; τὸ ἐν εὐθυμίᾳ ζῆν ἀδελφὸν, ἢ οἰκεῖον, ἢ γείτονα. ὢ καινῶν ἀδικημάτων. ἔγκλημα ποιεῖσθαι τὸ δυστυχεῖν ἐκεῖνον, οὗ ταῖς εὐπραγίαις ἀγωνιᾶται· οὐκ ἐξ ὧν αὐτός τι πέπονθε παρ' αὐτοῦ κακῶν τὴν ἀδικίαν κρίνων, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐκεῖνος ἀδικῶν οὐδὲν, ἐν τοῖς καταθυμίοις ἐστί. τί πέπονθας ὦ δείλαιε πρὸς αὐτὸν εἴποιμι ἄν· ἀντὶ τίνος ἐκτέτηκας, πικρῷ τῷ ὀφθαλμῷ ταῖς εὐπραγίαις ὑποβλέπων τοῦ γείτονος; τί ἔγκλημα ἔχεις; εἰ εὐπρεπὴς ἐκεῖνος τῷ σώματι; εἰ λόγῳ κεκόσμηται; εἰ τῷ γένει τὸ πλέον ἔχει; εἰ τινὸς ἀρχῆς ἐπιβὰς λαμπρὸς ἐπὶ τῆς ἀξίας ὁρᾶται; εἰ χρημάτων αὐτῷ τις εὐπορία προσεγένετο; εἰ σεμνὸς ἐν λόγοις διὰ τὴν φρόνησιν; εἰ περίβλεπτος τοῖς πολλοῖς ἐξ εὐεργεσίας ἐστίν; εἰ παισὶν ἐπαγάλλεται; εἰ γαμετῇ εὐφραίνεται; εἰ ταῖς τοῦ οἴκου προσόδοις λαμπρύνεται; διὰ τί σοι ταῦτα καθάπερ

A quibus intrinſecus quidem in profundo cordis odium veluti ignis quidã latenter nutritur, externus verò vultus ad amicitiæ ſimulationẽ effingitur. Quemadmodum autem ignis, ſi ſub paleis occultatus ſit, initio quidem proxima quęque cremando corrumpit, flamma verò palàm non editur, ſed fumus quidem grauis & acris odoris intrinſecus violenter coarctatus euoluitur: quòd ſi aliquẽ flatum permeantem nactus fuerit, tunc in claram pariter & apertam flammam excitatur: itidem inuidia quoque cor quidem veluti palearum quẽdam aceruum cõdenſatum ignis in modum perdit & abſumit: ac morbum quidem B præ pudore occultat, non tamen penitus in perpetuum abſcondi poteſt: ſed veluti fumus quidam grauis & acerbus, acerbitas inuidiæ in iis, quæ circa habitum accidunt, apparet. Quòd ſi qua calamitas eum, cui inuidetur, inuaſerit, tunc illius dolorem voluptate atque lætitia excipiẽs morbum prodit. Indicantur autẽ occulta morbi mala, quamdiu latere videtur, per aperta ſigna faciei. Quæ enim deſperatorum lethalia ſigna ſunt, ea ſæpenumerò in eo, qui inuidia C contabeſcit, exiſtunt. Oculi aridi, intra palpebras tabidas & extenuatas recedẽtes: ſupercilium contractum: oſſa loco carnium tranſlucẽtia. At quænam morbi cauſſa eſt? Quòd frater nimirum, vel propinquus & neceſſarius, vel vicinus in animi tranquillitate ac lætitia viuit. O nouas iniurias! Crimini dare, quod non aduerſa fortuna conflictetur ille, cuius rebus ſecundis dolet: non ex eo, ipſe ab illo acceperit aliquid incõmodi iniuriam ęſtimans, ſed quòd ille ſine cuiuſquam iniuria, ex animi ſui ſententia viuat, & in rebus iucundis verſetur. Quid paſſus es infelix? libenter dixerim D ad eum: Qua accepta iniuria extabeſcis, acerbis oculis ſucceſſus proſperos inuidens vicini? Quid habes, quod de eo conqueraris? quod crimini des? ſi ille corpore decorus? ſi eloquentia ornatus? ſi genere ſuperior eſt? ſi aliquo magiſtratu inito ſplendidus ac magnificus in dignitate conſpicitur? ſi aliqua pecuniarum ei copia acceſſit? ſi propter prudentiam in verbis eius authoritas ineſt? ſi propter beneficium à multitudine obſeruatur? ſi ob liberos ſibi placet? ſi vxore delectatur? ſi ex reditibus atque prouentibus domus ſplendidè atq; magnificè viuendo clareſcit? cur hęc tibi tanquam

cuſpides telorum in cor incidunt: complodis palmas: digitos complicas: cogitationibus angeris: ex intimis præcordiis doloris ſignificantia ducis ſuſpiria: iniucundus tibi redituum atque prouentuum fructus: acerba menſa: focus ſubtriſtis: paratæ ac faciles aures obtrectantibus ei, qui ſecunda fortuna vtatur. Quod ſi aliquid dextri ac fauſti dicatur, clauſæ ſermoni ſunt aures. Et cùm ita animatus ſis, cur ſimulatione morbum obuoluis? quomodo amicitiæ perſona per fictam beneuolentiam in te formatur? cur fauſtis appellationibus excipis, ſaluere ac valere iubens, contraria in animo clàm imprecans? Talis erat Cain, qui idcirco, quòd Abel probaretur atque placeret, in rabiem & furorem verſus eſt, inuidia quidem intrinſecus ad cædem hortabatur, ſimulatio verò carnifex erat: amicum enim quendam, mitem ac benignum vultum fingens, procul ab auxilio atque præſidio parentum illum in campum produxit: atque ita deinde cæde inuidiam detexit. Qui eiuſmodi igitur morbum eijcit ex vita humana, ac beneuolentia pariter ac pace colligit eos, qui genere coniuncti ſunt, & ad amicitiam atque concordiam homines reducit, an non diuinæ reuera potentiæ opus facit, mala quidem ex humana natura expellens, pro iis autem bonorum communionem introducens? Idcirco filium Dei pacificum nominat, quòd veri filij imitator exiſtit, qui hæc hominum vitæ largitur. *Beati igitur pacifici: quoniam ipſi filij Dei vocabuntur.* Quinam ſunt hi? imitatores humanitatis diuinæ, qui id, quod proprium diuinæ efficientiæ eſt, in ſua vita oſtendunt. Tollit & ad nihilum redigit bonorum largitor, & dominus quicquid extra naturam boni, & à bono alienum eſt: hoc etiam tibi præſcribit opus & officium, eijcere odium, finire bellum, abolere inuidiam, exterminare pugnam, tollere ſimulationem, extinguere intrinſecus in corde vrentem & incendentē iniuriarum memoriam tenacem, contrà verò in locum eorum introducere quæcumque ſubductis contrariis ex aduerſo conſiſtunt. Vt enim recedentibus tenebris lux ſuccedit, ita etiam in locum horum cuiuſlibet ſpiritus fructus ſuccedit, dilectio,

A ἀκίδες βελῶν κατὰ τῆς καρδίας ἐμπίπτουσι· συγκροτεῖς τὰς παλάμας· τοὺς δακτύλους συμπλέκεις· ἀδημονεῖς τοῖς λογισμοῖς· βύθιόν τι καὶ ὀδυνηρὸν ὑποστένεις· ἀηδής σοι ἡ τῶν προσόντων ἀπόλαυσις· πικρὰ ἡ τράπεζα· κατηφὴς ἡ ἑστία· ἕτοιμον δὲ οὖς πρὸς τὴν τοῦ εὐπραγοῦντος διαβολήν. Εἰ δέ τι τῶν δεξιῶν λέγοιτο, βέβυσται ἡ ἀκοὴ πρὸς τὸν λόγον. καὶ οὕτω τὴν ψυχὴν διακείμενος, τί περιστέλλεις τῇ ὑποκρίσει τὴν νόσον; πῶς σοι τὸ τῆς φιλίας προσωπεῖον διὰ τῆς κατεσχηματισμένης εὐνοίας ἐπιμορφίζεται; τί δεξιαῖς ταῖς B εὐφήμοις προσηγορίαις χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν ἐγκελευόμενος, τὰ ἐναντία δι' ἀπορρήτων κατὰ ψυχὴν ἐπαρώμενος; τοιοῦτος ὁ Καῒν ὁ τῇ εὐδοκιμήσει τοῦ Ἀβέλ ἐπιλυσσήσας, ὁ φθόνος μὲν ἔνδοθεν τὸν φόνον ἐνεκελεύετο, ἡ δὲ ὑπόκρισις δήμιος γίνεται· φίλον γάρ τι καὶ προσηνὲς ὑπελθὼν σχῆμα, τῆς τῶν γονέων συμμαχίας πόρρωθεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πεδίον προήγαγεν· εἶθ' οὕτως ἐξεκάλυψε τῷ φόνῳ τὸν φθόνον. ὁ τοίνυν τὴν τοιαύτην νόσον ἐκβάλλων τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, καὶ εὐνοίᾳ τε καὶ εἰρήνῃ, συν- C δεσμῶν τὸ ὁμόφυλον, καὶ εἰς φιλικὴν ὁμοφωνίαν τοὺς ἀνθρώπους ἄγων, ἆρ' οὐχὶ θείας ὄντως δυνάμεως ἔργον ποιεῖ, τὰ μὲν κακὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως περιορίζων, ἀντεισάγων δὲ τὴν τῶν ἀγαθῶν κοινωνίαν; διὰ τοῦτο υἱὸν Θεοῦ τὸν εἰρηνοποιὸν ὀνομάζει, ὅτι μιμητὴς γίνεται τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ, ὁ ταῦτα τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων χαριζόμενος. μακάριοι τοίνυν οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. τίνες οὗτοι; οἱ μιμηταὶ τῆς θείας φιλανθρωπίας, οἱ τὸ ἴδιον τῆς θείας ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἰδίου δει- D κνύντες βίου. ἀναιρεῖ καθόλου καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν περιίστησιν, ὁ τῶν ἀγαθῶν εὐεργέτης καὶ κύριος, πᾶν ὅσον ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἔκφυλόν τε καὶ ἀλλότριον· ταύτην νομοθετεῖ καὶ σοὶ τὴν ἐνέργειαν, ἐκβάλλειν τὸ μῖσος, καταλύειν τὸν πόλεμον, ἀφανίζειν τὸν φθόνον, ἐξορίζειν τὴν μάχην, ἀναιρεῖν τὴν ὑπόκρισιν, κατασβεννύειν ἔνδοθεν τὴν ὑποσμύχουσαν ἐν τῇ καρδίᾳ μνησικακίαν· ἀντεισάγειν δὲ ἀντὶ τούτων, ὅσα τῇ ὑπεξαιρέσει τῶν ἐναντίων ἀντικαθίσταται. ὡς γὰρ τῇ τοῦ σκότους ὑποχωρήσει τὸ φῶς ἐπιγίνεται, οὕτω καὶ ἀνθ' ἑκάστου τούτων, ὁ τοῦ πνεύματος καρπὸς ἀντεισέρχεται, ἀγάπη,

χαρά,

χαρά, εἰρήνη, χρηστότης, μακροθυμία, ἅπας ὁ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ κατειλεγμένος τῶν ἀγαθῶν ἀριθμός. πῶς οὖν οὐ μακάριος ὁ τῶν θείων δωρεῶν διανομεύς; ὁ μιμητὴς τῶν τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων; ὁ τῇ θείᾳ μεγαλοδωρεᾷ τὰς ἰδίας ἐξομοιῶν εὐποιΐας; τάχα δὲ οὐ πρὸς τὸ ἀλλότριον ἀγαθὸν μόνον ὁ μακαρισμὸς βλέπει· ἀλλ', οἶμαι, κυρίως εἰρηνοποιὸν χρηματίζειν, τὸν τὴν ἐν ἑαυτῷ στάσιν, τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸν ἐμφύλιον τῆς φύσεως πόλεμον εἰς εἰρηνικὴν συμφωνίαν ἄγοντα, ὅταν μηκέτι ἐνεργὸς ᾖ ὁ τοῦ σώματος νόμος, ὁ ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοός, ἀλλ' ὑποζευχθεὶς τῇ κρείττονι βασιλείᾳ ὑπηρέτης γίνεται τῶν θείων ἐπιταγμάτων. μᾶλλον δὲ μὴ τοῦτον νομίζωμεν συμβουλεύειν τὸν λόγον τὸ ἐν δυάδι νοεῖσθαι τῶν κατωρθωκότων τὸν βίον· ἀλλ' ἐπειδὰν ἐξαιρεθῇ τοῦ ἐν ἡμῖν φραγμοῦ τὸ μεσότοιχον τῆς κακίας, εἰς οἱ δύο τῇ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνακράσει συμφυέντες γίνονται. ἐπειδὴ τοίνυν ἁπλοῦν τὸ θεῖον καὶ ἀσύνθετον, καὶ ἀσχημάτιστον εἶναι πεπίστευται, ὅταν καὶ ἐπὶ τὸ ἀνθρώπινον διὰ τῆς τοιαύτης εἰρηνοποιΐας, ἔξω τῆς κατὰ τὴν διπλῆν συνθέσεως γένηται, καὶ ἀκριβῶς εἰς τὸ ἀγαθὸν ἐπανέλθῃ, ἁπλοῦν τε καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ὡς ἀληθῶς ἓν γενόμενον, ὡς ταὐτὸν εἶναι τὸ κρυπτῷ τὸ φαινόμενον, καὶ τῷ φαινομένῳ τὸ κεκρυμμένον· τότε ἀληθῶς κυροῦται ὁ μακαρισμός, καὶ λέγονται κυρίως οἱ τοιοῦτοι υἱοὶ Θεοῦ, μακαρισθέντες κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A gaudium, pax, benignitas, animi lenitas, vniuerſus ab Apoſtolo bonorum numerus collectus. Quomodo igitur non beatus eſt diuinorum donorum diſtributor ac diſpenſator? imitator Dei munerum? qui diuinam munificentiam ſua beneficentia exæquat? Forſitan autem non ad alienum dumtaxat bonum beatitudo ſpectat: ſed, opinor, propriè pacificum appellari, qui eam, quæ intra ipſum eſt, ſeditionem carnis & ſpiritus, atque inteſtinum naturæ bellum ad pacificam concordiam & conſenſum adducit, vbi corporis lex, quæ legi mentis repugnat, non
B amplius exercebitur, ſed ſubiugata meliori regno, miniſtra diuinorum præceptorum exiſtet. Quinimò ne exiſtimemus Sermonem conſulere, quòd nimirum in numero binario conſideranda atque accipienda ſit vita eorum, qui rectè egerint, & rem benè geſſerint: ſed vbi interſtitium vitioſitate ex ea, quæ in nobis eſt, ſæpe exemptum fuerit, duo illi contemperatione cum meliori coaleſcentes vnus exiſtunt. Quoniam igitur ſimplex & non compoſitum eſſe diuinum numen, & effingi atque ſimulari non poſſe creditur, cùm
C humanum quoque genus duplæ compoſitioni per talem pacificationem exemptum fuerit, ac plenè ad bonum reuerterit, ſimplex pariter & ab affectione atque ſimulatione vacuum, ac reuera vnum affectum, vt idem cum abſcondito ſit, id quod apparet, & vice verſa, abſconditum cum apparente: tunc verè confirmatur ac rata beatitudo fit, ac tales propriè filij Dei dicuntur, beati iudicati per promiſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

A

DE BEATITVDINIBVS, ORATIO VIII.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: Quoniam eorum eſt regnum cælorum.

ORDO quidem ſublimis diſciplinarum doctrinæ præſentem dicti commẽtationem ad octauum gradum ducit: ego verò haud alienum eſſe dico, ſi primum illud ratione atque oratione conſideretur, quid ſit apud Prophetam octauæ myſterium, quæ duobus Pſalmis præponitur: quid etiam purificatio, ſanctioque circumciſionis: quæ vtraque vt octauo die obſeruarentur, lege cautum erat. Forſitan aliquid cognatum habet hic numerus cum octaua beatitudine: quæ tanquam vertex omnium beatitudinum in ſummo gradu boni aſcenſus poſita eſt. Nam & illic propheta reſurrectionis diem per octauæ inuolucrum & ænigma deſignat, & purificatio coinquinati hominis reditum ad naturalem puritatem oſtendit, & circumciſio mortuarum pellium, quas poſt inobedientiam vita nudati indueramus, indicat abiectionem: & hîc octaua beatitudo reſtitutionem in cœlos continet eorum, qui in ſeruitutem quidem delapſi erant, ſed rurſus ex ſeruitute in regnum reuocati ſunt. *Beati enim*, inquit, *qui perſecutionem patiuntur propter me: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum*. Ecce finis & euentus diuinorum certaminum, & propter Deum ſuſceptorum periculorum, laborum remuneratio, ſudorum præmium: quo regnum cœlorum athletæ conſequuntur. Non amplius circa rem inſtabilem ac mutationibus variantem felicitatis ſpes oberrat.

Pſal. 7. & 11.

Matth. 5.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΜΑΚΑΡΙΣΜΟΥΣ ΛΟΓΟΣ Η.

Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

ΗΜΕΝ τάξις τῆς ὑψηλῆς τῶν μαθημάτων διδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ὄγδοον ἄγει βαθμὸν τὴν πρόοδον τοῦ ῥητοῦ θεωρίαν· ἐγὼ δὲ καλῶς ἔχειν φημὶ πρότερον ἐκεῖνο κατανοῆσαι τῷ λόγῳ, τί τὸ τῆς ὀγδόης παρὰ τῷ προφήτῃ μυστήριον, τὸ ἐν δύο ψαλμῳδίαις προτεταγμένης· τί δὲ ὁ μακαρισμός, καὶ ἡ τῆς περιτομῆς νομοθεσία, κατὰ τὴν ὀγδόην ἀμφότερα τῷ νόμῳ παρατετηρημένα. τάχα τι συγγενὲς ὁ ἀριθμὸς οὗτος πρὸς τὴν ὀγδόην ἔχει μακαριότητα· ἣ ὥσπερ κορυφὴ τῶν μακαρισμῶν πάντων ἐπὶ τοῦ ἀκροτάτου κεῖται τῆς ἀγαθῆς ἀναβάσεως. ἐκεῖ τε γὰρ ὁ προφήτης τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν τῷ τῆς ὀγδόης αἰνίγματι διασημαίνει, καὶ ὁ καθαρισμὸς τὴν ἐπὶ τὸ καθαρόν τε καὶ κατὰ φύσιν ἐπάνοδον τοῦ μολυνθέντος ἀνθρώπου ἐνδείκνυται, καὶ ἡ περιτομὴ τὴν τῶν νεκρῶν δερμάτων ἀποβολὴν ἑρμηνεύει, ἃ μετὰ τὴν παρακοὴν τῆς ζωῆς γυμνωθέντες ἐνεδυσάμεθα· καὶ ἐνταῦθα ἡ ὀγδόη μακαριότης, τὴν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀποκατάστασιν ἔχει, τῶν εἰς δουλείαν μὲν ἐκπεσόντων, ἐπὶ βασιλείαν δὲ πάλιν ἐκ τῆς δουλείας ἀνακληθέντων. μακάριοι γάρ, φησίν, οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν ἐμοῦ· ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ἰδοὺ τὸ πέρας τῶν κατὰ Θεὸν ἀγώνων, τὸ τῶν πόνων γέρας, τὸ τῶν ἱδρώτων ἔπαθλον· τὸ τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς βασιλείας ἀξιωθῆναι. οὐκέτι περὶ τὸ ἄστατόν τε καὶ ἀλλοιούμενον ἡ τῆς εὐκληρείας ἐλπὶς διαπλανᾶται.

B C D

ὁ γὰρ περίγειος χῶρος τῶν τρεπομένων τε καὶ ἀλλοιουμένων ἐστί· τῶν δὲ κατὰ τὸν οὐρανὸν φαινομένων τε καὶ κινουμένων, οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιγινώσκομεν, ὡς μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν· ἀλλ' εἱρμῷ καὶ τάξει καὶ ἀκολουθίᾳ πρὸς τὸν ἴδιον δρόμον πάντα κατὰ τὸν οὐρανὸν διεξέρχεσθαι. ὁρᾷς τοίνυν τῆς δωρεᾶς τὴν ὑπερβολήν; ὅτι οὐκ ἐν τοῖς τρεπομένοις τὸ μέγεθος τῆς ἀξίας χαρίζεται, ὡς ἄν εἴ τις μεταβολῆς φόβος τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας παραλυπήσειεν; ἀλλ' οὐρανῶν μὲν βασιλείαν εἰπών, δείκνυσι τὸ ἀμετάβλητον καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, τῆς κατ' ἐλπίδα προκειμένης ἡμῖν δωρεᾶς. ὃ δέ μοι διαπορεῖν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐπέρχεται, τοῦτό ἐστι· πρῶτον μὲν, ὅτι τοῖς πτωχεύσασι τῷ πνεύματι τοῖς ἕνεκεν αὐτοῦ διωχθεῖσιν, εἰς ἴσον ἄγων ἑκατέροις τὸ γέρας προτίθησιν; ὧν γὰρ τὸ ἔπαθλον τὸ αὐτό, τούτων δηλαδὴ καὶ οἱ ἀγῶνες ἴσοι· ἔπειτα δὲ πῶς τοὺς δεξιοὺς ἀπὸ τῶν εὐωνύμων διακρίνας, προσκαλεῖται πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἄλλας τῆς τοιαύτης τιμῆς τὰς αἰτίας λέγων; τὸ γὰρ συμπαθές τε καὶ μεταδοτικὸν καὶ φιλάλληλον ἐκεῖ προφέρων, οὐδαμοῦ μέμνηται οὔτε τῆς πνευματικῆς πτωχείας, οὔτε τῆς ἕνεκεν ἐκείνου διώξεως· καίτοι πολὺ δοκεῖ κατὰ τὸ πρόχειρον τῆς διανοίας ἐπ' ἀλλήλων ταῦτα διακεκρίσθαι. τί γὰρ κοινὸν τὸ πτωχεῦσαι τῷ διωχθῆναι; ἢ ταῦτα πάλιν τίνα συμφωνίαν ἔχει πρὸς τὰ τῆς ἀγαπητικῆς συμπαθείας ἀποτελέσματα; ἔθρεψέ τις τὸν δεόμενον, ἢ τὸν γυμνὸν περιέβαλεν, ἢ στεγητὸν ὁδίτην ἐδεξιώσατο, ἢ ἀσθενοῦντι καὶ κατακλείστῳ τὴν ἐνδεχομένην θεραπείαν προσήγαγεν· τί ταῦτα πρὸς τὸ πτωχεῦσαι καὶ διωχθῆναι κοινὸν ἔχει, κατὰ τὸν τοῦ ἐπιτηδεύματος λόγον; οὗτος ἀλλοτρίας συμφορὰς θεραπεύει· ἐκείνων δὲ ἑκάτερος, ὅτι πτωχεύων καὶ ὁ διωκόμενος, τῶν θεραπευόντων προσδέεται, ἀλλὰ τὸ πέρας ἐπὶ πάντων ἴσον. ὁμοίως γὰρ εἰς οὐρανὸν ἄγει τὸν πτωχεύσαντα τῷ πνεύματι, καὶ τὸν ἕνεκεν αὐτοῦ διωχθέντα, καὶ τοὺς τὸ συμπαθὲς ἐπιδειξαμένους πρὸς τὸ ὁμόφυλον. τί οὖν φαμὲν πρὸς ταῦτα; ὅτι ἔχεται ἀλλήλων τὰ πάντα πρὸς τὸν ἕνα σκοπὸν συννενευκότα καὶ συμπλέοντα.

A Nam terrenus locus eſt ex iis, quæ alternatione variantur ac mutantur, de iis verò quæ per cœlum, & mouentur, & apparent, nihil tale iudicamus, vt non eodem modo nimirum ac ſimiliter ſeſe habeant: ſed ſerie atq; ordine conſequentiaque ſuum quoque curſum omnia, quę circa cœlum ſunt, peragunt. Vides igitur excellentiam doni, quòd non in iis, quæ mutantur, magnitudinem dignitatis largitur, ne qui mutationis metus bonam ſpem turbet: ſed cùm regnum cœlorũ dixit, oſtendit id donum, quod nobis ſub ſpe propoſitum B eſt, non eſſe mutabile, ſed ſemper eodem modo ſeſe habere. Ex iam dictis autem, quę mihi cum dubitatione quęrere in mentẽ venit, hæc ſunt: primum quidem cur eum, qui ſpiritu pauper ſit, in eundem locum, quò eos, qui propter ipſum perſequutionem patiantur, recipiens, parem vtriſque remunerationem proponat? (Quorum enim præmium idem eſt, horum nimirum etiam certamina paria ſunt) deinde verò quî fiat, vt diſcretos dextros à ſiniſtris inuitans ad regnum cœlorum, alias eiuſmodi ho- C noris cauſſas aſſignet? Nam cùm illic & condolentiam, & facultatum communicationem, & mutuum amorem proferat, neque ſpiritualis egeſtatis, neque propter ipſum perſequutionis vſquam mentionem facit: quamquam multum hæc ſecundùm eum intellectum, qui prima fronte occurrit, ab inuicem diſiuncta eſſẽ videntur. Quid enim paupertas commune habet cum perſecutione? aut his rurſus quid conuenit cum dilectionis & condolentiæ affectibus? Cibum indigenti aliquis ſubminiſtrauit, aut nudum veſtiuit, aut tecto via- D torem recepit, aut ægrotum & in carcerem coniectum eo, quod licuit, officio proſequutus eſt: quid hæc ratione ſtudij & officij cum egeſtate & perſecutione commune habent? his alienas calamitates curat, aliena incommoda ſarcit & ſanat: illorum autem vterque tam egenus, quàm perſecutionem patiens officium præſtantibus opus habent, ſed finis in omnibus par. Pariter enim in cœlum ducit & eum, qui pauper ſpiritu fuerit, & eum, qui propter ipſum perſequutionem paſſus ſit, & eos, qui condolentiam erga proximos præſtiterint. quid igitur ad hæc dicimus? nam omnia inter ſeſe cohærentia, ad vnum illum quaſi ſcopum conuerſa atque conſpirantia.

Etenim egeſtas pulſu facilis, & benignitas in pauperes & egenos à paupertate aliena non eſt. Verùm haud incommodum eſſe mihi videtur, præſentem prius inueſtigare orationem, atque ita deinceps deſpicere atque conſiderare, quínam inſit in iis, quæ quæſita ſunt, intellectus atque conſenſus. *Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

Matth. 5.

Vnde perſequutionem patiuntur & à quo? Atque ea quidem, quę in promptu ratio eſt, martyrum nobis ſtadium oſtendit, ac fidei curſum deſignat. Nam perſequutio currentis vehemens ſtudium celeritatis ſignificat. Imò verò etiam in currendo victoriam indicat: non enim aliter currendo quis vincere poteſt, niſi poſt ſe reliquerit eum, qui ſimul currit. Quoniam igitur & is, qui ad præmium ſupernæ vocationis currit, & is qui propter præmium ab inimico exagitatur, pariter à tergo habent, ille quidem de præmio ſimul certantem, hic verò perſequentem (hi autem ſunt, qui martyrij curſum, in certaminibus pro pietate ſuſceptis, conficiunt, quos inimici quidem perſequuntur, ſed non aſſequuntur) videtur caput & ſummam in ſpem propoſitæ beatitudinis, veluti coronam quandam in poſtremis propoſuiſſe verbis. Nam reuera beatum eſt propter dominũ pati perſequutionem. Quare? quia à malo exagitari, cauſſa boni adipiſcendi fit: nam abalienatio atque vitatio mali, boni conciliationis occaſio fit: bonum autem & ſupra omne bonum ipſe Dominum eſt, ad quem curſu contendit, qui perſequutionem patitur & agitatur. Ergo reuera beatus eſt, qui inimico ad bonum vtitur adiutore. Quoniam enim in confinio boni & mali humana vita poſita eſt, ſicut is, qui à ſublimi ſpe delapſus eſt, in barathro verſatur: ita qui à peccato remotus, & à corruptione alienatus eſt, ad iuſtitiam pariter, & incorruptibilitatem accedit. Itaque perſequutionis, qua martyres à tyrannis agitantur, ſpecies quidem prout prima fronte apparet, ſenſui acerba eſſe videtur: ſed id, quò ſpectant ea, quæ fiunt, omnem beatitudinem ſuperat. Commodius autem fuerit nos per exempla atque ſimilitudinem ſententiam animaduertere ſermonis. Quis ignorat, quanto grauius & moleſtius eſſe iudicetur, inſidiis peti, quàm diligi?

A ἥ τε γὰρ πτωχεία πρὸς μετανάστασιν εὔκολος, καὶ ἡ φιλοπτωχεία τῆς πτωχείας οὐκ ἠλλοτρίωται. ἀλλά μοι δοκεῖ καλῶς ἔχειν πρότερον τὸν παρόντα λόγον ἀναζητῆσαι· εἶθ' οὕτω τὴν ἐν τοῖς ἐξητασμένοις συμφωνίαν καὶ τὸν νοῦν ἐπισκέψασθαι. μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης. πόθεν δεδιωγμένοι, καὶ παρὰ τίνος; ὁ μὲν οὖν πρόχειρος λόγος τὸ τῶν μαρτύρων ἡμῖν ὑποδείκνυσι στάδιον, καὶ τὸν τῆς πίστεως δρόμον ὑποσημαίνει. ἡ γὰρ δίωξις, τὴν συντονίαν τοῦ τρέχοντος περὶ τὸ τάχος σπουδὴν
B ἑρμηνεύει. μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ τρέχειν νίκην ὑποσημαίνει. οὐ γάρ ἐστιν ἑτέρως νικῆσαι τρέχοντα, μὴ κατόπιν καταλιπόντα ἑαυτοῦ τὸν συντρέχοντα. ἐπεὶ οὖν ὅτι πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τρέχων, καὶ ὁ διὰ τὸ βραβεῖον διωκόμενος παρὰ τοῦ ἐχθροῦ, ἐπίσης ἔχουσι κατὰ νώτου, ὁ μὲν τὸν συναμιλλώμενον, ὁ δὲ τὸν διώκοντα· οὗτοι δὲ εἰσὶν οἱ τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον ἀνύοντες, ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι, διωκόμενοι μὲν οὐ καταλαμβανόμενοι, ἔοικε τὸ κεφάλαιον τῆς κατ' ἐλπίδα προκειμένης μακαριότητος,
C οἷόν τινα στέφανον ἐν τελευταίοις προστεθεικέναι λόγοις. μακάριοι γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ἕνεκεν τοῦ κυρίου διώκεσθαι. διὰ τί; ὅτι τὸ παρὰ τοῦ κακοῦ ἐκδιώκεσθαι, αἴτιον ἐν τῷ ἀγαθῷ γενέσθαι καθίσταται. ἡ γὰρ τοῦ πονηροῦ ἀλλοτρίωσις, τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν οἰκειώσεως ἀφορμὴ γίνεται· ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ἐπέκεινα, αὐτὸς ὁ κύριος, πρὸς ὃν ἀνατρέχει ὁ διωκόμενος. οὐκοῦν μακάριος ὡς ἀληθῶς, ὁ συνεργῷ τῷ ἐχθρῷ πρὸς τὸ ἀγαθὸν χρώμενος. ἐπειδὴ γὰρ ἐν μεθορίῳ κεῖται τοῦ ἀγα-
D θοῦ καὶ τοῦ χείρονος ἡ ἀνθρωπίνη ζωή, ὥσπερ ὁ τῆς ἀγαθῆς τε καὶ ὑψηλῆς ἐλπίδος ἀπολισθήσας, ἐν τῷ βαράθρῳ γίνεται· οὕτως ὁ τῆς ἁμαρτίας ἀπῳκισθείς, καὶ τῆς φθορᾶς ἀλλοτριωθείς, δικαιοσύνην τε καὶ ἀφθαρσίαν μετέρχεται. ὥστε τῆς παρὰ τῶν τυράννων γινομένης κατὰ τῶν μαρτύρων διώξεως, τὸ μὲν εἶδος κατὰ τὸ πρόχειρον φαινόμενον, ἀλγεινόν ἐστι τῇ αἰσθήσει· ὁ δὲ σκοπὸς τῶν γινομένων, ὑπερβαίνει πᾶσαν μακαριότητα. κρεῖττον δ' ἂν εἴη δι' ὑποδειγμάτων ἡμᾶς τοῦ λόγου κατιδεῖν τὴν διάνοιαν. τίς οὐκ οἶδεν, ὅσῳ τοῦ ἀγαπᾶσθαι τὸ ἐπιβουλεύεσθαι χαλεπώτερον κέκριται;

τοῦτο μέν τοι πολλάκις τὸ δοκοῦν χαλεπὸν, καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον τοῦτον εὐκληρίας πολλοῖς αἴτιον γίνεται, οἷόν τι περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ λόγος ἐνδείκνυται· ὃς ἐπιβουλευθεὶς παρὰ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῆς μετ' αὐτῶν συνδιαγωγῆς ἀπελαθεὶς, διὰ τῆς πράσεως βασιλεὺς ἀνεδείχθη τῶν ἐπιβουλευσάντων, οὐκ ἂν ἴσως προελθὼν ἐπὶ τὸ τηλικοῦτον ἀξίωμα, μὴ τοῦ φθόνου διὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐκείνης τὴν βασιλείαν ὁδοποιήσαντος. ὥσπερ τοίνυν εἴ τις τοῦ μέλλοντος τὴν γνῶσιν ἔχων, προεῖπε τῷ Ἰωσὴφ, ὅτι ἐπιβουλευθεὶς μακάριος ἔσῃ, οὐκ ἂν ἐκ τοῦ προχείρου πιθανὸς ἔδοξε τῷ ἀκούοντι, πρὸς τὸ παραχρῆμα λυπηρὸν ὁρῶντι· οὐ γὰρ ἂν ᾤηθη δυνατὸν εἶναι κακῆς προαιρέσεως ἀγαθὸν ἀναδειχθῆναι τὸ πέρας· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ὁ τῶν τυράννων τοῖς πιστοῖς ἐπαγόμενος διωγμὸς, πολὺ κατὰ τὴν αἴσθησιν τὸ ἀλγεινὸν ἔχων, δυσπαράδεκτον ποιεῖ τοῖς σαρκωδεστέροις τὴν διὰ τῶν ἀλγεινῶν αὐτοῖς προκειμένην τῆς βασιλείας ἐλπίδα. ἀλλ' ὁ κύριος τὸ ἐνδεὲς ὑπεριδὼν τῆς φύσεως, προαναφαίνει τοῖς ἀσθενεστέροις, οἷόν ἐστι τῆς ἀγωνίας τὸ πέρας, ἵνα τῇ τῆς βασιλείας ἐλπίδι τὴν πρόσκαιρον τῶν ἀλγεινῶν αἴσθησιν εὐκόλως καταπαλαίσωσι. διὰ τοῦτο χαίρει ὁ μέγας Στέφανος κύκλῳ καταλιθαζόμενος, καὶ οἷόν τινα δρόσον ἡδεῖαν προθύμως τῷ σώματι δέχεται τὰς ἐπαλλήλους τῶν λίθων νιφάδας, καὶ εὐλογίαις τοὺς μιαιφονοῦντας ἀμείβεται, μὴ εἶναι τὴν ἁμαρτίαν τούτοις αὐτοῖς ἐπευχόμενος· ἐπεὶ καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἤκουσε, καὶ τὴν ἐλπίδα τοῖς φαινομένοις εἶδε συμβαίνουσαν. ἐν βασιλείᾳ γὰρ οὐρανῶν τοὺς ἕνεκεν τοῦ κυρίου δεδιωγμένους ἀκούσας γενέσθαι, εἶδε τὸ προσδοκώμενον, ἐν ᾧ ἐδιώκετο. τρέχοντι γὰρ αὐτῷ διὰ τῆς ὁμολογίας, τὸ ἐλπιζόμενον δείκνυται, οὐρανὸς ἀνοιγόμενος, ἡ θεία δόξα πρὸς τὸν ἀγῶνα τοῦ τρέχοντος ἐκ τῆς ὑπερκοσμίου λήξεως κατακύπτουσα, αὐτὸς ὁ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὑπὸ τοῦ ἀθλητοῦ μαρτυρούμενος. ἡ γὰρ τοῦ ἀγωνοθέτου στάσις τὴν πρὸς τὸν ἀγωνιζόμενον συμμαχίαν παραδηλοῖ δι' αἰνίγματος, ὡς ἂν διὰ τούτου μάθοιμεν τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ τὸν διατιθέντα τοὺς ἄθλους, καὶ τὸν κατὰ τῶν ἀντιπάλων τοῖς ἰδίοις ἀγωνισταῖς συνιστάμενον.

hoc tamen quod moleſtum eſſe videtur, ſæpè etiam felicitatis per hanc vitam cauſſa multis exiſtit, quale de Ioſepho ſcriptura indicat: qui à fratribus *Gen 40.* inſidiis petitus, & ab illorum conuictu atque contubernio remotus, per venditionem rex eorum, quorum inſidiis petitus erat, deſignatus eſt: forſitan ad tantam dignitatem non progreſſus, niſi inuidia per inſidias illas iter ad regnum patefeciſſet. quemadmodum igitur ſi quis futuri ſcientia præditus Ioſepho prædixiſſet, Inſidiis petitus beatus eris, prima fronte credibilia dicere audienti, & ad id quod in præſentia acerbum eſt, reſpicienti non videretur (non enim fieri poſſe putaret, vt mali propoſiti bonus deſignaretur euẽtus) ita nimirum etiam hic cùm perſequutio, qua fideles à tyrannis agitantur, multum iuxta ſenſum acerbitatis habeat, efficit, vt ab iis, qui carni paulò magis obnoxij ſunt, ea, quæ per res aſperas & acerbas ipſis propoſita eſt, regni ſpes haud facilè admittatur atque probetur. Sed dominus naturæ vitio deſpecto prædicit infirmioribus, qualis laborioſi certaminis euentus ſit, vt ſpe regni temporalium rerum aduerſarum ſenſum facile deuincant. Idcirco magnus ille Stephanus gaudet lapidibus vndique petitus, ac veluti ſuauem *Act. 7.* quendam rorem crebros lapidum ictus, in modum floccorum niuis inſidẽtium, corpore cupidè excipit, ac benedictionibus nefarios homicidas proſequitur, pro his ipſis ne peccatum hoc eis imputaretur, orans, quoniã & promiſſionem audiuerat, & ſpem cum iis, quæ apparebant, congruere & conuenire videbat: nam cùm audiſſet eos, qui propter dominum perſequutionem paſſi eſſent, in regno cœlorum verſaturos eſſe, dum perſequutionem pateretur, vidit id quod ſperabatur: currenti enim ei per confeſſionem, quod ſperabatur, oſtenditur, cœlum apertum, diuina gloria ad certamen currentis de ſupramundanis partibus deſpectans, ille ipſe, qui in certaminibus athletæ teſtimonio celebrabatur. Nam præſidentis certamini ſtatio per ænigma atque verborũ inuolucrum, auxilium, quod certanti ferebatur, ſignificat, vt per hoc diſcamus eundem eſſe & eum, qui certamina ordinet atque diſponat, & eum, qui cũ ſuis certatoribus & athletis contra aduerſarios conſiſtat.

vitæ præſentis, quærenda & comparanda ſit noſtra vita, his verbis oſtendit, quòd Deus nobis ſit omnia, quæ huic vitæ videntur neceſſaria, cùm per quandam analogiam ac conuenientiam vnumquodque ſumatur ac percipiatur ad diuinius: adeò vt & Deus ſit nobis cibus, vt Deum eſt comedi conſentaneum, & potio, ſimiliter & indumentum, tegumentum, aër, locus, diuitiæ, delitiæ, pulchritudo, ſanitas, robur, prudentia, gloria, beatitudo, & quicquid inter bona cenſetur, cuius eget natura, ad id quod Deum decet, eorum quæ dicta ſunt reducta ſignificatione. Adeò vt per hoc diſcamus, quòd qui eſt in Deo, omnia habet, quòd illum habeat. Nihil autem aliud eſt habere Deum, quàm Deo eſſe vnitum. Non aliàs autem vniri poteſt quiſpiam, quàm ſi ſit ei concorporalis, vt nominat diuus Paulus. Omnes enim *Ephes. 5.* vni Chriſti corpori coniuncti per participationem, efficimur vnum eius corpus. Quando ergo bonum per omnia peruaſerit, tunc totum eius corpus viuificæ ſubijcietur poteſtati, & ſic huius corporis ſubiectio, dicitur eſſe ſubiectio ipſius filij cum ſuo corpore contemperati, quod quidem eſt Eccleſia: ſicut Apoſtolus dicit ad Coloſſenſes: *Coloſſ. 1.* Nunc gaudeo in paſſionibus meis, & adimpleo ea quæ deſunt afflictionibus pro Chriſto in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia: cuius factus ſum ergo miniſter ſecundũ diſpenſationem. Et ad Eccleſiam Corinthiorum: Vos, *1. Cor. 12.* inquit, eſtis corpus Chriſti, & membra ex membro. Apertius autem de eo dogma expoſuit Epheſiis, cùm dicit: Veraces in charitate, creſcamus in illo per *Eph. 4. 15.* omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnes ſubminiſtrationes ſecundum operationem in menſura vniuſcuiuſque membri, augmentum facit corporis inædificationem ſui in charitate: vtpotè quod per eos qui fidei ſemper adijciuntur Chriſtus ſeipſum ædificet. Qui tunc deſinet ſeipſum ædificare, quando ad propriam menſuram peruenerit eius corporis augmentum & perfectio: & nihil amplius defuerit corpori ad ædificij quod adijcitur, omnibus ſuperædificatis ſuper fundamẽtum

Ephes. 2. Apoſtolorum & Prophetarum, & fidei adiectis, quando, vt dicit Apoſtolus, *Ephes. 4.* occurrerimus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Si ergo cùm ſit ipſe caput, quod eſt deinceps ſuum corpus ædificat, per eos qui ſemper adduntur, compingens & connectens omnes ad ea ad quæ natus eſt vnuſquiſque, ſecundum menſuram operationis: vt ſit vel manus, vel pes, vel oculus, vel auris, vel aliquid aliud ex iis quæ complent corpus, conuenienter proportioni vniuſcuiuſque fidei: hæc autem faciens ſeipſum ædificat, ſicut dictum eſt: per hæc eſt perſpicuum, quòd cùm fuerit in omnibus, in ſeipſum ſuſcipit omnes ſibi vnitos per communicationem corporis: & omnes facit membra ſui corporis, adeò vt ſint quidem multa membra, vnum verò corpus. Qui ergo nos ſibi vniit, & nobis eſt vnitus, & per omnia nobiſcum vnum effectus, omnia noſtra ſua efficit propria. Noſtrorũ autem bonorum ſumma eſt & caput, Deo eſſe ſubiectũ, quando vniuerſa creatura ſibi fuerit conſonans: & omne genu ei ſe inflexerit, cœleſtium & terrenorũ, & inferorũ, & omnis lingua confeſſa fuerit, quod Dominus eſt Ieſus Chriſtus: tunc cum omnis creatura vnum corpus fuerit effecta, & omnia per obedientiam inter ſe inuicem ei coniuncta & coalita fuerint, ad ſe refert ſui corporis patri obedientiam. Nemini autem id quod dicitur videatur alienum. Nam nos quoque id quod fit per noſtrum corpus, per quandam conſuetudinem animæ adſcribimus. Ille enim qui ob agri fertilitatem ſuam alloquitur animam, dicens: *Luc. 12.* Comede, bibe, & lætare, repletionem carnis refert ad animam. Ita illic quoque, eccleſiaſtici corporis ſubiectio, refertur ad eum qui inhabitat in corpore. Et quandoquidem omne quod factum eſt, in ipſo ſeruatur; explicatur autẽ ſalus per ſubiectionem, ſicut nobis intelligendum ſtatuit ſcriptura Pſalmorum, conſequenter in hac parte diſcimus ab Apoſtolo credere, nihil eſſe extra eos, qui ſeruentur. Hoc autem ſignificat oratio per mortis ſubuerſionem & ſubiectionem filij: propter quod hæc inter ſe concurrunt, nempe

A τῶν προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, καὶ προστιθεμένων τῇ πίστει, ὅταν, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς ἄνδρα τέλειον εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Εἰ τοίνυν κεφαλὴ ὢν αὐτὸς, τὸ ἐφεξῆς αὐτοῦ σῶμα οἰκοδομεῖ, διὰ τῶν ἀεὶ προστιθεμένων συναρμολογῶν καὶ συμβιβάζων τοὺς πάντας εἰς ἃ πέφυκεν ἕκαστος κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐνεργείας· ὥστε ἢ χεῖρα, ἢ πόδα, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ἀκοὴν, ἢ ἄλλό τι γενέσθαι τῶν συμπληρούντων τὸ σῶμα, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου πίστεως· ταῦτα δὲ ποιῶν ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ, καθὼς εἴρηται· B δῆλον ἂν εἴη διὰ τούτων, ὅτι ἐν πᾶσι γινόμενος, εἰς ἑαυτὸν δέχεται πάντας τοὺς ἑνουμένους αὐτῷ διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ σώματος, καὶ μέλη τοῦ ἰδίου σώματος ποιεῖται τοὺς πάντας, ὥστε εἶναι πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα. ὁ τοίνυν πρὸς ἑαυτὸν ἡμᾶς ἑνώσας, καὶ ἡμῖν ἑνωθεὶς, καὶ διὰ πάντων ἓν πρὸς ἡμᾶς γινόμενος, τὰ ἡμέτερα οἰκειοῦται πάντα. κεφάλαιον δὲ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἐστὶν ὑποταγὴ, ὅταν ὁμόφωνος πᾶσα ἡ κτίσις γένηται πρὸς ἑαυτήν· καὶ πᾶν αὐτῷ γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξο- C μολογήσηται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστός· τότε πάσης τῆς κτίσεως ἓν σῶμα γενομένης, καὶ πάντων διὰ τῆς ὑπακοῆς μετ᾽ ἀλλήλων ἐν αὐτῷ συμφυέντων τὴν τοῦ ἰδίου σώματος πρὸς τὸν πατέρα ὑποταγὴν εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρει. μηδεὶς δὲ ξενιζέσθω τῷ λεγομένῳ. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τὸ διὰ τοῦ σώματος ἡμῖν γινόμενον κατά τινα συνήθειαν τῇ ψυχῇ λογιζόμεθα· ὡς διαλεγόμενος ἐκεῖνος τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ ἐπὶ τῇ εὐφορίᾳ τῆς χώρας ὅτι φάγε, καὶ πίε, καὶ εὐφραίνου, τὴν τῆς σαρκὸς πλησμονὴν εἰς τὴν ψυχὴν ἀναφέρει. οὕτω κἀ- D κεῖ ἡ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος ὑποταγὴ, ἀναφέρεται εἰς τὸν ἐνοικοῦντα τῷ σώματι. καὶ ἐπειδὴ πᾶν τὸ γινόμενον ἐν αὐτῷ σώζεται· ἡ δὲ σωτηρία διὰ τῆς ὑποταγῆς ἑρμηνεύεται, καθὼς ἡ ψαλμῳδία νοεῖν ὑπέθετο, ἀκολούθως τὸ μηδὲν ἔξω τῶν σωζομένων εἶναι πιστεύειν, ἐν τῷ μέρει τούτῳ τοῦ ἀποστόλου μανθάνομεν. τοῦτο δὲ τῇ τοῦ θανάτου καθαιρέσει καὶ τῇ τοῦ υἱοῦ ὑποταγῇ διασημαίνει ὁ λόγος· διότι συμβαίνει ταῦτα πρὸς

ἀλλήλα, τὸ τε μὴ εἶναι ποτὲ τὸν θάνατον, καὶ τὸ πάντας ἐν ζωῇ γενέσθαι. ζωὴ δὲ ὁ κύριος, δι' οὗ γίνεται κατὰ τὸν ἀποστολικὸν λόγον, παντὶ τῷ σώματι αὐτοῦ, ἡ προσαγωγὴ πρὸς τὸν πατέρα, ὅταν παραδιδῷ τὴν βασιλείαν ἡμῶν τῷ Θεῷ καὶ πατρί. σῶμα δὲ αὐτοῦ, καθὼς εἴρηται πολλάκις, πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ᾗ κατεμίχθη. διὰ τοῦτο δὲ τὸ νόημα, καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὠνομάσθη παρὰ τοῦ Παύλου ὁ κύριος. ὁ γὰρ ἐν τῷ πατρὶ ὢν, καὶ ἐν ἀνθρώποις γενόμενος, ἐν τούτῳ πληροῖ τὴν μεσιτείαν, ἐν τῷ ἑαυτῷ πάντας ἑνῶσαι, καὶ δι' ἑαυτοῦ τῷ πατρὶ, καθὼς φησιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὁ κύριος, πρὸς τὸν πατέρα τὸν λόγον ποιούμενος· καθὼς σὺ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοὶ, ἵνα οὕτω κἀκεῖνοι ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν. σαφῶς τοῦτο παρίστησιν, ὅτι ἑαυτῷ ἡμᾶς ἑνώσας ὁ ἐν τῷ πατρὶ ὢν, δι' ἑαυτοῦ τὴν πρὸς τὸν πατέρα συνάφειαν ἡμῶν ἀπεργάζεται. ἀλλὰ καὶ τὰ ἐφεξῆς τοῦ εὐαγγελίου συνᾴδει τοῖς εἰρημένοις· τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς. δόξαν γὰρ ἐνταῦθα λέγειν αὐτὸν οἶμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς διὰ τοῦ ἐμφυσήματος. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως ἑνωθῆναι τοὺς ἀπ' ἀλλήλων διεστηκότας, μὴ τῇ ἑνότητι τοῦ πνεύματος συμφυομένους. εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. τὸ δὲ πνεῦμα ἡ δόξα ἐστὶ, καθὼς φησιν ἑτέρωθι πρὸς τὸν πατέρα, δόξασόν με τῇ δόξῃ ἣν εἶχον ἀπ' ἀρχῆς παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. ὁ γὰρ Θεὸς λόγος ὁ πρὸ τοῦ κόσμου ἔχων τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν, ἐπειδὴ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν σὰρξ ἐγένετο· ἔδει δὲ καὶ τὴν σάρκα, διὰ τῆς πρὸς τὸν λόγον ἀνακράσεως ἐκεῖνο γενέσθαι, ὅπερ ὁ λόγος ἐστίν· γίνεται δὲ ἐκ τοῦ ἐκεῖνο λαβεῖν, ὃ πρὸ τοῦ κόσμου εἶχεν ὁ λόγος. τοῦτο δὲ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· οὐδὲν γὰρ ἄλλο προαιώνιον, πλὴν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα φησὶν, ὅτι τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα δι' αὐτῆς ἐμοὶ ἑνωθῶσι, καὶ δι' ἐμοῦ σοί. ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἐφεξῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ προκείμενα. ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν. σὺ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς, ὅτι ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς τὸ ἕν. ταῦτα γὰρ οὐδεμιᾶς ἐπεξηγήσεως οἶμαι χρῄζειν πρὸς τὸ συναρμοσθῆναι τῷ προκειμένῳ νοή-

A vt & tandem aliquando mors non ſit, & omnes in vita verſentur. Vita autem eſt Dominus, per quem conuenienter ei quod dicit Apoſtolus, vniuerſo eius corpori aditus fit ad patrem, quando tradiderit regnum Deo noſtro & patri. Corpus autem eius, ſicut ſæpe dictum eſt, omnis eſt humana natura, cui eſt admiſtus. Propter hunc ipſum autem ſenſum, nominatur Dominus à Paulo, mediator Dei & hominum. Nam qui eſt in patre, & verſatus eſt inter homines, in hoc implet ſuam interceſſionem quòd omnes ſibi vniuerit, & per ſe-
B ipſum patri, ſicut dicit Dominus in Euangelio ad patrem verba faciens, Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi vnum ſint in nobis. Per hoc enim apertè oſtendit, quòd nobis ſibi vnitis, Tim. 4. qui eſt in patre, per ſe efficit noſtram cum patre coniunctionem. Sed & quæ deinceps ſequuntur in Euangelio, conueniunt cum iis quæ dicta ſunt, nempe, Ioan. 17. Gloriam quam dediſti mihi, dedi eis. Suam enim, vt puto, hic dicit gloriam Spiritum ſanctum, quem dedit diſcipulis per inſufflationem. Neque enim
C poſſunt aliter vniri qui ſunt à ſe inuicem diſiuncti, niſi vnitate ſpiritus ſimul in vnam coniungantur naturam. Si quis enim ſpiritum Chriſti non habet, is non eſt eius. Spiritus autem eſt gloria, vt alibi dicit patri, Glorifica me gloria Ioan. 17.5. quam habui apud te ab initio, antequam mundus eſſet. Deus enim verbum, qui ante mundum gloriam patris habeat, poſtquam in vltimis diebus caro factus eſt: opportebat autem carnem quoque, per contemperationem cum Verbo, illud effici quod eſt Verbum: fit autem accipiẽdo, id quod ante
D mundum habuit Verbum. Id autem erat Spiritus ſanctus: neque enim aliud eſt ante ſęcula, præter Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: propterea hic quoq; dicit, gloriam quam dediſti mihi, dedi eis, vt per ipſam mihi eſſent vniti, & per me tibi. Videamus autem ea quoque quæ deinceps propoſita ſunt in Euangelio. Vt ſint vnum, ſicut nos vnum ſumus. Tu in me, & ego in ipſis, quoniã ego & tu vnum ſumus, vt ſint in vnum perfecti. Hæc enim exiſtimo non egere vlla expoſitione, ad hoc vt ſenſui pro-

poſito congruant, cum ipſa dictio de his dogma apertè exponat. Vt ſint vnum, ſicut nos vnum ſumus. Neque enim aliter fieri poteſt, vt omnes vnum fiant, ſicut nos vnum ſumus, niſi ſeparati ab omnibus quę ab inuicem illos diuidunt, nobis fuerint vniti, vt ſint vnum, quemadmodum nos vnum ſumus. Hoc autem quomodo fit, vt ego ſim in eis? Non poteſt enim fieri vt ego ſolus ſim in eis, ſed omnino tu quoque, quandoquidem ego & tu vnum ſumus: & ita fient in vnum perfecti, qui in nobis perfecti fuerint: nos enim vnum ſumus. Hanc autem gratiam apertius ſignificat per id quod deinceps dicitur, nempe dilexiſti eos, ſicut me dilexiſti. Si enim pater diligit filium, ſumus autem omnes in filio, qui per fidem in eum eius corpus efficimur, conſequenter qui filium eius diligit, etiam corpus filij vt ipſum filium. Nos autem illud ſumus corpus. Per ea ergo quæ dicta ſunt fit perſpicuus ſenſus Apoſtolicus, nempè quòd per eam, qua patri filius ſubijcitur, ſubiectionem ſignificetur cognitio, qua eum qui reuera eſt, agnoſcet omnis humana natura, & ſalus ipſius. Fiet autem id quod dicitur clarius etiam ex quibuſdam aliis ſententiis Apoſtolicis, ex quibus vnius Pauli meminero, conſultò multa vitans teſtimonia, ne prolixior fiat oratio. Dicit enim alicubi in iis quæ ſcripſit Paulus, Cum Chriſto ſum crucifixus: viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Si ergo nō amplius viuit Paulus qui cum Chriſto eſt crucifixus, ſed in eo viuit Chriſtus; quicquid à Paulo fit & dicitur, meritò refertur ad Chriſtum qui viuit in ipſo. Verba enim Pauli dicit à Chriſto dici, qui dixit: An quæritis experimentum Chriſti in me
2.Cor.13. loquentis? Bonas quoque actiones non dicit eſſe ſuas, ſed eas attribuit gratiæ Chriſti quæ in ipſo habitat. Si ergo qui in ipſo viuit Chriſtus, & operari & loqui quæ ſunt illius ex conſequenti dici-
1.Tim.5. tur: relictis autem omnibus quæ prius dominatum in ipſo obtinebant, quando erat blaſphemus & perſecutor, contumelioſúſque & inſolens, Paulus ad ſolum bonum aſpicit, & ei ſe reddit obedientem & morigerum: an non Pauli

A μάλα αὐτῆς φανερῶς τῆς λέξεως τὸ περὶ τούτων δόγμα ἐκτιθεμένης. ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν ἐσμεν. οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἄλλως τοὺς πάντας ἓν γενέσθαι, καθὼς ἡμεῖς ἐσμὲν ἕν, εἰ μὴ πάντων τῶν ἀπ᾽ ἀλλήλων αὐτοὺς διαμεριζόντων χωρισθέντες, ἑνωθεῖεν ἡμῖν οἵτινες ἐσμὲν ἕν. ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἐσμὲν ἕν. τοῦτο δὲ πῶς γίνεται, ὅτι ἐγὼ ἐν αὐτοῖς; οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἐμὲ γενέσθαι μόνον ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ πάντως καὶ σέ, ἐπειδὴ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν· καὶ οὕτως γενήσονται τετελειωμένοι εἰς τὸ ἕν, οἱ ἐν ἡμῖν τελειωθέντες· ἡμεῖς γὰρ τὸ ἕν. τὴν δὲ τοιαύτην χάριν φανερώτερον διασημαίνει τῷ ἐφεξῆς λόγῳ B οὕτως εἰπών, ὅτι ἠγάπησας αὐτούς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας. εἰ γὰρ ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱόν· ἐν δὲ τῷ υἱῷ πάντες γινόμεθα οἱ διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως σῶμα αὐτοῦ γινόμενοι, ἀκολούθως ὁ τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ ἀγαπῶν, ἀγαπᾷ καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ σῶμα ὡς αὐτὸν τὸν υἱόν. ἡμεῖς δὲ τὸ σῶμα. οὐκοῦν φανερὸν διὰ τῶν εἰρημένων γέγονε τὸ ἀποστολικὸν νόημα, ὅτι πάσης ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν γινομένην τοῦ ὄντος ἐπίγνωσίν τε καὶ σωτηρίαν ἡ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὑποταγὴ διασημαίνει. σαφέστερος δὲ γένοιτ᾽ ἂν ἡμῖν ὁ C λόγος καὶ ἐξ ἑτέρων τινῶν ἀποστολικῶν νοημάτων, ἐξ ὧν ἑνὸς ἐπιμνησθήσομαι μόνου τὰς πολλὰς τῶν μαρτυριῶν εὐλαβείας, τοῦ μὴ εἰς πλῆθος ἐκτεῖναι τὸν λόγον, παραιτησάμενος. φησὶ γάρ που τῶν ἑαυτοῦ λόγων ὁ Παῦλος, ὅτι Χριστῷ συνεσταύρωμαι· ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. οὐκοῦν εἰ μηκέτι ὁ Παῦλος ζῇ ὁ τῷ κόσμῳ σταυρωθείς, ἀλλ᾽ ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ ζῇ, πᾶν τὸ παρὰ τοῦ Παύλου γινόμενόν τε καὶ λεγόμενον, εἰκότως εἰς τὸν ἐν αὐτῷ ζῶντα Χριστὸν διαφέρεται. καὶ γὰρ τὰ ῥήματα τοῦ Παύλου παρὰ τοῦ Χριστοῦ λαλεῖσθαι φησίν, ὁ εἰπών· ἢ D δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. καὶ τὰ εὐαγγελικὰ κατορθώματα οὐχ αὐτοῦ φησιν εἶναι, ἀλλὰ τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ τῇ οἰκούσῃ ἐν αὐτῷ ἀνατίθησιν. εἰ τοίνυν ὁ ἐν αὐτῷ ζῶν Χριστὸς ἐνεργεῖν τε καὶ φθέγγεσθαι τὰ ἐκείνου κατὰ τὸ ἀκόλουθον λέγεται· πάντων δὲ ἀποστὰς ὁ Παῦλος τῶν πρότερον ἐπικρατούντων, ὅτι ἦν βλάσφημος καὶ διώκτης, καὶ ὑβριστής, πρὸς μόνον τὸ ἀληθινὸν ἀγαθὸν βλέπει, καὶ τούτῳ ἑαυτὸν ποιεῖ εὐπειθῆ καὶ ὑπήκοον· ἆρα καὶ ἡ ὑποταγὴ

τοῦ Παύλου ἡ πρὸς τὸν Θεὸν γινομένη, εἰς τὸν ἐν αὐτῷ ζῶντα τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ὃς καὶ λαλεῖ ἐν τῷ Παύλῳ τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἐργάζεται· ἀγαθῶν δὲ πάντων κεφάλαιον, ἡ πρὸς τὸν Θεόν ἐστιν ὑποταγή. ὃ δὲ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς εὗρεν ὁ λόγος, τοῦτο καὶ πάσῃ τῇ κτίσει τῶν ἀνθρώπων εὐλόγως ἐφαρμοσθήσεται, ὅταν, καθώς φησιν ὁ κύριος, ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τὸ εὐαγγέλιον κηρυχθῇ. πάντων γὰρ ἀποθεμένων τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, σὺν ταῖς πράξεσι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, καὶ δεξαμένων ἐν αὐτοῖς τὸν κύριον, ἀναγκαίως ὁ ἐν αὐτοῖς ζῶν ἐνεργεῖ τὰ ἀγαθὰ τὰ παρ᾽ ἐκείνων γινόμενα. τὸ δὲ ἀκρότατον τῶν ἀγαθῶν πάντων, ἡ σωτηρία, ἡ διὰ τῆς τοῦ κακοῦ ἀλλοτριώσεως ἡμῖν γινομένη. ἀλλὰ μὴν οὐκ ἔστιν ἄλλως τοῦ κακοῦ χωρισθῆναι, μὴ τῷ Θεῷ διὰ τῆς ὑποταγῆς ἀνακραθέντας· ἄρα καὶ αὐτὴ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὑποταγὴ εἰς τὸν ἐν ἡμῖν ζῶντα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. εἴ τι γὰρ καλὸν, αὐτοῦ· καὶ εἴ τι ἀγαθὸν, παρ᾽ αὐτοῦ, φησίν τις τῶν προφητῶν. ἐπεὶ οὖν καλόν τε καὶ ἀγαθὸν ἡ ὑποταγὴ, ἀνεδείχθη ἐκείνου, καὶ τούτου τὸ ἀγαθὸν πάντως παρ᾽ οὗ ἡ ὁλότης ἀγαθοῦ φύσις, ὡς ὁ τοῦ προφήτου λόγος. μηδεὶς δὲ πρὸς τὴν κοινὴν κατάχρησιν τοῦ τῆς ὑποταγῆς ὀνόματος βλέπων, ἀθετείτω τὸ ὄνομα. οἶδε γὰρ ἡ σοφία τοῦ μεγάλου Παύλου πρὸς τὸ δοκοῦν κεχρῆσθαι κατ᾽ ἐξουσίαν τοῖς ῥήμασι, καὶ τῷ ἰδίῳ τῆς διανοίας εἱρμῷ προσαρμόζειν τὰς τῶν ῥημάτων ἐμφάσεις, κἂν πρὸς ἄλλας τινὰς ἐννοίας ἡ συνήθεια τὴν κατάχρησιν τῶν λέξεων φέρῃ. ἐπεὶ πόθεν εἴληπται αὐτῷ ἡ τοῦ ἐκένωσεν ἑαυτὸν χρῆσις· καὶ τὸ, καύχημά μου οὐδεὶς κενώσει· καὶ τὸ, κεκένωται ἡ πίστις· καί, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ· ἐκ ποίας ταῦτα χρήσεως εἰς τὸν ἑαυτοῦ προεδέξατο λόγον; τίς δὲ κρίνει αὐτὸν εἰπόντα, ὅτι ἱμειρόμενοι ὑμῶν, δι᾽ ἧς λέξεως τὴν ἀγαπητικὴν ἐνδείκνυται σχέσιν; πόθεν δὲ τὸ ἀνυπερήφανον τῆς ἀγάπης, διὰ τῆς μὴ περπερεύεσθαι λέξεως ἐνεδείξατο; ἡ δὲ ἐριστικὴ καὶ ἀμυντικὴ φιλονεικία, πῶς τῷ τῆς ἐριθείας παρ᾽ αὐτοῦ σημαίνεται ῥήματι, φανεροῦ πᾶσιν ὄντος, ὅτι ἐκ τῆς ἐριουργίας ἡ ἔριθος ἐκ τῆς γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ τὴν περὶ τὰ ἔρια σπουδὴν τῷ ὀνόματι τῆς ἐριθείας σημαίνειν εἰώθαμεν· ἀλλ᾽ ὅμως χαίρειν ἐάσας ὁ Παῦλος τὰς ἐτυμολογίας ψυχρὰς, δι᾽ ὧν βούλεται λέξεων

A quæ Deo facta eſt ſubiectio, refertur ad eum qui in ipſo viuit, & qui in Paulo bona loquitur & operatur: Bonorum autem omnium ſumma eſt Deo eſſe ſubiectum. Quod autem in vno inuenit oratio, hoc iure accommodabitur vniuerſæ hominum creaturæ, quando, ſicut dicit Dominus, in vniuerſo mundo prædicatum fuerit Euangelium. *Luc. 24.* Nam cùm omnes veterem exuerint hominem, cum eius actionibus & concupiſcentiis, & in ſe Dominum ſuſceperint, *Matth. 26.* neceſſariò qui in eis viuit, quæ ab illis fiunt operatur bona. Omnium B autem bonorum ſumma, eſt ſalus quæ fit in nobis per alienationem à malo. Atqui non alia ratione fieri poteſt vt à malo ſeparemur, quàm ſi per ſubiectionem Deo fuerimus contemperati: itaque ipſa quoque Deo ſubiectio, refertur ad eum qui viuit in nobis. Nam ſi quid pulchrum eſt & honeſtum, eſt eius: & ſi quid eſt bonum, ab ipſo eſt, ait quidam ex Prophetis. Quoniam ergo ſi bonum eſt & honeſtum ſubiectio, *Hierem. 32.* eam illius eſſe eſt oſtenſum: eius *Iacob. 3.* quoque bonum eſt omnino à quo eſt vniuerſi boni natura, vt dicit Prophe- C ta. Nemo autem aſpiciens ad communem ſubiectionis nominis abuſionem, nomen aſpernetur & abroget. Solet enim magni Pauli ſapientia liberè vti verbis ad id quod ſibi videtur, & propriæ cogitationis connexioni adaptare verborum ſignificationes, etiamſi ad aliquas alias mentis conceptiones vſum dictionum ferat conſuetudo. Nam vndénam ſumptus eſt vſus huius dictionis, Seipſum exinaniuit, &, Gloriationem meam nemo exinaniet aut euacuabit: & illud, Exinanita fides: &, ne crux *Phil. 2.* Chriſti exinaniatur vel euacuetur: Ex *1. Cor. 6.* quónam vſu hæc adſumpſit ad ea quæ *1. Cor. 1. 17* ſcripſit? Quis autem eum iudicat di- *1. Theſſ. 2.* centem, Vos cupiens, per quod indi- *1. Cor. 13.* D cat affectum dilectionis? *Rom. 2.* Vnde autem à faſtu & ſuperbia alienam indicauit charitatem: propterea quòd non agat perperam? Litigioſa autem & ad vlciſcendum propenſa contentio ab eo ſignificatur verbo ἐριθείας, cum ſit omnibus manifeſtum, quod ex lanificio nominatur ἔριθος, & quod in lanas confertur ſtudiũ, nomine ἐριθείαν ſolemus ſignificare: attamen etymologiam frigidã iubens valere Paulus, per quas vult dictio-

nes quem vult ſenſum oſtendit. Nam multa etiam alia, ab iis qui diligenter exquirunt & examinant, inueniri poterunt in verbis Apoſtoli, quæ non ſeruiunt vſui conſuetudinis, ſed quadam propria mentis conceptione liberè ab ipſo proferuntur, minimè aduertente conſuetudinem. Ita etiam hîc quoque ſignificatum ſubiectionis aliud à Paulo eſt excogitatum, diuerſum ab iis quæ communiter intelliguntur. Quod dicimus autem probatur, quòd neque quæ in hac parte eſt ſubiectio inimicorum quorum meminit, neceſſitatem habet & violentiam inuoluntariam, quo modo dixerint qui ſeruiunt conſuetudini: ſed apertè in eo, nomine ſubiectionis ſalus exponitur: huius autem rei & argumentum, quòd in hac parte à Paulo ſit diſtinctum nomen inimicitiarum in duas ſignificationes. Nam ex inimicis alios quidem dicit eſſe ſubijciendos: alios verò delendos. Delebitur quidem qui ex natura inimicus, nempe mors, & quod circa eam verſatur peccati imperium viſque & poteſtas. Subijcientur autem qui alia ratione Dei dicuntur inimici, qui à regno transfugerunt ad peccatum: quorum etiam meminit in epiſtola ad Romanos, dicens:

Rom. 5. Si enim cùm inimici eſſemus, Deo reconciliati ſumus. Nam quod hîc ſubiectionem, illic nominat reconciliationem: per vtrumque nomen vnam indicans ſententiam, nempe ſalutem. Quomodo enim ex ſubiectione accedit ſalus: ita etiam alibi dicit

Rom. 5. 10 quòd reconciliati ſalui erimus in vita eius. Atque eiuſmodi quidem inimicos dicit ſubijci Deo & patri: mortem autem, & quod in ipſa eſt imperium, non amplius futurum. Hoc enim oſtendit dictio, Delebitur aut exinanietur: adeò vt ex hoc ſit perſpicuum, quòd malorum quidem potentia omnino tolletur: qui autem propter inobedientiam vocati ſunt Dei inimici, ij per ſubiectionem Dei fient amici, cùm fidem adhibuerint dicenti, pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo per nos hortante, rogamus pro Chriſto, reconciliamini Deo, & conuenienter promiſſioni quæ facta eſt in Euangelio, reconciliati non amplius numerabuntur inter ſeruos, ſed inter amicos. Illud autē, Oportet enim

A ὃ βούλεται περίεστι νόημα. καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζουσιν εὑρεθείη ἂν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ἀποστόλου, μὴ δουλεύοντα τῇ χρήσει τῆς συνηθείας, ἀλλὰ κατά τινα ἰδιάζουσαν ἔννοιαν ἐπ᾽ ἐξουσίας παρ᾽ αὐτοῦ προφερόμενα μηδὲν ἐπιστρεφομένου πρὸς τὴν συνήθειαν. οὕτω τοίνυν καὶ ἐνταῦθα τὸ τῆς ὑποταγῆς σημαινόμενον ἄλλο τι παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ὑπὸ τοῦ Παύλου νενόηται. ἀπόδειξις δὲ τοῦ λόγου, ὅτι οὔτε ἡ ἐν τῷ μέρει τούτῳ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ μνημονευθέντων ἐχθρῶν ὑποταγὴ τὸ κατηναγκασμένον τε καὶ ἀκούσιον ἔχει, καθὼς ἂν εἴποιεν οἱ τῇ

B συνηθείᾳ δουλεύοντες· ἀλλὰ σαφῶς ἐπ᾽ αὐτῶν ἡ σωτηρία, τῷ ὀνόματι τῆς ὑποταγῆς ἑρμηνεύεται· τεκμήριον δὲ τὸ διεστάλθαι κατὰ τὸ μέρος τοῦτο ὑπὸ τοῦ Παύλου τὸ τῆς ἔχθρας ὄνομα εἰς διπλῆν σημασίαν. τῶν γὰρ ἐχθρῶν τοὺς μὲν ὑποταγήσεσθαι λέγει· τοὺς δὲ καταργηθήσεσθαι. καταργηθήσεται μὲν οὖν ὁ τῇ φύσει ἐχθρὸς, τουτέστιν ὁ θάνατος, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν τῆς ἁμαρτίας ἀρχή τε καὶ ἐξουσία καὶ δύναμις. ὑποταγήσονται δὲ οἱ καθ᾽ ἕτερον λόγον ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ λεγόμενοι οἱ ἀπὸ τῆς βασιλείας πρὸς

C τὴν ἁμαρτίαν αὐτομολήσαντες, ὧν καὶ ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους μέμνηται λόγῳ, εἰπών· ὅτι εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ. τὴν γὰρ ἐνταῦθα ὑποταγὴν, ἐκεῖ καταλλαγὴν ὀνομάζει· ἓν νόημα δι᾽ ἑκατέρου τῶν ὀνομάτων ἐνδειξάμενος τὴν σωτηρίαν. ὡς γὰρ ἐκ τῆς ὑποταγῆς τὸ σωθῆναι προσγίνεται· οὕτω καὶ ἐν ἑτέρῳ φησὶν, ὅτι καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. τοὺς μὲν οὖν τοιούτους ἐχθροὺς ὑποτάσσεσθαι λέγει τῷ Θεῷ καὶ πατρί· τὸν δὲ θάνατον, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ἀρχὴν μηκέτι ἔσε-

D σθαι. τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται ἡ τοῦ καταργηθήσεσθαι λέξις· ὡς διὰ τούτου γενέσθαι δῆλον, ὅτι τῶν μὲν κακῶν ἡ δυναστεία εἰς τὸ παντελὲς ἐξαρθήσεται· οἱ δὲ διὰ τῆς παρακοῆς ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ κληθέντες, οὗτοι διὰ τῆς ὑποταγῆς, φίλοι τοῦ κυρίου γενήσονται, ὅταν πεισθῶσι τῷ λέγοντι, ὅτι ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι᾽ ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ, καὶ κατὰ τὴν γενομένην ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὑπόσχεσιν, οὐκέτι ἐν τοῖς δούλοις ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς φίλοις καταλλαγέντες ἀριθμηθήσονται. τὸ δέ, δεῖ γὰρ

αὐτὸν

αὐτὸν βασιλεύειν, ἕως ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐσεβῶς ὡς οἶμαι, παραδεξόμεθα τὸ ἀριστεύειν αὐτὸν διὰ τοῦ βασιλεύειν νοήσαντες. τότε γὰρ παύεται τῆς ἀριστείας ὁ δυνατὸς ἐν πολέμῳ, ὅταν ἀφανισθῇ πᾶν τὸ τῷ ἀγαθῷ ἀντικείμενον, ὅταν πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν συναγαγὼν προσαγάγῃ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, πρὸς ἑαυτὸν ἑνώσας τὰ πάντα. τὸ γὰρ παραδοῦναι αὐτὸν τῷ πατρὶ τὴν βασιλείαν, τοῦτό ἐστι κατὰ τὴν διάνοιαν τῷ προσαγαγεῖν τοὺς πάντας τῷ Θεῷ, δι' οὗ ἔχομεν τὴν πρὸς τὸν πατέρα. πάντων τοίνυν τῶν ποτε ἐχθρῶν ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ Θεοῦ γενομένων ἐν τῷ δέξασθαι τὸ θεῖον ἴχνος ἐν ἑαυτοῖς, καὶ τοῦ θανάτου καταργηθέντος· μὴ γὰρ ὄντων τῶν ἀποθνησκόντων, οὐδὲ ὁ θάνατος ἔσται πάντως· τότε ἐν τῇ πάντων ἡμῶν ὑποταγῇ, ἥτις οὐχὶ δουλικὴ νοεῖται ταπεινότης, ἀλλὰ βασιλεία καὶ ἀφθαρσία, καὶ μακαριότης, ὁ ἐν ἡμῖν ζῶν, ὑποταγήσεσθαι τῷ Θεῷ παρὰ τοῦ Παύλου λέγεται, ὁ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν δι' ἑαυτοῦ τελειῶν, καὶ ποιῶν ἑαυτῷ ἐν ἡμῖν τὸ εὐάρεστον. ταῦτα κατὰ τὸ μέτρον τῆς διανοίας ἡμῶν, ἐκ τῆς μεγάλης τοῦ Παύλου σοφίας, ὅσον ἐχωρήσαμεν, ἐν τῷ μέρει τούτῳ κατενοήσαμεν, δεῖξαι βουλόμενοι, τῷ μὴ ἐπισκέψασθαι τοὺς τῶν αἱρετικῶν δογμάτων προστάτας τὸν τοῦ ἀποστόλου σκοπὸν, πρὸς ὃν βλέπων τὸν παρόντα λόγον πεποίηται. Εἰ μὲν οὖν αὐτάρκης σοι γέγονεν ἡ ἐπὶ τῷ ζητήματι τούτῳ πληροφορία διὰ τῶν εἰρημένων, εἰς τὸν Θεὸν ἀνακτέον τὴν χάριν. εἰ δέ τι καὶ λείπειν σοι φαίνοιτο, δεξόμεθα ἐν προθυμίᾳ λείποντος ἀναπλήρωσιν, εἴπερ ἡμῖν παρὰ σοῦ τε γνωρισθείη διὰ τοῦ γράμματος, καὶ παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος φανερωθείη διὰ τῶν εὐχῶν ἡμῶν ἡ τῶν κρυφίων φανέρωσις.

A eum regnare, donec poſuerit inimicos ſub pedibus ſuis, piè, vt arbitror, accipiemus, ſi per regnare intellexerimus eum fortiſſimè ſe gerere. Tunc enim ſe fortiſſimè gerere deſinit qui potens in bello, quando deletum fuerit quicquid bono aduerſatur: quando vniuerſo regno coacto, Deo & patri obtulerit, & ſecum vniuerit vniuerſa. Ipſum enim patri tradere, hunc habet ſenſum, omnes ad Deum adducere, per quem in vno ſpiritu habemus acceſſum ad patrem. Cùm ergo omnes qui aliquando Dei inimici, facti fue-
B rint ſcabellum pedum Dei, eo quòd in ſe diuina ſuſceperint veſtigia, & mors fuerit deleta: (nam ſi non ſint qui moriantur, ne mors quidem erit tunc omnino) in omnium, vt opinor, ſubiectione, quæ non ſeruilis aliqua intelligitur humilitas, ſed regnum & incorruptio, & felicitas, qui in nobis viuit, à Paulo dicitur Deo ſubijciendus, qui bonum noſtrum per ſe perfecit, & facit in nobis id quod eſt ipſi gratum & acceptum. Hæc pro noſtri ingenij modulo, ex magni Pauli ſapientia, quantum capere potuimus,
C hac in parte excogitauimus, volentes oſtendere hæreticorũ dogmatum principes Apoſtoli ſcopum minimè conſideraſſe, ad quem intuens hæc dixit. Si ergo per ea quæ dicta ſunt in hac quæſtione, tibi fuit ſatisfactum, Deo agendæ ſunt gratiæ. Quod ſi quid videtur adhuc deeſſe, prompto & alacri animo ſuſcipiemus eius quod deeſt ſupplementum, ſi tu id ſcriptis nobis declaraueris, & à ſancto Spiritu per preces noſtras occultorum facta fuerit manifeſtatio.

A

EIVSDEM EX QVÆSTIONIBVS DE EO, QVID SIT, ad imaginem Dei & ad ſimilitudinem.

Gen.1.26.

Frontone Ducæo interprete.

QVI conditam à Deo vultus ſui pulchritudinem certiſſimè volunt cognoſcere, non alia opinor ratione propriam imaginem formámque faciei contemplari poſſunt, quàm mundiſſimi cuiuſdam ſpeculi opera, cui ſpeciem oris ſui admouentes, in eo & per ipſum intus formam quãdam, velut ex æmulatione repræſentatam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam clarè intuentur. Et nos igitur tanquam in ſpeculo quodam conuerſis ad diuinam ſpiritalis ſolis radium oculis, inde maniſeſtè adumbratam ſpeciem formam & imaginem illius, quod in natura noſtra eſt ad imaginem ſimilitudinémque Dei, diſcamus. Eſt enim, eſt inquam, vt mihi quidem videtur, hominis creatio & ſtructura formidabilis atque ad interpretandum difficilis, multáque & recondita Dei exprimit in ſe myſteria. Et quemadmodum oculi natura facilè quidem ea, quæ ſunt extra ſe, percipit, ſeipſam ſuámque qualitatem non poteſt capere: ſic & omni humanæ mentis oculo, viſu cognitúque difficilis eſt ratio noſtræ creationis. Poſtquam enim ſimplicem maximéque ſpiritalem virtutum inuiſibilium mundum creator abſoluit, & poſt illum hunc etiam materialem & aſpectabilem ex quatuor elementorum corporibus conflatum, tunc ait, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & animal condit quaſi mixtum quendam mundum duobus mundis cognatum, ex incorporea & immortali & incorruptibili anima; & ex materiali oculiſq; ſubiecto corpore, ex quatuor elementis compoſito coagmentatum & iunctum. Quo facto rurſus ait ſcriptura: Et fecit Deus

Gen.1.27.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΚ ΤΩΝ ΑΠΟΡΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΤΙ ἐστι τὸ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

B ΟΙ τὴν ἑαυτῶν ἀπλανῶς τοῦ προσώπου θεόκλιτον ὡραιότητα κατανοεῖν βουλόμενοι, οὐκ ἄλλως πως τὴν οἰκείαν εἰκόνα, καὶ τοῦ προσώπου τὸν χαρακτῆρα ἐνοπτρίζεσθαι δύνανται, ἀλλ' ἢ διά τινος καθαρωτάτου ἐσόπτρου, ἐν ᾧ τὴν οἰκείαν τῆς ὄψεως εἰκόνα προσπελάζοντες, ἐν ἑαυτῷ καὶ δι' αὐτοῦ ὁρῶσι τρανῶς ἔνδον ἀντίμιμόν τινα χαρακτῆρα κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἑαυτῶν. Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ πρὸς τὴν θείαν ἀκτῖνα τοῦ νοεροῦ ἡλίου ἀτενίσαντες, ἐκεῖθεν ἐναργῶς τὸ ἀποσκίασμα καὶ τὴν μορφὴν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ C κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τῆς ἡμετέρας καταμάθωμεν φύσεως. ἔστι γὰρ ἐστιν, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, ἡ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴ φοβερά τις καὶ δυσερμήνευτος, καὶ πολλὰ καὶ ἀπόκρυφα ἐν αὐτῇ μυστήρια Θεοῦ ἐξεικονίζουσα. καὶ ὥσπερ ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ φύσις, τὰ μὲν ἐκτὸς ἑαυτῆς εὐχερῶς κατανοεῖ, ἑαυτὴν δὲ κατανοῆσαι ὁποία ἐστὶν οὐ δύναται· οὕτω παντὶ ὀφθαλμῷ ἀνθρωπίνης διανοίας δυσθεώρητος καὶ δυσκατάληπτος ὁ τῆς ἡμετέρας δημιουργίας λόγος καθέστηκε· συντε- D λέσας γὰρ ὁ κτίστης τὸν ἁπλοῦν καὶ νοερώτατον τῶν ἀοράτων δυνάμεων κόσμον, μεθ' ὃν καὶ τὸν ὑλικὸν τοῦτον καὶ ὁρώμενον τὸν ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκείμενον, τότε φησὶ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ποιεῖ ζῶον, ὥσπερ τινὰ μικτὸν κόσμον συγγενῆ τῶν δύο κόσμων ἐξ ἀσωμάτου καὶ ἀθανάτου καὶ ἀφθάρτου ψυχῆς, καὶ ἐξ ὑλικοῦ καὶ ὁρωμένου τετραστοίχου σώματος συγκείμενον. οὗ τινος γενομένου πάλιν φησὶν ἡ γραφή· ὅτι καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν

ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· A Θεὸν δὲ λέγει τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ διάφοροι γνῶμαι περὶ τούτου τοῖς ἐξηγηταῖς ἐρρήθησαν· οἱ μὲν γὰρ τὸ ἀρχικὸν καὶ ἐξουσιαστικὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν εἶπον· ἕτεροι δὲ τὸ νοερὸν καὶ ἀόρατον τῆς ψυχῆς. ἄλλοι τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀναμάρτητον, ὅτε γέγονεν ὁ Ἀδάμ. ἕτεροι προφητείαν αὐτὸ εἰρήκασι περὶ τοῦ βαπτίσματος· ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοὶ ἔνια περὶ τούτου εἰπεῖν, καὶ πρό γε πάντων B ἐκεῖνο ζητῆσαι ἄξιον, τὸ, τί δήποτε μὴ μᾶλλον τοὺς νοεροὺς καὶ ἀΰλους, καὶ οὐρανίους, καὶ πλησιοθέους ἀγγέλους ὠνόμασεν ὁ Θεὸς κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ; καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀρχικὸν καὶ ἐξουσιαστικὸν πάσης τῆς γῆς, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου αὐτοὶ ἔχουσι, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον· ὁμοίως καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ τὸ ἄϋλον, καὶ τὸ ἀόρατον, καὶ τὸ καθαρὸν, καὶ πάντα ὅσα ἄλλα ἰσχύομεν περὶ τοῦ Ἀδὰμ εἴποις, ὑπερβαλλόντως εἰσὶν ἐν τοῖς νοεροῖς καὶ οὐρανίοις τῶν ἀσωμάτων χοροῖς. ἔοικεν οὖν τι βαθύτερον ἡμῖν τὴν C προκειμένην τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ ἀνθρώπου αἰνίττεσθαι. οὐ γὰρ μίαν τινὰ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος κέκτηται· ἀλλὰ καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην ἐξεικονίζων ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ καὶ σκιαγραφίᾳ τυπικῇ οὐ φυσικῇ τῆς τρισυποστάτου θεότητος τὸ μυστήριον. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος Θεοῦ λόγου σαφῶς προγράφων. καὶ τάχα κατ' εἰκόνα μέν ἐστι γυμνὴ ἡ ψυχὴ τῆς θεότητος, καθ' ὁμοίωσιν δὲ τῆς τοῦ λόγου σαρκώσεως τὸ σύνθετον τῆς ἡμῶν ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος. μᾶλλον δὲ ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἀναδραμόντες, ἐκεῖθεν ὥσπερ ἔκ τινος βαθυτάτης πηγῆς πρότερον ζητοῦντες, τὸ, τί δήποτε μὴ D καθ' ὁμοιότητα τῶν λοιπῶν λογικῶν, ἤγουν τῶν ἀγγέλων, ἢ πάλιν κατ' ἰσότητα τῶν ἐμψύχων ζώων ὁμοιοτρόπως τὰς προπατορικὰς καὶ κορυφαίους ἡμῶν ὁ Θεὸς ὑποστάσεις, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὔας, καὶ τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτῶν υἱοῦ πεποίηκεν; ἀλλὰ τὸν μὲν Ἀδὰμ ἀναιτίως καὶ ἀγεννήτως ὑπέστησεν,

A hominem, ad imaginem Dei fecit illum: Deum verò dicit Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Ac multę quidem diuerſæque ſententiæ de hoc argumento ab enarratoribus ſunt dictæ. quidam enim facultatem imperandi & principatum hominis illud ad imaginem & ſimilitudinem eſſe dixerunt: alij verò eam conditionem animæ, vt ſit ſpiritalis & inuiſibilis: alij quòd incorruptibilis & à peccato immunis eſſet, cùm editus fuit in lucem Adam: alij prophetiam iſtud eſſe dixerunt de baptiſmo: *Cur de angelis hoc dictum non ſit.* Poſt omnes autem tanquam abortiuo B viſum eſt & mihi de hac re nonnulla verba facere, atque imprimis illud quærere operæpretium eſſe, quánam tandem cauſſa non ſpiritales potius & ab omni materiæ concretione ſeiunctos ac cœleſtes, Deóque proximos angelos appellarit Deus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creatos. Etenim principatum atque imperium in terram vniuerſam atque in hominem ipſum obtinent illi, imò etiam amplius quàm homo. Pari ratione immortalem eſſe, à materia ſegregatum, inuiſibilem & purum, atque omnia, quæ de Adamo dixeris, C excellentiùs inſunt ſpiritualibus & cœleſtibus incorporearum mentium choris. Quippiam igitur profundius nobis, quàm prima fronte pateat, illud ad imaginem, quod eſt in homine, obſcurè indicat. Non enim vnam quandam imaginem ac ſimilitudinem Dei poſſidet in ſe homo, ſed & ſecundam, & tertiam, tanquam in ſpeculo quodam & adumbrata effigie fictitia & typica, non phyſica diuinitatis, in qua ſunt tres perſonę, myſterium exprimens: neque verò id ſolum ſed & vnius ex ſancta Trinitate Dei verbi incarnationem prænuntiat. Ac fortaſſe ad imaginem quidem eſt diuinitatis nuda anima, ad ſimilitudinem autem incarnationis Verbi iſtud animæ D noſtræ, corporiſq; compoſitum. Verùm ad ipſum orationis principium ipſius recurramus, atque inde tanquam ex altiſſimo quodam fonte, primùm deducamus, quid cauſſæ ſit, cur non ad ſimilitudinem cæterorum rationalium, nimirum angelorum, aut rurſus pari ratione, qua præditas ſenſu animantes, eodémque modo affectas, principes generis noſtri ac primarias perſonas, Adami inquam & Euæ, filijque ex ipſis procreati in lucem ediderit? ſed Adamum quidem ſine cauſſa & generatione condiderit,

ſecundum verò ab ipſo hominem filium per generationem : Eua autem non per generationem , neque rurſus ſine cauſſa vel principio , ſed per ſumptionem ſiue proceſſionem ex ſubſtantia Adami cauſſa carentis ineffabili ratione progreſſa naturam acceperit ? An verò etiam hæc tria primorum parentum capita totius humanæ naturæ, perſonæ conſubſtantiales ad imaginem quandam , vt Methodio viſum eſt, ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis figuratè ſunt factæ ? ſic vt Adamus quidem, qui ſine cauſſa & ingenitus eſt, figuram & imaginem generat eius, qui cauſſam & principium non habet, éſtque omnium cauſſa, omnipotentis ſcilicet Dei,& patris: filius autem, qui genitus eſt, geniti filij ac Dei Verbi delinearit imaginem & adumbrarit : Eua demùm, quæ in lucem procedendo ſit edita, Spiritus ſancti perſonam ex proceſſione ortam deſignarit ? Quamobrem neque vitæ flatum in eam Deus inſufflauit, quòd ſancti Spiritus flatus vitæque figura eſſet ipſa , quódque per Spiritum ſanctum Deum, qui omnium verè ſpiritus eſt & vita, eſſet exceptura. Vnde intueri licet ac mirari quòd Adã quidem , qui genitus non erat, alium inter homines ſimilem non habuerit, qui ingenitus eſſet, aut ſine principio: vt neque Eua quæ ex proceſſione orta erat, vtpotè qui veræ figuræ patris ingeniti & Spiritus ſancti eſſent: filius autem qui genitus erat, omnes homines, qui geniti filij erant, ſimiles fratres habuerit : vt qui ad imaginem & ſimilitudinem typicam eſſet Chriſti geniti filij, qui factus eſt homo primogenitus ſine ſemine in multis fratribus. Quod ſi ita non ſit, neque hac ratione exponi oporteat illud ad imaginem, cur quæſo non quatuor, aut duæ aut plures ortæ ſunt primorum parentum perſonæ, quæ variatas haberent ſuas hypoſtaticas proprietates ? ingenitum inquam eſſe, genitum eſſe, & ex proceſſione prodiiſſe, ſed tres & hæ ſolæ ? Habes igitur ad imaginem & ſimilitudinem typicam Trinitatem in vnitate in tribus perſonis : ſequitur deinceps vt intelligas etiam in Trinitate vnitatem. Quo verò pacto id optimè internoſcere poſſis, audi ex quodam è ſapientibus, qui te adhortatur, itáque alloquitur: Si Deum vis noſſe, prius teipſum noſce: ex tua conſtitutione, ex tua ſtructura, inquit,

Methodius citatur.

Rom. 8. 29.

A τὸν δὲ δεύτερον αὐτοῦ ἄνθρωπον τὸν υἱὸν γεννητόν· τὴν δὲ Εὔαν οὐ γεννητῶς, οὐδὲ πάλιν ἀναιτίως, ἀλλὰ ληπτῶς, ἤτοι ἐκπορευτῶς ἐκ τῆς οὐσίας, τοῦ ἀναιτίου Ἀδὰμ ἐξελθοῦσαν ἀῤῥήτως οὐσιώσῃς, καὶ μήπως ἄρα πρὸς αὐτὰς τῶν πρωτογόνων κεφαλαὶ πάσης τῆς ἀνθρωπότητος ὁμοούσιοι ὑποστάσεις κατ' εἰκόνα τινὰ, ὡς Μεθοδίῳ δοκεῖ, τυπικῶς γεγόνασι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος; τοῦ μὲν ἀναιτίου καὶ ἀγεννήτου Ἀδὰμ τύπον καὶ εἰκόνα ἔχοντος τοῦ ἀναιτίου καὶ πάντων αἰτίου παντοκράτορος Θεοῦ καὶ πατρός. τοῦ δὲ γεννητοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰ-

B κόνα προδιαγράφοντος, τοῦ γεννητοῦ υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ Θεοῦ· τῆς δὲ ἐκπορευτῆς Εὔας σημαινούσης τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορευτὴν ὑπόστασιν; διὸ οὐδὲ ἐνεφύσησεν αὐτῇ ὁ Θεὸς πνοὴν ζωῆς, διὰ τὸ τύπον αὐτὴν εἶναι τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος πνοῆς καὶ ζωῆς, καὶ διὰ τὸ μέλλειν αὐτὴν δι' ἁγίου πνεύματος δέξασθαι Θεὸν τὸν ὄντως ὄντα πάντων πνοὴν καὶ ζωήν. ὅθεν ἔστιν ἰδέσθαι καὶ θαυμάσαι ὅτι ὁ μὲν ἀγέννητος Ἀδὰμ, ἄλλον ἀγέννητον ἢ ἀναίτιον ἐν ἀνθρώποις οὐκ ἔσχεν ὅμοιον, ὥσπερ

C οὐδὲ ἡ ἐκπορευτὴ Εὔα, ὡς τύποι ἀληθεῖς ὑπάρχοντες τοῦ ἀγεννήτου πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ δὲ γεννητὸς υἱὸς πάντας ἀνθρώπους, γεννητοὺς υἱοὺς ὄντας ἀδελφοὺς ὁμοίους ἔσχεν· ὡς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τυπικὴν ὑπάρχων Χριστοῦ τοῦ γεννητοῦ υἱοῦ, ὃς ἐγένετο ἄνθρωπος πρωτότοκος ἄνευ σπορᾶς ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Εἰ δὲ μὴ οὕτω, μηδὲ κατὰ τοῦτο τὸ κατ' εἰκόνα, τί δήποτε μὴ τέσσαρες, ἢ δύο ἢ πλείονες ὑποστάσεις τῶν προπατόρων γεγόνασι παρηλλαγμένας ἔχουσαι τὰς ὑπο-

D στατικὰς αὐτῶν ἰδιότητας; λέγω δὲ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, ἀλλὰ τρεῖς καὶ μόνας; οὐκοῦν ἔχεις κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τυπικὴν Τριάδα ἐν μονάδι ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν· ἀκόλουθόν σε λοιπὸν μαθεῖν καὶ μονάδα ἐν Τριάδι. πῶς δὲ τοῦτο καλῶς διαγνῶναι δυνήσῃ, ἄκουσον τινὸς τῶν σοφῶν σε παραινοῦντος, καὶ λέγοντος· Εἰ βούλῃ γνῶναι Θεὸν, πρότερον γνῶθι σεαυτόν· ἐκ τῆς σαυτοῦ συνθέσεως, ἐκ τῆς σαυτοῦ κατασκευῆς, φησίν,

ἐκ τῶν ἐντὸς σεαυτοῦ, εἴσιθι ὑπόδυς ἐν σεαυτῷ, διάβλεψον ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἑαυτοῦ. διάκρινον τὴν ταύτης κατασκευὴν, καὶ ὄψει σεαυτὸν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ τυγχάνοντα. ἀνώνυμος γὰρ καὶ ἄγνωστος ἡ νοερὰ καὶ ἀθάνατος τῆς ψυχῆς οὐσία κατ' εἰκόνα τυπικὴν τοῦ ἀνωνύμου καὶ ἀγνωρίστου καὶ ἀθανάτου Θεοῦ καθέστηκεν. οὔτε γὰρ Θεοῦ, οὔτε ψυχῆς λογικῆς οὐσίαν ἔγνω τῶν ἐξ αἰῶνος τις γεγενημένων ἀνθρώπων. ζωοποιὸς καὶ συστατικὴ καὶ προνοητικὴ ἡ ψυχὴ ὑπάρχει τῆς τετραστοίχου τοῦ σώματος φύσεως, κατ' εἰκόνα Θεοῦ τοῦ προνοοῦντος πάσης τῆς τετραστοιχείου καὶ τῆς ἄνω κτίσεως. διόπερ οὔτε τὸν τοῦ Θεοῦ τόπον ἔγνωμεν ἔνθα κατοικεῖ, ἀλλὰ μόνον πιστεύομεν, ὅτι πανταχοῦ ἐστιν, οὔτε μὴν τὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἔνθα οἰκεῖ ἐν σώματι, ἐπιστάμεθα· ἀλλὰ μόνον οἴδαμεν ὅτι ἐν παντὶ σώματί ἐστι καὶ ἐνεργεῖ. ἔχει σου καὶ ἕτερόν τι κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἡ ψυχή, λέγω δὲ τὸ ἑτεροούσιον αὐτὴν εἶναι πάσης τῆς κτιστῆς φύσεως. τὸ δὲ πάντων παραδοξότερον τοῦ ἐν ἡμῖν κατ' εἰκόνα ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι οὔτε τῆς τοῦ Θεοῦ ὑπάρξεως τοὺς λόγους, οὔτε μὴν τὴν τῆς ψυχῆς ἡμῶν οὐσίαν, πῶς εἰς ὕπαρξιν πέφυκέ τε καὶ παραγίνεται, ἀνθρώπινος νοῦς καταλαβέσθαι δύναται. ὅθεν οἱ ταύτην καταλαβεῖν κακῶς δογματίσαντες οὕτω παρωλίσθησαν· οἵ τινες ἐξ οὐρανοῦ φάσκουσι τὰς ψυχὰς ἐν τοῖς σώμασι καταπέμπεσθαι· οἱ δὲ σὺν τῷ σώματι φασὶν αὐτὰς εἰς ὕπαρξιν ἔρχεσθαι ὑπὸ Θεοῦ δημιουργουμένας· ἕτεροι δὲ τὸν ἄνθρωπον λέγουσιν ὡς κατ' εἰκόνα ὄντα τοῦ δημιουργοῦ, γεννητικὸν εἶναι σὺν τῇ σπορᾷ καὶ τῆς ψυχῆς· ἄλλοι ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ ἄρρενος καὶ τῆς θήλεος φασὶ τὴν ψυχὴν ἀποτίκτεσθαι, ὥσπερ λίθου τινὸς καὶ σιδήρου προσκρουομένων, καὶ τῇ πυρώσει τὸ πῦρ ἀπογεννώντων. καὶ οἱ μὲν φασὶν αὐτῇ τῇ ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ τῆς συλλήψεως τοῦ σώματος καὶ τὴν ψυχὴν ὑφίστασθαι· οἱ δὲ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν σύλληψιν φέροντες τινά, ὡς οἴονται, νομικὴν περὶ τούτου σύστασιν· καὶ οἱ μὲν ὁμοούσιον αὐτὴν τῶν ἀγγέλων ἐφαντάσθησαν· οἱ δὲ κάτω· οἱ δὲ ἐν τῷ ἀέρι· οἱ δὲ ἐν τῷ παντὶ ὡς θείαν

A ex iis quæ intra teipſum ſunt, eum agnoſces. Ingredere interius in teipſum, reſpice tanquam in ſpeculo quodam in anima tua, diſcerne eius conditionem, & teipſum ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum videbis. Nomine carens & ignota ſpiritalis & immortalis animæ tuæ ſubſtantia ad imaginem & ſimilitudinem typicam nomine carentis & incogniti atque immortalis Dei eſt condita. Nam neque Dei, neque animæ rationalis ſubſtantiam vllus hominum, qui à ſæculo fuerunt, vnquam nouit. Habet enim viuifi-
B candi ac conſtituendi prouidentiáque regendi corporis vim anima, cuius natura ex quatuor conſtat elementis, ad imaginem Dei prouidentis ac præſidis totius ex quatuor elementis conflatæ, & cœleſtis illius creaturæ. Quocirca neque locum nouimus in quo habitat Deus, ſed omnino eſſe eum tantum credimus: neque adeò locum animæ, in quo habitat in corpore, ſcimus, ſed hoc tantum nouimus eam in toto corpore eſſe & operari. Habet & aliud quippiam anima tua, quod eſt ad imaginem Dei; quod nimirum diuerſam
C habeat à reliquis omnibus rebus creatis ſubſtantiam: &, quod omnibus, in quibus conſiſtit hæc imago & ſimilitudo, mirabilius eſt, quòd neque rationes exiſtentiæ Dei, neque quo modo animæ noſtræ ſubſtantia ad exiſtentiam producta ſit & prodeat, comprehendere mens humana poſſit. Vnde accidit, vt qui perperam aſſequutos ſe eam eſſe docuerunt, adeò lapſi ſunt: qui nimirum è cœlis animas in corpora demitti dicunt, alij verò cum corpore ipſas incipere, exiſtere à Deo creatas aiunt: alij demum hominem autumant, quòd ad imaginem con-
D ditoris ſit factus, facultatem animam generandi cum coitu habere, alij ex vtraque parte maris & fœminę animam proſeminari tradunt, quemadmodum cum lapis aliquis & ferrum colliſa fuerint, ex inflammatione ignis gignitur. Atque hi quidem volunt intra exiguum conceptionis corporis momentum produci animam: illi verò quadrageſimo poſt conceptionem die, déque ea re tanquam aliquam legis ſanctionem, vt putant, ferunt. Nonnulli rurſus eiuſdem cum angelis eam eſſe ſubſtantiæ ſomniarunt, alij etiam inferius, alij in aëre, alij in vniuerſo tanquam diuinam

De origine animæ ſententiæ variæ.

quandam naturam circumire. Quapropter & corpori vnita, cum ad imaginem Dei ſit, licet illud viuificet, à corporeis omnibus morbis ac vitiis & corruptionibus corporis manet immunis, neque videri, neque explicari, neque comprehendi natura poteſt, neque ſpecie, non forma, non qualitate, non quantitate, non exiſtentia, non ſtructura, non pulchritudine. Idcirco & animam, inquit Methodius in ſympoſio, immenſa quadam & inenarrabili pulchritudine pollere: quam ob cauſſam quadam zelotypia & amore in eam flagrare ſpiritus aduerſarios, vtpotè quæ præſtantiori quàm ipſi, licet ſpiritales & intelligentes ſint, forma ſit prædita. Quod verò percipi cognoſcique non poteſt, nullius alterius rei eſt argumentum, quàm illam verè ac propriè incomprehenſibilis Dei eſſe imaginem. Vnde cùm omnia, quæ in ea ſunt, ignoremus, ex ſolis eius in corpore operationibus eius exiſtentiam comprobamus, quemadmodum & Deum ex eius in hac ſub oculos cadente creatura operationibus eiuſque, exiſtentiam confirmamus. Verumenimuerò ad ipſa huius myſterij, ad imaginem & ſimilitudinem, penetralia progrediamur, vt ſicut polliciti ſumus vnitatem diuinitatis in Trinitate demonſtremus. Quæ tandem illa ſunt? Non obſcurum eſt noſtram vtique ipſam rurſus animam eſſe & intellectuale verbum eius, ac mentem, quam Apoſtolus ſpiritum appellauit, cum nos ſanctos eſſe anima & corpore & ſpiritu iubet. Etenim rurſus anima eſt ingenita & cauſſa carens ad exemplum ingeniti & cauſſa carentis Dei patris: at intellectuale Verbum eius non eſt ingenitum, ſed ex ipſa ineffabili, inuiſibili, inexplicabili ratione ac ſine paſſione genitum: mens autem neque cauſſa caret, neque eſt ingenita, ſed ex proceſſione orta vndiquaque diſcurrens & cuncta deſpiciens & inuiſibiliter pertractans ad imaginem & ſimilitudinem ſanctiſſimi & per proceſſionem orti ſpiritus, de quo dictum eſt, ſpiritus omnia ſerutatur, etiam profunda Dei. Non ex proceſſione orta eſt anima quamdiu eſt in corpore. Nam ſi ex proceſſione eſſet, in ſingulas horas moreretur. Non eſt ingenitum verbum noſtrum, alioquin mutæ quædam & brutæ pecudes eſſemus. Quod autem omnium mirabilium

Methodius iterum citatur.

1.Cor.7.34

1.Cor.2.10

A τινὰ περιεῖναι οὐσίαν. διὸ καὶ σώματι ἑνουμένη καὶ ὡς κατ' εἰκόνα Θεοῦ οὖσα, καὶ τοῦτο ζωοποιοῦσα, ἀπαθὴς μένει τῶν σωματικῶν παθῶν καὶ φθορῶν τῶν τοῦ σώματος, μήτε ὁρωμένη, μήτε ἑρμηνευομένη, μήτε καταλαμβανομένη τῇ φύσει, οὔτε τῷ εἴδει, οὐ σχήματι, οὐ μορφῇ, οὐ ποιότητι, οὐ ποσότητι, οὐχ ὑπάρξει, οὐ συστάσει, οὐ κάλλει. ὅθεν καὶ φησὶ τὴν ψυχὴν ἐν τῷ συμποσίῳ ὁ Μεθόδιος ἀμήχανον καὶ ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν· καὶ τούτου χάριν ὥσπερ ζηλοτυπεῖσθαι καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων

B πνευμάτων, ὡς κρείττονα αὐτῶν τῶν νοερῶν περιεκειμένην μορφήν. πᾶσα δὲ ἡ περὶ αὐτὴν ἀκαταληψία καὶ ἀσάφεια καὶ ἀδηλία, οὐδὲν ἕτερον αἰνίττεται εἰ μὴ τὸ κυρίως καὶ ἀληθῶς εἰκόνα αὐτὴν εἶναι τοῦ ἀκαταλήπτου Θεοῦ. ὅθεν πάντα τὰ κατ' αὐτὴν ἀγνοοῦντες, ἐκ μόνων τῶν ἐν τῷ σώματι ταύτης ἐνεργειῶν τὴν ὕπαρξιν αὐτῆς πιστούμεθα. καθὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐκ τῶν ἐν τῇ ὁρωμένῃ κτίσει αὐτοῦ ἐνεργημάτων τὴν αὐτοῦ βεβαιούμεθα ὕπαρξιν. ἀλλά γε δὴ ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφαλαιώτατον τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίω-

C σιν ἔλθωμεν, ὅπως κατὰ τὰς ὑποσχέσεις δείξωμεν τὸ μοναδικὸν τῆς ἐν τριάδι θεότητος. ποῖον δέ ἐστι τοῦτο; εὔδηλον ὅτι ἡ ἡμετέρα πάλιν ψυχὴ, καὶ ὁ ταύτης νοερὸς λόγος, καὶ ὁ νοῦς, ὅν τινα ὁ ἀπόστολος πνεῦμα προσηγόρευσεν, ὅτε διακελεύεται ἁγίους ἡμᾶς εἶναι τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. ἀγέννητος μὲν γὰρ πάλιν ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ ἀναίτιος, εἰς τύπον τοῦ ἀγεννήτου καὶ τοῦ ἀναιτίου Θεοῦ καὶ πατρός· οὐκ ἀγέννητος δὲ ὁ νοερὸς αὐτῆς λόγος, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς γεννώμενος ἀπορρήτως καὶ ἀοράτως καὶ ἀ-

D νερμηνεύτως καὶ ἀπαθῶς. ὁ δὲ νοῦς οὐδὲ ἀναίτιός ἐστιν, οὐδὲ ἀγέννητος· ἀλλ' ἐκπορευτὸς πανταχῆ διατρέχων καὶ τὰ πάντα διασκοπῶν, καὶ ἀοράτως ψηλαφῶν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ παναγίου καὶ ἐκπορευτοῦ πνεύματος, περὶ οὗ εἴρηται ὅτι τὸ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἔστιν ἐκπορευτὴ ἡ ψυχὴ ἕως οὗ ἐστιν ἐν τῷ σώματι. ἐπεὶ εἰ ἐκπορευτὴ ἦν, ἄρα ἂν καθ' ὥραν ἀπεθνήσκομεν. οὐκ ἔστιν ἀγέννητος ὁ λόγος ἡμῶν, ἐπεὶ ἄλογοί τινες καὶ κτηνώδεις ὑπήρχομεν. τὸ δὲ παραδοξότερον τῶν

παραδόξων τούτων ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ψυχὴν μὲν ἁπλῆν μίαν ἔχομεν, ὁμοίως καὶ νοῦν μοναδικόν, καὶ ἀσύνθετον· λόγον δὲ διπλοῦν ἔχοντες τὸν αὐτὸν τὴν γέννησιν καὶ ἕνα καὶ ἀμέριστον φυλαττόμενον. γεννᾶται γὰρ ὁ λόγος ἐν τῇ καρδίᾳ γέννησίν τινα ἀκατάληπτον καὶ ἀσώματον, καὶ μένει ἔνδον ἀγνώριστος, καὶ γεννᾶται δευτέραν γέννησιν σωματικὴν διὰ χειλέων, καὶ τότε τοῖς πᾶσι γνωρίζεται· τῆς δὲ γεννησαμένης αὐτὸν ψυχῆς οὐ χωρίζεται, ἵνα διὰ τοῦ λόγου τῶν δύο ἡμῶν γεννήσεων σαφῶς τὰς δύο τοῦ Θεοῦ λόγου γεννήσεις κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν μάθωμεν. γεγέννηται γὰρ ἀοράτως καὶ ἀνερμηνεύτως καὶ ἀκαταλήπτως ἐκ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἦν ἄγνωστος ὡς ἔν τινι ψυχῇ πρὸς τὸν πατέρα, ἕως ὥσπερ ἐκ καρδίας τινὸς τῆς ἁγίας παρθένου ἀφθόρως καὶ ἀσπόρως γεγέννηται κατὰ σάρκα, καὶ ἐνεφανίσθη τῷ κόσμῳ, μὴ χωρισθεὶς τῆς πατρικῆς κρυφίας οὐσίας τοῦ γεννήτορος Θεοῦ. ὥστε δέδεικται ἐν τῷ μοναδικῷ τῆς ἀθανάτου ἡμῶν καὶ νοερᾶς ψυχικῆς οὐσίας ἐν εἰκόνι, τρεῖς τινὲς ὑποστατικαὶ ἰδιότητες, ἀγεννησία ψυχῆς, καὶ γέννησις λόγου, καὶ ἐκπόρευσις πνεύματος, ἤγουν τοῦ νοός. καὶ καταθαρρῶ καὶ ἀποτολμῶ καὶ λέγω ὅτι κατὰ ταύτην τὴν ἀόρατον τριαδικὴν τῆς ψυχῆς θεωρίαν, εἶπεν ὁ θεῖος ἀπόστολος τὸν ἄνθρωπον εἶναι κατ' εἰκόνα Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα οὕτω, διὰ τί μὴ μᾶλλον διμερὴς ἢ τετραμερὴς ὑπὸ Θεοῦ γέγονεν, ἀλλὰ τριμερῆ τινα καὶ μονὴν ἔχει ἀσύγχυτον ἡ ἡμετέρα ψυχή, κατ' εἰκόνα τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ τριάδος; ὥστε εἰ θέμις εἰπεῖν ὅτι καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ μάλιστα τῷ δικαίῳ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος τυπικῶς, ἀλλ' οὐ φυσικῶς, σκιαγραφῶν ἀμυδρῶς πως τὸν ἐν τριάδι Θεόν. ὅθεν καὶ τριμερῆ πάλιν αὐτὴν τὴν ἡμετέραν ψυχὴν καθ' ἑτέραν τινὰ τρόπον οἱ ἔξω σοφοὶ εἶναι ὡρίσαντο, ἐπιθυμητικὸν αὐτὴν φάσκοντες ἔχειν καὶ λογιστικὸν καὶ θυμικόν, ὅπως διὰ μὲν τοῦ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην συνάπτηται· διὰ δὲ τοῦ λογιστικοῦ τὴν παρ' αὐτοῦ γνῶσιν καὶ σοφίαν εἰσδέχηται· διὰ δὲ τοῦ

A maximè eſt admirabile, illud eſt, quod animam quidem vnam & ſimplicem habemus, ſimiliter & mentem vnam, miniméque compoſitam, verbum autem duplex, & vnum tamen ac generatione idem & indiuiſum conſeruatum. Generatur in corde verbum generatione quadam incomprehenſibili atque incorporea: manétque intus incognitum: ac ſecunda generatione corporea per labra generatur, túncque omnibus innoteſcit: ſed ab anima tamen quæ ipſum genuit, non auellitur: vt per duplicem verbi noſtri generationem manifeſtè duas Dei verbi generationes B ſecundùm imaginem & ſimilitudinem ediſcamus. Genitus enim eſt inuiſibili & inexplicabili atque incomprehenſibili ratione ex patre ante ſæcula, erátque incognitus tanquam in anima quadam apud patrem: quouſque tanquam ex corde quodam ex ſacra virgine, ſine corruptione, ſine ſemine, ſecundum carnem generatus eſt, mundóque ſe prodidit, nihil ab occulta Dei genitoris paterna ſubſtantia ſeparatus. Itaque in immortalis, & intellectu præditæ animæ noſtræ ſubſtantiæ vnitate, tanquam in imagine, tres quædam hypoſtaticæ C proprietates oſtenſæ ſunt, animæ nempe conditio, quæ ingenita eſt, Verbi autem generatio, & ſpiritus ſiue mentis proceſſio. Ego verò audacter profiteor & confidenter aſſeuero ac dico ſecundum hanc inuiſibilem Trinitatis animę conſiderationem, dixiſſe diuinum Apoſtolum hominem ad inuiſibilis Dei imaginem & ſimilitudinem eſſe. Hæc ni ita ſint, cur quæſo non diſpertita vel quadripertita condita eſt à Deo, ſed vnam habet trium partium & indiuiſam atque inconfuſam copulam anima noſtra ad imaginem ſacroſanctæ & conſubſtantialis ac viuificæ Trinitatis? D Ita vt, ſi ita loqui fas ſit, in homine, ac præſertim in iuſto, omnis plenitudo diuinitatis inhabitet typicè, at non phyſicè, quodammodo obſcurè adumbrans Deum in Trinitate. Quamobrem tripartitam eandem rurſus animam noſtram alia quadam ratione eſſe ſapientes profani ſtatuerunt, cum eam aſſeruerunt concupiſcendi facultates, ratiocinandi atque iraſcendi habere: vt per concupiſcendi quidem facultatem caritate cum Deo coniungatur: per facultatem autem ratiocinandi ſcientiam ab ipſo excipiat & ſapientiam: per vim

Incarnatio Chriſti.

demum iraſcendi nequitiæ ſpiritibus poſſit obſiſtere, atque in his tribus etiam illud ad imaginem Dei adumbret & exprimat. Tribus enim modis Deus in Trinitate tres partes adminiſtrat & regit, & cœleſtia nimirum, & terreſtria, atque ſubterranea, virtute quadam conditoris, ſua prouidentia, ac iudicis auctoritate; ſiquidem omnia, quæ Deus exequitur, vno ex his tribus modo perficit, aut tanquam conditor, aut vt prouidens, aut vt caſtigans. Ac virtutis quidem condendi quæ in Deo eſt imaginem exprimit, quæ in anima eſt concupiſcendi facultas: cupiditas enim ad actionem impellit: virtutis autem prouidendi ſymbolum eſt in anima vis ratiocinandi: virtutis demum caſtigandi facultas iraſcendi indicium & nota conſtituta eſt. Ac fortaſſe propria quidem eſt animæ concupiſcentia: prius enim quam vllo modo fari poſſint infantes, vbi animati fuerint, vbera quamprimùm appetunt, & ad ſomnum inclinantur: facultas autem ratiocinandi, dubium non eſt, quin ad rationis vim propriè referatur. Iraſcendi denique vis in ipſa mente conſiſtere naturaliter ſolet, quæ in eo etiam, qui præter naturam iraſcitur, perturbatur. Si quis ergo quomodo ad imaginem ac ſimilitudinem Dei factus ſit homo, diſcere cupiat, hæc tractet, in hæc & huiuſmodi adyta contemplationum ingrediatur, & animæ ſuæ intellectu præditæ conſtitutionem conſideret, omnes eius partes accuratè, ſigillatim, minutéque perſcrutetur, ac partes partium, rationes, modos & progreſſus, coniunctiones, & diſtinctiones, ſtatum eius vniformem, ac tripartitam diuiſionem, ſingularem conditionem, duplicem, triplicémque: quomodo & vna ſit & in tribus cernatur, ad imaginem & ſimilitudinem Dei vnitas in trinitate & trinitas in vnitate, tanquam figura deſignata & oſtenſa. Vnam enim illam eſſe ſecundum eſſentiam, & non vnam, ſi partes eius conſiderentur, manifeſtè docuit qui dixit, Pſallam ſpiritu, pſallam & mente; Orabo ſpiritu, orabo & mente. Imo etiam in multo manifeſtius hanc Trinitatem ad imaginem Dei in nobis figuratam ex corporeis quibuſdam cauſſis ſæpenumero nobis homines quidam demonſtrant, qui nonnunquam animam quidem habent, mentem autem vel ſermonem non habent:

Anima Dei regimen exprimit.

1. Cor. 14. 15.

A θυμοῦ πρὸς τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἀντιτάττηται, καὶ ἐν τούτοις πάλιν αὖθις τοῖς τρισὶ τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ διαγράφουσα. τρισὶ γὰρ τρόποις ὁ ἐν τριάδι Θεὸς τρία μέρη διοικεῖ καὶ διέπει, τὰ ἐπουράνια λέγω, καὶ τὰ ἐπίγεια, καὶ τὰ καταχθόνια, τῇ δημιουργικῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ τῇ προνοητικῇ καὶ τῇ κριτικῇ· καὶ πάντα γὰρ ὁ Θεὸς διαπράττεται, καθ' ἕνα τῶν τριῶν τούτων τρόπων αὐτὰ κατεργάζεται, ἢ δημιουργῶν, ἢ προνοούμενος, ἢ παιδεύων. καὶ τοῦ μὲν δημιουργικοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ κατ' εἰκόνα ἐστὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικόν. ἡ γὰρ ἐπιθυμία εἰς πρᾶξιν ἄγει· τοῦ δὲ προνοητικοῦ αὐ-
B τοῦ πάλιν σύμβολον τῆς ψυχῆς τὸ λογιστικόν· τοῦ δὲ παιδευτικοῦ τὸ θυμικὸν καθέστηκε σύσσημον. καὶ ἴσως ἴδιον μὲν τῆς ψυχῆς ἡ ἐπιθυμία. πρὸ γὰρ πάσης λαλιᾶς τὰ νήπια ἔμψυχα γενόμενα, εὐθέως ὀρέγονται τοῦ μαζοῦ καὶ τοῦ ὕπνου· τὸ δὲ λογιστικὸν εὔδηλον ὅτι τοῦ λογικοῦ τυγχάνει ἴδιον· τὸ δὲ θυμικὸν περὶ τὸν νοῦν συνίστασθαι πέφυκεν, ὃν καὶ ταράττεται ὁ παρὰ φύσιν θυμούμενος. εἴ τις τοίνυν τὸ πῶς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος βούλοιτο μαθεῖν, ταῦτα ψηλαφάτω, ἐν τούτοις καὶ τοῖς τοι-
C ούτοις ἀδύτοις τῶν νοημάτων εἰσίτω, καὶ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευὴν τῆς φύσεως διασκοπείτω τὴν τῆς νοερᾶς ψυχῆς· ἅπαντα λεπτῶς τε καὶ ἰσχνῶς μανθανέτω τὰ ταύτης μέρη, τὰ μέρη τῶν μερῶν, τοὺς λόγους, τοὺς τρόπους, καὶ προόδους, τὰς ἑνώσεις, τὰς διακρίσεις, τὸ ταύτης μονοειδὲς, τὸ τριμερὲς, τὸ ἑνιαῖον, τὸ δυϊκὸν, τὸ τριαδικὸν, πῶς καὶ μία ἐστὶ, καὶ ἐν τρισὶ θεωρεῖται, κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ μονὰς ἐν τριάδι, καὶ τριὰς ἐν μονάδι τυπικῶς χαρακτηριζομένη. ὅτι γὰρ καὶ μία ἐστὶ τῇ οὐσίᾳ, καὶ οὐ μία τῇ θεωρίᾳ τῶν ἑκάστης μερῶν, ἐδήλω-
D σε σαφῶς ὁ εἰπὼν, ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ καὶ τῷ νοΐ· προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι καὶ τῷ νοΐ· μᾶλλον δὲ σαφέστερον ἡμᾶς διδάσκουσι ταύτην τὴν ἐν ἡμῖν κατ' εἰκόνα τυπικὴν Θεοῦ τριάδα τινὲς τῶν ἀνθρώπων, ἔκ τινος πολλάκις αἰτίας ψυχὴν μὲν ἐκεῖ ὅτι ἔχοντες, νοῦν δὲ ἢ λόγον μὴ ἔχοντες·

A ἕτεροι δὲ πάλιν ψυχῆς καὶ λόγου εὐπορηκότες, νοῦ δὲ καθ' ὅλου ἀπορηκότες· ἄλλοι πάλιν νοῦν καὶ ψυχὴν ἔχοντες, τοῦ δὲ λόγου ἐστερημένοι: ὅθεν καὶ ἡ τῶν νηπίων φύσις, ὡς ἐκ σκότους εἰς φῶς τικτομένη καὶ προερχομένη, εὐθέως τὴν μὲν ψυχὴν φανερὰν ἔχει εἰς τύπον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, δυνάμει μὲν νοερὰν οὖσαν, καὶ ἐν αὐτῇ ἔχουσαν τὸν λόγον, καὶ τὸν νοῦν· κατὰ πρόβασιν δὲ προκόπτοντος καὶ αὔξοντος τοῦ σώματος δεύτερον ἐμφανίζει τὸν λόγον, καὶ τοῦτον οὐκ ἀθρόως οὐδὲ ἐξαίφνης, B ἀλλὰ προψελλίζουσα, καὶ οἱονεὶ σκιαγραφοῦσα καὶ προμηνύουσα τὴν τοῦ λόγου διὰ σαρκὸς γέννησιν· καὶ τοῦ νοῦ δηλοῦται ἡ παρουσία, ὅτε εἰς ἄνδρα τέλειον προκόψῃ τὸ νήπιον. ἀλλὰ τί, φησὶ, ταῦτα συντείνει εἰς τὴν προκειμένην τοῦ ἀνθρώπου ὑπόθεσιν; καὶ πάνυ μὲν ὦ ἄνθρωπε· διὰ τούτων μανθάνομεν τὸν τρόπον τῆς τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ ἔν τινι σώματι ἐν τῷ κόσμῳ φανερώσεώς τε καὶ ἀναδείξεως, καὶ πῶς κατὰ πρόβασιν ἡ ἡμετέρα φύσις τὸ τῆς τριάδος ἐπέγνω μυστήριον. συνελήφθη γὰρ C ὑπὸ τοῦ σπέρμου τοῦ πονηροῦ ὥσπερ ἐν γαστρί τινι τῆς πλάνης ὁ ἄνθρωπος, ἐν σκοτεινοῖς καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου καθήμενος. εἶτα εἰς φῶς θεογνωσίας ὥσπερ νήπιος ἐν ἀρχῇ προερχόμενος, διὰ τῆς τοῦ νόμου χειραγωγίας ἐδείχθη ἔμψυχος, ἐπιγνοὺς τὸν πατέρα καὶ Θεὸν ἐν ἑαυτῷ μὲν ἔχοντα, καθάπερ καὶ ἡ ψυχὴ ἐνούσιον τὸν λόγον καὶ τὸ πνεῦμα, μὴ χωροῦντα δὲ τὸν ἄνθρωπον διὰ πολλὴν γνώμης ἀσθένειάν τε καὶ νηπιότητα τὴν τοῦ λόγου καὶ τοῦ νοῦ φανέρωσιν, ἵνα μὴ εἰς πολυθεΐαν διὰ θεοσεβείας ἐξολισθήσῃ, εἶτα τοῦ χρόνου προκόπτοντος D ἐσοφίζετο λοιπὸν, ὥσπερ νήπιον αὐξανόμενον ἡ ἡμετέρα τοῦ κόσμου φύσις, καθάπερ ἀπὸ ψυχῆς τινος διδασκομένη ὑπὸ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐπιγινώσκειν ἀμυδρῶς, ὥσπερ διά τινων ἀσαφῶν ψελλισμάτων, τῶν προφητικῶν διδαγμάτων τὴν πεῖραν, καὶ προφορὰν, καὶ ἐπιφάνειαν, τοῦ ἐνουσίου καὶ ἀποκρύφου τοῦ πατρὸς λόγου. μετὰ τὰ ψελλίσματα, λέγω δὴ Μωσαϊκὰ καὶ προφητικὰ τοῦ λόγου αἰνίγματα, προελθόντος τρανῶς καὶ ἐνάρθρως, ὥσπερ ἔκ τινων χειλέων τῆς παρθενικῆς νηδύος τοῦ τελείου τοῦ Θεοῦ λόγου, γνωρίζει λοιπὸν μετὰ τούτων καὶ διὰ

alij verò rurſus & anima & ſermone præditi, mente autem penitus deſtituti: alij rurſus mentem & animam habent, ſermone verò priuati ſunt: Vnde & infantium natura, tanquam è tenebris in lucem partu edita, è veſtigio quidem animam ſe habere oſtendit, quæ in figuram Dei & patris poteſtate quidem intellectu prædita eſt, & in ſeipſa ſermonem habet ac mentem, cum progreſſu autem & ſenſim creſcente ac prouecto corpore ſermonem deinde manifeſtat, & hunc non confeſtim & repente fuſum: ſed prius balbutiendo, & quaſi adumbrans ac prænuntians generationem Verbi per carnem: mentis verò præſentia declaratur cum in virum perfectum infans euaſerit. Sed dicet aliquis, quid hæc ad inſtitutam de homine diſputationem attinent? Valde verò, mi homo. Ex his intelligimus, quo tandem pacto ſe Deus, tanquam in corpore quodam, in mundo manifeſtum reddiderit, atque prodiderit, quáque ratione pedetentim natura noſtra myſterium Trinitatis agnouerit. *Trinitatis myſterium cognitum.* Eſt enim conceptus vi ſeminis cuiuſdam mali tanquam in vtero quodam præuaricationis homo, in tenebroſis & in vmbra mortis ſedens, deinde cum in cognitionis Dei lucem tanquam infans ab initio progreſſus eſſet, per legis directionem animatus effectus eſt, cum patrem ac Deum agnoſceret, in ſe quidem habentem, ſicut & anima, ſubſtantia coniunctum Verbum & Spiritum. Hominem verò, cùm propter nimiam iudicij imbecillitatem non caperet manifeſtationem verbi & mentis, ne ſpecie diuini cultus prolaberetur in multorum Deorum cultum, tempore procedente erudiebat tanquam infantulum creſcentem hæc noſtra mundi natura, velut ab anima quadam edocta à Deo & patre, vt obſcurè cognoſceret, & velut ex quibuſdam minus claris balbutientis linguæ vocibus ex propheticis documentis exitum & ortum atque apparitionem ſubſtantialis & occulti patris Verbi. Poſt quas balbutientis voces, Moſaica, inquam, & prophetica verbi ænigmata, cum prodiiſſet clarè & articulatè, tanquam ex labiis quibuſdam ex vtero virgineo perfectum Verbum Dei, cum perfectam triplicem plenitudinem ſuam cum iſtis, & per

iſtud notam deinceps effecit humana mundi natura, dum tanquam mentem quandam Spiritum ſanctum excepit, non quaſi à rebus externis tranſitu facto in ea diuertentem, ſed ex interioribus ſuis partibus, hoc eſt animæ, & verbi, ſiue Patris & Filij manifeſtatum ipſi, non rei creatæ more, neque aduentitio modo, atque vt rem diuerſi generis, ſed eſſentialiter, ex innata ipſius & connaturali hypoſtatica exiſtentia, coniunctum ſubſtantiæ ſuæ verbum anima producens, & ſpiritum profundens eiuſdem naturæ cum ſua mente: [non quod antequam hæc exiſtant, in corpore verſetur, ſed quod eodem tempore cum illis exiſtat, & ſubſtantiæ ſit cum illis eiuſdem :] ac veluti quoddam corpus ea, quæ incorporea eſt, partes ſuas incorporeas & ipſas eiuſdem ſecum naturæ habens, à quibus tanquam figuris quibuſdam exprimitur & efformatur ac conſtituitur illa, quæ omnem formam & ſpeciem excedit, quæ tanquam halitum quendam corporeum habet ſpiritum mentis, & tanquam vitam Verbum cum ipſa viuens, quibus priuata neque eſſe, neque agnoſci quæ ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta eſt anima rationalis atq; intellectu prædita poteſt: vt nimirum per hęc, quæ in ipſa ſunt, diſcamus & erudiamur, quo pacto neque Pater neque Filius ante ſanctiſſimum Spiritum extiterint: ſed quemadmodum in anima, ſimul atque anima rationalis, ſimul quoque cum ipſa, quæ in ipſa eſt, ratio ſeu verbum, & pariter cum ipſa viuificus ſpiritus, quique conſtituendi & complendi vim habet: ita & ſimul ac pater, ſimul etiam Deus Verbum cum Patre: ſimul ac Filius cum Patre, ſimul quoque ſpiritus cum Filio & Patre. Sin autem diuidis & ſeparas rationem ab anima, irrationalis deinceps remanet anima tua; vt ſcilicet ex hoc quod ad imaginem Dei eſt, intelligas te, ſi Deum Verbum negaris, dixeriſque cum Deo & Patre non eſſe, rationis expertem ac belluinum prædicaturum Deum. Si verò ſpiritum à Deo ſeiunxeris, tum fieri vt mortuum quendam, non viuentem aſſeras Deum: ſi philoſophari de eo, quod eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, volueris, ita philoſophare non ex rebus exterioribus, ſed ex iis, quæ intra te ſunt, Deum abditum tibi cognitum redde ex ea quæ in te ipſo eſt Trinitate,

A τούτου τὸ ἐντελὲς πλήρωμα αὐτῆς τὸ τριαδικὸν ἡ ἀνθρωπίνη τοῦ κόσμου φύσις, ὥσπερ νοῦν τινα δεξαμένη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τῶν ἐκτὸς μεταβατικῶς ἐν αὐτῇ ἐνδημῆσαν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐντὸς ἑαυτῆς, τουτέστι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ λόγου, ἤγουν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῇ φανερωθὲν, οὐ κτιστῶς ἀλλ' ἐπεισάκτως, οὐδ' ἀλλογενῶς, ἀλλ' οὐσιωδῶς ἐκ τῆς ἐμφύτου αὐτῆς καὶ συμφυοῦς ὑποστατικῆς ὑπάρξεως ἡ ψυχὴ τὸν ἐνούσιον αὐτῆς λόγον ἀποτίκτουσα, καὶ τὸ ὁμοφυὲς αὐτῇ τοῦ νοῦ πνεῦμα προβάλλουσα*. καὶ ὥσπερ τι σῶμα ἡ ἀσώματος τὰ
B συνασώματα αὐτῇ μέλη συμφυῆ ἔχουσα, δι' ὧν ὥσπερ τύπων χαρακτηρίζεται καὶ μορφοῦται καὶ συνίσταται ἡ ὑπὲρ μορφὴν καὶ σχῆμα ὑπάρχουσα, ὥσπερ πνοὴν σωματικήν τινα ἔχουσα τὸ πνεῦμα τοῦ νοῦ, καὶ ὡς ζωὴν τὸν σύζωον αὐτῇ λόγον φέρουσα· ὧν χωρὶς στέρησιν οὔτε εἶναι οὔτε γνωρίζεσθαι ἡ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ ψυχὴ λογικὴ καὶ νοερὰ δύναται· ὅπως διὰ τούτων τῶν ἐν αὐτῇ μάθωμεν καὶ παιδευθῶμεν, ὡς οὔτε πατὴρ οὔθ' υἱὸς προϋπῆρχον
C τοῦ παναγίου πνεύματος· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἅμα ψυχὴ λογικὴ, ἅμα σὺν αὐτῇ ὁ λόγος ἐν αὐτῇ, καὶ ἅμα, καὶ συνάμα ἐν αὐτῇ τὸ πνεῦμα τὸ ζωτικὸν καὶ συστατικὸν καὶ συμπληρωτικόν· οὕτως ἅμα πατὴρ ἅμα Θεὸς λόγος σὺν πατρὶ, ἅμα υἱὸς σὺν πατρὶ, συνάμα τὸ πνεῦμα σὺν υἱῷ καὶ πατρί. εἰ δὲ χωρίζεις καὶ ἀποστερεῖς τὸν λόγον ἐκ τῆς ψυχῆς, ἄλογος σου λοιπὸν ἡ ψυχή· ἵνα διὰ τούτου τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ μάθῃς, ὅτι ἐὰν ἀρνήσῃ τὸν Θεὸν λόγον, λέγων μὴ εἶναι σὺν τῷ
D Θεῷ καὶ πατρὶ, ἄλογον λοιπὸν καὶ κτηνώδη κηρύττεις τὸν Θεόν· καὶ ἐὰν χωρίσῃς τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ, νεκρὸν λοιπὸν τινὰ καὶ οὐ ζῶντα λέγεις Θεόν· εἰ φιλοσοφεῖν περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ βούλει, οὕτω φιλοσόφησον, οὐκ ἐκ τῶν ἐκτὸς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐντὸς σου τὸν κρυπτὸν Θεὸν γνώρισον ἐκ τῆς ἐν σοὶ τριάδος,

τὴν τριάδα ἐπίγνωθι δι' ἐνυποστάτων πραγμάτων. ὑπὲρ γὰρ πᾶσαν ἄλλην νομικὴν καὶ γραφικὴν μαρτυρίαν βεβαιοτέρα αὕτη καὶ πιστοτέρα. διὰ γὰρ ταύτην καὶ μόνην τὴν αἰτίαν τοιοῦτον ζῷον ὁ Θεὸς κατεσκεύασεν, ἐπεὶ ἔμελλεν ἐν κόσμῳ κηρυχθῆναι τὸ τῆς ἁγίας τριάδος μυστήριον, ὡς δυσερμήνευτόν τε καὶ ἀκατάληπτον· ἵνα ἔχῃς ἐν ἑαυτῷ ὁ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ, τὴν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν καὶ τοὺς τύπους καὶ τὰ παραδείγματα τῆς ἁγίας τριάδος· ἵνα εἰς τὴν εἰκόνα τῆς ψυχικῆς κατασκευῆς βλέπων μηκέτι διστάσῃς ἐν τῷ τριαδικῷ μυστηρίῳ· μηκέτι εἴπῃς καὶ περιεργάζῃ λέγων· εἰ τριάς ἐστιν ὁ Θεός, πῶς ἐστι μονάς; εἰ δὲ εἷς ἐστιν, ὡς λέγεται, πῶς τριάς; καὶ εἰ υἱός ἐστιν ὁ λόγος, πῶς γέννημα δυνατὸν εἶναι συνάναρχον τῷ γεννήτορι; καὶ εἰ ἐκ πατρός ἐστι τὸ πνεῦμα, πῶς οὐκ ἔστι γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευτόν; ἢ ποῖον προήγαγεν ὁ πατὴρ, πρότερον, τὸν υἱὸν ἢ τὸ πνεῦμα; εἰ δὲ τὰ ἀμφότερα ἅμα, ἄρα οὖν ἀδελφότης καὶ διδυμοτοκία ἐστὶν ἐν τῇ τριάδι; πῶς δὲ καὶ διαγνωσόμεθα ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ ἀκινήτων καὶ ἀμεταστάτων τὸ διάφορον γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως; πῶς δὲ καὶ δυνατὸν ὁμόδοξον εἶναι τὸ γέννημα τῷ γεννήτορι; θέλων δὲ ἄρα τέτοκεν ὁ πατὴρ ἢ μὴ θέλων; τίς δὲ ὁ μάρτυς, ὅτι μιᾶς οὐσίας ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα; καὶ εἰ τελεία ὑπόστασίς ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ εἰ τελεία ὑπόστασις ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰ τελεία πάλιν ὑπόστασις τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τίς μὴ λέγῃ ὅτι καὶ ὁ νοῦς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλη ὑπόστασις θεία Θεοῦ, καὶ ὁ βραχίων ἄλλος Θεός, καὶ ὑπόστασις Θεοῦ ἑτέρα ὁ δάκτυλος; ὁμοίως καὶ ἡ δεξιὰ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ λεγόμενα μέλη Θεοῦ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ; ἵνα μὴ τοίνυν ταῦτα λέγῃς καὶ διαλογίζῃ, εἰς ἅπερ οἱ αἱρετικοὶ προσκόψαντες καὶ λογισάμενοι ἔπεσον, ἐποίησέ σε ὁ Θεὸς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τῆς ἑαυτοῦ τριαδικῆς ὑπάρξεως, τριάδα τινὰ τυπικὴν ὁμοούσιον μονάδα γνωριζομένην, ἐν ᾗ καλῶς ἀποβλέπων, καλῶς ὡς ἐν ἐσόπτρῳ τινὶ καὶ τύπῳ εὑρήσεις πάντα τὰ περὶ Θεοῦ εὐσεβῶς κηρυττόμενα· λέγω δὲ τὸ τριαδικὸν τῶν ὑποστάσεων, τὸ μοναδικὸν τῆς φύσεως, τὸ σύγχρονον, τὸ ἀδιαίρετον, τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀσχη-

A Trinitatem agnoſce, ex rebus in te exiſtentibus: hoc quippe quouis alio ex lege aut ſcriptura petito firmius eſt ac fide dignius teſtimonium. Etenim hanc vnam ob cauſſam tale animal condidit Deus: quandoquidem in mundo prædicandum erat myſterium Trinitatis adeò explicatu difficile, quodque comprehendi nõ poteſt, vt in teipſo habeas, qui ad imaginem ſimilitudinémq; Dei creatus es, imaginem & ſimilitudinem & figuras & exempla ſanctæ Trinitatis: vt cum oculos ad animæ conditionem conuerteris, non iam amplius in myſte- B rio Trinitatis ambigas diſputéſve: neq; dicas amplius, & curioſè ſcruteris in hęc verba: Si Trinitas eſt Deus, quomodo eſt vnitas? ſi verò vnus eſt, vt dicitur, quomodo eſt Trinitas? & ſi Filius eſt Verbum, quomodo fieri poteſt, vt non minus quàm genitor proles principio careat? ſi ex Patre eſt Spiritus, quomodo non eſt genitus, ſed procedens? aut vtrum prius produxit Pater, Filium an Spiritum? Si verò vtrumque ſimul, an fraternitas deitatis & geminorum partus eſt in Trinitate? quo verò pacto in C incorporeis, & immobilibus, & immutabilibus generationis & proceſſionis diuerſitatem dignoſcemus? quo item pacto fieri poteſt, vt eadem dignitate ac gloria ſit proles qua genitor? an verò volens genuit pater an nolens? Quis porro teſtis eſt vnius eſſe ſubſtantiæ Patrem & Filium & Spiritum ſanctum? & ſi perfecta eſt ſubſiſtẽtia Deus & Pater, & ſi perfecta ſubſiſtentia eſt Verbum Dei, & ſi perfecta rurſus eſt ſubſiſtentia ſpiritus Dei, quis non dixerit mentem Dei non eſſe aliam ſubſiſtentiam Dei diuinam, & brachium alium Deum, & ſubſiſtentiam Dei alteram digitum? pari D ratione quoque dexteram, & reliqua omnia quæ in ſacris literis Dei membra memorantur? Vt igitur iſta non dicas ac ſermocineris, in quæ hæretici offendentes & ratiocinantes lapſi ſunt, ad imaginem & ſimilitudinem trinæ ſuę exiſtentię te creauit Deus, figuratam quandam Trinitatem conſubſtãtialem vnitatem manifeſtatã, in quam intuens, tanquam in ſpeculo ac figura quadam optimè quæcumque de Deo prædicantur, inuenies, ſubſiſtentiarũ nimirum ſiue perſonarum Trinitatem, & vnitatem naturæ, & quòd æquales ſint tempore, quòd inuiſibiles, quòd incomprehenſibiles,

quòd effingi non poſſint, neque ſpectari, itémque vt alia ingenita ſit, alia genita, alia procedens, itémque vim creandi habeant, prouidentia rerum & iudicandi facultatem, contrectari non poſſint, corpore careant, corruptionis expertes ſint & interitus, immortales & æternæ, neque explicari poſſint, & præſtantiſſimæ ſint pulchritudine, atque, vt paucis complectar, omnium, quæ in diuinitate res piè dicuntur, figuras & imagines atque adumbrata lineamenta in anima ita depicta comperies: atque idcirco dictum eſt à Deo, faciamus hominem ad imaginem & ad ſimilitu-
Pſal. 81. 5. dinem noſtram. Verùm hæc hæretici atque huius temporis infideles neſcierunt neque intellexerunt. Nam ſi illud ad imaginem & ſimilitudinem ritè conſideraſſent, in myſterio Trinitatis non hæſitaſſent, neque Phyſicis demonſtrationibus, id quod naturam ſuperat ſubieciſſent: non obtenebrati eſſent dicentes, Fieri non poteſt vt Deus in tribus perſonis ſit Trinitas. Si quod in ſe
Arij & Macedonij errores. erat ad imaginem cognouiſſet Arius, diuerſæ à Patre ſubſtantiæ Verbum eſſe non docuiſſet. Si illud ad imaginem piè conſideraſſet Macedonius, nunquam Spiritum ſanctum creaturam eſſe dixiſſet: ſed excœcati non aliter ſunt affecti, atque illi qui in ſinu margaritum habent, ipſum autem non nouerunt, & in profundo mari vagando perquirunt. Animaduerte igitur, vt non modò in rebus ſecundum figuram anima noſtra Dei imaginem in ſe expreſſam habeat, ſecundum figuram inquam, non ad æqualitatem naturæ. Quo verò id pacto? continuò id, quod dixi declarabo. Incircumſcriptum eſſe Deum patrem, paritérque Filium & Spiritum ſanctum credimus: quapropter vt infiniti relatas inter ſe ac mutuo nexas & proprias habent appellationes. Vbi enim quis Patrem nominauerit, certum vtique eſt eum Filij cuiuſpiam ſignificationem intuliſſe: Quomodo enim Pater appellabitur niſi Filius etiam intelligatur? Pari ratione vbi dixerit ſpiritum, Deum indicauit: Spiritus enim eſt Deus, vt inquit ſcriptura. Progredere deinde ab hac ſancta Trinitate ad eius imaginem, Trinitatem inquam, quæ in nobis eſt intus exiſtens, atque ita tres quoque ipſius appellationes inter ſe relatas & vnitas deprehendes,

A μάτιςον, τὸ ἀθεώρητον, τὸ ἀγέννητον, τὸ γεννητόν, τὸ ἐκπορευτὸν, τὸ δημιουργικὸν, τὸ προνοητικὸν, τὸ κριτικὸν, τὸ ἀψηλάφητον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἄφθαρτον, τὸ ἀνώλεθρον, τὸ ἀθάνατον, τὸ αἰώνιον, τὸ ἀνερμήνευτον, τὸ ὡραιότατον, καὶ συντόμως εἰπεῖν, πάντων τῶν ἐν τῇ θεότητι λεγομένων εὐσεβῶς, τοὺς τύπους καὶ τὰς εἰκόνας, καὶ τὰ ἀποσκιάσματα εὑρήσεις ἐν τῇ ψυχῇ σου σκιαγραφούμενα. καὶ διὰ τοῦτο εἴρηται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, τὸ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. ἀλλὰ ταῦτα οἱ αἱρετικοὶ καὶ οἱ νῦν ἄπιστοι οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ διενοήθησαν. εἰ γὰρ καλῶς τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁ-
B μοίωσιν ἀνθρώπου ἐσκόπησαν, οὐκ ἂν περὶ τὸ μυστήριον τὸ τριαδικὸν ἐδίστασαν, οὐκ ἂν φυσικαῖς ἀποδείξεσι τὸ ὑπὲρ φύσιν ὑπέβαλον· οὐκ ἂν ἐσκοτίσθησαν λέγοντες, ἀδύνατον εἶναι θεὸν τρισυπόστατον τριάδα. εἰ τὸ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ ἔμαθεν Ἄρειος, οὐκ ἂν ἑτεροούσιον τοῦ πατρὸς τὸν λόγον ἐδίδαξεν. εἰ τὰ κατ' εἰκόνα εὐσεβῶς ἐσκόπησε Μακεδόνιος, οὐκ ἂν κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔφασκε· ἀλλὰ τυφλωθέντες ταὐτὰ πεπόνθασι τοῖς ἔνδον ἐν τῷ κόλπῳ ἑαυτῶν τὸν μαργαρίτην ἔχουσι, τοῦτον δὲ ἀ-
C γνοοῦσι, καὶ ἐν τῇ ἀβύσσῳ αὐτὸν πλανώμενοι ἐπιζητοῦσι. ὅρα γοῦν ὅτι οὐ μόνον ἐν πράγμασι τυπικῶς τὸ κατ' εἰκόνα θεοῦ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ κέκτηται, τυπικῶς λέγω, οὐκ ἰσοφυῶς. πῶς δὲ τοῦτο; εὐθέως τὸ λεγόμενον ποιήσω σαφές. ἀπερίγραπτον εἶναι τὸν θεὸν πατέρα, ὁμοίως καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα πιστεύομεν· διὸ ὡς ἀπεριόριστοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀλληλενδέτους καὶ τὰς οἰκείας προσηγορίας ἔχουσιν. ἐπὰν γὰρ ὀνομάσῃ πατέρα, πρόδηλον ὅτι υἱοῦ αὐτοῦ τινὸς ἐμφαίνουσιν ἔμφασιν. πῶς γὰρ ἂν καὶ κληθήσεται πατὴρ μὴ γνωριζομένου υἱοῦ; ὡσαύτως
D καὶ ἐπὰν εἴπῃ πνεῦμα, θεὸν ἐδήλωσε· πνεῦμα γὰρ ὁ θεὸς, ὥς φησιν ἡ γραφή. εἶτα ἐλθὲ ἀπὸ ταύτης τῆς ἁγίας τριάδος ἐπὶ τὴν εἰκόνα αὐτῆς, τὴν ἐν ἡμῖν λέγω ἔνδον ὑπάρχουσαν τριάδα, καὶ ὄψει καὶ τὰς τρεῖς προσηγορίας αὐτῆς πρὸς ἀλλήλους καὶ ἡνωμένας ὑπαρχούσας.

ἐπὰν

ἐπειδὰν γὰρ εἴπῃς ψυχὴν λογικὴν καὶ νοερὰν, δῆλον ὅτι καὶ λόγον καὶ νοῦν ἐσήμανας· καὶ ἐπειδὰν ὀνομάσῃς λόγον, πάντως ὅτι καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν τὴν τούτου γεννητικὴν ἐδήλωσας· ὡσαύτως καὶ ἐπειδὰν εἴπῃς νοῦν ἐκ παντὸς τρόπου ὅτι καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν λόγον ἐδήλωσας. τίνος γὰρ καὶ ἔσται, νοῦς εἰ μὴ ψυχῆς καὶ λόγου; διὰ δὲ τοῦτο ὥσπερ παράλληλον, καὶ ἀλληλένδετον ἔχουσι τὴν προσηγορίαν, οὕτω κοινὴν καὶ ἀδιαίρετον ἔχουσι καὶ τὴν οὐσιώδη ἐνέργειαν. μία γὰρ καὶ ὁμοία ἡ ἐνέργεια πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, μία ἰσχὺς, καὶ μία δύναμις, μία θέλησις, μία γνώμη. ὅσα γὰρ ἂν περάττοι ὁ πατὴρ, ἀχώριστός ἐστι καὶ συμπεράκτωρ καὶ ὁ υἱός· καὶ ὅσα δὲ ἐπιτελῇ ὁ υἱὸς, ἢ τὸ πανάγιον πνεῦμα, συνεργεῖ πάντως ἀδιαιρέτως ὁ πατήρ· οὐδὲ γὰρ ὁ υἱὸς δίχα πατρὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ καθ᾽ ἑαυτὸν ποιεῖ τι, οὐδὲ ὁ πατὴρ πάντως χωρὶς τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, οὔτε πάλιν τὸ πνεῦμα ἄνευ τοῦ υἱοῦ καὶ πατρὸς ἐργάζεταί τι. δεῦρο λοιπὸν πάλιν ἀπὸ τῶν πρωτοτύπων ἐπὶ τὸν τύπον τὸν κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν τὸν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ ὄψει μίαν καὶ ὁμοίαν τὴν ἐνέργειαν ἐν ἡμῖν. οὔτε γὰρ ἡ ψυχὴ δίχα λόγου ἐπιτελεῖ τι, οὔτε ὁ λόγος δίχα ψυχῆς, οὔτε μὴν ὁ νοῦς πάλιν καθ᾽ ἑαυτὸν χωρὶς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ λόγου κατεργάζεταί τι. διὰ τὴν ὁμοφυῆ καὶ συμφυῆ καὶ ἀλληλένδετον αὐτῶν κοινὴν δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν, τὴν κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ. εἰ δὲ λέγεις μοι, ὅτι οὐδὲν καθ᾽ ἑαυτὴν ἐνεργεῖ ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, οἶδα τοῦτο καὶ ἡμεῖς προειρήκαμεν, ὅτι καὶ ἐν τούτῳ κατ᾽ εἰκόνα καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν οὖσα διὰ τῆς ὕλης ὁρωμένης τὰς ἀοράτους αὐτῆς δείκνυσι δυνάμεις· πλὴν ὅτι καὶ χωριζομένη τοῦ σώματος ἡ κατὰ φύσιν καθαρὰ ψυχὴ καὶ οὐσία τότε μάλιστα διορατικωτέρα καὶ ἁπλῆ, καὶ ἀπαρενόχλητος, καὶ φωτεινοτέρα εὑρισκομένη, κατ᾽ εἰκόνα καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν Θεοῦ ἀληθέστερον δύναται προσαγορεύεσθαι καὶ εἶναι. εἰ δὲ, ὡς εἰκὸς, διαπαίζει τὰ εἰρημένα ὁ ἐναντίας, ὡς μὴ δείξαντας ἡμᾶς τρεῖς κυρίως ἀπηρτισμένας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ὑποστάσεις κατ᾽ ἰσότητα τῆς παναγίας τριάδος, μανθανέτω ὁ ἄφρων, ὅτι κατ᾽ εἰκόνα ἐστὶν ἡ ψυχὴ τυπικήν τινα, καὶ οὐ κατ᾽ ἰσότητα τῆς ἁγίας τριάδος· πλὴν καὶ

A Cum enim dixeris animam rationalem ac mente præditam, videlicet & rationem & mentem ſignificaſti, cumque rationem nominaris, omnino etiam animam rationalem, quæ huius eſt genitrix, indicaſti: ſimiliter & vbi mentem dixeris, planè etiam animam & rationem ſignificaſti. Cuius enim alioquin erit mens, niſi animæ & rationis? atque idcirco ſicut relatam & à ſe mutuo pendentem habent appellationem, ita communem & indiuiduam habent eſſentialem efficacitatem. Vna enim & ſimilis Patris & Filij & Spiritus ſancti efficacitas, vna virtus, vnā poteſtas, vna voluntas, vna ſententia. B Quæcumque ſiquidem fecerit Pater, indiuulſus cooperator eſt & Filius: & quæcumque perfecerit Filius aut Spiritus ſanctus, omnino cooperatur indiuiſè Pater; neque enim Filius ſine Patre à ſe ipſo per ſe ſolus quid facit, neque vllo modo Pater ſine Filio & Spiritu ſancto, nec rurſus Spiritus ſine Filio & Patre quippiam operatur. Age nunc deinceps ab exemplaribus ad effigiem, quæ eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei in anima noſtra, te conuerte, tumque vnam ac ſimilem in nobis operationem videbis. Nam nec anima ſine C ratione quid præſtat, neque ſine anima ratio, neque adeò mens rurſus ſine anima ratione ſola quid exequitur: quod eiuſdem naturæ ſimúlque natam ac deuinctam habeant inter ſe communem virtutem & efficacitatem, quæ eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Quod ſi mihi obijcias, nihil per ſe animam abſque corpore operari, iam id nos quoque antè diximus: in hoc nimirum illam etiam factam ad imaginem & ſimilitudinem per materiam ſubiectam oculis facultates ſuas demonſtrare, quæ ſub aſpectum non cadunt: D tametſi cùm à corpore ſeparata eſt natura ſua pura anima & ſubſtantia, tum maximè ad perſpiciendum idonea & ſimplex & ſedata lucidiórque inuenta, veriùs ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta appellari poteſt & eſſe. Quod ſi ea, quę dicta ſunt, vt conijcere licet, irrideat aduerſarius, quod tres ſubſiſtētias vel perſonas propriè abſolutas & perfectas in anima ad æqualitatē ſanctiſſimæ Trinitatis non demōſtrauerimus, diſcat ſtolidus ille noſtram animam ad imaginem quandam typicam eſſe factam non ad æqualitatem ſanctæ Trinitatis, quin etiam

A & in diuinitate, niſi fortè nimis inſolens ſit dicere, diſtinctionem quandam localem & aſſignatam diſtantiam à ſe inuicem habere Patrem à Filio, & Spiritum ſanctum ex ipſo: ne prætereas hoc etiam ad ſimilitudinem tuam cum Dei imagine explicandam, quòd inquam ex hac corporali verbi ex labiis generatione, virtus & ſapientia & prudentia, & potentia & profũditas animæ tuæ ac mentis omnibus innoteſcit ac diuulgatur, cum hoc quoque tibi exemplo declaretur etiam ad imaginẽ & ſimilitudinem Dei creatã eſſe. B Etenim per Dei Verbi generationem ſecũdum carnem, virtus & potentia & ſcientia, & ſapientia, cæteráque omnia Patris & Spiritus ſancti bona in mundo manifeſta ſunt reddita. Vide enim quanta qualiáque ſint verbi, in figuram Dei Verbi, in mundo præclara facinora, quaque ratione per verbum omnia condantur & conſtituantur: verbo producti ſunt angeli: verbo concelebrant conditorẽ: verbo quę ſub aſpectũ cadunt eſſe cœperunt, verbo illuminatur creatura: verbo quęcumque ſunt innotuerunt: ſolo verbo in lucem edita ſunt: C verbo producta ſunt elementa: verbo creatorem collaudamus: verbo Dei cognitio promulgata eſt: per verbum Deũ agnouimus: per Verbum conſtituta ſunt omnia: & quemadmodum mutus infans, brutus eſt ac ſine mente apud homines, quouſque verbum labris genuerit: ita per Dei Verbi generationem in carne omnis brutalitas naturæ noſtræ deleta eſt, cum Deus Verbum Patrem ſuum creaturæ palàm & Spiritum ſanctũ reuelaſſet. Quocirca, vtpotè ex Deo decerpta, noſtra anima ne poſt exceſſum quidem è corpore in miniſterium mittitur, D ſicut angeli ipſi mittuntur: quandoquidem ſpiritus adminiſtratorij ſunt illi, animæ verò, ſanctorũ præcipuè, ad imaginem Dei dominatorij ſunt ſpiritus. Etſi enim minutus etiam fuerit homo poſt præuaricationẽ paulò minus ab angelis, tamen per vnigeniti Dei Verbi ſecundum hypoſtaſim vnionem in ipſo maius quippiam eſt factus. Ille ſiquidẽ, qui ad imaginẽ Dei quondam erat factus, quiddam iam coniunctum cum Deo factus eſt, & qui prius imaginis Dei participes redditus fuit, imaginis ſuæ communicator eſt factus. Ipſi gloria in ſæcula, Amen.

Hebr. 1. 14

A ἐπὶ τῆς θεότητος, εἰ μὴ φοβερόν ἐστι τὸ εἰπεῖν, τοπικὴν διαίρεσιν καὶ ἐπιγεγραμμένην διάστασιν ἐξ ἀλλήλων ἔχειν τὸν πατέρα ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ· μὴ παραδράμῃς εἰς τὴν κατ' εἰκόνα σου πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν μηδὲ τοῦτο, λέγω δὲ ὅτι διὰ τῆς τοῦ λόγου σωματικῆς ἐκ χειλέων γεννήσεως ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ φρόνησις, καὶ ἡ δύναμις, καὶ τὸ βάθος, καὶ ἡ γνῶσις τῆς ψυχῆς σου, καὶ τοῦ νοὸς τοῖς πᾶσι γνωρίζεται καὶ δημοσιεύεται· δηλοῦντός σοι καὶ τούτου τοῦ ὑποδείγματος κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὑπάρχειν Θεοῦ. B διὰ γὰρ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου ἐφανερώθη ἐν κόσμῳ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ γνῶσις, καὶ ἡ σοφία, καὶ πάντα τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅρα γὰρ πόσα καὶ οἷα τοῦ λόγου, εἰς τύπον τοῦ Θεοῦ λόγου, ἐν κόσμῳ τὰ κατορθώματα, καὶ πῶς διὰ λόγου τὰ πάντα δημιουργοῦνται καὶ συνίστανται· λόγῳ ὑπέστησαν ἄγγελοι· λόγῳ τὸν δημιουργὸν γεραίρουσι· λόγῳ τὰ ὁρώμενα γεγόνασι· λόγῳ ἡ κτίσις φωτίζεται· λόγῳ τὰ ὄντα ἐγνωρίσθησαν· λόγῳ μόνῳ ἐξεφάνθησαν· C λόγῳ ἐδείχθησαν τὰ πέρατα· λόγῳ τὸν κτίστην γεραίρομεν· λόγῳ θεογνωσία κεκήρυκται· διὰ λόγου τὸν Θεὸν ἐπεγνώκαμεν· διὰ λόγου τὰ πάντα συνίστανται· καὶ ὥσπερ τὸ ἄλαλον νήπιον ἀνόητόν ἐστιν ἀνθρώποις ἄχρι τῆς διὰ χειλέων τοῦ λόγου γεννήσεως· οὕτω διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου κατὰ σάρκα γεννήσεως πᾶσα ἡ ἀλογία παρῆλθε τῆς ἡμετέρας φύσεως, τοῦ Θεοῦ λόγου δηλώσαντος τρανῶς τῇ κτίσει τὸν πατέρα καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ὅθεν ὡς θεότμητος, ἡμῶν ἡ ψυχὴ οὐδὲ ἀποστέλλεται εἰς διακονίαν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ σώματος, καθὼς οἱ ἄγγελοι ἀποστέλλονται· D ἐπεὶ ἐκεῖνα μέν εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα· αἱ δὲ τῶν ἁγίων μάλιστα ψυχαὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεσποτικὰ πνεύματα. Εἰ γὰρ καὶ ἠλάττωται ὁ ἄνθρωπος μετὰ τὴν παράβασιν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, ἀλλὰ γοῦν τῇ τοῦ Θεοῦ λόγου καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει ἐν αὐτῷ μεῖζόν τι γεγένηται· ὁ γάρ ποτε κατ' εἰκόνα Θεοῦ, νῦν γέγονε τὸ ἅμα Θεῷ· καὶ ὁ πρὶν μεταληπτικὸς τῆς εἰκόνος Θεοῦ, γέγονε μεταδοτικὸς τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΔΙΑ ΤΗΝ ΕΓΓΑΣΤΡΙΜΥΘΟΝ, πρὸς Θεοδόσιον ἐπίσκοπον ἐπιστολή.

Ὁ ΕΙΠΩΝ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, δῆλος πάντως καὶ τὴν περὶ τὸ εὑρεῖν δύναμιν τοῖς φιλομαθέσι κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου διερευνωμένοις, καὶ ἀναζητοῦσι τὰ κεκρυμμένα μυστήρια. ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος, ὑπὲρ τὴν αἴτησιν ἐπιδαψιλευόμενος τῇ μεγαλοδωρεᾷ τῶν χαρισμάτων. οὐκοῦν πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει τέκνον Τιμόθεε· πρέπει γάρ, οἶμαι, τῇ τοῦ μεγάλου φωνῇ πρὸς τὴν σὴν ἀγαθότητα χρήσασθαι, καὶ δώῃ σοι κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι, ὥστε σε πλουτισθῆναι ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. νῦν δὲ περὶ ὧν ἐπέταξας, ὅσαπερ ἂν ὁ κύριος ὑποβάλῃ, δι' ὀλίγων ὑπηρετήσασθαί σου τῇ προθυμίᾳ καλῶς ἔχειν ἐδοκίμασα· ὡς ἂν διὰ τούτων μάθοις ὅτι χρὴ δι' ἀγάπης ἀλλήλοις δουλεύειν ἡμᾶς, ἐν τῷ ποιεῖν τὰ ἀλλήλων θελήματα. πρῶτον τοίνυν ἐπεὶ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κεφαλαίων προτέτακται τὸ περὶ τοῦ Σαμουὴλ ἐπιζητούμενον νόημα, διὰ βραχέων ὡς ἔστι δυνατὸν Θεοῦ διδόντος ἐκθήσομαι. ἤρεσέ τισι τῶν πρὸ ἡμῶν ἀληθῆ νομίσαι τῆς γαστριμύθου ἐκείνης τὴν ἐπὶ τοῦ Σαμουὴλ ψυχαγωγίαν, καί τινα λόγον τοιοῦτον εἰς συνηγορίαν τῆς ὑπολήψεως αὐτῶν ταύτης προφέρονται, ὅτι λυπουμένου τοῦ Σαμουὴλ ἐπὶ τῇ ἀποβολῇ τοῦ Σαούλ, καὶ πολλάκις τῷ κυρίῳ προσφέροντος ὅτι θέλει τὴν ἐκ τῶν ἐγγαστριμύθων γινομένην γοητείαν ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν ἀνθρώπων, ἐξεκάθηρεν ἐκ τοῦ λαοῦ Σαούλ· καὶ διὰ τοῦτο δυσχεραίνοντος τοῦ προφήτου

EIVSDEM DE VENTRILOQVA SEV PYTHONISSA, ad Theodoſium Epiſcopum, Epiſtola.

Eodem interprete.

B QVI diſcipulis ſuis dixit, Quærite & inuenietis, is proculdubio facultatem etiam inueniendi ſtudioſè perquirentibus,& ex præcepto Domini recondita ſecreta indagantibus largietur. Non enim mendax eſt, qui promiſit, cuius munificentia donorúmque largitio magnifica petitioni corollarium & auctarium addit. Itaque attende lectioni, fili Timothee; conuenit enim, vt opinor, vt magni (*Matth. 7. 7.* — *1. Tim. 1. 3*)

C illius Pauli verbis bonitatem tuam alloquar, & det tibi Dominus intellectum in omnibus, ita vt diues fias in omni verbo & in omni ſcientia. Nunc autem de iis quæ iuſſiſti, quæcumque ſuggeſſerit Dominus operæpretium me facturum putaui, ſi paucis tuo deſiderio obſequerer: vt ex his intelligas, quî nos oporteat inuicem per charitatem ſeruire, dum aliorum mutuò faciamus voluntatem. Primum igitur quoniam & illa inter cætera capita prima propoſita eſt, quæ exquiritur de Samuele ſententia; quantum in me ſitum erit, Deo

D dante, paucis verbis quid videatur exponam. Quibuſdam ante nos placuit veram arbitrari præſtigiatricis illius in Samuele animarum euocationem, atque ad opinionis ſuæ patrocinium eiuſmodi rationem quandam afferunt: quòd cum propter Saulis reiectionem triſtitia affectus eſſet Samuel, ſempérque Deo proponeret Saulem præſtigias ventriloquorum, quibus homines in fraudem illiciebant, de populo eraſiſſe, ideóque ægreferret Propheta,

quod à ſe reiecto placari nollet, permiſiſſe Deum, inquiunt, vt per eiuſmodi magicas artes Prophetæ anima euocaretur, vt videret Samuel falſa ſe Deo in ipſius defenſionem allegaſſe: cum cum diceret infenſum ventriloquis atque hoſtem fuiſſe, qui tum temporis, dum oraculum conſulit, in cauſa fuerat, vt eius anima euocaretur. Ego verò dum mihi in mentem venit Euangelicum illud chaos, quod in medio malorum bonorúmque firmatum eſt, inquit Patriarcha, vel potius Patriarchæ Dominus: ita vt neque poſſint damnati ad ſanctorum quietem aſcendere, neque ſancti ad improborum cœtum penetrare: veras eſſe ſententias eiuſmodi non admitto: vtpotè qui ſolum verum credere Euangelium ſum edoctus. Quando igitur magnus inter ſanctos erat Samuel, res autem mala eſt magia & incantatio, cum tantis Samuel in deliciis verſaretur, neque volentem eum neque inuitum profundum illum hiatum verſus impios & chaos imperuium arbitror traieciſſe. Nam inuitus quidem id non ſuſtinuiſſet, quod hiatum dæmon pertranſire non poſſet, atque ex medio beatorum cœtu virum ſanctum aliò transferre: volens autem id non feciſſet, quod neque cum improbis commiſceri vellet neque poſſet. Qui enim in bonis verſatur, ab iis in quibus verſatur, ad contraria ſponte non tranſit. Quod ſi quis etiam illum voluiſſe concedat, non tamen ipſius hiatus natura tranſeundi poteſtatem feciſſet. Quid ergo eſt, quod de his nobis in mentem venit? Cum naturæ humanæ ſit inimicus, communis omnium hoſtis, id vnum cogitat ſtudétque, vt non quoduis homini, ſed lethale vulnus infligat. Quódnam porro aliud tale vulnus hominibus lethale poſſit infligi, quàm ſi à vitæ auctore Deo reijciatur, vt in mortis exitium præceps vltro feratur? Quoniam igitur homines voluptarij corporiſque plus æquo amantes in hac vita ſtudio res futuras ſciendi tenentur: qua cognitione vel mala ſe euitaturos ſperant, vel id quod deſiderant aſſequuturos: idcirco ne à Deo pendeant homines, prænotionis rerum futurarum varia genera fallax dæmonum natura commenta eſt, auguria, diuinationes per ſymbola,

Diaboli inuentum diuinatio fallax.

A ἐπεὶ δὲ μὴ ἠθέλησαι τὸν κύριον διαλλαγῆναι τῷ ἀποβλήτῳ, συγχωρῆσαι φασὶ τὸν Θεὸν ἀναχθῆναι τοῦ προφήτου ψυχὴν διὰ τῆς τοιαύτης μαγγανείας· ἵνα εἰδῇ ὁ Σαμουὴλ ὅτι ψευδῆ ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ Θεῷ προετείνετο λέγων αὐτὸν πολέμιον εἶναι τοῖς ἐγγαστριμύθοις τὸν τηνικαῦτα διὰ τῆς αὐτῶν γοητείας τὴν ἄνοδον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μαντευσάμενον. ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ εὐαγγελικὸν χάσμα βλέπων, ὃ διὰ μέσου τῶν κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἐστήρικται, φησὶν ὁ πατριάρχης· μᾶλλον δὲ ὁ τοῦ πατριάρχου κύριος· ὡς ἀμήχανον εἶναι τοῖς τε κατακρίτοις ἐπὶ τὴν τῶν δικαίων ἄνεσιν ἀναβῆναι· καὶ τοῖς ἁ- B γίοις πρὸς τὸν τῶν πονηρῶν χορὸν διαπεράσαι· οὐ δέχομαι ἀληθεῖς εἶναι τὰς τοιαύτας ὑπολήψεις· διδαχθεὶς μόνον ἀληθὲς εἶναι πιστεύειν τὸ εὐαγγέλιον. ἐπεὶ οὖν τοίνυν μέγας ἐν ἁγίοις ὁ Σαμουὴλ, πονηρὸν δὲ κτῆμα ἡ γοητεία, οὐ πείθομαι ὅτι ἐν τοσούτῳ τῆς ἰδίας ἀναπαύσεως ὁ Σαμουὴλ καταστὰς, τὸ ἀδιόδευτον ἐκεῖνο χάσμα πρὸς τοὺς ἀσεβοῦντας διήρχετο, οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων· ἄκων μὲν οὖν οὐκ ἂν ἔτι ὑπέμεινε τὸ μὴ δύνασθαι τὸ δαιμόνιον διαβῆναι τὸ χάσμα, καὶ ἐν τῷ χορῷ τῶν C ὁσίων γενόμενον μετακινῆσαι τὸν ἅγιον· ἑκὼν δὲ οὐκ ἂν τοῦτο ἐποίησε, τῷ μήτε βούλεσθαι ἐπιμιχθῆναι τοῖς κακοῖς, μήτε δύνασθαι· τῷ γὰρ ἐν ἀγαθοῖς ὄντι ἀβούλητον ἀπὸ τῶν ἐν οἷς ἐστιν ἡ πρὸς τὰ ἐναντία μετάστασις. εἰ δέ τις καὶ βούλεσθαι δοίη, ἀλλ᾽ ἡ τοῦ χάσματος φύσις οὐκ ἐπιτρέπει τὴν πάροδον. τί οὖν ἐστιν ὁ περὶ τούτων ἡμεῖς λογιζόμεθα; ἐχθρὸς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν ὁ κοινὸς πάντων πολέμιος, ᾧ πᾶσα ἐστὶν ἐπίνοια καὶ σπουδὴ εἰς αὐτὰ τὰ καίρια βλάπτειν τὸν ἄνθρωπον. τίς δὲ τοιαύτη καιρία κατὰ τῶν ἀνθρώ- D πων ἄλλη πληγὴ, ὡς τὸ ἀποβληθῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ζωοποιοῦντος, καὶ πρὸς τὴν ἀπώλειαν τοῦ θανάτου ἑκουσίως αὐτομολῆσαι; ἐπεὶ οὖν τοίνυν σπουδή τις ἐστὶ κατὰ τὸν βίον τοῖς φιλοσωμάτοις γνῶσιν τινὰ τῶν μελλόντων ἔχειν· δι᾽ ἧς ἐλπίζουσιν ἢ τῶν κακῶν ἀποφυγὴν, ἢ πρὸς τὰ καταθύμια χειραγωγίαν· τούτου χάριν ὡς ἂν μὴ πρὸς τὸν Θεὸν οἱ ἄνθρωποι βλέποιεν, πολλοὺς τρόπους τῆς τοῦ μέλλοντος γνώσεως ἡ ἀπατηλὴ τῶν δαιμόνων ἐπενόησατο φύσις, οἰωνοσκοπίας, συμβολομαντείας,

χρηστήρια, ἡπατοσκοπίας, νεκυίας, ἐνθουσιασμούς, κατοκωχάς, ἐμπνεύσεις καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά· καὶ ὅπερ ἂν τι εἶδος προγνώσεως ἔκ τινος ἀπάτης ἀληθὲς εἶναι νομισθείη, ἐκεῖνο δὲ ἀπατηλὸν δαιμόνιον παραφαίνεται εἰς δικαίωσιν τῆς ἠπατημένης ὑπολήψεως τοῦ πεπλανημένου· οὕτως καὶ τὴν τοῦ ἀετοῦ πτῆσιν πρὸς τὴν τοῦ παρατετηρηκότος ἐλπίδα συνδραμεῖν παρασκευάσῃ ὁ δαίμων, καὶ τοῦ ἥπατος τὸν παλμόν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ φυσώδους γινομένην τῶν μηνίγγων παραφοράν, καὶ τῶν ὀμμάτων παραστροφήν, καὶ ἕκαστα κατὰ τὴν σημειωθεῖσαν ἐκ τῆς ἀπάτης παρατήρησιν ἡ τοῦ δαίμονος πανουργία προδείκνυσι τοῖς ἀπατωμένοις· ὥστε ἀποστάντας τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ, προσέχειν τῇ θεραπείᾳ τῶν δαιμόνων, δι' ὧν ἐνεργεῖσθαι τὰ τοιαῦτα πιστεύουσιν. ἓν τοίνυν ἀπάτης εἶδος ἦν καὶ τὸ τῶν ἐγγαστριμύθων· ὧν ἡ μαγγανεία ἐπιστεύετο δύνασθαι τὰς τῶν κατοιχομένων ψυχὰς πάλιν πρὸς τὸν ἄνω βίον ἐφέλκεσθαι. τοῦ τοίνυν Σαοὺλ ἐν ἀπογνώσει σωτηρίας γεγονότος· διὰ τὸ πανστρατιᾷ συγκεκινῆσθαι κατ' αὐτοῦ πάντα ἀλλόφυλον, καὶ ἐπὶ ταύτην ἐλθόντος τὴν ἐπίνοιαν, ὥστε τὸν Σαμουὴλ αὐτῷ τρόπον ὑποδεῖξαι τινὰ σωτηρίας· τὸ δὲ παρεδρεῦον τῇ ἐγγαστριμύθῳ δαιμόνιον, δι' οὗ ἠπατᾶτο ἐκ συνηθείας τὸ γύναιον εἰς διαφόρους μορφὰς σκιωδῶς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ γυναίου ἐσχημάτιζεν, οὐδενὸς τῷ Σαοὺλ προφαινομένου, ὧν καθεώρα τὸ γύναιον. ὡς γὰρ ἥψατο τῆς γοητείας, καὶ ἤδη τῷ γυναίῳ ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς τὰ φαντάσματα, πίστιν τοῦ ἀληθῆ τὰ φαινόμενα εἶναι ταύτην ὁ δαίμων ἐμηχανήσατο, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κεκρυμμένου ἐν τῷ εἴδει τοῦ προσχήματος διασαφῆσαι, δι' οὗ μᾶλλον ὁ Σαοὺλ κατεπλάγη, ὡς οὐδὲν ἔτι τῆς γυναικὸς σφαλησομένης, τὸ δὲ ἰδιωτικὸν σχῆμα τὴν γοητικὴν δύναμιν μὴ ἀγνοῆσαι. εἰπούσης τοίνυν αὐτῆς Θεοὺς ἑωρακέναι ἀναβαίνοντας, καὶ ἄνθρωπον ὄρθιον ἐν διπλοΐδι, πῶς στήσουσι τὸ καθ' ἱστορίαν οἱ δοῦλοι τοῦ γράμματος; Εἰ γὰρ ἀληθῶς ὁ Σαμουὴλ ἐστὶν ὁ ὀφθείς, οὐκοῦν κατ' ἀλήθειαν καὶ θεοί εἰσιν οἱ ὀφθέντες παρὰ τῆς φαρμακίδος· Θεοὺς δὲ ἡ γραφὴ τὰ δαιμόνια λέγει· πάντες γὰρ οἱ Θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· ἆρ' οὖν μετὰ τῶν δαιμόνων ἔσται ἡ ψυχὴ τοῦ Σαμουήλ; μὴ γένοιτο.

A oracula, haruſpicia, mortuorum euocationes, furoris afflatus, numinis inſtinctus, inſpirationes, aliaq; plurima id genus: cum quæcumque prænotionis ſpecies ex aliqua fallacia vera cuipiam videatur, illa continuò à fallaci dæmone monſtratur, vt hoc tanquam patrocinio eius, qui in fraudem illectus eſt, fallax opinio iuſta comprobetur. Sic efficit dęmon, vt aquilę volatus cum eius, qui obſeruarit, ſpe & expectatione concurrat, & vt iecoris palpitatio, & mẽbranarum ac pelliculárum ex inflatione orta titubantia, & oculorum inuerſiones, & vnaB quæque prout notata fuerit ex fallacia obſeruatio, deceptis hominibus à verſutia dæmonis commõſtratur: vt à Deo diſcedentes dæmonum cultui ſe addicant, à quibus talia perfici credunt. Porro vnum erat ex illis fallaciæ generibus hoc ventriloquorum, ſeu Pythonem habentiũ, quorum præſtigiæ poſſe animas eorum, qui deceſſerant, rurſus ad hanc ſuperſtitum vitam pertrahere credebantur. Cum itaque Saul de ſua ſalute deſperaret, quod omnes copias ſuas aduerſus ipſum alienigenæ omnes C collegiſſent, ſibique perſuaſiſſet, ſe à Samuele viam aliquam atque rationem edoceri poſſe, qua incolumis euaderet: quod Ventriloquæ inſidebat dæmonum, à quo de more muliercula decipiebatur, varias ſibi formas vmbratiles in muliercula oculis effingebat, cum interim nihil eorum, quæ conſpiciebat muliercula, Sauli appareret. Vt enim incantationem ſuam aggreſſa eſt, iamque mulierculę ob oculos phantaſmata & ſpectra verſabantur, ex eo fidem ſuis appatitionibus cõciliare voluit dęmon, quod eius perſonam, qui diſſimulato D habitu latebat, declararit, quæ res maiorem in admirationem Saulem traduxit: vt exiſtimaret non aberraturam deinceps ab vllius rei cognitione mulierem; cum priuati habitus magicæ facultati non impoſuiſſet. Poſtquam ergo dixit illa ſe Deos aſcendentes videre, & virum erectum amictum pallio, quo pacto ſtabilient, quod ad hiſtoriam attinet, qui ſerui ſunt literæ? Si enim verè Samuel eſt ille, qui viſus eſt, planè igitur veri ſunt etiam Dij, quià venefica ſunt viſi: nam & dæmonia Deos dicit ſcriptura, Omnes enim Dij gentium dæmonia, num igitur cum dæmonibus erit & anima Samuelis? abſit. Pſ. 95. 5.

Verùm illud, quod ſemper veneficæ obſequebatur, dæmonium aſſumpſit & alia ſecum dæmonia: vt cùm mulierem falleret, tum eum qui ab ipſa fallebatur Saulem: atque effecit, quidem vt dæmonia Dij à ventriloqua cenſerētur, ipſum autem illa ſe ſpecie induit quæ requirebatur, & voces illius ſimulauit, & quantum licebat veriſimili aſſequi coniectura ex iis, quæ apparebant, conformato in ſpeciem prophetiæ reſponſo, quæ ex conſequenti euentura putabantur, denuntiauit. Porro ſeipſum volens nolens arguit dæmon veritate prolata, dum dixit, Cras tu & Ionathan mecum: ſi enim verè Samuel erat, quomodo fieri poterat, vt is qui omnium ſcelerum reus erat, cum illo eſſet? Verùm hinc liquet Samuelis loco dæmonium illud improbum viſum, cùm ſecum futurum Saulem dixit, mentitum non eſſe. Etſi autem ſcriptura dicat etiam, Samuel hoc dixit, ne commoueant hæc verba peritum lectorem, ſed additum exiſtimet, qui putabatur eſſe Samuel. Hanc enim conſuetudinem eſſe ſcripturæ comperimus, vt ſæpe rei veræ loco id quod apparet enarret, vt in hiſtoria Balaā nunc quidem dicente ipſo: Audiam, quid loquetur in me Deus: deinde verò cum nouiſſet Balaām, quòd placeret Deo vt non malediceretur Iſraëli, nequaquam abiit, ſicut conſuetum ei erat, in occurſum auſpiciis, qui enim inconſideratus fuerit, ibi quoque verum Deum cum Balaam colloqui arbitrabitur. Sanè quidem quod ſubijcitur argumento eſt, eum qui Balaam putabatur, Deum ſic appellaſſe ſcripturam, nō eum, qui verè Deus eſſet. Sic igitur hic quoque is, qui Samuel eſſe videbatur, verba veri Samuelis ſimulabat: dum ingenioſè dæmon, ex iis quæ probabile erat, euentura prophetiam imitaretur. Quod autem de Elia interrogaſti, maiori indiget conſideratione: non item in propoſita quæſtione. Etenim qui iuſſus eſt aquam bibere ex torrente, latenter à Deo admonebatur fore, vt à Propheta prolata contra Iſraëlitas ſententia ſiccitatis & & penuriæ imbris, ab ipſo rurſus reſcinderetur. Cui enim datum eſt, vt ex ſolo torrente biberet, illo quidem, vt veriſimile erat, ęſtibus exſiccato, cum aliunde nihil ſuppeteret Prophetæ, quo ſitim leuaret, quandoquidem vetitum illi

Scriptura mos in narrationibus.

Num. 22. 18.

A ἀλλὰ τὸ πάντοτε ὑπακοῦον τῇ φαρμακίδι δαιμόνιον, προσέλαβε, καὶ ἄλλα πνεύματα πρὸς ἀπάτην αὐτῆς τε καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ δι᾽ ἐκείνης ἀπατωμένου Σαοὺλ· καὶ τὰ μὲν δαιμόνια θεοὺς νομίζεσθαι παρὰ τῆς ἐγγαστριμύθου ἐποίησεν, αὐτὸ δὲ πρὸς τὸ ἐπιζητούμενον εἶδος ἐσχηματίσθη· καὶ τὰς ἐκείνου φωνὰς ὑπεκρίνατο· καὶ ὅπερ εἰκὸς ἦν ἐκ τῶν φαινομένων λογίσασθαι, τὴν ἐκ τοῦ ἀκολούθου ἐκβήσεσθαι προσδοκηθεῖσαν ἀπόφασιν, ὡς ἐν εἴδει προφητείας ἐφθέγξατο. ἤλεγξε δὲ καὶ ὡς οὐκ ἐβούλετο ἑαυτὸν ὁ δαίμων εἰπὼν τὴν ἀλήθειαν· B ὅτι αὔριον σὺ καὶ Ἰωνάθαν μετ᾽ ἐμοῦ. εἰ γὰρ ἀληθῶς ἦν ὁ Σαμουὴλ, πῶς ἐνεδέχετο τὸν ἐν πάσῃ κακίᾳ κατεγνωσμένον μετ᾽ ἐκείνου γενέσθαι; ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἀντὶ τοῦ Σαμουὴλ ὀφθὲν τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο δαιμόνιον. μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἔσεσθαι τὸν Σαοὺλ εἰπὼν, οὐκ ἐψεύσατο. εἰ δὲ λέγει ἡ γραφὴ, ὅτι καὶ εἶπεν ὁ Σαμουὴλ, μὴ ταρασσέτω τὸν ἐπιστήμονα ὁ τοιοῦτος λόγος· ἀλλὰ προσκεῖσθαι νομιζέτω, ὅτι ὁ νομισθεὶς εἶναι Σαμουήλ. εὑρίσκομεν γὰρ τὴν γραφικὴν συνήθειαν πολλαχοῦ τὸ δοκοῦν ἀντὶ τοῦ ὄντος διεξιοῦσαν, C ὡς ἐπὶ τοῦ Βαλαάμ· νῦν μὲν λέγοντος αὐτοῦ, ὅτι ἀκούσομαι, τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός· μετὰ ταῦτα δὲ, ὅτι γνοὺς δὲ ὁ Βαλαὰμ, ὅτι ἀρεστόν ἐστι τῷ Θεῷ μὴ καταρᾶσθαι τοὺς Ἰσραηλίτας, οὐκέτι κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀπῆλθεν εἰς συνάντησιν τοῖς οἰωνοῖς· ὁ γὰρ ἀνεπισκέπτως κἀκεῖ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν νομίσει διαλέγεσθαι τῷ Βαλαάμ. ἡ μέντοι ἐπαγωγὴ δείκνυσιν, ὅτι τὸν ὑπὸ τοῦ Βαλαὰμ νομιζόμενον, Θεὸν οὕτως ὠνόμασεν ἡ γραφὴ, οὐχὶ τὸν ὄντως ὄντα Θεόν. οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ὁ δόξας εἶναι D Σαμουὴλ τοὺς τοῦ ἀληθινοῦ Σαμουὴλ ὑπεκρίνατο λόγους, εὐφυῶς τοῦ δαίμονος ἐκ τῶν εἰκότων μιμουμένου τὴν προφητείαν. τὸ δὲ κατὰ τὸν Ἠλίαν πλείονος μὲν χρῄζει τῆς θεωρίας· οὐ μὴν ἐν τῷ προτεθέντι ζητήματι. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ χειμάρρου ὕδωρ πίνειν προσταχθεὶς, κατὰ τὸ λεληθὸς τοῦ Θεοῦ συνεβουλεύετο, ὥστε τὴν παρὰ τοῦ προφήτου ἐκφωνηθεῖσαν κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀνομβρίας ἀπόφασιν, δι᾽ αὐτοῦ πάλιν ἀναλυθῆναι. ᾧ γὰρ ἐδόθη ἐκ μόνου τοῦ χειμάρρου πίνειν, τοῦ δὲ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐν τοῖς αὐχμοῖς ἀποξηραινομένου, ἀνάγκης τῷ προφήτῃ μὴ εὑρισκομένης, πρὸς τὴν δίψαν παραμυθίας, διὰ τὸ ἀπειρῆσθαι αὐτῷ ἀλλαχό-

θεν πιεῖν, ἐπηνάγκαζεν αὐτὸν αἰτῆσαι τὸν ὄμβρον, ἵνα μὴ ἐπιλείπῃ τὸ ὕδωρ τὸν χείμαῤῥον. γίνεται δὲ τῷ προφήτῃ παρὰ τῶν κοράκων ἡ τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίων διακονία· δηλοῦντος διὰ τούτων τοῦ θεοῦ τῷ προφήτῃ, ὅτι πολλοί εἰσιν οἱ παραμεμενηκότες τῇ τοῦ θεοῦ ἀληθινῇ λατρείᾳ. ὅθεν χορηγεῖτο διὰ τῶν κοράκων ἡ τροφὴ τῷ προφήτῃ· οὐ γὰρ ἂν τῶν μεμιασμένων αὐτῷ προσῆγον ἄρτων, ἢ τὸ εἰδωλόθυτον κρέας. ὥστε καὶ διὰ τούτων ἐναχθῆναι τὸν Ἡλίαν, καθυφεῖναί τι τοῦ κατὰ τῶν ἠσεβηκότων θυμοῦ, μαθόντα διὰ τῶν γινομένων, ὅτι πολλοί εἰσιν οἱ πρὸς τὸν θεὸν ὁρῶντες, οὓς οὐκ ἔστι δίκαιον συγκαταδικασθῆναι τοῖς ὑπαιτίοις. εἰς δὲ πρωῒ μὲν ὁ ἄρτος, ἐν δὲ τῇ ἑσπέρᾳ τὸ κρέας αὐτῷ διακονεῖται. ἴσως δὲ αἰνίγματος πρὸς ἐνάρετον βίον σπουδὴν τὸ γινόμενον ἔχει, ὅτι γάλα ἀρχομένοις τῶν τελειοτέρων, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν, ὅς φησιν· ὅτι τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων. τὸ δὲ κάλυμμα τοῦ Μωϋσέως, οὐκ ἀγνοήσεις πρὸς ὅτι βλέπει, τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ Παύλου καθομιλήσας. ὅσα δὲ περὶ τῶν θυσιῶν ἐπεζήτησας, καλῶς ποιήσεις ὅλον τὸ Λευιτικὸν φιλοπονώτερον ἐξετάσας, καὶ μετὰ πλείονος τῆς προσεδρίας καθολικῶς τὸν ἐν τούτοις θεωρήσεις νόμον. οὕτω γὰρ συγκαταλημφθήσεται τῷ ὅλῳ μέρος· ἐφ᾽ ἑαυτοῦ γὰρ τοῦτο μόνον οὐκ ἂν διευκρινηθείη πρὸ τῆς τοῦ παντὸς θεωρίας. ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως ἐπηπορημένοις πρόδηλός ἐστιν ἡ λύσις. ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἄγγελος· ἀλλ᾽ ἐν ἀρχαγγέλοις ἦν τεταγμένος ὁ ἀποστάτης γενόμενος. δῆλον οὖν ὅτι τῇ ἀρχῇ συνεπιδέδεικται καὶ τὸ ὑποχείριον τάγμα, ὥστε λελύσθαι τὴν ζήτησιν περὶ τοῦ πῶς εἷς ἦν καὶ μετὰ πλήθους ἐστί· τῆς γὰρ ὑποχειρίου στρατιᾶς αὐτῷ συναποστάσης σεσαφήνισται τὸ ζητούμενον. τὸ δὲ τελευταῖον τῶν ἐπιζητηθέντων κεφάλαιον λέγω δὲ τὸ πῶς παραγίνεται τὸ πνεῦμα πρὸ τοῦ βαπτίσματος, πλατυτέρας ἐξετάσεώς τε καὶ θεωρίας δεόμενον, ἰδίῳ περιγράψαντες λόγῳ, θεοῦ διδόντος ἀποστελοῦμεν σοῦ τῇ τιμιότητι.

A fuerat, ne aliunde potum ſumeret, neceſſitas incumbebat, vt pluuiam poſtularet, ne torrens aqua deſtitueretur. Porrò à coruis Prophetę, quę ad victum erant neceſſaria, ſubminiſtrantur: Deo per hæc Prophetæ declarante, multos eſſe qui in Dei veri cultu perſeuerarent, ex quo cibus Prophetę ſuppeditabatur: neque enim pollutos ei panes, aut idolis immolatas carnes porrigerent. Atque ita per hæc incitabatur Elias, vt aliquid de ſua in eos, qui impij in Deum fuerant, ira remitteret: cum ex iis quæ fiebant intelligeret, multos eſſe qui Deum colerent, quos æquum non ſit cum reis
B puniri. Quòd verò mane quidem panis, veſpere autem carnes illi ſubminiſtrantur, fortaſſe per ænigma illud, quod ſit, ſtudium, ſeu diligentiam ad vitam cum virtute tranſigendam præ ſe fert, quod iis qui incipiunt opus ſit cibo, qui eſt Hebr. 5. 13.
perfectiorum, iuxta Pauli dictum, Perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum qui pro conſuetudine exercitatos ſenſus habent. Moyſis autem velamen, quò ſpectet, non ignorabis, ſi epiſtolam ad Corinthios lectitaris. Quod verò attinet ad ea, quæ de ſacrificiis percontatus es, rectè feceris, ſi Leuiticum ſtudioſius ſcrutatus fueris, maiorique aſſi-
C duitate generatim eas, quæ ad iſtas pertinent leges, conſideraueris. Sic enim fiet, vt cum toto partem intelligas: ſeparatim námque hoc ſolum non facile fuerit diſcernere ac diſcutere ante totius generis diſquiſitionem. In his verò quæſtionibus, quæ ad contrariam pertinent poteſtatem, manifeſta eſt ſolutio, non ſimpliciter Angelum fuiſſe, ſed inter Archangelos conſtitutū fuiſſe eum, qui deſertor eſt factus. Liquet ergo vna cum imperio ſubditam illi turmam indicari: ſic, vt ſoluta ſit quæſtio illa, quo pacto vnus fuerit: & cum multitudine
D ſit: cum enim id, quod ſubiectum illi erat agmen, cum eo defecerit, expoſitum eſt quod quærebatur. Poſtremum verò caput quæſtionum propoſitarum, quomodo, inquam, ſpiritus ante baptiſmum adueniat, ampliori indiget diſquiſitione atque conſideratione, quod cum proprio libro complexi fuerimus, Deo dante, ad tuam reuerentiam tranſmittemus.

A

EIVSDEM IN SVAM ORDINATIONEM.

Eodem interprete.

AD nos etiam ſpiritualis inſtruendi conuiuij ſors, & officium deuolutum eſt: tametſi idonei potius ſimus, vt alienorum participes fiamus bonorum, quàm vt ipſi noſtra largiamur. Equidem omni ope conatúque contendi, vt ab eiuſmodi pendendis tributis propter meam in dicendo penuriam immunis eſſem: prout etiam fert lex quæpiam conuiuiorũ. Sic enim accepi homines, qui lauta & magnifica victus ratione vtuntur, cum communibus compranſoribus omnibus in orbem conuiuia inſtruxerunt, ſi quis ex numero conuiuarum ſit anguſtioris fortunæ, ſolitos eum à communi ſymbola conferenda immunem menſæ ſocium non repudiare. Ita quoque optabam ipſe ditiorum epulis tanquam menſarum aſſecla adhiberi. Quando autem eximius & opulentus hic conuiuij dominus ne nobis quidem vult parcere, ſed & miniſtrare nos iubet: ſic agam cum illo, Amice, commoda mihi aliquot ex panibus tuis: panes autem appello, quod precibus fertur auxilium. Quid enim attinet aures veſtras, quæ ſpiritualibus iſtis fauis ſeſe oblectarunt, ieiuna egenáque excipere oratione? Ac fortaſſe melius ſe habeat, ſi quemadmodum in Gymnicis certaminibus illorum eſt ſtadium, qui viribus corporis in illis valent, cæteri verò decertantiũ fiunt ſpectatores, ita in hoc ſpirituale ſtadium illi ſoli, qui virtute ſanctorum ac robore pollent, aduerſus athletas prodeant: Si quis autem ſit ex iis, quorum vnus ego ſum, cui cani ſint crines, fractæ autem ob ætatem vires, tremula etiam & nonnihil claudicans oratio, huic permittatur, vt ſe athletarum contentionibus ſpectandis oblectet. Ne igitur longius vobis fratres ſermonis exordium protrahamus: cum mirificis eorum qui ante nos dixerunt oratio-

Luc. 11. 5.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑΝ.

ΗΛΘΕ καὶ ἐφ' ἡμᾶς
ἡ τῆς πνευματικῆς ἑ-
στιάσεως λειτουργία, με-
τέχειν μᾶλλον ἑτέρων,
ἢ ἑαυτοὺς παρέχειν ἄλ-
B λοις, οἵτινες ἐπιτηδείους.
καί τοι γε ἔγωγε καὶ
παντελῶς ἠξίουν ἀτελὴς εἶναι τῶν τοιούτων φό-
ρων, διὰ τὴν τοῦ λέγειν πενίαν, κατά τινα νό-
μον συμποτικόν. ἀκούω γὰρ τοὺς ἁβροτέρους
τὴν δίαιταν, ὅταν ἐκ περιόδου τῷ κοινῷ συσ-
σιτίῳ τὰς εὐωχίας παρασκευάσωσιν, εἴ τις ἐκ
τοῦ καταλόγου τῶν δαιτυμόνων πενέστερος εἴη,
τοῦτον κοινῆς συνθήκης ἀτελῆ σύνδειπνον ἔχειν.
οὕτω καὶ αὐτὸς ἐβουλόμην ἐπισίτιος εἶναι τῆς
τῶν πλουσίων τροφῆς· ἀλλ' ἐπεὶ ὁ καλός τε
καὶ πλούσιος ἑστιάτωρ οὐδὲ ἡμῶν φεί-
C δεται, διακονεῖν δὲ προστάττει, ἐρῶ πρὸς
αὐτόν, φίλε, χρῆσον μοι τῶν σῶν ἄρτων· ἄρ-
Si lingua cruenta canis aquam lambe- A rit, non eam idcirco reſpuunt homines: at ſi ad illam æger acceſſerit, continuò propter hominem ipſa quoque aqua deteſtabilis prædicatur. Hæc enarrant, hæc deplorant: ob hæc neceſſariò ſe ad hominum pedes abijciunt miſeri, & omnibus occurrentibus ſupplicant. Sæpè triſti ſpectaculo illacrymaui: ſæpè de natura conqueſtus ſum, & ea me recordatio memoriaque nunc etiam mouet atque perturbat. Vidi ægritudinem miſerandam: vidi ſpectaculum plenum lacrymarum: iuxta vias celebres, & à prætereuntibus frequentatas iacent B homines, immo ne homines quidem, ſed infelices hominum reliquiæ, ſignis & indiciis aliquibus indigentes, vt ſe homines eſſe fidem faciant. Neque enim ex naturæ notis quidquam eſt reliquum, vt agnoſci poſſint. Hi ſoli ex omnibus ſe ipſos oderunt, ſoli diem ſuum natalem execrantur, ac iure quidem deteſtantur illum diem, qui talis vitæ principium fuit. Homines qui ſe communi appellatione nominare erubeſcunt, ne ex ipſa nominis communione naturam communem dedecorent. Semper in miſeriis vitam degunt: per- C petuam luctus materiã habent. Quamdiu enim ſe ipſos aſpiciunt, tamdiu lugendi habent occaſionem. Dubitant autem quas magis deplorent corporis partes, ea ne, quæ non adſunt amplius, an illas, quæ ſuperſunt. Quas morbus abſumpſit, an quæ morbo relictæ ſunt abſumendæ. Dolendum ne magis ſit, quòd in ſeipſis eas miſerias cernant, an quòd eas adempta etiam morbo videndi facultate, intueri non poſſint. Quòd talia de ſe narrare queant, an quòd ſibi ab ipſo morbo erepta etiam voce, ne illa quidem valeant explicare. Quòd tali veſcantur cibo, an D quòd ne illo quidem commodè veſci poſſint, impedita propter oris corruptas à morbo particulas edendi poteſtate. Quòd ſentiendo ea quæ mortuorum ſunt propria, perpetiantur, an quòd ipſis etiam ſenſibus ſpoliati ſint. Vbi enim illis aut videndi, aut odorãdi, aut tangendi vis? Vbi reliquorum ſenſuum ſedes, quas paulatim depaſcente morbo vlcus arrodit? Per omnia igitur vagantur loca, ad vberiorem paſtum,

A κἂν κύων λάψῃ τοῦ ὕδατος τῇ αἱμοβόρῳ γλώσσῃ, οὐκ ἐνομίσθη βδελυκτὸν διὰ τὸ θηρίον τὸ ὕδωρ. ἐὰν ὁ ἄῤῥωστος προσεγγίσῃ τῷ ὕδατι, εὐθὺς ἀπεκηρύχθη καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τὸν ἄνθρωπον. ταῦτα διεξέρχονται, ταῦτα ὀδύρονται. διὰ τοῦτο ῥίπτουσιν ἑαυτοὺς κατ' ἀνάγκην πρὸς τῶν ἀνθρώπων οἱ δείλαιοι, ἱκέται παντὸς τοῦ παρατυγχάνοντος γινόμενοι. πολλάκις ἐπεδάκρυσα τῷ σκυθρωπῷ τούτῳ θεάματι, πολλάκις πρὸς αὐτὴν τὴν φύσιν ἀπεδυσπέτησα· καὶ νῦν πρὸς τῇ μνήμῃ συγχέομαι. εἶδον πάθος ἐλεεινόν, εἶδον θέαμα δακρύων πλῆρες· B πρόκεινται κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν παριόντων ἄνθρωποι· μᾶλλον δὲ οὐκέτι ἄνθρωποι, ἀλλὰ τῶν ποτὲ ἀνθρώπων ἄθλια λείψανα· συμβόλων τινῶν καὶ γνωρισμάτων εἰς τὸ πιστευθῆναι δεόμενοι. οὐ γὰρ ἔχουσιν ἀπὸ τῶν τῆς φύσεως χαρακτήρων ἐπιγινώσκεσθαι ἄνθρωποι· μόνοι τῶν πάντων ἑαυτοὺς μισοῦντες· μόνοι τὴν γενέθλιον ἡμέραν διὰ κατάρας ἄγοντες. μισοῦσι γὰρ εἰκότως τὴν ἡμέραν ἐκείνην, τὴν ἀρξαμένην αὐτοῖς τῆς τοιαύτης ζωῆς. ἄνθρωποι, οἱ καὶ ὀνομάζειν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς κοινῆς προσηγορίας αἰσχύνονται· ὡς ἂν C μὴ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ὀνόματος τὴν κοινὴν φύσιν δι' ἑαυτῶν καθυβρίσαι. οἱ μὲν γὰρ ἀεὶ συζῶντες, ἄπαυστον τῶν θρήνων τὴν ὑπόθεσιν ἔχοντες. ἕως γὰρ ἂν ἑαυτοὺς βλέπωσιν, ἀεὶ τὰς τοῦ θρηνεῖν ἔχουσιν ἀφορμάς· ἀποροῦντες, ὅ,τι καὶ μᾶλλον ὀδύρονται, τὰ μηκέτι ὄντα τοῦ σώματος, ἢ τὰ λειπόμενα; ὅσα προανάλωσεν ἡ νόσος, ἢ ὅσα τῇ νόσῳ λείπεται; ὅτι βλέπουσιν ἐφ' ἑαυτῶν τὰ τοιαῦτα, ἢ ὅτι οὐδὲ βλέπειν ἰσχύουσιν, ἀμαυρωθείσης ἐν τῷ πάθει τῆς ὄψεως; ὅτι τοιαῦτα ἔχουσι περὶ ἑαυτῶν διηγεῖσθαι, ἢ ὅτι οὐδὲ διαγγεῖλαι τὰ πάθη δύ- D νανται, τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀφῃρημένοι; ὅτι τοιαύτῃ χρῶνται τροφῇ, ἢ ὅτι οὐδὲ ἐκείνην εὐκόλως ἡ νόσος τῇ διαφθορᾷ τῶν περὶ τὸ στόμα μορίων ἐμποδιζούσης τῆς βρώσεως; ὅτι ἐν αἰσθήσει τὰ τῶν νεκρῶν δυστυχοῦσιν, ἢ ὅτι καὶ τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν προαφῄρηνται; ποῦ γὰρ παρ' ἐκείνοις ἡ ὅρασις; ποῦ ἡ ὄσφρησις; ποῦ δὲ ἡ ἁφή; ποῦ δὲ τὰ λοιπὰ τῶν αἰσθητηρίων, ἃ κατ' ὀλίγον νεμομένου τοῦ πάθους ἡ σηπεδὼν ἐπιβόσκεται; διὰ ταῦτα κατὰ πάντας ἀλῶνται τοὺς τόπους,

καθάπερ τὰ ἄλογα πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μετεξανιστάμενοι· ἐφόδιον τῆς κατὰ τὴν τροφὴν ἐμπορείας, τὴν συμφορὰν περιφέροντες, καὶ πᾶσι τὴν νόσον, ἀντὶ ἱκετηρίας προτείνοντες· καὶ τῶν χειραγωγησόντων διὰ τὴν ἀρρωστίαν δεόμενοι, καὶ ἀλλήλους διὰ τὴν ἀπορίαν ἀντιστηρίζοντες. καθ' ἑαυτὸν γὰρ ἕκαστος ἀσθενοῦντες, ἔρεισμα τῷ ἑτέρῳ γίνονται· τοῖς ἀλλήλων μέλεσιν ἀντὶ τῶν λειπόντων χρώμενοι. οὐ γὰρ καθ' ἕνα φαίνονται· ἀλλά τι ἔχει καὶ ἡ πτωχεία σοφὸν εἰς τὴν τοῦ βίου ἐπίνοιαν, τὸ μετ' ἀλλήλων αὐτοὺς θέλειν ὁρᾶσθαι. ὄντες γὰρ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστος ἐλεεινοί, ὡς ἂν μᾶλλον συμπαθεστέρους τοὺς ἀνθρώπους ποιήσωσι, προσθήκη τοῦ πάθους ἀλλήλοις γίνονται, τὸν πονηρὸν τῷ κοινῷ συνεισφέροντες ἔρανον, ἄλλος δι' ἄλλης τινὸς συμφορᾶς ἔλεον ἑαυτοῖς ἐρανίζοντες· ὁ μὲν χεῖρας ἠκρωτηριασμένας προτείνων, ἄλλος γαστέρα προδεικνὺς φλεγμαίνουσαν, καὶ πρόσωπον ἠχρειωμένον ἕτερος, καὶ ἄλλος τὸ σκέλος ἀποσηπόμενον· ὁ δὲ ὃ ἂν τύχοι τοῦ σώματος ἀπογυμνώσας, ἐν ἐκείνῳ τὸ πάθος ἔδειξεν. τί οὖν; ἆρα ἐξαρκεῖ τοσοῦτον πρὸς τὸ μηδὲν εἰς τὸν τῆς φύσεως νόμον ἐξαμαρτεῖν, αὐτὸ τοῦτο τὸ τραγῳδεῖν τὰ πάθη τῆς φύσεως, καὶ λόγῳ διασκευάζειν τὴν νόσον, καὶ πρὸς τὴν μνήμην παθαίνεσθαι; ἢ τινὸς ἡμῖν καὶ ἔργου χρεία τοῦ ἐπιδεικνυμένου πρὸς τοὺς τοιούτους τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάλληλον. ὃ γάρ εἰσιν αἱ σκιογραφίαι πρὸς τὰ ὄντως πράγματα, τοῦτο οἱ λόγοι διεζευγμένοι τῶν ἔργων. οὐ γὰρ ἐν τῷ λέγειν, φησὶν ὁ κύριος εἶναι τὴν σωτηρίαν· ἀλλ' ἐν τῷ ποιεῖν τὰ ἔργα τῆς σωτηρίας. οὐκοῦν ἀναπληρωτέον ἡμῖν αὐτοῖς τῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἐντολῆς. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο λεγέτω τις, ὡς ἱκανόν ἐστι πόρρω ποι τῆς ἡμετέρας ζωῆς, ἐπί τινος ἐσχατιᾶς ἀποικισθεῖσι τὴν τροφὴν χορηγεῖν. ἡ γὰρ τοιαύτη γνώμη, οὐχὶ ἐλέου τινὸς καὶ συμπαθείας ἀπόδειξιν ἔχει· ἀλλά τις διὰ προσώπου ἐστὶν ἐπίνοια, τοῦ παντελῶς τοὺς ἀνθρώπους τῆς ἡμετέρας ἐξορισθῆναι ζωῆς. εἶτα οὐκ αἰσχυνόμεθα τὸν ἴδιον αὐτῶν βίον, εἰ χοίροις, καὶ κυσὶν ὁμωροφίας ποιούμεθα; οὐδὲ τῆς κοίτης ἑαυτοῦ πολλάκις ἀπείργει ὁ κυνηγέτης τὸν σκύλακα. οἶδεν καὶ φιλήματι τὸν μόσχον ὁ γεωργὸς δεξιώσασθαι. καὶ οὔπω τοῦτο πολύ-

A vt animalia rationis expertia, identidem ſe transferentes. Occaſionem ad negotiandum comparandaque cibaria circumferunt calamitatem, & ſupplicationis loco morbum omnibus oſtendunt. Propter ægritudinem autem miniſtris egent, à quibus manu ducantur, ſed ob inopiam ſeſe viciſſim cõfirmant. Sic enim alter alterius vtitur membris pro iis, quæ ſibi deſunt, vt, qui per ſe ſinguli ſunt imbecilli, mutua illa acceſſione fulciantur. Itaque in hominum conſpectum ſigillatim non veniunt, ſed (adeò egeſtas etiam ad parandum victum ingenioſos & ſolertes facit) vniuerſi at- B que inter ſe congregati cõſpici volunt. Inde fit, vt, cùm ſinguli miſerabiles ſint, hominibus ita coniuncti magis miſerandi coadiuuandique videantur. Aliquid enim quiſque in commune confert, & alius ex alia calamitate miſericordiam comparat. Hic prætendit mutilatas manus: ille tumidum ventrem oſtendit, alius dilaniatam faciem: Crus putreſcens alius. Qua denique quiſque ęgrotat corporis parte, eam denudat, & ſuam miſeriã oſtentat. Quid ergo faciendum C eſt nobis, vt nihil in naturæ legem peccaſſe videamur? ſatiſne ſit, eorum affectiones deplorare, & oratione morbum extollere, atque ipſa commemoratione cõmoueri? an neceſſe eſt, vt facto etiam aliquo miſericordiam & beneuolentiam erga illos noſtram declaremus? Sic eſt profectò. Nam quæ proportio eſt inter res veras & adumbratas picturas, eandem obtinent verba, ſi ab operibus ſeiungatur. Non enim in verbis ſalutem conſiſtere dicit Dominus, ſed in ſalutis operibus faciendis. Quamobrem, quod nobis ipſorum cauſa mandatum eſt, id *Matth. 7. Luc. 6.* D oportet vt ipſimet exequamur. Neque enim illud omnino quiſpiam dicat, eſſe ſatis, ſi procul à nobis in extremam aliquam noſtræ regionis partem, tanquam in coloniam deductis alimenta ſuppeditentur. Ea namque ſententia nullam vere clementiæ & commiſerationis ſignificationem habet, ſed ſub ea miſericordiæ ſpecie illud conſilium latet, vt homines è vita noſtra prorſus exterminentur. Deinde noſtræ nos viuendi conſuetudinis non pudet? qui ſues, & canes contubernales habeamus, adeò, vt ne ſuo quidem lectulo venator catulum arceat, & agricola vitulum exoſculetur:

& propriis manibus viator aſini pedes lauet, & curandis vulneribus medicas manus adhibeat, ſtercúſque auferat, & cubile ſubſternat, eos autē, qui generis neceſſitudine nobis coniuncti ſunt, ipſis etiam rationis expertibus animalibus poſtponamus? Ne fiant hæc, quæſo, ne fiant ô fratres. Ea ſententia aduerſus homines rata ne habeatur. Operæpretium eſt meminiſſe, qui ſumus, de quibus cōſilium capiamus. Nempe de hominibus homines, qui nihil propriū, & à natura communi ſeiunctum poſſidemus. *Sap. 7.* Vnus omnibus in hanc vitam introitus, idem omnibus vitæ modus. Edendi, bibendi, viuendi ſimilis ratio, eadem corporum conſtructio, idem è vita exitus. Omnia enim compoſita diſſoluuntur, & ad interitum veniunt. Nihil eorū quæ mixta concretaque ſunt, ſemper eodem ſtatu manet. Exiguum ad tempus bullarum *Homo bulla.* inſtar ſpiritui noſtro circumiectum eſt corpus. Mox autem extinguimur, nullo huius tumoris in vita relicto veſtigio. In columnis, & lapidibus, & titulis monumenta, ac ne illa quidē ſempiterna. Hęc igitur tecum ipſe reputans, noli altum ſapere, ſcripſit Apoſtolus, ſed time. *Rom. 11.* Incertum eſt, an in te ipſum ſtatuas ſæuitię legem. Ægrotantēne fugis? Dic, amabo, ecquid prætexens, id facis? *Morborum cauſa.* An quia in illo corruptus eſt humor, & putridus quidā ſuccus, atra bile cū ipſo humore cōfuſa, ſanguinē infecit? Has enim cauſas medici, cum de morbis diſſerunt, afferre ſolent. Quódnā igitur eſt hominis crimen, ſi naturæ materia mobilis & inconſtans ad illud ægritudinis genus defluxit? Tu verò non cernis in ipſis etiam valentiū corporibus ſæpè contingere, vt qui cætera ſanus eſt, inflammatione, aut carbūculo, aut eiuſmodi aliquo morbo corripiatur, incēſa ſuprà quam opus ſit, circa membrū aut partē aliquā materia humida, & idcirco in tumorē, & ruborem, & putridā ſaniē conuerſa? Quandò igitur ſic affecti ſumus, eámne carnis partem ægrotantem auerſamur, an contra potius reliquas corporis partes ſanas omnes ad illius laborantis curationem cōuertimus? Non igitur deteſtabilis eſt morbus: alioquin in nobis etiam ipſis ab ea parte curanda, quæ morbo affecta eſt, ſanæ partes abhorrerent. Quid ergo nos ab illis diſiungit? quid tandem eſt? illud profectò, quòd nō timemus minas illius,

A ἀλλὰ ταῖς ἰδίαις χερσὶ νίπτῃ τοὺς πόδας τοῦ ὄνου ὁ ὁδοιπόρος, καὶ βάλλῃ τὴν χεῖρα, καὶ ἀποκαθαίρῃ τὴν κόπρον, καὶ τῆς εὐνῆς ἐπιμελῆται· τὸν δὲ ὁμογενῆ καὶ ὁμόφυλον, ἀτιμότερον καὶ τῶν ἀλόγων αὐτῶν ποιησόμεθα; μὴ ταῦτα, μὴ ἀδελφοί· μὴ κυρωθήτω αὕτη κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἡ ψῆφος. μνησθῆναι προσήκει, τίνες ὄντες περὶ τίνων βουλευόμεθα· ὅτι περὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωποι, οὐδὲν ἰδιάζον παρὰ τὴν κοινὴν φύσιν ἐφ' ἑαυτῶν ἔχοντες. μία πᾶσιν ἐπὶ τὸν βίον ἡ εἴσοδος· εἷς ὁ τῆς ζωῆς ἅπασι τρόπος, βρῶσις B καὶ πόσις, ἡ τοῦ ζῆν ἐνέργεια ὁμοιότροπος· ἡ κατασκευὴ τῶν σωμάτων μία, καὶ ἡ καταστροφὴ τοῦ βίου· ἅπαν δὲ σύνθετον εἰς διάλυσιν ἔρχεται· οὐδὲν τῶν συνεστώτων παγίαν ἔχει τὴν σύστασιν, πομφόλυγος δίκην ἐπ' ὀλίγον ἡμῶν τῷ πνεύματι περιταθέντος τοῦ σώματος· εἶτα ἀπεσβέσθημεν, οὐδὲν ἴχνος τοῦ προσκαίρου τούτου φυσήματος καταλιπόντες τῷ βίῳ. ἐν στήλαις καὶ λίθοις καὶ ἐπιγραφαῖς τὰ μνημόσυνα· καὶ οὐδὲ ταῦτα εἰσαεὶ διαρκοῦντα. ταῦτα εἰδὼς ἐπὶ σεαυτοῦ λογιζόμενος, μὴ ὑψηλοφρόνει, καθώς φη- C σιν ὁ ἀπόστολος, ἀλλὰ φοβοῦ· ἄδηλον εἰ μὴ σεαυτῷ νομοθετεῖς τὴν ἀπήνειαν. φεύγεις, εἰπέ μοι, τὸν ἀρρωστήσαντα; τί ἔγκλημα ἔχων; ὅτι διέφθαρται τὸ ὑγρὸν ἐν ἐκείνῳ, καί τις σηπεδονώδης χυμὸς ἐγκατεσπάρη τῷ αἵματι, τῆς μελαίνης χολῆς τῷ ὑγρῷ παρεγχυθείσης; ταῦτα γάρ ἐστιν ἰατρῶν ἀκούειν, φυσιολογούντων τὰ πάθη. τί οὖν ἀδικεῖ ὁ ἄνθρωπος, εἰ ῥευστὴ οὐσία οὖσα ἡ φύσις καὶ ἄστατος, ἐπὶ τὸ εἶδος τοῦτο τῆς ἀρρωστίας παρωλίσθησεν; σὺ δὲ οὐχ ὁρᾷς καὶ ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, ὅτι τἄλλα τις εὐπαθῶν, φλυκτίδι D πολλάκις ἢ ἀνθρακίῳ, ἤ τινι τοιούτῳ συνηνέχθη πάθει, ἐκθερμανθείσης πέρα τοῦ δέοντος περί τι μέρος τῆς ὑγρασίας, καὶ διὰ τοῦτο φλεγμονήν τε καὶ ἔρευθος καί τινα πυώδη διαφθορὰν παθούσης; τί οὖν; μὴ πολεμοῦμεν τῷ ἀρρωστήσαντι τῆς σαρκὸς μέρει; τὸ ἐναντίον μὲν οὖν, ἅπαν τὸ ὑγιαῖνον τοῦ σώματος, πρὸς τὴν τοῦ νενοσηκότος τρέπομεν θεραπείαν. οὐκοῦν οὐ τὸ πάθος βδελυκτόν. ἦ γὰρ ἂν καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν, τοῦ μέρους νοσήσαντος, τὸ ὑγιαῖνον ἠλλοτριοῦτο τῆς θεραπείας τοῦ κάμνοντος. ἀλλὰ τίς ἐστιν αἰτία, ἡ τῶν τοιούτων ἡμᾶς ἀφιστῶσα. τίς αὕτη; τὸ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἀπειλὴν τοῦ

εἰπόν-

εἰπόντος· ὅτι πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸ πῦρ τὸ A αἰώνιον· ἐφ' ὅσον γὰρ οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, φησὶν, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. εἰ γὰρ ταῦτα οὕτως ἔχειν ᾤοντο, οὐκ ἂν τοιαύτην εἶχον περὶ τῶν ἀρρωστούντων γνώμην, ὥστε ἀπωθεῖσθαι ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ μολυσμὸν οἴεσθαι τοῦ ἡμετέρου βίου, τὴν περὶ τοὺς ταλαιπωρουμένους σπουδήν. οὐκοῦν εἰ πιστὸν ἡγούμεθα τὸν ἐπαγγειλάμενον, ἀντιληπτέον ἂν εἴη τῶν ἐντολῶν, ὧν ἄνευ οὐκ ἔστι τῶν ἐλπιζομένων ἀξιωθῆναι. ξένος, καὶ γυμνὸς, καὶ τροφῆς ἐνδεὴς, ἀσθενὴς καὶ κατάκλειστος, καὶ πάντα σοι ταῦτά ἐστιν, ὅσα ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περιείρηται· ἀλήτης καὶ γυμνὸς περιέρχεται, γυμνὸς B δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπιδεὴς, διὰ τὴν ἐπακολουθοῦσαν τῷ πάθει πενίαν. ὁ γὰρ μήτε τι τῶν οἴκοθεν ἔχων, μήτε μισθωτὸς γενέσθαι δυνάμενος· ἐξ ἀνάγκης πάντως ἄπορος τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ἐπιτηδείων ἐστί· δεσμώτης τε ὑπὸ τῆς ἀρρωστίας πεπεδημένος. οὐκοῦν ὅλον τὸ πλήρωμα τῶν ἐντολῶν ἐν τούτοις ἔχεις πληρούμενον, καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων κύριον ὑπόχρεών σοι διὰ τῆς εἰς τοῦτον φιλανθρωπίας γινόμενον. τί οὖν φιλονεικεῖς κατὰ τῆς ἰδίας ζωῆς; τὸ γὰρ συνοίκιον ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων μὴ ἐ- C θελῆσαι ἔχειν, οὐδὲν ἄλλό ἐστιν, ἢ καθ' ἑαυτοῦ τινὰ ἰσχυρὸν γενέσθαι. ὡς γὰρ διὰ τῆς ἐντολῆς εἰσοικίζεται· οὕτω διὰ τῆς ἀπηνείας ἀποχωρίζεται. ἄρατε, φησὶ, τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς. ζυγὸν δὲ λέγει, τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν. ὑπακούσωμεν τῷ καλοῦντι, γενώμεθα τοῦ Χριστοῦ ὑποζύγιον, ταῖς ζεύγλαις τῆς ἀγάπης ἑαυτοὺς ἐνδήσαντες. μὴ ἀποσεισώμεθα τὸν τοιοῦτον ζυγόν· χρηστός ἐστιν, ἐλαφρός ἐστιν· οὐ τρίβει τὸν αὐχένα τοῦ ὑπελθόντος, ἀλλὰ λεαίνει. σπείρωμεν ἐπ' εὐλογίαις, φησὶν ὁ Παῦλος, ἵνα καὶ ἐπ' D εὐλογίαις θερίσωμεν. πολύχους στάχυς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀναβλαστήσει σπορᾶς. βαθὺ τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου τὸ λήϊον· ὑψηλὰ τὰ τῆς εὐλογίας γεννήματα. βούλει μαθεῖν εἰς ὅσον ἀνατείνεται ὕψος τῶν γεννημάτων ἡ αὔξησις· αὐτῶν τῶν οὐρανίων ὑψωμάτων ἐφάπτεται. ὅσα γὰρ ἂν τούτοις ποιήσῃς· τοῖς οὐρανίοις θησαυροῖς καρποφορεῖς. μὴ ἀπελπίσῃς τῶν λεγομένων· μὴ εὐκαταφρόνητον λογίσῃ τὴν τοιούτων τῆς φιλίας. ἡ χεὶρ ἠκρωτηρίασται· ἀλλ' οὐ πρὸς συμμαχίαν. ὁ ποῦς ἠχρείωται· ἀλλὰ πρὸς τὸν Θεὸν οὐ κωλύεται τρέχειν.

A qui dicit: Diſcedite à me in ignem æternum: quatenus enim vni ex his non feciſtis, nec mihi feciſtis. *Matth. 25.* Si enim hæc ita habere arbitrarentur, nunquam adduci in eam ſententiam poſſent, vt ægrotantes à ſe repellerent, nec ſtudium, quod in calamitoſos impenderetur, vitæ noſtræ contagium exiſtimarent. Quamobrem ſi fidelem eum, qui promiſit, arbitramur, mandatis illius, ſine quibus digni promiſſis eius eſſe non poſſumus, obtemperemus. Hoſpes, nudus, indigens cibo, infirmus, in carcere clauſus, & omnia quæ commemorantur in Euangelio, in hoc B miſero tibi propoſita ſunt. Vagus oberrat & nudus, infirmus, & propter inopiam, quæ morbum ipſum conſequitur, rerum egens neceſſariarum. Qui enim nec domi habet, vnde alatur, nec aliunde labore poteſt quæſtum facere, huic vtique deſunt ea, quæ vitæ vſus requirit. Vinctus autem propterea eſt, quoniam morbi vinculis conſtringitur. Itaque mandatorum omnium ſummam in hoc expletam habes, & ipſum omnium Dominum ob ea, quæ benignè ipſi præſtiteris, obſtrictum & C obligatum. Cur igitur in tuæ vitæ perniciem niteris? Qui enim rerum omnium dominum amicum habere non vult, is ſibi ipſe grauis eſt inimicus. *Prou. 19. 17.* Quemadmodum autem mandati obſeruantia conciliatur, ſic abalienatur crudelitate. Tollite (inquit) iugũ meum ſuper vos. Mandatorum obſeruantiam iugum appellat: iubenti pareamus. *Matth. 11.* Efficiamur iumentũ Chriſti induentes vincula charitatis. Tale iugum ne detrectemus, ne excutiamus, ſuaue eſt, leue eſt. Subeuntis ceruicem non atterit, ſed demulcet: ſeminemus in benedictionibus D (inquit Apoſtolus) vt etiam in benedictionibus metamus. *2. Cor. 9.* Multiplex ſpica ex tali ſemente pullulabit. Ampla eſt Domini mandatorum ſeges, ſublimes benedictionis ſtirpes. Vis intelligere, in quantam altitudinem extollatur harum ſtirpium incrementum? ipſos cœli vertices attingunt. Quidquid enim in hos contuleris, in cœli theſauris conditum inuenies. Ne diffidas iis, quæ dicta ſunt, néve horum amicitiam contemnẽdam putes. Manus quidem ipſorum ſunt mutilatæ, ſed ad ferẽdum auxilium non imbecillæ. Pedes inutiles effecti ſunt, ſed currere ad Deum non prohibentur.

Effluit lux oculorum, ſed animo cernunt illa bona, quæ oculorum acies intueri non poteſt. Quamobrem corporis deformitatem ne deſpicias. Parumper expecta, & quod ſuperet omnis miraculi fidem, intueberis. Non enim quæcumque materiæ fluxæ contingunt, eadem in perpetuum manent: ſed quando anima huius caduci terrenique carceris nexu ſoluta eſt, tunc propria ſplendet pulchritudine. Hoc autem vel inde conijcito, quòd poſt hanc vitam non deſpexit pauperis manum voluptarius ille diues, quinetiam optauit, vt, qui olim corruptus erat, pauperis digitus, ſibi aquæ guttam miniſtraret, cupiens ipſa lingua ſtillantem ipſius digitum circumlambere, id neutiquam deſideraturus, ſi ex corpore prouenientem triſtem illam turpitudinem in animæ quoque forma conſpexiſſet. Quàm multa in ea vitæ commutatione veriſimile eſt diuitem recantaſſe? Quàm multis nominibus beatum exiſtimaſſe pauperem illum propter anguſtias, quibus oppreſſus fuerat in hac vita? Quot modis fortunam ſuam, cui in perniciem animæ diuitiæ datæ fuerant, incuſaſſe? Quòd ſi reuiuiſcere licuiſſet, quidnam data optione fuiſſe creditis electurum? in eorúmne eſſe numero, qui in hac vita beati cenſentur, an in eorum potius, qui miſeri iudicantur? Non eſt dubium, quin infelicium conditionem fuerit accepturus: orat enim, vt ad fratres nuntius ex mortuis mittatur aliquis, ne ipſi quoque diuitiarum ſplendore elati ac tumidi, & propter lubricum voluptatis prolapſi, in eundem inferni hiatum atq; voraginem detrudâtur. Cur igitur eiuſmodi exemplis admoniti nondum reſipiſcimus? cur præclarum illud negotiationis genus (vt conſulit Apoſtolus) non exercemus? Veſtra (inquit) copia eorum inopiam ſuſtentet, vt eorum opes in ea, quæ poſt ſecutura eſt, vita, vobis ad ſalutem opitulentur. Si quid igitur benignitatis percipere volumus, bene merẽdo anteuertamus. Si poſthæc refici, eos præſentia recreemus. Si ab illis in æterna recipi tabernacula, nunc eos in noſtra recipiamus. Si peccatorum noſtrorum vulnera curari, illorum corporum plagis idem præſtemus. Beati enim miſericordes, quoniã ipſi miſericordiã conſequẽtur. At aliquis fortaſſe dicet, vtile quidem in poſterum eſſe mandatum:

Luc. 16. 1. Cor. 8. Luc. 16. Matth. 5.

A ὁ ὀφθαλμὸς ἐξερρύη· ἀλλὰ βλέπει διὰ τῆς ψυχῆς τὰ ἀγαθὰ τὰ ἀθέατα. μὴ τοίνυν τὴν ἀμορφίαν καταμέμφου τοῦ σώματος. μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ὄψει τὸ πάντων θαύματος ἀπιστότερον. οὐ γὰρ ὅσα περὶ τὴν ῥευστὴν φύσιν συμβέβηκε, ταῦτα καὶ εἰσαεὶ παραμενεῖ. ἀλλ' ὅταν ἐλευθερωθῇ τῆς πρὸς τὸ φθαρτόν τε καὶ γήϊνον συμπλοκῆς ἡ ψυχή· τότε τῷ ἰδίῳ κάλλει ἐνωραΐζεται. τεκμήριον δέ, οὐκ ἐβδελύξατο τοῦ πτωχοῦ τὴν χεῖρα μετὰ τὸν βίον τοῦτον ὁ τρυφητὴς ἐκεῖνος πλούσιος· ἀλλ' ἠξίου γενέσθαι αὐτῷ τὸν ποτὲ διεφθο-
B ρότα τοῦ πτωχοῦ δάκτυλον, τῆς τοῦ ὕδατος σταγόνος διάκονον· ἐπιθυμῶν αὐτῇ τῇ γλώσσῃ τὴν περὶ τὸν δάκτυλον ἰκμάδα τοῦ πτωχοῦ περιλεῖψαι. οὐκ ἂν τοῦτο ἐνθυμήσας, εἰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἀηδίαν περὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ψυχῆς ἑώρα. ὅσα εἰκὸς ἦν μάτην παλινῳδεῖν ἐν τῇ μεταβολῇ τοῦ βίου τὸν πλούσιον· πόσα μακαρίζειν τῆς ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ δυσκληρίας τὸν πένητα· πόσα καταμέμφεσθαι τὴν ἑαυτοῦ λῆξιν, ὡς ἐπὶ κακῷ τῆς ψυχῆς ἀποκληρωθεῖσαν τῷ πλούτῳ. εἰ δὲ δὴ καὶ ἀναβιῶναι πάλιν ἐξῆν, ἐν
C τίσιν ἂν ἐδέξατο πάλιν γενέσθαι; ἆρ' ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον τοῦτον εὐδαιμονοῦσιν, ἢ δυσκληροῦσιν; ἀλλ' οὐκ ἄδηλον ὅτι προετίμησε τῶν δυσημερούντων τὸν κλῆρον. ἀξιοῖ γὰρ γενέσθαι μηνυτὴν τοῖς ἀδελφοῖς ἐκ τῶν νεκρῶν τινα· ὡς ἂν μὴ κἀκεῖνοι τῇ ὑπερηφανίᾳ τοῦ πλούτου βλαβέντες, ἐν τῇ τρυφῇ τῆς σαρκὸς ἐπὶ τὸ αὐτὸ χάσμα τοῦ ᾅδου κατενεχθῶσι, διὰ τοῦ λείου τῆς ἡδονῆς ὀλισθήσαντες. τί οὖν οὐ σωφρονιζόμεθα τοῖς τοιούτοις τῶν διηγημάτων; τί οὐκ ἐμπορευόμεθα τὴν καλὴν ἐμπορίαν, ἣν συμβουλεύει ὁ
D θεῖος ἀπόστολος; τὸ ὑμῶν περίσσευμα, φησίν, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα· ὡς ἂν τὸ περισσὸν τῆς ἐκείνων αὐξήσεως, ἐν τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ καὶ ἡμῖν πρὸς σωτηρίαν ἀρκέσῃ. εἰ τοίνυν βουλόμεθα λαβεῖν τι χρηστόν, προλαβόντες παράσχωμεν· εἰ ἀνεθῆναι μετὰ ταῦτα, νῦν ἀναπαύσωμεν· εἰ δεχθῆναι παρ' αὐτῶν εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς, νῦν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἡμετέραις καταδεξώμεθα· εἰ θεραπευθῆναι τῶν ἁμαρτιῶν τὰ τραύματα, τοῦτο καὶ αὐτοὶ τοῖς σώμασι τῶν κακουμένων ποιήσωμεν. μακάριοι γὰρ οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ἀγαθὴν μὲν εἰς ὕστερον εἶναι τὴν ἐντολήν·

ιανὴ δὲ μετάδοσίν τινα καὶ κοινωνίαν τοῦ πάθους διευλαβεῖσθαι· καὶ διὰ τὸ μὴ παθεῖν τι τῶν ἀβουλήτων, φεύγειν οἴεται χρῆναι τὸν προσεγγισμὸν τῶν τοιούτων. λόγοι ταῦτα, καὶ προφάσεις, καὶ πλάσματα, καὶ τῆς περὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ῥαθυμίας, εὐπρόσωπά τινα προκαλύμματα. τὸ δὲ ἀληθὲς, οὐχ οὕτως ἔχει. οὐδεὶς γὰρ ὕπεστι φόβος τῇ τῆς ἐντολῆς ἐργασίᾳ. μηδεὶς κακῷ τὸ κακὸν θεραπευέτω. πόσους γάρ ἐστιν ἰδεῖν ἐκ νεότητος καὶ μέχρι γήρως ταῖς θεραπείαις τούτων ἀποσχολάζοντας, καὶ οὐδὲν τι τῆς κατὰ φύσιν εὐεξίας τοῦ σώματος διὰ τῆς τοιαύτης σπουδῆς ἀμαυρώσαντας. οὐδὲ γὰρ εἰκός ἐστι γενέσθαι ταῦτα. ἀλλ' ἐπειδή τινα τῶν νοσημάτων, οἷον αἱ λοιμώδεις ἐπιφοραὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς ἔξωθεν αἰτίας ἠρτημένα, ὅταν ἐκ διαφθορᾶς ἀέρος ἢ ὕδατος γίνηται, ὕποπτα τοῖς πολλοῖς ἐστιν, ὡς ἐκ τῶν προεαλωκότων καὶ πρὸς τοὺς προσεγγίζοντας διαβαίνοντα, οὐδὲ ἐκεῖ τοῦ πάθους, ὡς οἶμαι τῷ ὑγιαίνοντι τὴν ἀῤῥωστίαν ἐκ διαδόσεως ἐμποιοῦντος· ἀλλὰ τῆς κοινῆς ἐπιφορᾶς τὴν ὁμοιότητα τοῦ ἀῤῥωστήματος ἐπαγούσης· ἔχει αἰτίαν ἡ νόσος ἐκ τῶν προεαλωκότων καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς διαβαίνουσα. ἐνταῦθα δὲ ἔνδοθεν συνισταμένης τῆς τοῦ τοιούτου πάθους κατασκευῆς, καί τινα τοῦ αἵματος ἐκ τῆς παρεγχύσεως τῶν φθοροποιῶν χυμῶν διαφθορὰν ὑπομένοντος· ἐν τῷ κάμνοντι τὸ πάθος περιορίζεται. καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, πάρεστι καὶ ἀπὸ τούτου μαθεῖν. μή τις ἀπὸ τῶν εὐεκτούντων τοῖς ἀῤῥωστοῦσι κοινωνία τῆς κρείττονος ἕξεως γίνεται, κἂν σφόδρα λιπαρῶς τῇ θεραπείᾳ προσμένωσιν; οὐκ ἔστι ταῦτα. οὕτως οὖν εἰκὸς καὶ τὸ ἔμπαλιν, μηδὲ ἀπὸ τῶν ἀσθενούντων πρὸς τοὺς εὐεκτοῦντας μεταβαίνειν τὸ πάθος. εἰ τοίνυν τὸ μὲν κέρδος τῆς ἐντολῆς τοσοῦτον, ὥστε βασιλείαν οὐρανῶν δι' αὐτῆς ἑτοιμάζεσθαι, ζημία δὲ προσέστιν αὐτοῖς οὐδεμία τῷ σώματι τοῦ θεραπεύοντος· τί τὸ κωλῦον ἐστὶ λοιπὸν, ἐνεργὸν εἶναι τὴν ἐντολὴν τῆς ἀγάπης. ἀλλ' ἐπίπονον λέγεις εἶναι τὸ βιάσασθαι φυσικῶς τὰ τοιαῦτα μυσαττομένην τὴν τῶν πολλῶν ἕξιν; κἀγὼ συντίθεμαι τῷ λόγῳ, ὅτι ἐπίπονον.

ſed hoc tempore ſibi adhibendam eſſe cautionem, ne eiuſdē morbi contagione contaminetur. Atque ita ne temeritatis pœnas det, & aliquid eorum, quæ nollet, perpetiatur, ſibi eorum congreſſum ac cōſuetudinem vitandam putat. Nugæ ſunt hæ, & excuſationes fictæ, ac commētitiæ, quibus veluti quibuſdam integumentis inertia ad conficienda mandata Dei protegitur. Non autem ita ſe res habet. Nullus enim in exequendo mandato timor ineſt. Nemo malo malum curet. Quot enim homines licet videre, qui iam inde à pueritia ad ipſam vſq; ſenectutem ſuam in eiuſmodi curatione operam collocarunt, neque tamen ob id ſtudium bona ipſorum habitudo corporum naturalis eſt vllo modo facta deterior? Neque verò vlla probabili ratione id fieri poteſt. Cæterum quoniam aliquando ſæuiunt quædam morborum genera, vt peſtilentiæ, & alia eiuſmodi, quæ ex cauſis externis pendent, quæ videlicet aëre aquáve corrupta generantur: hęc autem tanquā ab illis, qui prius correpti ſunt, eos qui appropinquent, inuadant atque coinquinēt, multis ſuſpecta ſunt: quanquam meo quidem iudicio neque affectio illa ex ſucceſſione ſanis morbum diſpertitur; ſed communis peſtilentiæ ſæuitia morbi ſimilitudinē afferente morbus inde generatus, eſt & ab illis qui primi correpti ſunt ad reliquos ſerpſit. At hîc quoniā affectionis vis intus contrahitur & conſiſtit, & ex tabificorū humorum permixtione quodāmodo ſanguis corrumpitur, in ægrotante ſolum hæret & circumſcribitur affectio. Hoc autem ſic habere, illud indicium ſit. Qui morbo laborant, aliquídne melioris habitudinis acquirunt ex conſuetudine & familiaritate eorū, qui cōmoda feruntur valetudine, quamuis curentur ab eis diligentiſſimè? Nihil omnino. Sic igitur è contrario fieri par eſt, vt nihil ex ægrotantibus ad rectè valentes incōmodi perueniat. Quare, cùm tanta mandati vtilitas ſit, vt inde regnū cœlorum comparetur: in eo autem exercendo nullum periculum, vt corpus detrimenti quicquam accipiat, quid impedimento eſt, quominus ipſum Charitatis mandatum excolatur? Difficile, & magni laboris eſt (inquies) vt homines ad hæc, à quibus naturaliter & inſtinctione quadā animi abhorrent, amplectenda pertrahātur. Bellè, rationē admitto, & laborioſū eſſe cōfiteor,

A Verum quidnam eorum, quæ ex virtute perficiuntur, à labore vacuum oſtendes? Sudores & labores multos rerum cœleſtium ſpei lex diuina propoſuit, arduamque ad vitam ducentem viam hominibus demonſtrauit, eamque laborioſiſſimis ac difficillimis quibuſque documentis peranguſtè referciens vndique coarctauit. Anguſta enim eſt porta, & arcta (inquit) eſt via, quæ ducit ad vitam. Quid ergo? illámne ſummi boni

Matth. 7. ſpem idcirco contemnemus, quòd ad illud ignauis & inertibus aſpirare non licet? Interrogemus adoleſcẽtes, vtrum laborioſius ſit, ſobriè, caſtè, continenter B viuere, an relaxare habenas cupiditati, & ſolutè ac liberè conquiſitis vndique voluptatibus frui: & hæc an illa viuendi ratio ſuauior, & magis optanda videatur. Quid ipſi ſint reſponſuri, nemini dubium eſt. Nos ergo propterea id, quod iucundum & facile eſt, complectemur; à virtute autem, quòd difficilis laborioſaque ſit, per ignauiam deficiemus? Atqui illi, qui vitæ leges tulit, iſta non probantur. Proinde ſpacioſa illa deorſum ad perniciem tendente nobis

Ibidem. interdicta via, Intrate (inquit) per anguſtam & arctam portam. Vnum igitur C ex illis inſtitutis, quæ rectè per laborem exercentur, & hoc exiſtimemus, vt reiectum è vita atque exoletum mandatum in conſuetudinem inducamus, & naturalem offenſionem, atq; faſtidium animi, quo ab illo abhorremus, exercitationis aſſiduitate leniamus, & emendemus. Magna enim eſt conſuetudinis vis, & rebus etiam difficilioribus ſolet voluptatem quandã aſpergere. Quamobrem ne quis amplius mandatum eſſe difficile ac laborioſum objiciat: ſed potius omnes vtile ac fructuoſum illud rectè obeuntibus fateãtur. Et quoniam apparet lucri magnitudo, labor omnis D alacriter ſuſcipiatur. Nam quod principio moleſtum & arduum videtur, id ipſa dies & conſuetudo facile ac iucundum efficiet. Iam verò ſi iis, quæ dicta ſunt, volumus aliquid adiungere, miſericordiam erga calamitoſos in hac item vita frugiferam eſſe reperiemus. Nemo eſt enim qui ſapiat, quin tanquã egregium præmium antè reconditum putet id, quod in alterius calamitatibus humaniter & benignè confertur. Quoniã enim

Ibid. humana omnia moderatur vna eademq; natura; & ſibi perpetuò proſperas & ſecũdas res fore, certũ eſt nemini; in omni vita Euangelicũ illud præceptũ expedit meminiſſe,

A τί δὲ ἄλλο τῶν κατ' ἀρετὴν τελουμένων ἄπονον δείξεις; πολλοὺς ἱδρῶτας καὶ πόνους τῶν οὐρανίων ἐλπίδων προσέταξεν ὁ νόμος, καὶ δυσπόρευτον τὴν ἐπὶ τὴν ζωὴν ὁδὸν τοῖς ἀνθρώποις ὑπέδειξε, τοῖς ἐπιπόνοις καὶ τραχυτέροις τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁπανταχόθεν ἀποστενώσας. στενὴ γὰρ καὶ τεθλιμμένη, φησὶν, ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. τί οὖν; διὰ τοῦτο τῆς ἐλπίδος ἐκείνης τῶν ἀγαθῶν ἀμελήσωμεν, ὅτι μὴ μετὰ ῥᾳστώνης ἔξεστι κτήσασθαι; ἐρωτήσωμεν τὴν νεότητα, εἰ μὴ ἐπίπονος ἡ σωφροσύνη δοκεῖ· ἢ τὸ ἀνειμένως ταῖς ἐπιθυμίαις κεχρῆσθαι, τῆς B ἐγκρατοῦς διαγωγῆς μὴ πολὺ ποθεινότερον; ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο τὸ μὲν ἡδύ τι καὶ εὔκολον ἀνθεξόμεθα· πρὸς δὲ τὸ τραχὺ τῆς ἀρετῆς ἀποκνήσομεν; οὐ ταῦτα δοκεῖ τῷ τῆς ζωῆς νομοθέτῃ, τῷ τὴν πλατεῖαν καὶ κατωφερῆ καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν κατὰ τὸν βίον κωλύσαντι. εἰσέλθετε γάρ, φησι, διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης. ἓν τοίνυν καὶ τοῦτο τῶν διὰ πόνου κατορθουμένων καὶ τοῦτο νομίσωμεν, τὸ ἀγαγεῖν εἰς συνήθειαν, ἀποξενουμένην τοῦ βίου τὴν ἐντολὴν, καὶ τὴν φυσικὴν τῶν ὑγιαινόντων C ἀποστροφὴν τῇ ἐπιμονῇ τοῦ πράγματος θεραπεύσωμεν. δεινὴ γάρ ἐστιν ἡ συνήθεια καὶ τοῖς δυσκολωτέροις εἶναι δοκοῦσιν ἡδονήν τινα διὰ τῆς ἐπιμονῆς ἐνεργάσασθαι. μὴ τοίνυν λεγέτω τις, ὡς ἐπίπονον, ἀλλ' ὅτι ἐπωφελὲς τοῖς μετιοῦσι τὸ κατορθούμενον. καὶ ἐπεὶ μέγα τὸ κέρδος· ὑπερπλέον τοῦ πόνου, διὰ τὸ κέρδος. ἡδὺ δὲ τῷ χρόνῳ τὸ τέως ἐπίπονον διὰ τῆς συνηθείας γενήσεται. εἰ δὲ δεῖ καὶ τοῦτο προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, ὅτι καὶ παρ' αὐτὸν τοῦτον τὸν βίον ἐπωφελής ἐστι τοῖς ὑγιαίνουσιν ἡ πρὸς ἀτυχοῦντας συμπάθεια· καλὸς γάρ ἐστι τοῖς νοῦν D ἔχουσιν ἔρανος ἐλέου, ἐν ταῖς ἑτέρων δυσπραγίαις προαποκείμενος. ἐπειδὴ γὰρ μιᾷ φύσει διοικεῖται πᾶν τὸ ἀνθρώπινον, καὶ οὐδεὶς ἔχει οὐδενὸς τῆς διηνεκοῦς εὐπραγίας βέβαιον τι παρ' ἑαυτῷ τὸ ἐνέχυρον· διὰ παντὸς προσήκει μεμνῆσθαι τοῦ εὐαγγελικοῦ παραγγέλματος, τοῦ συμβουλεύοντος,

ἅπερ ἂν θέλωμεν, ἵνα ποιῶσιν ἡμῖν οἱ ἄνθρωποι, ταῦτα ποιεῖν. ἕως τοίνυν εὐπλοεῖς, ὄρεξον χεῖρα τῷ ναυαγήσαντι. κοινὴ ἡ θάλασσα, κοινὸν τὸ κλυδώνιον, κοινὴ τῶν κυμάτων ἡ ταραχή. ὕφαλοι καὶ σπιλάδες καὶ σκόπελοι, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς τοῦ βίου ναυαγίας κατ' ἴσον παρέχει τοῖς ναυτιλλομένοις τὸν φόβον. ἕως ἀπαθὴς εἶ, ἕως ἀκινδύνως διαπλέεις τοῦ βίου τὴν θάλασσαν, μὴ παρέλθῃς ἀνηλεῶς τὸν προσπταίσαντα. τίς ἐγγυητής σοι τῆς διηνεκοῦς εὐπλοίας; οὔπω κατῆρας εἰς τὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως· οὔπω τῶν κυμάτων ἐκτὸς ἕστηκας· οὔπω σοι βέβηκεν ἐπὶ στερεοῦ ἡ ζωή. ἔτι φέρῃ διὰ τοῦ βίου πελάγους. οἷον σεαυτὸν δείξῃς τῷ δυστυχήσαντι, τοιούτους παρασκευάσῃς σεαυτῷ τοὺς συμπλέοντας. ἀλλὰ πάντες καταντήσωμεν εἰς τὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως, τῷ ἁγίῳ πνεύματι πρὸς τὴν προκειμένην τοῦ βίου ναυτιλίαν διαβιάζοντες. παρείη δὲ ἡμῖν ἡ διὰ τῶν ἐντολῶν ἐργασία, καὶ τὸ τῆς ἀγάπης πηδάλιον· δι' ὧν εὐθυνόμενοι, καταλάβωμεν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἐν ᾗ ἡ πόλις ἐστὶν ἡ μεγάλη, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A vt, quæ volumus, faciant nobis homines, eadem faciamus. Quamdiu ergo feliciter nauigas, illi manum porrigito, qui naufragium fecit: commune eſt mare, tempeſtas communis, communis fluctuum perturbatio, ſaxa ſub vndis latentia, ſyrtes, ſcopuli, & omnia denique huius vitæ nauigationis incommoda parem cunctis nauigantibus metum injiciunt. Dum integer es, dum vitæ pelagus tutò pertranſis, ne inhumanè prætereas eum, *Pſ. 106. 30* qui prius nauem illiſit. Quis tibi ſponſor, vt felicem nauigationem perpetuò ſis habiturus? Nondum in portum quietis appuliſti. Nondum extra B fluctuum periculum es conſtitutus. Tibi nondum in loco tuto conſtitit vita. Adhuc in vitæ pelago iactaris obnoxius tempeſtati. Qualem erga naufragum te præſtiteris, tales erga te eos, qui ſimul nauigant, experieris. Omnes igitur in quietis portum ſecundo ſancti Spiritus afflatu prouehi contendamus. Adſit diligens mandatorum exercitatio, & gubernaculum Charitatis. Quibus adiuti tandem Promiſſionis terram aſſequamur, in qua ſita eſt magna illa ciuitas, cuius architectus & ædificator eſt CHRISTVS Deus noſter, cui gloria in æternum, Amen.

A

Sancti Patris noſtri GREGORII NYSSENI EPISCOPI, EPISTOLA ſeu liber contra Fatum.

Incerto interprete.

MEMINISTI haud dubiè accidiſſe mihi quippiam, quando nuper apud vos magnus ille mons, vt Euangelico verbo vtar, perfidiæ tandem ad fidem amplectendam traductus eſt: cùm videlicet ſapientiſſimus Euſebius dignum canis conſilium in ſenectute ſuſcepit, ſi tamen id hominis fuiſſe conſilium cenſendum eſt, ac non diuinum quoddam auxilium eius, qui humanum genus noſtræ vtilitatis cauſa gubernat. Cùm ergo magnitudine rei tum obſtupuiſſem, quî tantus ille vir, magna prius imbutus perfidia, excellentia fidei modum perfidiæ ſuperaſſet, atque in progreſſu colloquij noſtri de fato incidiſſet ſermo: præcepiſti mihi, venerabile & ſacrum caput, vt diſputationem de hoc argumento in magna Conſtantini vrbe cum quodam philoſopho habitam tibi per literas explicarem. Quod paulum otij nactus, paucis, oratione quantum fieri poteſt contracta, ſimplici miniméque elaborata narratione faciam, idque vel maximè cauebo, ne epiſtolæ modum excedat, atque ad hiſtoriæ longitudinem protendatur. Verba feci nonnulla de noſtra religione viro cuidam externæ philoſophiæ, vt ex dictis eius conijcere licebat, haud indocto, eique perſuadere conabar, vt à Græca ſuperſtitione in noſtram concederet ſententiam. Multis enim confirmabat non in noſtra poteſtate eſſe ſententiarum animi delectum,

Matth. 18. 21.

Euſebij conuerſio.

Sermo habitus Conſtantinopoli de fato.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ, ΚΑΤΑ εἱμαρμένης.

ΜΕΜΝΗΣΑΙ πάντως, ὅτι μοι γέγονεν ὅτι περὶ ὧν διὰ πολλοῦ παρ' ὑμᾶς τὸ μέγα τῆς ἀπιστίας ὄρος, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, εἰς πίστιν μετεκινήθη· τοῦ σοφωτάτου Εὐσεβίου τῆς πολιᾶς ἀξίως ἐν γήρᾳ βουλευσαμένου· εἴ γε ποτ' ἀνθρώπου βουλὴν εἶναι χρὴ ταύτην λογίσασθαι· καὶ μὴ θείαν τινὰ συμμαχίαν τοῦ διοικοῦντος ἐπ' ἀγαθῷ τὸ ἀνθρώπινον. τότε δή μοι πρὸς τὸ παράδοξον ἐκπεπληγμένῳ τοῦ θαύματος· πῶς ὁ τοσοῦτος ἐν ἀπιστίᾳ τὸ πρότερον, πολλαπλάσιον τῷ μεγέθει τῆς
C πίστεως ὑπερέβαλε τῆς ἀπιστίας τὸ μέτρον· ἐπεὶ τῆς προϊούσης ἡμῖν τῆς συνουσίας τῶν κατὰ τὴν εἱμαρμένην ζητουμένων λόγος ἐνέπεσεν, ἐπέταξας ὦ τιμία μοι, καὶ ἱερὰ κεφαλή, τὴν γενομένην πρός τινα τῶν φιλοσόφων διάλεξιν ἐν τῇ μεγάλῃ τοῦ Κωνσταντίνου πόλει περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ἐγγράφως σοι δι' ἐπιστολῆς διηγήσασθαι. μικρᾶς τοίνυν ἐπιτυχὼν σχολῆς, δι' ὀλίγων, ὡς οἷόν τε, συντεμὼν τὸν λόγον, ἐκτίθεμαί σοι ἐν ἁπλῷ καὶ ἀκατασκευάστῳ διηγήματι· φυλασσ-
D όμενος ὅτι μάλιστα, τὸ μὴ πόρρω τῶν ἐπιστολιμαίων μέτρων ἐκπεσεῖν τὸν λόγον εἰς λογογραφικὸν μῆκος ἀποτεινόμενον. προσῆγον ἐγώ τινας τῆς καθ' ἡμᾶς εὐσεβείας λόγους, ἀνδρί τινι πεπαιδευμένῳ τὴν ἔξω σοφίαν, ὡς ἐνῆν ἐκ τῶν λεγομένων στοχάσασθαι, καὶ πείθειν ἐπιχείρουν ἐκ τοῦ Ἑλληνισμοῦ πρὸς τὴν συγκατάθεσιν τῆς καθ' ἡμᾶς δόγματος μετατάξασθαι. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν κατασκευάζων μὴ κατ' ἐξουσίαν προκεῖσθαι τοῖς βουλομένοις τὴν κατὰ γνώμην τὴν αἵ-

B

ρισιν· ἀλλὰ διά τινος ἐξάπτων ἀνάγκης τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν, ἧς ἄνευ μὴ ἄν τι γενέσθαι τῶν ἐν ἡμῖν γινομένων, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ τὸν ἐμὸν παρεκρούετο λόγον· ὡς εἰ μὲν εἵμαρται αὐτῷ γενέσθαι Χριστιανῷ, γενήσεται πάντως κἂν ἡμεῖς μὴ βουλώμεθα· εἰ δὲ κωλύοιτο τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ, μὴ δὴ γενέσθαι δυνατὸν ἐξευρεῖν τινα μηχανὴν ἣ τὴν εἱμαρμένην βιάσεται. ταῦτα λέγοντος, ἐγὼ μὲν ὅπερ εἰκὸς ἦν, φθέγξειν ᾤμην αὐτὸν τὸ μαθεῖν τι περὶ τῆς πίστεως τῷ Ἑλληνισμῷ διὰ βάθους ἐγκείμενον, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἡμετέρου παρακρούεσθαι λόγου. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνίει τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένων, πάντα λέγων ὑπεζεῦχθαι τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ· κἀκείνην ἐπιστατεῖν τῶν ὄντων, καὶ τῇ ῥοπῇ ταύτης πάντα ὑποκύπτειν τὰ ὄντα, ζωῆς τε μέτρα, καὶ ἠθῶν διαφορὰς, καὶ βίων αἱρέσεις, καὶ σωμάτων κατασκευὰς, καὶ τὰς τῶν ἀξιωμάτων ἀνωμαλίας· ὡς ἄρχειν τε πάντως τὸν καθ' εἱμαρμένην ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παριόντα, δουλεύειν τε κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καὶ πλουτεῖν ὡσαύτως καὶ πένεσθαι· ἐρρῶσθαί τε πάλιν τῷ σώματι, καὶ ἀσθενῶς ἔχειν· τό τε ὠκύμορον καὶ τὸ μακρόβιον, τὴν αὐτὴν ἔχειν αἰτίαν. ὅ, τε γὰρ ἐν ὀλίγῳ μεταχωρῶν τῆς ζωῆς, καὶ ἐν μακρῷ τῷ χρόνῳ παρατείνας τὸν βίον, οὐ κατὰ οἰκείαν ὁρμὴν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀνάγκης ἐκείνης ἐν ἑκατέρῳ ἑκάτερος γίνεται· τόν τε αὐτόματον καὶ τὸν ἠναγκασμένον θάνατον μὴ ἄλλως ἢ παρ' ἐκείνης ἀποκληροῦσθαι, τάς τε βιαίου θανάτου τὰς πολυτρόπους διαφορὰς, ἐν συμπτώμασιν ἢ ἀγχόναις, ἢ ψήφῳ δικαστικῇ, ἢ καὶ κατ' ἐπιβουλὴν ἐπαγομένας. καὶ τὰ ἔτι τούτων καθολικώτερα καὶ περιληπτικώτερα πάθη, σεισμοὺς καὶ ναυάγια, καὶ ἐπικλύσεις ὑδάτων, καὶ τὰς ἐκ πυρὸς συμφοράς· καὶ ὅσα τοιαῦτα εἴδη κακῶν πάντα τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξάπτων, προσετίθει καὶ τὰ κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδεύματα, μηδαμοῦ τὸν λογισμὸν τοῦ αἱρουμένου κύριον εἶναι. πάντας δὲ τῷ κράτει τῆς εἱμαρμένης ὑπηρετοῦντας, ἢ φιλοσοφεῖν, ἢ ῥητορεύειν, ἢ γεωργεῖν, ἢ ναυτίλλεσθαι, ἢ ἐν γάμῳ ζῆν, ἢ τὸν ἄγαμον αἱρεῖσθαι βίον, ἀρετῆς τε καὶ κακίας, τὴν αὐτὴν ἀνάγκην εἶναι διισχυρίζετο. ὥστε κατὰ τὴν ἀπαράβατον ταύτην ἀποκλήρωσιν, τὸν μὲν τῇ ὑψηλοτέρᾳ προσανέχειν ζωῇ ἐν ἀκτήμονι καὶ ἐλευθερίῳ ταύτῃ βίῳ· ἕτερον δὲ,

A ſed pendere hominum vitam ex neceſſitate quadam, ſine qua nihil fieri poſſet eorum quæ fierent in nobis. Atque in hunc modum orationem meam eludebat, ſi quidem ipſi fatale eſſet fieri Chriſtianum, futurum ſe omnino vel nolentibus nobis: ſin fati neceſſitate prohiberetur, fato ſe vim adhibere nulla ratione poſſe. Hæc ille cùm diceret, id eum agere, vti veriſimile erat, arbitratus ſum, vt Græcæ ſuperſtitioni penitus addictus, nihil de Chriſtiana fide admitteret, atque ita curſum noſtræ orationis impediret. Eadem enim ſemper inculcare non de-

B ſtitit, omnia fatali ſubiecta eſſe neceſſitati, dominæ rerum, cuius nutui obedirent vniuerſa, vitæ modus ac finis, diſſimilitudo rerum, diuerſa genera viuendi, corporum conſtitutio, inæqualitates honorum, vt imperio quiſque potitus in poteſtate habeat omnia, quæ ei ſint fatalia, aut ſeruiat eandem ob cauſam, diues item ſit aut pauper, valeat corpore vel ægrotet: breuiſque & longæ vitæ eandem eſſe cauſam. Nam ſiue quis exiguo tempore viueret, ſiue vitam longius produceret, non ex impetu aut affectione quadam propria, ſed ex illa neceſſitate eam ætatis diuer-

C ſitatem exiſtere. Tam voluntariam quàm coactam mortem ab eadem neceſſitate ſortitò decerni. Varia genera violentæ necis propter incertos caſus, ſiue ſuffocationem, ſiue ſententiam iudicum, ſiue inſidias imminentes: clades præterea his magis communes & vniuerſales, terræmotus, naufragia, inundationes aquarum, incendia, & omnia id genus alia mala ex illa cauſa pendere dicebat, addebátque vitæ etiam inſtituta nequaquam eſſe in capientis arbitrio, ſed omnes potenti fato ſeruire, ſiue in philoſophiam, ſiue in

D eloquentiam incumbant, ſiue agros colant, ſiue nauticam faciant, ſiue coniugalem, ſiue cælibem vitam inſtituant. Et virtutis & vitij eandem eſſe cauſam, vt pro immutabili illa ſortitione alius viuendi genus colat ſublimius, inops, liberum: alius pulchra

violet, aut piraticam exerceat, aut prodigè viuat, aut meretricio vitæ genere effœminetur. Quibus omnibus percenſitis firmam ſe putabat non admittendæ noſtræ orationis reddidiſſe rationem; cùm non eſſet in manu noſtra, quod liberet, pro arbitratu ſuſcipere, ſed illa foret expectanda neceſſitas: quæ ſi quem in eam mentem tanquam ſigno dato impuliſſet, orationi neceſſe eſſe vt vel nolens aſſentiatur: quod ſine illa, quamuis magnopere vellet, fieri non poſſet. Poſtquam hæc ille & eius generis alia diſſeruiſſet, ſciſcitans ex eo ſum, Deúmne quempiam eſſe putaret, fati nomine appellatum, qui omnium rerum potiretur, & cuius voluntate vniuerſa crederet adminiſtrari. At ille me ob eam interrogationem ignorantiæ nomine non leuiter accuſabat. Non videris, inquit, mihi quicquam cœleſtium rerum percepiſſe. Alioquin enim cognouiſſes profectò vim fati, vnde ſcilicet & quomodo deprehenſa ſit vis rerum immutabili quadam ſerie nexúque euenientium. Ego ſermonis nouitate obſtupefactus, cùm rogaſſem vt me paulò clarius edoceret, vtrum fatum quod animo fingeret, vim quandam voluntariam, liberam, ſui iuris, ſummæque potentiæ, an verò aliud quippiam ab illa diuerſum eſſe ſtatueret: eadem repetita oratione, Qui, inquit, contemplatus eſt cœleſtium corporum motum, Zodiacum circulum, eiúſque duodecim, quæ in eo conſpiciuntur ſegmenta æquabiliter inter ſe diſſita. nec non ſingulorum aſtrorum facultatem ac vires quas per ſe quódque in ortu ſuo habet: quid eorum efficiat congreſſus propriis ſingulorum virtutibus inter ſe temperatis, ſiue ex commiſceantur, vt cùm aſtrum alterum appropinquat alteri, ſiue ſecernantur, vt cùm alterum ab altero recedit: quid item inferioris receſſus, quid ſuperioris in tranſitu defectio, quid eiuſdem reſtitutio: quid varia congredientium & digredientium forma, ſiue trianguli, ſiue ſcaleni, aut ſi quam aliam geometricam figuram referunt: qui hæc, inquit, & huiuſcemodi alia perſpexit, ſciet fati nomine id ſignificari, quod ſerie quadam immutabili pro certa,

An fatum ſit Deus.

Fatum ſeries immutabilis pro

A τυμβωρυχεῖν, ἢ πειρατεύειν, ἢ ἀσωτεύεσθαι, ἢ τῷ ἑταιρικῷ βίῳ ἀποθηλύνεσθαι. καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα διεξιὼν, ἰσχυρὰν ᾤετο τὴν μὴ παραδέξασθαι τὸν λόγον ἡμῶν αἰτίαν ἐπιδεδεῖχθαι, τὸ μὴ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ὅπερ ἂν θέλωμεν κατ' ἐξουσίαν αἱρεῖσθαι, ἀλλὰ δεῖν ἀναμεῖναι τὴν ἀνάγκην ἐκείνην· ἧς τὸ ἐνδόσιμον πρὸς τὴν τοιαύτην ὁρμὴν παρεχούσης, ἐπ' ἀνάγκης εἶναι πεισθῆναι τῷ λόγῳ, καὶ μὴ βουλόμενον· ἄνευ δὲ ἐκείνης, καὶ σφόδρα προαιρουμένου, μὴ δυνατὸν εἶναι γενέσθαι. ἐγὼ δὲ ταῦτα αὐτοῦ καὶ τὰ τοιαῦτα διεξιόντος, ἠρόμην B αὐτὸν, εἰ Θεόν τινα οἴεται τὸν κατὰ πάντων ἔχοντα κράτος, τὸν τῷ ὀνόματι τῆς εἱμαρμένης ἀποκαλούμενον, οὗ τῷ βουλήματι τὰ καθ' ἕκαστον οἰκονομεῖσθαι πεπίστευκεν. ὁ δὲ πολλήν μου καταγνοὺς ἀβελτηρίαν ἐν τῷ ἐρωτήματι, οὔ μοι δοκεῖς κατανενοηκέναι, φησὶ, τῶν οὐρανίων οὐδέν. ἦ γὰρ ἂν ἔγνως τῆς εἱμαρμένης τὴν δύναμιν, καὶ ὅπως κατελήφθη ἡ καθ' εἱρμὸν ἀπαραβάτως γινομένων ἡ δύναμις. ἐμοῦ δὲ καὶ πρὸς τοῦτον ξενοφωνουμένου τὸν λόγον, καί τι σαφέστερον ἀξιοῦντος μαθεῖν, πότερον δύναμίν τινα προαιρετικὴν αὐτοκρατῆ τε καὶ ἀδέσποτον, ἐν ὑπερκειμένῃ τινὶ C ἐξουσίᾳ θεωρουμένην τὴν εἱμαρμένην εἶναι φαντάζεται, ἢ ἄλλο τι παρὰ τοῦτο ὑπείληφε, πάλιν τὸν αὐτὸν ἐπαναλαβὼν λόγον· ὁ τῶν οὐρανίων, φησὶν, ἐπεσκεμμένος τὴν κίνησιν, τόν τε ζῳδιοφόρον κύκλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δυοκαίδεκα τμήματα, τῇ περιγραφῇ τῶν ἐνθεωρουμένων ζῳδίων δι' ἴσου ἐπ' ἀλλήλων διεστηκότα, ἑκάστου τε τῶν ἄστρων τὴν δύναμιν κατανοήσας· τίνα μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ ἕκαστον ἐκ φύσεως ἰσχὺν ἔχει· τί δὲ ἡ σύνοδος αὐτῶν ἐκ τῆς ποιᾶς πρὸς ἄλληλα κράσεως ἀπεργάζεται, τῆς κατὰ δύναμιν ἑκάστου αὐτῶν ἰδιότητος, μιχθείσης τε τῷ προσεγγισμῷ πρὸς τὸν ἕτερον καὶ ἀποκριθείσης διὰ τῆς ἀποστάσεως· τί τε πάλιν ἡ τοῦ κατωτέρου ὑπόβασις ἐργάζε- D ται· καὶ τί ἡ τοῦ ὑπερκειμένου κατὰ τὴν πάροδον ἔκλειψις, καὶ πάλιν ἀποκατάστασις, ὅτε ποικίλος τῶν συνιόντων τε καὶ ἀφισταμένων σχηματισμὸς, ἐν τριγώνοις, ἢ σκαληνοῖς καταγραφόμενος σχήμασιν, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν κατὰ γεωμετρίαν θεωρουμένων σχημάτων ἀποτελῶν· ὁ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κατανοήσας, εἴσεται τῆς εἱμαρμένης τὸ σημαινόμενον, ὅτι τὸ εἱρμῷ τινι ἀπαραβάτῳ κατὰ τὴν ποιὰν συμπλοκὴν τῶν ἄστρων ἀναγκαίως

ἀποτελούμενον τῷ ὀνόματι τῆς εἱμαρμένης σημαίνεται. ἐπεὶ δέ μοι καὶ τοῦτο πάλιν ἐξενίζεν· οὐ γὰρ συνιεῖν τῶν λεγομένων οὐδὲν, ἅτε μὴ πεπαιδευμένος ταύτην τὴν παίδευσιν, ἠξίουν, δι' ὧν ἦν μοι δυνατὸν γνῶναι τὴν τῆς εἱμαρμένης διάνοιαν, διὰ τούτων μοι φανερὸν ποιεῖν τὸ λεγόμενον. τοὺς γὰρ ἀστρῴους κύκλους ἄλλον ἐν ἄλλῳ εἶναι, καὶ τὴν ἐναντίαν κίνησιν τῇ ἀπλανεῖ περιφορᾷ κατὰ τὸ ἐντὸς εἱλεῖσθαι, καὶ πάντας τούτους τῷ ζῳδιακῷ ἐνδεδέσθαι κύκλῳ· ταῦτα καὶ παρ' ἑτέρων εἶπον ἀκηκοέναι, καὶ ἐκ τοῦ ἀκολούθου μὴ ἀμφιβάλλειν, τὰς τῶν φωστήρων αὐγὰς κατὰ τὴν ἰδιάζουσαν ἑκάστῳ τῶν πόλων κυκλοφορίαν προσεγγίζειν τε καὶ ἀφίστασθαι, καὶ ὑποβαίνειν τὸν κατώτερον, καὶ κρύπτεσθαι τὸν ὑπερκείμενον ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ὄψεως, εἰ κατὰ νώτου γένοιτο τοῦ ὑποβαίνοντος· καὶ πάντα ὅσα εἰκὸς ἐκ τοῦ ἀκολούθου λογίσασθαι, εἴτε τι σχῆμα διὰ τούτων ἀποτελεῖται, ὅταν ὁ κύκλος περιστῇ διὰ τῆς ἰδίας κινήσεως τὸν ἐφ' ἑαυτοῦ κείμενον ἄστρον· ὥστε ἢ καθ' εὐθεῖαν τοῦ ὑπερκειμένου γενέσθαι, ἢ πλαγιάσαι κατὰ τὴν πάροδον, εἴτε δι' ὀλίγου τοῦ χρονικοῦ διαστήματος, εἴτε διὰ πλείονος ἑκάστου τούτων ἡ περίοδος γένηται, κατὰ τὸ μέγεθος τῆς καθ' ἕκαστον τῶν κύκλων ἀναλογίας, ἀναγκαίως ἢ θᾶττον ἢ βράδιον τῆς ἀναστροφῆς κινουμένης. ταῦτα πάντα καὶ τὰ τοιαῦτα, σιγᾶν ἠξίουν, μόνον δέ μοι σαφῶς ἐκκαλύπτειν τῆς εἱμαρμένης τὴν δύναμιν, Θεός τίς ἐστιν ὁ τῷ ὀνόματι τῆς εἱμαρμένης νοούμενος, καὶ τοῦ παντὸς ἐξημμένος τὸ κράτος, καὶ πάντα κατ' ἐξουσίαν τῷ ὑπερέχοντι τῆς δυνάμεως πρὸς τὸ δοκοῦν διοικούμενος, ἢ ἄλλης τινὸς ὑπερκειμένης ἐνεργείας ὑπουργὸν εἶναι τὴν τῆς εἱμαρμένης ὑποτίθεται δύναμιν, ὥστε καὶ αὐτὴν τρόπον τινὰ ὑπὸ ἑτέραν εἱμαρμένην κεῖσθαι, τῇ ὑπερεχούσῃ συνδιατιθεμένην αἰτίᾳ. εἰ μὲν γὰρ αὕτη τὸ κατὰ πάντων ἔχειν κράτος πεπίστευται, τὸ μηδὲν ὑπερκεῖσθαι ταύτης ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου δίδωσιν οἴεσθαι. εἰ δὲ τῇ κινήσει τῶν ἄστρων ἀκολουθοῦσαν τὴν εἱμαρμένην, κρατεῖν αὐτὴν βιαίᾳ τινὶ ἀνάγκῃ τῶν πάντων διισχυρίζεται, ἀσφαλέστερον ἦν τῷ προηγουμένῳ μᾶλλον ἢ τῷ ἑπομένῳ τὴν παντοδύναμον ταύτην προσμαρτυρεῖν ἐξουσίαν· καὶ τὰ ἄστρα τούτων αἴτια λέγειν, ἢ τὴν ἀπλανῆ περιφορὰν, ἢ τοὺς ἐντὸς ταύτης ἐνθεωρουμένους κύκλους, ἢ τὸν λοξῶς ἐγκεχαραγμένον τῷ πόλῳ κύ-

A ſtellarum coniunctione neceſſariò efficitur. Cùm id quoque mihi inauditum & nouum accidiſſet (non enim quicquam eorum quę diceret, intelligebam, quippe ea diſciplina non eruditus) rogaui vt eo modo mihi vim verbi declararet, quo fati notionem aſſequi poſſem. Nam cœleſtes circulos alium in alio eſſe, & motu contrario conuerſioni firmamenti ſeu aplanis interius cieri, cóſque omnes in Zodiaco circumuolui: hæc, inquam, etiam ab aliis audiui, ac proinde luminarium ſplendorem pro conuerſione cuique cœlo propria tum accedere tum recedere, atque inferiore aſtro ſubeunte tolli è conſpectu B noſtro ſuperius, ſi quidem inferiori directè opponatur: & quæcumque hinc aptè colligerentur, ſiue formam aliquam efficerent, vt cùm circulus ſpatium quod in ſe continet, ita motu ſuo ambit, vt ſidus in tranſitu aut rectà obijciatur ſuperiori, aut declinet: ſiue breui temporis interuallo, ſiue longiori cuiúſque circuitus abſolueretur, quandoquidem pro ſingulorum magnitudine neceſſariò vel celerior vel tardior eſſet conuerſio. His omnibus ſilentio præteritis orabam, vt tantùm fati vim perſpicuè mihi explicaret, C Deúſne aliquis fati nomine intelligeretur, huius vniuerſi imperator, ſumma poteſtate prædìtus, quique omnia haberet in manu ſua, & pro arbitratu gubernaret: an verò fati virtutem alterius alicuius ſuperioris virtutis miniſtram ſtatueret, vt & ipſa quodam modo alteri fato ſubiecta ſit, præcellentioris cauſæ in adminiſtratione ſocia. Nam ſi eam in res omnes imperium obtinere credendum eſſet, ratione nos induci, vt nihil illam ſupereminere cenſeamus. Sin eam aſtrorum motum ſequi, ac ita demum violenta quaD dam neceſſitate in res omnes dominari aſſeueraret, ſatius fuiſſe præcedenti quam ſequenti omnipotentem illam vim attribuere, ac vel ſidera rerum iſtarum cauſas eſſe dicere, vel conuerſionem Firmamenti, vel circulos qui in ea concipiuntur, vel certè circulum qui cœlo obliquè inſcribitur.

certa ſtellarum coniunctione.

Si quis enim concederet aſtra neque per ſe moueri, neque perpetua conuerſione inter ſe aut coniungi aut diſiungi, ſed eandem ſemper referre figuram: fatum non exiſteret. Quare ſi ex ſiderum motione fatum oritur, fruſtra profectò id dominari in cætera putatur, quod ſuperiori cauſæ ſeruit, neque omnino eſſet niſi motus eſſet. At non eò, inquit philoſophus, noſtra ſpectat oratio, quaſi ipſum fatum per ſe eſſet aliqua natura, ſed cùm ſit quædam rerum mutua conuenientia & coniunctio, atque vniuerſum omni ex parte cohæreat, quemadmodum etiam in vno aliquo corpore quædam omnium membrorum inter ſe conſentientium cernitur concordia, cúmque ſuperior mundi portio ſit præſtantior, idcirco inferiora ſimul cum primaria portione reguntur, ad eiúſque velut nutum cœleſti motu ſeſe fingunt & accommodant, quandoquidem neceſſariò ac multifariam, vti dictum eſt, vi cuiúſque ſideris vnà mouentur. Vt in medicamento ſpecierum qualitates artificioſa quadam ratione commiſtæ, communi illo temperamento quippiam efficiunt aliud, neque tale qualis vnaquæque ante mixturam fuerat: ſic cœleſtium virtutum diuerſæ ſunt proprietates, quarum varia ex aſtrorum vel acceſſu vel receſſu profecta coniunctio varias ac diuerſas vitæ reddit actiones, tanquam influxus quidam inde ad nos ſine interruptione deriuetur. Quæ etiam cauſa eſt quamobrem ij, qui hæc diligentius inueſtigant, futura minimè falsò prædicant. Quemadmodum enim peritus medicus, ſi medicamentum calidum aut eiuſmodi quod diſſolutionem, ſtuporem, torporémve conciliet, cum aliquo alio commiſceatur, proprietatem ex illa diuerſarum rerum mixtura oriundam prædicit: quid item efficiat, & quamdiu vim retineat, cui pernicioſum, cui ſalutare ſit: ita is etiam qui ad res cœleſtes animum ſedulò applicauit, & cuiuſque naturam perſpexit: ſciet coniunctionis earum quæ ſit vis & efficacitas. Porrò iſte influxus ne ad breue quidem temporis ſpatium ſibi ſimilis eſt: ſed quia congredientium ſiderum nun-

Medicorũ prædictiones.

τῆς τῶν παθῶν ποικιλίας, ἀναγκαίως πολυειδὴς γενήσεται ἡ θεραπευτικὴ ἐπιμέλεια, πρὸς λόγον τοῦ πάθους ἐνεργοῦσα τὴν ἴασιν. ὡς δ᾽ ἂν γένοιτό τις τεχνικὴ μέθοδος περὶ τοῦ προκειμένου προβλήματος, οὕτω τὸν λόγον διαληψόμεθα. τρία ἐστὶ τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν θεωρούμενα κατὰ τὴν πρώτην διαίρεσιν, τό τε λογικόν, καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν, καὶ τὸ θυμοειδές. ἐν τούτοις ἐστὶ καὶ τὰ κατορθώματα τῶν κατ᾽ ἀρετὴν βιούντων, καὶ τὰ πτώματα τῶν εἰς κακίαν ἀπορρεόντων. διὸ B προσήκει τὸν μέλλοντα τὴν κατάλληλον θεραπείαν προσάγειν τῷ νενοσηκότι τῆς ψυχῆς μέρει, πρότερον μὲν ἐπισκέψασθαι ἐν τίνι συνέστη τὸ πάθος· εἶθ᾽ οὕτω πεποιθότι προσάγειν ἁρμοδίως τὴν θεραπείαν· ὥστε μὴ δι᾽ ἀπειρίαν τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, ἄλλο μὲν ᾖ τὸ νοσῆσαν μέρος, ἕτερον δὲ τὸ τὴν θεραπείαν δεχόμενον· ὥσπερ ἀμέλει βλέπομεν πολλοὺς τῶν ἰατρῶν ἐν ἀπειρίᾳ τοῦ πρωτοπαθοῦντος μέρους, προσεπιτείνοντας τὴν νόσον δι᾽ ὧν θεραπεύουσι. τῆς γὰρ ἀρρωστίας οὔσης πολλάκις κατὰ θερμοῦ ἐπικράτησιν, ἐπειδὴ C τοῖς κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ψυχροῦ κακωθεῖσι χρήσιμον τὸ θερμαῖνόν τε καὶ ἀναθάλπον ἐστί, τὸ τούτοις κατὰ λόγον συνενεχθέν, ἀπερισκέπτως τὸ αὐτὸ τοῖς ἐν ἀμετρίᾳ θερμότητος ἐγκαιομένοις ἐπαγαγόντες, δυσίατον τὸ πάθος ἐποίησαν. ὥσπερ τοίνυν ἀναγκαιοτάτη τοῖς ἰατροῖς ἐνομίσθη ἡ κατανόησις τῶν στοιχείων ἰδιότητος, ὅπως ἂν ἑκάστου τῶν εὖ ἢ κακῶς διακειμένων γένοιτο τοῦ παρὰ φύσιν διατεθέντος ἡ ἐπανόρθωσις· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐπὶ ταύτην ἀναδραμόντων τὴν διαίρεσιν τῶν ἐν τῇ ψυχῇ θεωρουμένων ἀρχὴν καὶ ὑπόθεσιν D τῆς καταλλήλου τῶν παθῶν θεραπείας· ποιησόμεθα τὴν γενικὴν θεωρίαν. ἐν οὖν τριχῇ, καθὼς ἔφαμεν, διῃρημένης τῆς ἰδιότητος τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων, εἰς τὸ λογιστικόν τε καὶ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδές· κατόρθωμα μὲν τοῦ λογιστικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς ἐστιν, ἡ εὐσεβὴς περὶ τὸ θεῖον ὑπόληψις, καὶ ἡ τοῦ καλοῦ τε καὶ κακοῦ διακριτικὴ ἐπιστήμη, καὶ ἡ τρανήν τε καὶ ἀσύγχυτον ἔχουσα περὶ τῆς φύσεως τῶν ὑποκειμένων τὴν δόξαν· τί μέν ἐστιν αἱρετὸν ἐν τοῖς οὖσι· τί δὲ βδελυκτὸν καὶ ἀπόβλητον. καὶ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου πάντως ἡ ἐν τῷ μέρει τούτῳ κακία θεωρηθήσεται, ὅταν ἀσέβεια μὲν ᾖ περὶ τὸ θεῖον, ἀκρισία δὲ περὶ τὸ ὄντως καλόν· ἐπιλ-

A num varietas, multiformis quoque neceſſariò fuerit medica curatio, ad affectionis rationem medicinam exercens. Vt ſit autem arte aliqua procedens propoſitæ quæſtionis methodus, rem ita tractabimus. Tria ſunt quę in anima noſtra conſiderantur ſecundùm primam diuiſionem, ratio, concupiſcentia, & ira. In iis ſunt & rectè facta eorum qui ex virtute viuunt, & delicta caſúſq; eorum qui ad vitium dilabuntur. Quamobrem B oportet eum qui ægrotanti animæ parti conueniẽtem medelam eſt adhibiturus, prius quidem conſiderare, in quónam conſiſtit affectio, deinde ſic laboranti conuenientem medelam applicare, ne propter medicæ diſciplinæ ignorãtiam, alia quidẽ ſit pars quę ægrotat, alia verò cui eſt adhibita medela: ſicut certè multos videmus medicos, qui propter primò affectæ partis ignorationẽ, morbum ſuis medicamẽtis adaugent. Cùm enim ſæpe exiſtat morbus propter dominationem & exuperationem calidi, quoniã iis qui propter nimiam frigidi abundantiam C male affecti ſunt, vtile eſt quod calefacit & confouet, id quod illis ex ratione adhibitum confert: idem iis qui immoderata caliditate ſuccendũtur, inconſideratè applicantes, efficiunt vt ſit morbus curatu difficillimus. Quemadmodum ergo medicis in primis neceſſaria exiſtimata eſt elementorum proprietatis cognitio, vt vniuſcuiuſq; eorum quæ benè vel malè conſtituta ſunt, id quod pręter naturam affectum eſt, corrigatur: Sic & nos, ad hanc recurrẽtes diuiſionem, quę eſt eorum quæ in anima conſiderantur, principium & fundamentũ conuenien- D tis affectionum curationis; generalem faciamus contemplationem. Trifariam ergo, vt diximus, diuiſa proprietate motionum animę, in rationẽ, concupiſcentiam & iram: rationis quidem compotis animę partis, eſt perfectum & ex virtute rectè ſe gerens officium, pia de Deo exiſtimatio, boni & mali diſcernens ſcientia, & quæ habet veram & non confuſam de rerum ſubiectarum natura opinionem; quid eſt quidẽ in iis quæ ſunt, expetendũ; quid vero abhorrendum & abijciendum: & rurſus ex cõtrario quod in ea parte eſt vitium, omnino conſiderabitur, quando circa res quidem diuinas fuerit impietas, nullum autem circa id quod verè honeſtum eſt iudicium;

peruerſa autem & corrupta de rerum natura exiſtimatio, vt *lucem tenebras* ducat *& tenebras lucem*, vt dicit ſcriptura. Concupiſcentis autem partis motus, eſt ex virtute, ſi ad id quod eſt re vera concupiſcendum & verè pulchrum &
Iſa. 5. c honeſtum, erigatur deſiderium: & ſi qua eſt in nobis amatoria facultas & affectio, tota in illo verſetur, vt credamus nihil aliud eſſe natura expetendum præter virtutem, & naturam quæ virtutem effundit. Huius autem partis declinatio eſt & peccatum, quando cupiditatem transtulerit ad inanem, quæ non poteſt conſiſtere gloriam; vel ad florem qui coloratè corporum ſuperficiei eſt illitus: Vnde exiſtit libido, gloriæ cupiditas, ambitio, & auaritia, & cætera eiuſmodi quæ ab hoc vitij genere dependent. Animoſæ autem ſeu iraſcentis partis recta & ex virtute actio eſt, mali odium & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem in eo eſſe confirmatam animam, vt ea non pertimeſcat quæ vulgo terribilia videntur, ſed vſque ad ſanguinem peccato reſiſtat: mortis autem minas & grauia ſupplicia contemnat; & à rebus iucundiſſimis, diſiunctione, & omnibus, vt ſemel dicam, quæ propter aliquam conſuetudinem & anticipatam opinionem multos in voluptate detinent, ſit ſuperior, pro fide & virtute decertans. Huius autem partis prolapſiones omnibus apertæ ſunt, inuidia, odium, ira, conuicia, certamina, contentioſæ & vltionis appetentes affectiones, quæ acceptæ iniuriæ recordationem longè extendunt, & multos ad cædem & ſanguinem incitant. Dum enim non inueniret ſtulta & inerudita, ratio quomodo armis ſuis vtiliter vteretur, ferri aciem in ſe conuertit; eáque arma, quæ nobis à Deo data ſunt, ei qui malè vtitur exitium afferunt.

Can. 2. His itaque hoc modo diſtinctis, quæcumque quidem peccata ratione præditam animę partem attingunt, eſſe grauiora à Patribus iudicata ſunt, & maiori ac ſufficientiori & laborioſiori conuerſione digna: quemadmodum ſi quis fidem in Chriſtum negauit, vel ad Iudaiſmum, vel idolorum cultum, vel Manichaiſmum, vel aliquod aliud impietatis

A λελημμένη δὲ καὶ ἐσφαλμένη ἡ περὶ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ὑπόληψις, ὥστε τίθεσθαι τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς, καθώς φησιν ἡ γραφή. τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ μέρους, ἡ μὲν ἐνάρετος ἐστι κίνησις τὸ πρὸς τὸ ὄντως ἐπιθυμητὸν, καὶ ἀληθῶς καλὸν ἀνάγεσθαι τὸν πόθον· καὶ εἴ τις ἐν ἡμῖν ἐρωτικὴ δύναμίς τε καὶ διάθεσις, ἐκεῖ καταχρῆσθαι πᾶσαν, ἐν τῷ πεπεῖσθαι μηδὲν ὀρεκτὸν εἶναι τῇ ἑαυτοῦ φύσει ἄλλο, πλὴν τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς τὴν ἀρετὴν πηγαζούσης φύσεως. παρέκβασις δὲ καὶ ἁμαρτία τοῦ τοιούτου μέρους ἐστὶν, ὅταν τις μεταγάγῃ τὴν ἐπιθυμίαν,
B πρὸς τὴν ἀνυπόστατον κενοδοξίαν· ἢ πρὸς τὸ ἐπικεχρωσμένον τοῖς σώμασιν ἄνθος· ὅθεν γὰρ ἡ φιλοχρηματία, καὶ ἡ φιλοδοξία, καὶ ἡ φιληδονία, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὅσα τοῦ τοιούτου ἤρτηται τῆς κακίας εἴδους. πάλιν δὲ τῆς θυμώδους διαθέσεως κατόρθωμα μέν ἐστιν ἡ πρὸς τὸ κακὸν ἀπέχθεια, καὶ ὁ πρὸς τὰ πάθη πόλεμος· καὶ τὸ πρὸς ἀνδρείαν ἐνισχῦσαι τὴν ψυχὴν, ἐν τῷ μὴ καταπλήσσειν τὰ τοῖς πολλοῖς φοβερὰ νομιζόμενα, ἀλλὰ μέχρις αἵματος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαθίστασθαι· καταφρονεῖν δὲ
C θανατικῆς ἀπειλῆς, καὶ ἀλγεινῶν κολαστηρίων, καὶ τῆς τῶν ἡδίστων διαζεύξεως, καὶ πάντων ἅπαξ τῶν διά τινος συνηθείας καὶ προλήψεως ἐν ἡδονῇ τοὺς πολλοὺς κατεχόντων κρείττονα γενέσθαι, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς ἀρετῆς προμαχόμενον. τὰ δὲ ἀποπτώματα τοῦ τοιούτου μέρους ἐστὶν ἅπασι πρόδηλα, ὁ φθόνος, τὸ μῖσος, ἡ μῆνις, αἱ λοιδορίαι, αἱ συμπλοκαὶ, αἱ ἐμφιλόνεικοί τε καὶ ἀμυντικαὶ διαθέσεις, αἳ μέχρι πολλοῦ παρατείνουσι τὴν μνησικακίαν, καὶ πολλοὺς εἰς φόνους καὶ αἵματα καταλλήλουσαι. μὴ γὰρ εὑρὼν ὁ ἀπαί-
D δευτος λογισμὸς ὅπου χρήσηται λυσιτελῶς τῷ ὅπλῳ, ἐφ' ἑαυτὸν τρέπει τὴν τοῦ σιδήρου ἀκμήν· καὶ γίνεται τὸ ἐκ Θεοῦ δοθὲν ἡμῖν ἀμυντήριον ὅπλον τῷ κακῶς κεχρημένῳ ὀλέθριον.

Τούτων τοίνυν κατὰ τὸν εἰρημένον διακριθέντων τρόπον, ὅσα μὲν ἁμαρτήματα τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς ἅπτεται μέρους, χαλεπώτερα παρὰ τῶν πατέρων ἐκρίθη, καὶ μείζονος καὶ διαρκεστέρας καὶ ἐπιπονωτέρας τῆς ἐπιστροφῆς ἄξια εἶναι· εἴ τις ἠρνήσατο τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἢ πρὸς Ἰουδαϊσμὸν, ἢ πρὸς εἰδωλολατρείαν, ἢ πρὸς Μανιχαϊσμὸν, ἢ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον ἀθείας

εἶδος

εἴδους ἀπαυτομολήσας ἐφάνη, ὁ μὲν ἑκουσίως ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ὁρμήσας κακὸν, εἶτα καταγνοὺς ἑαυτοῦ, χρόνον τὸν τῆς μετανοίας ἔχει, ὅλον τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ. οὐδέποτε γὰρ μυστικῆς ἐπιτελουμένης εὐχῆς, μετὰ τοῦ λαοῦ προσκυνῆσαι τὸν Θεὸν καταξιοῦται, ἀλλὰ κατὰ μόνας μὲν εὔξεται· τῆς δὲ κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων, καθόλου ἀλλότριος ἔσται· εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου αὐτοῦ, τότε τῆς τοῦ ἁγιάσματος μερίδος ἀξιωθήσεται. εἰ δὲ συμβαίη παρ' ἐλπίδας ζῆσαι αὐτὸν, πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι διαβιώσεται, ἀμέτοχος τῶν μυστικῶν ἁγιασμάτων μέχρι τῆς ἐξόδου γινόμενος. οἱ δὲ βασάνοις καὶ τιμωρίαις χαλεπαῖς αἰκισθέντες, ἐν ῥητῷ χρόνῳ ἐπετιμήθησαν, οὕτω τῶν ἁγίων πατέρων φιλανθρωπίᾳ ἐπ' αὐτῶν χρησαμένων, ὡς οὐχὶ ψυχῆς γεγυμνωμένης ἐν πτώματι, ἀλλὰ τῆς σωματικῆς ἀσθενείας πρὸς τὰς αἰκίας οὐκ ἀντισχούσης. διὰ τῷ μέτρῳ τῶν ἐν πορνείᾳ πλημμελησάντων, καὶ ἡ βεβιασμένη τε καὶ ἐπώδυνος παράβασις ἐν τῇ ἐπιστροφῇ συνεμετρήθη. Οἱ δὲ πρὸς γόητας ἀπιόντες, ἢ μάντεις, ἢ τοὺς διὰ δαιμόνων καθάρσιά τινα καὶ ἀποτροπιασμοὺς ἐνεργεῖν ὑπισχνουμένους, οὗτοι ἐρωτῶνται δι' ἀκριβείας καὶ ἀνακρίνονται, πότερον ἐπιμένοντες τῇ εἰς Χριστὸν πίστει, ὑπ' ἀνάγκης τινὸς συνωθέντες ἐκείνῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, κακώσεως τινὸς, ἢ ἀφορήτου ζημίας ταύτην αὐτοῖς τὴν ὁρμὴν ἐμποιησάσης· ἢ καθόλου καταφρονήσαντες τοῦ πεπιστευμένου παρ' ἡμῶν μαρτυρίου, τῇ τῶν δαιμόνων συμμαχίᾳ προσέδραμον. εἰ μὲν γὰρ ἀθετήσει τῆς πίστεως καὶ πρὸς τὸ μὴ πιστεύειν εἶναι Θεὸν τὸν παρὰ τῶν Χριστιανῶν προσκυνούμενον ἐκεῖνο ἐποίησαν, δηλαδὴ τῷ κρίματι τῶν παραβατῶν ὑπαχθήσονται. εἰ δέ τις ἀβάστακτος ἀνάγκη καταχρατήσασα τῆς μικροψυχίας αὐτῶν, εἰς τοῦτο προσήγαγε διά τινος ἠπατημένης ἐλπίδος παρακρουσθέντας, ὡσαύτως ἔσται καὶ ἐπ' αὐτῶν ἡ φιλανθρωπία, καθ' ὁμοιότητα τῶν πρὸς τὰς βασάνους ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὁμολογίας ἀντισχεῖν μὴ δυνηθέντων. Τῶν δὲ δι' ἐπιθυμίαν τε καὶ ἡδονὴν γινομένων ἁμαρτημάτων τοιαύτη ἐστὶν ἡ διαίρεσις· τὸ μὲν γὰρ καλεῖται μοιχεία, τὸ δὲ πορνεία. τισὶ μὲν οὖν τῶν ἀκριβεστέρων ἤρεσε καὶ τὸ κατὰ πορνείαν πλημμέλημα, μοιχείαν εἶναι νομίζειν. διότι μία ἐστὶν ἡ νόμιμος συζυγία, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα, καὶ ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα.

genus deſciuiſſe viſus ſit, qui voluntariè quidem ſe ad id malum contulit, deinde ſeipſum cōdemnauit, totum tempus vitæ habet pœnitentiæ tempus. Nunquam enim, ſi myſtica peragatur oratio, Deum vnà cum populo adorare dignus cenſebitur, ſed ſeorſum precabitur; à ſacramentorũ autem cōmunione, omnino erit alienus: in hora autem ſui è vita exceſſus, Sacramenti communionis erit particeps. Sin autē contigerit vt is præter ſpē viuat, in eodem rurſus viuet iudicio, myſticorum ſacramentorum ad vitæ exitum vſque expers. Qui autem tormentis & grauibus ſupplicijs excruciati, ij præſtituto tempore punientur, ſanctis Patribus ſic in eos clementia vſis, tanquam anima non lapſa ſit, ſed corporalibus imbecillitas tormentis nō reſtiterit. Quare menſura eorum qui in fornicatione peccarunt, & vi doloréque expreſſa tranſgreſſio, in conuerſione, eodem ſpacio, dimenſa eſt.

Qui ad Præſtigiatores, vel Vates abierunt, vel eos qui per dæmones ſe piacula quædã & auerſiones operaturos pollicentur; ij exactè interrogantur & examinãtur, vtrum in fide in Chriſtum permanentes, à neceſſitate aliqua ad illud peccatum impulſi ſunt, cùm afflictio aliqua vel intolerabilis iactura hunc illis animum indidiſſet; an omnino neglecto quod nobis creditum eſt Teſtimonio, ad dæmonum ſocietatem ſe contulerũt. Si enim ad fidem infirmandam, & quòd Deum eſſe non crederent, qui à Chriſtianis creditur & adoratur, illud fecerunt, erũt ſcilicet Apoſtatarum iudicio obnoxij. Sin autem non ferenda neceſſitas aliqua, puſillo & abiecto eorum animo ſuperato, eò deduxit falſa aliqua ſpe deductos; ſimiliter erit & in ipſos clementia, inſtar eorum qui tormentis in tempore Confeſſionis reſiſtere non potuerunt. Can. 3.

Eorum autem quæ ad cupiditatem & voluptatem fiunt peccatorum, hæc eſt diuiſio: hoc enim vocatur adulteriũ illud verò fornicatio. Ac nonnullis quidẽ eorũ qui ſunt ſubtiliores, placuit etiam fornicationis peccatum adulteriũ eſſe exiſtimare, quoniã vna eſt legitima coniũctio & mulieris cũ viro, & viri cũ mu- Can. 4.

liere. Quicquid ergo nõ eſt legitimum, eſt omnino iniuſtum & legi cõtrarium: & qui nõ habet proprium, habet omnino alienum. Homini enim vnà tantùm data eſt auxiliatrix à Deo, & mulieri vnum appoſitum eſt caput. 1. Theſſ. 4. Ergo *ſi quis*, quidem, *proprium vas ſuum*, vt diuinus Apoſtolus nominat, *poſſederit*; ei lex naturæ iuſtum vſum concedit. Si quis autem extra proprium conuerſus fuerit, erit omnino in alieno: eſt autem vnicuique alienum quicquid non eſt proprium, etiamſi id non confiteatur qui eſt dominus. Non longe ergo à peccato adulterij, fornicatio ab iis qui rem paulò accuratiùs examinant, ſuſcepta eſt, Eccleſ. 9. cùm dicat etiam ſcriptura: *Ne multus ſis cum aliena*: ſed cum imbecillioribus indulgenter agendum cenſuerunt Patres, diſtinctum eſt peccatum hac generali diuiſione, quòd fornicatio quidem dicatur, cupiditatis ſeu libidinis expletio, quæ fit ſine alia alicuius iniuria: Adulterium verò, inſidiæ & iniuria quæ alteri affertur. In eo autem & cum animalibus coitum & pædicatum, eſſe exiſtimant; quoniam hæc ſunt naturæ adulterium. In id enim quod eſt alienum, & quod eſt præter naturam, fit iniuſtitia. Cum hæc ergo diuiſio in hac etiam peccati ſpecie fiat, vniuerſale eſt remedium vt à concitata in eiuſmodi voluptates rabie, per pœnitentiam homo purus efficiatur; ſed quia eorum qui in fornicatione polluti ſunt, iniuria aliqua cum hoc peccato non commixta eſt, propterea duplum conuerſionis tempus iis præſcriptum eſt, qui in adulterio inquinati ſunt; & in aliis itidẽ vetitis malis, animaliũ initu, & rabie in maſculos: In iis enim, vt dixi, peccatum duplicatur; Vnum quidem [in illicita & nefaria voluptate; alterũ autem] quod iniuria quæ fit alteri, conſiſtit. Eſt autem quædam differentia in ratione pœnitentiæ in iis qui in voluptate peccarũt, eiuſmodi. Qui enim ex ſeipſo ad ſua proferenda peccata impulſus eſt, eò quod ſua ſponte occultorum accuſator eſſe voluerit, vt qui iam affectioni medicinam adhibere cœperit, & ſignum mutationis in id quod eſt melius oſtenderit, in mitioribus pœnis verſatur. Qui autem in malo deprehenſus eſt, vel propter aliquam ſuſpicionem, vel accuſationem ingratiis conuictus eſt,

πᾶν οὖν τὸ μὴ νόμιμον παράνομον πάντως, καὶ ὁ μὴ τὸ ἴδιον ἔχων, δηλαδὴ τὸ ἀλλότριον ἔχει. παρὰ γὰρ ἀνθρώπου μία δίδοται παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθὸς, καὶ τῇ γυναικὶ μία ἐφήρμοσται κεφαλή. οὐκοῦν εἰ μέν τις τὸ ἴδιον αὐτοῦ σκεῦος, καθὼς ὀνομάζει ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἑαυτῷ κτήσαιτο, συγχωρεῖ ὁ νόμος τῆς φύσεως τὴν δικαίαν χρῆσιν. εἰ δέ τις ἔξω τοῦ ἰδίου τράποιτο, ἐν ἀλλοτρίῳ πάντως γενήσεται· ἀλλότριον δὲ ἑκάστῳ πᾶν τὸ μὴ ἴδιον, κἂν μὴ ὁμολογούμενον ἔχῃ τὸν κυριεύοντα. οὐκοῦν πόρρω τοῦ κατὰ τὴν μοιχείαν πλημμελήματος, καὶ ἡ πορνεία τοῖς τὸν ἀκριβέστερον ἐξετάζουσι λόγον ἐδείχθη, λεγούσης καὶ τῆς θείας γραφῆς· ὅτι μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς ἀσθενεστέροις ἐγένετό τις παρὰ τῶν πατέρων συμπεριφορὰ, διεκρίθη τὸ πλημμέλημα τῇ γενικῇ διαιρέσει ταύτῃ, ὡς πορνείαν μὲν εἶναι καὶ λέγεσθαι, τὴν χωρὶς ἀδικίας ἑτέρου γινομένην τινὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐκπλήρωσιν· μοιχείαν δὲ, τὴν ἐπιβουλήν τε καὶ τὴν ἀδικίαν τοῦ ἀλλοτρίου. ἐν ταύτῃ δὲ καὶ τὴν ζωοφθορίαν καὶ τὴν παιδεραστίαν εἶναι λογίζονται· διότι καὶ ταῦτα φύσεως ἐστὶ μοιχεία. εἰς γὰρ τὸ ἀλλότριόν τι καὶ παρὰ φύσιν γίνεται ἡ ἀδικία. ταύτης τοίνυν τῆς διαιρέσεως καὶ ἐν τούτῳ τῷ εἴδει τῆς ἁμαρτίας γεγενημένης, καθολικὴ μέν ἐστι θεραπεία, τὸ τῆς ἐμπαθοῦς λύσσης τῆς περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς, καθαρὸν ἐκ μεταμελείας γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν πορνείᾳ μολυνθέντων ἀδικία τις τῇ ἁμαρτίᾳ ταύτῃ οὐ καταμέμικται, διὰ τοῦτο διπλάσιον ὡρίσθη τῆς ἐπιστροφῆς ὁ χρόνος τοῖς ἐν μοιχείᾳ μιανθεῖσι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπηγορευμένοις κακοῖς, ζωοφθορίᾳ τε καὶ τῇ κατὰ τῶν ἀρρένων λύσσῃ· διπλασιάζεται γὰρ, ὡς εἶπον, ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡ ἁμαρτία. μία μὲν * ἡ κατὰ τὴν τοῦ ἀλλοτρίου ἀδικίαν συνισταμένη· διαφορὰ δέ τις ἐστὶν ἐν τῷ λόγῳ τῆς μετανοίας, καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ ἡδονὴν πλημμελούντων τοιαύτη. ὁ μὲν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ἐξαγόρευσιν τῆς ἁμαρτίας ὁρμήσας, αὐτῷ τῷ καταδέξασθαι δι' οἰκείας ὁρμῆς γενέσθαι τῶν κρυφίων κατήγορος· ὡς ἤδη τῆς θεραπείας τοῦ πάθους ἀρξάμενος, καὶ σημεῖον τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς ἐπιδειξάμενος, ἐν φιλανθρωποτέροις γίνεται τοῖς ἐπιτιμίοις. ὁ δὲ φωραθεὶς ἐπὶ τῷ κακῷ, ἢ διά τινος ὑποψίας, ἢ κατηγορίας ἀκουσίως ἀπελεγχθεὶς,

ἐν ἐπιτεταμένῃ γίνεται τῇ ἐπιστροφῇ· ὥστε καθαρισθέντα δι' ἀκριβείας αὐτὸν, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν ἁγιασμάτων κοινωνίαν παραδεχθῆναι. ἔστι τοίνυν ὁ κανὼν τοιοῦτος, ὥστε τοὺς ἐν πορνείᾳ μολυνθέντας, ἐν τρισὶ μὲν ἔτεσι καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι· ἐν τρισὶ δὲ τῆς ἀκροάσεως μετέχειν μόνης, ἐν ἄλλοις δὲ τρισὶν ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν τῇ ἐπιστροφῇ ὑποπιπτόντων προσεύχεσθαι, καὶ τότε μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων. ἐπὶ δὲ τῶν σπουδαιότερον κεχρημένων τῇ ἐπιστροφῇ, καὶ τῷ βίῳ δεικνύντων τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπάνοδον, ἔξεστι τῷ οἰκονομοῦντι πρὸς τὸ συμφέρον, τὴν ἐκκλησιαστικὴν οἰκονομίαν, συντεμεῖν τὸν χρόνον τῆς ἀκροάσεως, καὶ τάχιον εἰς ἐπιστροφὴν ἀγαγεῖν, καὶ πάλιν καὶ τοῦτον συντεμεῖν τὸν χρόνον, καὶ τάχιον ἀποδοῦναι τὴν κοινωνίαν, ὅπως ἂν τῇ ἑαυτοῦ δοκιμασίᾳ ἐκκρίνῃ τὴν τοῦ θεραπευομένου κατάστασιν. ὥσπερ γὰρ τὸ τοῖς χοίροις ῥιπτεῖν τὸν μαργαρίτην ἀπείρηται, οὕτω τὸ ἀποστερεῖν τοῦ τιμίου μαργαρίτου, τὸν ἤδη ἄνθρωπον διὰ τῆς καθαρότητός τε καὶ ἀπαθείας γενόμενον, τῶν ἀτόπων ἐστίν. ἡ δὲ κατὰ μοιχείαν ἤτοι καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη τῆς ἀκαθαρσίας γινομένη παρανομία, καθὼς προείρηται, κατὰ πάντα ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι θεραπευθήσεται, ἐν ᾧ ἐστι τὸ τῆς πορνείας ἄγος· τῷ δὲ χρόνῳ διπλασιάζεται. παρατηρηθήσεται δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ ἡ τοῦ θεραπευομένου διάθεσις, ὃν τρόπον καὶ ἐπὶ τῷ μολυσμῷ τῆς πορνείας συνενεχθέντων, ὥστε ἢ θᾶττον ἢ βραδύτερον γενέσθαι αὐτοῖς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν. Λείπεται πρὸς τούτοις τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς προθεῖναι εἰς ἐξέτασιν, ὅταν παρασφαλεῖσα τῆς ἀγαθῆς τοῦ θυμοῦ χρήσεως, εἰς ἁμαρτίαν ἐκπέσῃ. πολλῶν τοίνυν ὄντων κατὰ θυμὸν εἰς ἁμαρτίαν ἐνεργουμένων, καὶ πάντων κακῶν, ἤρεσέ πως τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἐν τοῖς ἄλλοις μὴ λίαν ἀκριβολογεῖσθαι, μηδὲ πολλῆς ἄξιον ἡγεῖσθαι σπουδῆς, τὸ θεραπεύειν πάντα τὰ ἐκ θυμοῦ παραπτώματα. καί τοί γε τῆς γραφῆς, οὐ μόνον τὴν ψιλὴν ἀπαγορευούσης πληγήν· ἀλλὰ καὶ πᾶσαν λοιδορίαν, ἢ βλασφημίαν, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ὁ θυμὸς ἀπεργάζεται· μόνου δὲ τοῦ κατὰ τὸν φόνον ἄγους τὴν παραφυλακὴν ἐποιήσαντο, διὰ τῆς ἐπιτιμίας. διῄρηται δὲ τὸ τοιοῦτον κακὸν τῇ διαφορᾷ τοῦ ἑκουσίου τε καὶ ἀκουσίου, ἐν οἷς ἑκούσιος μέν ἐστι φόνος. πρῶτον μὲν, ὁ ἐκ παρασκευῆς τολμώμενος τοῦ εἰς αὐτὸ τοῦτο διεσκεψαμένου, ὅπως ἂν τὸ ἄγος ἐργάσηται. ἔπειτα δὲ κἀκεῖνος ἐν τοῖς ἑκουσίοις ἐνομίσθη, ὅταν τις

A longius illi conuerſionis tempus datur; vt ipſe perfectè purgatus, ſic ad ſacramentorum Cõmunionem admittatur. Eſt ergo Canon eiuſmodi, vt qui in fornicatione polluti ſunt, in tribus quidem annis ab Oratione omnino expellantur; in tribus autẽ ſint ſolius auditionis participes, in tribus autem aliis, cum iis qui in conuerſione ſubſternũtur, precentur, & tunc ſint ſacramentorũ participes. In iis autẽ qui diligentiori conuerſione vſi fuerint, & vitæ, ad id quod bonũ eſt, reditum oſtenderint, licet ei qui diſpẽſat, pro Eccleſiaſticæ œconomiæ vtilitate, tempus auditionis contrahere, & celerius ad conuerſionẽ deducere: & rurſus B hoc quoque tempus cõtrahere, & celerius Cõmunionem reddere, vt ſua probatione, eius cui medela adhibetur, conſtitutionẽ dijudicet. Quemadmodum enim porcis margaritas proijcere eſt vetitum, ita & precioſa margarita priuare eum qui iam per alienationem à vitio & purgationẽ, homo ſit factus, abſurdum eſt. Quæ autẽ in adulterio & in reliquis immunditiæ generibus fit iniquitas, vt dictum eſt, eodẽ iudicio punietur quo & fornicationis ſcelus, ſed tempore duplicabitur. In eo autẽ, eius etiam cui medela adhibetur, affectio conſiderabitur, C quomodo & in iis qui fornicationis inquinamẽto illaqueati ſunt, vt vel citius vel tardius eis ſit boni participatio.

Reſtat ad hæc vt iraſcentem animæ partẽ examinãdam proponamus, quando lapſa à bono, iræ vſu in peccatum ceciderit. Cùm autem multa ſint quæ per iram fiũt peccata, & omnis generis mala, placuit omnibus noſtris Patribus, in aliis quidem non nimium ſubtiliter agere, nec nimium in eo ſtudij operæque ponere, vt omnia quæ ex ira naſcerẽtur delicta curarent; quamuis ſcriptura non ſolum vulnus prohibeat; ſed etiã omne D conuiciũ vel maledictũ, & ſi quid aliud eiuſmodi ira efficit: ſed ſolam cædis cautionẽ ſuis pœnis introduxerunt. Diuiditur autẽ hoc malum, differẽtia voluntariæ & inuolũtariæ: & eſt cædes quidẽ volũtaria, quę pręmeditatè ſuſcepta eſt ab eo qui ſe ad hoc cõparauerat vt hoc facinus perpetraret. Deinde illud quoq; in voluntariis exiſtimatũ eſt, quando quis

De homicidarum.

Can. 5.

in congreſſu verberans & verberatus, manu plagam mortiferam intulerit. Qui enim ira ſemel victus eſt, & animi appetioni cedit, nihil eorum quæ malũ poſſent amputare, ei in mentem venit. Quare & illic quoque qui ex concertatione profectus eſt, cædis euentus, in factum voluntarium non in caſum confertur. Inuoluntariæ autem habentur manifeſta indicia, quando quis alicui alteri rei ſtudium applicans, caſu grauiſſimum aliquod malum patrauerit. In his ergo, cædes quidem in triplex tempus extenditur iis, qui per conuerſionem voluntario facinori remedium afferunt. Ter nouem etiam ſunt anni, nouenario annorum numero in vnoquoque gradu præfinito, vt in perfecta quidem ſegregatione nouem annorum tempore verſetur ab eccleſia prohibitus; alios autem tot annos in auditione permaneat, ſola Doctorum & Scripturarum auditione & conuerſatione cum populo dignus habitus, in tertio autem nouenario cum ſubſtratis in conuerſione orans, vt perueniat ad Communionem ſacramenti ſcilicet: & in eodem eadem erit obſeruatio ab eo qui Eccleſiam adminiſtrat, & pro ratione conuerſionis illi quoque pœnæ extenſio reſcindetur, vt pro nouem annis in vnoquoque gradu, vel octo, vel ſeptem, vel quinque ſolum anni fiant, ſi pœnitentiæ magnitudo tempus vincat, & ſuperet correctionis ſtudio eos qui in longo tempore præſtituto ſuſceptas à ſe maculas ſegniter eluunt. Inuoluntarium autem venia quidem dignum, ſed non laudabile iudicatum eſt. Hoc autem dixi, vt ſit apertum, quòd etiam ſi quis inuoluntariè fuerit in ſcelere homicidij: eum tanquam iam prophanum, piaculum redditum, à ſacerdotali gratia eijciendum pronunciauit Canon. Quantum autem eſt expiationis tempus ob ſimplicem fornicationem, tantum etiam rectè habere exiſtimatum eſt in iis qui cædem inuoluntariam feciſſent; ſcilicet, in iis quoque, pœnitentis voluntate examinata; vt ſi ſit fide quidem digna conuerſio, non ſeruetur annorum numerus; ſed temporis prolixitate reſecata, ad Eccleſiæ reſtitutionem & boni participationem compendio deducatur. Si quis autem non expleto tempore à Canonibus præſtituto,

Perfecta ſegregatio.

Auditio.

Subſtrati.

A ἐν συμπλοκῇ καὶ μάχῃ, τύπτων τε καὶ τυπτόμενος, ἐνέγκῃ κατά τινος καιρίου τὴν διὰ τῆς χειρὸς πληγήν. ὁ γὰρ ἅπαξ τοῦ θυμοῦ κρατηθεὶς, καὶ τῇ ὁρμῇ τῆς ὀργῆς χαριζόμενος, οὐδὲν αὖ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τῶν ἀνακόψαι τὸ κακὸν δυναμένων ἐπὶ νοῦν λάβοι. ὥστε καὶ τὸ ἐκ τῆς συμπλοκῆς ἀποτέλεσμα τοῦ φόνου, εἰς ἔργον προαιρέσεως, καὶ οὐκ εἰς ἀποτυχίαν ἀνάγεται. αἱ δὲ ἀκούσιοι φανερὰ ἔχουσι τὰ γνωρίσματα· ὅταν τις πρὸς ἕτερόν τι τὴν σπουδὴν ἔχων, ἐξ ἀποτυχίας τι τῶν ἀνηκέστων δράσῃ. ἐπὶ τούτων τοίνυν ὁ μὲν φόνος, εἰς τριπλασίονα χρόνον παρατείνεται, τοῖς δι' ἐπιστροφῆς θεραπευομένοις τὸ

B ἑκούσιον ἄγος. τριεννέα γάρ εἰσιν ἐνιαυτοὶ, καθ' ἕκαστον βαθμὸν τῆς ἐννάδος τῶν ἐτῶν ὁρισθείσης, ὥστε ἐν μὲν τῷ παντελεῖ ἀφορισμῷ, ἐνναετῆ χρόνον διαγενέσθαι ἀπειργόμενον τῆς ἐκκλησίας· ἄλλα δὲ τοσαῦτα ἔτη ἐν τῇ ἀκροάσει παραμεῖναι, μόνης τῆς διδασκάλων καὶ τῆς τῶν γραφῶν ἀκροάσεως, καὶ μετὰ τῆς τοῦ λαοῦ συστάσεως ἀξιούμενον, ἐν δὲ τρίτῃ ἐννάδι, μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν τῇ ἐπιστροφῇ προσευχόμενον, οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν μετουσίαν τοῦ ἁγιάσματος· δηλαδὴ καὶ ἐπὶ τούτου, ἡ αὐτὴ παρατήρησις ἔσται παρὰ τοῦ οἰκονομοῦντος τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πρὸς λόγον τῆς ἐπιστροφῆς, συν-

C τμηθήσεται αὐτῷ καὶ ἡ τοῦ ἐπιτιμίου παράτασις, ὥστε ἀντὶ ἐννέα ἐτῶν, ἐφ' ἑκάστου βαθμοῦ ὀκτὼ ἢ ἑπτὰ ἢ ἓξ, ἢ καὶ πέντε μόνα γενέσθαι· εἴπερ τὸ μέγεθος τῆς ἐπιστροφῆς νικήσει τὸν χρόνον, καὶ ὑπερβάλλοιτο τῇ σπουδῇ τῆς διορθώσεως, τοὺς ἐν τῇ μακρᾷ προθεσμίᾳ ῥαθυμότερόν πως ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς κηλῖδος καθαίροντας. τὸ δὲ ἀκούσιον, συγγνώστον μὲν, οὐ μὴν ἐπαινετὸν ἐκρίθη. τοῦτο δὲ εἶπον, ὥστε δῆλον γενέσθαι ὅτι κἂν ἀκουσίως τις γένηται ἐν τῷ τοῦ φόνου μιάσματι, ὡς ἤδη βέβηλον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ

D ἄγους γενόμενον, ἀπόβλητον ἱερατικῆς χάριτος ὁ κανὼν ἀπεφήνατο· ὅσος δέ ἐστιν ἐπὶ τῇ ψιλῇ πορνείᾳ τοῦ καθαρσίου ὁ χρόνος, τοσοῦτος δὲ ἐπὶ τῶν ἀκουσίως πεφονευκότων, ἐδοκιμάσθη καλῶς ἔχειν· δηλαδὴ καὶ ἐν τούτῳ τῆς προαιρέσεως τοῦ μεταγνοῦντος δοκιμαζομένης· ὥστε ἡ ἀξιόπιστος γένοιτο ἡ ἐπιστροφὴ, μὴ πάντως παραφυλαχθῆναι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν· ἀλλὰ διὰ συντομίας ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀποκατάστασιν, καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν. εἰ δέ τις μὴ πληρώσας τὸν χρόνον τὸν ἐκ τῶν κανόνων ἀφωρισμένον,

ἐξόδου τοῦ βίου· κελεύει ἡ τῶν πατέρων φι-
λανθρωπία μετασχόντα τῶν ἁγιασμάτων, μὴ
κενὸν τοῦ ἐφοδίου πρὸς τὴν ἐσχάτην ἐκείνην
καὶ μακρὰν ἀποδημίαν ἐκπεμφθῆναι. εἰ δὲ
μετασχὼν τοῦ ἁγιάσματος, πάλιν εἰς τὴν ζωὴν
ἐπανέλθοι, ἀναμενέτω τὸν τεταγμένον χρόνον·
ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ γενόμενος, ἐν ᾧ ἦν πρὸ
τῆς κατ' ἀνάγκην αὐτῷ δοθείσης κοινωνίας.

Τὸ δὲ εἶδος τῆς εἰδωλολατρείας· οὕτω γὰρ
ὀνομάζει τὴν πλεονεξίαν ὁ θεῖος ἀπόστολος· οὐκ
οἶδα ὅπως ἀθεράπευτον ὑπὸ τῶν πατέρων ἡ-
μῶν παρελείφθη. καί τοι γε δοκεῖ τὸ τοιοῦτον κα-
κὸν τῆς τριττῆς ἐν τῇ ψυχῇ καταστάσεως πάθος
εἶναι. καὶ γὰρ λογισμὸς τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως ἁ-
μαρτάνων ἐν τῇ ὕλῃ τὸ καλὸν εἶναι φαντάζεται,
οὐ πρὸς τὸ ἄϋλον ἀναβλέπων κάλλος, καὶ ἡ ἐπι-
θυμία πρὸς τὰ κάτω ῥεῖ, τοῦ ἀληθοῦς ὀρεκτοῦ
ἀπορρέουσα. καὶ ἡ φιλόνεικός τε καὶ θυμώδης διά-
θεσις, πολλὰς ἐκ τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας τὰς ἀ-
φορμὰς λαμβάνει, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, συμφω-
νεῖ ἡ τοιαύτη νόσος τῷ ἀποστολικῷ τῆς πλεο-
νεξίας ὅρῳ. ὁ γὰρ θεῖος ἀπόστολος, οὐ μόνον αὐ-
τὴν εἰδωλολατρείαν, ἀλλὰ καὶ ῥίζαν πάντων
τῶν κακῶν ἀπεφήνατο· καὶ ὅμως τὸ τοιοῦτον
εἶδος παρεωράθη τῆς νόσου ἀνεπισκέπτόν τι καὶ
ἀτημέλητον· διὸ καὶ πλεονάζει κατὰ τὰς ἐκκλη-
σίας, τὸ τοιοῦτον ἀρρώστημα, καὶ οὐδεὶς τοὺς ἐπὶ
τὸν κλῆρον ἀγομένους περιεργάζεται, μήπως
τῷ τοιούτῳ εἴδει τῆς εἰδωλολατρείας κατεμιάν-
θησαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, διὰ τὸ παρεῖ-
σθαι τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἀρκεῖν ἡγούμεθα τῷ
δημοσίῳ τῆς διδασκαλίας λόγῳ, ὅπως ἂν οἷόν
τε ᾖ, θεραπεύειν, ὥσπερ τινὰ πάθη πληθωρι-
κὰ τὰς πλεονεκτικὰς ἀρρωστίας διὰ τοῦ λόγου
καθαίροντας. μόνην δὲ τὴν κλοπὴν καὶ τὴν τυμ-
βωρυχίαν, καὶ τὴν ἱεροσυλίαν πάθη νομίζομεν·
διὰ τὸ οὕτως ἐκ τῆς τῶν πατέρων ἀκολουθίας
τὴν παράδοσιν ἡμῖν περὶ τούτου γενέσθαι. καί-
τοι γε παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ ὁ πλεονασμὸς,
καὶ ὁ τόκος, τῶν ἀπειρημένων ἐστί, καὶ τὸ ἐκ δυνα-
στείας τινὸς τῇ ἰδίᾳ κτήσει προσαγαγεῖν τὰ ἀλ-
λότρια, κἂν ἐν προσχήματι πραγματείας τὸ
τοιοῦτον τύχῃ γενόμενον. ἐπεὶ οὖν τὸ καθ' ἡ-
μᾶς, εἰς ἐξουσίαν κανόνων ἀξιόπιστος, τὴν ἐπὶ
τῶν ὁμολογουμένως ἀπηγορευμένων κανονικὴν
κρίσιν, ἤδη τοῖς εἰρημένοις προσθήσομεν.

A vita excedat, iubet patrum clementia,
vt effectus Sacramentorum particeps,
non viatico vacuus, ad extremam illam
& longam peregrinationem mittatur. *Viaticum.*
Sin autem, poſtquàm Sacramenti par-
ticeps factus fuerit, rurſum ad vitam
reuerſus ſit; ſtatutum tempus expectet,
in illo gradu exiſtens in quo erat ante
Communionem illi ex neceſſitate da-
tam.

Altera autem idololatriæ ſpecies (ſic *Can. 6.*
enim diuinus Apoſtolus auaritiam ap-
pellat) neſcio, quomodo abſque vlla *Epheſ. 5.*
B pœnæ medela à Patribus prætermiſſa
ſit. Atqui hoc malum quidem videtur
eſſe trium animi conſtitutionum affe-
ctio. Nam & ratio, ab eius quod pul-
chrum eſt iudicio, aberrans, eſſe in ma-
teria quod pulchrum eſt exiſtimat, non
ad pulchritudinem à materia ſepara-
tam aſpiciens, & deſiderium ad ea quæ
ſunt inferiora inclinatur, ab eo quod
verè eſt expetendum dilabens. Iam ve-
rò & contentioſa animoſáque animæ
affectio ex hoc peccato multas occaſio-
nes accipit. Et vt in vniuerſum dicam,
hic morbus cum Apoſtolica auaritiæ
C definitione conſentit. Diuinus enim
Apoſtolus eam nō ſolùm idololatriam,
ſed etiam omnium malorum radicem
pronuntiauit; & tamen hæc morbi ſpe- *1. Tim. 6.*
cies, inconſiderata & abſque vlla eius
cura prætermiſſa eſt: quo fit, vt hic mor-
bus valde in Eccleſia redundet, & nemo
in iis qui ad Clerum adducuntur, inqui-
rit, num qui eo idololatriæ genere pol-
luti ſint. Sed de iis quidem, quoniam id
à Patribus prætermiſſum eſt, ſufficere
exiſtimo publica doctrinæ ratione, ea
quomodo fieri poteſt curare, veluti
quoſdam morbos ex repletione ortos,
D inexplebilis auaritiæ affectiones oratio-
ne purgantes. Solum autem furtum, &
ſepulchrorum effoſſionē, & ſacrilegium
vitia exiſtimamus, quòd ſic à Patrum
conſequentia, hæc nobis traditio facta
ſit. Atqui apud diuinam ſcripturam &
fœnus & vſura ſunt prohibita, & per
quandam potentiam, ad ſuam poſſeſſio-
nem aliena traducere, etiamſi ſub con-
tractus aut tranſactionis ſpecie hoc for-
taſſe factum ſit. Quoniam ergo nos qui-
dem ad Canonum poteſtatē aſſequen-
dam fide digni non ſumus, in iis, quæ
ex confeſſo prohibita ſunt, canoni-
cam ſententiam dictis iam adiiciemus.

Diuiditur autem furtum, in latrocinium ſeu deprædationem & in murorum effoſſionem. Idem autem vtriuſque eſt inſtitutum, videlicet aliena auferre: in animo autem ipſorum, magna eſt inter ſe differentia. Latro enim, etiam homicidium ad id quod ſtudet, aſſequi aſſumit, ad id paratus & armis, & copiis, & opportunitate loci, adeò vt is homicidarum iudicio ſubijciatur, ſi per pœnitentiam ad Dei Eccleſiam reuerſus fuerit. Qui autem latenti ablatione, ſibi alienum vſurpat, ſi deinde per enunciationem peccatum ſuum ſacerdoti aperuerit, vitij ſtudio in contrarium mutato ægritudinem curabit: dico autem, largiendo, quæ habet, pauperibus, vt dum quæ habet profundit, ſe ab auaritiæ morbo liberum apertè oſtendat. Sin autem nihil aliud præterquam ſolum corpus habeat, iubet Apoſtolus per laborem corporalem ei morbo mederi. Dictionis autem ita habet contextus: *Qui* Ephesſ. 4. *furatur, non amplius furetur: ſed potius laboret bonum operans, vt poſſit ei largiri qui indiget.*

Can. 7. Sepulchrorum autem effoſſio, ipſa quoq; diuiditur in id quod veniam meretur, & id quod non meretur. Si enim quis mortuorũ parcens facultatibus & tectum corpus intactum relinquens, vt nec Soli oſtendatur turpitudo corporis; lapidibus aliquot ex iis qui ante ſepulchrum proiecti ſunt, ad aliquod opus conſtruendum vſus eſt; ne hoc quidem eſt laudabile: ſed vt eſſet dignum venia, effecit conſuetudo, quando ad aliquid melius & Reipub. vtilius materia traducta ſit. Sed carnis in terram redactæ puluerem perſcrutari, & oſſa mouere; ſpe, aliquem ex defoſſis lucrifaciendi ornatum, id eodem iudicio condemnatum eſt, quo ſimplex fornicatio, quemadmodum in præcedente oratione diuiſio facta eſt; conſiderante ſcilicet Oeconomo ſeu diſpenſatore, ex ipſa vita eius, cui medela adhibetur, medicinam, vt ſpatium à Canonibus præſtitutum poſſit contrahere.

Can. 8. Sacrilegium autem, in antiqua quidem ſcriptura, ne cædis quidem condemnatione viſum eſt tolerabilius. Similiter enim, & qui cædis cõuictus erat, & qui res Deo dedicatas abſtulerat, la-

A διῄρηται οὖν ἡ κλοπὴ εἴς τε λῃστείαν καὶ εἰς τοιχωρυχίαν· καὶ εἷς μὲν ἐπ' ἀμφοτέρων σκοπὸς, ἡ τῶν ἀλλοτρίων ἀφαίρεσις· πολλὴ δὲ κατὰ τὴν γνώμην αὐτῶν ἡ πρὸς ἀλλήλους ἐστὶ διαφορά. ὁ μὲν γὰρ λῃστὴς, καὶ τὴν μιαιφονίαν εἰς συμμαχίαν τοῦ σπουδαζομένου παραλαμβάνει, πρὸς αὐτὸ τοῦτο παρασκευαζόμενος, καὶ ὅπλοις καὶ πολυχειρίᾳ, καὶ τοῖς ἐπικαίροις τῶν τόπων· ὥστε τὸν τοιοῦτον, τῷ κρίματι τῶν ἀνδροφόνων ὑπάγεσθαι, εἰ διὰ μεταμελείας ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἐπανάγοι. ὁ δὲ δι' ὑφαι- B ρέσεως λανθανούσης σφετεριζόμενος τὸ ἀλλότριον, εἶτα δι' ἐξαγορεύσεως τὸ πλημμέλημα αὐτοῦ τῷ ἱερεῖ φανερώσας, τῇ περὶ τὸ ἐναντίον τοῦ πάθους σπουδῇ θεραπεύσει τὴν ἀρρωστίαν· λέγω δὲ διὰ τοῦ τὰ προσόντα παρέχειν τοῖς πένησιν, ἵνα τῷ προέσθαι ἃ ἔχει, φανερὸς γένηται καθαρεύων τῆς κατὰ πλεονεξίαν νόσου. εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι, μόνον δὲ τὸ σῶμα ἔχοι, κελεύει ὁ ἀπόστολος, διὰ τοῦ σωματικοῦ κόπου τὸ τοιοῦτον ἐξιλάσασθαι πάθος. ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως· ὁ κλέπτων, μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ C ἀγαθὸν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.

Ἡ δὲ τυμβωρυχία, καὶ αὐτὴ διῄρηται εἰς τὸ συγγνωστόν τε καὶ ἀσύγγνωστον. εἰ μὲν γάρ τις τῆς οὐσίας φειδόμενος, καὶ ἄσυλον ἀφεὶς τὸ κεκρυμμένον σῶμα, ὡς μὴ ἀναδειχθῆναι ἡλίῳ τὴν ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως, λίθοις τισὶ τῶν ἐν τῷ τάφῳ προσβεβλημένων συγχρήσαιτο εἰς ἔργου τινὸς κατασκευὴν, ἐπαινετὸν μὲν οὐδὲ τοῦτό ἐστι· πλὴν ἀλλὰ συγγνωστὸν ἐποίησεν ἡ συνήθεια, ὅταν εἰς προτιμότερόν τι καὶ κοινωφελέστερον ἡ τῆς ὕλης μετάθεσις γίνηται. τὸ δὲ διερευνᾶσθαι τὴν D κόνιν ἀπὸ τῆς γεωθείσης σαρκὸς, καὶ ἀνακινεῖν τὰ ὀστᾶ, ἐλπίδι τὸν κόσμον τινὰ τῶν συγκατορυχθέντων κερδῆναι, τοῦτο τῷ αὐτῷ κρίματι κατεδικάσθη, ᾧ καὶ ἡ ψιλὴ πορνεία, καθὼς καὶ ἐν τῷ προλαβόντι διῄρηται λόγῳ· ἐπισκοποῦντος δηλαδὴ τοῦ οἰκονόμου ἐξ αὐτοῦ τοῦ βίου, τὴν ἰατρείαν τοῦ θεραπευομένου, ὥστε συντεμεῖν τὴν ἐκ τῶν κανόνων ὁρισθεῖσαν τοῦ ἐπιτιμίου προθεσμίαν.

Ἡ δὲ ἱεροσυλία, παρὰ μὲν τῇ ἀρχαίᾳ γραφῇ, οὐδὲ ἐνομίσθη τῆς φονικῆς καταχρίσεως ἀνεκτοτέρα. ὁμοίως γὰρ ὅ τε ἐπὶ φόνῳ ἁλοὺς, καὶ ὁ τὰ ἀνατεθέντα τῷ Θεῷ ὑφελόμενος, τὴν διὰ

τῶν λίθων τιμωρίαν ὑπέχειν. ἐπὶ δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας οὐκ οἶδα πῶς συγκατάβασίς τις ἐγένετο, καὶ συμπεριφορὰ, ὥστε ἀνεκτότερον νομισθῆναι τὸ τῆς τοιαύτης νόσου καθάρσιον· ἐν ἐλάττονι γὰρ χρόνῳ παρὰ τὴν μοιχείαν, τοῖς τοιούτοις τὸ ἐπιτίμιον διετάξατο ἡ τῶν πατέρων παράδοσις. πανταχοῦ καὶ ἐν πλημμελήμασι τοῦ εἴδους τούτου καθορᾶν προσήκει πρὸ πάντων, οἵα ἐστὶ τοῦ θεραπευομένου διάθεσις, μὴ τὸν χρόνον οἴεσθαι πρὸς θεραπείαν ἀρκεῖν· τίς γὰρ ἂν ἐκ τοῦ χρόνου ἴασις γένοιτο; ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν τοῦ ἑαυτὸν δι' ἐπιστροφῆς ἰατρεύοντος. Ταῦτά σοι, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, κατὰ πολλὴν σπουδὴν ἐκ τῶν προχείρων συνθέντες, διὰ τὸ δεῖν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ἐπιτάγμασι πείθεσθαι, κατὰ σπουδὴν ἀπεστείλαμεν. σὺ δὲ τὰς συνήθεις ὑπὲρ ἡμῶν εὐχὰς τῷ Θεῷ προσάγων μὴ διαλείπῃς. χρεωστεῖς γὰρ ὡς εὐγνώμων υἱὸς, τῷ κατὰ Θεόν σε γεννήσαντι, τὴν διὰ τῶν προσευχῶν γηροκομίαν, κατὰ τὴν ἐντολὴν τὴν κελεύουσαν, τιμᾷν τοὺς γονέας, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. δῆλον δὲ ὅτι ὡς σύμβολον ἱερατικὸν, δέξῃ τὸ γράμμα, καὶ οὐκ ἀτιμάσεις τὸ ξένιον, κἂν ᾖ μικρότερον τῆς σῆς μεγαλοφυΐας εἴη.

A pidationis ſupplicium ſubibat. In Eccleſiaſtica autem conſuetudine, Deus pœnæ grauitate neſcio quomodo aliquid detractum, & eò lenitatis deſcenſum eſt, vt illius morbi exiſtimaretur tolerabilius piaculum: In minori enim tempore quàm adulterium, ij à Patrum traditione pœnam ſuſceperunt. Vbique autem hoc in ſupplicij genere ante omnia videndum eſt, qualis ſit, eius cui adhibetur, affectio; & non exiſtimare tempus ad medelam ſufficere. (quænam enim fuerit ex tempore medicina?) ſed eius, qui ſibi per conuerſionem B medetur, animum & inſtitutum. Hæc tibi, ô homo Dei, ex iis quæ erant ad manum ſtudioſè compoſita, quòd oporteat fratrum mandatis parere, ſtudioſè miſimus. Tu verò conſuetas pro nobis preces Deo offerre ne intermittas. Debes enim vt gratus filius, ei qui te ſecundùm Deum genuit, in ſenectute per tuas orationes alimentum, conuenienter præcepto quod iubet honorare parentes, *vt tibi bene ſit, & ſis longæuus ſuper terram.* Clarum eſt autem quod vt ſymbolum ſacerdotale, literas accipies, munúſque hoſpitale non contemnes, etiamſi ſit minus quàm pro ſumma tui ingenij bonitate.

Exod. 20. Deut. 5. Matth. 15. & 19.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII NYSSENI, ADVERSVS EOS QVI DIFFERVNT BAPTISMVM, ORATIO.

Gentiano Herueto interprete.

HVIVS mundi reges, cùm leges ſcripſerint quæ hominum vitæ certã regulam conſtituũt, eas tradentes magiſtratibus, per illos eas iubent publicari ciuibus, vt quæ iuſſa fuerint, ſic ſeruentur inuiolata. Dedit autem magnus quoque Deus leges Eccleſiarũ ducibus, quas ſingulis annis certis temporibus proferẽtes, vobis legimus, & quæ ſcripta ſunt, iubemus ſeruare pro viribus. Ecce ergo bonus vniuerſorum diſpenſator, qui annos reuocat, & temporũ gubernat ambitum, diem adduxit ſalutarem, quo ſolemus vocare hoſpites ad adoptionem in filios, egenos ad gratiæ participationem, ad peccatorum emundationem eos, qui ſunt inquinati ſordibus peccatorum. Et hæc eſt vetus illa prædicatio, quæ fuit parum antequam appareret ſeruator. Vox clamãtis in deſerto, parate viam domini, rectas facite ſemitas eius. Quòd ſi ego nec ſum Ioannes, nec Dauid, at ſerui humilitas legi dominicæ non afferat detrimentum. Neque enim legum ſcriptores reueriti, paremus iis quæ ipſis iubentur, ſed legiſlatoris timentes poteſtatẽ, iuſſis nos ſubmittimus. Venit gratia regis duobus afflictis ordinibus concedens remiſſionem, nempe vinctis liberationem, debitoribus debiti remiſſionem. Et ideo ego quoque ambobus ordinibus conuenietẽtem aperio medicinam: & cum magna fiducia polliceor quod ex diligentia procedet auxilium. Ne quis autem exiſtimet medicinam eſſe magnæ impenſæ, prædico ipſa medicamenta quæ ſunt adhibenda laborantibus. Nam illis quidem promitto ſanitatem per aquam & lauachrum: horum autem per paucas lacrymas deleo morbum. Eſt enim ſimplex applicatio, & à Deo miſſum donum, & magnus reuera euentus, abſque vſtione & ſectione à diuturnis liberari vulneribus, quæ paſſi ſumus à morſu ſerpentis. Venite ergo qui malis affecti eſtis ad veſtram curationem, neque rem negligatis. Morbus enim diuturnus & inueteratus artem ſuperat & curationem. Pauperes & egentes feſtinate ad diſtributionem donorum regalium. Oues ad ſignaculum & ſignum crucis, quod malis opem fert & remedium. Date mihi nomina, vt ego ea imprimam libris ſenſilibus, & ſcribam atramento: Deus autem ea ſignet in tabulis in quas non cadit interitus, ſcribens proprio digito vt olim legem Hebræis. Accedite ad eum & illuminamini, & vultus veſtri minimè pudore afficiantur. Lauamini, auferte peccata veſtra. Hæc quidem longo tempore antè ſcripta ſunt: ſcriptorum autem vis minimè eſt antiquata, ſed viget, & in dies inualeſcit. Exite è carcere, vos rogo. Odio habete tenebroſa vitij habitacula. Fugite diabolum, tanquam acerbum eorum qui ſunt in vinculis cuſtodem, qui ex peccatorum calamitate nutritur & quæſtũ facit. Quomodo enim iuſtitiis noſtris lætatur Deus, ita gaudet delictis is qui eſt auctor peccati. Es extra paradiſum cathecumene, ſocius exilij Adæ primi noſtri parentis. Nunc autem oſtio tibi aperto ingredere vnde es egreſſus, & ne tardes, ne ſi fortè mors inciderit, ea tibi obſtruat aditum. Caput iam caneſcit: propè eſt æſtas vitæ: in nos fortè falx acuitur, & timeo ne nobis dormientibus & in vna ſpe occupatis, repente accedat meſſor terribilis. Sed dices tu qui es iuuenis, nondum conſenui. Noli ergo decipi. Non definitur mors certo tempore ætatis, neque timet eos qui ſunt in ipſo flore ætatis, in ſolos autem ſenes obtinet dominatum. Huius autem accipe magiſtram quotidianam experientiam. Vides enim quo mortui efferuntur feretrum, quàm inæqualiter, & vt contigit, omnem effert ætatem, hodie ſenem, cras florentem & elegantem adoleſcentem, paulò poſt eum

Leges Eccleſiarum.

Eſa. 40. Matth. 3. Marc. 1. Io. 1.

Baptizatis per aquam & lauachrũ datur ſanitas. Pœnitentia delet morbum per lachrymas.

Signũ crucis malis opẽ fert & remedium.

Dabantur nomina in baptiſmo.

Pſal. 33. Eſa. 1.

Catechumenus eſt adhuc extra paradiſum.

Mors non definitur certo tempore.

cui cœperat apparere lanugo. Ruſſus virum robuſtum & valentem viribus, & ruſſus vetulam ſimul & virginem. Hæc aſpicientes nos muniamus, vt non ſimus metu vacui. Non magno euenit negotio vt exinaniatur vter ſpiritus, ſi os parum fuerit apertum, neque eſt difficile hominem momento temporis animam emittere. Video quando aliquis terræ motus in mundo exortus fuerit, aut fames peſtiſve ſæuierit, aut irruptio facta ſit inimicorum, feſtinare omnes ad baptiſterium, ne vacui gratia excedant ab hominibus.

Terræ motus vel peſtis tempore cōcurrebatur ad Baptiſterium.

Quid verò, an non alij varij & inopinati caſus eandē vim habent quàm illa mala? Apoplexiæ, ſyncopæ, inopinatæ ſuffocationes, ventorum irruētes procellæ. Non videmus eos qui currunt, cadere, & qui comedunt, planè ceſſare à nutrimento, & qui dormiunt duci ad mortem ſomni ſororem? Confirma & ſtabili vitæ inſtabilitatem & incertitudinem. Noli negotiari aut cauponari gratiam, ne à dono excidas. Tantum debe quantum poſſit condonari, & quod nō poſſit excludere regis benignitatē. Terræ enim principes quando aliquem acceperint qui publica ſupra modum appetierit, & ſe regia pecunia etiam ſupra ſatietatem impleuerit, deſperant quidem fore vt reddat acerbè autem puniunt, pœna contenti pro pecunia. Multum temporis dediſti voluptati, da etiam aliquid philoſophiæ. Exue veterem hominem tanquā veſtem ſordidam, quæ eſt plena probro ac dedecore, quæ ex peccatorum conflata eſt multitudine, & conſarcinata ex miſerabilibus pannis iniquitatis. Accipe autem indumentum incorruptionis, quod explicatum & extenſum tibi Chriſtus porrigit, nec repelle donum, ne iniuria afficias eum qui dedit. In luto diues volutatus, feſtina ad meū Iordanē, nō Ioanne vocante, ſed Chriſto adhortāte. Fluuius enim gratiæ fluit vbique, non fontes habens in Paleſtina: & in vicinum mare influens, ſed totum mare circumiens, & ingrediens Paradiſum, fluens ex aduerſo illorum quatuor qui illinc effluunt, & in paradiſum longè pretioſiora inferens quàm quæ illinc exportantur. Nam illi quidem ferunt aromata, agriculturam, & germen terræ. Hic autem infert homines à Spiritu generatos. Quocumque traxeris, illuc transfluit: deriuatur in totum orbem terræ, & non conſumitur fluentum in iis in quæ diuiditur. Fontem enim diuitem habet Chriſtum, & ex

Fluuius gratiæ baptiſmus.

A illo fluens inundat mundum vniuerſum. Hic eſt dulcis & potabilis, nihil iniucundæ ſalſuginis attrahens. Dulcis enim redditur aduentu ſpiritus, vt fons Marra attactu ligni. Is à piis facile poteſt trāſmitti. Profanis autem poſt profundus, & nec ab iis quidem poteſt adiri. Imitare Ieſum Naue. Porta Euangeliū, ſicut ille arcam, dimitte deſertum, nempe peccatum: tranſi Iordanem, feſtina ad vitæ inſtitutionem, quæ eſt ex Chriſto, ad terrā quæ fert fructus lætitiam afferentes, quæ conuenienter promiſſioni fluit melle & lacte. Euerte Hiericho, veterem nempe conſuetudinem, ne dimittas eam munitam.

Fons fluuij baptiſmi eſt Chriſtus.
Exod. 15.
Hiſtoria Ieſue allegoria.

B Dirue à fundamentis matrem peccantium cogitationum. Doloſos Gabaonitas fac ſeruos Iſraëlis, hoc eſt malas cogitationes, ſeruas vitæ Euangelicæ: lapidibus obruatur qui ſibi vſurpabat, & alieni appetens erat Acham qui lineam ſuffuratus eſt auream. Is autem ille eſt qui honorandi præcepti deleuit obſeruationem. Omnia illa noſtra ſunt figura. Omnia ſunt præſignificationes eorum quæ nunc apparent. A vita tua ſolue voracem coruum. Da columbæ tempus vt ad te aduolet, quam primus Ieſus typice è cœlo deduxit, quæ eſt doli neſcia, manſuetiſſima, & fertiliſſima: quæ poſtquam inuenerit virum purgatum, vt argentum rectè

Gen. 8.
Matth. 3.
Marc. 1.

C exercitum & expolitum, in eo lubenter habitat, & animam igne tanquam oua fouens, multos ei parit & donat filios. Ij autem ſunt bonæ actiones & honeſti ſermones, fides, pietas, iuſtitia, temperantia, caſtitas, puritas. Hi ſunt filij ſpiritus, noſtræ autem poſſeſſiones. Quouſque eris diſcipulus primorum elementorum? Aperi animam tuam tanquam tabulam: & concede nobis vt imprimamus perfectam diſciplinam, non ſemper balbutiens cum pueris, non mente infans. Me tui pudet, quòd cùm conſenueris, adhuc eijciaris cum Catechumenis, tanquam inſipiens puellus, & qui arcana non poteſt celare, cùm dicendum ſit myſterium.

D Vnire populo myſtico, & arcanos diſce ſermones. Eloquere nobiſcum illa, quæ ſex alas habētia Seraphim, cum perfectis Chriſtianis dicunt hymnos canentia. Deſidera cibum qui confirmat animam, guſta potum qui cor exhilarat, ama myſterium, quod eo modo qui non cadit ſub aſpectum, veteres tranſmittit ad iuuentutem. Imitare Æthiopem Eunuchum feruentis deſiderij. Etenim ille poſtquam

Catechumeni eijciebantur.
Act. 8.

Philippum à ſancto Spiritu adductum aſſumpſit in curru conſeſſorem, in via autem aliud agens non animaduertit ſe ſapientem Eſaiam non ſolum legere, ſed etiam intelligere: guſtauit autem interpretationem, tanquam bonus catulus, ſanguinis & agni occiſi, vehementer adlatrauit Philippum, donec eum deduxit ad perfectã venationem Prophetię quam habebat in manibus, & minimè operoſum à ſe petitum baptiſma accepit; nec expectans diuerſorium, neque ciuitatem aut vicum, aut locum ſanctificationis. Prudenter autem reputans quòd omnis locus eſt communis Domini, & omnis aqua eſt apta ad vſum baptiſmatis, ſi modo inuenerit fidem eius qui id accepit, & benedictionem ſacerdotis ſanctificantis. Noli nimis tardando irritare baptizatorem, nec eum ad iram prouocare, diem de die differens, & tempus quod effluit in promiſſis conſumere, ne te iiſdem vocibus inſectetur quibus Ioannes, te fœtum viperæ nominans, & ſurdum aſpidem qui efferatur ad vocem incãtatoris: vel acutam & ſplendentem tibi oſtendat ſecurim, ſitam iuxta arborem, & minantem amputationem. In electione malorum magis eſt eligendum, vt ſalutare lauachrum aſſecutus, rurſus ſit in peccato, quam vt gratiæ expers vitam finiat. Nam peccatum quidem veniam fortaſſe conſequenter aut clementiam, cuius magna eſt ſpes apud bonos: alteri autẽ eſt omnino vetita ſalus ex certa ac definita ſententia. Nam cum audiero vocem quæ non mentitur, dicentem: Amen, amen dico vobis. Niſi quis natus fuerit deſuper, non poteſt videre regnum Dei: nihil boni poſſum expectare iis qui myſteriis non ſunt initiati. Quámnam enim reuera veniam æquum eſt eis impertiri, qui regis gratiam affecerunt contumelia, æris alieni non admittẽtes reſciſſionem, nec amplectentes libertatem quæ ſua ſponte ad eos è cœlo deſcendit, per doni autem contemptum eum qui donauit probro & dedecore affecit? Animam minimè illuminatam, & regenerationis gratia non ornatam, neſcio an Angeli ſuſcipiant poſtquam fuerit ſeparata ab anima. Quomodo enim cùm nõ ſit obſignata, nec vllum ferat ſignum ſui Domini, quàm eſt veriſimile per aërem ferri errantem & vagantem, & minimè quæſitam, vt quæ Domino careat, quærentem quietem & locum in quo maneat, & non inuenientem,

Philippi baptiſma minimè operoſum.

Omnis aqua eſt apta ad vſũ baptiſmatis, ſi inuenerit fidem accipientis & benedictionẽ ſacerdotis ſanctificantis.

Matth. 3. Luc. 3.

Minus malum eſt baptizatum rurſus ipeccare, quam non baptizatum decedere.

Ioan. 3.

Anima baptiſmo non obſignata à domino non agnoſcitur.

A fruſtra deflentem & inutiliter pœnitentem, non ſecus atque diuitem qui induebatur purpura & byſſo, quémque lautus & delicatus omnis generis cibus alebat materiam ignis qui non poteſt extingui. Volo autem vobis etiam narrare quendam ſermonem viri infelicis, qui magnam ſpem non erat aſſecutus, & aquam quærebat in tempore in quo aqua deficiebat. Nuper enim quando Scytharum Nomadum incurſio, plurimum agri ſimul cum habitatoribus diripuit & euertit, in hac Comanorum ciuitate vicina ſuburbanis Barbarorum, quidam iuuenis nobili loco na-

B tus, Archias nomine; quem ego ſciebam ægerrimè ferre & priuata & communia mala patriæ, egreſſus eſt ex ciuitate & ex præſidio, vt diligenter ſpecularetur quot erant qui prędas agebant Barbari, & quænam erant ea quæ contingebant, & cùm incidiſſet in hoſtes, ſagittis fuit appetitus. Qui cùm cecidiſſet, & ad mortem properaret, quàm maxima poterat voce exclamabat, erat enim Baptiſmi ſacramento nondum initiatus, Montes & ſyluæ baptizate, arbores & rupes & ſyluæ date gratiam, & has miſerabiles voces edens,

C vitam finiit, quas cùm reſciuiſſet ciuitas, eas magis defleuit quàm caſum velli. * Huic ſimiles ſunt ij quoque qui à morbis repentè opprimuntur. Cùm enim ei qui heri erat ſanus, & vitæ ſibi longum tempus dimetiebatur, acciderit id quod illi qui olim vana cogitabat, & ei dictum fuerit ex deſperatione: Hac nocte anima tua ſoluitur à corpore, tunc magnus oritur tumultus & clamor: & omnia momento temporis acriter quæruntur, vaſa, aqua, ſacerdos, ſermo qui præparat ad gratiam, quem vſus quidem poſtulat, interrumpit autem morbus, qui efficit vt

D vehemens & frequens ſit anhelitus, & facit non minorem perturbationẽ, quàm quæ eſt cùm vrget bellum: omnes autem qui ſunt domi ſibi inuicem occurrentes erumpunt, éſtque protruſio, tumultus, murmúrque & ſuſurrus flebilis & incertus tanquam in prælio nauali, ſe inuicem implicantibus ſeruis, cognatis, amicis, filiis vxoris. Donec eſt ergo tempus pacis, in ocio & vitæ tranquillitate res noſtras componamus. Accipite Chriſti donum, quando is qui altum & incomparabile accipit beneficium, cum voluptate refertur in numerum eorum qui adoptantur in filios, & omnes noti & familiares, ex illa mutatione in melius ſummam vo-

Narratio de quodam qui diu distulerat baptiſmum.

Luc. 12.

Baptiſmus nõ eſt differendus propter procliuitatem ad vitium.

luptatem capiunt & lætitiam. Sed timeo, inquis, naturæ noſtræ ad vitium procliuitatẽ: & ideo differo accedere ad gratiam regenerationis. Specioſus quidem eſt tuus prætextus timiditatis, & diligentis cautionis ſpeciem rectè præ te fers: ſed breuis tibi propoſita interrogatio ſufficiet ad ſcenam facile aperiendam. Dic enim, quî dicis te timere peccatum, cùm ſis Cathecumenus: quémnã dicis viuere vitam in quem nulla cadit reprehenſio, eúmne qui non peccat, an eum qui eſt in peccatis? Si enim eum qui non peccat, quî times baptiſmum, cùm etiam ante eum diligenter obſerues id quod eſt lege conſtitutum. Sin autem tibi eſt vita immunda, & nullam adhibens cautionem, cùm diu moreris in iniquitatibus, & longa conſuetudine mali habitũ poſſideas, perſpicuum eſt quod vltimum expectas anhelitum, vt cum baptiſmo vltima hora ſuſcepto vita ſimul finiatur. Hoc autem eſt vana & mirabilis mercatura, non auri, & veſtium, ſed multitudinis iniquitatum, & ſuperuacanea ac curioſa cauponatio animæ purgationis, & quomodo porci à luto in lutũ tranſeunt, & in luto iucũdè ac lubenter vitam agunt: ita qui viuunt in immunditia, ſcelera ac flagitia inuicem coniungunt. Aut enim polluuntur ſcortatione, aut abominandum machinantur adulterium: aut exercent ebrietatem fomitem malarum cupiditatum, aut fraterna & cognatione coniuncta exercent peccata. Timent autem baptiſmum, vt qui prohibeat voluptates, & abſtinere faciat à nefariis delitiis. Cum ergo dixerit, qui quærit excuſationes in peccatis, ſe timere, perſpicuum eſt eum non vereri aut cauere peccatum, ſed velle ſe quam diutiſſimè verſari in flagitiis. Qui autem in profundo malam hanc habent mentem, primum quidem nec gratiam aſſequuntur, ſed vana ſpe ſeipſos paſcentes, præter opinionem abducuntur, abſque ſtrepitu & repente, tanquam inſidias ſtruente fure, opprimente morte. Sin autem Deus ſuam veriuseffundens clementiam & bonitatem, in vltimo die eum qui delectatur peccato, myſteriis ſit dignatus, non eſt eis ex negotiatione tantum lucri, quantum exiſtimant. Putant enim futurum vt eis regnum ſtatim aperiatur, accipiant autem aliquem locum plenum bonis admirabilibus, & eoſdem aſſecuturos eſſe honores quos iuſti. Hoc autem eſt quædam ſpes inanis, falſa opinione præ-

A ſtringens oculos animæ. Nam vt mihi videtur, trifariam diuiduntur res hominum in ea quæ expectatur vita, vt interim magis generatim ea perſequar abſque ſubdiuiſionibus. Et primus quidem erit ordo eorum qui ſunt laudabiles & iuſti. Secundus autem eorum qui neque honorantur nec puniuntur. Tertius autem eorum qui pro peccatis dant pœnas. Vbi ergo eos ponemus qui in exequiis acceperunt lauachri beneficium? Num perſpicuum eſt quòd inter ſecundos, idque cum venia, vt ſint hæredes per

Trifariam diuiduntur res hominũ in ea quæ expectatur vita.

B Dei propriam benignitatẽ: qui enim per ſocordiam ac negligentiam prodidit quæ rectè & ex virtute fiunt, non eſt liber à pœna & damnatione: ſiquidem velle malum eſt affine criminationi: & bona odiſſe, apertè inſimulatur improbitatis. Quid ergo magni lucraberis, ſi à regno excidas, & ab illis promiſſis quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit? Non punior, inquit, neque timeo minas, ſatis autem habeo ſi neque graue quid patiar, neque præclarum aliquid feciſſe renuntier. Hoc eſt mali ſerui inſtitutum, qui priſtini & vinculorum & flagrorum ſolum ſtudet

Baptiſmum quidã differebant ſatis habentes ſi nõ poſt mortem punirentur.

C vitare ſupplicia, liberalem autem gloriam & honorum ſplendorem ne tantillum quidem ſibi vendicat. His eſt inimica & contraria vox omnium ſanctorum qui fuerunt ab æuo. Illi enim omnes pro fiducia in Deum & libera fidei confeſſione pericula dilexerunt, & præbuerunt corpus volentibus ſecandum & variè occidendum: nec vlla re aſpera fracti ſunt & emolliti, ſanguinis & rerum præclarè geſtarum præmium expectantes, honorem qui eſt in regno cœlorum. Propter illum iuſſus Abraham filium ſacrificauit: & Moſes laborauit in aſperis deſerti dif-

D ficultatibus, & Elias in ſolitudine vitam egit aſperam & auſteram: & omnes Prophetæ vixerunt in ouinis & caprinis pellibus afflicti & vexati. Pro illo Euangeliſtæ paſſi ſunt ſtigmata pro Euangelio, & Martyres decertarunt aduerſus tormenta tyrannorum. Et quicumque eſt verè ratione præditus, & Dei imago, & habens cognationem cum iis quæ ſunt excelſa & cœleſtia, ne vult quidem eſſe, neque ſimul ſuſcitari cum hominibus qui reuiuiſcunt, niſi ſit à Deo laudandus vt bonus ſeruus, aliquibus dignus cenſendus honoribus. Propter hoc inſtitutum Dauid quoque cerui ſitim accipit, vt oſtendat quantum ſit ſuum in Deum deſiderium:

Pſal. 41.

& optat videre Dei vultum, vt exhilaretur amplexibus qui cadunt ſub intelligentiam, & Paulus optat exuta carne tanquam graui & moleſta veſte, diſſolui & eſſe cum Chriſto: ambo omnino cogitantes beatam & immutabilem lætitiam. *Phil. 1.* Quod ſi nullus ſit eius amor, omnia alia, vt verè dicit Eccleſiaſtes, ſunt vanitates vanitatũ. *Eccl. 1.* Fugite ergo viri Chriſtiani participes cœleſtis vocationis, omnem hanc cogitationem, latronibus dignam & maleficis, neque beatum exiſtimate fugere ſupplicium: ſed dona amate & coronas, quas Deus parauit athletis iuſtitiæ. Accipite talentum, & curate ne ſit otioſum. Ita enim vt vult parabola, efficiemini duces decem ciuitatum. *Matth. 25.* Qui ergo ſepultus fuit ſimul cum baptiſmo, talentum abſcondit in terra, & omnino illa audiet quæ dicta ſunt ſeruo otioſo & negligenti. Rectè is qui eſt recens illuminatus, ſi fidei nõ amplius mandatum coniunxit, nihil habet quod non ſit affine criminationi. Fuit vinctus, innumerabilibus criminibus obnoxius, timens iudicium, horrens tempus reddẽdæ rationis. Venit repente regis benignitas, aperuit carcerem, dimiſit malos. Qui dedit quidem gratiam, laudibus celebretur, vt qui ſua bonitatis abundantia conſeruauit eos qui non ſperabant viuere. Ipſe autem ſeipſum cognoſcat, & degat in humilitate. Non ita ſit affectus, tanquam aliquid præclarum geſſerit, quoniã ſolutus eſt vinculis. Criminum enim remiſſio teſtatur miſericordiã eius qui conceſſit, non autem quòd ſe rectè geſſerit is qui fuit dimiſſus. *Recens baptizatus eſt ſimilis tironi.* Is qui lauachrum accepit regenerationis, eſt ſimilis nouo militi, qui nuper fuit relatus in numerum militum, nondum autem quicquam egit pręclarum aut forti milite dignum. Quomo-

A do ergo ille zona accinctus, & chlamyde indutus, non ſe ſtatim exiſtimat virũ fortem, neque confidenter accedens ad Regem, cum alloquitur tãquam familiaris, neque petit beneficia, quæ qui laborauerunt, & ſe ſtrenuè geſſerũt. Ita nec tu gratiam aſſecutus, putes fore vt viuas cum iuſtis, & ad illorum ducaris hæreditatem, niſi pro pietate multa adeas pericula, & cum carne bellum geras, & ſimul cum illa cum Diabolo, fortiter reſiſtas omnibus iaculis malignorum ſpirituum. Imò verò ſi videtur, accipiamus ipſam domini B vocem, quæ eſt proferenda in ipſo communi iudicio, & eſt magiſtra eius quod proponitur. Venite benedicti patris mei: eſtote hæredes parati vobis regni à conſtitutione mundi. Quamobrẽ? Non quoniam induti eſtis veſte incorruptionis, neque quoniam peccata veſtra abluiſtis: ſed quoniam in charitate vos rectè geſſiſtis. *Matth. 25.* Et ſtatim ſequitur catalogus eorum qui ſunt nutriti, potati, induti. Et iure qui falli non poteſt Iudex ita iudicat. Nam gratia quidem eſt donum domini. Ex vitæ C autem adminiſtratione eſt rectè factum eius qui eſt honoratus. Gratiæ autẽ quam accepit nemo petit mercedem: ſed contrà eſt debitor. *Gratia nemo petit mercedem.* Et ideo quando baptiſmo fuerimus illuminati, benefactori debemus beneuolentiam. Noſtra autem in Deum beneuolentia, eſt quam in conſeruos exercemus liberalitas, ſalus noſtra, & virtutis cura. Deponite ergo veſtram inanem ſententiam, qui baptiſmum reſeruatis ad exequias, ſcientes quòd fides ſuam requirit ſororem, nempe quæ eſt ex *Fides ſuam requirit ſororẽ, nempe charitatem.* D charitate vitæ inſtitutionem. Qua quidem digni ſumus Dei voluntate & ope. Quem decet adoratio nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

SANCTI

SANCTI GREGORII NYSSENI EPISCOPI, IN ILLVD APOSTOLI: OMNE PECCATVM QVOD FECERIT HOMO, EST extra corpus; qui autem fornicatur, peccat in proprium corpus, Oratio.

Gentiano Herueto interprete.

TERRIBILIS tuba Apoſtolici præcepti, multa quidem etiam alia teſtificãs exercitui pietatis, & maximè eos expellens à barathro turpitudinis, & in fine etiam addens militare præceptum, Fugite, inquit, fornicationem. Omne peccatum quod fecerit homo, eſt extra corpus. Senſilium enim bellorum milites, nunc quidem aduerſis frontibus pugnam capeſſentes, nunc autem fuga vtentes, acies inſtruunt. Eſt etiam animarum bellum, quod & reſiſtendo, & fugiendo prudenter geritur. Hoc ſciens Paulus, qui per vtramque inſtruendæ aciei artificioſam rationem ducit exercitum, nunc quidem præcipit, vt ad pugnam committendam ſtent fortiter. State accincti lumbos veſtros in veritate: nunc autem fuga conſulit decipere inimicos. Fugite, inquiens, fornicationem. Si irruat bellum incredulitatis, vtile eſt illi reſiſtere. Sed ſi dolo nobis minetur acies, contra hos aduerſarios pulchrum eſt locare inſidias. Tenditur arcus calumniæ: vtile eſt aduerſa fronte congredi cum mendacio. Quando autem iacit telum forma meretricia, honeſtum eſt tergum vertere, & aduerſum vultum fugere. In oculos enim telum dirigit fornicatio: & oportet meminiſſe præcepti imperatoris, Fugite fornicationem. Habet enim aliquid magis timendum, quàm alia ſcelera. Nam alia quidem peccata videntur abſtinere à carne eorum qui ipſa admittunt: & quod actum eſt, in eo ſolo ſe ſiſtit, quod ſuſcipit actionem: vt in rapinis, eorum eſt ſolum damnum quibus eſt A raptum. In vitio inuidiæ, id erumpit in eos ſolum quibus inuidetur. In ſycophantiis & calumniis, ſi eis fides habeatur, is ſolus vocatur in periculum, qui eis appetitur. In iis quoque ſimiliter qui cædem fecerunt, eius eſt, in quem facta eſt, infortunium. Si quis nefariorum factorum perſequatur actiones, inueniet eorum quidem qui faciunt iniuriam partem lucrari: eorum autem quibus fit iniuria, damnum accipere. Fornicatio autem non ſuſcipit eiuſmodi diuiſionem: nec eius qui paſ- B ſus eſt actionem ſeparat ab eo qui egit: ſed vtrumque ſimul euertit, & colligat communi vinculo pollutionis. Poſſunt auari cùm alium damno affecerint, ipſi nullo damno affici. Fornicatores autem non poſſunt corpus probro, & dedecore afficere, quinetiam ſimul cum eo qui probro eſt affectus, ipſi quoque probro afficiantur. Ij qui occidunt cædem facientes, fieri poteſt vt non ſimul occidantur cum iis qui ſunt interfecti. Fornicatoribus autem, ſi carnem inquinauerint, non licet eſſe mundis ab inquinamento. Conſidera autem mihi C hac in re Pauli ſubtilitatem. Fugite, inquit, fornicationem. Cur? Quoniam omne peccatum quod fecerit homo, eſt extra corpus, nempe corporis non corrumpens naturam, & non conſiſtens ad membrorum ignominiam, & non completum inquinamento corporis, ſed effectum extra damnum corporis quod id egit. Qui autem fornicatur, in proprium corpus peccat, non ſicut homicida in alienum, inuulneratum ſuum corpus conſeruans: non ſicut auarus in alterum, ſuæ carnis cauens offenſionem: ſed ipſe ſui corruptor fornicatur, configitur ipſe telo ſuæ infamiæ.

Bellum animarum partim reſiſtendo partim fugiendo, prudenter geritur.

Epheſ. 6.

Fornicatio habet aliquid magis fugiendum quam cætera ſcelera.

Fur vt alat corpus, audet aggredi facinus. Fornicator autem ſuæ carni parat inſidias, vt eam deprædetur. Auarum ad rapinam incitat lucri appetens cogitatio: fornicatio autem damnum honeſtatis corporis. Inuidia ſtruit facinus, cum amicus eſſe cenſeatur: fornicator autem ſibi ſuam operatur ignominiam. Quid eſt enim fornicatione, quæ tanquam lixa fert impedimenta, turpius & ignominioſius? Omnis enim ſeruitus peccati turpis eſt & ignominioſa: afficit enim ignominia animæ nobilitatem. Fornicator autem peccati ſeruus turpior & ignominioſior, cœnum haurit, ab ipſo ordinatus, ſordium congerit cumulum, immundo munere fungitur. An non eſt res grauis & tetra volutari in cœno, turpitudine atteri, habere corpus non differens à panno? Quænam enim eſt panni & fornicatoris differentia? Eo quòd à pietatis ſit abſciſſus corpore, quotidiana corrumpitur putredine. In viis peccati proiectus, iacet tanquam pannus inutilis, & ab omnibus conculcatur dæmonibus. In eo diabolus ſuam ſubigit & imprimit putrefactionem. Ea autem quæ cadit ſub intelligentiam fornicatoris miſeria & infelicitate, non eſt minor ea quæ eſt aperta & manifeſta. Eſt enim in ædibus fugiendus, in congreſſibus abominandus, contumelia appropinquantibus, inimicis opprobrium, cognatis probrum ac dedecus, iis qui ſimul habitant execrandus, dolor parentibus, famulis publicum ludibrium, vicinis ridicula narratio. Si velit vxorem ducere reijciendus. In matrimonio ſuſpectus ſponſus, pater filiis odioſus, deſpicabilis conſiliarius, largiens ingratus, petens ingratior, mortuus magis laborans infamia. Tantæ malorum multitudinis matrem videns Paulus fornicationem, victricem nobis modo præcipiens fugam, clamabat, Fugite fornicationem, Vox Pauli nunc nobis reuocauit in memoriam pudicum adoleſcentem, qui ſe fortiter geſſit aduerſus Ægyptiacam fornicationem. Atqui multa erant quæ adoleſcentem facile mouere poterant, vt perſuaderetur, ætas libidini obnoxia, iugum ſeruitutis, dominæ amatoriæ blanditiæ, de impudico amore perpetuus ſermo, ad concubitum clam facta adhortatio. Fuit enim, inquit, quidam dies, & ingreſſus eſt Ioſeph in domum, vt faceret opera ſua,

Fornicatio tanquam lixa, fert impedimenta.

Fornicator tanquam pannus.

Fornicatori accidunt mala plurima.

Ioſephi in Aegypto continentia prædicatur.

A & nemo erat ex iis qui domi erant, intraſſit & veſtes eius attraxit, dicens: Domi mecum, dormi. Temperantiæ ſerui magna eſt auctoritas. Dominam fecit ſeruam. Nam illi quidem ſupplicabatur, hæc verò ſupplicabat. Dormi mecum, ignitum eſt telum fornicationis, ſed quæ cremaretur non inuenit materiam, imò verò in veſte fractum fuit & diſſolutum. Quæ fornicationis circumdata erat impudentia, clamabat, Dormi mecum. Fornicatorij deſiderij mugit famem: ſed pudici magis obſtruebat aures. B Nam illa quidem dicebat: Dormi mecum. Adoleſcenti autem contrà proclamabat temperantia, vigila mecum, & reipſa oſtendit vigilantiam. Non enim blanditiis cedens dormitauit robur conſtantiæ. Non fuit mens ſopita incantationibus, non fuit ſomno oppreſſa temperantiæ ſobrietas, non iis quæ implicatum tenebant incommodis fuit diſſoluta, non elegantis formæ capta eſt illecebris, non amatoriorum verborum fracta fuit blanditiis: ſed maledictio ipſi erat acerbior vox Dominæ blandientis & dicentis, Dormi mecum. C Paratus ſtabat diabolus adulterij pronubus, & ſimul cum fornicatrice ſtringebat veſtem, & ſocius erat anſarum quas ipſa apprehendebat, ſed neſciebat ſe luctari cum veterano athleta pudicitiæ, & qui ab illius anſis ſe facilè exuebat. Relictis enim, inquit, ſuis veſtibus in manibus eius, fugit, & foras exiuit. O nuditas ſanctior indumentis! Quid igitur, Ægyptiacæ impudicitiæ rabies, ſua ipſius mala in Ioſephum confert? Et ad maritum accurrens, inquit: Adduxiſti nobis puerum Hebræum vt nobis illuD deret, & dixit vxori tuæ, quæ hucuſque pudicè conſeruauit tuum cubile, Dormiam tecum. Poſtquam autem ſuſtuli vocem & exclamaui, dimiſit apud me veſtes ſuas, fugitque, & egreſſus eſt foras. Rurſus Ioſeph per veſtem appetitur calumnia. Fratres prius accepta eius veſte, per illam improbè calumniabantur fuiſſe eum à fera deuoratum; nunc autem ipſa tunica eius accepta accuſat tanquam fornicatorem. Ioſepho conuenit vox Domini, Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſupra veſtem meam miſerunt mendacium. Pudicorum exercitui dulce eſt id quod dicitur à pudicitia: ſed id imbecillitati carnis durum eſt & laborio-

Pſal. 21.

ſum. O iuſtam quam Deus Ioſephi curam geſſit! Ante tentationes Ioſephum non honorauit: ſed per ſomnia oſtendit futurum, docens quod longo antè tempore iuſtis parauit gloriam: permiſit autem tentationibus probare adoleſcentem, aures occludens iis qui delectantur probris ac maledictis. Si enim non dediſſet Ioſepho probationem, dixiſſent maledici à cæca hæc fieri fortuna. Inter Ægyptios regnat Ioſeph, barbaris dominatur adoleſcentulus: quamnam oſtendit virtutem? pro quanam eſt virtute B hoc aſſecutus? Ne ergo hæc de Ioſeph dicerentur, in eum permittit tentationes, vt ex iuſto viro ferrent teſtimonium, & obſtruerent ora maledicorum. Auerſemur ergo quæ à forma meretricia in nos iaciuntur iacula. Claudamus oculos laſciuiæ, à nobis rideantur voluptates inordinatæ, carnem cuſtodiat temperantia, in membris inhabitet puritas. verſemur in honeſtis cogitationibus, bonorum operum ſplendeamus fulgoribus, A expurgata vita eniteamus, conſeruemus mundum corpus habitationi ſancti Spiritus, ei aſcribamus hoc præceptum formidabile iis qui ſunt impudici. Si quis templum Dei perdit, perdet eum Deus. 1. Cor. 3. Verùm à nobis ne tantillum quidem ſeiungi vult. Quid enim patri eſt iucundius, quàm verſari cum charis filiis? Sed quoniam nos vocat Verbum ad certamina pietatis, oportet nos currere ad ſepta Eccleſiæ, adſcitis precum auxiliis. Cæterum illud, veſtram adhortor charitatem, eccleſiaſticum ordinem conſeruate, & ſi aliqui irruant tumultus, eos patientia vincite & lenitate. Futurum enim eſt, vt propediem corrigantur iſtæ turbæ. Nolite perturbari rumoribus, nugis ne moueamini, ſed nobiſcum qui ſimus in via comites, preces ad Deum emittite, vt veſtris confirmati precibus, Philip. 4. dicamus omni tempore diuinis adiuti viribus: Omnia poſſum in Christo, qui me corroborat. Cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII NYSSENI EPISCOPI,

AD EOS, QVI DVRIVS ET ACERBIVS ALIOS IVDICANT, ATQVE CONDEMNANT, QVIQVE conuerſione indigent, & pœnitentia, Oratio.

Petro Franciſco Zino interprete.

Luc. 7.

HOMO Phariſæus, vt A ex Euangelio Lucę nuper accepimus, dominum ad conuiuium inuitat, domumque ducit, & menſam communem apponit. Dominus autem inuitatus non grauatur accedere, nec inuitantem reſpuit, quamuis ille nec diſcipulus ſit, nec in ſe credat, ſed legis ſcripto deuinctus inhæreat, nec ad veritatis cognitionem oculos vnquam aperuerit, & in Prophetarum promiſſionibus B grauiter hallucinetur. Cur autem nobis Lucas ſcripſit hoc caput? an ea nimirum de cauſa vt ea cognoſcamus, quæ Chriſtus egit, dum in corpore verſaretur, & ex hiſtoriæ cognitione vtilitatem percipiamus, qua quidē vtilitate documenti quę referta hæc ſcripta nos ad vitam rectè conſtanterq; inſtituendam erudiunt. Sic ego quidem exiſtimo, vóſq; idem ſentire par eſt. Plerique enim eorum, qui ſe ipſi iudicant, ſibi aſſentantur, ſe diligunt, ſibi placent, inanique opinione tumidi atque inflati, eos, qui ad ſe accedūt, peccatores appellant, & antequam veri iudicij tempus C veniat, ſe tanquam agnos ab hœdis ſeparant, cœlique fores ſibi apertas intuentes, nec domū cum reliqua multitudine, nec cibum dignantur habere cōmunem, atque omnes, qui non per ſummam, ſed per mediam vitæ ſemitā incendunt, deteſtantur. Lucas igitur, animorum magis, quàm corporū medicus, præſentem hanc nobis non tam narrationem, quàm planè appoſitam ægrotantibus medicinam exhibuit, oſtendens, ipſum Deum ſeruatorémque noſtrum, qui ſine comparatione purus atque integer eſt, ſolúſq; iuſtus, clementer admodum, benignéque cum perditis, atque damnatis verſari, & cum iis, qui nondum puri mundique ſunt, viuere, non vt eorum maculas accipiat, ſed vt illis iuſtitiam ſuam impertiatur, inſtar huiuſce Solis, quem cernimus, qui (licet enim ex re procreata procreatoris prouidentiam intelligere) non planas ſolum regiones illuſtrat, ſed illas etiam, quę ſunt antris, cauerniſque tortuoſæ. Deponamus igitur arrogantiam, ſi qui tales ſumus, qualis eſt is, qui hac oratione deſcriptus eſt, imitemurque Domini miſericordiam & humanitatem, humiles & afflictos ita complectentes, non vt cum illis iacentibus conſternamur, ſed vt eos potius excitemus, & tanquam egregij quidam vrinatores in aquis demerſos, ac moribundos ad vitalem hunc aëra extrahamus. Quoniam autem pulcherrimum, ſumméq; nobis vtile ſignum proponunt hæc Euangelij ſcripta, age illuc mentis aciem intendamus. Vehementer admiror, quo modo iſti, qui natura perturbationibus obnoxia, voluntatumque ſtudioſa circundati ſunt, quique tum dormiendi, tum edendi, & cæteris ventri neceſſariis vſibus quotidie parent, atque iiſdem cupiditatibus incitari ſe ſentiunt, quas nos, qui vna eademque cum illis natura præditi ſumus, experimur, iniquiores ſe, ac duriores in eos, qui peccant, iudices præbeant, ſibique pugnatores infirmi tam facilè indulgeant, in alios autem arbitri eſſe velint inexorabiles, adeò vt Dei benignitatis ſpem auferant, vberémque miſericordiæ fontem obſtruant, vt ipſi putant, multaque auctoritate regni aditum errātibus patefaciant. Quod cum nihil aliud ſit quàm animis curationem quærentibus deſperationem obijcere: cui enim curationis adempta ſpes eſt, is planè morbi ſeruus efficitur, tum ab omni

Simile à Sole.

D. Lucas medicus.

alienum eſt ſcripturarum noſtrarum promiſſione: in quibus, ſi diligenter explores, nihil tam graue reperitur, quòd non & gratia condonet, & miſericordia curet, atque expiet. Quis autem eſt adeò ſurdus, qui verba Iob non exaudiuerit, clara voce ſic omnes alloquentis: Nemo mundus à ſorde, ne infans quidem, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram? Quamquam quis eſt tam frugi, quis tam modeſtè ſe gerit, qui ſi modo ſapiat, cùm rationem totius vitæ ſuæ redditurus ſit, idque in Dei iudicio conſtitutus, ſuperuacaneum putet, alteri ignoſcere, & miſericordiam impertiri? Quòd ſi ad ſummum iuſtitiæ probitatiſq; faſtigium perueniſſent, adeò, vt, quemadmodum ſcriptum eſt, ſuper ſcorpiones, atque ſerpentes calcarent, pronunciatique eſſent victores, & de peccato triumphum reportaſſent, non tamen deberent aliorum omnium vitam ad fortitudinis ſuæ regulam dirigere, & explorare, ſed virtutem propriam acceptam referentes ei, cuius beneficio & munere adiuti vitam ſapienter inſtituentes, aduerſarij tentationibus non ſuccubuiſſent, imbecillioribus afflictiſque fraternæ benignitatis dexteram porrigere, eóſque è peccati luto & inquinationibus eripere, atque excitare. Hoc enim pacto duplicem laudem aſſecuti, tum propriæ fortitudinis, tum fraternæ humanitatis, miſericordiæ præmia perciperent. Nunc autem cùm homines ſint ex eorum numero, qui humi repunt, vitamque degant non Angelorum, & cœleſtium illarum mentium, quæ corpore carent, vitæ ſimilem, ſed talem quæ in iudicium vocari atque redargui poſſit, ſeueros & acerbos ſe iudices præbent, contractoque ſupercilio ſententiam ferunt, & damnant, vt eorum ſuperbia arrogantiáque commotus cogar eos Euangelij verbis compellare: qui cùm

Matth. 7. trabes propriis in oculis exiſtentes non cernant, ex aliorum oculis velint feſtucas eijcere: cumque grauiſſima onera cæterorum humeris imponant, ſeueri iudices incedunt: & cùm imbecilles ipſi onus ſuum ferre non poſſint, Chriſti tribunal præoccupant, & iudicis ſententiam præripiunt. Serui contumaces, qui conſeruis immites ſe, atque inexorabiles præbent. Si Deum cupitis æmulari, quòd ad eius imaginem facti ſitis, exemplum ipſius imitamini. Vos, qui Chriſtiani eſtis, qui nomine ipſo humanitatem profitemini,

A imitamini Chriſti charitatem. Benignitatis eius diuitias conſiderate, qui cùm per hominem ad homines venturus eſſet, præmiſit Ioannem pœnitentiæ præconem & ducem, & ante Ioannem Prophetas omnes, qui docerent homines, vt reſipiſcerent, vt redirent in viam, & ad meliorem frugem ſeſe conuerterent. Mox ipſe veniens ore proprio clamabat ex perſona ſua, Venite ad me omnes, *Matth. 11.* qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Quomodo autem vocem ſuam audientes accepit? facilem eis peccatorum veniam largitus eſt, celeriter ipſos & momento temporis ab iis, à quibus angebantur, liberauit, Verbum ſan-

B ctos reddidit, ſpiritus confirmauit, verus homo in aqua ſepultus eſt, nouus generatus, gratia floruit. Quid deinde conſecutum eſt? Qui inimicus fuerat, amicus euaſit: qui alienus, filius: qui profanus, ſacer ac pius. Is ergo, qui tam magnificis & incredibilibus affectus muneribus, benignum ac liberalem largitorem ingratus offendit, à nobis quidem doctoribus ſeueriſque iudicibus ſtatim indicta cauſa ad cruciatum raperetur, præſentique priuatus vita in altera ſupplicium inueniret, Verùm, quoniam alius iudicij Dominus, qui in infinita millium millia *Ezech. 18.* miſericordiam tribuit, nec vult mortem

C peccatoris, ſed expectat, vt reſipiſcat, eo fit, vt ne illi quidem, qui priorem gratiam contumelioſius abiecerunt, meritò afficiantur ſupplicio, ſed à poſteriore miſericordia prior excipiatur, & obliuio cum venia coniũgatur, vt lacrymarum effuſio lauachri vim habeat, gemitúſque reducat gratiam, quæ pauliſper receſſerat. Si orationi noſtræ fidem non habes, Petrum in ædibus principis ſacerdotum interroga, *Matth. 26.* & dicet tibi, quo modo abnegationis peccatum amarè lugens expiauerit, nec

D in Simonem mutatus ſit, ſed Petrus permanſerit Apoſtolus. Ego autem & Iudam Iſcariotem exiſtimo, niſi ſui ipſius carnifex eſſe properaſſet, facinus ſuum grauius putans, quàm vt ſibi poſſet ignoſci, ſed ſupplex veniam petiiſſet, eius miſericordiæ, quæ per orbem erat diffuſa, non fuiſſe expertem futurum: cui quidem rei teſtimonio ſunt Iudæi illi, qui, cùm Chriſtum cruci ſuffixiſſent, credentes, baptiſmo mentes ſimul & manus abluerunt. quòd ſi illi, qui Chriſtum in crucem egerant, miſericordiam ſunt conſecuti, & ipſe profectò, qui illum prodiderat,

veniam impetraſſet. Et Paulus aliquando Chriſtianos vinxit, ſed idem ipſe poſtea pro Chriſto cathenas geſtauit, eodemque cruciatus genere crimen diſſoluit. Peccauit, dum Stephanum lapidibus peteret, & eius interfectoribus aſſentiret, pòſt autem ipſe quoque lapidibus cæſus peccatum aboleuit. *Matth. 9. Luc. 19.* Matthæus, & Zachæus olim fuerunt publicani, ſed mox, menſa publicanorum contempta, alter eorum domo atque animo ſuo Ieſum ſuſcepit; alter rerum admirabilium promulgator & ſcriptor effectus eſt. *Luc. 15.* Oportet, vt publicanum pariter & Phariſæum memoria teneamus, & mulierem illam, quæ drachmam amiſſam inuenit. Si quis homines, qui ſeculis omnibus ad hoc vſque tempus extiterunt, vniuerſos animo complectatur, fuiſſe multos animaduertet qui cùm ſe prius flagitiis inquinaſſent, ad frugem bonam deinde redierunt. Illud enim Dei ſolius proprium eſt, vt ab omni peccato remotus omnia rectè gerat. Homo autem, qui ortum atque interitum ſubit, quique tam multis perturbationibus eſt obnoxius, vnquam effugere poterit, quin accuſetur & condamnetur, ſi veniæ ſpes auferatur? Conſidera mihi Dauidem ipſum Iſraëlis Regem, quem Deus ſibi ſingularem elegerat, teſtimonioque *2. Reg. 11.* ſuo collaudarat, Inueni, inquiens, virum ſecundũ cor meum. Hic poſt præclarum illud diuinæ laudis præconium mulieris pulchritudine captus, quibus ſe peccatis obſtrinxerit, omnes ſcimus. Attamen idem à Propheta reprehenſus admiſſum ſcelus agnouit, & pœnitentiæ modum poſteris ſcriptum reliquit. Quamobrem dolorem eius in libro Pſalmorũ tanquam in ſpeculo videmus expreſſum. Vbi nunc luctu, & ſqualore corpus excruciat: nunc *Pſal. 6.* ſibi noctes ad lugendum præſcribit, quod quidem tempus communi laborantium quieti datum eſt; nunc lacrymas è palpebris ſuis, tanquam è fontibus, profundens lectulum irrigat, & quinquageſimum Pſalmum nobis elaborat, in quo Deum pœnitentia placantium exemplum effingitur. Neque verò luctus ipſius inanis *Dauidis pœnitentia.* fuit. Sed graues eius gemitus miſericordiam inuenerunt, vt & imperij dignitate, *Iona. 3.* & amicitia Dei liberè frueretur. Rex item ille Niniuitarum multitudine peccatorum ad exitium contendebat, vnà cum populis, quibus imperabat. Et is, qui pec- *Niniuitarũ pœnitentia.* cata ipſorũ redarguebat, diem ſupplicio præfinitam denuntiabat appropinquare.

A Cúmque prudenter illi ſemet affligentes calamitatẽ effugiſſent, dolebat Propheta, quòd mala, quæ prædixerat, non eueniſſent, Deique commiſerationem iniquo animo ferebat. At ille, qui vbique tum verbis tum factis iudicat, quanta homines beneuolentia complectatur, fecit, vt cucurbita naſceretur, quæ caput eius ab iniuria Solis defenderet. Sub vmbra autem ipſius eo dormiẽte ſtatim exaruit. Qui cùm experrectus rem ægrè ferret, reprehenditur, *Iona 4.* quòd, cum ipſe virgultum exaruiſſe indignetur, nolit Deum propinquo tantæ ciuitatis interitu commoueri. Vos igitur, qui duri eſtis atque immites, B eius qui nos procreauit, benignitatem & clementiam imitamini. Nolite vos in conſeruos veſtros præbere iudices acerbos & graues, donec veniat ille, qui arcana cordium patefaciet, & poteſtate ſua cuique conuenientem ſtatum tribuet in vita, quam expectamus. Nolite, triſtiores in alios ac ſeueriores ſententias ferre, ne iiſdem vos ſententiis condemnemini, & propriis verbis tanquam dentibus acutiſſimis configamini. A quo quidem crimine videntur mihi ea Euangelij verba nos deterrere: Nolite iudicare, vt ne iudicemini. Quibus ſanè verbis non aufertur C nobis facultas humanè benigneque iudicandi, ſed interdicitur, ne grauius & aſperius iudicando condamnemus. Leuiora igitur fac aliorum pondera, ne in eadem damnationis trutina actiones tuæ deprimantur, quando vita noſtra tanquam in lance Dei iudicio examinabuntur. Tu, qui corpore indutus es, & in carne viuis, caue, ne medicæ artis curationem abijcias, & aſperneris. Nam licet commoda fruaris valetudine, non tamen ſemper ita liber ab omni futurus es morbo, vt opera medici nunquam indigeas. Animum habes ad res terrenas caducaſque propenſum, quandiu oblitus ſui impletur corpo- D ris affectionibus. Proinde noli miſericordiam denegare, ne veniam ipſe non inuenias, quando ipſam deſiderabis. Sacerdos eſt aliquis, populique regendi munus *Sacerdos in priuatos qualis eſſe debeat.* ſortitus eſt? priuatorum caſus commiſereatur, memineritque, ſe quamuis dignitate præſtet iis, quos gubernat, ac regit, naturam tamen eandem habere, ideóque poſſe aliquando fortaſſe in eoſdem errores incidere. Quæ cùm Moſes non ignoraret, quippe qui & homo erat, & hominiq; naturam perſpectam & cognitam habebat, conſtituit, vt pro ſacerdoto

vitulus immolaretur, peccante nimirum & ipſo, expiationibúſque pluribus indigente. Quod autem tunc erat in carne vitulus, idem nunc eſt incorporea pœnitentia, incruentáque deprecatio: qua quidem, cauendum eſt, ne elati, gloriantéſque humanitatem, & beneficentiam repudiemus, cùm ſciamus, Aaron ſacerdotem illum probatiſſimum, populo Deos flagitanti indulſiſſe, & temerè admodum murmure captum eſſe. Quòd ſi is, qui murmurauerat, non ſupplicaſſet, ſupplicium non euaſiſſet. Alius autem non eſt ſacerdos, ſed vnus è populo? caueat ne grauius iudicando iugum ſubeat. Nam ſi is, qui ad expiandum populum delectus eſt, indiget ipſe expiatione, quid fiet illi, qui eiuſmodi munus non ſuſtinet? Imitemur eam paſcendi rationem, qua dominus vſus eſt. Euangelia contemplemur: ibique tanquam in ſpeculo, diligentiæ & benignitatis exemplum intuẽtes, eas perdiſcamus. Illic enim in parabolis adumbratiſque ſermonibus video cẽtum ouiũ hominem paſtorem, qui cùm illarum vna à grege diſceſſiſſet, & errabunda vagaretur, non manſit cum illis, quæ ſeruantes ordinem paſcebantur: ſed ad eam requirẽdam profectus, multas valles ſaltúſque ſuperauit, magnos atque arduos montes tranſcendit, in ſolitudinibus peragrando multo cum labore tandiu peruestigauit, donec errantem inuenit. Inuentam autem non verberauit, nec vrgendo vehementius ad gregem compulit, ſed humeris ſuis impoſitam, & leniter tractans ad gregem geſtauit, maiorem ex vna illa inuenta, quàm ex reliquarum multitudine, lætitiam percipiens. Rem obſcuritate ſimilitudinis obuolutam, atque recõditam cõſideremus. Ouis hæc non ouem omnino, nec paſtor ille planè paſtorem, ſed aliud quiddam ſignificat. His exemplis ſacræ res continentur. Nos enim commonent, ne homines pro perditis, ac deſperatis habeamus, neve eos in periculis verſantes negligamus, aut ſegnes ſimus ad ferendum auxilium, ſed eos à recta viuendi ratione deflectentes, & errantes reducamus in viam, eorúmque lætemur reditu, atque ipſos cum bene piéque viuentium multitudine coniungamus. Tam alienus autem à cædendi acerbitate ſacerdos eſſe debet, tanquam promptus & paratus ad excolendam humanitatem, vt, etiamſi dominus aliquem, vti plantam inutilem, exſcindere iubeat, ipſe tanquam inſitor debeat ſupplicare, vt ignoſcat parumper, ac ſententiam differat. Sic enim monet oratio illa de ficu, quam vti ſterilem cum dominus vellet concidere, orat agricola, vt illi paulìſper parcat, & moram aliquam interponat: aliquid enim bonæ ſpei in diligentia ſua reliquum eſſe. Noli igitur eſſe tam facilis ad amputãdum, & exſcindendum tu, qui dominum, ne id faciat, debes obſecrare, neque tam celeriter deſperandum exiſtima. Diligentiam adhibeto: reprehenſionibus circunfodito: cohortationibus foueto, tanquam ſinu, documentorum quaſi aquarum copia irrigato: præceptis, vt vallo, communito. Tuum eſto, placare iudicis animum. Demus operam, vt eodem nomine, quo dominus, appellemur: is enim dicitur conſolator, dum hominum generi patrem propitium reddit. Quo quidem nomine vocatur etiam ille veritatis ſpiritus, pro ſuo erga nos ſtudio, atque beneuolentia. Hæc autem deprecationis, & cõſolationis munera pro peccatoribus ſuſcipiuntur omnino non pro iis, qui ſunt innocentes, & nullis criminibus obnoxij. Moſis curam, ſacerdos, & ſollicitudinem imitare. Imitare illius erga populum animi affectionem: qui Deũ obſecrans, ne populo, qui peccauerat, iraſceretur, cùm rem longius duci, nec ſibi id, quod petebat, concedi animaduerteret, ſupplicabat, vt ſibi ſaltem liceret antè decedere, ne eorum, quos pauerat, & gubernarat, interitum ſpectaret. Sed operæpretium eſt, vt verba ipſius in medium afferamus: obſecro, inquit, peccauit populus peccatum magnum, feceruntque ſibi Deos aureos. Et nunc ſi dimittis eis peccatum hoc, dimitte: ſin minus, dele me de libro, quem ſcripſiſti. Cernis, quomodo propriæ ſalutem multitudinis anteponit, cui niſi impetrat impunitatem, flagitat vt ipſe deleatur? Nunc autem qui acerbiores ſe peccatoribus præſtant, eos ad ſe accedentes propellunt ſupplices, proſtratóſque fugiunt, à lacrymantibus oculos remouent, & ſe totos auertũt. Cur igitur mihi Lucas, immò verò ſpiritus ſanctus deſcripſit filium illum prodigum, qui primum diſceſſu ſuo ignominia patrem affecit, deinde voluptatibus ebrietatique deditus, & fœminarum amoribus captus, paternas omnes diuitias dilapidauit, atque exhauſit? Pòſt autem multo, cùm ſatis iam in miſeria verſatus eſſet, adeo vt ſubulcus effectus mercenarius, eodem, quo porci, veſceretur cibo, tandem ali-

Marginal notes: Priuatus in ſacerdotem. — Luc. 15. — Sacerdos pro populo intercedat. — Luc. 13. — Sacerdotis munus. — Ioan. 14. — Exod. 32. — Luc. 15. — Prodigus filius.

quando reſipiſcens cùm ad patriam domum reuertiſſet, non auertit ſe pater, nec reuerſum excluſit filium. Quin etiam accurrit obuiam appropinquanti, & complexus eum, atque inhærens collo, miſericordia commotus lacrymas fudit, & pro miſero rurſus beatum reddidit, ingenuo illum induens veſtimēto, & in manu eius annulum imponens, ac diem feſtum agens, magnificúmque ac ſplendidum cōuiuium celebrans.

Parabola de prodigo quid ſignificet.

Hæc nobis ſimilitudo propoſita eſt, vt reſipiſcētibus Eccleſiam tanquam domum paternam aperiamus, eóſque humaniter, & benignè ſuſcipiamus: ne cum porcis, id eſt, cum Dæmonibus vitam degant, ſed ex alienis rurſum ad filiorum numerū aſcripti, ex Dei præſcripto tanquam ex patris ſententia viuāt, & ſanctorum hominum, vt fratrum, conſuetudine perfruantur. Noli fratris maioris natu ſententiam ſequi, nec ob patris humanitatem indignari, quòd nequiſſimum filium, qui familiæ dedecori fuit, ſuſceperit. Dei benignitatem potius, & clementiam admirans, eos, qui relictis erroribus ad frugem bonam redeunt, amplectere, amantérque foue. Sic enim eris cæcorum dux, & viam errantibus demōſtrabis. Satis multa ad eos, qui ſeueriore ſunt animo, quique acerbitatem potius, quàm lenitatem, & miſericordiam exercent.

Pœnitentiæ exemplum mulier peccatrix.

Nunc mihi vos, quibus in viam redeundum eſt, ac reſipiſcendum, attendite. Si vultis diſcere, quo modo peccatis dolere, & erroribus veſtris ingemiſcere debeatis, mulierem nobis à Luca in præſentia deſcriptam conſiderate. Illius demiſſionem animi, atq. prudentiam æmulamini, abſolutúmque in ea nobis exemplum pœnitentiæ conſtituite, quæ Phariſæi domum ingreſſa nec cōuiuarum multitudinem erubuit, nec conuiuij tempus importunum exiſtimauit, quo minus ad confeſſionem confugeret: ſed dolore affecta, & peccata, quæ commiſerat, vehementer deteſtata, ne momentum quidem temporis ſibi interponendum exiſtimauit, quo minus ſtatim ad peccatorum medicum accederet. Nec tamen in conſpectum eius adueniens ſupplicabat, ſed ex habitu ſe indignam putans, quæ ipſum alloqueretur, à tergo locum occupauit, nec planè ſtans, ſed retrò proſtrata pedes illius complexa eſt, ſolutiſque comis re ipſa mœrentis animi affectionem oſtendebat, & Ieſu pedes lacrymis rigans, multo cum dolore miſericordiam poſtulabat.

A Tantam enim effudit vim lacrymarum, vt pedes eius ablueret, eoſdémque rurſus capillis abſtergeret, atque ita omnem animi afflicti demiſſionem declararet. Etenim, vt breuiter omnia complectar, ſenſibus, & membris omnibus, quibus peccauerat, mulier pœnitentiam egit. Quantum autem poſtea per otium peccata fuerit deteſtata, quæ publicè apertéque ea tantopere luxit, coniicientibus licet intelligere. Nos autem verbis quidem pœnitentiam pollicemur, factis verò nihil ſtudij, laboriſque præſtamus, ſed eadem viuendi conſuetudine vtimur, qua prius,
B quàm peccata confitendo deteſtaremur, vtebamur. Eadem in vultu hilaritas, idem in corporis cultu victúque ſplendor. Somno ad ſatietatem vſq. indulgemus, negotiis, & occupationibus animo ſedulitatis obliuionem iniicimus, pœnitentiæ nomen inane duntaxat, & nullis expreſſum factis retinemus. A myſteriis quidem arcanorúmque communione ſacramentorū culpa noſtra decidimus, & ſeparamur, nec tamen ſtudium, ac diligentiam adhibemus, vt ad ea fruenda reuertamur, ſed vt vilia, & quæ paruo pretio redimi poſſint, contemnimus. Cōſidera, homo, qua
C dignitate iam ornatus fueris, nunc autem careas. Si regię menſæ particeps ab eo honore ob crimen aliquod excidiſſes, quantam pecuniæ vim expenderes, vt in Regis gratiam redires, vt honorem priſtinum redimeres? Quorum autem fores ſupplex, hæſitans, dolens frequentares? Vitam profectò ipſam tibi acerbam duceres, ſqualore, & luctu, & vultus demiſſione dolorem animi præ te ferres: omnem denique, vt aiunt, moueres lapidem, vt ab ea te calamitate liberares. Nunc autem qui ſeiunctus eſt ab amicitia Dei, & verè ſublimem illam dignitatem amiſit, quem laborem impēdit, quod ſtudium adhibet, quid eximium gerit, quo demiſſum, atque humilem, & afflictum animum oſtendat ſuum?
D Non eſt conſentaneum, vt qui ſe ægrotare cōfitetur, eadem victus ratione vtatur, qua vtuntur illi, qui proſpera ſunt valetudine. Alius enim ægrotantis, alius valentis eſt videndi modus. Nonne vides, quāta ſit inter ægrotantem, valentémque differentia? Ille pro arbitratu ſuo viuit, quocunque vult, proficiſcitur, omni officio, & munere liberè fungitur: hic autem in anguſto iacet cubiculo, procul ab omnium conſuetudine, omnibúſque negotiis remotus. Agriculturam omittit, licet illius

antea eſſet ſtudioſiſſimus. Cumulandæ pecuniæ curam abiicit, quamuis ad rem vti mercator iam eſſet attentior. Qui cõuiuiis olim magnificis,& Sybariticis delectabatur, aqua nunc,& panis fruſtulo veſcitur, non liberis operam dat, non vxoris vtitur conſuetudine: illi die noctúque res eſt cum medicis, quos magnis pręmiis acceſſit, vt eorum opera conualeſcat. Hæc qui corporis morbo laborat. Tu verò, cuius animus æger eſt, cur non ad medicum properas? cur non ei confitendo morbum oſtendis tuum? Quid pateris, vt depaſcatur, vt ſuperat, vt inflammetur? Tandem aliquando reſipiſce, ac te ipſum noſce: Deum offendiſti, Procreatorem tuum irritaſti, eum, qui & præſentis vitæ poteſtatem habet, & futuræ dominus, ac iudex eſt) Deliciis indulgens in morbum delapſus es: eum inedia & ieiuniis cura. Animus laborat incontinentia: adhibetur tẽperantiæ medicamentum. Multiplici, ac nimia pecuniæ cupiditate in febrim incidiſti: liberalitate & eleemoſyna depellatur. Hæc enim eſt nimium expletæ mentis curatio. Læſit te rerum alienarum direptio: quæ rãpta ſunt, ad proprios dominos reuertantur: mendacium te proximè duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes, qui loquuntur mendacium) veritatis ſtudio periculum euitetur. Iuriſiurandi violatio ſublimem Zacharię filij ſecurim ſuſtulit per aëra volitantem ac cædem minitantem: inducantur omnia arma pœnitentiæ, vt ſecuris acies, & ictus propulſetur. Impiis hæreticorum opinionibus aliquis infeſtus eſt: rectis Eccleſiæ decretis ſe ipſum expiet, ſuperſtitionémque deponat. Quid enim aliud eſt pœnitentia, niſi diſſolutio, & euerſio præteritorum, quæ vel re, vel cogitatione ſunt admiſſa? Qui verò cognita pœnitentiæ vtilitate adhuc in flagitiorum & impietatis cœno volutatur, ſimilis eſt illi ſeruo, qui dominum ſibi iratum ſciens, in eius cõſpectu ſceleratè ſe gerit, peccatúmque duplicat. Explora celeriter, & diligenter animaduerte morbum, quo affectus es; ſuſcipe ex eo dolorem, quantum maximũ

Vitia quomodo curētur.

Pſal. 5.

Luc. 5.

Pœnitentia quid.

A potes; affligè te, fratréſque beneuolos atque vnanimes adhibe, qui ſimul doleant, adiumentóque ſint, vt libereris. Oſtende mihi amaras atque vberes lacrymas tuas, vt meas ego quoque commiſceam. Afflictionis participem,& ſocium ſume ſacerdotem, vt patrem. Quis enim tam falſo nominatur pater, aut tam duro, atque adamantino animo præditus eſt, qui non filiis mœrentibus doleat, & gaudentibus lætetur? Sacerdos ita triſtatur ob peccatum illius, quem propter religionem habet loco filij, vt Iacob viſa tunica Ioſeph ſanguine conſperſa querebatur, vt Dauid luxit Abſolonis interitũ, vt Eli Ophnim

Sacerdos pater & ſocius pœnitentium.

Gen 37.

2. Reg. 8.

1. Reg. 4.

B & Phineẽ, qui in acie ceciderant, vt Moſes impium populum, qui rerum nouarum ſtudioſus vitulum ſibi conflauerat. Quamobrem maior tibi in eo fiducia ſit, qui te in Deo genuit, quam in illis, à quibus corpore procreatus es. Audacter oſtende illi quæ ſunt recondita. Animi arcana tanquam occulta vulnera medico retege. Ipſe & honoris,& valetudinis tuæ rationem habebit. Filiorum dedecore magis mouentur parentes, quàm ipſi filij. Nam vt filiorum gloria ad parentes pertinet, ſic etiam dedecus & turpitudo. Incertus eſt, fratres, terminus vitæ; diſceſſum è vita diligentia præuertamus. Ab-

Exod. 32.

Animi arcana ſacerdoti retegēda.

C ſurdum enim eſt, cum illi, qui corporis valetudinis rationem habent, ſe ipſos expurgẽt ante caniculæ exortum, ne, quod humidum in illis eſt, vehementi ipſius ardore corrumpatur, & morbos pariat, eos qui animi curam gerunt, incertum mortis diem non anteuertere, & ardorem excruciantis illius ignis, qui æternum comburit,& nullum vnquam refrigerium admittit. Drachmam Euangelicam, quam acceperas, & qua diues effectus fueras, ignauia tua perdidiſti? pœnitentiæ lucernam accende: Inclina te diligenter. Illam in terrenis affectionibus defoſſam conquire,

Luc 15.

D inuentam tolle, atque conſerua, vt nos vicini gratulemur, & eo gaudio afficiamur, quod eſt in Chriſto, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

SANCTI GREGORII NYSSENI EPISCOPI, DE PAVPERIBVS AMANDIS, ET BENIGNITATE COMPLECTENDIS, ORATIO I.

Petro Franciſco Zino interprete.

QVI huic Eccleſiæ præſidet, atque adeo omnes, qui ſe veræ pietatis & eius viuẽdi rationis, quę ex virtute eſt, magiſtros profitẽtur, hominibus illis ſunt admodum ſimiles, qui grammaticam docent, & prima tradunt elementa literarum. Etenim quemadmodum hi pueros è parentum manibus ſuſceptos adhuc infantes & balbutientes non protinus abditis diſciplinarum præceptionibus onerãt, ſed primò literarum formas inſculpunt in ceris, earúmq. nomina declarant, & ipſorum manus per impreſſos illos literarum ductus agunt & exercent, mox eos ad ſyllabarum cognitionem prouehunt, atque ita deinceps ad verborum expreſſionem perducunt: ſic Eccleſiæ Duces initio documenta quædam, quæ ſint inſtar elemẽtorum, auditoribus proponunt, deinde gradatim ea, quæ perfectiora magíſque recondita ſunt, patefaciũt. Quoniam igitur duobus ſuperioribus diebus cupiditatem illam, quæ gulæ ventríſque voluptatem ſectatur, caſtigauimus, hodierna item die iiſdem de rebus me verba facturum ne exiſtimetis, quòd videlicet conueniat & carne non veſci: & à vino, cuius ferè riſus & inſania comites ſunt, abſtinere: & cohibere coquorum ſtudium, & pincernarũ manus miſcendis porrigendíſque poculis fatigatas comprimere. De his enim & nos ſatis multa diximus, & vos conſilium admonitionémque noſtram re ipſa & factis comprobauiſtis. Quare dum primum hoc documẽtum excolitis, operæpretium eſt, vt ad ea vobis tradenda quæ maiora grauioráque ſunt, progrediamur. Eſt igitur ieiunij & abſtinentiæ genus, quod à corpore & materia ſeiunctum eſt, cumque

Simile à Grammaticis.

A animam duntaxat reſpiciat, ea re perficitur, vt à vitiis temperemus, atque huius quidem ieiunij gratia etiam illud indictũ eſt, vt à cibis abſtineamus. Quod cùm ita ſit, à malitia ieiunate, cohibete rerum alienarum cupiditatẽ, à turpi & iniuſto quæſtu vobis temperate. Auaritiam Mammonę fame interficite. Nihil domi reconditum habete, quod ſit per vim & rapinas comparatum. Quid enim proderit, ore carnem non attingere, ſi maledicẽtia fratrem laceres? Quænã erit vtilitas, ſi, dum tua non comedis, ea quæ pauperis ſunt, per iniuriam ſurripueris? Quæ porro pie-
B tas iſta, ſi aquam bibens ſtruas fraudem, conſuas dolos, & ex improbitate ſanguinem? Quid? Nónne Iudas etiam cum vndecim ieiunabat? attamen quia mores auaritiæ deditos non refrænauit, nihil ad ſalutem illi ieiunium profuit? Quid? quòd diabolus, cùm ſpiritus ſit corporis expers, nihil vnquam edit omnino, & tamen propter improbitatem è ſublimi illo cecidit dignitatis gradu? eadémque ratione nullus dæmonum eſt, qui, quòd aut ſe obſoniis ingurgitet, aut immodicè bibat, ebrioſusve ſit, accuſari poſſit. Natura enim à bibendi edendíque neceſſitate liberi
C ſunt. Neque tamen idcirco vel die, vel nocte, per aëra oberrare vnquam ceſſant flagitiorum auctores & miniſtri. Nobis autẽ omni ſtudio moliuntur inſidias. Quippe liuore liqueſiunt, & tabeſcunt inuidia, quòd ad eam nos homines neceſſitudinis coniunctionem cum ipſo Deo, & felicitatis poſſeſſionem, è qua ipſi deiecti ſunt, ſimus peruenturi. Honeſtis igitur, ac bonis moribus inſtituatur Chriſtianorum vita. Eorum animi declinent, & fugiant malitiæ detrimentum. Nam ſi vino, & carne temperantes, obſtructos vitiis animos habuerimus, nihil quicquam nobis, cùm aliter animo quàm extrinſecus, affecti ſi-

Ieiunium verum.

Dæmones nihil edunt.

Quare nobis insidiantur.

mus, aut aquam, aut olera, aut menſas ſine ſanguine ſtructas profutura prædico atque teſtificor. Propter munditiam animæ ſunt indicta ieiunia. Quæ ſi tum volũtate, tum factis coinquinatur, quid fruſtra, quam bibimus, aquam inſumimus? Cur ingens hoc cœnum, quod elui expurgaríque non poteſt, excolitur? Quid confert ieiuniũ corporis, niſi mens pura mundáque ſit? Nihil enim proſit, currum validum, ac ſtrenuis quadrigis inſtructum eſſe, ſi auriga inſaniat. Nulla erit bene fabricatæ nauis vtilitas, ſi ebrius ſit ipſe gubernator. Ieiunium virtutis fundamentum eſt. Quemadmodum autem nauium carinæ, & fundamenta domus, licet ingentia ſubiicias, inutilia vanáque ſint, niſi reliquas item partes peritè & ſcienter exædificaueris: ſic iſtius abſtinentiæ nullum erit emolumentum, niſi aliæ iuſtitiæ partes acceſſerint. Timor Dei erudiat linguam, ea, quæ decet, loqui: tacere contraria: temporis occaſionem animaduertere, modũ obſeruare, fari neceſſaria: aptè reſpondere: modeſtè dicere, ne verborum veluti grandine colloquentes obruat. Iccirco enim & tenuis illa membra nulla, quæ cùm ipſa lingua mentum inferius deuincit, frenum dicitur, ne ineptè loquatur & inconcinnè. Laudibus igitur, non conuitiis vtatur: cantibus, non maledictis: commendationibus, non obtrectationibus, Manus petulans Dei memoria tanquam cathena vincta cohibeatur. Has enim ob cauſas ieiunamus. AGNVS noſter prius quàm clauis affigeretur cruci contumeliis affectus, & alapis cæſus eſt. Morem Iudaicũ ne imitemur nos CHRISTI diſcipuli. Alioqui ſi eo pacto erimus affecti, verbis illis nos Eſaias increpabit: Cur ad lites & contentiones ieiunatis, & pugnis pauperem percutitis? Diſce ab eodem Propheta ſynceri purique ieiunij opera. Diſſolue colligationes impietatis. Solue faſciculos deprimentes. Dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos & omne onus diſrumpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagóſque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Multam nobis hoc tempus affert nudorum, vagorúmque copiam. Magna enim cuiúſque fores frequentat captiuorum multitudo. Hoſpites exuléſque non deſunt. Vbique licet protenſas opem implorantium manus aſpicere. His aër ſub dio tectum præbet. Porticus & biuia, & partes

Ieiunium corporis nihil prodeſt niſi adſit mens pura.

Eſa. 54.

Ieiunij veri opera.

A fori magis deſertæ ſunt hoſpitia Nycticoracum, & noctuarum more in cauernis latitant. Pannoſis, attritis, & laceratis teguntur indumentis. Agriculturæ fructus eſt illis miſerantium animus benignitas. Cibus, ſi quid accedente quopiam impetrauerint. Potio eadem, quæ rationis expertibus animantibus, nimirum fontes. Pocula, manuum volæ. Penu, ſinus ipſe, niſi planè diffluat, ſed poſſit ea, quæ iniiciatur, operire. Menſa, contracta genua. Lectulus, ſolum. Balneum, id, quod Deus omnibus commune & ſine induſtria conſtructum dedit, flumen, aut palus. Vagam

B & agreſtem traducunt vitam, non quòd initio ſic inſtituerint, ſed quòd ad eam calamitatibus & neceſſitate compulſi ſint. His neceſſaria victui ſuppedita tu, qui ieiunas. Erga fratres calamitoſos benignus eſto. Quod ventri ſubtrahis, tribue eſurienti. Exæquet omnia iuſtus Dei timor. Duas inter ſe cõtrarias affectiones, tuam videlicet ſatietatem, & fratris famem, modeſta continentia tempera atque moderare. Sic enim faciunt & medici. Alios exinaniunt, alios replent: vt acceſſione, deceſſionéque vniuſcuiuſque ſanitas cõ-

C ſeruetur. Honeſtæ admonitioni obtemperate. Aperiat ratio pauperibus diuitum fores. Cõſilium inopi ad locupletem aditum patefaciat. Egentes ne ditet humana ratiocinatio. Sed illis & domum, & lectulum, & menſam tribuat Dei verbum ſempiternum. Dulci & humana oratione vſui neceſſarium ex tuis facultatibus ſubminiſtra. Apud te multitudo pauperum atque languentium ſibi profugium inueniat. Quiſque diligenter vicinorum curã gerat. Studium promerẽdi de propinquis tibi ab alio præripi ne permittas. Caue, ne capiat alius theſaurum repoſitum tibi.

D Calamitate affectum vt aurum amplectere. Infirmam pauperis valetudinem, ita foue, vt in ea & ſanitatem tuam, & ſalutem vxoris & filiorum, ſeruorum, & totius denique familiæ poſitã putes. Nam cùm omnes pauperes fouendi adiuuandíque ſunt, tum illi, qui ægrotant, præcipuè ſunt complectẽdi. Qui enim egens & æger eſt, duplici laborat paupertate. Inopes enim, qui valenti ſunt corpore, ex hoc ad illud oſtium accedentes, qui aliquid dent, aliquando tandem inueniunt. Præterea ſedent in triuiis, & prætereuntes omnes interpellant opem implorantes. At illi pauperes, qui aduerſa præditi valetudine, anguſtóque hoſpitiolo, immò verò anguſtis

Dan.14. hoſpitioli angulis concluſi ſunt, vti Daniel in lacu, te benignum & pauperum ſtudioſum atque amantem tãquam Abacuc expectant. Quamobrem per eleemoſynam Prophetę ſocius efficere. Celeriter & impigrè ad alendum egentem accede. Nullam facies in promerendo iacturam, ne verearis. Multiplex enim & copioſus gignitur fructus ex eleemoſyna. Sere beneficium, vt metere poſſis fructum, & bonis manipulis domum replere. At enim te quoque pauperem dices? Fac ſis, attamen dato. Da quod habes. Neque enim ſupra vires tuas quicquam abs te requirit Deus. Da tu panem, illc poculum vini, alius veſtimentum dabit: atque ita ex multorum benignitate vnius calamitas ſubleuabitur. Ne Moſes quidem id, quod impendit in tabernaculum, ab vno tantum homine accepit, ſed ab vniuerſo populo. Alij enim aurum, argentum alij, vt magis minuſve diuitiis affluebant, obtulerunt. Pauperes verò vel pelles, vel etiã caprarũ pilos, ſi quis grauius inopia premebatur. Nónne vides pauperis etiam illius, viduę quadrantem, diuitum munera ſuperaſſe? Illa enim quidquid habebat, exhauſit, cùm ex horum copiis vix puſillum quiddam exciderit. Iacentes pauperes, tanquam nullius pretij ſint ne deſpexeris. Conſidera quinam ſint, & eorum cognoſces dignitatem. Seruatoris noſtri perſonam induerunt. Propriam enim benignus ille perſonam eis largitus eſt, vt, quemadmodum illi, qui aduerſus vim inferentes tanquam propugnaculum regias prætendunt imagines, quo principis effigie irruentium impetus frangatur, & retardetur: ſic ipſi eos, qui nulla mouentur commiſeratione, quippe pauperes odio proſequuntur, per illam flectant, mitigent, & exorent. Hi bonorum, quæ ſperamus, & expectamus, ſunt promi condi. Hi ianitores Regni cœlorum, qui forum aperiant benignis & bonis, occludant malis & inhumanis. Hi & vehementes ſunt accuſatores, & optimi patroni. Accuſant autẽ, & defendunt, non oratione, ſed aſpectu ipſo, dum conſpiciuntur à Iudice. Quæ enim in eos fiunt, apud eum, qui corda ſcrutatur, qui cogitationes hominum omnes atque intimos animi ſenſus nouit, quouis præcone clarius, apertius, ſignificantius vociferantur & clamant. Propter hos nobis & formidandum illud Iudicium, quod ſæpe audiuiſtis, in Euangelio perſcriptum eſt. Illic enim video filium

Exod.25.

Matth.25.

A hominis venientem è cœlis, per æthera non ſecus atque per terram incedentem, innumerabilibus ſtipatum millibus Angelorum. Deinde gloriæ thronum erectũ in ſublime, atque in eo conſidentem Regem. Tunc omnes hominũ tribus, omnes gentes, nationes omnes, quæ in hanc vitam ingreſſæ ſint, quæ hunc ſpiritu aëra duxerint, quæ hanc Solis lucem aſpexerint, duas in partes ſegregatas ad tribunal iudicis aſtitiſſe. Audio eos, qui à dextra ſunt, agnos vocari: hœdos qui à ſiniſtra. Nam ex morum ſimilitudine ſumunt appellationem. Audio illic eos interrogan-B tem Iudicem, & rationes conficientem. Audio, quid ipſi reſpondeant Regi. Denique pro ſuis quemque meritis ornatum cerno. Illis, qui boni, benignique fuerint, atque optimè vitam egerint, ſumma & perpetua quies tribuitur in Regno cœleſti: inhumanis autem & improbis ſupplicium ignis, ídque ſempiternum. Hæc omnia ibi diligenter, vt ſcitis, ſunt explicata. Non alia autem de cauſa Iudiciũ illud tam accurata oratione tanquam penicillo depictum, nobis ante oculos poſitum eſſe crediderim, niſi vt perdiſcamus beneficentiam, & benignitatem comple-C ctamur. Hæc enim eſt quæ continet vitã. Hæc eſt pauperum mater, magiſtra diuitum, bona pupillorum nutrix, conſeruatrix ſenum, egentium penu, communis miſerorum portus, omnium ætatum curam gerens, omnibus ærumnis & calamitatibus conſulẽs. Quemadmodum enim illi, qui in ſtultitiæ certaminibus præmia proponunt, tuba liberalitatem ſuam ſignificantes, omnibus in palæſtra decertantibus pecuniæ largitionem pollicentur atque denuntiant: ſic ipſa beneficentia omnes in miſeriis & calamitatibus poſitos ad ſe vocat, non vulnerum & plagarum præmia, ſed ærumnarum & incommodorum remedia & curationem accedentibus impertiens. Hæc eſt omnium D laudatarũ actionum præſtantiſſima. Hæc aſſidet Deo, & magna eſt cum ipſo neceſſitudine coniuncta. Sic autem Deum ipſum nobis omnium, quæ rectè benignéque facimus, in primis auctorem effectorémque eſſe conſtat. Si quidem & terram procreauit: & ornatum cœli fabricatus eſt: & temporum viciſſitudines ſtatuit: & ſolis calorem, & glaciei refrigerantem naturam: omnia denique Deus ipſe non ſibi, cum nullius horum indigeat, ſed nobis continenter præſtat & con-

Simile.

conſeruat. Nam mirabili quadam ratione mortalium aciem effugiente præbet hominibus alimenta, seminans opportunè, & ſcienter irrigans: ipſe enim, vt ſcribit Eſaias, dat ſemen ſerenti, & ex nubibus nunc ſenſim imbrem emittit in terram, nunc autem ſulcorum latera & toros abunde perfundit. At vbi ſegetes creuerint, & viriditas acceſſerit, tunc diſiectis diſſipatiſque nubibus, ab omnibus integumentis nudum & apertum ipſis oſtentat & immittit ſolem, vt calidis atque ardentibus ipſius radiis tepefactæ perueniant ad maturitatem, & opportunas ad metendum ſpicas exhibeant. Quid? quòd vitem etiam enutrit, atque ita idoneo tempore ſitiẽtibus potum tribuit? Quid? quòd varia item alit animalium genera, vt hominibus & carnes ad veſcendum, & pelles ad protegendum, & lanas ad veſtes conficiendas præbeant? Cernis quo modo primæ beneficentiæ auctor & origo ſit Deus, eſurientem nutriens, ſitienti largiens potum, & nudum operiens, vt ante diximus? Si vis autem intelligere, quomodo morbo laborantes, male affectos, atque afflictos curet, audi. Quis apem docuit, ceras, & mella conficere? Quis è pinu, quis è terebintho, quis è maſtiches arbore pingues illos reſinæ ſuccos diſtillare fecit? Quis Indorum regionem conſtituit ſiccorum atque fragrantium fructuum, & odorum ſuauium matrem? Quis oleam corporis laboribus & dolorib. opitulantem procreauit? Quis nobis radicum & herbarum notitiam, quis qualitatum, & virium, quæ in ipſis ſunt, peritiam tribuit? Quis effectricem conſeruatricémque ſanitatis Medicinam reperit? Quis calidarum aquarum fontes eduxit è terra, vt earum vi tum frigidis & humidis, tum aridis & aduſtis affectionibus & morbis medeamur? Nónne Deus? Meritò igitur & opportunè poteram verba Baruch vſurpare: Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Per hunc artes omnes, quę vel in igne, vel ſine igne, vel in aquis exercentur, inuentæ: per hunc ſcientiæ innumerabiles excogitatæ: vt nihil omnino deſit hominibus, quod ad tranſigendæ vitæ neceſſitatem & commoditatẽ pertineat. Ac Deus quidem hoc modo beneficentiæ & liberalitatis inuentor, & fons, omnia, quæ nobis neceſſaria ſunt, ditiſſimus ipſe benignè ſubminiſtrat. Nos autem, qui ſingulis diuinæ ſcripturæ verbis ad dominum & procreatorem noſtrum imitandum (quatenus mortalis beatum & immortalem imitari poteſt) inſtituimur, ad vtilitatem noſtram omnia rapimus, omnia voluptatibus noſtris metimur: & alia quidem vitæ noſtræ deliciis elargimur, alia recondimus hæredum auiditati. Miſerorum verò nulla habetur ratio, nulla pauperum idonea cura, nulla ſollicitudo. O crudeles animos! ô mentes ab omni remotas humanitate, ab omni miſericordia alienas! Homo hominem videt egentem pane, non habentẽ alimenta vitæ neceſſaria, neque tamen illi prompto alacríque animo ſubuenit, & ſalutem præbet: ſed illum deſpicit, & tanquam virentem plantam aquarum penuria ſinit areſcere, præſertim cum maximis inundet ipſe atque circunfluat copiis, vt ex ſua abundantia facile multorum inopiam reficere & recreare poſſit? Quemadmodum enim ex vno fonte profluens aqua multas camporum longè latéque protenſas planities fœcundas & vberes reddit: ſic vnius domus opulentia multitudinem pauperum ex egeſtatis anguſtiis eripere poteſt & ſuſtentare: modo ne parcus & auarus animus veluti prolapſus lapis venas, & riuulos è benignitate tanquam è fonte publicè defluentes auertat atque intercipiat. Ne viuamus carni in rebus omnibus: in aliqua viuamus & Deo. Deliciæ enim epularum, & quæ in ventrem ingrediuntur, tantulum voluptatis carni duntaxat afferre poſſunt, quantulum eſt illud ſpatium, quo fauces continentur. Nam ſimulatque in ventrem delapſæ ſunt, putreſcunt, & per inferiores partes ſecedunt. Miſericordia verò & beneficentia virtutes ſunt Deo gratiſſimæ, quæ ſi cuius animum incoluerint, eum diuinum efficiunt, & ſummo illi Bono quàm ſimillimum reddunt, adeo vt primæ illius atque immortalis, & mentem omnem ſuperantis naturæ decoretur imagine. At qualem ſtudij laboriſque finem pollicentur? Nunc quidem præclaram ſpem, & lætitiæ plenam expectationem, pòſt autem quando iſtius aſſiduè fluentis carnis ſpoliis exuti immortalitatem induerimus, vitam beatam, nullum finem habituram, nullis malis obnoxiam, in ſummis & admirandis, quæque hîc à nobis cognitione comprehẽdi non poſſunt, verſantem gaudiis & voluptatibus. Vos igitur qui ratione præditi, & mente rerum

Nnnn

Eſa 55.

Fontes aquarũ calidarũ morbis medentur.

Bar. 3.

amici, in quibus ſita eſt mādatorum ſumma, cùm nec panis fruſtum, nec obſonij quicquam acceperint, ſed potius contumelias & verbera lucrati ſint. Intus autem in officina Mammonę alij tanquam nimis onuſta nauigia reuomunt cibum, alij præſentibus poculis indormiunt menſæ. Duplex autem in turpi domo exercetur peccatum, vnum propter ebriorum ſatietatem, alterum propter expulſorum pauperum famem. Si Deus hæc aſpicit, vt profectò aſpicit, quam vitæ commutationem, quem exitum fore cogitatis? dicite, quæſo vos, ô pauperum inimici. An neſcitis horum cauſa in ſacro Euangelio poni, & commemorari exempla omnia horrenda, & terribilia? Nónne graues illius cruciacus & gemitus recenſentur, qui in byſſo fuerat enutritus? an non in malorum abyſſo deſcribitur coërceri. Quid? huic alter ille ſimilis, nónne cùm veſperi de matutinis deliciis cogitaret, tam inexpectata & repentina damnatus eſt morte, vt ne orientis quidem ſolis radium potuerit intueri? Proinde, cùm mortales ſimus, fidem ne abiiciamus, néve fruamur voluptatibus vt immortales. Sic enim ferè affecti ſumus, quicunque genio indulgere, & carni in omnibus obſequi volumus. Tanquam patresfamilias ſucceſſorē nunquam habituri, & perpetui rerum humanarum domini, meſſis tempore ſemētem facimus, & quando ſeminandum eſt, ſeparamus lætitiam meſſis. Platanum ſerimus, & proceræ arboris vmbram moramur. Palmæ ſemen terræ committimus, & fructuum dulcedinē expectamus. Hæc autem ferè in ipſa ſenectute, quando iam adeſt ætatis autumnus, & mortis hiems aduentat, & vitæ reſiduum tempus eſt nō

Luc. 16.

Luc. 12.

A integer annus, ſed tres aut quatuor dies. Cogitemus igitur, nos, qui ratione præditi ſumus, quàm fragili fluxáque ſit vita noſtra, quàm velociter labatur tempus, vt ſiſti cohiberique non poſſit, vt omnia, quæ metitur, ad interitum ducat & trahat. Atque vtinam breue tantum eſſet ſpatium vitæ, modo certum eſſet, modo reddendæ rationi non eſſemus obnoxij. Nunc autem illud meritò torquere nos debet, quòd & ſingulis horis inſtat periculum, & incorruptus, atque integer adeundus eſt iudex, apud quem non ſolum B eorum, quæ fecimus, ſed omnium, quæ diximus, reddenda nobis eſt ratio. Quamobrem hæc ſecum ipſe animo voluens beatus ille Vates, auet intelligere pręfinitum ſibi terminum vitæ. Itaque Deum precatur, vt ſibi numerum dierum, qui reliqui ſint, annunciet, quo accingat ſeſe ad ea, quæ ad exitum pertinent, ne tanquam viator improuidus, dum iter facit, & viaticum neceſſarium quærit repente turbetur. Sic igitur inquit: Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum C meorum quis eſt, vt ſciam, quid deſit mihi. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. Cernis animæ bonæ prudentem ſollicitudinem, idque in homine in regia dignitate conſtituto. Ne mirum: intuetur enim Regem Regum, & Iudicum Iudicem. Illud autem obſecrat, vt abſoluta mandatorum obſeruantia decoratus diſcedat integer & perfectus cœleſtis illius patriæ ciuis, quam nos item omnes vt aſſequamur, & opto, & ſpero, per gratiam & D benignitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in æternum, Amen.

Pſal. 38.

quidem & formam pręte ferens quaſi ſerues; ſicut & ille propter artem: voluntate autem tua & animo ad alterius, qui ſe tibi committit, perniciem abutens. Segnis & inſatiabilis eſt vita vſurarij. Neſcit laborem agrorum colendorum, mercaturam non exercet; ſed vno in loco cõfidens immanes domi ſuæ feras nutrit. Vult omnia ſibi ſine ſatu & inarata progigni, cui quidem arattrum eſt, calamus: ager, charta: ſemen, atramentum: pluuia, tempus: quod illi pecuniæ fructus occultis incrementis adauget & educat. Falx illi eſt, repetitio: area, domus, in qua miſerorum fortunas ventilat. Cùm videt omnia eſſe alicuius propria, imprecatur hominibus calamitates, vt coacti ad ipſum confugiant: odit, qui rebus ſuis contenti viuűt, & quos ſibi conſpicatur non eſſe obæratos, in hoſtium numero habet. Aſſidet curiæ & foro, vt inueniat, quem ſors aduerſa affligit. Exactores & procuratores ſuos ſemper ſequitur, vt vultures caſtra & acies. Circumfert autem loculos, vt miſeris eſcam oſtendat: vt ei ob neceſſitatem inhiantes, deuorent ſimul vſuræ hamum. Quotidie numerat lucrum, ſuámque cupiditatem minimè explet. Dolet ob argentum domi repoſitum, quod otioſum eſt & infructuoſum. Imitatur colonos, qui ex aceruo frumenti ſemper ſemen petunt. Non relinquit miſerandum aurum intactum, ſed ex manu in manum transfert. Aſpicis igitur opibus diuitiiſq; abundantem; ſæpe domi ſuæ ne vnum quidem nummum habere, ſed omnes ſpes eius in charta ſitas, omnéſque fortunas in pactis & cõuentis, qui nihil habet, & omnia poſſidet: contrario modo Apoſtolicis monitis vitam inſtituens, qui omnia largitur petentibus, non humanitatis, ſed cupiditatis gratia. Eligit enim pauperiem ad nonnullum tempus, vt pecunia inſtar laborioſi ſerui operans, cum mercede ad ipſum reuertatur. Vides, vt ſpes futuri lucri exinaniat domum, efficiátque vt inops ſit, cui alioquin multum auri ſuppetit. Huius verò quænam cauſa? Scriptura in papyro conſignata, & pactio ſeu promiſſio afflicti. *Reddam cum fœnore. Reſtituam cum lucro ſortem.* Deinde inſto & admoneo, vt ne fidem fallat. Et debitor quidem licet inops fidem facit ob ſyngrapham. Deus autẽ qui diues eſt, licet multa polliceatur clara & ſonora voce, non tamen auditur; Da & ego reddam; clamat in Euangeliis, in publico

A totique terrarum orbi noto chirographo, quod quatuor, loco & vice vnius ſcripſerunt, cuius teſtes omnes Chriſtiani à temporibus partæ ſalutis exſtiterunt. Habes paradiſum pignus, pignus vtiq; dignum, quo fidenter nitaris. Quod ſi & hîc aliquid quæris, totus mundus probi debitoris poſſeſſio eſt. Curioſè circumſpice copiam, qua abundat is, qui beneficium abs te petit, & inuenies ipſius diuitias. Nam omnes auri argentíque fodinæ debitoris poſſeſſio ſunt. Omne metallum argenti & æris & id genus aliorum, dominio & imperio ipſius ſubijcitur. Reſpice in totum cœlum, qua patet. Mente concipe

B maris infinitatem. Cogita terræ latitudinem; Numera, quas nutrit feras. Omnia ſubiecta ſunt illius potentię, cuius tu paupertatẽ contemnis. Moderatus & æquus eſto. Ne iniuria affeceris Deum. Neque æſtimes Deum inferiore & inhonoratiore loco eſſe quàm trapezitas; quibus, ſi ſpondeant, abſque dubio credis. Da ſponſori immortali. Crede chirographo inaſpectabili quidẽ, ſed eiuſmodi tamen quod perdi nequeat. Ne exigas lucrum, ſed impende beneficium ſine ſpe quęſtus, videbiſque Deum non ſine additamento rependere gratiam. Quod ſi hæc oratio

C tibi peregrina & præter opinionem accidit, in promptu habeo teſtimonium, quo perſpicuum ſit, Deum piè ſumptus & impenſas facientibus multis variiſque modis reponere vicem. Petro enim interrogante & dicente: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Amen dico vobis, inquit, omnis qui reliquerit domos, aut fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Vides liberalitatem? vides bonitatem? Et valde quidem impudens fœnerator laborat, vt ſortem duplicet: at Deus ſponte

D ſua, ei qui fratrem ſuum non opprimit, centuplum reddit. Obtemperato igitur Deo conſulenti, vſuráſque peccato non obnoxias referes. Cur te haud ſine ſcelere curis conficis, dies numerans, menſes computans, ſortem animo reuoluens, incrementum ſomnians, metuénſque diem præſtitutam, ne infructuoſa veniat inſtar illius ęſtatis, qua grando fruges contudit. Curioſè & anxiè inquirit fœnerator in omnes debitoris actiones, in peregrinationes, in egreſſum, mercaturam, & ſi fama oriatur infauſtior, quod ſcilicet

quidam in latrones inciderit, vel euentu A aliquo inops ex opulento euaſerit, ſedet iunctis manibus, aſſiduè gemit, ſæpius plorat, voluit chirographum, lamentatur in literis illis aurum, efferens contractus tabulas, non ſecus atque veſtem filij mortui, acerbiorémque adhuc illarum adſpectu exſuſcitat dolorem: ſi autem mutuum fuerit nauticum, littoribus aſſidet, deflet ventorum procellas & tempeſtates, perpetuò examinat euntes & redeuntes, num quid alicubi de naufragio ſit inauditum, num qui alicubi periculum adierint, conſtringit & angit quotidiana ſol- B licitudine animum. Huic igitur dicendum eſt: deſiſte, ô homo, à periculoſa cura. Abijce ſpem excruciantem, ne fœnus quærens amittas & ſortem. A paupere exigis reditus & augmenta tuarum diuitiarum, ſimiliter facis ac ſi quis ex agro calore ingenti exſiccato vellet frumenti aceruum, aut vuarum multitudinem ex vinea poſt immiſſam grandinem, vel liberorum prouentum ab infœcundo ventre, vel lactis nutrimentum à fœminis quæ non pepererunt. Nullus conatur ea quæ ſunt præter naturam & impoſſibilia, nam præterquam quòd nihil efficeret, aliis e- C tiam riſui & ludibrio eſſet. Solus Deus adeò eſt omnipotens, vt ex rebus deſperatis & depoſitis elicere poſſit non parum emolumenti, quippe qui faciat ea, quæ præter omnium ſpem & exſpectationem eſſe ſolent: modò quidem imperans, vt ex rupibus aqua profluat, rurſus ex cœlo, quaſi pluuiam, dimittens panem inſolitum & nouum, iterúmque dulcem efficiens amaram illam myrrham contactu ligni, præterea Elizabethæ infœcundum vterum fœcundans, Annæque Samuelem & Mariæ Virgini primogenitum donans. D Hæc ſolius omnipotentis dexteræ ſunt opera. Tu verò æris & auri rerum parere non ſolitarum, ne quære fœtum, neque coge paupertatem ea quæ diuitum ſunt præſtare, neque vſuras pendere illum, qui ſortem petit, aut neſcies quàm mutui expoſcendi neceſſitas digna ſit miſericordia. Quapropter diuina quoque ſcriptura, quæ nos ad omnem pietatem informat, vbique vſuras prohibet, ſi fratri tuo mutuam dederis pecuniam, non vrgebis illum. Accedit quòd ipſa gratia, quæ omnis omnino bonitatis abundantiſſimus fons eſt, remiſſionem debitorum lege ſancit quàm liberaliſſimè his verbis: Non dabitis mutuum his à quibus ſperatis recipere vicem, & alibi ſub ſpecie parabolæ, durum & immitem ſeruum grauiter puniit, quod conſerui procidentis non fuerit miſertus, neque remiſerit centum denarios, exiguum videlicet debitum, qui decies mille talentorum condonationem fuerat conſecutus. Saluator porrò noſter omniſque honeſtatis Magiſter, cùm diſcipulis ſuis modum orandi nihil ſuperuacanei continentem præſcriberet, hunc etiam adiecit precandi formulæ articulum, quaſi qui maximè valeat ad exorandum Deum: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hoc quomodo à Deo poſtulabis, ô fœnerator? Qua conſcientia voti tui à Deo particeps fieri cupis, qui omnia accipis, & nihil dare noſti? An neſcis preces tuas nihil eſſe aliud quàm inhumanitatis tuæ repetitionem? Quid remiſiſti, quòd remiſſionem petis? Cuius miſertus es, quòd miſericordiam imploras? Et ſi des eleemoſynam, inhumanitatis tuæ exactiones, an non plena eſt alienarum calamitatum, lacrymarum & gemituum? Quòd ſi inops ſciret, vndénam largiaris eleemoſynam, vtique non acceptaret, refugiens videlicet guſtare fraternas carnes, & ſanguinem ſuorum familiarium, téque ſermone moderata quadam libertate pleno cohortaretur; Ne me, mi homo, alas fraternis lacrymis. Ne dederis panem pauperi confectum ex gemitu egenorum meorum ſodalium. Redde fratri tuo, à quo iniuſtè ſurripuiſti, & grates agam. Quid vtilitatis affers dum multos efficis inopes, & vnum conſolaris? Si non eſſet tanta multitudo vſurariorum, non eſſet tanta copia pauperum. Diſſolue tribum & ſodalitium tuum, omnibúſque ſuppetent res neceſſariæ. Omnes accuſant fœneratores; nec malo huic mederi queunt; Lex, Prophetæ, Euangeliſtæ. Qualia diuinus Amos intonat? *Audite qui conteritis manè pauperem, & opprimitis egenos terræ, dicentes, quando tranſibit menſis, & venundabimus merces?* Neque enim patres tantopere lætantur generatione filiorum, quantum fœneratores fine menſium; quin & ſcelus ſuum pulchris obuelant nominibus; Humanum cenſum ſeu quæſtum appellitantes Ethnicorum inſtar, qui deas quaſdam odio in cunctos inflammatas, hominúmque interfectrices nominant Eumenides. Itáne verò humanus cenſus? An non exactio vſuræ eſt, quæ domos euertit,

guis ſic accommodantes, vt ab omnibus intelligerentur. Ego autem malo, vt inquit Apoſtolus ſẽſu meo quinq. verba in Eccleſia loqui, vt alios etiã proſim, quàm decem millia verborum in lingua. Verum tunc vtile fuit, vt vox alienis linguis accommodaretur, ne inanis eſſet apud eos, qui non intelligerent, Euangelij promulgatio, ſi varia præconibus vox defuiſſet. Nunc autem, quoniam eadem lingua eiſdémque vocibus vtimur, ignem debemus ſpiritus linguam exquirere, qua animos eorum, qui in erroris tenebris degũt, illuſtremus. Ad hoc etiam nobis idem Dauid dux ſit, ſociúmque ſibi adiungat Apoſtolum. In hoc enim pſalmo non ob id ſolum, quòd initium eius nobis lætitiam & exultationem indicit, venite, inquiens, exultemus Domino, ad ſanctum Spiritum laudandum & celebrãdum adducimur, ſed multo magis ex iis quæ ſequuntur, ea, quæ ad diuinitatem illius pertinent, edocemur. Dicam vobis ipſius prophetæ verba, quibus Magnus item Apoſtolus ſuffragatur. Sunt autem hæc: *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri.* De his mentionẽ faciens diuus Apoſtolus, ſic ait: Quapropter, ſicut dicit Spiritus ſanctus. Atque ita locutus, ipſa prophetæ verba ſubiunxit, tribuens ea perſonæ ſpiritus. Quis igitur eſt, quem tentauerunt patres ipſorum in deſerto? Quem irritauerunt? Diſce ab eodem propheta dicente: tentauerunt Deum excelſum. Atqui Apoſtolus ſancti ſpiritus perſonam adhibens, has illi voces aſſignat: Quapropter, inquiens, ſicut dicit Spiritus ſanctus, in die tentationis in deſerto tentauerũt me patres veſtri. Quocirca quem Deum excelſum nominauit propheta, hunc diuus Apoſtolus Spiritum ſanctum dicit eſſe. Quòd ſi non credis, rurſum cõſidera, quæ dicta ſunt: Quapropter, ſicut dicit Spiritus ſanctus, nolite obdurare corda veſtra, vt in exacerbatione, ſecundum diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri. Propheta verò teſtatur, eum, qui tentatus eſt in deſerto, eſſe Deum excelſum. Quamobrem eorum, qui ſpiritum oppugnant, quique cõtra Deum iniuſtè obloquuntur, obſtructa ſunt ora, tum ab Apoſtolo, tum à propheta, qui per ea, quæ commemorauimus, ſpiritus diuinitatem perſpicuè prædicant, propheta quidem, dum ait: Deum excelſum tentauerunt. Ipſo Deo verbis illis Iſraëlitas alloquente: In deſerto tentauerunt me patres veſtri. Magnus autem Paulus, dum eadem ipſa verba Spiritui ſancto attribuit, vt manifeſtò conſtet, Deum excelſum eſſe Spiritum ſanctum. Conſpiciuntne ergo aduerſarij gloriæ, igneam diuinorum ſermonum linguam, abſcondita atque obſcura aperientem, & illuſtrantem? an vt plenos muſto nos irridebunt? Ego verò, licet id nobis obiiciant, vobis conſulam, fratres, ne conuitium eorum formidetis, néve deriſioni ſuccumbatis. Atque vtinam ipſi quoque deguſtent hoc muſtum, & vinum hoc recens expreſſum, ac fluẽs ex torculari, quod per Euangelium Dominus calcauit, vt nobis tanquam racemi, proprij corporis ſanguinem propinaret. Vtinam & ipſi repleantur hoc nouo vino, quod muſtum appellauerunt, quod aquę commixtione à cauponibus non fuit deprauatum. Implerentur enim ſpiritu, quo quidem feruentes craſſam limoſámque perfidiæ ſpumam ex animis ſuis effunderent, & abiicerẽt. Sed muſtum ſuſcipere nequeunt iſti, qui veterem adhuc vtrem circumferunt: qui cùm huiuſmodi vinum continere non poſſit, hæretica opinione diſrumpitur. Vos autem fratres, vt ait Propheta, venite, exultemus Domino. Bibamus pietatis dulcedinem, vt Eſdras præcipit. Gaudeamus in Apoſtolorum & prophetarum choris. Munere ſancti Spiritus exultemus, & lætemur in hac die, quam fecit Dominus, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in æternum, Amen.

Margin notes: 1. Cor. 14. — Vox alienis linguis accommodata. — Pſal. 94. — Heb. 3. — Pſal. 77. — Pſal. 105. — Heb. 3. — Pſal. 77. — Pſal. 94. — Eſa. 63.

diuitias diſſipat, efficítque vt qui honeſto & nobili loco nati ſunt, deteriorem vitam viuant, quàm ſerui, quæ quidem initio nonnihil delectat, poſteriores verò vitæ partes acerbo dolore complet. Quemadmodum enim aues, quibus aucupes inſidias tendunt, delectantur principio quidem ſparſa illis eſca, illáque loca frequentant, in quibus vberem & copioſum cibum reperiunt, paulò poſt autem retibus captæ intereunt: ſic & qui fœnebrem pecuniam accipiunt, perbreui temporis ſpatio abundant, poſtea verò paternis ſedibus excidunt. Cæterum omnis miſericordia exulat ab vſurariorum perditis & ſceleratis animis, cúmque ipſam debitoris domum venalem proſtare aſpiciunt, non mouentur vlla cõmiſeratione, quin potius venditionem importuniùs adhuc vrgent, vt citius argento accepto alium quendam miſerũ fœnoris nexibus aſtringant, more indefeſſorum & inſatiabilium piſcatorum, qui vno gurgite retibus circumdato, omnibus qui in eo latent piſcibus captis, ad vicinos gurgites maſſas transferunt, & ab hoc ad alium, & ita deinceps, quoad omnia loca piſcatione ſua peragrarint. Qualibus ergo oculis tu qui talis es, in cœlum reſpicis? Quomodo petis remiſſionem peccatorum? Num fortè ob ſtuporẽ illud quoque oras; quod nos Saluator docuit? Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quam multi ob vſuras laqueo ſeſe interemerunt, vel præcipites in fluuios deiecerunt, tolerabiliorem rati mortem, quam fœneratorem, relictis filiis orphanis, quibus paupertas nouerca haud benigna & facilis eſſe cœpit. At verò præclari ſcilicet iſti vſurarij, ne orbæ quidem domus miſerentur, ſed trahunt rapiúntque hæredes, quibus fortè præter laqueum hæreditatis nihil obtigit, aurúmque poſcunt eos, qui victum ſibi ex aliorum liberalitate comparant. Cùm autem debitoris mors illis, vt par eſt, exprobratur, cumque nonnulli vt erubeſcant laquei mentionem faciunt, nullo penitus pudore ob hoc facinus afficiuntur, neque animo expaueſcunt, ſed potius ex pectore exulcerato verba fundunt plena impudentiæ: & num moribus noſtris, aiunt, adſcribetur, ſi miſer ille & impos mentis, infelici ſidere natus, neceſſitate fati compulſus, violentas manus ſibi intulerit? Philoſophantur enim vſurarij

A quoque & Mathematicorum Ægyptiorum diſcipuli fiunt, cùm opus eſt vt apologiam inſtituant pro piaculis & execrandis facinoribus & homicidiis ſuis. Talis igitur hoc ſermone compellandus eſt. Tu ille infauſtus ortus es, & illa infelix ſiderum neceſſitas: ſi enim curam leuaſſes, & partem quidem partis dimiſiſſes, partémque accepiſſes cum remiſſione, non vtique odiſſet lucem tanquam odioſam, neque ſuiipſius carnifex exſtitiſſet. Et quibuſnam oculis tempore Reſurrectionis intueberis interfectum; venietis enim ambo ad Chriſti tribunal, vbi non vſuræ computabuntur, ſed vitæ ratio acta iudicabitur. Ecquid reſpondebis accuſatus

B incorrupto iudici, quando tibi dixerit: Habuiſti legem, Prophetas, Euangelicas præceptiones, omnes audiuiſti ſimul ingeminantes vna voce charitatem & humanitatem, his quidem monentibus; fratri tuo non fœneraberis; Aliis verò: pecuniam ſuam non dedit ad vſuram; Aliis: ſi mutuum dederis fratri tuo, non vrgebis illum; At Matthæus in parabolis clamans, Dominíque mandatum annuncians, ait: Serue nequam, omne debitum tibi remiſi, quia rogaſti me, nónne oportebat & te miſereri conſerui tui, vt & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus tradidit illum tortoribus, quouſque

C perſoluerit omne debitum. Tunc ſera & infructuoſa pœnitentia ducêris, luctúſque grauiſſimus te inceſſet, & pœna ineuitabili punieris. Nec tibi adiumento erit aurum, nec opem feret argentum. Amarior felle erit fœnoris acceptio. Hæc non ſunt nuda verborum terriculamenta, ſed ipſa rei veritas, quæ iudicium futurum prius teſtatur, quàm experientia cognoſcatur, quod proinde vir prudens, & cui cura futuri, ſedulo cauere ſtudebit. Vt verò vtilitatis aliquid audientibus af-

D feram, narrando quiddam quod in ædibus cuiuſdam fœneratoris ante illud Dei iudicium contigit, attendito: etſi fortaſſis multi veſtrûm id, quod commemoraturus ſum, iam exploratum habeatis: Erat vir quidam in hac ipſa ciuitate, nomen reticebo, ne videar mortuum nominatim traducere velle; Huic fœnerari, lucríque aliquid ex deteſtandis vſuris capere, vnica ars erat. Correptus autem hoc auaritiæ morbo, tenax & ſordidus in ſeipſum ſuóſque euaſit, vt ſolent auari, quippe qui in menſa neque ſatis cibi ap-

SANCTI GREGORII NYSSENI EPISCOPI, EX VETERE TESTAMENTO DELECTA TESTIMONIA, CVM ADIECTA QVADAM explicatione aduerſus Iudæos, de ſancta Trinitate: quibus probat, quòd Verbum & Spiritum habeat Deus, ſecundum ſcripturas, Verbum ἐνυπόστατον id eſt, quod hypoſtaſi, ſiue perſona præditum & reuera ſit ac viuat, & Spiritum ſimiliter.

Laurentio Siſano interprete.

Pſal.32. DICIT Dauid in A Pſalmo trigeſimoſecundo: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis potentia eorum. Non igitur Verbum ſiue ſermo eſt aëris impreſſio (rei cuiuſlibet) ſignificatiua, quæ per inſtrumenta vocis edatur: neque Spiritus eſt oris anima, quæ ex partibus reſpirandi excitetur: ſed Verbum, ſiue ſermo quidem eſt is, qui in principio erat apud Deum, & Deus eſt: B Spiritus verò oris Dei Spiritus veritatis, qui à patre procedit. Tria igitur intellige, Iubentem & imperantem Dominum: creantem Sermonem, ſiue Verbum: firmantem & ſolidantem, hoc eſt, Spiritum. *Explendæ ſententiæ gratia adiecit has duas dictiones.* Firmationem enim & ſolidationem, ſanctificationem dixit & completionem. Vt autem ſcias, quòd non hoc Verbo ſiue ſermone, qui profertur (cœlos firmatos eſſe) dicebat, ſed eo, qui reipſa perſonaliter ſubſiſtit: *Ioan.15.16* idem alibi dicit: *Pſal.77.* Emittet Verbum ſuum, & liquefaciet ea: ſpirabit Spiritus eius, & fluent aquæ. Verbum autem quod ſubſtantia atque eſſentia C caret, non emittitur. Et rurſus: *Pſal.106.* Emiſit Verbum ſuum, & ſanauit eos, & liberauit eos ex diſcriminibus & periculis ipſorum. Et rurſus: Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Quis ſtetit in firmamento Domini: & vidit Verbum eius? At ſermo & Verbum hominis non videtur. Vides, quòd non ſermonem dicat, qui auditu, ſed qui viſu percipiatur & comprehendatur, nimirum eum, qui reipſa eſt, & in perſona conſiſtit, quandoquidem iuxta probabilem rationem ne locum quidem hoc habet in ſermone, qui ſubſtantia caret. Nos enim ſermone creator inſtruxit & ornauit propter mutuam aliorum cum aliis conſuetudinem & ſocietatem, & vt per ſermonem alter alterius mentem intelligeremus. Confert autem nobis etiam Spiritus ad conſeruationem corporis, per hoc, quod admittitur & hauritur, ac rurſus repellitur idem & reſpiratur: de Deo verò, qui etiam ſolus incorporeus eſt, non poteſt eiuſmodi quippiam exiſtimari.

ANNOS PERFICIS, DEVS POTENTIA TVA. *1.Cor.1.* Chriſtus autem Dei potentia, *1.Cor.2.* Deique ſapientia eſt. *Prou.8.* EX PERSONA SAPIENTIÆ, ID EST FILII. Cùm pararet cœlum, aderam vnà cum eo: atque ego eram, qua delectabatur, quotidie oblectabar facie eius. Quem igitur locum hæc habent, ſi non in ſubſtantia atque reuera facies erat? non enim eſt alius, cum quo colloqueretur, Quis enim nouit mentem Domini, aut quis illi à conſiliis fuit? Sed ſatis fuit ei ſola voluntas ad omnium rerum creationem. Scriptum eſt enim, Et Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas: *Geneſ.1.* ſignificante ſcriptura, quòd Spiritus ſanctus qui reuera atque in ſubſtantia perſonaque eſt, foueret & viuificaret omnia ad futuram generationem. Quæ cùm ita ſint perſpicuè & clarè ſancta Trinitas, Patris inquam, & Filij & ſancti Spiritus, demonſtrari atq; probari poteſt, quippe huius ad ſeipſam ſanctæ atque coeſſentialis Trinitatis eſt illud: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Ibidem.* Et: Fecit Deus hominem; ſecundum imaginem Dei fecit eum. Formati enim ſumus, prout intelligentia percipi poteſt, ad imaginem vnigeniti.

Et rurſus: Ecce Adam factus eſt, ſicut A
vnus ex nobis. Quòd autem per ſermo-
Geneſ.3. nem omnia creauerit Deus, perſpicuum
eſt ex eo, quòd vnicuique creaturæ aſcri-
pta eſt hæc clauſula: Et dixit Deus, Fiat:
ſignificante ſcriptura eam, quæ per Ser-
monem effecta eſt, creationem. Niſi enim
hoc eſſet, ſatis fuiſſet dicere: Et fecit
Gen.1. Deus cœlum & terram & reliqua. Et rur-
ſus iuſſu Dei factum eſt firmamentum.
Et rurſus: Separauit & diuiſit Deus. Et
cùm audiueris, Dixit Deus: ſtatim mente
concipe eum qui obediuerit dicenti: Et
dixit Deus, Fiant luminaria: &, Fecit
Deus luminaria: quis dixit, & quis dicto
audiẽs fuit? Atque in pluribus veteris Te- B
ſtamenti locis, ſenſim ac tacitè indicante
ſancta Trinitate, deprehendi & animad-
uerti poteſt eius hypoſtaſis, id eſt, repre-
ſentatio perſonarum, & coëſſentialis, vel
conſubſtantialis, id eſt, vnitas & identitas
Gen.18. eſſentiæ atque naturæ. Verbi gratia, tem-
pore Abrahami, Apparuit enim, inquit,
ei Deus ad quercum opacam ſedenti in
oſtio tabernaculi ſui tempore meridiano.
Cum ſuſtuliſſet autem oculos, vidit, &
ecce tres viri aſtabant ſupra eum: & ecce
accurrit obuiam eis, & adorauit pronus
in terram, & dixit, Domine, ſi nactus
ſum gratiam coram te, ne prætereas C
puerum tuum. Et poſt alia: dixit autem
ad eum, Vbi eſt Sarra vxor tua? at ille
dixit, Ecce in tabernaculo eſt: Dixit
item: Reuertens veniam ad te circa hunc
temporis articulum ad horas: & habebit
filium Sarra vxor tua. Ecce igitur dicit,
quòd Deus quidem apparuiſſet ei, ſed
quòd treis tamen viri eſſent, qui cõſpecti
fuiſſent: ipſum autem rurſus non quaſi
tribus dixiſſe, Domini, Si inueni gratiam
coram vobis, ne prætereatis puerum ve-
ſtrum: ſed Dominum ſingulariter ternos
nominaſſe, & tanquam vnum inuitaſſe
ad diuertendum. Item tanquam vnus
loquitur, veniam. Vide igitur quòd illi, D
qui apparuerunt, tres quidem erant, & in
propriæ perſonæ conſtitutione ſubſiſte-
bant, ſed ratione tamen eiuſdem eſſentiæ
atque naturæ comprehenſi erant: atque
etiam tanquam vnus colloquebantur.
Gen.11. Quis item ad quem dicebat. Venite de-
ſcendẽtes confundamus linguam eorum?
Certè perſpicuum, quòd ad illum quem
Pſal.106. dixit: De ventre ante luciferum genui te.
Et, Ante ſolem nomen eius, & ante lu-
Pſal.2. nam. Et rurſus: Dominus dixit ad me,
filius meus es tu: ego hodie genui te. Pete

à me, & dabo tibi gentes hæreditatem
tuam, & poſſeſſionem tuam, terminos
terræ. Et rurſus: Ego ero illi loco patris: Gen.19.
& ipſe erit mihi loco filij. Quid item il-
lud? Pluit Dominus ignem & ſulphur à
Domino? Quid verò ex perſona Dei e-
tiam illud: Et omnis qui effundit ſan-
guinem, pro ſanguine eius effundetur:
quoniam in imagine Dei feci hominem?
Vides quòd Deus in imagine Dei fecerit?
Quomodo item intelligendum eſt illud,
quod in Exodo ſcriptum eſt: Et cùm ma-
ne ſurrexiſſet Moyſes, aſcendit in mon-
tem Sinai, ſicut conſtituerat & præce-
perat ei Dominus, & accepit Moyſes ta-
bulas lapideas, & deſcendit Dominus in
nube: & aſtitit illic, & loquutus eſt in
nomine Domini, & præteriit Dominus
à facie Domini. Quis ergo Dominus lo-
quutus eſt in nomine Domini? & quis
Dominus tranſiuit à facie Domini? Quid
item illud ad Abrahamum dictum: Ego
ſum, qui apparui tibi in loco Dei? Quo-
modo item illud: Adorent eum omnes
Angeli Dei, quem? & cuius Dei? Dicit
Moyſes: Et ſtatuit Dominus terminum Exod.34.
dicens, Craſtino die repreſentabit Domi- Gen.17. Pſal.8.
nus Verbum hoc ſuper terram. Et rurſus: Exod.9.
Confirmare Zorobabel: quia ego vo- Aggæ.2.
biſcum ſum, & Verbum meum bonum, & Exod.19.
& ſpiritus meus in medio veſtrûm. Quid
opus erat trium mentionem facere, ſi non
vnumquodque in propria ſubſiſtentia
perſonæ? Et rurſus: Et dixit Dominus
ad Moyſem: Deſcende & conteſtare po-
pulum, & ſanctifica eos hodie & cras: &
lauent veſtimenta ſua, & ſint parati in
diem tertium: in die enim tertio deſcen-
det Dominus ſuper montem Sinai coram
omni plebe. Ac non dixit, deſcendam. Et
erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus,
effundam de ſpiritu meo ſuper omnem
carnem: & prophetabunt filij veſtri, & fi-
liæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones vi-
debunt: & ſeniores veſtri ſomnia ſomnia-
bunt. Et aliquanto poſt: Sol conuertetur
in tenebras, & luna in ſanguinem, priuſ-
quam veniat dies ille Domini magnus &
illuſtris. (Non dixit, dies meus,) Et fu-
turum eſt, vt quicumque inuocauerit
nomen Domini, ſeruetur. Item non di-
xit, Nomen meum. Et rurſus: Dominus
de cœlo ſuper terram deſpexit, vt videret
gemitum compeditorum: vt ſolueret fi-
lios morte affectorum: ad annuntiandum
in Sion nomen Domini. Non dixit, No-
men eius. Et rurſus: Qui habitat in cœlis,
deridebit

deridebit eos: & Dominus ſubſannabit eos: Et rurſus: Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor, Quis igitur Dominus, apud Deum? Ex perſona Dei. Subuerti vas, quemadmodum ſubuertit Deus Sodomam & Gomorram. (Et Eſaias) quando vidit gloriam eius: Domine, quis credidit ſermoni noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt? Non dixit, Et brachium tuum. Ecce auxilio Dei per plura ſcripturæ loca ſanctæ & coëſſentialis Trinitatis probatæ ſunt hypoſtaſes, id eſt perſonarum eius propriarum repræſentationes.

Eiuſdem alia de aduentu Domini in carne.

HIC eſt Deus noſter, non reputabitur neque alius ad illũ, inuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Iacobo puero ſuo, & Iſraëli dilecto ſuo. Poſt hæc autem: Super terram viſus eſt, & cum hominibus vnà verſatus eſt. Deus palã veniet, Deus noſter, & non ſilentio prætermittetur. Et rurſus: Apparebit Deus Deorum in Sion. Et rurſus: Deus Dominus, & apparuit nobis: repentè veniet in templum ſuum Dominus, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis. Gaude vehementer filia Sion: prædica filia Hieruſalem: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, & inſidens iumento, & pullo aſinæ. Quis verò regum vnquam aſino inſidens Hieroſolymam inuectus eſt? Et
Eſa. 40. rurſus: Oblectare & exhilare, filia Sion: Zach. 14. quoniam ego venio, & habitabo in me- Zach. 3. dio tui: dicit Dominus: & multæ gentes in die illo confugient ad Dominum, & erunt ei loco populi. Et rurſus: Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui parabit & inſtruet viam tuam ante te. Et rurſus: Stabunt pedes eius in die illo ſuper montem Oliuarum, qui eſt è regione Hieruſalem ab oriente. Et poſt pauca: Oſtendit mihi Ieſum ſacerdotem illum magnum ſtantem coram Angelo Domini: & diabolus ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei, & dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole. Et conteſtatus eſt Angelus Domini Ieſum dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in vijs meis ambulaueris, & ſi præcepta mea ſeruaueris: & tu quoque dijudicabis domum meam. Et rurſus, Audi igitur Ieſu, qui es ſacerdos ille magnus. Manifeſtatus ſum & innotui iis, qui me non quærebant: & inuentus

A ſum ab iis, qui de me non ſciſcitabantur. Ibid. 5.
Et rurſus, Apparebit Dominus aduerſus eos, & diſperdet omneis Deos gentium. Leuit. 26. Zach. 3.
Et rurſus, Ecce adſum genti, qui non inuocauerunt nomen meum. Qui ſedes ſuper Cherubim appare, & excita potentiam tuam & veni ad ſeruandum nos. Et rurſus, Deſcendet ſicut pluuia in vellus, ſignificans eius deſcenſionem (fore) quietam atque ſine ſtrepitu. Pluuia enim ſuper terram deſcendens ſtrepitum facit, quod in vellus lanæ deſcendens non facit. Et Bethleem terra Iudææ, nequaquam minima es in principibus Iudææ. Ex te enim egredietur dux, qui reget po- Eſa. 65. Eſa. 37. Pſal. 71.
B pulum meum Iſrael, & exitus eius à principio à diebus vſque in ſæculum. Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus ex fratribus veſtris, ſimilem mei; Ei dicto eritis audientes in omnibus quæcumque loquutus fuerit ad vos, & futurum eſt, vt quicumque prophetæ illi dicto audiens non fuerit, exterminetur & diſperdatur. Multi extiterunt prophetæ, de quo ergo eorum loquitur? Atque is, qui orietur, vtrum Moſaica decreta docebit, an alia? Si quidem Moſis decreta, ad quid illa ſuperuacua diligentia alium excitandi, cùm Moyſes ſufficeret? Sin autem alia: dicant
C & quænam erat eius doctrina, & quis ipſe propheta? Nam ex legitimis inſtitutis & ſolennibus conſuetiſque cæremoniis nullus externorum vel docuit, vel petiit quicquam ab eis. Atque ipſa etiam ſumma rerum Deus prædictionem de illo confirmauit, cùm dixit: Rectè omnia loquuti ſunt, prophetam eis excitabo de Deut. 18. medio fratrum ipſorum, ſimilem tui: & dabo verbum meum in ore eius. Conſidera igitur vim dicti, neque enim alij prophetæ dixit ſe dediſſe verbum. Ipſi enim ſeruorum more miniſtrantes dicebant: Hæc dicit Dominus, ille verò pro patria dignitate dicebat leproſo: Volo,
D mundus eſto: mortuis, Tibi dico, ſurge, & , Lazare veni foras: Mare increpat, etiam flatibus pro poteſtate dicens, Sile, reſtænare & obmuteſce. Quid autem Math. 8. (illud verbum ſibi velit) prophetam Ioan. 11. Marc. 4. quemadmodum te, ſi Moyſis decreta cum Deut. 12. Chriſti doctrina comparauerimus & contulerimus, nullo negotio deprehendemus, atque illud ipſum, quod à Moyſe dictum eſt in lege, Non licet ad hæc addere, & non licet ab eis demere atque detrahere: deinde cùm etiam dixiſſet, Ipſi dicto eritis audientes in omnibus

Deut. 5. Pſal. 88. Pſal. 131. Pſal. 88. quæcumque loquutus fuerit ad vos: ſignificat excellentiam eius, de quo prædicebatur. Ecce Deus veſter: ecce Dominus cum viribus & robore venit, & brachium cum virtute & naturali poteſtate. Iurauit Dominus Dauidi veritatem, & non fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſuper ſolium tuum. Et rurſus: Diſpoſui & ordinaui teſtamentum electis meis: iuraui Dauidi ſeruo meo, vſque in ſæculum parabo ſemen tuum, & in generationem & generationem ædificabo ſellam tuam.

In Paralipomenis, id eſt, prætermiſſis.

Lib. 2. c. 17 & 22. Et futurum eſt, vt cùm impleti fuerint dies tui, & dormiueris cum patribus tuis, etiam ſemen tuum ſuſcitem poſt te, quod ſemen erit de ventre tuo, & parabo ſtabiliamque regnum eius. Ipſe ædificabit mihi domum: & erigam regnum eius vſque in æternum. Ego ero illi loco patris, & ipſe erit mihi loco filij: & miſericordiam meam non remouebo ab eo, quemadmodum remoui ab iis, qui ante te fuerint, & confimabo atque ſtabiliam eum in domo mea: & regnum eius vſque in æternum, & ſolium eius erit erectum vſque in ſæculum. Et nunc Domine Deus Iſrael, confirmetur & ſtabiliatur vtique verbum tuum, quod feciſti ad Dauidem patrem meum. Si verò habitabit Deus cum hominibus ſuper terram, & homo eſt, & quis cognoſcet eum, vt inuocet Deum tuum? Præparare Hieruſalem, quoniam ego firmans & ſolidans tonitru, & creans ſpiritum, & emittens ad homines Chriſtum meum, faciens diluculum & tenebras, incedens & inambulans ſuper excelſa terræ. Audite populi omnes ſermonem, & attendat terra, & omnes eam incolentes. Et ſit Dominus in vobis in teſtimonium, Dominus de templo ſancto ſuo, quoniam ecce Dominus egreditur de loco ſuo, & deſcendet ad excelſa terræ.

Paral. 2. ca. 1.

Mich. 1.

Iacob in mandatis.

Non deficiet princeps & dux Iuda ex femoribus ipſius, quoad venerit id, quod reconditum & repoſitum eſt, atque ipſe eſt expectatio & ſpes gentium. Balaam. Orietur ſidus ex Iacob, & homo ex Iſrael, & vulnerabit & franget primores, & duces Moabitarum, & diripiet ac depopulabitur filios Sur, & erit Edom hæreditas gentium. Dauid autem de his rebus non aduenit. Quod ſi hæc de iis, qui ex illo orti ſunt, intelligenda eſſent, oportebat dicere. Orientur ſidera ex Iacob: & duces ex Iſrael. Ecce dominator Dominus exercituum cum viribus & robore conturbabit nobiles & ſplendidos, & inſolentia atque ſuperbia elati conterentur, & deprimentur elati atque ſublimes, & occident gladio. Libanus autem cum excelſis cadet. Et egredietur virga ex radice Ieſſe, & flos de radice aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timore Dei, non iudicabit ſecundum exiſtimationem & ſplendorem, neque ſecundum loquelam arguet: ſed humilium iudicium iudicabit, coarguet atque conuincet ſplendidos & nobiles terræ: & percutiet terram ſermone oris ſui: & in ſpiritu per labia tollet impios: & habebit lumbos ſuos iuſtitia cinctos, & latera ſua vncta veritate. Et paulò poſt. Et erit in illa die radix Ieſſæ, & qui exurgit ad imperandum gentibus, in ipſum gentes ſperabunt, & erit requies eius glorioſa. David. Solium tuum, Deus in ſæculum ſæculi. Virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Vides quòd Deus vngitur à Deo. Carne enim humana aſſumpta, factus eſt Pontifex & Apoſtolus confeſſionis noſtræ. Et paulò poſt: Et tu Domine terræ fundamentum ieciſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli: illi peribunt, tu autem permanes: & omnes tanquam pallium veteraſcent, & tanquam amiculum inuolues eos & immutabuntur: tu verò idem es, & anni tui non deficient, vncti videlicet.

Pſal. 44.

De Natiuitate eius ex virgine.

Ecce virgo erit prægnans, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod ſi quis interpretetur, ſignificat, Nobiſcum Deus; Ac prius, quàm cognoſcat patrem vel matrem, accipiet vires & potentiam Damaſci, & ſpolia Samariæ comedet & deuorabit. Et Salomon propheticè, Puer eram ingenioſus, & animum bonum ſortitus eram, imò verò, Quum bonus eſſem, veni in corpus im-

Hebr. 3. Sap. 8.

pollutum & incontaminatum. Quis igitur ante natiuitatem erat bonus? & quis venit in corpus incontaminatum & impollutum? Et volent, ſi facti ſunt ambuſti, quia puer paruus natus eſt nobis, filius etiam datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius, & vocatur magni conſilij nuntius, Deus validus, habens authoritatem & poteſtatem & ius exercens, princeps pacis, pater futuri ſæculi. Et rurſus: Ecce virtus peperit, & non peperit, hoc autem virginem ſignificat. Et rurſus: Butyrum & mel comedet. His enim rebus alebatur, cùm deſcenderet mater eius à cenſu, nam poſtea lacte abundauit. Et rurſus: Sic dicit Dominus Sabaoth: laborauit & tumultuata eſt Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabæi viri proceri ad te deſcendent, & tibi ſerui erunt, & ponè te ſequentur vincti manicis, & tranſibunt ad te, & adorabunt te, & in te precabuntur, quia Deus in te eſt, nec eſt Deus præter te, tu enim es Deus, & non noueramus, Deus Iſraëlis & ſeruator. Et conuertit me Dominus ad viam portæ, quæ ſpectabat ad Orientem: & hæc erat clauſa: & dixit Dominus ad me, filij hominis, hæc porta clauſa erit, & nemo tranſibit per illam, quia Dominus Deus Iſraëlis ingredietur & egredietur per eam: & erit clauſa. De ventre matris vocaui nomen eius, gladium acutum. Ecce lapis ſectus eſt abſq; manibus, & percuſſit ſtatuam, & euaſit in magnum montem, & impleuit orbem terræ habitatum. Lapis igitur ſectus abſque ſatione viri. Audi cœlum, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus eſt: Filios genui & exaltaui, illi autem me aſpernati ſunt. Nouit bos poſſeſſorem, & aſinus præſepium Domini ſui: Iſraël autem me non nouit, neque populus me intellexit. Et rurſus: Accipe volumen nouum chartæ magnæ, & ſcribe in eo ſtylo hominis ad faciendum celeriter direptionem ſpoliorum. Acceſſi ad propheti ſſam: & concepit, & peperit filium. Et dixit mihi Dominus. Voca nomen eius, Celeriter ſpolia, citò prædare. Per volumen igitur nouum, virginem intelligimus. Quemadmodum enim noua charta pura eſt, cùm ſine ſcriptura eſt: ita etiam ſancta virgo viri conſuetudinis expers. Et rurſus: Omne maſculinum aperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur. Nullus autem maſculus aperit vuluam, ſed conſuetudo viri cùm muliere. Igitur dictum illud de Domino eſt intelligendum. Contingit autem, vt multi primogeniti impij ſint & peccatores. Quî igitur illi propterea ſancti Domino & inculpati atque innocentes? cur item non etiam omne fœmininum? Perſpicuum eſt igitur, quòd ipſe ſanctus ſit ſolus. DAVID. Mater Sion dicet, homo natus eſt in ea, atque ipſe altiſſimus fundamenta eius iecit.

Eſa. 1. Eſa. 8. Exod. 13. 34. Num. 8. Pſal. 68.

De miraculis, quæ carne humana aſſumpta Dominus editurus erat.

ECce poſui te in teſtamentum generis, in lumen gentium, ad conſtituendam terram, & ad accipiendam hæreditatem, dicendo iis, qui in vinculis ſunt, Exiet & in tenebris verſantibus, detegimini & reuelamini. Ac quòd non de nudo homine dicat: ipſe erat, qui dixit: Hic Deus noſter, non reputabitur alius, neque comparabitur ad ipſum. Conualeſcite manus remiſſæ, & genua diſſoluta. Conſolamini puſillanimes: mente confirmamini, nolite timere, ecce Deus noſter, ecce Dominus cum viribus & potentia venit. Et rurſus: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient: tunc claudus ſaliet ſicut ceruus, & perſpicua atque diſerta erit lingua balborum, & difficulter verba pronuntiantium. Et rurſus: Spiritus Domini ſuper me, qua de cauſſa vnxit me: ad annuntiandum bona egenis miſit me, ad prædicandum captiuis dimiſſionem, & cæcis recuperationem viſus.

Eſa. 49. Ibid. Eſa. 61. Luc. 4.

De proditione, Dauid.

QVi comedebat panes meos, auxit ſuper me ſupplantationem. Pſal. 40.

De Paſſione.

POpulus meus, qui beatos vos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitam pedum veſtrorum perturbant, ſed etiam nunc conſiſtet Deus in iudicium, & populum ſuum iudicio ſiſtet: ipſe Dominus in iudicium veniet cū ſenioribus populi, & cum principibus eius ipſis. Quare fremuerunt gentes, & populi vana meditati ſunt? Adſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum & aduerſum Chriſtum eius. Spiritus fidei noſtræ Dominus dominus comprehenſus Eſa. 3.

eſt in corruptelis eorum, vbi diximus in vmbra ipſius viuemus in gentibus. Ipſe iniquitates noſtras fert, & pro nobis dolet, & nos reputauimus eum in morbo & in plaga, & in afflictione: ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & languidus fuit propter iniquitates noſtras. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: liuore & vibice eius nos ſanati ſumus. Omnes tanquam oues errauimus, vnuſquiſque à via ſua aberrauit. Et Dominus tradidit ſeipſum propter peccata noſtra, atque ipſe propterea quòd afflictus eſt, non aperit os, tanquam ouis ad occiſionem ducitur: & ſicut agnus coram tondente ſe mutus, ita non aperit os ſuum, in humiliatione eius iudicium eius ſublatum eſt, quoniam tollitur de terra vita eius, propter peccata populi mei ductus eſt ad mortem, & dabo improbos pro ſepultura eius, & diuites prò morte eius, quoniam iniquitatem non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et poſt nonnulla. Idcirco ipſe multos hæreditate conſequentur, & robuſtorum validorum diuidet ſpolia, propterea quod in mortem tradita eſt anima eius: quoniam iniquitatem non fecit, & inter ſceleratos numeratus eſt, atque ipſe peccata multorum ſuſtulit, & propter peccata ipſorum traditus eſt. Ex his patet, quòd non de populo, qui in Babylonem abductus eſt, loquatur propheta: ſicut nonnulli opinati ſunt. Qui enim populus propter peccata populi ductus eſt ad mortem? aut quis populus & cuius populi? Et item: Dorſum meum dedi ad flagellandum: maxillas verò ad alapas, faciem autem meam non auerti ab iniuria atque dedecore inſputionum. Et item, Speciem non habebat, neque decorem, ſed ſpecies eius vilis & abiecta, deficiens propter morem filiorum hominum. Et rurſus, cùm hæc dixiſſet, dixit: Genus & naturam eius quis enarrabit? Quia circundederunt me canes multi: cœtus & congregatio improbè agentium me amplexa eſt. Foderunt manus meas, & pedes meos: enumerauerunt omnia oſſa mea, Ipſi autem conſiderauerunt & inſpexerunt me: Diuiſerunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Ego verò veluti agnellus innocens, qui ducitur vt mactetur, non cognoui. Et item: Venite & in- *Hier. 11.* *Zach. 11.*
ijciamus lignum in panem eius, & elidamus eum de viuentibus, & non ſit amplius memoria nominis eius. Et accepe- A runt triginta argenteos pretium æſtimati, quem æſtimatum emerunt de filiis Iſraël, & dederunt eos pro agro figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

De Cruce & tenebris, quæ actæ ſunt.

Videbitis vitam veſtram prudentem ante oculos veſtros, & non credetis, ſi quis exponat vobis. Mane dices, Quî facta eſt veſpera? & veſperi, Quî factum eſt mane? Et futurum eſt in illa die dicit Dominus Deus, occidet ſol meridie. Et obſcurabitur lumen in die. Occidit ſol in meridie: tota die ad te expandi manus meas, ad populum contradicentem & B non credentem. Et item: Tollite ſignum ad gentes. Et item: Et tunc hæc conſummabuntur, dicit Dominus, quia de lignis ſanguis diſtillabit. Et erit in die illa: non erit lux & dies illa nota Domino, &, non dies, & non nox, veſperi erit lux. Et expectaui eum, qui vnà condoleſceret, non erat, & conſolantem, & non inueni. Dederunt in cibum meum fel, & in ſiti mea dederunt mihi acetum ad bibendum. Quorum nihil Dauidi contigiſſe poſſunt oſtendere. Et rurſus: Poſuerunt me in lacu infimo. Framea excitare *Zach. 13.* *Zach. 14.*
C in paſtorem & in virum populi mei. Percute paſtorem meum, & diſpergentur oues gregis. Et item: Et in die illa futurum eſt, vt id quod eſt in frænis equi, ſit ſit ſanctum Domino.

De reſurrectione Chriſti.

DAuid Reſurrectionem eius præuidens dicebat: Expergeſcere, cur dormis Domine. Surge Domine, ſerua me Deus meus. Et item: Surge Domine, opem fer nobis, & redime nos propter nomen tuum. Et item: Surge Domine, iudica terram, quoniam tu hæres eris in o- *Pſal. 43.* *Pſal. 1.* *Iſa. 33.*
D mnibus gentibus. Nunc ſurgã dicit Dominus, nunc glorificabor, nunc exaltabor, nunc ſeruabimini. Vanæ erunt vires ſpiritus veſtri. Et quærent faciem meam in afflictione ſua, & manè conſurgent, ad me dicentes: Eamus & conuertamur ad dominum Deum noſtrum, quoniam ipſe percuſſit & ſanauit nos, percutiet, & curabit nos: ſanabit nos poſt duos dies: in die tertia ſurgemus coram eo, annitemur, *Pſal. 15.*
vt cognoſcamus Dominum, ſicut diluculum paratum inueniemus eum, quia non derelinques animam meam in in-

ferno: neque permittes, vt ſanctus tuus videat corruptionem. Et item: Factus ſum ſicut homo auxilio deſtitutus inter mortuos liber. Quis verò liber à morte, niſi Deus? factus eſt enim ſicut homo deſtitutus auxilio, cùm humiliaſſet carnem ſuam vſque ad mortem, mortem au-
Eſa. 25. tem crucis. Ecce pono in Sion lapidem angularem, electum, pretioſum, & qui credit in eum, non confundetur, factus eſt enim in caput anguli (alterius videlicet diſpoſitionis circa Eccleſiam) quod
Pſal. 118. Matth. 21. (caput) eſt mirabile in oculis noſtris.

De Aſſumptione ſiue Aſcenſione.

Pſal. 46. Aſcendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ. Quod autem de ſeruatore noſtro (hoc) dictum ſit, Daniel
Dan. 7. dicit: Conſiderabam, inquit, & ecce ſellæ ſitæ erant, & antiquus dierum ſedebat. Et poſt nonnulla: Et ecce cum nubibus cœli, ſicut filius hominis aſcendens, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & adductus eſt. Ei datus eſt honor & principatus & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ſeruient ei, poteſtas eius, poteſtas æterna: quæ non præteribit, & regnum eius non labefactabitur, neque peribit. Dixit Dominus
Pſal. 109. domino meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

De gloria Eccleſiæ.

Pſal. 44. Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, amicta varietate.

De Circunciſione.

Dicent autem omnes Iudæi: Si eundem Deum veneramini, cur non circumcidimini? vel animalia offertis ad ſacrificium? aut ſabbatum celebratis? cùm ſcripturæ de his rebus expreſsè ac nominatim præcipiant atque præſcribant? Audient igitur quòd Circumciſio non erat à principio: ſed certo tempore introducta atque inſtituta eſt, vt quæ etiam certo tempore finem habitura eſſet, deinde quòd Deus, qui Circumciſionem patribus inſtituerat, ipſe dixit: Ecce dies venient, dicit Dominus, cum ordinabo domui Iſraëlis teſtamentum nouum, non quemadmodum ordinaui teſtamentum patribus veſtris, cum apprehendiſſem A manum eorum, vt educerem eos ex Ægypto: quia ipſi non ſeruauerunt teſtamentum meum, & neglexi eos, dicit Hier. 31.
Dominus. Et rurſus inculans Iudæos dicit, Omnes gentes carne incircumciſæ Deut. 10.
ſunt, populus autem hic corde. Et item, Circumcidite cor veſtrum, & non car- Hier. 4.
nem præputij veſtri. Et rurſus, Facite vobis noualia, & nolite ſeminare in ſpinas, ſed circumcidite duritiem cordis veſtri, & circumcidite Deo præputium cordis veſtri. Quod neminem Circumciſio iuſtificet, ex his perſpicuum eſt.
B Abraham incircumciſus ſeruiuit Deo. Primùm enim viſus eſt acceptus & probatus eſſe, & tunc dedit ei Circumciſionem. Atque illi item, qui ſpatio quadraginta annorum nati ſunt in deſerto, incircumciſi erant, & illi qui ab Adam vſq; ad Abrahamum Deo placuerunt, & accepti fuerunt, ſimiliter omnes incircumciſi erant. Nam propterea quod in gentes populus immiſceretur, & conſuetudinem cum eis commerciumque iniret, Circumciſio data fuit. Ac cauſſa manifeſta eſt: Nam vſus Circumciſionis initium cepit ab Abrahamo, quem cum Deus ſupra o-
C mneis illius ætatis homines dilexiſſet, ex ipſo Chriſtum quoque naſciturum, quod ad carnem attinet prædeſtinauit, vt id quod planè fieri voluerat, poſſet etiam ſincerè & abſque adulteratione fieri ac degeneratione, huius rei gratia opus fuit Circumciſione, & reliquarum gentium conſuetudinis fuga, vt tanquam ſeptum quoddam ab reliquis hominibus eos lex ſepararet. Vnde etiam dato eo, propter quem hæc inſtituta ac facta ſunt, deinceps quaſi ſuperuacua ea, quę per priſcum illum ſtatum ſuſcepta ſunt, noua inſtituta à Deo abrogata ſunt.

De ſacrificiis.

Similiter Deus clamat dicens, Viuo ego, dicit Dominus, quòd de ſacrificiis & holocauſtis non mandaui patribus veſtris, ex quo die reduxi eos ex terra Ægypti, & vſque ad hunc diem, nunquid Eſa. 43.
præcepi patribus veſtris exeuntibus ex terra Ægypti, vt offerrent mihi holocauſta atque ſacrificium? Et rurſus, Ad quid mihi multitudo ſacrificiorum veſtrorum? Eſa. 1.
dicit Dominus; Plenus ſum holocauſtis arietum, & ſanguinem hircorum & taurorum nolo, neque veniatis in conſpectum meum. Quis enim exquiſiuit

hæc de manibus veſtris? Calcare atrium A meum animum non adijciatis, ſi feratis mihi ſimilaginem, vana mihi & abominatio eſt. Nouilunia veſtra ac ſabbata
Variat non nihil tranſlatio vetus. *Eſa. 1.* veſtra, & diem magnum non tolero, ieiunium & ab opere ceſſationem, & veſtros dies feſtos odit anima mea. Et rurſus, Lauamini, & mundi eſtote, demittite improbitates ab animabus veſtris, non veſcar carnibus taurorum, aut bibam ſanguinem hircorum. Et rurſus: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis capros. Et item: Offer Deo ſacrificium iuſtitiæ, odi, repudiaui veſtros dies feſtos, non accipiam B ea, & ſalutares apparitiones eorum non aſpiciam: & non olfaciam in conuentibus veſtris, aufer à me ſonum cantionum tuarum, & pſalmum inſtrumentorum non audiam.

De Sabbati celebratione.

SAbbatum datum eſt eis ad ſedandum nimium pecuniæ ſtudium eorum. Nam cùm populus pauper egreſſus eſſet
Exod. 2. ex Ægypto, & nihil haberet præter ea, quæ accommodatò acceperant ab Ægy- C ptiis, vnuſquiſque dabat operam, vt continenti atque aſſiduo labore ſibi diuitias pararet, quamobrem dicit: Sex dies opus fac, die verò ſeptimo non facies quoduis opus in eo, (& cauſſam ſubijcit:) vt requieſcas tu & vxor tua, & filius tuus, & filia tua, & puer tuus, & ancilla tua, bos tuus, & iumentum tuum. Alioqui cuius rei gratia Ieſus filius Naue circumdans
Ioſua 6. Hiericho cum tubis ad ſeptem dies in ſabbato feriatus non eſt? qui item die octauo circumciditur paruus puer? cur item in die ſabbati mulier parit? cur item Sacerdotes omne ſacrificium in ſabbato faciunt? quomodo item Sol & Luna & ſydera definitum curſum etiam in ſabbato conficiunt?

De conſignando.

SIgnatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine. Et rurſus: Fac mecum ſignum ad bonum: & videant qui ode-
Pſal. 4. runt me, & verecundentur. Et rurſus: Dediſti timentibus te inſigne ad fugiendum à facie arcus. Fili hominis tranſi
Ezech. 6. mediam vrbem Hieruſalem, & da ſignum in frontem hominum gementium & dolentium propter iniquitates & ſcelera, quæ fiunt in medio ipſorum. Et rurſus: Sex viri veniebant à porta, quæ ſpectat ad Aquilonem, & vnicuique ſecuris eſt in manu eius. Audientes ite in vrbem, & cædite: & ne parcatis oculis veſtris, & ne miſereat vos ſenioris & adoleſcentuli, & virginis & infantium: & mulierum, & interficite ad deletionem & extinctionem, ad omneis autem, ſuper quos eſt ſignum meum, ne appropinquetis. De ſacrificiis autem eorum dictum eſt, non quòd Deus ſacrificiis holocauſtiſve indigeret, ſed quoniam Leuitica tribus non habebat ſortem in terra promiſſionis (quia ipſe Deus ſors eius erat) hanc dedit eis occaſionem, qua alimenta ſibi conficerent. Nolebat enim eos ſacerdotio fungentes labore manuum & negotiatione, ſiue cauponatione ali, & inopiam tolerare.

De Euangelijs.

DOminus dabit verbum Euangelizantibus virtute magna. Et rurſus: *Pſal. 67.* *Eſa. 52.* Quàm ſpecioſi pedes annuntiantium pacem.

De incredulitate Iudæorum, & Eccleſia Gentium.

EX perſona Dei: Neque noueras, neque ſciebas, neque ab initio aperuiſti aures, noueram enim, quòd contumax dicto audiens futurus non eſſes. Et item: Magnum nomen eius in gentibus, & in omni loco ſuffitus & incenſum offertur nomini meo & victima pura. Et *Malac. 1.* erit in nouiſſimis diebus mons Domini *Mich. 4.* illuſtris & conſpicuus paratus ſuper ver- *Eſa. 2.* tices montium: & eleuabitur ſupra colles, & feſtinabunt atque enitentur ad eum populi, & ibunt gentes multæ ac dicent, Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & il- *Hier. 1.* luminabunt nos viis eius, quia de Sion egredietur lex, & ſermo domini ex Hieruſalem. Et dixit Dominus ad me: Ecce dedi ſermones meos in os tuum, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & reges ad eradicandum, & concidendum, & perdendum, & inſtaurandum, & plantandum. Quòd ſi hæc de Hieremia: quæ regna extirpauit? aut quas gentes perdidit? Verùm de Domino dicta ſunt, qui ex omni anima ſibi credente regnum aduerſarij extirpat, qui diruit ſtructuras malitiæ atque

improbitatis, & vitioſis ſtolonis malleoliſque meliores reſtituit. Pſal. Libera me atque defende à contradictione populi, conſtitues me caput gentium. Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi: ad auditionem auris obediuit mihi, filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni vetuſtate confecti ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.

Pſal.17. Ibidem.

Moyſes ex perſona Dei ad Abraham.

ET benedicentur in te omnes fines terræ. Et item: Auertam faciem meam ab eis, & oſtendam quid accidet eis in extremis, quia gens peruerſa eſt, filij quibus non eſt fides in ipſis, ipſi ad æmulationem prouocauerunt me in eo, qui non erat Deus: ad iram prouocauerunt me ſimulachris ſuis, & ego ad æmulationem prouocabo eos ob gentem non gẽtem, propter gẽtem ſtultam & intelligentiæ expertem ad iram prouocabo eos. Et alibi, Dabit, inquit, ſceleratos & improbos pro ſepultura eius. Innotui his qui me non quærebant, inuentus fui ab his, qui de me non ſciſcitabantur. Dixit: Ecce adſum genti, quæ non inuocauit nomen meum. Abalienatus ſum à fratribus meis, & hoſpes factus ſum & peregrinus filiis matris meæ. De gentibus autem dicit. Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudes tuas decantabo.

Gen.11. Deut.32. Eſa.55. Eſa.65. Pſal.21.

De Iudæis.

PRopter vos nomen meum ſemper malè audit inter gentes. Non eſt voluntas mea in vobis, dicit dominus omnipotens. Et in omni loco ſuffitus & incenſum offertur nomini meo. Et magnum nomen meum inter gentes, dicit dominus omnipotens, vos autem prophanatis illud. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Moyſes. Sine me delere populum hunc, & dabo tibi gentem magnam, & multo magis magnam, quàm hæc eſt.

Rom.2. Malac.1. Pſal.2.

Ad Iudæos.

AVdite ſermonem domini filij Sodomorum, & attendite legem Dei populus Gomorrhę. Et item: Sabbata veſtra & nouilunia odit anima mea, & vota veſtra non accipiam. Lauamini, puri eſtote, manus veſtræ ſanguine inquinatæ ſunt.

Eſa.1. Pſal.64.

A Et cùm lex apertè atque diſertè dicat, nõ oportere feſtum extra Hieroſolymam & templum celebrare, iuxta illud: Te decet hymnus Deus in Syon, & tibi reddetur votum in Hieruſalem: ſcriptum eſt, quòd adorabunt dominum vnuſquiſque de loco ſuo. Et rurſus propheta, Magnum nomen eius inter gentes: & in omni loco incenſum offertur nomini eius, & hoſtia pura, vos autem tollet dominus. Atque iis, qui ſeruiunt mihi, vocabitur nomen nouum, quod benè audiet ſuper omnem terram. At quid magis nouum, quàm nomen Chriſtianorum? Annuntiabũt iuſtitiam eius populo, qui naſcetur, quem fecit dominus. Atqui poſtquã dixiſſet Dauid illum verſum, Deus habitare facit ſolitarios in domo: ſignificat eam diſſociationem & fugam conſuetudinis atque cõmercij, qua qui lege ſubditi erant, diſiuncti erant à gentibus. Implebitur omnis terra cognitione domini, vt aqua multa ad operiendum & tegendum mare, memores erunt, & conuertentur ad dominum omnes termini terræ: & adorabunt coram eo omnes tribus terræ, quia domini eſt regnum, & ipſe dominatur in gẽtes. Haud alienum autem fuerit à Iudæis etiã ſciſcitari: Quid igitur obtinet? vtrùm lex Moſaïca, quæ nunc negligitur, & non obſeruatur, propterea quòd ne tẽplum quidem, aut locus eſt, aut propheta, qui de rebus futuris aliquid præſignificet atque prænunciet? aut arca, vbi tabulæ atque decalogus repoſita erant, in quibus treis illas ſolemneis celebritates peragere oportebat, & non alibi? Item, Auferetur regnum à Iudæis, & dabitur genti facienti fructus eius. Hæc autẽ fouerit gens Chriſtianorum, quæ conuenientes etiam fructus diuini vitæ producat inſtituti. Confeſſio & magnificentia opus eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Confitetur autem patri nõ ſua ipſius peccata, qui innocẽs eſt & inculpatus, ſed peccata eorum, qui in ipſum credunt. Nam cum Dauid dixiſſet: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, & reliqua: Eſaias planius & apertius dicit: Dicit Dominus Chriſto meo Cyro. Aiunt autem hæc de Cyro Perſa eſſe dicta, ſed ridiculum: qui enim reliqua Cyro conueniunt? Apprehendi manum dexteram tuam. Dicto audientes erant ante eum gentes: & vires regum frangam: aperiam ante eum portas, & vrbes non claudentur, ante te ibo, & monteis complanabo: ianuas æreas con-

Malac.1. Para.111. Pſal.71. Pſal.110. Pſal.109. Pſal.45.

B C D

teram, & vectis ferreos contundam & confringam, & dabo tibi theſauros abſcōditos. Quî igitur hæc Cyro conuenient, qui paulo pòſt apud Maſſagetas turpiter interfectus eſt? Et paulo pòſt explicat ipſa (verba) idem propheta dicens ex perſona Dei: Ego dominus Deus, qui vocaui te in iuſtitia: apprehendi dexteram tuam, & vires addam tibi: & dabo te in teſtamētum generis, in lumen gentium, ad aperiēdum oculos cæcorum, & ad educendum oculos compeditorum, & ex domo cuſtodiæ ſedentes in tenebris. Et rurſus idē Eſaias: Et dixit mihi, Magnus tibi hic vocetur puer meus, & ſiſtat tribus Iacob, & diſperſionem Iſraël conuertat. Et poſui te in teſtamentum generis, in lumen gentium, vt ſis ſaluti vſque ad extrema terræ.

Labitur memoria, hæc enim verba præcedunt, capite videlicet 42.

Ad erudiēdum & cōſtituendum tribus Iacob, & ad conuertendum diſperſionem Iſraël.

Quod ante ſecundum Domini aduentum venturus ſit Helias.

Malac. vlt.

MAlachias Propheta dicit: Ecce ego mitto vobis Heliam Prophetam, antequam veniat dies ille Domini magnus & illuſtris, qui reſtituet corda patrum in filios, & cor hominis in proximum ſuum, ne vbi venero, percutiam & perdam terram funditus. QVOD VOCANDI eramus Chriſtiani: Videbunt gentes gloriam tuā, & omnes reges iuſtitiam tuam, & vocabit te nomine nouo, quod ipſum nomē Dominus imponet. Et idem: At iis, qui ſeruiunt mihi, imponetur nomen nouum: quod benè audiet in terra. Et erit in extremo nomen eius clarum in omni terra: & nomine eius cognominabuntur populi multi, & in viis eius ambulantes viuent in eis.

Quod futurum erat, vt turbaretur Herodes & familiares eius omnes.

IN die illa dicit Dominus, ſubducit eum in altitudinem ſpeculationū & ad glorias excellentes: de quibus ait, Statui fines gentium numerum angelorum Dei. Nōnulli autem dicūt, quod ex ſua ipſius perſona & illis ipſis verbis diabolus ad eum hæc loqueretur, & non per mentē: quemadmodum etiam nobis iniicit vitioſas & humanis affectibus obnoxias cogitationes. Neque enim fieri poterat, vt mens illa integra atq. incorrupta aliquid abſurdi per cogitationes animo agitaret. Quod etiam ipſi magis quàm illi fatemur. Quòd autem ex ſua perſona cum domino colloquutus eſt (id enim voluit ea ſermocinatio cōceſſióque propter ſummam demiſſionem atque conſilij diſpoſitioniſque diuinæ exequutionem & victoriam de aduerſario) nihil ea res ſermonem lædit. Permiſſum enim Malo fuit, vt tanquam hominem qui videbatur, Seruatorem aggrederetur, vt cum Deo congreſſus ſuperaretur, atque ita haud magno negotio ab hominibus capi & vinci poſſet. Quoniam autem aduerſarius hæc ſecum cogitabat, & in animo habebat etiam ea, quæ maieſtati diuinæ conueniebāt, audiebat à Seruatore, præoccupante nimirum, & arguēte illius vecordem arrogantiam, ſi quis etiam illud, quod ad quendam ſanctum mente intercedētem apud Deum dictum eſt: Quid clamas ad me? Item illud quod ad Phariſæos & Scribas dictum eſt: Quid vos cogitatis mala in cordibus veſtris? rectè excipiat, & ſana mēte intelligat atque interpretetur: videbit ineffabili & occulta ſapientia, ſupra captum etiam noſtrum, peragi opera diuina. Egredietur virga de radice Ieſſæ, & flos ex ea aſcendet, Chriſtus Deus noſter: & requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapiētiæ, ſpiritus prudentiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & replebit eum ſpiritus timore Dei. Hi ſunt generales ſpiritus ſiue dona, quibus reliqua comprehenduntur: quæ in Chriſto ſolo requieuerunt, in quo etiam corporaliter inhabitat omnis plenitudo Deitatis. De prophetis autem: Effundam, inquit, de ſpiritu meo, partem aliquam, & non tantum, ſic in Seruatore Chriſto, quemadmodum etiam diuinus Apoſtolus: Vnicuique noſtrum, inquit, data eſt gratia iuxta modum doni Chriſti, hoc eſt, iuxta conuenientiam & proportionem vniuſcuiuſque purificationis. Quinam autem & quot ſint ſpiritus oppoſiti ſiue contrarij (his ſpiritibus) dicere licet, quippe tot ſunt, quot etiam virtutis videlicet ſunt ſpiritus. Et quinam illi? Spiritus fatuitatis atque ſtultitiæ: ſpiritus imprudentiæ ſocordiæque, quo etiam Iudas ille ſocors & inconſideratus repletus erat: de quo dicit ſcriptura: Qui inconſideratus & imprudens eſt, non intelliget: ſpiritus temeritatis & conſilij, contemptus atque inconſiderantiæ, quoniam etiam cōſilium eſt, de aliqua re (ſuſcepta) voluntas: quod conſilium (nempe) vt nos ſeruaremur, Dominus ante ſecula iniit. Conſilij verò contēptus & inconſiderantia eſt, nolle hominē

Vt in plurimis locis totius exēplaris quo vſus ſum, author hic fœdiſſimè corruptus & mutilatus eſt, ita quæ ad hūc titulo pertinent, negligentiæ, dicam, an nequitiæ librariorū prætermiſſa eſſe videntur. Nam quæ deinceps ſequūtur, ferum aut nihil cum titulo conueniunt. Et hic multa videntur omiſſa eſſe.

conſequi ſalutem. Ita dicimus etiam fortitudinis dono contrarium eſſe timiditatis & imbecillitatis incommodum, aut infirmitatem ad bonum, & debilitatem ad pietatem. Quoniam etiam fortitudo virtus eſt aduerſus dæmonas, & affectus & vitia: vt etiam diuinus Dauid ait: Fortitudo mea & laudatio mea dominus: & fuit mihi ſaluti. (*Pſal. 117.*) Nam à dæmonibus & affectuum atque perturbationum vitioſitate vinci, quî poterit huic diuinæ ſpiritus virtuti non eſſe contrarium? quemadmodum, opinor, etiam boni ſcientiæ, boni ignorantia: & pietati impietas vel contemptus religionis ac praua religio, & ſatietati, Dei guſtatio: itidem timori Dei contrarium timoris vacuitas. Quid enim pernicioſius eſſe poſſit, quàm nõ timere Deum? (*Pſal. 18.*) Nam timor domini caſtus eſt, manens in ſeculum ſeculi, &, Initium ſapientiæ timor domini, & vbi timor, ibi mãdatorum obſeruatio eſt. Ac generalia quidem dona diuina hæc enumerauimus, (*Prou. 19. Locus corruptus.*) vt quæ quàm plurima alia dona atque virtutes ſpiritus in ſeſe comprehendant. Nam donum eſt etiam lenitas animæ, manſuetudo atque clementia: item tolerantia, & innumera alia. Iam verò vitioſitatis & malitiæ ſunt efficientiæ atque ſpiritus, dolus, improbitas, mendacium, quinetiam maledicentia & furtum: & quæcunque (virtuti) contrariam vim habent, ex quibus etiam horum author & inuentor nominatur. Fur eſt enim diabolus, & pater mendacij, & ſerpens, & ignis, & draco propter peſtiferam & venenatam eius naturam, & inſidiæ circumuentióque & laqueus: & ſi quod eſt aliud ſimile.

Explicatio dicti Euangelici, & ſtatim exiuit ſanguis & aqua.

(*Ioan. 19.*) Sanguinem & aquam ex diuino dominicóque latere fluxiſſe ab Euangelio docemur, nõ ſimpliciter, ſed primum quidem, ideo quòd purificationes legales ad figuram & adumbrationem horum duorum, tum aſperſiones ſanguinis, tũ luſtrationes per aquam peragebant: deinde verò etiam, quòd vbi veritas venit, ſumma noſtræ ſalutis per aquam & ſpiritum myſticè perficitur, atque complentur: quoniam tum per diuinum baptiſma, tum per ſancti ſanguinis participationem & vſum conſecrari nos, ac diuinitatem induere credimus, quemadmodũ his ipſis dictionibus & verbis diuinus orator Chryſoſto-

A mus exponit. Exiuit, inquit, ſanguis & aqua, oſtendente ſcriptura, quòd non ſimpliciter eiuſmodi fontes proſiluerint: ſed quoniam ex his ambobus Eccleſia cõſtat, atque id cognoſcunt & intelligunt fideles, qui per aquam quidem ſunt renati, per ſanguinem autem & carnem aluntur. Atque hinc myſteria ſumunt initium, vt cùm ad horrendum poculum accedis, tãquam ab ipſo dominico latere bibiturus accedas. Et paucis interiectis: Nec hoc ſolùm, verumetiam iis qui non credituri erant, loco demonſtrationis fuit id, quod auſi erant (nefarij) facinus committere, B nempe Thomæ illiúſque ſimilibus. Non longè autem diuerſa ab his eſt etiam mẽs theologica, dum in libro de feſto Paſchæ (hunc ipſum locum) exponit his verbis: Oportebat enim etiã creaturas vnà cum creatore pati atque condolere, velũ quod ſcindebatur, ſanguis & aqua, quæ ex latere effundebantur: ille quidem tanquam hominis, hæc verò ſuper hominẽ. Et paulo pòſt: Paucæ guttę ſanguinis totũ mundum reformantes & inſtaurantes, atque omnibus hominibus ſicuti coagulum lactis euadunt, in vnum nos cogentes & coniungentes, vt per vtramque patrum C ſententiam coniungantur non ſolùm virtus baptiſmatis & diuini ſanguinis participatio, vna quidem per aquam, altera verò per ſanguinem: verumetiam ipſa humanæ naturæ firma certáque probatio: id enim certum atq. perſpicuum eſt Theologum dicere (illis verbis) ille quidem tanquam hominis: cui apponit etiam totius mũdi reformationem & inſtaurationem, & fidelium mutuam inter ſeſe coniunctionem & conſociationem. Sunt autem etiam aliæ multæ patrum de his verbis expoſitiones, quæ ſupradictis non aduerſantur, quas adiicere tempeſtiuum & cõmodum non eſt. Attamen quòd etiam anima domini patris manibus commendata, cùm ita bonum & commodum illi viD ſum eſſet, etiam ad inferos deſcendit, vt etiam iis ſpiritibus, qui in inferno erant, ſalutem prædicaret, ac in mortuos & viuentes dominaretur, & infernum quidem ſpoliaret, humanæ verò naturæ reditum ad vitam conficeret, cùm primitiæ dormientium & primogenitus ex mortuis extitiſſet: in multis ſcripturæ locis animaduertere licet, vt nihil ob hæc menti piæ officiat, quòd etiam poſt mortem ſanguis fluxerit ex latere immaculato, quoniam cum naturalibus, etiam ea, quæ ſu-

perant naturam, in vniuerſum perfici in Verbo, quod & Deus & homo erat, videmus.

Vt Petra vitæ Christus in diuinis ſcripturis prædicatus ſit, & quare lapis.

PETRA vitæ, Dominus & Deus noſter Ieſus Chriſtus dicitur, & petra fidei, atque etiam petra offendiculi non credentibus, vt qui in eo conterantur & diſſoluantur. Sic autem his nominibus vocatur communi (videlicet) ratione, propter firmitudinem Deitatis: ac petra quidem vitæ, tanquam fons & radix & principium & cauſſa & exitij expers & æternus: petra verò fidei, tanquam fundamentum, vt ipſe Dominus ait ad principem
Matth.16. (Apoſtolorum) Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, ſuper cõfeſſionem videlicet Chriſti, quia dixerat: Tu es Chriſtus, filius Dei viuentis. Quemadmodum item Dauid in trigeſimo nono pſalmo, Et ſtatuit ſuper pedes meos, & direxit greſſus meos. Et Apoſtolus in prima epiſtola ad Corinthios:
Pſal.39.
1.Cor.10. Bibebant enim ex ſpirituali petra ſubſequente (eos) petra autem erat Chriſtus. Quoniam dixit quòd potus eſſet ſpiritualis, nihil habebat, quòd variaret & immutaretur, quemadmodum manna, ex modo ſcaturitionis probat, quòd potus eſſet ſpiritualis: neque enim propria natura petra aquam emittebat: ſed alia quædam petra ſpiritualis, qui erat Chriſtus, quicquid A fiebat, efficiebat. Dictio autẽ: Subſequente, ſignificat, quòd Chriſtus ſemper vnà adeſſet, & omnia miracula ederet. Lapis Dominus (Ieſus) Chriſtus nominatur: quemadmodum, inquit propheta, Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic duobus parietibus, qui ex diametro inter ſe diſtabant (de iis loquor qui ex Iudæis & gentibus crediderunt, his quidem prauæ religioni ſeruientibus, illis verò legis iugum trahentibus) in vnum coactis, diſtantia atq. diuerſa coniunxit, & vnam ex ambobus compoſuit Eccleſiam, angulum quędam imitatus duos parietes coa- B gmentantem & inter ſe coniungentem. Hunc tamen lapidem, cùm eſſent ædificatores Phariſæi & Sadducæi & ſacerdotes & ſcribæ reprobauerunt & crucifixerunt: ſed factus eſt in caput anguli, qui etiam angularis vocatus eſt. Eſaias ex perſona Dei, Ecce pono in Sion lapidem pretioſum, electum, angularem, honorabilem in fundamenta eius: & quicunque crediderit in eum, non confundetur. De hoc item beatus Paulus dicebat: Ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, cum ſit lapis angularis ipſe Ieſus Chriſtus. Hunc autem lapidem C vidit etiam Propheta Daniel ſectum & inciſum abſque manibus, cùm de partu virginis, qui citra viri conſuetudinem accidit, doceretur, hunc vidit imaginem confregiſſe, hoc eſt vitæ vanitatem, & in magnum montem euaſiſſe, qui orbem terræ habitatum ornaret.

ANNOTATIONES IN GREGORII NYSSENI ANTISTITIS, DE HOMINIS OPIFICIO DIVINVM COMMENTARIVM, IN quibus & explicantur loca quædam obſcura, & deprauata reſtituuntur ab interprete IOHANNE LEVVENKLAIO.

EX EDITIONE BASILIENSI, APVD OPORINVM, an. CIↃ. IↃ. LXVII. *omiſſis quibuſdam demonſtrationibus Mathematicis minus neceſſarijs, & mutatis numeris pro varietate paginarum, notatiſque locis, quę ab illis explicantur, expreſſę.*

QVVM ante cccc. annos propè ſit hic Gregorij commentarius in Latinum ſermonem conuerſus, fortaſſe nõ nemo cauſſas auet inſtitutæ nouæ conuerſionis intelligere, tacitéque has à me requirit. Ego verò breuiter ita rem omnem tibi, Lector, aperiam: vt neque me adductum vllo animi morbo, exploſis aliorum laboribus, mea voluiſſe reponere, ſis exiſtimaturus: & libenter, vti ſpero, non nullum me pretium operæ feciſſe hac in conuerſione faſſurus. Quum eſſem nuper apud IOHANNEM IACOBVM GRYNAEVM, quem honoris cauſſa nomino, fortè in ornatiſſima ipſius bibliotheca librum hunc Gregorij reperi, qui fuiſſet aliquando SIMONIS GRYNEI, cuius etiam in eo manu quædam notata cernebantur. itaque mihi cupidè hunc pellegenti, maximámque voluntatem ex ipſa lectione capienti, cœpit auctor eſſe, vt eum de ſermone Græco in Latinum conuerterem. Parui non inuitè, præſertim quod mirificè mihi quum rerum explicatio præclariſſimarum, tum dicendi character eximius placerent: moleſtéque adeò ferebam, librum talem vulgo notiorem non eſſe, qui ſemel tantùm de Aldi officina ante annos triginta prodijſſet: quum maximam ex eo & ſacrarum litterarum, & artis medicinæ, & philoſophiæ de natura rerum ſtudioſi capere vtilitatem poſſint. Nihil tum nobis conſtabat, eſſet ne conuerſus in Latinum ſermonem, necne. quod ſi etiam verum fateri debeo, neminem adhuc in eo interpretando laboraſſe credebamus: idq; propterea, quòd publicè vix notus eſſet, niſi quatenus inter opera Gregorij recenſetur. Verùm enimvero Baſileam quum redijſſem, intellexi de Ioanne Oporino, typographo de litteraria republ. præclarè multis iam annis merenti, eſſe in Epiſcopiana officina Gregorij noſtri opera, quæ quidem exſtare putarentur, edita vniuerſa. Horum deinde Catalogum quum inſpexiſſem, reperi hunc etiam commentarium, quem in Latinum ſermonem Dionyſius quidam tranſtuliſſet. Legi interpretationem huius cupidè, quod iam decreuiſſem labore meo ſuperſedere. Sed enim tantum abeſt, Lector, vt ab inſtituto me Dionyſius reuocarit: vt quum vel paulum progreſſus eſſem, animaduerterem magis etiam mihi elaborandum, ne bono theſauro litteratæ ſapientiæ ſtudioſi diutius carerent. Nam vti Philoſophus ille princeps aiebat, eſſe ſuas Scholas & ἀκροάσεις, quas appellabat, editas, & non editas; ſic videbam Gregorium conuerſum eſſe, & non conuerſum, immò ſi verum dicere velim, indignè fœda pollutum barbaria planéque peruerſum. Addita eſt Ioan. Cononis epiſtola, ſcripta ante annos (niſi fallor) ſexaginta, qua ſe conuerſionem hanc nonnihil emendaſſe quibuſdam in locis profitetur, idque de fragmento Græco, eam ſi leges, facilè intelliges, me iniquum cenſorem laboris alieni non eſſe. Atque vt guſtum quemdam percipere quiuis poſſit, qualis hæc ſit interpretatio Dionyſij: breuiſſimè locum vnum & alterum attingam, de quo vel infrà mediocritatem Græcis litteris eruditi ſtatuere poſſint, ecquæ fuerit in Dionyſio Græcæ linguæ peritia. Nam doctiores ſi eius conuerſionem inſpiciant, haud dubiè pronunciabunt, vna, quod dicitur, litura tolli errata omnia poſſe. Non longè abiero, in ipſo lemmate primi capitis verba ſunt Gregorij: Διήγησις περὶ τῶν προγεγονότων τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως. Id Latinè, ſic opinor dixeris: Narratio de ijs quæ hominis ortum præceſſere. Dionyſius hæc: Expoſitio eorum quæ prius in hominis formatione peracta mõſtrantur. In capite 15. Gregorius ait: πῶς ἂν τὰ βασίλεια κατὰ τὴν τῶν ἱερογλυφικῶν τέχνην;

autem 120 repoſui, νοτερὸν ἀτμὸν, ex libro manu ſcripto: vdum halitum, pro νοερὸν, quod eſt in editis. Et non multo pòſt, pro βάσιν, legebatur μόνιν: quod mutandum tamen non putaui.

Pag. 74. b. Somno laxatũ.] Pro λύσιν ἐμποιεῖ διὰ τοῦ ὕπνου, liber manuſcriptus habebat ἔκλυσιν. quæ lectio mihi quidem non incommoda viſa eſt. retinui tamen Aldinam.

Ibid. c Quum ſol radios.] Pro ὅταν ἐπιλάμψῃ, legebatur in libro manuſcripto ἐπιτείλῃ. mihi quidem videtur efficacitas, vt ita dixerim, maior in hoc eſſe, quàm in ἐπιλάμψῃ. Et Gregorius noſter in extremo capite, nòn procul à principio, verbo διαθάλπειν vſus eſt, quum ait, tres in primis eſſe facultates vitæ noſtræ tamquam adminiſtras, quarum prima calore ſuo cuncta διαθάλπει, &c.

Ibid. Paulatim euap.] Retinui lectionem libri Aldini, ἐξατμιζόμεναι διαφυρροῦνται, paſſim ſe permiſcent: quamquam ſtatuerem, rectius in libro manu exarato legi διαφοροῦνται, hoc eſt ſparguntur. Paullo pòſt legitur, μηχανικῆς μολυβδίνης: pro quo ex libro manuſcripto reſtitui, μηχανῆς μολυβδίνης.

Ibid. d. Senſu in corpore.] Pro ἀπηρεμούσης ἐν τῷ σώματι τῆς αἰσθήσεως, liber manuſcriptus ἠρεμούσης habebat ſenſu eodem. paullo pòſt συνδιεξιούσης, pro συνδιεξιοῦσαι: quod ſequutus ſum.

Pag. 75. b. In rectum extendatur.] Pro δι᾽ εὐθείας ἀποτείνεσθαι, vetus ille, quem dixi, liber habebat ἀποτεινεσθῶσαι. Et paullo pòſt, pro ἀπολυθείσης, ἀποληφθείσης: quod indicare volui, quamquam neutrum probarem. Ceterùm quod ait Gregorius, ea quæ rotunda ſunt, in rectum non extendi, ſed in circularis figuræ formam neceſſariò dilatari, eleganter dicitur: & explicari, vt opinor, diagrammate ἐπιπέδῳ huiuſmodi quodam poteſt. Libet enim Geometrarum morem obſeruare. Propoſitum hoc eſt, &c.

Ibid. d. Licet hoc quoque.] Quum antea legeretur, τεκμήριον δέ τι, ἐν τόποις τε καὶ ἀμηχανίαις πολλάκις δοκεῖν ἰδεῖν, καὶ ἑξῆς: repoſui lectionem genuinam, τεκμήριον δέ τι, καὶ ἐν ἀτόποις καὶ ἐν ἀμηχάνοις πολλάκις, &c. adiutus in hoc manifeſta libri veteris ſcriptura.

Pag. 76. a. Itaque mihi.] Aldini libri quum haberent, φημὶ δὲ τῆς κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν αἴσθησιν ἐνεργείας: admonuit me liber manu ſcriptus eſſe legendum, τῆς κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν αἴσθησιν ἐνεργείας. de quo plana & perſpicua ſententia colligitur, animo ſecundum facultates præſtantiſſimas quieſcente, ſecundum mentis nimirum & ſenſuum actiones: ſolam partem illam, quæ nutriendi vim habet, nobis dormientibus officium facere. Quod quidem ita eſſe, vti Gregorius tradidit, quanquam probari de philoſophorum libris etiam poſſet: tamen obmiſſis horum teſtimonijs elegantiſſimos poëtæ veteris Petronij Arbitri verſus potius recitandos putaui, qui nuper antiquis in ſchedis inuenti, & à G. CANTERO prolati ſunt:

Somnia quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt:
Sed ſibi quiſque facit. nam quum proſtrata ſopore
Languent membra, quies & mens ſine pondere ludunt:
Quidquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſæuit in vrbes:
Tela videt, verſaſque acies, & funera regum,
Atque exundantes perfuſo ſanguine campos.
Qui cauſſas orare ſolent: legeſque, forumque,
Et pauido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes, defoſſúmque inuenit aurum.
Venator ſaltus canibus quatit. eripit vndis,
Aut premit euerſam periturus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix: dat adultera munus:
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Hiſce in verſibus, Lector, planè rotundis & præclarè factis, vides idem dici, quod Gregorius tradidit. Nam quod noſter ait, quieſcere præſtantiſſimas animi per ſomnum facultates, quibus ſolis profectæ à prudentia, integræque mentis actiones ſint tribuendæ: id Petronius ſic extulit, vt dicat mentem quietémque per ſomnum ſine pondere ludere. Pro perfuſo autem ſanguine, potius eſſe legendum profuſo, exiſtimo. Et verſus penultimus,

----- *canis in ſomnis leporis veſtigia latrat,*

ſententiam habet non planè diuerſam ab eá, quæ eſt in verſu Theocriteo, in Idyllio ad Diophantum:

πᾶσα κύων ἄρτους μαντεύεται. ----

omnem caniculam in ſomnijs ſibi quaſi vaticinando panes polliceri. De quo ipſo patet, effici à parte in nobis rationis experte inſomnia, cetero qui nobis cum animantibus ratione carentibus communia non forent.

Ibid. Per vim animi.] Quum eſſet in editis libris, ἀφ᾽ αὐτοῦ διὰ τοῦ μνημονευτικοῦ τῆς ψυχῆς εἴδους ἀναπλάσθη, ſequutus auctoritatem libri veteris manuſcripti, pro αὐτοῦ repoſui αὐτῷ: quod referendum eſſe ad τὸ θρεπτικὸν, facile quiuis intelligit.

Ibid. b. Sed confuſis.] Aldinis in libris quum legeretur, ἀλλὰ πεφυρμένας πως καὶ ἀνακολούθους ἀπάτας ἀναπλαττόμενοι, idque vitio non carere perſpicerem: conſulto libro manuſcripto, inueni legendum eſſe πεφυρμέναις πως καὶ ἀνακολούθοις ἀπάταις, &c. Eſt autem facilis litteræ υ in ο commutatio: ſicut apparet de ijs etiam, quæ ſuprà in 21 Annotatione ſignificaui de hoc ipſo verbo. & in Capite 23, non procul à fine, ἀποκεῖσθαι τὴν ὅλην habet Aldina editio, quum legendum omnino ſit τὴν ὕλην.

Pag. 77. a. Simul mentem.] Retinui lectionem Aldinã, tametſi pro ἡρμοσμένως συγκαταπίπτεσθαι, legeretur in vetere libro ἡρμοσμένῳ συγκαταπίπτεσθαι.

Ibid. b. Non eleganter.] Aldini libri habẽt, ἐκ τοῦ ἀριθμὸν προσάγει τὸ μέλος: pro quo repoſui vocem multo magis huic loco conuenientem, quam in libro manuſcripto reperi; ὁ κατ᾽ εὔρυθμον προσάγει, &c.

Ibid. c. Velamentis.] Retinui lectionem Aldinam, περικαλύμμασί τισιν ἀμφιβόλοις ἐπισκιάζονται. Liber autẽ vetus habebat, περικαλύμμασί τισιν ἀμφιβόλοις ἐπιδιστάζονται. quam lectionem annotare volui, non indicata ſententia mea. verbum quidem διστάζειν Heſychius interpretatur, διχονοεῖν, καὶ ἀπορεῖν καὶ ἀμφιβάλλειν.

Pag. 79. a. (Conſentanea.) κατάλληλον τῷ πάθει, erat in libro vetere ſcriptum: quod retinui. Editi habent, καταλλήλως.

Ibid. b. Quod igitur.) ὅταν ἀμβλυνθείσης ὑπὸ ἀρρωστίας τῆς νήψεως ἡ φύσις ἐπαχθῇ. In his verbis νήψεως vocabulum ſignificationem habet σωφροσύνης, vel συνέσεως, deductum à verbo νήφειν. Nam ſobrij maximè ſapimus: quum τὸ νήφειν ſit ὀρθῶς φρονεῖν, ſecundũ illud Ἐπιχάρμειον, quod ad Quinctum Fr. M. Cicero recitat. Itaque ſic de verbo ad verbum locus hic ſonat: Quod igitur hebetata per vim morbi intelligentia naturæ accidit, & cet.

82. *b. Propè à vita.*] Retinui lectionem priſtinam, ὡς ἐν πόρρω τῆς φυσικῆς ταύτης, & cet. quòd eorum natura propè à vita illa rerum naturalium abiit. Hoc tamen indicare volui, me & hoc loco, & ſuprà in 8. cap. animaduertiſſe, Dionyſium φυτικὴν ζωὴν, quæ (vt Gregorius ait) περὶ τὰ συναυξητικά, interpretatum eſſe ſurcularem, quapropter cogitare cœpi, an ne legerit φυτικὴν ζωὴν, vitam plantis conuenientem? Tametſi ne hoc quidem ignorem, philoſophos ceteros etiam naturalem animam dicere, quæ in plantis exiſtat.

Ibid. d. Etiam exterius.] Quum in Aldinis libris legeretur, ἐν γὰρ περιλαμβάνεται τὰ σώματα περιλαμβάνει τι, quàm minima facta mutatione, quod ſic legi debere non dubitarem.

83. *b. τύπον ἐκ.*] In lemmate, pro τύπῳ ἐκ ὄντων, repoſui τύπον ἐκείνων quum hæc non ſint in exemplo principe, videlicet in Deo: poſtulat hoc verborum ſententia.

84. *d. Iccirco rurſus.*] Pro ἐπεὶ ἄρα χείρων χλευασία, ſicut hactenus legebatur, repoſui ἡ ἄρα, ſenſu plano, & cuiuis perſpicuo.

85. *b. Inuenimus.*] Pro εὑρίσκομεν, reſtitui εὑρήσομεν. Leuiuſculum hoc, ſed indicandum tamen putaui: vt nihil me temerè loco veluti mouiſſe Lector intelligeret, quantumuis non magni momenti eſſe videretur.

88. *b. Iccirco per hanc.*] Vt eſſet Lectori magis aliquanto perſpicua orationis ſententia, liberius conuerti hunc locum, & luculentius. ὁ, ὡς enim, quod bis poſitum hic à Gregorio eſt, quum ſit δηλωτικὸν, tantumdem valet atque ἄτομόν τι, quemadmodum Dialectici loquuntur. Nam quum in aliquem intuens, hunc hominem dico: non ſpeciem intelligo, ſed indiuiduum. Sic ergo Gregorius noſter ait, verba iſtæc intelligenda, Faciamus hominem ad imaginem noſtram: nimirum de tota ſpecie, non de Adamo, qui eſt ὁ, ὡς ἄνθρωπος, hoc eſt indiuiduum. Feci hoc eo lubentius, quòd viderem hæc confuſè & ſine ratione à Dionyſio reddita.

Ibid. d. Non enim imago.] Aldina editio habet, ἐν ἴσῳ τῷ καθ' αὑτὴν θεωρουμένῳ, pro quo legendum cenſui τῷ καθ' αὑτὸν, non vni alicui conceſſa eſt homini peculiariter. & paullo pòſt, antè πάντων ἐπαίνους, collocaui particulam οὖν, quæ deſiderabatur.

Pag. 90. a. Equidem hac.) Pro ὡς ἐπ' ἄν, reſtitui ὡς, quæ vox ad λόγος refertur, ſenſu manifeſto.

Ibid. d. Eadem igitur.) In Aldina editione legitur, τότε ἀλλὰ ἐπὶ τῷ βραχὺ ᾖ, &c. Ego verò τότε cõmutaui in τὸ, id quod referri debet ad προσεῖς, quæ verba præcedunt. atq; ita etiã verti.

Pag. 92. d. In quibus dupl.) Aldina editio habet ἀμφιλύφους μορφὰς, pro διγλύφους μορφάς. ſic enim neceſſariò legendum eſt.

Pag. 93. c. Ab hac enim.) Diuturnam irati animi acerbitatẽ dixi, quo vocabulum μῆνις exprimerem. Nam hoc Græcis ἐπίμονον χόλον ſignificat, vt Didymus tradidit. Euſtathius etiã παρὰ τὸ μένειν vocem ipſam deducit, hoc eſt, à durando. Diſtinguit enim hæc tria, μῆνιν, ὀργὴν, & θυμόν. μῆνιν ait eſſe μόνιμον ὀργὴν, παρὰ τὸ μένειν: irã durabilem, vt ita dixerim, & quæ non facile exſtinguitur, dictam à durando. ὀργὴν eſſe tradit ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, παρὰ τὸ ὀρέγειν, μονιμωτέραν τι δηλοῦσαν, ἢ θυμός. hoc eſt, eſſe libidinem vlciſcendi ſeſe, viciſſimque inferendæ iniuriæ, dictam ab ὀρέγειν, quod valet appetere. Significare autem perturbationẽ durabiliorem, quàm quæ per vocem θυμὸς intelligitur. Nam θυμὸν dici παρὰ τὸ θύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν, commoueri ſubito, vt ſit θυμὸς quaſi θύμωσις, quo ſignificetur κίνησις ἢ ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος, hoc eſt, commotio & quidam veluti feruor ſanguinis cordi vicini. Idem patet de libello Definitionũ Gregorij Nazianzeni, quem hactenus nõ viſum publicè, in lucem (Deo iuuante) proferemus. Sic enim ille verſibus Iambicis, quibus eo in libello vſus eſt, θυμὸν definijt, & ὀργήν:

> θυμὸς μέν ἐστιν ἀθρόα ζέσις φρενός.
> ὀργὴ δὲ θυμὸς ἐμμένων, ὁ δέ τις κακῶν
> μνήμην λαβὼν τι, μνησικακία γίγνεται.
> *Eſt feruor animi ſubitus iracundia.*
> *Sed ira durabilior hæc: addas cui*
> *Si damna & inſidias, fiet* μνησικακία.

Denique Gregorius noſter hoc etiam ſignificauit, quum θυμὸν appellat ὠκύμορόν τι, quiddam nimirum momentaneum, & citò euaneſcens inſtar bullæ.

Pag. 96. a. Momentaneum.) Quum in libris Aldinis legeretur τὴν πρόσκαιρον ἡ ἀπόρρητον ἔχει τὴν τροφὴν, non cohærere verba hæc animaduertebam. itaque pro ἀπόρρητον repoſui ἀπόρρυτον, quòd eſt à fluendo factum, ſicut infrà Gregorius in extremo capite vſus eſt eiuſdem originis vocabulo ἐπίρρυτος ὕλη, aliunde affluens materies.

Pag. 98. a. Exitium occultent.) Legebatur in Aldina editione, ἐγκεκρυμμένην ἔχοντα τὴν διαφορὰν, & Dionyſius etiam ſic legerat. Vertit enim permiſtam differentiam. Ego verò non dubitaui ab vtroq; diſſentire, ac pro διαφορὰν reſtituere διαφθοράν. Nam paullo antè dixit Gregorius noſter, ἐν τῷ βάθει τὸν ὄλεθρον ὥσπερ δόλον ἐγκεκρυμμένον ἔχων. In fundo mali pernicies eſt veluti quædã fraus latens. Quod igitur ibi eſt ὄλεθρος, id hoc loco eſt διαφθορά. ſententia ipſa plana & perſpicua. Vitia, inquit, omnia prima vice videntur expetenda, quum exitium occultent. Et non multo pòſt, ipſum hoc διαφθορᾶς vocabulum rurſus vſurpauit. (ἡ nimirum τοῦ κακοῦ) τὴν γνῶσιν, θανάτου καὶ διαφθορᾶς ἀρχὴν γίνεσθαι. Mali dicit cognitionem, quæ fiat per experientiam, cauſſam initiúmq; mortis & interitus eſſe. Sed enim ſatis hoc iam arbitror eſſe declaratum.

Pag. 100. a. Rotundi corporis.) Libet hoc loco diſcrimina vmbrarũ, quas ſphærica ſiue rotunda corpora efficiũt, oculis ſubijcere: quo verba

teram, & vectis ferreos contundam & confringam, & dabo tibi theſauros abſcõditos. Quî igitur hæc Cyro conuenient, qui paulo pòſt apud Maſſagetas turpiter interfectus eſt? Et paulo pòſt explicat ipſa (verba) idem propheta dicens ex perſona Dei: Ego dominus Deus, qui vocaui te in iuſtitia: apprehendi dexteram tuam, & vires addam tibi: & dabo te in teſtamẽtum generis, in lumen gentium, ad aperiẽdum oculos cæcorum, & ad educendum oculos compeditorum, & ex domo cuſtodiæ ſedentes in tenebris. Et rurſus idẽ Eſaias: Et dixit mihi, Magnus tibi hic vocetur puer meus, & ſiſtat tribus Iacob, & diſperſionem Iſraël conuertat. Et poſui te in teſtamentum generis, in lumen gentium, vt ſis ſaluti vſque ad extrema terræ.

Labitur memoria, hæc enim verba præcedunt, capite videlicet 42.

Ad erudiẽdum & cõſtituendum tribus Iacob, & ad conuertendum diſperſionem Iſraël.

Quod ante ſecundum Domini aduentum venturus ſit Helias.

Malac. vlt.

MAlachias Propheta dicit: Ecce ego mitto vobis Heliam Prophetam, antequam veniat dies ille Domini magnus & illuſtris, qui reſtituet corda patrum in filios, & cor hominis in proximum ſuum, ne vbi venero, percutiam & perdam terram funditus. QVOD VOCANDI eramus Chriſtiani: Videbunt gentes gloriam tuã, & omnes reges iuſtitiam tuam, & vocabit te nomine nouo, quod ipſum nomẽ Dominus imponet. Et idem: At iis, qui ſeruiunt mihi, imponetur nomen nouum: quod benè audiet in terra. Et erit in extremo nomen eius clarum in omni terra: & nomine eius cognominabuntur populi multi, & in viis eius ambulantes viuent in eis.

Quod futurum erat, vt turbaretur Herodes & familiares eius omnes.

Vt in plurimis locis totius exẽplaris quo vſus ſum, author hic fœdiſſimè corruptus & mutilatus eſt, ita quæ ad hũc titulo pertinent, negligẽtiane, dicam, an nequitia librarũ præterita eſſe videntur. Nam quæ

IN die illa dicit Dominus, ſubducit eum in altitudinem ſpeculationũ & ad glorias excellentes: de quibus ait, Statui fines gentium numerum angelorum Dei. Nõnulli autem dicũt, quod ex ſua ipſius perſona & illis ipſis verbis diabolus ad eum hæc loqueretur, & non per mentẽ: quemadmodum etiam nobis iniicit vitioſas & humanis affectibus obnoxias cogitationes. Neque enim fieri poterat, vt mens illa integra atq. incorrupta aliquid abſurdi per cogitationes animo agitaret. Quod etiam ipſi magis quàm illi fatemur. quòd autem ex ſua perſona cum domino collo- A quutus eſt (id enim voluit ea ſermocinatio cõceſſióque propter ſummam demiſſionem atque conſilij diſpoſitioniſque diuinæ exequutionem & victoriam de aduerſario) nihil ea res ſermonem lædit. Permiſſum enim Malo fuit, vt tanquam hominem qui videbatur, Seruatorem aggrederetur, vt cum Deo congreſſus ſuperaretur, atque ita haud magno negotio ab hominibus capi & vinci poſſet. Quoniam autem aduerſarius hæc ſecum cogitabat, & in animo habebat etiam ea, quæ maieſtati diuinæ conueniebãt, audiebat à Seruatore, præoccupante nimirum, & arguẽte illius vecordem arrogantiam, ſi quis etiam illud, quod ad quendam ſanctum B mente intercedẽtem apud Deum dictum eſt: Quid clamas ad me? Item illud quod ad Phariſæos & Scribas dictum eſt: Quid vos cogitatis mala in cordibus veſtris? rectè excipiat, & ſana mẽte intelligat atque interpretetur: videbit ineffabili & occulta ſapientia, ſupra captum etiam noſtrum, peragi opera diuina. Egredietur virga de radice Ieſſæ, & flos ex ea aſcendet, Chriſtus Deus noſter: & requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapiẽtiæ, ſpiritus prudentiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & replebit eum ſpiritus timore Dei. Hi ſunt C generales ſpiritus ſiue dona, quibus reliqua comprehenduntur: quæ in Chriſto ſolo requieuerunt, in quo etiam corporaliter inhabitat omnis plenitudo Deitatis. De prophetis autem: Effundam, inquit, de ſpiritu meo, partem aliquam, & non tantum, ſic in Seruatore Chriſto, quemadmodum etiam diuinus Apoſtolus: Vnicuique noſtrum, inquit, data eſt gratia iuxta modum doni Chriſti, hoc eſt, iuxta conuenientiam & proportionem vniuſcuiuſque purificationis. Quinam autem & quot ſint ſpiritus oppoſiti ſiue contrarij (his ſpiritibus) dicere licet, quippe tot D ſunt, quot etiam virtutis videlicet ſunt ſpiritus. Et quinam illi? Spiritus fatuitatis atque ſtultitiæ: ſpiritus imprudentiæ ſocordiæque, quo etiam Iudas ille ſocors & inconſideratus repletus erat: de quo dicit ſcriptura: Qui inconſideratus & imprudens eſt, non intelliget: ſpiritus temeritatis & conſilij, contemptus atque inconſiderantiæ, quoniam etiam cõſilium eſt, de aliqua re (ſuſcepta) voluntas: quod conſilium (nempe) vt nos ſeruaremur, Dominus ante ſecula iniit. Conſilij verò contẽptus & inconſiderantia eſt, nolle hominẽ

deinceps ſequũtur, parum aut nihil cum titulo conueniunt. Et hic multa videntur omiſſa eſſe.

conſequi ſalutem. Ita dicimus etiam fortitudinis dono contrarium eſſe timiditatis & imbecillitatis incommodum, aut infirmitatem ad bonum, & debilitatem ad pietatem. Quoniam etiam fortitudo virtus eſt aduerſus dæmonas, & affectus & vitia: vt etiam diuinus DAVID ait: Fortitudo mea & laudatio mea dominus: & fuit mihi ſaluti. Nam à dæmonibus & affectuum atque perturbationum vitioſitate vinci, quî poterit huic diuinæ ſpiritus virtuti non eſſe contrarium? quemadmodum, opinor, etiam boni ſcientiæ, boni ignorantia: & pietati impietas vel contemptus religionis ac praua religio, & ſatietati, Dei guſtatio: itidem timori Dei contrarium timoris vacuitas. Quid enim perniciosius eſſe poſſit, quàm nō timere Deum? Nam timor domini caſtus eſt, manens in ſeculum ſeculi, &, Initium ſapientiæ timor domini, & vbi timor, ibi mādatorum obſeruatio eſt. Ac generalia quidem dona diuina hæc enumerauimus, vt quæ quàm plurima alia dona atque virtutes ſpiritus in ſeſe comprehendant. Nam donum eſt etiam lenitas animæ, manſuetudo atque clementia: item tolerantia, & innumera alia. Iam verò vitioſitatis & malitiæ ſunt efficientiæ atque ſpiritus, dolus, improbitas, mendacium, quinetiam maledicentia & furtum: & quæcunque (virtuti) contrariam vim habent, ex quibus etiam horum author & inuentor nominatur. Fur eſt enim diabolus, & pater mendacij, & ſerpens, & ignis, & draco propter peſtiferam & venenatam eius naturam, & inſidiæ circumuentióque & laqueus: & ſi quod eſt aliud ſimile.

Pſal. 117. *Pſal. 18.* *Prou. 19.* *Locus corruptus.*

Explicatio dicti Euangelici, & ſtatim exiuit ſanguis & aqua.

Ioan. 16. SAnguinem & aquam ex diuino dominicóque latere fluxiſſe ab Euangelio docemur, nō ſimpliciter, ſed primum quidem, ideo quòd purificationes legales ad figuram & adumbrationem horum duorum, tum aſperſiones ſanguinis, tū luſtrationes per aquam peragebant: deinde verò etiam, quòd vbi veritas venit, ſumma noſtræ ſalutis per aquam & ſpiritum myſticè perficitur, atque complentur: quoniam tum per diuinum baptiſma, tum per ſancti ſanguinis participationem & vſum conſecrari nos, ac diuinitatem induere credimus, quemadmodū his ipſis dictionibus & verbis diuinus orator Chryſoſtomus exponit. Exiuit, inquit, ſanguis & aqua, oſtendente ſcriptura, quòd non ſimpliciter eiuſmodi fontes proſiluerint: ſed quoniam ex his ambobus Eccleſia cōſtat, atque id cognoſcunt & intelligunt fideles, qui per aquam quidem ſunt renati, per ſanguinem autem & carnem aluntur. Atque hinc myſteria ſumunt initium, vt cùm ad horrendum poculum accedis, tāquam ab ipſo dominico latere bibiturus accedas. Et paucis interiectis: Nec hoc ſolùm, verumetiam iis qui non credituri erant, loco demonſtrationis fuit id, quod auſi erant (nefarij) facinus committere, nempe Thomæ illiúſque ſimilibus. Non longè autem diuerſa ab his eſt etiam mēs theologica, dum in libro de feſto Paſchæ (hunc ipſum locum) exponit his verbis: Oportebat enim etiā creaturas vnà cum creatore pati atque condolere, velū quod ſcindebatur, ſanguis & aqua, quæ ex latere effundebantur: ille quidem tanquam hominis, hæc verò ſuper hominē. Et paulo pòſt: Paucæ guttę ſanguinis totū mundum reformantes & inſtaurantes, atque omnibus hominibus ſicuti coagulum lactis euadunt, in vnum nos cogentes & coniungentes, vt per vtramque patrum ſententiam coniungantur non ſolùm virtus baptiſmatis & diuini ſanguinis participatio, vna quidem per aquam, altera verò per ſanguinem: verumetiam ipſa humanæ naturæ firma certáque probatio: id enim certum atq. perſpicuum eſt Theologum dicere (illis verbis) ille quidem tanquam hominis: cui apponit etiam totius mūdi reformationem & inſtaurationem, & fidelium mutuam inter ſeſe coniunctionem & conſociationem. Sunt autem etiam aliæ multæ patrum de his verbis expoſitiones, quæ ſupradictis non aduerſantur, quas adiicere tempeſtiuum & cōmodum non eſt. Attamen quòd etiam anima domini patris manibus commendata, cùm ita bonum & commodum illi viſum eſſet, etiam ad inferos deſcendit, vt etiam iis ſpiritibus, qui in inferno erant, ſalutem prædicaret, ac in mortuos & viuentes dominaretur, & infernum quidem ſpoliaret, humanæ verò naturæ reditum ad vitam conficeret, cùm primitiæ dormientium & primogenitus ex mortuis extitiſſet: in multis ſcripturæ locis animaduertere licet, vt nihil ob hæc menti piæ officiat, quòd etiam poſt mortem ſanguis fluxerit ex latere immaculato, quoniam cum naturalibus, etiam ea, quæ ſu-

perant naturam, in vniuerſum perfici in Verbo, quod & Deus & homo erat, videmus.

Vt Petra vitæ Chriſtus in diuinis ſcripturis prædicatus ſit, & quare lapis.

PETRA vitæ, Dominus & Deus noſter Ieſus Chriſtus dicitur, & petra fidei, atque etiam petra offendiculi non credentibus, vt qui in eo conterantur & diſſoluantur. Sic autem his nominibus vocatur communi (videlicet) ratione, propter firmitudinem Deitatis: ac petra quidem vitæ, tanquam fons & radix & principium & cauſſa & exitij expers & æternus: petra verò fidei, tanquam fundamentum, vt ipſe Dominus ait ad principem
Matth. 16. (Apoſtolorum) Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, ſuper cōfeſſionem videlicet Chriſti, quia dixerat: Tu es Chriſtus, filius Dei viuentis. Quemadmodum item Dauid in tri-
Pſal. 39. geſimo nono pſalmo, Et ſtatuit ſuper pedes meos, & direxit greſſus meos. Et Apoſtolus in prima epiſtola ad Corinthios:
1. Cor. 10. Bibebant enim ex ſpirituali petra ſubſequente (eos) petra autem erat Chriſtus. quoniam dixit quòd potus eſſet ſpiritualis, nihil habebat, quòd variaret & immutaretur, quemadmodum manna, ex modo ſcaturitionis probat, quòd potus eſſet ſpiritualis: neque enim propria natura petra aquam emittebat: ſed alia quædam petra ſpiritualis, qui erat Chriſtus, quicquid A fiebat, efficiebat. Dictio autē: Subſequente, ſignificat, quòd Chriſtus ſemper vnà adeſſet, & omnia miracula ederet. Lapis Dominus (Ieſus) Chriſtus nominatur: quemadmodum, inquit propheta, Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic duobus parietibus, qui ex diametro inter ſe diſtabant (de iis loquor qui ex Iudæis & gentibus crediderunt, his quidem prauæ religioni ſeruientibus, illis verò legis iugum trahentibus) in vnum coactis, diſtantia atq. diuerſa coniunxit, & vnam ex ambobus compoſuit Eccleſiam, angulum quēdam imitatus duos parietes coa-B gmentantem & inter ſe coniungentem. Hunc tamen lapidem, cùm eſſent ædificatores Phariſæi & Sadducæi & ſacerdotes & ſcribæ reprobauerunt & crucifixerunt: ſed factus eſt in caput anguli, qui etiam angularis vocatus eſt. Eſaias ex perſona Dei, Ecce pono in Sion lapidem pretioſum, electum, angularem, honorabilem in fundamenta eius: & quicunque crediderit in eum, non confundetur. De hoc item beatus Paulus dicebat: Ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, cum ſit lapis angularis ipſe Ieſus Chriſtus. Hunc autem lapidem C vidit etiam Propheta Daniel ſectum & inciſum abſque manibus, cùm de partu virginis, qui citra viri conſuetudinem accidit, doceretur, hunc vidit imaginem confregiſſe, hoc eſt vitæ vanitatem, & in magnum montem euaſiſſe, qui orbem terræ habitatum ornaret.

ANNOTATIONES IN GREGORII NYSSENI ANTISTITIS, DE HOMINIS OPIFICIO DIVINVM COMMENTARIVM, IN quibus & explicantur loca quædam obſcura, & deprauata reſtituuntur ab interprete IOHANNE LEVVENKLAIO.

EX EDITIONE BASILIENSI, APVD OPORINVM, an. CIↃ. IↃ. LXVII. *omiſſis quibuſdam demonſtrationibus Mathematicis minus neceſſarijs, & mutatis numeris pro varietate paginarum, notatiſque locis, quę ab illis explicantur, expreſſę.*

QVVM ante cccc. annos propè ſit hic Gregorij commentarius in Latinum ſermonem conuerſus, fortaſſe nō nemo cauſſas auet inſtitutæ nouæ conuerſionis intelligere, tacitéque has à me requirit. Ego verò breuiter ita rem omnem tibi, Lector, aperiam: vt neque me adductum vllo animi morbo, exploſis aliorum laboribus, mea voluiſſe reponere, ſis exiſtimaturus: & libenter, vti ſpero, non nullum me pretium operæ feciſſe hac in conuerſione faſſurus. Quum eſſem nuper apud IOHANNEM IACOBVM GRYNAEVM, quem honoris cauſſa nomino, fortè in ornatiſſima ipſius bibliotheca librum hunc Gregorij reperi, qui fuiſſet aliquando SIMONIS GRYNEI, cuius etiam in eo manu quædam notata cernebantur. itaque mihi cupidè hunc pellegenti, maximámque voluntatem ex ipſa lectione capienti, cœpit auctor eſſe, vt eum de ſermone Græco in Latinum conuerterem. Parui non inuitè, præſertim quod mirificè mihi quum rerum explicatio præclariſſimarum, tum dicendi character eximius placerent: moleſtéque adeò ferebam, librum talem vulgo notiorem non eſſe, qui ſemel tantum de Aldi officina ante annos triginta prodijſſet: quum maximam ex eo & ſacrarum litterarum, & artis medicinæ, & philoſophiæ de natura rerum ſtudioſi capere vtilitatem poſſint. Nihil tum nobis conſtabat, eſſet ne conuerſus in Latinum ſermonem, necne. quod ſi etiam verum fateri debeo, neminem adhuc in eo interpretando laboraſſe credebamus: idq; propterea, quòd publicè vix notus eſſet, niſi quatenus inter opera Gregorij recenſetur. Verùm enimvero Baſileam quum redijſſem, intellexi de Ioanne Oporino, typographo de litteraria republ. præclarè multis iam annis merenti, eſſe in Epiſcopiana officina Gregorij noſtri opera, quæ quidem exſtare putarentur, edita vniuerſa. Horum deinde Catalogum quum inſpexiſſem, reperi hunc etiam commentarium, quem in Latinum ſermonem Dionyſius quidam tranſtuliſſet. Legi interpretationem huius cupidè, quod iam decreuiſſem labore meo ſuperſedere. Sed enim tantum abeſt, Lector, vt ab inſtituto me Dionyſius reuocarit: vt quum vel paulum progreſſus eſſem, animaduerterem magis etiam mihi elaborandum, ne bono theſauro litteratæ ſapientiæ ſtudioſi diutius carerent. Nam vti Philoſophus ille princeps aiebat, eſſe ſuas Scholas & ἀκροάσεις, quas appellabat, editas, & non editas: ſic videbam Gregorium conuerſum eſſe, & non conuerſum, immò ſi verum dicere velim, indignè fœda pollutum barbaria planéque peruerſum. Addita eſt Ioan. Cononis epiſtola, ſcripta ante annos (niſi fallor) ſexaginta, qua ſe conuerſionem hanc nonnihil emendaſſe quibuſdam in locis profitetur, idque de fragmento Græco, eam ſi leges, facilè intelliges, me iniquum cenſorem laboris alieni non eſſe. Atque vt guſtum quemdam percipere quiuis poſſit, qualis hæc ſit interpretatio Dionyſij: breuiſſimè locum vnum & alterum attingam, de quo vel infrà mediocritatem Græcis litteris eruditi ſtatuere poſſint, ecquæ fuerit in Dionyſio Græcæ linguæ peritia. Nam doctiores ſi eius conuerſionem inſpiciant, haud dubiè pronunciabunt, vna, quod dicitur, litura tolli errata omnia poſſe. Non longè abiero, in ipſo lemmate primi capitis verba ſunt Gregorij: Διήγησις περὶ τῶν προηγησαμένων τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως. Id Latinè, ſic opinor dixeris: Narratio de ijs quæ hominis ortum præceſſere. Dionyſius hæc: Expoſitio eorum quæ prius in hominis formatione peracta mōſtrantur. In capite 15. Gregorius ait: οἷα ἦν τὸ βασιλικὸν κατὰ τὴν τῶν ὑπερειλημμένων τινῶν;

Quàm præclara Hieroſolymis erant palatia? Dionyſius, qui neſciret quid inter τὰ βασίλεια & τὰς βασιλείας intereſſet, vertit: Qualia regna erant in vrbe Hieroſolyma. Ne tamen quis exiſtimet hoc fortaſſis incuria librariorum irrepſiſſe: bis etiam deinceps repetitur, ποῦ τοίνυν ἐκεῖνα τὰ βασίλεια. Dionyſius, Vbi igitur illud regnum? & paulo pòſt, τῇ τούτων καταστροφῇ συνηρέθη καὶ τὰ βασίλεια, quod itidem ille ſic conuertit: Et cum eorum ſubuerſione regnum quoque eſt deſtructum. Denique ne longum faciam, conſideret Lector interpretationem extremi lemmatis. Nam quum eius hæc ſint verba, θεωρία τις ἰατρικωτέρα περὶ τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς δι' ὀλίγων: Dionyſius ſic expreſſit, vt vel de hoc vno perſpicere quis poſſit, qualis haberi labor ipſius debeat etiam poſt adhibitam à Conone, viro ceteroqui docto, vt apparet, limam. De bona, inquit, corporis conſtitutione ſiue habitudine contemplatio medicinalis. Gregorius autem eo lemmate ſignificat, ſe in extremo libello ſuo breuiter propoſiturū quamdam altius ex ipſa medicina repetitam ſtructurę corporis humani contemplationem. Hæc indicare libuit, non quò veterem interpretem, more nunc nimio apud quoſdam opere recepto, traducerem: ſed candidè cum Lectoribus communicarem, quibus cauſis adductus retexere non dubitauerim, quod is ante quatuor ſæcula, dēſiſſimis omnem doctrinę elegantiam tenebris obtegentibus, molitus eſſet. Enimuero rem ipſam aggrediar: hoc eſt, de quibuſdam hoc in Commentario locis Lectores admonebo. Procemium Gregorij ad Petrum fratrem, latinè viſum hactenus non eſt, quod ſciam: nam conuerſionem huius, adiunctam interpretationi Dionyſianę equidem nullam vidi. De epigrammatis quod dicam aliud nihil eſt, niſi me priora duo de tribus, quæ Aldinū exemplar habet, voluiſſe tantum cōuertere, quorum primum factū eſt verſibus ſenarijs iambicis (vti quidem auctor voluiſſe videtur) per profectò ineptis, nam rationem pedum in eis obſeruatam nullam eſſe, cuiuis patet erudito. Factitarūt eius generis carmina Græci poſteriores, haud ſcio an non μιξοβάρβαρα: quorum qui copiam, volet, quærat apud Zezam in Caſſandrę Lycophronis enarratione. Alterum Nicetæ ſcriptū verſibus elegiacis eſt elegātius. Cęterùm quod adiectum erat diſtichon, omiſi prorſus: quamquam haud dubiè auctor eius ſe præclarā operam in genere nouo carminis inueniendo poſuiſſe putauerit, qui de mei quidem iudicij ſententia multo facturus erat melius, ſi ad priſtinas pangendi carminis leges accommodatum aliquod epigramma condidiſſet. Hoc verò huiuſmodi eſt:

Νυσσαέων ἀγακλεεστάτο τόδε τεῦγμα,
Ατρεκέως ἀγορεῦον τὴν μερόπων τετρακτύν.

Voluit ſignificare, confectum librum hunc eſſe ab Gregorio inter Nyſſenos illuſtriſſimo, qui præclarè quaternionem hominis enarret. Verſus ipſos appellauit ἐλεγειοπρώους ἐκ τοῦ ἐναντίου. itaque ſic eos legi voluit, inchoatos à voce poſtrema, duabus tamen primis in collocatione præcedente dictionibus tranſpoſitis.

τετρακτὺν μερόπων τὴν ἀτρεκέως ἀγορεῦον
τεῦγμα τόδε τοῦ Νυσσαέων ἀγακλεή.

Sed de his ſatis. Ne tamen pro eis eiectis nihil reponeretur, Theodori Prodomi verſus ſubſtitui, quibus (niſi fallor) æqui Lectores magis delectabuntur: quamquam & ipſi eo tempore facti ſint, quo iam vetus elegantia doctrinæ nimium quantum in Græcia degenerauerat.

De his verbis apparet huius libri, cōtinua ceteroqui ſerie ſcripti, in capita diſtinctiones factas illas quidem eſſe ab auctore: ſed ſubiectas procemio, ſicuti nos etiā fecimus. Ea verò quaſi lemmata certis deinde locis inſerta quibuſdam ab aliis eſſe, multa indicio ſunt. Nam & Græco in exemplari aliter collocantur; atq; in Latina Dionyſij editione, qui ſecutus eſt diſtinctionem librorum, quibus ipſe vſus eſt: & multa perperam ſunt poſita, quæ referri ad alia loca debebant. In lemmate capitis 24. quædam ſuſtuli, nam adiecta erant hæc verba, ὡς ἄν τις καὶ τῶν ἔξωθεν προσαχθείη πιστεῦσαι τῇ γραφῇ περὶ ἀναστάσεως διδασκούσῃ. hoc eſt, Itaut etiam aliquis ab Eccleſię doctrina alienus (nam hos Exteros Græci Theologi vocabant) adducatur, vt litteris ſacris de reſurrectione docentibus fidem habeat. Videbam nihil in hoc capite tale proponi, atque etiam hæc referenda eſſe ad caput quod proximè conſequitur. Dionyſiū deinde animaduerti feciſſe idem quod ego ſtatueram. In lemmate capitis 29. quod dicitur, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ψυχῇ τε καὶ σώματι τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως εἶναι: putaui rectè & perſpicuè vocem, αἰτίαν, per eam reddi, quę Græcis eſt ἀρχή, nobis principium, nam vſurpantur hæ promiſcuè à Philoſophis, in diſputationibus huiuſmodi, noſter etiam Gregorius infrà in ipſa diſputatione ait, μίαν αὐτοῖς καὶ κοινὴν τῆς συστάσεως τὴν ἀρχὴν ὑποθήσεσθαι. ſi quis totam loci ſententiam diligenter conſiderabit, idem mecum ſtatuet.

Pag. 35. c. *Sed vbi nobis Anom.*] Pro Anomœis, apud Dionyſium Eunomiani leguntur, idem vtraque lectione ſignificante. Nam Eunomiani etiam ἀνόμοιοι dicebantur, quòd diſſimilem patri filium eſſe docebant. Tradit hoc eximius Nazianzeni Gregorij interpres Helias, Cretæ Metropolitanus, in enarratione orationis aduerſus Eunomianos, quàm Gregorius προδιάλεξιν appellauit. Quia verò necdum publicè viſus eſt is Heliæ commentarius, vtilis profectò & elegantiſſimus, quo mirificè Nazianzeni ſublimis tam verbis quàm ſententiis oratio illuſtratur: placet ipſius verba hoc in loco ponere, quæ lucem (vt opinor) aliquam legentibus hæc afferent. Πρὸς εὐνομιανοὺς (inquit, explicans orationis argumentum) ὁ λόγος, τοὺς τῆς αἱρέσεως Εὐνομίου, τοῦ διαδεξαμένου τὴν αἵρεσιν Αετίου τοῦ Σύρου, καὶ προσθήκαις βλασφημίας ταύτην αὐξήσαντος, καὶ ἐν κυζίκῳ ἐπισκοπήσαντος. Αρειανὸς δὲ ὁ Αέτιος. τούτους δὲ τοὺς Εὐνομιανοὺς καὶ ἀνομοίους λέγουσι, καὶ ἐξουκοντίους· διότι ἀνόμοιον τῷ πατρὶ καὶ ἐξ οὐκ ὄντων διαφόρως ἐδογμάτιζον τὸν υἱόν, hæc ille. Quibus ſignificare voluit, Gregorium ſcripſiſſe orationem hanc ad Eunomianos, ſectatores videlicet Eunomij. Fuiſſe autem Eunomium, Aëtij Syri ſucceſſorem in propagatione doctrinæ impiæ & abſurdæ, quam etiam exſecrandis opinionibus adauxerit, eundem Cyzicenæ vrbis antiſtitem fuiſſe:

Aëtium autem Arij fuiſſe diſcipulum: atque hos Eunomianos etiam appellatos eſſe Anomœos, & Exucontios, propterea quòd patri diſſimilem filium eſſe, deque nihilo ortum, manifeſto traderent. Quæ omnia vera eſſe patet de ipſius Gregorij verbis, nam Eunomianos reprehendens, qui controuerſias de doctrina Eccleſię coram impijs in iudicium deducerent, inquit: τὴν γέννησιν ἀκούει θεοῦ, ἢ κτίσιν, ἢ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, ἢ ἕτερα ὁπηκρὸς τῶν λεγομένων ἀκροατής; Quamobrem, ait, vel generationem. Dei. vel etiam creationem, vel ortum ipſius de nihilo, & cetera, audit acerbus his ipſis in rebus arbiter? quibus verbis ſignificat Eunomianos vſos fuiſſe, quoties de Filio Dei diſſererent. Habes igitur breuiter indicatam à nobis rationem, Lector, quamobrem & in Græcis libris Anomœi, & in conuerſione Dionyſij, Eunomiani rectè legatur. Heliam quidem ipſum cum Gregorio nos, ſi vitam facultateſque Deus opt. max. conceſſerit, propediem exhibituri ſumus, vtrumque latinè loquentem ſtudio & induſtria noſtra, quin & Gregorij quædam hactenus non viſa, in lucem boni publici cauſſa proferemus.

Pag. 59. De his enim verbis] Pro vocabulo ζωτικὴν, quo viuendi vis ſignificatur, animaduerti manu exaratis in libris poſitum eſſe σωματικὴν δύναμιν. Id indicandum eſſe putabã, quamquam ipſe lectionem priorem probarem. Gregorius quidem ipſe non multò poſt vocat πλείω ἐν σώματι ζωὴν, quod libri ſcripti lectionem confirmare videtur.

Ibid. Ex quo illa ſemper.] Pro εἰς περιθήκην τῶν περιφερομένων, liber manu ſcriptus habebat τῷ περιφερομένῳ, non incommodé: quando referri hoc & ad τὸ κατάλληλον, & ad περισσεύουσα poteſt.

Ibid. c. Senſus tamen] Pro ἢ τὸ κατ᾽ αἴσθησιν οἰκονομοῦσαι. liber idẽ manuſcriptus habebat οἰκονομοῦντα.

Pag. 60. c. Licet hęc de Apoſt.] Quod extare dicit hæc Pauli verba in epiſtola ad Epheſios, ſi profectum ab ipſo eſt Gregorio, μνημονικὸν σφάλμα putari debet: ſin à librariis, γραφικόν. Nam reperiuntur hæc in epiſtola ad Theſſalonicenſes altera, capite quinto. Dionyſius vertit. *Nam & Apoſtolum tale aliquid cognoſcimus intimare vbi pro Theſſalonicenſibus orans ait.*

Pag. 63. tanquam plectrum.] Ad verba πλήκτρου δίκην, adiecta vox erat in libro manuſcripto ὀργανικοῦ. rectè ne, an ſecus diſpiciat qui volet. nam nos notas ſolummodo quaſdam adiicere decreuimus, non integras omnium explicationes, quæ occurrunt.

Ibid. ὥσπερ ἐν συνῳδίᾳ τινί.] Hæc verti, mutuo conſenſu: diuerſam ab Aldina, ipſáque etiam manu exarata editione ſcripturam ſequutus. hæc enim habebat ὥσπερ ἐν συνόδῳ: Aldina verò, ἐν συνοδίᾳ pro quo συνῳδίᾳ reſtitui, quando ſic legendum eſſe verba Gregorii cætera declarant, ſi quis ea diligentiùs conſideret.

Ibid. c. Tibiæ ſimilem] Meatum tibiæ conſimilem dixi, qui Græcis eſt αὐλοειδής, quod vocabulum hoc loco repoſui, quum in editione Aldina legeretur ὁ αὐλὸν δὴ, liber autem manuſcriptus opinionem meam comprobaret. Vocabulum proximè hoc antecedens κυλινδροειδὴς retinui, quum in manu ſcripto legeretur κυλινδρηρής, ſententia prorſus eadem.

Ibid. c. Quod colum vocant.] Pro ἰσθμὸν, quod colum verti, ſcriptum erat in libro manu exarato, τοῖς περὶ τὸν ἰσθμὸν χόνδροις: hoc eſt cartilaginibus quæ ſunt circa iſthmum. ſic autem appellant interiora verſus guttur oris loca Græci, ſumpta voce hac ab ijs terrarum regionibus, quæ quaſdam anguſtias habent, protendente ſe inter maria duo quodam quaſi terræ collo: ſicuti fit in Iſthmo Corinthienſi. éſtq; adeò inter duo maria ἰσθμὸς, quod terras inter fretum: vt Siculum, vt Helleſponticum, vt Boſporanum, cætera. Vtrum verò vocabulum rectiùs hoc loco retineatur, diſpiciant, qui volent, ex Anatomicis: mihi ſatis eſt, indicaſſe ſcripturam veterem. Quod autem eodem hoc loco legitur γεγονότι γὰρ τὴν ἰσχὺν ἀπεργάζεται: in eo pro τὴν ἰσχὺν legebatur in manuſcripto libro αὐτὴν, quod referri videtur ad φωνὴν, idẽ vtraq. lectione ſignificante.

Pag. 64. a. Si grauè moleſtúmque.] Legebatur in Aldina editione, εἰς τὸ βαρὺ καὶ ὀχληρὸν ὁ κατὰ τὴν βρῶσιν λατρείας τοῖς χείλεσι τὴν χρείαν τοῦ σώματος ἐπιτελουμένην. quæ quum eſſe corrupta viderem, pro εἰς ſubſtitui noſtra in editione εἰ. & ante τὴν χρείαν addidimus πρὸς: vt iam plana ſit ſententia, quam in conuerſione expreſſimus.

Ibid. d. Mentis oppidum.] Quum legeretur in Aldina editione, κατὰ τὴν τοῦ νοῦ πόλιν, pro κατὰ repoſui καὶ, quòd animaduerterem mendis plurimis apud ſcriptores Græcos occaſionem præbuiſſe ductus elegantes litterarum, quibus nõ magno ſpacio litteræ pluſculæ interdum comprehenduntur. De hoc vir maximè doctrina & humanitate GVLIELMVS CANTERVS, quem vt amicũ præcipuũ beneuolentiæ cauſſa nomino, multa extremo in Ariſtida ſuo notauit.

Pag. 65. c. Menti inſinuata.] Quum in exẽplari Aldino eſſet, εἰσοικιζόμενον, ἡ γεῦσις, ἡ ὄσφρησις, ἡ ἀκοὴ, πολλάκις δὲ καὶ ἡ ἁφὴ, καὶ ἡ ὄψις: nõ dubitaui locũ deprauatum ſic emendare, vt legerem: ἡ γεύσει, ἡ ὀσφρήσει, ἡ ἀκοῇ, πολλάκις δὲ καὶ τῇ ἁφῇ, καὶ τῇ ὄψει. quod probaturos homines eruditos confido.

Pag. 66. a. Per ſenſum diuerſ.) Legebatur antehac, ὅταν αἰσθητικαῖς δυνάμεσι: pro quo reſtitui, ὁ ἐν αἰσθητικαῖς δυνάμεσι. Hoc enim ipſa verborum ſententia poſtulat. etiam Dionyſius ita legit.

Pag. 68. c. Quem ab iſthmi.) Hunc locum, ductus & coniecturis & rationibus, ſic reſtitui, quum antea legeretur, διὰ τὸν ἰσθμὸν ὁδὸν: pro quo, ἰσθμοειδῆ repoſui. Eſt autẽ paullo etiã antè ſignificatum in Annotatione decimatertia, pro ἰσθμὸν, ſcriptũ in libro manu exarato fuiſſe, ἰσθμὸν, cap. 9. Quapropter idem arbitror accidiſſe in hoc loco. Eſt enim ea verborũ Gregorij ſentẽtia, guſtatũ fieri per neruorũ ſurculos, qui à meninge profecti per ceruicis vertebras, tãdẽ ad os deferãtur. Nã qui fieri poteſt, vt in ἰσθμῷ ſiue colo fiat guſtatus, qui ſunt muſculi circa colum? Quod, niſi vehemẽter fallor, lingua guſtatus eſt organũ. ſunt autẽ linguę radices in ἰσθμῷ. quapropter ortos à cerebri mẽbrana ſurculos nerueos muſculis in ἰσθμῷ inſeri putandũ eſt, itáque guſtatũ fieri. Sed hęc medicis, prætertimque peritis diſciplinę quam ἀνατομικὴν vocant, relinquo. Folio

autem ἐπὶ repoſui, νοτερὸν ἀτμὸν, ex libro manu ſcripto: vdum halitum, pro νοερὸν, quod eſt in editis. Et non multo pòſt, pro βάσιν, legebatur μόνην: quod mutandum tamen non putaui.

Pag. 74. b. Somno laxatū.] Pro λύσιν ἐμποιεῖ διὰ τῦ ὕπνυ, liber manuſcriptus habebat ὄπνοιεῖ. quæ lectio mihi quidem non incommoda viſa eſt. retinui tamen Aldinam.

Ibid. c Quum ſol radios.] Pro ὅταν ἐπιλάμψῃ, legebatur in libro manuſcripto ἐπιθάλψῃ. mihi quidem videtur efficacitas, vt ita dixerim, maior in hoc eſſe, quàm in ἐπιλάμψῃ. Et Gregorius noſter in extremo capite, nòn procul à principio, verbo διαθάλπειν vſus eſt, quum ait, tres in primis eſſe facultates vitæ noſtræ tamquam adminiſtras, quarum prima calore ſuo cuncta διαθάλπει, &c.

Ibid. Paulatim cuap.] Retinui lectionem libri Aldini, ἐξατμιζόμενοι διαχυρευῶνται, paſſim ſe permiſcent: quamquam ſtatuerem, rectius in libro manu exarato legi διαφορεῖωνται, hoc eſt ſparguntur. Paullo pòſt legitur, μηχανικῆς μολυβδίνης: pro quo ex libro manuſcripto reſtitui, μηχανῆς μολυβδίνης.

Ibid. d. Senſu in corpore.] Pro ἀπηρημένοις ἐν τῷ σώματι τῆ αἰσθήσεως, liber manuſcriptus ἠρεμοῦσης habebat ſenſu eodem. paullo pòſt συνδιεζεύχθαι, pro συνδιεξεύχθαι: quod ſequutus ſum.

Pag. 75. b. In rectum extendatur.] Pro εἰς εὐθείας ἀποτεῖναι, vetus ille, quem dixi, liber habebat ἀποκεχύσθαι. Et paullo pòſt, pro ἀποπληρωθέντος, ἀποπληθέντος: quod indicare volui, quamquam neutrum probarem. Ceterùm quod ait Gregorius, ea quæ rotunda ſunt, in rectum non extendi, ſed in circularis figuræ formam neceſſariò dilatari, eleganter dicitur: & explicari, vt opinor, diagrammate ἐπιπέδῳ huiuſmodi quodam poteſt. Libet enim Geometrarum morem obſeruare. Propoſitum hoc eſt, &c.

Ibid. d. Licet hoc quoque.] Quum antea legeretur, τεκμήριον δὲ τὸ, καὶ ἐν πόνοις τι καὶ ἀμηχανίαις πολλάκις ἐκεῖνο ἐστι, καὶ ἴπερ: repoſui lectionem genuinam, τεκμήριον δὲ τὸ, καὶ ἐν πόνοις καὶ ἐν ἀμηχανίαις πολλάκις, &c. adiutus in hoc manifeſta libri veteris ſcriptura.

Pag. 76. a. Itaque mihi.] Aldini libri quum haberent, φημὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν αἴσθησιν ἐνεργείας: admonuit me liber manu ſcriptus eſſe legendum, τὰ κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν αἴσθησιν ἐνεργείας. de quo plana & perſpicua ſententia colligitur, animo ſecundum facultates præſtantiſſimas quieſcente, ſecundum mentis nimirum & ſenſuum actiones: ſolam partem illam, quæ nutriendi vim habet, nobis dormientibus officium facere. Quod quidem ita eſſe, vti Gregorius tradidit, quanquam probari de philoſophorum libris etiam poſſet: tamen obmiſſis horum teſtimonijs elegantiſſimos poëtæ veteris Petronij Arbitri verſus potius recitandos putaui, qui nuper antiquis in ſchedis inuenti, & à G. CANTERO prolati ſunt:

Somnia quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra Deûm, nec ab æthere numina mittunt:
Sed ſibi quiſque facit. nam quum proſtrata ſopore
Languent membra, quies & mens ſine pondere ludunt:
Quidquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſæuit in vrbes:
Tela videt, verſaſque acies, & funera regum,
Atque exundantes perfuſo ſanguine campos.
Qui cauſſas orare ſolent: legeſque, forumque,
Et prauido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes, defoſſumque inuenit aurum.
Venator ſaltus canibus quatit. eripit vndis,
Aut premit euerſam periturus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix: dat adultera munus:
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Hiſce in verſibus, Lector, planè rotundis & præclarè factis, vides idem dici, quod Gregorius tradidit. Nam quod noſter ait, quieſcere præſtantiſſimas animi per ſomnum facultates, quibus ſolis profectæ à prudentia, integræque mentis actiones ſint tribuendæ: id Petronius ſic extulit, vt dicat mentem quietémque per ſomnum ſine pondere ludere. Pro perfuſo autem ſanguine, potius eſſe legendum profuſo, exiſtimo. Et verſus penultimus,

----- *canis in ſomnis leporis veſtigia latrat,*

ſententiam habet non planè diuerſam ab eá, quæ eſt in verſu Theocriteo, in Idyllio ad Diophantum:

πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται. ----

omnem caniculam in ſomnijs ſibi quaſi vaticinando panes polliceri. De quo ipſo patet, effici à parte in nobis rationis experte inſomnia, cetero qui nobis cum animantibus ratione carentibus communia non forent.

Ibid. Per vim animi.] Quum eſſet in editis libris, ἀφ' αὐτῆ διὰ τῦ μαντευτικῦ τῆ ψυχῆς εἴδυς ἀποτελεῖται, ſequutus auctoritatem libri veteris manuſcripti, pro αὐτῆ repoſui αὐτοῦ: quod referendum eſſe ad τὸ θρεπτικὸν, facile quiuis intelligit.

Ibid. b. Sed confuſis.] Aldinis in libris quum legeretur, ἀλλὰ πεφυρμέναις τισὶ καὶ ἀκολούθοις ἀπάταις προσαναπλάσσεσθαι, idque vitio non carere perſpicerem: conſulto libro manuſcripto, inueni legendum eſſe πεφυρμέναις τισὶ καὶ ἀνακολούθοις ἀπάταις, &c. Eſt autem facilis litteræ υ in ο commutatio: ſicut apparet de ijs etiam, quæ ſuprà in 21 Annotatione ſignificaui de hoc ipſo verbo. & in Capite 23, non procul à fine, ἀποκαλῦψαι τὴν ὅλην habet Aldina editio, quum legendum omnino ſit τὴν ὕλην.

Pag. 77. a. Simul mentem.] Retinui lectionem Aldinā, tametſi pro ἠρεμοῦντος συγκαταπαύεσθαι, legeretur in vetere libro ἠρεμοῦντι συγκαταπαύεσθαι.

Ibid. b. Non eleganter.] Aldini libri habēt, οὐκατ' ἀριθμὸν ἀρχῇ τὸ μέλος: pro quo repoſui vocem multo magis huic loco conuenientem, quam in libro manuſcripto reperi; οὐ κατὰ ῥυθμὸν ἀρχῇ, &c.

Ibid. c. Velamentis.] Retinui lectionem Aldinam, περικαλύμμασί τισιν ἀμφιβόλοις ἐπιπροσκάζοντα. Liber autē vetus habebat, περικαλύμμασί τισιν ἀμφιβόλοις ἐπιδιστάζοντα. quam lectionem annotare volui, non indicata ſententia mea. verbum quidem διστάζειν Heſychius interpretatur, διχονοεῖν, καὶ ἀπορεῖν καὶ ἀμφιβάλλειν.

Pag. 79. a. Conſentanea.) κατάλληλος τῷ πάθει, erat in libro vetere ſcriptum: quod retinui. Editi habent, καταλλήλως.

Ibid. b. Quod igitur.) ὅταν ἀμβλυωθείσης ὑπὸ ἀρρωστίας τῆς νοήσεως ἡ φύσις ἐπάγει. In his verbis νήφειν vocabulum ſignificationem habet σωφρονεῖν, vel νουνεχεῖν, deductum à verbo νήφειν. Nam ſobrij maximè ſapimus: quum τὸ νήφειν ſit ἀρχὴ τοῦ φρονεῖν, ſecundū illud Ἐπιχάρμειον, quod ad Quinctum Fr. M. Cicero recitat. Itaque ſic de verbo ad verbum locus hic ſonat: Quod igitur hebetata per vim morbi intelligentia naturæ accidit, & cet.

82. *b. Propè à vita.*] Retinui lectionem priſtinam, ὡς ἐγγὺς πόρρω τῆς φυσικῆς ταύτης, & cet. quòd eorum natura propè à vita illa rerum naturalium abſit. Hoc tamen indicare volui, me & hoc loco, & ſuprà in 8. cap. animaduertiſſe, Dionyſium φυτικὴν ζωὴν, quæ (vt Gregorius ait) περὶ τὰ φυτὰ θεωρεῖται, interpretatum eſſe ſurcularem, quapropter cogitare cœpi, an ne legerit φυτικὴν ζωὴν, vitam plantis conuenientem? Tametſi ne hoc quidem ignorem, philoſophos ceteros etiam naturalem animam dicere, quæ in plantis exiſtat.

Ibid. d. Etiam exterius.] Quum in Aldinis libris legeretur, ἡ γὰρ περιλαμβάνεται τὰ ἀσώματα περιλαμβάνειν τι, quàm minima facta mutatione, quod ſic legi debere non dubitarem.

83. *b.* τύπον ἐκ.] In lemmate, pro τύπῳ ἐκ ὄντων, repoſui τύπον ἐκείνων quum hæc non ſint in exemplo principe, videlicet in Deo: poſtulat hoc verborum ſententia.

84. *d. Ideirco vniſis.*] Pro ὅπως ἄρα γένοιτο γεωργία, ſicut hactenus legebatur, repoſui ὡς ἂν ὅσα, ſenſu plano, & cuiuis perſpicuo.

85. *b. Inuenienius.*] Pro εὑρισκομένη, reſtitui εὑρισκομένη. Leuiuſculum hoc, ſed indicandum tamen putaui: vt nihil me temerè loco veluti mouiſſe Lector intelligeret, quantumuis non magni momenti eſſe videretur.

88. *b. Ideirco per hanc.*] Vt eſſet Lectori magis aliquanto perſpicua orationis ſententia, liberius conuerti hunc locum, & luculentius. ὁ, εἷς enim, quod bis poſitum hic à Gregorio eſt, quum ſit ἀρσενικὸν, tantumdem valet atque ἄτομόν τι, quemadmodum Dialectici loquuntur. Nam quum in aliquem intuens, hunc hominem dico: non ſpeciem intelligo, ſed indiuiduum. Sic ergo Gregorius noſter ait, verba iſtæc intelligenda, Faciamus hominem ad imaginem noſtram: nimirum de tota ſpecie, non de Adamo, qui eſt ὁ, εἷς ἄνθρωπος, hoc eſt indiuiduum. Feci hoc eo lubentius, quòd viderem hæc confuſe & ſine ratione à Dionyſio reddita.

Ibid. d. Non enim imago.] Aldina editio habet, ὅτι ἐστι μὴ καθ' αὐτὴν θεωρουμένη, pro quo legendum cenſui μὴ καθ' αὐτὸν, non vni alicui conceſſa eſt homini peculiariter. & paullo pòſt, antè πᾶσιν ἐνυπάρχει, collocaui particulam ὅτι, quæ deſiderabatur.

Pag. 90. a. Equidem hæc.) Pro ὅστις ἐστιν ἄν, reſtitui ὅστις, quæ vox ad λόγος refertur, ſenſu manifeſto.

Ibid. d. Eadem igitur.) In Aldina editione legitur, ἐστὶ αὐτῇ, ἐπὶ τῶν βραχύ ἐστι, &c. Ego verò ἐστὶ cõmutaui in ἔστω, id quod referri debet ad προηγουμένου τρόπου, quæ verba præcedunt. atq; ita etiã verti.

Pag. 92. d. In quibus dupl.) Aldina editio habet διχηλοῦφας μορφάς, pro διγλύφους μορφάς. ſic enim neceſſariò legendum eſt.

Pag. 93. a. Ab hac enim.) Diuturnam irati animi acerbitatẽ dixi, quo vocabulum μῆνις exprimerem. Nam hoc Græcis ἐπίμονον χόλον ſignificat, vt Didymus tradidit. Euſtathius etiã παρὰ τὸ μένειν vocem ipſam deducit, hoc eſt, à durando. Diſtinguit enim hæc tria, μῆνιν, ὀργὴν, & θυμόν. μῆνιν ait eſſe μόνιμον ὀργὴν, παρὰ τὸ μένειν: irã durabilem, vt ita dixerim, & quæ non facile exſtinguitur, dictam à durando. ὀργὴν eſſe tradit ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως, παρὰ τὸ ὀρέγειν, μονιμώτερόν τι δηλοῦσαν, ὁ θυμός. hoc eſt, eſſe libidinem vlciſcendi ſeſe, viciſſimque inferendæ iniuriæ, dictam ab ὀρέγειν, quod valet appetere. Significare autem perturbationẽ durabiliorem, quàm quæ per vocem θυμὸς intelligitur. Nam θυμὸν dici παρὰ τὸ θύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν, commoueri ſubito, vt ſit θυμὸς quaſi θύσιμος, quo ſignificetur κίνησις & ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος, hoc eſt, commotio & quidam veluti feruor ſanguinis cordi vicini. Idem patet de libello Definitionũ Gregorij Nazianzeni, quem hactenus nõ viſum publicè, in lucem (Deo iuuante) proferemus. Sic enim ille verſibus Iambicis, quibus eo in libello vſus eſt, θυμὸν definijt, & ὀργήν:

θυμὸς μέν ἐστιν ἀθρόα ζέσις φρενός.
ὀργὴ δὲ θυμὸς ἐμμένων, ὁ δ' εἰς κακὸν
μονὴν λοχῶν τι, μνησικακία τυγχάνει.
Eſt feruor animi ſubitus iracundia.
Sed ira durabilior hæc: addas cui
Si damna & inſidias, fiet μνησικακία.

Denique Gregorius noſter hoc etiam ſignificauit, quum θυμὸν appellat ὠκύμορόν τι, quiddam nimirum momentaneum, & citò euaneſcens inſtar bullæ.

Pag. 96. a. Momentaneum.) Quum in libris Aldinis legeretur τὴν πρόσκαιρον & ὑπόῤῥυτον ταύτην τρυφήν, non cohærere verba hæc animaduertebam. itaque pro ὑπόῤῥυτον repoſui ὑπόῤῥυτον, quòd eſt à fluendo factum, ſicut infrà Gregorius in extremo capite vſus eſt eiuſdem originis vocabulo ἐπίῤῥυτος ὕλη, aliunde affluens materies.

Pag. 98. a. Exitium occultent.) Legebatur in Aldina editione, ἐγκεκρυμμένην ἔχοντα τὴν διαφοράν, & Dionyſius etiam ſic legerat. Vertit enim permiſtam differentiam. Ego verò non dubitaui ab vtroq; diſſentire, ac pro διαφορὰν reſtituere διαφθοράν. Nam paullo antè dixit Gregorius noſter, ἐν τῷ βάθει τὸ ὄλεθρον ὥσπερ τινὰ δόλον ἐγκεκρυμμένον ἔχουσα. In fundo mali pernicies eſt veluti quædã fraus latens. Quod igitur ibi eſt ὄλεθρος, id hoc loco eſt διαφθορά. ſententia ipſa plana & perſpicua. Vitia, inquit, omnia prima vice videntur expetenda, quum exitium occultent. Et non multo pòſt, ipſum hoc διαφθορᾶς vocabulum rurſus vſurpauit. (ἡ nimirum τοῦ κακοῦ) πεῖρα γνῶσιν, θανάτου καὶ διαφθορᾶς ἀρχὴν γίνεσθαι. Mali dicit cognitionem, quæ fiat per experientiam, cauſſam initiúmq; mortis & interitus eſſe. Sed enim ſatis hoc iam arbitror eſſe declaratum.

Pag. 100. a. Rotundi corporis.) Libet hoc loco diſcrimina vmbrarũ, quas ſphærica ſiue rotunda corpora efficiũt, oculis ſubijcere: quo verba

Gregorij ſint ijs aliquanto clariora, qui exercitati minus in philoſophia ſunt. Aut corpus ſphæricum, lucem emittens, oppoſito corpore ſphærico ſolido & non pellucido, ſiue quòd ἰσομαὶς non eſt, minus eſt: aut par, aut maius. Si minus, vmbram efficit eiuſmodi, quæ propter corpus ſolidum minorem diametrum habebit: quoque recedet ab illo longius, eo fiet amplior quum orbis vmbræ, tum eiuſdem dimetiens. Si æqualia ſunt vtraque corpora, æqualis etiam ipſis erit vmbra. Si denique maius erit lucidum corpus, vmbra minor etiam opaco corpore, diametrum eius quod attinet, iacietur. Sed enim ante quàm hæc ſingula figuris propoſitis in plano declarem, fuerit operæ pretium, theorema quoddam demonſtrando à nobis quaſi conſtitui, quo percepto erunt cetera deinceps facillima. Eſt autē huiuſmodi: Omne ſphæricum corpus, à quo lux ſpargitur, illuſtrat corpus itidem ſphæricum, ſe minus plus quàm dimidia parte, &c.

Reliqua omiſſa ſunt.

In eo quidem, quòd ait Gregorius κατὰ νῶτα τὸ σκότος κωνοειδῶς καταπεκλεῖσθαι, tenebras à tergo coni inſtar claudi: ſic intelliges κατὰ νῶτα, ac ſi diceret, ea ex parte, qua parte nos vmbra cooperti continemur. Nam vt homo intuiturus aliquid, vertit ad id partem corporis anteriorem: ſic exiſtimato, terræ partem, quam ſol reſpicit, anteriorem: auerſam verò à ſole, quaſi quoddam eius tergum eſſe.

Ibid. c. Vt rurſus in luce.] Aldina editio corrupta hoc loco eſt, verbis neque collocatis rectè, neque diſtinctis, ſic enim habet: πάλιν ἐν φωτὶ βιοτεύσωμεν κατὰ τὸ ἀπειροπλάσιον, ὡς πρὸς τὸ τῆς κακίας μέτρον, & cet. Ego verò ſic ea collocaui & diſtinxi: πάλιν ἐν φωτὶ βιοτεύσωμεν, ὡς κατὰ τὸ ἀπειροπλάσιον πρὸς τὸ τῆς κακίας μέτρον, & cet. itaque locum hunc etiam ſum interpretatus. Dionyſius quidem monſtra verborum habet, quæ me non intelligere fateor. ſic enim reddidit. Rurſus verſemur in lumine per ſecula nullis comprahenſa terminis, veluti menſuram vmbræ bonorum ſuperexcellentem ſubſtantiam. Sequentis in capitis lemmate pro χρόνον διὰ περιόδους, repoſui χρόνων: Capitis autem initio, ἀλλὰ τὸ τῆς ἀνωμαλίας, & cet. particulam τὸ ſuperuacaneam ſuſtuli.

Pag. 101. c. Nam Adamus.] Γήινον πλάσμα, Adam, ab Adamah, terra, eam ſic dictam volunt à rubedine. rubram enim eſſe in oriente. quin & ſanguis eadem lingua dictus à colore rubro.

Pag. 104. c Deus es exercit.] ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, reddidi libens, Qui Deus es exercituum. Nam in lingua principe, de qua ſunt hæc conuerſa, vocabulum vſurpatum niſi fallor ſignificat copias & exercitus: ſicut & Græcum δυνάμεις ſæpe ἀντὶ τῶν στρατῶν ſumitur. Annotauit hoc Theodoretus non procul ab initio libelli ſui, quem appellauit θείων δογμάτων ἐπιτομὴν, vbi de Dei nominibus Hebraicis agit. Eum cum nonnullis alijs Theodoreti ſcriptis quum anno ſuperiore conuertiſſem: amiſi neſcio quo fato, ſurreptum nebulonis cuiuſdam furto, qui in chartis diligenter compactis aliquid eſſe nummorum ſuſpicatus erat. Aderat tum mihi vir doctiſſimus Theophilus Petri F. Daſypodius Argentinenſis, ΙΙ prolytes, qui ſanè caſum hunc permoleſtè ferebat. Nam fortè me Baſileam iter facientem beneuolentiæ cauſſa deducebat, quum de illorum librorum editione cogitarem: quos iam antea Illuſtri Domino, GEORGIO Erpachij Comiti promiſeram. Sed hæc

Demus proteruis in mare Creticum
Portare ventis,-----

Vt ait elegantiſſimus poëta: potiuſque in id incumbamus, vt alia ſignificatione ſtudium noſtrum erga Comitem ſapientiſſimum, & ordinis ſui facilè principem, etiam eruditione doctrinæ, declaremus, in quo fortunari conatum animi noſtri à Deo optimo maximo petimus, & fortunatum iri confidimus.

Pag. 105. b. Nunquam apparentibus.] Liber Aldinus habebat, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι, nimirum corruptè. Facilis autem emendatio quum ex ſenſu, tum Apoſtoli verbis. Legendum enim: ἐκ τῶν μὴ φαινομένων τὰ βλεπόμ. γεγον, &c.

Pag. 109. b. Et elegantiam.] Pro eo quod eſt in editione Aldina, τὸν ἐκφανισμὸν τοῦ κάλλους ἐκείνου, malui legere, τὸν ἀφανισμὸν: cuius vocis vim græcè docti intelligunt. Etiam non multo pòſt, initio ſexti & vigeſimi capitis, iterum ab Gregorio eſt vſurpata, quum ait: ἀρχαίων πικρῶν τὸν ἀφανισμόν. Elegans autem hic locus eſt, in quo rectè Reipub. Iudæorum euerſio, quæ ſub Veſpaſiano ac Tito Impp. Augg. accidit, ad probandum reſurrectionem ex mortuis fore, producitur. Nam Dominus ipſe huic ſtatim ſubijcit vaticinium euerſionis τῆς κακίας, cum qua iudicium de genere humano ex morte reſuſcitato coniungetur. Quòd ſi illis euentus reſpondit (& reſpondit omnino, quemadmodum hiſtoriarum monumenta teſtantur) nimirùm & proximum vaticinium exitus comprobabit, ſed hæc extra, quod aiunt, oleas. Verùm abduxit me longius cogitatio de vi vocis ἀφανισμοῦ, quæ aptiſſimè gentis huius exitio declarando congruit. Sæculis enim totis iam quindecim ne veſtigium quidem reipubl. ipſorum apparuit. adeò abolita ſunt omnia, inque nihilum redacta.

Pag. 113. c. Prodigio.] Libri Aldini habent, δι᾽ ἐναργεστέρου θαύματος, efficaciore miraculo. Ego ſcripſiſſe Gregoriū non dubito, δι᾽ ἐπιφανεστέρου θαύματος, illuſtriori miraculo. itáq; hac in editione locū hunc legi volui. Quin & Dionyſius eodē modo legit. vertit enim, Manifeſto miraculo. Sunt eædem voces etiam infrà inter ſe permutatæ, ſicuti ſuo loco notabitur.

Pag. 114. b. Commigrantes.] πρὸς τὴν ζωὴν ἀναλύοντας: conuerti, Rurſus in vitam commigrantes. Atque hoc loco facere non poſſum, quin quæ huius verbi vis ſit oſtendam. arbitror autem, Græcæ linguæ ſtudioſis operam meam non ingratam futuram eſſe. Duo ſunt apud Græcos vocabula, καταλύειν & ἀναλύειν, quorum diuerſa eſt ſignificatio. Nam καταλύειν ſignificationem inter alias elegantem habet, aliquò diuertere. Plutarchus Poplicola, niſi fallor: ἔτι κατέλυον οἱ

πρέσβεις, quas in ædes legati diuerterant. Codex Plutarchianus ad manum non erat, ceteroqui locum quæſiuiſſem. exiſtimo tamen eſſe hæc ipſius in Poplicola verba, quo loco de Vindicio ſeruo narrat. hinc & κατάλυσις, vocabulum militare, de quo Heſychius in voce σταθμοί, & κατάλυμα pro καταγώγιον diuerſorio vſurpatur. Hiſtoria ſacra in commemoratione de ortu ſecundum humanam naturam Chriſti: Non erat locus ἐν τῷ καταλύματι, in diuerſorio. Ἀναλύειν contrà ſignificat, de loco migrare, in quo fueris: ſiue ἀνακάμπτειν, vt ait Elias Cretæ Antiſtes, quodam loco verbum hoc explicans. Sic interpretari verba Paulina Phil. Melancht. ſolebat, ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ: Quum ſingulari deſiderio tenear migrandi, vt ſim cum Chriſto. Eleganter profectò. nam ſic Græci loquuntur. Indicabo locum tantum vnum, ne longius Lectorem detineam. Athenæus in libro, ſi rectè memini, Δειπνοσοφιστῶν 5, dixit hac ſignificatione, ἀναλύειν ἐκ τοῦ δείπνου, abire de conuiuio. Noſter quidem Gregorius eodem modo vocem hanc cepit, non hoc tantum loco, ſed etiam alijs. In cap. XIV. ſub finem: εἰς φθορὰν ἀναλύσει τὴν κίνησιν, Verget motus ipſius ad interitum. Quinetiam id quod hoc loco dixit, πρὸς τὴν ζωὴν ἀναλύειν, paullo pòſt quaſi explicat verbo ἐπανελθεῖν, quod valet redire: ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπὶ ζωὴν ἐξ ἀναστάσεως ἐπανελθόντων. Didicimus hoc etiam ab ijs (inquit) qui per reſurrectionem in vitam redierunt. Et in capite ſequenti, quum dixiſſet, τὴν γῆν πρὸς τὴν γῆν ἀναλύεσθαι, terram ad terram reduci: ſubiecit, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα προσχωρεῖν τῷ ὁμοφύλῳ, Sed & aërem ad res ſibi cognatas ſe conferre, quibus in verbis vides τὸ ἀναλύεσθαι explicari per προσχωρεῖν. Eadem ſignificatione Gregorius & ἐπαναλύειν vſurpauit in cap. XXVII. Et nomen ortum à verbo ἀνάλυσις, pro reditu ſiue ἀνακάμψει, vt Elias interpretatur, earumdem rerum ad ſtatum priſtinum, in cap. prox. ſequente, itemque XXVII. Verùm modus ἐν τῷ χωλικῷ προσαγορευόμενα ταύταις aliquis eſto.

Ibid. d. Valere iuſſit.] Vtrumque opinor rectè legitur, & ἐρρῶσθαι φράσαντες, & ἐρρῶσθαι: ſicuti Latinâ etiam in lingua, valere iubere, & valedicere.

Pag. 117. a. Quis obſecro.] Verbis hiſce, τίς πόνος τῇ θείᾳ δυνάμει κωλῦσαι τὴν οἰκείαν τῶν συνδρομήν: hoc eſt, Quis labor diuinæ poteſtati fuerit cognatorum concurſum impedire? His ergo verbis mendum ſubeſſe opinor. Dionyſius certè negantem particulam inſeruit, diuina poteſtate non prohibente. Qamquam ipſius etiam conuerſio ſic eſt confuſa hoc loco, vt colligi de ea ſenſus nullus queat. quod niſi vidiſſem apud ipſum verbum prohibere, ſuſpicari quis potuiſſet, pro κωλῦσαι, legendum αἰνύσαι ſenſu non incommodo. Si animus ipſe quod ſibi cognatum eſt colligit: quanto magis Deus efficere poteſt, vt in reſurrectione quod ſuum eſt quiſque recuperet? Sed enim conſideranda hæc alijs relinquo.

Quum ait, Qui de principijs ſcripſerunt: intelligit Origenem Leonidæ F. quem plerique Græci, inque his Nicephorus, ferè κακόφρονα vocant: credo propterea, quòd paruorum quarundam abſurdarúmque opinionum auctor exſtiterit. Scripſit Origenes librum περὶ ἀρχῶν, De Chriſtianæ religionis principijs, vt ego quidem titulum hunc intelligo. nam libros non legi, quamquam exſtent etiamnum. Inter cæteros errores huius, fuit & is quem Gregorius noſter hic præclarè refutauit, περὶ προϋπάρξεως τῶν ψυχῶν, ortus ex ſcholis & diſputationibus Platonicis. Sic enim ſcripſit Helias Cretenſis antiſtes, Nazianzeni interpres, cuius etiam verba libet hic ponere. οὗτος (inquit de Platone) καὶ τὸ περὶ προϋπάρξεως ψυχῶν δόγμα προσπεφλυαρηκὼς ἐκεῖνος, μεταβαίνειν ἀπὸ τοῦδε σώματος λέγων εἰς ἐκεῖνο, καὶ αὖθις εἰς ἕτερον, καὶ περιόδους ποιουμένας πολλὰς κατ᾽ ἀναλογίαν τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων. Idem Plato doctrinam abſurdam, quæ animos ante corpora tradit exiſtere, acceptam ab alijs comprobauit. Animos nimirum de alijs corporibus in alia migrare, ac pro delictorum ſuorum vitiorumque ratione circuitus huiuſmodi citius tardiúſue abſoluere. Hactenus Helias: qui quod alijs doctrinam hanc accepiſſe Platonem ait, intelligendum eſt de Pythagora, & illius ſectatoribus, quos vt audiret Plato, in Italiam nauigaſſe dicitur. Hæc putabam iccirco addenda, quòd Dionyſium non intellexiſſe locum hunc videbam, immò ne id quidem quod diceret. Sic enim reddidit: Qui ante nos de principatibus diſputãtes, veluti quamdam peſtilentiam protulerunt, quòd in conuerſatione propria animæ exiſtant.

Pag. 122. c. Eorum vero qui] Legebatur hoc loco in libris editis ab Aldo, τῶν δὲ γεννητικὴν τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν εἶναι λεγόντων. quæ verba quum eſſe corrupta viderem, ſic ea reſtitui. τῶν δὲ γεννητικὴν (quamquam malim ſimpliciter extrita γε particula, τῶν δὲ νεωτέραν τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, & cet. quibus iam in verbis aperta eſt, planaque ſententia, Gregorij etiam inſtituto conſentanea. nam exploſis Platonicis & Origenicis ineptijs, qui animum corpore priorem eſſe tradebant, ait ſe alterius etiam partis confutationem mente præceptam habere, nimirum illorum qui ortu poſteriorem animum copore ſtatuebant.

Pag. 123. d. Prius ipſa.] Retinui lectionem Aldini exemplaris, προϋπάρχει ἢ προσγίνεσθαι: quamquam veteres aliter legiſſe animaduerterim, nimirum προϋπάρχειν ἢ ἐπιγίνεσθαι. vt ſit ſententia huiuſmodi: Quum nihil horum altero vel in natura prius exiſtat, vel poſteriùs oriatur. atque hic ſenſus mihi quidem non diſplicet. Animaduerti primùm hoc, quum Dionyſij cõuerſionem inſpexiſſem. ſunt enim illius verba: Nihil ante ſubſiſtere in naturæ ratione, vel pòſt accidere dicimus.

Pag. b. A natura inſita.] Libri editi habent, ἡ ἐγκειμένη φυσικῶς πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ταύτης μεθισταμένης, Hic primùm diſtinctionis notam poſt ἐνέργειαν ſuſtuli, deinde ταύτης mutaui in αὐτῆς itaque ſenſus hic efficitur: Non externa facultas ingreditur, ſed facultas inſita corpori à natura, ad actiones ſuas accedit.

Ibid. d. Sed ab animato.] Editio Aldina ſic

habet: ἀλλ' ἐξ ἐμψύχου ἢ ζῶντος, ἢ δι' ἧττω φαμὲν ἄλογον ἐστὶ, ἢ μὴ νεκρὸν ἢ ἄψυχον, &c. Quater vides coniunctionem ἢ non magno interuallo repeti: bis rectè, bis prauè, rationéq; planè aliena ab Gregorij noſtri elegantia. Quamobrem ſic fuiſſe ab ipſo hæc ſcripta non dubito, ἀλλ' ἐξ ἐμψύχου ἢ ζῶντος: δι' ἧττω φαμὲν ἄλογον ἐστὶ μὴ νεκρὸν ἢ ἄψυχον εἶναι, &c. Accuratè ſingula ſi quis conſiderauerit, quum quæ antecedunt, tum quæ conſequuntur, idem mecum ſtatuet.

Pag. 126. b. Oratione illuſt.] Hic locus eſt, cuius ſuprà mentionem feci in Scholio L I I. nam quum editi Aldinis typis libri habeant, λόγου παντὸς ἀρχίστου: ego tamen legere malo ἐναργέστερον δείκνυσι, explicat euidentius ſplendidiúſque & illuſtrius etiam tibi natura effectionum animi in corpore varietatem, quàm vlla poſſit oratio. Equidem non nego, poſſe locum etiam hic eſſe voci ἀρχίστου. ſed neſcio qui fiat, vt potius alterum illud vſurpatum ab Gregorio ſtatuam. Tradunt oratores, inque his Hermogenes, ornamentum in oratione præclarius nullum eſſe, quàm ſi quædam in ea ſit ἐνάργεια. Nullam verò noſter ait Gregorius orationem tam ἐναργῆ fingi poſſe, quam non exſuperet natura in effectionum animi varietate demonſtranda. Habes ſententiam meam Lector: tu tibi quod arriſerit deligito, quando ſua cuique ſponſa, vt eſt in prouerbio.

Pag. 127. c. Ne vlla in re.] Rectè, niſi planè fallor, hunc locũ reſtitui. Nam quum in Aldinis libris legeretur, ὡς εἰς μηδὲν τῆς ἔξωθεν φωνῆς ἐπιδύζεσθαι, ἐπεὶ γὰρ τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ προβάτων ὁ νόμος καθὼς φησιν ὁ κύριος, καθὼς φησιν ὁ κύριος, &c. ſic ea mutaui, ὡς εἰς μηδὲν τῆς ἔξωθεν φωνῆς ἐπιδέχεσθαι (ἐπεὶ γὰρ τὰ πρόβ. &c. altera παρενθέσεως nota poſt vocem φωνῆς, quæ ſequitur, collocata. Nam ἐπιδύεσθαι prorſus hoc loco non conueniebat, cui admodum eſt litteris ſimilis vox ἐπιδέχεσθαι, atque etiam ſimilior ἐπιδίδοσθαι, quæ idem ſignificat. Sententia quidem aperta eſt, quam in conuerſione expreſſimus, omiſſam ab interprete veteri. Quod autem ait, iccirco non debere nos hominum, qui vero in terris Dei cœtu compræhenſi non fuerunt, monumenta deſiderare: quia ſcriptum ſit, Oues meæ vocem meam audiunt: poteſt id quidem defendi, ſed multo præclarius à quodam exiſtimo dictum eſſe ſcriptore Eccleſiaſtico, τὸ καλὸν ὅπου ἂν ᾖ εὑρεθείη, τῆς ἀληθείας ἴδιον ἐστί:
" Quod bonum ſit, vbicumque tamdem reperia-
" tur, debere veritatis proprium cenſeri. Gale-
" nus certè præclarè de his commentatus eſt, cuius illa vox egregia, hymnum ſe Deo naturæ auctori hac ipſa in commentatione pangere. Intelligit autem Galenum Gregorius, quum ait, quoſdam, quem ad vſum corporis membra facta ſint, indagaſſe & explicaſſe. Nam anteceſſit ille Gregorium non multis annis, vixit enim Galenus M. Antonino Aug. imperante, illo nimirum ſæculo, quod & principem litteratum, & maximam eruditorum in omni diſciplinarum genere copiam habuit. Meminit Galeni Naziãzenus in oratione de Cæſario fratre funebri: ac Theodoretus etiam, Gregorij noſtri ferè æqualis.

Pag. 129. b. Inſtar marinor.] Qui ſint θαλάσσια πνεύματα non intelligo, niſi quòd piſcis genus eſſe ſuſpicor.

Ibid. d. Quæ cum nutu.] Retinui lectionem, quam in libris Aldinis reperi, ἅμα νεύματι γινομένη, quæ cum nutu fit. Dionyſius autem ſic vertit, vt appareat, eum haud dubiè legiſſe, ἅμα νοήματι. expreſſit enim, Cum intellectu proueniens. Rectius latinè dixeris, ἅμα νοήματι γινομένη, Quæ fit cum cogitatione. quod ſic intelligo, tantam eſſe in palpebrarum motu celeritatem, quanta mentis ſit in cogitando. Atque hoc verum eſſe, patet etiam de verbis Nazianzeni, quæ in oratione περὶ θεολογίας, prolixa illa & admirabili, extant. μόνῳ τῷ ζυλλαβεῖν ἡμῖν κινεῖται ἡ ὄψις, ἢ ταυτὸν τῷ νῷ πάσχει.

Pag. 131. b. E vicino pulm.] ἐκ τῶν παρακειμένων πνεύμονος. ſic enim legere malui, quàm ἐκ τῶν παρακειμένων πνεύμονος.

Pag. 132. c. Præcipuum.] Quòd Latinè dixi præcipuum: Græcè eſt κυριώτατον. ſic enim legere malui, ſententia loci tantum non hoc manifeſtò requirẽte. Aldina verò editio καιριώτατον habet: quod planè huc non quadrat. eſt enim καίριον, quod nos letale dicimus: vt, καίριος πληγή, vulnus letale, &c.

Pag. 133. a. Quanto enim.] Quanto magis ignеſcit, Græcè dicitur: ὅσῳ ἔμπυρον δὲ τῆς γῆς γιν. &c. Sententia, Lector, aperta eſt & perſpicua, voce ἔμπυρον, quaſi rurſus antiquam in poſſeſſionem miſſa, vnde vi alterius erat eiecta. Nam in editione Aldina legitur ἄπυρον, pro ἔμπυρον. Eſt & non infrequens apud Græcos τῶν ἀπολύτων, ἀντὶ τῶν συγκριτικῶν θέσις: hoc eſt, poſitiuos gradus pro comparatiuis, vti loquuntur Grammatici, vſurpari: ſicut hic ἔμπυρον dici vides, pro ὅσῳ ἐμπυρώτερον γίνεται.

Ibid. d. Principium & radix.] ἀρχὴν ἕτερα ἢ ῥίζαν: ſic enim lego, non ἀρχαίαν ἕτερα, quemadmodum eſt in ijs libris qui ſunt expreſſi typis. Declarãt hoc verba ſtatim ſubiecta, ἐπεὶ τὴν ἑτέραν ἀρχήν. Non conueniebat hoc principium alteri vitæ principio arctiore per vicinitatem loco coniungi.

Pag. 134. b. De terra ſtatua.) Terream ſtatuam, τὸ γήινον ἀνδριάντα. Libri Aldini vitium manifeſtum habent, τῷ γηίνῳ ἀνδρὶ.

Ibid. c. Muſculorum.) Quod in editione Aldina eſt μυῶν ἀρχὰς, muſculorum principijs, retinui. Dionyſius autem vertit, Medullarum principijs. itaque legiſſe ipſum pro μυῶν, quod eſt noſtris in libris, μυελῶν neceſſe eſt. quod an rectius huic loco conueniat, diſpiciat qui volet. Mihi ſat eſt hoc Lectori obiter indicaſſe.

Pag. 135. c. In iunco odor.) ἐν σχοίνῳ. ſic enim legendum cenſeo, non ἐν σχίνῳ quemadmodum eſt in libris editis. Nam cur lentiſcum Gregorius cum lauro coniungeret, ac inter ἄνθη numeraret, non video. σχοῖνος autem iuncus eſt odoratus: de quo, ſi voles, Dioſcoridem conſule, primi in libri x I I x capite. Paullo poſt quum ſcriptum eſſet, ἢ ὁ τῶν μέλαν χυλὸς, repoſui, τῶν μήλων. nam de mali ſucco Gregorius loquitur.

Ibid. c. Purpureum.) τὸ πορφυρίζον τῆς ὑακίνθου βαφῆς. ſic enim lego, vel τῆς ὑακινθίνης βαφῆς. Aldina edi-

tio habet ὑακίνθης βαφῆς, prauè.

Pag. 148. a. Quaſi perfectum.) Aldinis in libris legebatur, ὅτι μὴ πλεία ἐν τέλεις, &c. quæ quum eſſe viderem tranſpoſita, mutaui collocationem ita, vt legatur: μὴ ὅτι πλεία ἐν τῇ, non quòd perfecta ſit in eiuſmodi rebus anima, &c.

Hæc habui, Lector, quæ tecum hoc tempore communicarem. Tuum erit, optimam in partem, qualem qualem animi mei conatum ac ſtudium interpretari: quod vt facias opto; facturúmque confido.

IN EVNDEM LIBRVM DE OPIFICIO hominis Notę Frontonis Ducęi Soc. IESV Theologi.

Laudanda ſanè eſt opera, quam in hoc Nyſſeni libro noua interpretatione illuſtrando poſuit nuperus interpres, ſed maiorem à lectoribus gratiam inijſſet, ſi quibus in locis aut de mendo ſuſpectus, aut mutilus Græcus textus videbatur, ad antiquiorem interpretem recurrere grauatus non eſſet, neque tam ſiniſtram de illo concipere opinionem voluiſſet. Non enim ante annos tantum quadringentos, vt perperam ſcripſit, auctoris librum in Latinum ſermonem conuertit Dionyſius Romanus cognomento Exiguus, ſed ante mille ac paulo plures, hoc eſt altero à morte Gregorij ſeculo, cum vt teſtatur Beda lib. de ſex ætatibus mundi, Paſchales circulos ſcripſerit anno Dominicæ incarnationis IↃXXXII. à quo & illos inchoauit. Is fuit annus Diocletiani CCXLVIII. poſt Conſulatum Lampadij & Oreſtis, quo etiã codex Iuſtiniani orbi promulgatus eſt: neque tam denſis æui ſui tenebris obſeſſam habuit mentem, vt non aliquando fœlicius, quam noui iſtius Euangelij præcones aut myſtæ ſanctorum Patrum ſenſum perſpectum habuerit. Potuit igitur tam vetus interpres emendatiore Græco libro vti, cuius lectionem ex veſtigijs interpretationis Latinæ perueſtigandam merito admonet vir clariſſimus Iacobus Billius lib. 1. obſeruationum cap. 37. eumque ὅλτρον τινὰ nobis eſſe debere, vt antiquiores eiuſmodi interpretes verbum verbo ſtudioſè reddentes conſulamus. Quamobrem ne hoc quoque damni faceret lector, & in quibus locis claudicaſſe noua hæc interpretatio videretur, ea veteris ſupplemento fulciretur, faciendum nobis cenſuimus, vt de ijs lectorem admoneremus, deque illis Scripturæ ſententijs, quarum ad fontem digitum ille non intendiſſet: cuiuſmodi eſt illa in exordio libri pag. 44. μικρὸς ὅλος αὖ ὁ κόσμος χρημάτων ἐφαίνετο deſumpta ex cap. 17. Prouerbiorum Salomonis, cuius verſui 40. ſubijciuntur iſta in Complutenſi & Plantiniana editionib. τοῦ πιστοῦ ὅλος ὁ κόσμος τῶν χρημάτων, τοῦ δὲ ἀπίστου οὐδὲ ὀβολός. *Fidelis totus ornatus pecuniarum, at infidelis neque obolus.* Aptius è Græco expreſſit Hieronymus in cap. 45. Ezechielis, *Eius qui fidelis eſt, totus mundus diuitiarum: illius autem, qui infidelis eſt, neque obolus.* & Ambroſius lib. 1. de Iacob cap. 8. *Fideli totus mundus diuitiarum*, & in Pſal. 48. *Non habent diuitias infidi, non poſſeſſionem. Fideli enim totus mundus poſſeſſio eſt.*

Pag. 44. b. *Epiſcopi Nyſſeni.*] Prima editio Latinæ interpretationis Dionyſij, quæ prodijt an. 1537. Coloniæ ex officina Melchioris Nouesiani hunc titulum præferebat, *Gregorij Epiſcopi Nyſſeni de creatione hominis liber:* at in quibuſdam codicibus manuſcriptis cum Pariſienſibus, tum Auguſtanis aliorum operum eiuſdem auctoris titulus additur ἀρχιεπισκόπου. Leuenclaius etiam in epitome vitæ eius, quam huic operi præfixit, Nyſſeno quidem apud Cæſaream principem Cappadociæ vrbem, Gregorio vero cognomento Theologo gubernandæ apud nouam Romam Eccleſiæ curam vtrique cum titulo patriarchas decretæ fuiſſe à Concilio Conſtantinopolitano œcumenico II. tradidit: quem errorem incruſtare voluit Iſ. Caſaubonus, & extraordinario metropoleos honore decoratam fuiſſe Nyſſam vrbem finxit duſum locorum patrocinio nixus. Prior eſt in epiſtola ad Flauianum, vbi ſub finem ita loquitur: εἰ κατὰ τὴν ἱερωσύνην τὸ ἀξίωμα κρίνεται, ἴσον παρὰ τῆς συνόδου καὶ μία γέγονεν ἀμφοτέροις ἡ προνομία, μᾶλλον δὲ ὑπερ τῆς τῶν κοινῶν διορθώσεως, ἐν τῷ τὸ ἴσον ἔχειν. *Quod ſi ex ſacerdotio dignitas æſtimanda venit, par & idem à Synodo conceſſum vtrique priuilegium eſt, vel potius cura emendationis publicæ, idque in eo quod iure pari eſſe iuſſi ſumus.* At hæc de Synodo prouinciali poſſunt intelligi, in qua vterque fuerat epiſcopus ordinatus, non de ſecunda œcumenica, quæ profecto ſi quod priuilegium ciuitati Nyſſæ tribuiſſet, hac nimirum adhibita cautione illud temperaſſet, quam & primam Synodus Nicæna expreſſit can. 7. cum Hieroſolymitanam ſedem voluit τιμᾶσθαι σωζομένου τῇ μητροπόλει τοῦ ἀξιώματος. *Salua tamen metropoli ſua dignitate*, quæ profecto ſalua nõ fuiſſet, ſi pari iure ſedes vtraque eſſe Nyſſæ & Cæſareæ iuſſa eſſet. Alter locus apud Socratem eſt lib. 5. cap. 8. vbi de Epiſcopis, qui Conſtantinopoli conuenerãt, agit, καὶ πατριάρχας κατέστησαν διανειμάμενοι τὰς ἐπαρχίας, ὥστε τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιβαίνειν. *Diſpertitis prouincijs Patriarchas conſtituunt, decernuntque vt nullus Epiſcopus relicta ſua diœceſi ad exteras Eccleſias demigraret*, tùm addit *Thraciæ patriarchatum obuenisse Nectario, Ponticæ vero diœceſis patriarchatum Helladio Cæſareæ Cappadociæ poſt Baſilium Epiſcopo, Gregorio fratri Baſilij Nyſſæ, & Otreio Melitinæ, contigiſſe.* Nondum videlicet in eccleſiaſtico puluere adeo ſeſe exercuerat Caſaubonus, vt ad lectionem tomi IV. doctiſſ. & illuſtriſſ. Cardinalis Baronij perueniſſet, ex quo diſcere potuiſſet allucinatum eſſe Socratem, ac perperam intellecta ſanctione Imperatoris Theodoſij, quam exhibet titulus Codicis Theodoſiani l. de fide Catholicæ l. 3. hæc de inſtitutis Patriarchatibus protuliſſe: Sozome-

In Notis ad epiſt. Nyſſ. ad Euſtathiam.

Vide to. 4. an. 18. num. 77.

num vero fœlicius ex eiuſdem edicti ſententia non ad diſtinguendas prouincias, ſed ad dignoſcendos verè Catholicos voluiſſe id ab Imperatore eſſe ſancitum, νόμον ἔθετο παραδοθῆναι τὰς πανταχοῦ ἐκκλησίας τοῖς ἐν ὑποστάσει τριῶν προσώπων ἰσοτίμων καὶ τὴν αὐτὴν ὁμολογοῦσι θεότητα, τούτους δὲ εἶναι τοὺς κοινωνοῦντας τῷ Νεκταρίῳ ἐν Κωνσταντινουπόλει, *legem edidit, vt Eccleſiæ vbiuis gentium collectæ illis committerentur qui in ſubſtantijs trium perſonarum eadem dignitate præditarum vnam & eandem confiterentur diuinitatem: hos porrò eſſe qui congruerent in fide cum Nectario Conſtantinopolitano, in Aegypto cum Timotheo Alexandrino, in Orientalibus Eccleſiis cum Diodoro Tarſenſi & cum Pelagio Laodicenſi, in ciuitatibus verò Ponti cū Helladio Cæſarienſi, cum Gregorio Nyſſæ, & Otreio Melitenæ Epiſcopo.* At eſt inauditū in vna eadémque diœceſi plures fuiſſe Patriarchas: quî potuit igitur vnius diœceſeos Orientis duobus Epiſcopis Tarſenſi & Laodiceno, præterito Antiocheno, Ponticæ item diœceſis Patriarchatus tribus Epiſcopis Cappadoci, Cæſarienſi, Nyſſeno, & Melitinenſi obuenire? Certe in Notitia quàm Leuuenclaius ipſe cum Iure Græco-Romano vulgauit, ex diſpoſitione Leonis Imperat. cognomento Philoſophi, pag. 90. ſic effertur τάξις προκαθεδρίας τῶν ὑπὸ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως τελούντων μητροπολιτῶν, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων α. τῆς Καππαδοκίας, α. ὁ Νύσσης β. ὁ Καμουλιανῶν γ. ὁ τῶν Βασιλικῶν θερμῶν δ. ὁ Κισσοῦ ε. ὁ Εὐαίσσων ς. ὁ Σεβαδος ζ. ὁ Ἀραθίας η. ὁ τῶν Αἰπολίων. *Ordo præſidentiæ metropolitanorum qui ſubſunt Apoſtolico throno Conſtantinopolis, & ſubiectorum eis Epiſcoporum. 1. Nyſſenus. 2. Camuliamorum. 3. Regiarum Thermarum. 4. Ciſſi. 5. Euaiſſorum. 6. Seriadis. 7. Arathiæ. 8. Aepoliorum.* In veteri Codice prouinciali, quem nuper edidit vir eruditiſſimus A V B E R T V S M I R A E V S ſub ſede Antiochena Metropoles plures enumerantur, quarum prima eſt Tyrus, ſecunda Tarſus; falſum igitur eſt ad illa vſque tempora quibus hic Notitiæ ſunt editæ vel Nyſſam Metropoleos, vel Melitinā, vel Tarſum Patriarchatus honore fuiſſe decoratas, cum nec ex Notitia Leonis Philoſophi, neque ex ea quam regnante Andronico Palæologo editam profert Theodori Balſamonis Nomocanon, id conſtet, nec inter illas reperiatur Nyſſa, quæ nouo ac poſterioris æui proprio more τῆς ἀρχιεπισκοπῆς Archiepiſcopatus titulo abſque vlla in Epiſcopos iuriſdictione ſunt ornatæ, quaſque idem ius Græco-Romanū exhibet.

Pag. 74. *Calidiores ſpargit.*] Dionyſius aliter, *infuſa imbribus terra cum radiis Solis fota fuerit,* legit nimirum, vt ſcriptum exhibet alius codex calamo exaratus, quod teſtatur Leunencl. διαθάλψῃ, non διαλάμψῃ. Vtitur eodem verbo alibi pag. 128. c. ὧν ἡ μὲν διαθάλπει τὸ πᾶν τῇ θερμότητι. *quarum quæ prima eſt, calore ſuo cuncta fouet.*

Pag. 75. b. *Mentoque vuulam.*] περιδρομὰς vertit fauces Dionyſius hunc locum ſic efferens: *mentum quidem deorſum ad fauces quadam concauatione pertrahit.* Propriè tamen περιδρομὰς Latinis Gurgulio eſt, ſiue caro fungoſa oblonga, à palato iuxta narium meatus in os propendens, ſuperiori parte latior, inferiori verò in modum pyramidis acuta, quæ ad vocis modulationem facit, vnde & πλῆκτρον *plectrum* dicitur. Eam Plinius lib. 11. cap. 37. vuam appellat. *Quod inter eas vua nomine vltimo dependet palato, homini tantū eſt.* In quem locum annotat Dalecampius, *Eam partem gurgulionem potius appellari: vuam autem morbi nomen eſſe.* Iulius Pollux lib. 2. c. 4. numero 22. περιδρομὰς εἰ τοσοῦτος φλεγμαίνοι καὶ εἰς ὄγκον τινὰ μεταπέσοι, σταφυλὴ καλεῖται. *Gurgulio ſi ægrotus intumeſcat, & in pallorem conuertatur, vua vocatur.* Aetius tamen Amidenus Medicus & ipſe celebris lib. 8. cap. 40. docet gurgulionem & columellam vocari, & vuam, quo nomine accipienda eſt quædam in eo affectio, quum ſcilicet vuæ acino ſimile ſummum gurgulionis apparet. Licet igitur apud Medicos vua ſolam affectionem aut morbum ex inflammatione gurgulionis natum ſignificet, apud alios tamen auctores hanc eandem partem corporis ſecundum naturam ſe habentem gurgulionem, columellā, vuam, & vuulam conſtat appellari, quemadmodum & apud Ariſtotelem lib. 1. de hiſtoria animalium cap. 11. legimus eandem columellam, ſi intumeſcat & inflammetur σταφυλὴν vuam vocari, licet inter Medicos id ab Archigene dictum reprehēdat Galenus lib. 6. de morbis κατὰ τόπους; quod nō quamuis inflammationem vel affectionem, ſed eam qua laxior ex influxione redditus fit inferna parte craſſior gurgulio, à Medicis vuam appellandam eſſe contendat.

Pag. 91. d. Poſtquam more] Non hoc propriè ſonant Græca, ſed vox ῥοώδης id ſignificat, quod alibi melius expreſſit interpres pag. 102. d. στῆναι τὴν ῥοώδη τοῦ χρόνου κίνησιν. *Fluxus ille temporis motus quieſceret:* ita quoque fluxam & caducam hanc eſſe generationē hîc innuit, Dionyſius ſcripſit, hoc loco, *Verè namque iumento ſimilis factus eſt, qui hanc animalem generationem in ſua natura ſuſcepit.* Hoc tamen alibi dixit etiam Nyſſenus pag. 102. c. vbi meminit τῆς θνητῆς γενέσεως ὁδοῦ, δι' ἧς θνητά τε καὶ ἄλογα ζῶα διεξάγει ἡ φύσις.

Pag. 94. b. Idcirco ſæpe.] Malè interpuncta ſunt iſta: collocanda enim eſt diſtinctio poſt vocem, *præſtantia,* Dionyſius vertit, *Idcircò plerumque contingit vt munera diuina ignoret noſtra miſeria, pulcherrimæ imagini fœdiſſimam faciem paſſionis obducens.* nam perturbationes animi ſiue paſſiones, quæ ex contubernio corporis oriuntur, τὰ πάθη σαρκὸς appellat.

Pag 94. c. Quod ſi quem] ἀπιστεῖσθαι ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον. *Quod ſi quis animi morbis obnoxius carnique deditus efficit, vt hominem diuina pulchritudine exornatum eſſe non credas:* Dionyſius mentem auctoris melius quam Leuuenclaius expreſſerat. *Nam ſi vitioſus quiſque vel carni deditus non ſinit de homine credi, quod ſit diuina pulchritudine decoratus: ſed ille.*

Pag. 95. r. Veſcimini nor.] Locus eſt Prouerbior. 6. 5. φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον, ὃν ἐκέρασα ὑμῖν. *Comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* Apud Eſaiam autem hoc tantum lego; ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης. *Haurite aquam cum gaudio* cap. 12. 3. at lætitiam bibere alibi dixit, cap. 25. 6. ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο πίονται εὐφροσύνην. *Super montem iſtum bibent lætitiam.* Hic etiam pro μα-

γαλοφυΐας, aptius fortaſſe legeretur μεγαλοφωνίας, *hortatur eos, qui ſublimitatem vocis eius exaudire poſ-ſent.* Solent enim Patres hunc Prophetam μεγαλόφωνον appellare: Gregorius Nazianz. orat. 3. p. 50. καιρὸς γάρ μοι τὰ αὐτὰ τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ τῶν προφητῶν Ἡσαΐᾳ συμφθέγξασθαι, *Tempus eſt vt iiſdem verbis vtar, quibus Eſaias vocis ſublimitate Prophetas omnes antecellens.* Ioan. Chryſoſtomus homil. in locum Actor. 9. *Saulus adhuc ſpirans*, ὁ γὰρ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας, ὁ τῶν παραδόξων ὄψεων θεωρός. *Nam Eſaias, qui ſublimitate vocis cæteris antecellit, qui mirabilium illorum ſpectator viſionum fuit.*

Pag. 96. c. *Nam vterque delicias.*] Pro τρυφῆς legiſſe videtur Dionyſius τροφῆς, dum vertit, *Vtrique enim huius cibi vnam gratiã profeſſi ſunt.* Dixerat enim antea, τὴν παραδείσου ταύτην τροφήν. Sic ergo eſſet interpretandum: *Nam vterque cibi conceſſi vnum beneficium arbitratur verum illud bonum*, paulò poſt, *Dux vitæ*, Græcè eſt, ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς. quod editionis vulgatæ verbis Latinè à Dionyſio conuertitur, *auctor vitæ*, Actor. 3. 15. τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. *Auctorem verò vitæ interfeciſtis.*

Pag. 103. d. *Quæ multis etiam.*] Non hoc vult Gregorius multis nos ſæculis præceſſiſſe Patriarchas, ſed vtitur verbis Apoſtoli ad Hebræos 11. 13. à vulgatæ auctore ſic expreſſis, *ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini.*

Pag. 105. a. *Quaſi ante capere.*] Dionyſius vertit, *debemus conuerſationis optimæ ſtudiis inhærentes futuræ gratię antiquitatem ipſam venerabilem æquanimiter operiri.* Sed ne hic quidem expreſſit vim verbi, προεμπορεύεσθαι, quod ad merita operum noſtrorum tuenda valet plurimum, quæ ſolet Scriptura cùm negotiatiorum & trapezitarum arte comparare, qui lucrum aliquod acquirunt. Sic loquutus eſt Gregorius Nazianz. orat. 20. de Baſilio pag. 326. βασιλείαν εὕρατο μεῖζον τὸ ἔργον τοῦ πάρεργον ἐμπορευσάμενος, *Regnum inuenit, pluſque in ea re quam obiter agebat, quam in ea, quæ præcipua ipſi curæ erat, lucri fecit.* Hic ergo ſic interpretari potes, *rectâ viuendi ratione futuram illam gratiam multo ante ſibi acquirere.*

Pag. 106. d. *Perinde æternum.*] Non dixit, ἀΐδιον, ſed ἀγέννητον, quod idem hoc loco valet quod ἀγένητον increatum, non cõditum. Dionyſius ſcripſerat: *Qui materialem cauſam iuxta ingeniti rationem* (ſic enim corrigendum) *bonę naturæ coæquare contendit.* Hoc eſt æquè increatum vult eſſe illud materiale principium, atque ipſe creator eſt increatus. Hic locus cõparatus cum altero germano ſuo in diſputatione de Anima cũ ſorore Macrina non mediocriter illuſtrabitur, ac viciſſim iuuabit, ſi illic quoque legatur ſuffragante præſertim codice mſ. illuſtriſſ. Cardinalis Bonzij, pag. 671. d. ὡς ὑλική φύσις ἔξω τῆς θείας οὐσίας ἀντεξετασθήσεται τῷ θεῷ κατὰ τὸ ἀγέννητον τῷ ἀϊδιότητι τοῦ ὄντος παρισουμένη. *Aut aliqua natura materialis extra diuinam eſſentiam introducetur, & cum Deo comparabitur, ſic vt cum ſempiternitate eius qui eſt, ratione proprietatis ingeniti adæquetur.* Idem etiam de Manichæis ab eadem mente Gregorius Nazianz. orat. 1. de filio pag. 569. ἐν δὲ οὐ συγχωρήσομεν εἶναι μόνου θεοῦ τὸ ἀγέννητον εἰ καὶ τὴν ὕλην καὶ τὴν ἰδέαν συνεισάγοιτε ὡς ἀγέννητα. *Atqui ſolius Dei ingenitum eſſe minimè conceſ-ſerint, qui materiam quoque & formam vt ingenitas induxerint.* Paulò ante in eadẽ oratione, idẽ Nazianzenus, τὸ ἀγέννητον τὸ ἄναρχον καὶ μὴ ἐκτισμένον, ingenitum, quod principio caret, & increatum eſt: & Iuſtinus in cohortatione ad Græcos, p. 16. τοὺς γεννητοὺς ἢ δημιουργητοὺς γενομένους, genitos ſiue conditos naſcentes. Auguſtinus de hæreſib. ad Quod vult Deum, *iſte duo principia inter ſe diuerſa atque aduerſa eademque æterna & coæterna, hoc eſt ſemper fuiſſe compoſuit*, & refutat hanc hæreſim lib. 1. c. 3. contra Iulianum Pelag. & Epiphanius hær. 66.

Pag. 111. b. *Publico in concil.*] Marci 5. 22. *Et venit quidam de Archiſynagogis.* Meritò ſanè reprehendit Seb. Caſtellionem Beza in 4. Matth. quod συναγωγὴν *Collegium* vertat, cum anguſtioris ſit ſignificationis, & quia factum erat peculiare hoc nomen Eccleſiis Iudæorum. Idem etiam in 16. Matth. ſcribens ἐκκλησίαν ait melius Latine reddi *Eccleſiam*, quod communis loquendi conſuetudo fecerit, vt pro cœtu eorum accipiatur, qui Chriſtum profitentur, & in reſponſione ad eundem Caſtellionem arguit illum quod Paganorum vocibus ſacras litteras profanaret, neminemque ſani iudicij hominem ait non cohorruiſſe cum beatos illos Angelos audiret in Genios eſſe transformatos. At qui cæteris hæc vitio vertit, ſuo ſe calculo damnat, quum non modo vulgatæ Latinæ auctorem ſæpe ſuggillet tanquam minus Latinitatis ſtudioſum, ſed ab Eccleſiæ ſubinde ſanctorumq; Patrum loquutionibus, & quod capitale magis eſt, ab eorum placitis ac dogmatibus quàm longiſſimè diſcedat. Æquè obſcurum & ineptum eſt illud pag. 113. d. ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, *Per vocem diuinorum nunciorum principis*, v. p. 114. a. πρὸς πίστιν τῆς ἀναστάσεως, *ad perſuaſionem de Reſurrectione*, & p. 117. b. ἐκκλησίας, *Dei cœtum*, cum vſitatis apud Chriſtianos vocibus, *Archangeli, fidei, & Eccleſiæ*, fuiſſet vtendum, quandoquidem apud Paganos etiam in ſacris nefas fuit à receptis formulis, conceptiſque ſacerdotum verbis recedere.

Pag. 119. c. *De Principijs ſcripſerunt.*] Carpit & ſuggillat hoc loco Dionyſium Leuuencl. quod hæc ita ſit interpretatus, vt non intellexiſſe videatur, quod diceret: ſed immodeſtiam eius agnitio propriæ inſcitiæ repreſſiſſet, ſi vel ipſos Origenis libros Latinè conuerſos à limine ſalutare voluiſſet. Nã & in ipſa præfatione ſic ait: *Iſtos exigis, vt interpreter, id eſt*, περὶ ἀρχῶν, *quod vel de principijs vel de poteſtatibus dici poteſt*, quò minus debuit mirari nouus interpres ita ſcriptum fuiſſe à veteri, *de principatibus diſputantes*: tametſi, cum dicat Pamphilus Martyr in Apologetico in illis libris oſtendi quæ ſint illa quæ manifeſtè Eccleſiaſtica prædicatione tradita ſint, & quæ ſint quæ non apertè definiuntur, de principiis potius Chriſtianæ fidei illic agi probabilius eſt. Pro δῆμον autem legit Dionyſius, λοιμὸν, vitioſum codicem nactus, quam ob cauſam vertit, *peſtilentiam*, ſed hac voce magna quædam intelligitur multitudo quam in diſputatione de Reſurrectione cum Macrina pag. 665. d. vocat ἔθνη τινὰ τῶν ψυχῶν, *nationes quaſdam animarum.* Et illuſtrari admodum poteſt ex iſto locus ille, præcipuè ſi tertium quẽdam interpretẽ adhibeamus

in conſilium, qui Iuſtiniani Imperatoris librum ſiue tractatum vertit editum inter epiſtolas Pontificum, quæ quintam Synodum generalem præcedunt, & vtraque lingua exhibetur tom. 2. edit. Romanæ, pag. 635. In eo quippe magna capitis huius libri Nyſſeniani citatur, & ad reuincendos Origenis errores, cum multis aliis profertur. Ac primum illud ἐν ἰδιαζούσῃ πολιτείᾳ. Iuſtiniani liber aliter extulit, δῆμον ἐν ἰδιαζούσῃ πόλει, interpres dixit, *veluti quendam populum in propria vrbe ante ſubſtitiſſe*, Leuuenclau. *quandam nationem ſeorſum quadam in republica exiſtere.* In diſputatione vero cum Macrina, ἔθνη ψυχῶν ἐν ἰδιαζούσῃ τινὶ πολιτείᾳ βιοτεύοντα, Sifanus vertit, *nationes quaſdam animarum eſſe ponant in peculiari quadam ciuitate viuentes.* Rectius tamen opinor Dionyſius, hoc loco dixit, *quod in conuerſatione propria animæ exiſtant*, hoc eſt ſeparatæ à corporibus degant, vt paulò pòſt dixit, p. 120. *b.* ἐν ἰδίᾳ τινὶ καταστάσει προϋφεστάναι, *proprio quodam in ſtatu viuere*, & p. 121. *c.* ἀποπεσοῦσαν τῆς ὑψηλοτέρας πολιτείας ἡ ψυχὴ, *animus de conditione ac ſtatu excelſiore deiectus*, & p. 122. *b.* ἐφ' ἑαυτῶν βιοτεύειν, quod perperam Leuuencl. *inter ſe degere*, Dionyſius rectè, *apud ſe*, Iuſtiniani interpres optimè, *qui viuere animas ſeparatas ante corpoream vitam aſſeuerat.* Hieronymus his ſuffragatur, cuius hæc verba ſunt epiſt. 61. in Ioannem Hieroſolym. dum Origenis errores enumerat. *Quod in hoc corpore quaſi in carcere ſunt animæ religatæ, & antequam homo fieret inter rationabiles creaturas in cœleſtibus commoratæ*, & rurſus poſt aliquot paginas: *Quærimus vtrum animæ, antequam plaſmaretur Adam de terra, proprium ſtatum habuerint, vixerint, mortuæ ſint atque ſubſtiterint.*

Cæterùm quod ad hanc προϋπαρξιν animarum attinet, in libris qui nunc Latinè tantum editi, hoc tantum legimus lib. 1. & 7. *anima non cum corporibus facta, ſed extrinſecus probatur inſerta*, quia nimirum vt ait Hieronymus epiſt. 54. ad multa fuerunt à Ruffino interprete ſubtracta, quæ apertam eius impietatem monſtrare potuiſſent. At in illo eodem Iuſtiniani tractatu proferuntur Græcè, pag. 655. περὶ τῆς προϋπάρξεως ψυχῶν. De animarum præexiſtentia, ἐξ ἰδίας αἰτίας τῶν μὴ προσεχόντων ἐκ τῆς ἀγρύπνως. γίνονται τάχιον ἢ βραδύτερον μετεωρώσεις. *Ex propria culpa minime ſiue vigilanter attendentium fiunt citius aut ſeriùs delapſiones.*

Pag. 120. *c.* περὶ τῆς μετενσωματώσεως.] In tractatu Iuſtiniani legimus in textu μετεμψυχώσεως, in margine μετενσωματώσεως: interpres vetus: *quæ de animorum ex alijs in alia corpora migratione proditæ ſunt.* Vſus eſt priori voce Pamphilus in Apologia pro Origene ſcribens nonam criminationem inter ea quæ illi impingebantur hanc eſſe, & vltimam quę cum omni infamatione diſpergitur, μετενσωματώσεως, id eſt, quod humanas animas in muta animalia, vel ſerpentes, vel pecudes aſſerat tranſmutari per mortem. Poſteriorem vſurpat Hieronymus epiſt. 39. ad Auitum, vbi allatis Origenis verbis ſubdit: *Hæc dicens perſpicuè* μετεμψύχωσιν *Pythagoræ Platoniſque defendit.* Eandem animarum tranſmigrationem appellat etiam πυθαγορικοὺς μύθους, Pythagoricas fabulas Ariſtoteles lib. 1. de Anima c. 4. Ibid. pro θάμνους ἐν, legitur apud Iuſtinian. ἐκ θάμνους ἐφύην. Interp. *& fuiſſe arbuſculam.* Cæterum apud Iuſtinianum emendandum eſt ex hoc loco, ἀιδίῳ τινὶ ἀιδίῳ ἐν ἀσωμάτῳ, pro ἀιδίων ἐν ἀσωμάτων.

Pag. 121. *b.* *Nam is tandem.*] Aptiùs Dionyſius, *Mali namque ſtatio virtutis eſt initium.* Iuſtinian. interp. *Vbi enim malitia ſiſtitur, ſuccedit impetus ad virtutem: Atqui virtus in irrationabilibus nulla eſt*, vel ſi malis ita; *Mali enim ceſſatio, conuerſionis ad virtutem initium eſt.* Si quidem, vt ait Horatius lib. 1. ep. 1. *Virtus eſt vitium fugere, & ſapiẽtia prima Stultitia caruiſſe.* Cleobuli apophthegma eſt, ἀρετῆς ἀρχὴ οἰκεῖον κακίας μισεῖν.

Pag. 126. *a.* *Ad te ipſum reſp.*] Dionyſius fidelius expreſſit verba Scripturę, *Attẽde temetipſum, ſicut ait Moſes, & quaſi in libro ſic hiſtoriam operationis animæ perleges.* Deuteronomij 4. 23. ait Moyſes, πρόσεχε σεαυτῷ, καὶ φύλαξον τὴν ψυχήν σου σφόδρα, μὴ ἐπιλάθῃ πάντας τοὺς λόγους. *Attende tibi ipſi, & cuſtodi animam tuam valde, nequando obliuiſcaris omnium verborum.* Habuit & homiliam de his verbis Moyſis Baſilius magnus, in qua ſic etiam ea exponit, vt frater ipſius hic noſter auctor, πρόσεχε σεαυτῷ τουτέστι πανταχόθεν σεαυτὸν περισκόπει, ἀκοίμητον ἔχε πρὸς τὴν σεαυτοῦ φυλακὴν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. *Attende tibiipſi, hoc eſt teipſum omni ex parte colluſtra, & circumſpice, animæ oculum ac ſolertem tui ipſius cuſtodiam habeto peruigilem & inſomnem.* Et poſt pauca, πρόσεχε σεαυτῷ τουτέστι τῇ ψυχῇ σου ταύτην καταμάνθανε. γίνωσκε σαυτὸν τίς εἶ. γνῶθι σαυτοῦ τὴν φύσιν, ὅτι θνητὸν μὲν σου τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ ἡ ψυχή.

Pag. 129. *b.* *Marinorum.*] Qui ſint hi marini pulmones ſcire ſe negat Leuuencl. diſcere potuit ex Ariſtotele teſtacæ generis eſſe animalia, ſic enim lib. 5. cap. 15. de hiſtor. animalium, καὶ οἱ καλούμενοι πλεύμονες αὐτόματοι. *Qui pulmones appellantur ſponte proueniunt.* Plinius lib. 9. c. 46. Gregorio ſuffragatur de iiſdem agens, teſtis enim ait, quibuſdam ſiliceis nullum eſſe ſenſum, multis eandem naturam quæ frucei, vt pulmonibus, & ſtellis, & lib. 18. c. 35. *Pulmones marini in pelago plurium dierum hyemem portendunt.* Poſtremò Dioſcorides lib. 2. c. 36. πλεύμων θαλάσσιος προσφάτως λειωθεὶς ποδαγρικοῖς καὶ χιμέτλοις ὠφελεῖ καταπλασσόμενος. *Podagris pernionibuſque vtiliter illinitur conciſus recens marinus pulmo*; in quem locum annotat Marcellus Vergilius interpres eos fruticum magis habere naturam quam piſcium, & in eorum cenſu atque ordine potius habendos, quæ à veteribus Græcis, ζωόφυτα, dicuntur medio inter plantas & animalia habitu dicta ſunt.

Pag. 135. *c.* *In iunco.*] Nihil neceſſe fuit, opinor, receptam lectionem immutare, ἐν δάφνῃ καὶ σχίνῳ. & in lentiſco: potuit enim Gregorius inter δένδρα δίεδρα, lentiſcum numerare, cum ille ipſe Dioſcorides, quẽ pro iũco odorato Leuẽcl. citat, lib. 1. c. 77. lentiſcum tradat, σμήχει ὀδόντας καὶ τὸ ἀσθμα εὐωδίαν, *commanducatam ſuauitatem oris commendare*, & ex eadem arbore naſci reſinam quæ inde lentiſcina & maſtiche dicitur, quæ ſit ἐκ δρυὸς καὶ ὠδίνης, & friabilis & odorata. Vide etiam Plinium lib. 13. cap. 20.

IN LIBRVM

IN LIBRVM DE VITA MOSIS,
Notę Frontonis Ducęi.

QVA diligentia, qua fide Georgius Trapezuntius vir alioqui doctiſſimus & natione Græcus in ſanctorum Patrum interpretatione verſatus fuerit, cũ multas ſępenumero periodos in vnius membri compendium redigeret, alias omitteret, aut ſuis additamentis interpolaret, niſi ex diſertiſſimi Iacobi Billij in Damaſcenum, Iac. Grynæi in Euſebium, & aliorum in Cyrillum cæteroſque Doctores obſeruationibus didiciſſe lectorem arbitrarer, tam multis in locis lacunas à nobis indicari explendas, aut lectoris curſum interpellari tot notis ne inſolens videretur & importunum, reformidarem. Noluimus tamen opus tam eximium præclaris ſententiis mutilatum iacere, ſed partim ex editione Lugdunenſi apud Batauos, partim ex codice mſ. V.c. Ioan. Vulcobij Bellopratenſis Abbatis, quæ maioris momenti eſſe videbantur, quà correximus, quà Græcis vocibus adiunctis illuſtrauimus ante annos decem, cum huius auctoris editio Latina Lutetiæ in lucem prodiret, & nunc adiungendas Græco-Latinæ Notas iſtas recognoſcere conati ſumus, licet illi præeſſe per otium non liceret, & ſimul ſuſcepto Chryſoſtomianę interpretationis penſum abſoluere. longum ſanè fuiſſet & ſuperflui laboris omnia loca indicare, quæ ad Græci codicis fidẽ emendata & integra interpretatione ſunt expreſſa, quæ hanc editionem cum antiquioribus comparanti facilè occurrent, ſed vbi vel citata Scripturæ verba minus cum Septuaginta verſione Græca conueniunt, vel ſimilibus aliorum Patrum ſententiis illuſtranda viſa ſunt, his eam in rembreuib. ſcholus lectorum ſtudio cẽſuimus obſequendum.

Pag. 168. *a. Vt modeſta.*] Interpres ediderat, *vt hac ſenectus modeſtia tua mandata ſuſcipiat, maiores obedientia in te profecto vires habebit, cum ætas tua noſtro exemplo magis roborata fuerit.* Videtur legiſſe cum Lugdunenſi edit. παιδοτριβείας σοὶ τῆς νεότ. non vt habuit mſ. Vulcob. omiſſo σοὶ παιδοτριβηθείσης τῆς νεότητος. Itaque hic ſcribendum, *iuuentus tua fuerit erudita.*

Ibid. *b.* 10. *Planum id ita faciam.*] Subiiciebantur his quædam ab interprete, quorum ſententiam neq; liber excuſus, neque mſ. Vulc. agnoſcit, idcirco illa ſuſtulimus. *Cùm perfectum dicatur, quod finem ſuum atque terminum ita conſequutum eſt, vt nihil ſibi deſit, nihil deficiat. Sed in his quidem quæ ſenſu percipiuntur certis quibuſdam terminis continentur omnia, vt verbi cauſſa in quanto tam continuo quam diſcreto proprijs quibuſdam terminis omnis menſura concluditur.*

Pag. 170. *b.* 11. *Sufficiet vt ſit.*] Aberrauit à recto itinere interpres, quia facem non vidit, τὴν τοῦ πυρὸς ψυχὴν πληρῶσαι. Neque enim iſta vertit, quæ videtur legiſſe, atque imitando expreſſiſſe Michaël Pſellus libro de operatione dæmonum, pag. 92. μὴ σύ μοι τὴν ἀληθῆ ὁδὸν ὑφηγήσω τρίβον καθάπερ πυρσὸς ἐπὶ θαλαττίας σκοτομήνης ἀναφανείς. (Sic enim emendandum eum locum cenſeo.) *Niſi tu me veram in viam reduxiſſes, tanquam fax in pharo ad diſcutiendam maris illam nocte caliginem affulgens.*

Ibid. *d. Neque Sion vt.*] Trapezuntius contra mentem auctoris, *Nec Sion illa, Dei domicilium determinatus quidem locus eſt, vt litera ſonare videtur.* Aſſerit nimirum domicilium eſſe Dei Sion, quod negat Gregorius, quemadmodum & negauit notum eſſe in ſola Iudæa Deum Dauid Pſal. 75. 2. γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ θεός. Notus in Iudæa Deus, & Pſal. 131. 13. ᾑρετίσατο αὐτὴν κατοικίαν ἑαυτῷ. *Elegit eam in habitationem ſibi.*

Pag. 171. *c. mammillam alienig.*) Immutauimus, quod ſcripſerat Trapezuntius, *mammillam omnino faſtidiens*, & corrigendum monuimus θηλήν. Scribit enim Ioſephus lib. 2. cap. 5. non quamuis mammillam, ſed Ægyptiarum tantum nutricum auerſatũ eſſe Moyſem infantem, ideoque Mariam ſororem eius Regis filiam monuiſſe, vt Hebræam aliquam accerſeret, tumque matrem eius adductam. μὴ προσιεμένου δὲ αὐτοῦ τὴν θηλήν, ἀλλ' ἀποστραφέντος καὶ τοῦτ' ἐπὶ πολλῶν ποιοῦντος, ὅτι μάτην ὦ βασίλισσα ταύτας ἐπὶ τροφῇ τοῦ παιδὸς μετακαλῇ τὰς γυναῖκας, αἳ μηδὲν πρὸς αὐτὸν συγγενὲς ἔχουσιν. *Quo non admittente mammam, ſed auerſante, idque cum alia poſt aliam adduceretur, Nihil agis Regina, inquit, dum nutrices infanti adhibes alieni generis mulieres.*

Pag. 173. *c. Sed fallaciam.*) Hæc in compendium redegerat interpres, non ſine diſpendio ſenſus auctoris. *Sed qui ex virga Moyſi verè animatus erat, magorum virgas, re ligna, viſus deceptione dracones facilè deuorauit. Tunc conſentientes.* Sed præſtigias & ſpeciem oculis apparentem interpretatio noſtra clarius exprimit, cui ſuffragatur & Tertullianus de Anima cap. 57. *Solent dæmones phantaſmata præſtare, & corpora fingere, quibus exteriores oculos circumueniant. Corpora enim videbantur Pharaoni & Aegyptijs magicarum virgarum dracones, ſed Moſis veritas mendacium eorum deuorauit*, & apud Iuſtinum quæſt. ad Orthodox. 26. τῶν δαιμόνων φαντασιούντων τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων τὸ μὴ ὄφιν ὁρᾶν ὡς ὄφιν. *Dæmonũ operatione ſpectantium oculos præſtigijs decipientium, vt, ſerpens qui non eſſet, tanquam ſerpentem cernerent.*

Pag. 174. *d. Vt ſpecie.*) Omiſerat hic multa interpres, quæ tamen adieciſſe operæ pretium fuit, vt conſtaret exiſtimaſſe Gregorium à Moſe admonitos fuiſſe Iudæos, vt ab Ægyptijs ſpecie commodationis accepta vaſa ſecum auferrent: quod ad eam quæſtionem pertinet, quam tractat S. Auguſtinus lib. 22. c. 72. contra Fau-

ſtum, num Deus iuſſerit Hebræis, vt ab Ægyptijs commodato vaſa peterẽt. *Et fortè ſecundum ſuas voluntates*, inquit, *magis permiſſi ſunt facere iſta, quam iuſſi: ſed eis Deus permiſſionem ſuam per famulum ſuum Moyſem innoteſcere voluit, quando mandauit, vt diceret, vt ab Aegyptijs ſibi commodanda peterent, quæ auferrẽt.* Exponit cauſam & æquitatẽ præcepti Philo Iudæus lib. de vita Moſis, πρῶτον μὲν ἐν ποσῷ ταῦτα τὸν χρόνον ἀναγκαῖον μισθὸν κομιζόμενοι, ἔπειτα ὑφ' ὧν κατεδουλώθησαν ἐν ἐλάττονι ἢ ὑπὲρ τοῖς ἴσοις ἀντιλυπήσεις. *Primùm vt diuturni laboris neceſſariam compenſationem reciperent, deinde vt pro acceptis tempore, quo ſeruierant, iniurijs ſi non pro merito, aliquid tamen damni rependerent.* Et Nicetas in Scholiis ad orat. 42. Nazianzeni de Paſchate, καὶ μὴν οὐδ' ἀδίκου κρίσεως ἦν κατὰ τὴν ἱστορίαν κελεῦσαι τοὺς πλεῖστα μοχθήσαντας συλῆσαι τοὺς Αἰγυπτίους, ἀλλὰ καὶ σφόδρα δικαίου καὶ ἀδεκάστου ἄξιον εἶναι τῆς τροφῆς ἀπολαύειν τὸν ἐργάτην διαταξαμένης. *Neque vero iniqui iudicij erat, ne quidẽ ſecũdũ hiſtoriã imperare ijs, qui diuturnis laboribus afflicti fuerant, vt Aegyptios ſpoliarent, ſed admodum etiam integri atque incorrupti iudicis æquum eſſe pronuntiantis, vt operarius alimento fruatur.*

Pag. 176. c. *Ablata amaritudine.*] Trapezuntius ediderat, *ablata putredine.* Res narratur Exodi 15. 23. ὕδωρ ἐκ Μερρᾶς πικρόν, *aquam de Merrha amaram*, Tertullianus aduerſus Iudæos 13. *Lignum, quo, Moyſes aquam amaram indulcauit.* Vocem Hebraicam Μερρὰ LXX interpretati ſunt Numer. 33. 8. πικρίαι.

Pag. 177. *b.* ὁ ἀγροικικὸς.] Hæc non agnoſcit interpretatio Trapezunt. & videntur olere gloſſema, nec ſuo loco poſita: ſiquidem concinnius eſſet, κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ κορίου σπέρματος, ὃ ἀγροικικῶς λέγεται κολίανδρον. Sed vt apud Athenæum lib. 11. ſuſpicantur quidam legendum κισσύβιον λέγεται ἐπὶ ξύλου ἢ ἀγροικικῶς. *Ciſſybium dicitur in conuentu ruſticorum*, quod ei quadret ligneum poculum; ita peculiariter inter ruſticos vſurpatam eſſe vocem, τὸ κολίανδρον indicabit hic locus, quemadmodum & Ariſtophanis Equitum ſcholiaſtes ſcribit ſuo tempore dictum fuiſſe κολίανδρον, quod ab illo Poëta dicitur κορίαννον. Galenus item ait vetuſtiores Græcos nominaſſe κορίαννον, quod recentiores omnes κόριον appellant. Sic apud Hippocratem legimus lib. 2. de victus ratione κορίαννον θερμὸν καὶ στατικόν. *Coriandrum calidum & ſiſtendi vim habens.* Videmus tamen apud LXX ſatis antiquos auctores Exodi 16. 14. vocem κόριον vſurpari, λεπτὸν ὡσεὶ κόριον λευκόν, *ſubtile vt coriandrum album*, itemque Exo. 16. 32. & Numer. 11. 7. ὡσεὶ σπέρμα κορίου ἐστί, *quaſi ſemen eſt coriandri.* Dioſcorides etiam lib. 3. c. 64. à Græcis κόριον, vel, κορίαννον vocari tradit, ab Ægyptiis ὄχιον ab Afris γοίδ, quod ſuffragatur & fauet iis, qui linguam Punicam oriundam volunt eſſe ab Hebræa, quæ גד coriandrum appellat.

Ibid. *c. Eſt in hac hiſtoria.*] Legebatur antea, *transformabatur, præterquam die ſabbati. Nam cum hæc dies.* Emendandum in Græco ex varia lectione marginis, τὸ περὶ τῆς τροφῆς ταύτης, *Eſt in hiſtoria de cibo iſto quiddam aliud mirabile:* paulo poſt ſublato profano diei Veneris nomine τὸ Paraſceues ſubſtituimus, quod & apud Græcos & in Latina vulgata retinetur. Redegerat hic multa in compendium interpres, non ſine ſenſus auctoris diſpendio.

Pa. 178. *Cum autem eodem.*] Hic quoque multa fuerant omiſſa, vt illud de pane cœlitus miſſo, de miniſterio nubis interdiu noctuq; exhibito, & alia quibus germana ſunt illa apud Gregorium Theologum Baſilij magni contubernalem, qui Nyſſeno germanus fuit, orat. 3. aduerſus Iulianum p. 57. στῦλος νεφέλης ἐπισκιάζων ἡμέρας, στῦλος πυρὸς φωτίζων νύκτας, καὶ ὁδηγοῦντες ἀμφότεροι. ἄρτος ὑόμενος ἐν ἐρήμῳ, ὄψον ἐξ οὐρανοῦ πεμπόμενον, ὁ μὲν τῇ χρείᾳ σύμμετρος, τὸ δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν, ὕδωρ ἐκ πέτρας τὸ μὲν ὀχετευόμενον, τὸ δὲ γλυκαινόμενον. *Nubis columna interdiu obumbrans, ignis columna noctu ſplendorem afferens, atque ambæ iter præmonſtrantes: panis in deſerto pluuiæ inſtar fuſus, opſonium è cœlo miſſum, ille neceſſitati correſpondens, hoc etiam ſupra neceſſitatem impertitum: aqua è petra partim manans partim edulcata.*

Pag. 179. *b. Cùm cœlitus.*] Aut aliter legerat, aut hæc malè intellexerat, interpres dum ederet, *cùm ſonitus deſuper veluti buccinæ diſrumpere ſubiecta locorum ſpatia videretur*, nec aptè dicitur articulatus ſonitus, ſed vox.

Pa. 180. *b. Nam diuina.*] Hæc in editione Græca Raphelengij quadrato incluſa inſerebantur textui ex codice R. in quibus emendandum ex mſ. V. πρὸς γὰρ τὸ ἄδυτον, & παραπέτασμα: adiecta ſunt etiam Latinè conuerſa interpretationi Georgij Trapezunt.

P. 181. *c. Leges accipit.*] Trapez. *leges poſuit*, quaſi legiſſet, νομοθετεῖ, & paulò pòſt vertit, *ſuperhumeralia varijs coloribus, quibus tentorium ornabatur, ac inſuper auro diſtinxit.* Atqui non τὴν σκηνήν, vel τὸ ἐπίσπαστρον, *tentorium*, ſed τὸ καταπέτασμα *velum*, confert cum ſuperhumerali, de quo Exodi 28. 8. καὶ τὸ ὕφασμα τῶν ἐπωμίδων ἔσται ἐκ χρυσίου καθαροῦ καὶ ὑακίνθου καὶ κοκκίνου διανενησμένου καὶ βύσσου κεκλωσμένης. *Et contextus ſuperhumeralium erit ex auro, & hyacintho, & purpura, & coccino retorto, & byſſo neta* ſicut & de velo Exodi 26. 31. Et facies velum de hyacintho, &c.

Ibid. *d. Vncinos quoque.*] Omiſerat interpres, *quibus ſuperhumeralia cõnectuntur*, πόρπας enim rectè coniecit legendum non πέρπας Margunius Epiſcopus Græcus: ſic enim appellat hic auctor, quas ἀσπιδίσκας dicit Scriptura Exodi 28. 13. & ἀσπίδας, καὶ ποιήσεις ἀσπιδίσκας ἐκ χρυσίου καθαροῦ. S. Auguſtinus quæſt. in Exod. 115. *aſpidiſcas*, *alij vncinos* vertũt, vulgata *fibulas*, 1. Machab. 10. 89. ἀπέστειλεν αὐτῷ πόρπην χρυσῆν. *Miſit ei fibulam auream.* Pagninus palas, ſed & fibulas nos poſſe interpretari fatetur. Vide infrà 229. *d.* Addit hic interpres, *& catenulas ſmaragdos*, quemadmodum & in loco Exodi ſequitur, καὶ ποιήσεις δύο κροσσωτὰ ἐκ χρυσίου, *& facies duas catenulas ex auro:* ſed in textu Gregorij nulla vox eſt, quæ catenulas ſignificet.

Pag. 182. *b.* 4. *Fimbriarum.*) Hæc addita ſunt è Græco: cæterum Hieronymus epiſt. 128. ὑποδύτην vertit *ſubuculam*, & ita tunicam hyacinthinam appellat: κοσύμβων fit mentio Exodi 28. 39. καὶ κοσυμβωτὸς χιτὼν ἐκ βύσσου, *& nodis tunicarum ex byſſo*, vel vt alij vertunt, *& fimbriæ*, qui &

κοσυμβωτὸς χιτῶνας, veſtes fimbriatas intelligunt. Sanctus Auguſtinus quæſt. 114. teſtatur quoſdam Latinè reddidiſſe Exodi 118. 4. κοσυμβωτόν, *tunicam cum cornibus, quod honeſtius putarunt, quam ſi dicerent cum cirris, qui bene diſpoſiti ornamento eſſe veſtibus ſolent.* Tamen ad fimbrias hi cirri poſſent referri, quibus ora veſtium ornatur, nam & Heſychius κοσυμβωτὸν exponit κροσσωτὸν fimbriatum, & Pollux κόσυμβον, pro nodo ctinium accipit, quos referunt fimbriæ. Vide infrà pag. 229. *b.* Porrò quod ſequitur de capitis vitta, ſic expreſſerat Trapezunt. *In his erat lamina & caputium Pontificis*, vbi quid caputij nomine ſibi velit, non video, Gregorius ſcripſit τὸ μετωπίδιον πέταλον, laminam fronti impoſitam, de qua hæc præcipiuntur Exodi 28. 36. καὶ ποιήσεις πέταλον χρυσοῦν καθαρὸν, καὶ ἔσται ἐπὶ τοῦ μετώπου Ἀαρών. *Et facies laminam auream puram, & erit, ſuper fronte Aaron.* Hieronymus quidem epiſt. 128. capitium appellat partem veſtis ſiue tunicæ, quà collo induitur apertæ: ſed hoc illud eſt, quod LXX vocant περιστόμιον Exodi 28. 32. Auguſtinus quæſt. 118. in Exod. periſtomium vocauit, id eſt, *qua caput eijciatur.* Aliud ſonat capitium apud Varronem nimirum muliebre tegumentum, ſiue quo pectus vinciebatur. Rurſus omiſerat hîc interpres ea verba quæ præcedebant iam notata, nempe, ἐν αὐτῆς κεφαλῆς ταινία ὑακινθίνη πᾶσα. *Tum capitis vitta, quæ tota fuit hyacinthina:* de qua nimirum agitur Exodi 28. 37. apud LXX καὶ ἐπιθήσεις αὐτὸ ἐπὶ ὑακίνθου κεκλωσμένης. *Et impones eam ſuper hyacinthum tortam.* Vulgata Latina & Hieronymus epiſt. citata vittam hyacinthinam appellant, vt hîc Gregorius ταινίαν, ſed ea voce totam ipſam tiaram videtur indicare.

Ibid. *d. Nec humano.*] In editione Raphel. lectio fuit è margine retrahenda ἐλθοῦσαν ἀνθρωπίνης συνεργίας εἰς τὸ μή. Nam hæc omnia fuerant ab interprete omiſſa.

Pag. 183. *b. Cumque ſua irac.*] Hæc quoque ſuppreſſa fuerant, quorum ſententia exprimitur Exodi 32. 14. καὶ ὀργισθεὶς θυμῷ Μωϋσῆς ἔρριψε τὰς δύο πλάκας. *Et iratus ira Moyſes proiecit duas tabulas.* Ita Phinees Numer. 25. 11. quia zelo commotus eſt aduerſus fornicatorem, iram Dei dicitur à filiis Iſraël auertiſſe Pſal. 105. 30. *Stetit Phinees, & placauit.*

Pag. 184. *c. Sicut Moyſes.*] Paulo durius fuit, quod pro his ſubiecerat interpres, *tum Moyſes quoque viſus eſt propter perfidiam dubitaſſe:* aliud enim eſt perfidum, aliud incredulum eſſe. Numeror. 20. 12. *Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſraël.* Vnde Hieronymus in Zachariæ cap. 11. *Propter aquam contradictionis Moyſes & Aaron condemnati ſunt, ne terram repromiſſionis intrarent*, & Auguſtinus in Pſal. 105. *Dubitanter enim petram percuſſit. Hinc offendit, hinc audire meruit, vt moreretur, ne intraret in terram promiſſionis. Perturbatus enim murmure populi infidelis non tenuit fiduciam, qualem debuit.*

Pag. 185. *d. Eorum qui ante.*] Hæc omiſſa à Trapezunt. reſtituimus: at in Græco legebat V. προειλημμένων non προειλημμένων.

Pag. 186. *a.* 14. *Vt è contra.*] Ediderat Trapezunt. *Vt apertæ eſſent diuinationes:* at Gregorius Prophetias appellat, vt fert varia lectio marginis edit. Rapheleng. ὡς προφητείας αἴτιον εἶναι. Addidimus ex cod. V. poſt ὀργῆς hæc verba ἐκ θείας ἐπιπνοίας. Ita S. Auguſtinus quæſt. 48. in Numer. de hoc ipſo Balaam: *Deinde ire permiſſus eſt dicere, vt iam per ipſum prophetia clariſſima proferretur. Nam omnino permiſſus non eſt dicere quod volebat, ſed quod virtute Spiritus cogebatur*, & Tertullianus 4. in Marcionem 28. *Balaam Propheta ſimul ſpiritu implebatur non ad quam venerat maledictionem, ſed quam illi ipſa hora ſpiritus ſuggerebat, benedictionem pronunciabat.*

Pag. 188. *b.* 7. *Βιαίοντες.*) In edit. Græca Rapheleng. ſubiiciebatur aſteriſcus lacunam hic eſſe indicans, quàm additis ex cod. V. his verbis expleuimus, κιβωτῷ πρὸς τὸ μὴ φείδεσθαι βιαίων τῷ ῥεύματι δοθῆναι καταποντιζομένης. addidimus etiam interpretationi Latinæ, *ſi quando vitæ neceſſitate bona pignora cogantur fluctibus vitæ huius exponere*, κιβωτὸν vero arculam vertere maluimus, quàm fiſcellā, quod non ex virgulis, ſed ἐκ σανίδων, ex aſſeribus illam compingat, vt Exodi 25. 10. καὶ ποιήσεις κιβωτὸν μαρτυρίου, interpretantur, & facies arcam teſtimonij. Porrò LXX Exodi 2. 3. θῖβιν, appellant illud vaſculum, in quo poſitus fuit Moyſes, hoc eſt thecam ſiue arculam, vt in Complutenſi & Plantiniana edit. legitur: at in Vaticana θῖβιν, apud Cyrillum θίβην. Interpres Origenis genus tegminis eſſe docet ex virgis, aut ex papyro contextum, vel etiam ex arborum cortice formatum. Scholiaſtæ Græco in Notis Flaminij Nobilij eſt arca ex papyro. Vox Hebræa תבה in hoc ſolo Exodi loco vertitur Græcè θῖβιν, in multis aliis Geneſeos κιβωτὸς, in quibus de Arca Noë agitur, quæ ex aſſeribus & ipſa confecta.

Pag. 188. *c. Lacrymis parcat.*) Quæ ſequuntur, vſque ad finem periodi adiecimus è Græco excuſo expreſſa, & paulò pòſt nomine doctrinæ exterioris intellige τὴν ἔξωθεν φιλοσοφίαν Philoſophiam Paganorum. Cæterum pro, *in filium adoptauerit*, hic melius vertes illud ὑποβαλομένη τὸν υἱὸν, *filium ſibi ſuppoſuerit*, hoc eſt tanquam ὑποβολιμαῖον, & ſuppoſititium partum ſibi tribui voluerit. Nam qui per adoptionem vel per adrogationem aſciſcitur filius, gradum liberorum obtinet cum à parente in cuius erat poteſtate in iure ceditur, aut cum ſui iuris ſit, in alienam ſe poteſtatem tradit ab alio genitus, at ſuppoſititius ſiue ſubiectus filius vt loquitur Iuriſconſultus l. 11. D. de Carbon. edicto tanquam ab ipſo patre generatus, aut à matre partu editus ſupponitur, vnde crimen ſuppoſiti partus l. 10. Cod. ad legem Corneliam de falſis. Euſebius lib. 9. de præparat. Euangel. cap. 3. ex Artapano veteri hiſtorico tradit Merrin Palmanothæ Regis filiam, στεῖραν ὑπάρχουσαν ὑποβαλέσθαι τινὸς τῶν Ἰουδαίων παιδίον τοῦτο δὲ Μώϋσον ὀνομάσαι, quod Trapezuntius vertit, *Puerum, quoniam ipſa non pareret, Iudæum adoptaſſe, quem Iudæi Moſem appellant.* At emendans interpretationem Grynæus ſic edidit: *Hanc autem ſterilem exiſtentem, ſubieciſſe quendam Iudæorum infantem, eumque Moſem appellaſſe.* Philo Iudæus de vita Moſis, υἱὸν ποιεῖται, καὶ ἀεὶ τὸν ὄγκον

τ̃ γαστρὸς πεπλάσατο τὸ βρέφος, ἵνα γνήσιος, ἀλλὰ μὴ ὑποβολιμαῖος νομισθῇ. *Facit filium ſuppoſititium, quæ tam ante mulieb i arte finxerat ſe grauidam, vt natiuus putaretur non aſcititius.* Sic igitur intelligendum eſt illud Iuſtini in Exhortat.ad Græcos p. 8. διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παιδὸς οἰκειωθῆναι χώραν, quod à Regis filia in filij locum fuerit adoptatus, vel potius, in filij locum aſcitus, & vt ait Ezechielus Poëta apud Clementem Alex.Strom.1.educatus, ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἰδίων, *perinde quaſi ex viſceribus ipſius editus fuiſſet.* Hinc lucem accipit etiam alter Nyſſeni locus pag.171.c. ὡς δὲ οἰκειωθῆναι εἰς τὴν τάξιν ἀναγκασθῆναι.

Ibid.c. 4. *Atq; inutilia.*] Hæc inſeruimus huic periodo, qua in compendium redegit interpres ea, quæ tribus expreſſerat Gregorius, ob ea quæ ſequuntur pag.189.a. καὶ ἀπαλλοτριοῦσθαι πρὶν εἰς τὸ φῶς ἐλθεῖν τῆς θεωρητικῆς ἀμβλυώσσεται. Sic de Philoſophis ſentit Clemens Alexand.8.Strom.. οἱ φιλόσοφοι τῶν Ἑλλήνων θεὸν ὀνομάζοντες οὐ γινώσκειν μὲν σώζουσι κατὰ τὸν θεόν.

Pag. 189.c. *Quæ Iudaica.*] Reſtituta ſunt hæc ab interprete ſubtracta vſque ad illa verba, *atque Moyſen imitatur.* Eos nimirum caſtigat, *quos,* vt ait Hieronymus epiſt. 84. *totos poſsidet Tullius, qui Plautum ſumunt in manus, & ſi quando Prophetas legere cœperint, ſermo horret incultus, Ciceroniani denique potius, quam Chriſtiani vocandi ſunt.*

Pag. 190. c. *Deus autem eſt.*] Quæ ſequuntur vſque ad illa, ne à ſtellis defluxa, interpretis verbis adiecta ſunt, in quibus alluditur ad illa loca Ioan.14. 6. *Ego ſum via veritas & vita,* & Ioan.8. 12. *Ego ſum lux mundi.* Theodoretus etiam quæſtione 6. in Exodum viſionem illam ſignificaſſe vult vnigenitum Dei filium humanitatem noſtram aſſumentem, & virginalem vterum inhabitantem, immaculatã ſeruaturum matris virginitatem, idem Bernardus ſerm. de Beata Virgine.

Pag. 191. a. *Pellium amictus.*] Qui alibi ſæpe multa ſubtraxit, hic de ſuo quiddam addiderat Trapezuntius, *amictus pelliceus, ac terreſtris & ſordidus paſſionum æſtus;* poſſunt tamen non incommodè perturbationes hoc amictu pelliceo deſignari. Sic Ambroſius de Iſaac & anima: *Talis Moyſes cui dicitur, ſolue calceamentum pedum tuorum, vt vocaturus populum ad Dei regnum prius carnis exuuias deponeret, & nudo ſpiritu veſtigioque mentis incederet,* & lib.de fuga ſeculi cap. 5. *Solue vincula ſeculi, relinque calceamentum, quod terrenum eſt.*

Ibid.c.10. τὸ ἀίδιον.) In edit. Græca Rapheleng. legebatur pag. 75. τὸ αἰσθητὸν, repoſuimus, quod habuit codex V. & coniecit interpretem legiſſe vir doctus, τὸ ἀΐδιον, τὸ ἀμείωτον. Ideoque Iuſtinus quæſt. 113. ad Orthod. rectè dixit, τέλειον δὲ ἄκρως τὸ καθ' ὅλου προσθήκην ἢ αὔξησιν μὴ δεχόμενον. *Perfectum autem ſummè eſt, quod re nullã prorſus acceſsionem vel incrementum recipit.*

Pag. 193. c. *Hoc eſt verbum.*) Interpres aliud fortaſſe legit, cum ſcripſit, *in manu retinens, fidei videlicet enſem, quo ſerp.* Hæc videntur ad illam Apoſtoli locum referenda Roman. 10. 8. τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα πίστεως, ὃ κηρύσσομεν. *Hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus,* & 1. ad Timoth. 4. 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως. *Enutritus verbis fidei.* Paulò poſt adhæſit mendum ex mſ. ex quo editio Raphelengij expreſſa, καὶ ἀπείθειαν, corrigendum ex V. ἀκροβυστίαν.

Pag.194.a. *Sed & materialem.*) Aberant ab interpretatione iſta, quæ tamen à rei veritate minimè ſunt aliena. Siquidem ex antiquis Phiſophis multi Deum eſſe corporeum tradiderunt, vt docet Ariſtoteles 4. Phyſic. tex. 52. & Euſebius de præparat Euangel. lib.4.c. 6. vt Thales, qui mundum eſſe Deum, Stoici artificioſum ignem, Anaximenes aërium, Xenocrates cœleſti corpore, Epicurus humano ſimili præditum aſſerebant, de quibus Cicero 1.de Natura Deorum.

Ibid. b. *Vt pote horum.*) Quid legerit Trapezuntius non video, ſed longè abiit ab auctoris mẽte, cuius hæc verba ſunt tam in excuſo quam in calamo exarato libro, quæ expreſſimus loco eorũ, quæ ediderat ille, *horum dogmatũ partu tanquam non diuino, & ab Eccleſia Chriſtiana alieno exultans.*

Png.195.a. *Horum autem.*) Hic quoque multà fuerant ab interprete omiſſa, quæ reſtituimus ex libro excuſo à Rapheleng.in quo tamen correximus illud αἰσθήσεως τ̃ ἀπειρίας & ſubſtituimus in eius locum αἰσθ. ἀίσθητον.

Pag.196.c. *Fratres enim.*) Prior locus eſt Prouerb. 17. 17. qui de bonis fratribus intelligendus, ἐπὶ τῶν χρησίμων: poſterior de malis, ἐπὶ τῶν ἐναντίων, de contrariis Hieremiæ 9.4. *Omnis frater ſupplantatione ſupplantabit,* vt è Græco vertit Hieronymus: atq; ita melius exprimitur Hebraïſmus, ex quo vulgata, *ſupplantans ſupplantabit:* nam & apud Suidam, πτέρνα eſt, ὁ δόλος καὶ ἡ ἐπιβουλή. Vox etiam Hebræa עקב qua vſus eſt Hieremias non modò πτέρνα *calcaneum*, ſed & πτερνισμὸς vertitur Pſal.40.10. *ſupplantatio,* & 4.Reg.10. 19. Ἰοὺ ἐποίησεν ἐν πτερνισμῷ, *Ieu fecit in ſupplãtatione,* quod reddit Latinè vulgata. *Iehu faciebat hoc inſidioſè.*

Pag. 197. b. *Tanquam aut.*) Interpres, *tanquam aurum igne, ſic doloribus comprobati.* Atqui non ab auro, ſed à ferro ſimilitudinem auctor vel metaphoram ſumit, dum verbo vtitur, στομοῦσθαι: nam στομοῦσθαι σίδηρον eſt eandẽs ferrũ in aquã frigidam immergere & roborare: στόμωμα, ferrum, cuius acies chalybe roborata eſt: qua voce vtitur Scriptura Eccleſiaſtici 31.31. κάμινος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ. *Fornax probat aciem ferri in tinctura* Vulgata, *ferrum durũ.* Cõparationẽ ex hac metaphora texit Gregorius Nazian.orat.3.in Iulian. καὶ τοῖς διωγμοῖς ῥωννύντας τὰς ψυχὰς εἰς εὐσέβειαν, καὶ ὥσπερ σίδηρον ὕδατι τοῖς κινδύνοις στομοῦντας. *Perſecutionibus animas ad pietatem roborantes, ac periculis, vt aqua calens ferrum obdurantes.*

Pa.198.b. *Vtitur inſidijs.*] Non vt antea ex Trapezuntio, *vtitur vijs,* quaſi eſſet ὁδοῖς. Sic & Auguſtinus lib. 22. c. 18. de Ciuit. Dei expreſſit illud Epheſ.4.14. πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, ad machinationem erroris, Vulgata, ad circumuentionem er. Alterum locum hic citatum ita quoq; vertit Tertullianus 5.in Marcionem 18. *In quaſtenus ad machinationes diaboli,* ex Apoſt. Epheſ. 6. 11. στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. *ſtare aduerſus inſidias diaboli.*

Ibid. *d. Quod ſi facile.*] Tota hæc periodus addita eſt interpretationi, cuius ſententia conſonat ijs quæ paulo ante dixit, *deinde facile ſingula ſpeculabimur*, quod eſt Græcè δυνατὸν τοῖς καθ' ἕκαστον ἐφαρμόσαι τὸ νόημα. *Poteſt ſingulis ſenſus accommodari*, qui nimirum generatim eſt expoſitus.

Pag. 200. *b. Quod autem iſta.*] Trapezuntius ediderat: *Quod vero induratum adeo tyrannum fuiſſe dicitur, non te perturbet, neque idcirco nequitiæ ſuæ pœnas euaſiſſe ipſum putes, quoniam diuina potentia quaſi coactus peccaret. Simile namque.* At intererat lectorum ſcire, qua ratione probaret auctor Pharaonem ex neceſſitate non peccaſſe. Similem profert Hieronymus epiſt. 150. quæſt. 10. *Si hoc ita eſt, & pro voluntate ſua miſeretur Iſraëlis, & indurat Pharaonem: ergo fruſtra queritur atque cauſatur nos vel bona non feciſſe, vel feciſſe mala: cum in poteſtate ipſius ſit & voluntate abſque bonis & malis operibus vel eligere aliquem vel abijcere.* Clemens item Alexand. 1. Strom. οὔτ' αἱ τιμαί, οὔτ' αἱ κολάσεις δίκαιαι μὴ τῆς ψυχῆς ἐχούσης τὴν ἐξουσίαν τῆς ὁρμῆς καὶ ἀφορμῆς, ἀλλ' ἀκουσίου τῆς κακίας οὔσης. *Nec honores nec ſupplicia iuſta ſunt, ſi anima non habeat liberam poteſtatem & appetendi & abſtinendi, ſed ſit vitium inuoluntarium.* Porrò initio ſequentis paginæ ſuppreſſerat expoſitionem loci Apoſtolici interpres, qui eſt Rom. 1. 26. *Tradidit eos Deus in paſſiones ignominiæ*: nam & alibi ſolet hæc teſtimonia Scripturæ copulare, vt hom. 2. in Eccleſiaſt. p. 388. c. vbi de hac ipſa libertate arbitrij agitur.

Pag. 202. *b. Quod ſi poſtquam.*] Horum loco alia ſcripſerat interpres. *Quod ſi poſtquam triduo Aegyptij tenebris laborarunt, adapertis per pœnitentiam oculis illico viderunt, non iniuria, præſertim cum palpabiles illæ tenebræ tam verbo, quam ſenſu peccati ac ignorantiæ tenebris conueniant. Hanc à peccato libertatem noſtram à Crucifixo factam tenebraſq; ignorantiæ morte ac reſurrectione ipſius repulſas ab hiſtoria ſignificata crediderim maxime cum ibi Moyſes pro Aegyptijs qui ſenſilibus tenebris laborabant, & hic Chriſtus pro peccatoribus qui delictorum tenebris obfuſcantur manus extenderit.* Atqui non Ægyptiorum oculos per pœnitentiam apertos fuiſſe, dicit Gregorius, ſed figuram eos fuiſſe illorum, qui per pœnitentiam viſum mentis recipiunt, per agnitionem Chriſti ad virtutem à vitio traducti. Reliqua de Chriſti comparatione cum Moyſe, quod vterque manus extenderit, ab interprete, paraphraſtæ potius munus obeunte, quam interpretis, ſunt adiecta. Quamobrem haud tutò ſatis eius fide nixus quiſpiam illud τυφλοὶ καθὼς πολλάκις εἰώθασιν οἱ κακῶς ζῶντες καὶ τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν τῇ χειρὶ μὴ προσκυνήσαντες, margini editionis Lugduno-Batauę adiecit, vnde poſtea in textum irrepſit, licet à manuſcriptis abeſſet, & videretur hoc potius ab interprete nunc mutilante, nunc dilatante ſententias auctoris aſſutū. Hic tamen addendū poſt illa verba, palpabiles illę tenebrę, quod ab eo prętermiſſum eſt, *ſicut narrat hiſtoria*, καθὼς φησὶν ἱστορία.

Pag. 203. *b. Arte ipſos extractos.*] Trapezunt. *Arte ipſos in cutem vt appareant traxerit.* Non animaduertit ſolitos veteres medicos per quædam ἐμετικὰ φάρμακα, *quæ vomitum prouocarēt*, ſtomachum ægrorū prauis aggeſtis humoribus oneratum leuare. Plinius lib. 26. cap. 3. *Damnauit Aſclepiades vomitiones tunc ſupra modum frequentes*, & cap. 8. de Tithymali ſucco agens: *bibunt eum vt purgent vomitione, & aluo ſoluta, aliàs ſtomacho inutilem.* Vnde apud Ciceronem lib. 13. epiſt. 50. ad Atticum, *vnctus eſt, accubuit*, ἐμετικὴν *agebat*. Et ſolebant ſingulis menſibus Hippocratis tempore ἐμετικὴν agere, vomituque ſtomachum leuare, quibus valetudo curæ erat; vt eius indicat liber de ſalubri diæta.

Pag. 204. *a. Dexteræ vel.*] Scripſerat Trapez. *neſciunt ad dextram aut ſiniſtram declinare*: putans fortaſſe alludi ad illud Deuteron. 2. 27. *Non declinabimus neque ad dexteram neq; ad ſiniſtram*, cùm vſurpentur potius verba Ionæ Proph. 3. 11. οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν αὐτῶν ἢ ἀριστερὰν, quod vulgata dixit, *Qui non ſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram.*

Pa. 206. *d. Sed igni vt contigit.*] Etſi properabat interpres quoq; non debuit tamen ea pręterire, quæ de oſſibus non comminuendis deque celeritate adhibenda fuerant à Gregorio expreſſa, de quibus agitur, & cap. 12. 46. Exodi. Paulò pòſt etiam in locum eorum quę de peregrini aut viatoris habitu ſequūtur p. 207. *a.* ſubſtituerat quędam de nomine Phaſe vel tranſitus à ſenſu auctoris aliena. *Quare patet etiam à nomine (tranſitum enim comeſtionem illam appellauit) quid ille rerum inuolucris voluerit ſignificare.*

Pag. 208. *b. Hoc eſt oſſa verbi.*] Sic enim emendādum, vt olim admonuimus, cum primum has Notas edidimus: at Trapez. ſcripſerat. *Altiora te non quæras, id eſt, noli oſſa Chriſti cōterere: nō enim eges ſcientia ipſorum.* Ita quidem vulgata Lat. Eccleſi. 3. 22. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Editio Vaticana, χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε. *Difficiliora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Apud Theodoretum lib. 1. c. 4. hiſtoriæ citat Alexander epiſc. in epiſt. ſua, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε. *Et ſublimiora te ne ſcruteris.* Apud Cyprianum 3. Teſtim. 53. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Illud porrò quod ſequitur, *non enim eſt tibi opus occulto eſt*, ex eodem cap. verſ. 23. Sed vulgatæ Latinæ verbis vti neceſſe non fuit, cum è Græco Nyſſeni hæc verteret Trapezunt.

Ibid. *c. Quod præcepto Moyſis.*] Hæc quoque multis egregiis ſententiis mutilauit interpres, quas è Græco reſtituimus, & nonnullas cōtrarij plane ſenſus in locum earum ſubſtituerat, *Non quia precia magnæ longæq; ſeruitutis exigenda putaret: non enim in mēdacio exigenda erant.* Immò, ἀπαιτεῖν ἐκεῖνον εὔλογον ἦν τὸ ἔργον, ait, τὰ μισθώματα παρὰ τῶν Αἰγυπτίων οἱ στρατιῶται. Tale quid Tertullian. 2. in Marcion. 20 *Repoſcunt Aegyptij de Hebræis vaſa aurea & argētea: contra Hebræi mutuas petitiones inſtituunt allegantes ſibi quoq; ſuorū nomine mercedes reſtitui oportere illius operariæ ſeruitutis pro laterinis deductis, pro ciuitatibus & villis ædificatis.* Auguſtinus idē contra Fauſtum lib. 22. c. 7. *Quid abſurdum eſt ſi Aegyptij ab Hebræis homines iniquè dominantes ab hominibus liberis, quorum etiam mercedis pro eorum tam duris & iniuſtis laboribus fuerāt debitores, rebus terrenis priuari meruerunt?* Idem pluribus confirmat illud de Gentilium doctrina Chriſtianis amplectenda lib. 2. de doctr. Chriſt. c. 140. & Socrat. li. 3. c. 14.

Pag. 209. *a. Transferre iubemur.*] Hic meritò inclamare Virgilianum illud potuimus, Fratrem ne deſere, frater. Nam cum à Sozomeno lib. 5. hiſtor. cap. 17. Nicephoro lib. 10. c. 25. & aliis tanquam eximium quoddam exemplar inter eos, qui Gentilium diſciplinis eruditi ad Eccleſiam illuſtrandam ſe contulerunt, celebretur Baſilius, nefas erat eum à Gregorio germano prætermitti. Ac Sozomenus quidem ait, ὅτι Βασίλειός τε καὶ Γρηγόριος οἱ Καππαδόκαι παρ' ὅλην ἐκείνην τὴν ... ῥήτορας, *Baſilium & Gregorium Cappadoces omnibus illius ætatis Rhetoribus laudem præripientes*, Iuliani Imperatoris animum offendiſſe, vel potius vt melius vertit interpres Nicephori, *eius temporis oratores longè ſuperantes*, ne ijs tantum qui in ſcholis docebant præferri videantur. Auguſtinus verò lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 40. cum Ægyptiorum opibus conferēs diſciplinas Gentilium videtur hæc quæ ab interprete fuerant ſuppreſſa legiſſe. *Nónne aſpicimus quanto auro & argento & veſte ſuffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor ſuauiſſimus, & martyr beatiſſimus, quanto Lactantius, quanto Victorinus, Optatus, Hilarius?*

Pag. 210. *d. Lapis eſt haud.*] Hic lapis exciderat ex funda interpretis, vel eum conſulto prætermiſerat: ſic enim ſcripſerat. *Nónne quaſi haſta tremens iræ impetus eſt? Nonne quaſi effrenati equi.* At Græca ſine interrogationis nota exhibet etiam manuſcriptus, ex quo reſtituimus vocem, θυμώδης, quæ aberat ab editione Rapheleng. Annotauit hoc loco Dauid Hoeſcheluis, στρυφνότητα & στρυφνότητα legi apud Lucianū, illud etiam apud Diodorum Siculum Xiphilin. & Themiſtium, apud Io. Chryſoſtomum etiam in lib. de Sacerdotio στρυφνότητα. Triſtatarum mentio fit Exodi 14. 7. καὶ ἔλαβεν ἑξακόσια ἅρματα ἐκλεκτὰ καὶ τριστάτας ἐπὶ πάντων. *Et accepit ſexcentos currus electos & duces ſuper omnes.* Vulgata Lat. *& duces totius exercitus*, & 4. Reg. 7. 2. καὶ ἀπεκρίθη ὁ τριστάτης, vulgata, *reſpondens vnus de ducibus:* nec aliud ſonat vox Hebræo Hieronymus in 23. Ezechielis. *Duces & magiſtratus, ſiue triſtatas, quos nos principes principum interpretati ſumus. De quibus & in Exodo legimus, electos aſcenſores triſtatas.* Exodi 15. 4. Peculiarem tamen Græcæ vocis notionem explicat Scholiaſtes Græcus ex Origene & Nyſſeno, in Catena in Canticum Moyſi docens, contra hoſtes habuiſſe antiquos magnos currus, adeo vt tres homines caperent, ὧν ὁ μὲν ἡνιόχει, ὁ δὲ ἐπέφραττεν, ὁ δὲ ἐμάχετο. *Quorum vnus aurigæ officio fungebatur, alter protegebat, tertius pugnabat, vel vnus quidem auriga erat, alij verò certabant.* Interpres Origenis homil. 6. in Exodum vertens, electos aſcenſores, videtur legiſſe ἀναβάτας, vbi & τριστάτας, ternos ſtatores reddit Exodi 15. 3. vbi cum curribus iunguntur, & probabilius eſt eos aſcenſores curruum potius quàm ſingularium equorum fuiſſe.

Pag. 212. *d. Ab his fit.*] Corrigendum, *ab his fieri videmus:* Sic enim ſcribi iuſſeramus, expuncta interpretatione Trapezūtij, quæ membrum illud à pręcedēte periodo diuulſerat hoc modo. *Obtemperat etiam Moyſi diuinæ maieſtatis cultor, quod nunc quoque.* Eadem verba leguntur Exodi 14. 31. ἐπίστευσαν τῷ θεῷ καὶ Μωυσῇ τῷ θεράποντι αὐτοῦ. *Et crediderunt Deo & Moyſi ſeruo eius.* Citatur in eadē ſententiam hic locus ab Athanaſio Alex. in libro ad Serapionem de Spiritu ſancto p. 355. ἐὰν δὲ ἀκούσωσι τῆς γραφῆς λεγούσης ἐν τῇ ἐξόδῳ, καὶ ἐπίστευσαν τῷ θεῷ καὶ Μωυσῇ τῷ θεράποντι αὐτοῦ, ἆρα συναριθμήσουσι τῷ θεῷ τὸν Μωυσῆν, καὶ μετὰ τὸν θεὸν οὐ νοήσουσι τὸν υἱόν, ἀλλὰ μόνον τὸν Μωυσῆν; *Quod ſi audiant ſcripturam in Exodo dicentem: Et crediderunt Deo, & Moſi ſeruo eius, num recenſebunt cum Deo Moſem, & poſt Deum, non intelligent Filium, ſed Moſem ſolum?* Ita ſupplendam hanc vocem vtinam cenſeo. Addendum paulò pòſt interpretis verbis, *ſacerdotibus ſuis iuxta dictum Apoſtoli obediunt & ſubiacent.* Hebr. 13. 17. *obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis.*

Pag. 214. *a. Fontibus Apoſt.*] Addidimus, *ac ſub vmbra palmarum requieuit, is iam ad ſuſcipiendum Deum ſit idoneus. Lapis enim.* Quæ expreſſa è Græco textu Rapheleng. apud quem mendoſè antea, ἀναπαυσάμενος legebatur, nō vt in Vat. ἀναπαυσάμενος. Meminit antea ſeptuaginta palmarum, quæ inuentæ ſunt in Elim Exodi 15. 27.

Pag. 215. *a. Nouit enim.*] Trapezuntius legiſſe videtur, ἀλλὰ καὶ λυμαίνεσθαι, vel quid tale, dum vertit: *Nam cum ſit panis, ignoras labefieri, ſic in carnem verti:* vel certè ſcripſit, *non ignoras lac fieri*, vt vt ſit, alludit Gregorius ad illud Apoſtoli Heb. 5. 12. *Facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo:* & Rom. 14. 2. *Qui autem infirmus eſt, olus manducat.* Emendandum in Græcis apud Gregorium ex veſtigiis interpretationis τῷ ...

Pag. 216. *b. 5.* τὸ δὲ ἐκ τῶν ὄντων.] Defuiſſe in excuſo quædam olim monueram in Notis, ita reſtituenda ex cod. V. τὸ δὲ ἐκ τῶν ὄντων ... ἐπὶ λέγεται, τὴν γὰρ τῶν ἀγαθῶν εἴρηνη ... paulo poſt addidimus hæc ab interprete omiſſa, *Paratus exercitus dux, ac deinde belli dat teſſeram.* Sic enim loquuntur & LXX Iudicum 12. 6. εἴπατε δὴ σύνθημα, *dicite teſſeram*, & 2. Machab. 8. 23. καὶ δοὺς σύνθημα θεοῦ βοηθείας. *Et dato ſigno adiutorij Dei.* 2. Machab. 13. 15. σύνθημα δοὺς τοῖς περὶ αὐτὸν θεοῦ νίκην. *Et dato ſigno ſuis Dei victoriæ.* Signum intellige teſſeram, nam vt apud Poëtam, Æn. 7. *It bello teſſera ſignum.*

Pag. 217. *b. 5. Verum enim.*] Trapezuntius quid legerit, cōijce ex his, quę ſuſtulimus. *Verum enim ſacerdotium conceſſæ ſibi gratiæ auxilio vtens, ſenſum legis, &c.* Porrò videtur apicem paulò pòſt appellare tranſuerſam lineam literis appictam ſimilem ijs, quas literarum titulos dicimus, quomodo etiam Didymus antennam κεραίαν vocari docet, & Plutarchus in Numa, κεραίας γραμμῆς, *apices lineæ*, quod quidquid eminet vt in cornu in animalibus κεραία dicatur. Apices literarum apud Gellium dici putant quidam accentuum notas lib. 13. c. 29. ſed falluntur: at licet illæ apud Hebræos non eſſent ætate Chriſti, vt neque puncta vocalium, Græci tamen Patres apicum nomine tranſuerſas quaſdam notas literarum intellexerunt, vnde Theophylactus in 5. Matthæi 18. *Alij autem iota & apicem decem legis præcepta dicunt, alij autem crucem. nam crucis Iota eſt rectum lignum, & apex tranſuerſum.*

Pag. 219. *b. Si quis vero Moſes.*] Trapez. compendioſius, *Si quis verò Moyſes eſt, poterit etiam al-*

tius aſcendere, ſonituſque tubarum magis aſcendendo maiores ſentire. In mſ. V. legebatur, φωνὴ αὖ καὶ ἐπιπολὺ τῆς ἀνόδου. vbi fortaſſe corrigendum ἐπιπολύ, vt apud Herodianum lib. 7. ἐπιπολὺ τῆς πόλεως διώκοντες οἱ στρατιῶται προὔβησαν. *Perſequentes milites longè intra vrbem ſunt progreſſi.*

Pag. 220. *b.* καταποντισθήσονται.] Emendandum eſt ex mſ. V. καταπελεύσονται lapidabuntur. Exodi enim 19. 13. legimus, ἐν γὰρ λίθοις λιθοβοληθήσονται. *Omnes qui tetigerit montem lapidibus lapidabitur?* Paulo poſt, pro ἐνόντων mſ. V. habuit ἰσχύοντα & conſtanter cum excuſo γνώσεως τῆς θεοσεβείας, non τῆς ἀληθείας, vt præ ſe ferebat interpretatio vulgata.

Pag. 221. 2. 14. *Quam qui intrauit.*] Hæc verba deleri iuſſeram, quæ ſuperſunt ex hac interpretatione Trapezuntij manca & obſcura, *quam qui intrauit, qui per caliginē didicit, vt fiat firmior hæc ſententia.* Exo. 20. 21. ſcriptū eſt, ἦλθεν εἰς τὸν γνόφον, *venit ad caliginem,* & cap. 19. 9. ἐν στύλῳ νεφέλης, *in columna nubis,* vbi vulgata Lat. *in caligine nubis.* Dictio Hebræa, qua vtitur hoc loco, vertitur hîc à LXX. νεφέλη, & Exodi 14. 20. γνόφος. Et rurſus quod eſt cap. 24. 16. ἐκ μέσου νεφέλης. Vulgata reddit, *de medio caliginis.*

Pag. 222. *b.* 2. *Deus tuba.*] Scripſerat Trapezunt. *Cælum tuba deſuper:* nec aliter mſ. V. ἐσάλπισεν ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν. at in excuſo lib. p. 110. ſic erat, ἐσάλπισεν ὁ θεὸς ἄνωθεν. quæ propius accedunt ad Zachariæ verba c. 9. 14. καὶ κύριος ὁ θεὸς ἐν σάλπιγγι σαλπιεῖ, *& Dominus Deus in tuba clanget:* inde namque potius arceſſendum hunc locum arbitror quam ex illis Pſalmi 17. 14. vel Eccleſiaſtici 46. 22. ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ κύριος. *Intonuit de cælo Dominus.*

Ibid. c. 9. *Columnæ aureæ.*] In mſ. V. ſic interpungebantur iſta, στῦλοι χρύσεοι βάσεσιν ἀργυραῖς ἐρηρεισμένοι, καὶ κεφαλαῖς ὡσαύτως ἀργυραῖς ἐπιπρέποντες πάλιν ἕτεροι, *Columnæ aureæ baſibus argenteis inhærentes, quæ capita pariter argentea condecorant,* vel, *quæ capitibus pariter argenteis ſunt inſignes: aliæ rurſus columnæ.* Tametſi, vt verum fatear, nondum nobis occurrit in hac deſcriptione tabernaculi columna aurea cum capite ac baſi argenteis, aut argentea cum capite ac baſi æreis. Habes quidem Exodi 26. 21. βάσεις αὐτῶν ἀργυρᾶς, baſes earum argenteas, quas enim tabulas vulgata Lati. στύλους, colūnas vocāt Septuaginta, & rurſus Exo. 26. 32. in vulgata legimus: *Quatuor columnæ deauratæ capita habebant aurea, & baſes argenteas.* Item apud LXX. ἐπὶ τεσσάρων στύλων ἀσήπτων κεχρυσωμένων χρυσίῳ, καὶ αἱ κεφαλίδες αὐτῶν χρυσαῖ, καὶ βάσεις αὐτῶν ἀργυραῖ. *Super quatuor columnas imputribiles deauratas auro, & capitula eorum aurea, & baſes earum argenteæ.* Atque hæ ſunt fortaſſis colūnæ quas nō κεχρυσωμένους στύλους deauratas, ſed χρυσοῦς, aureas appellat. Sunt præterea Exodi 26. 27. aliæ columnæ quæ baſes æreas habent, ſed capita aurea, nō ærea & c. 27. 17. columnæ atrij baſibus æneis ſunt impoſitæ, ſed capitibus argenteis non æreis decoratæ.

Pag. 223. *a. Priori part.*] Interpres ediderat, *Priori parti ſancta erat: occultæ vero parti atque reconditæ Sancta Sanctorum.* Prior pars tabernaculi dicitur à Septuaginta τὸ ἅγιον, Sanctum à vulgata Lat. *Sanctuarium:* Exodi 26. 33. poſterior verò τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων, Sanctum Sanctorū, & ita vocatur in Pentateucho: at lib. 3. Regum 8. 6. εἰσφέρουσιν οἱ ἱερεῖς τὴν κιβωτὸν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. *Inferunt ſacerdotes arcam in locum ſuum, in ſancta ſanctorū.* Vtrobique vox Hebræa *Codech* quæ ſanctum, vel ſanctitatem ſignificat vertitur τὸ ἅγιον, vel τὰ ἅγια, itemque 2. Paralipom. 4. 22. & in epiſt. ad Hebræos idcirco legimus c. 9. 3. ἡ λεγομένη ἅγια τῶν ἁγίων, *quod dicitur Sancta Sanctorum.* Vulgata Sanctuarium aliquando dixit & Pagninus ex Hebræo, Sanctum, & Sanctum Sanctorum: at fidus interpres vtramque appellationem, ſi poſſit, non debet confundere, vel vnam pro altera ſubſtituere, vide infrà pag. 227. c.

Pag. 224. *d. Propterea quod.*] Hæc aberant ab interpretatione, quæ conſentiunt cum ijs quæ docet Apoſtolus ad Hebræos 10. 20. διὰ τοῦ καταπετάσματος, τοῦτ' ἔστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. *Per velamen, id eſt, carnem ſuam.* Itaque meritò admonent quidam quadruplicem illam materiam, ex qua velum templi contextum erat, quatuor elementa deſignaſſe. Hieronymus epiſt. 128. *Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus vniuerſa ſubſiſtunt. Byſſus terræ deputatur, quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur. Hyacinthus aeri propter coloris ſimilitudinem. Coccus igni &ætheri.* Vide Origenem homil. 13. in Exodum.

Pag. 227. *d. Luter erat.*] Trapezunt. *Talis vrna erat Ioannes, lauans in Iordane ad pœnitentiam homines.* Baptiſmus Ioānis dicitur baptiſmus pœnitentiæ, vt diſtinguatur à baptiſmo Chriſti, qui dicitur baptiſmus adoptionis. Baſilius in exhortatione ad baptiſmum. Ἰωάννης ἐκήρυσσε βάπτισμα μετανοίας, καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία. κύριος κηρύσσει βάπτισμα υἱοθεσίας, καὶ τίς τῶν εἰς αὐτὸν ἠλπικότων οὐχ ὑπακούσεται; ἐκεῖνο εἰσαγωγικὸν τὸ βάπτισμα, τοῦτο τελειωτικόν. *Ioannes baptiſmum pœnitentiæ prædicabat, & ad eum Iudæa omnis accedebat. Dominus baptiſmum adoptionis filiorum prædicat; quis igitur eorum qui ſperant in eum, non obediet? Initiatorium erat illud baptiſma, hoc vero perfectorium.* Io. Chryſoſtomus hom. 11. in Matth. δείξας, ὅτι τὸ ἑαυτοῦ οὐδὲν πλέον ἔχει τοῦ πρὸς μετάνοιαν αὐτοὺς ἀγαγεῖν. οὐ γὰρ εἶπεν ὕδατι ἀφέσεως, ἀλλὰ μετανοίας, τίθησι καὶ τὸ αὐτοῦ, τὸ τῆς ἀφάτου δωρεᾶς γέμον. *Vbi ſuum nihil amplius quicquam habere monſtrauit, quàm vt eos duceret ad pœnitentiam: non enim dixit in aqua remiſsionis, ſed pœnitentiæ; tum demum ponit etiam Chriſti baptiſma ineffabilium donorum liberalitate cumulatum.*

Pag. 227. *a. Aulæa vero quæ.*] Legiſſe videtur Trapezuntius, αἱ δὲ αὐλαί, dum vertit, Atria vero quæ inter ſe complicata, ſic Exodi 27. 9. καὶ ποιήσεις αὐλὴν τῇ σκηνῇ. Et facies atrium tabernaculo: ſed in excuſo & mſ. V. erat, αἱ δὲ αὐλαῖαι, αἱ διὰ τῶν ἀλλήλων συμβολῶν τὴν σκηνήν. Alludit ad illud Exodi 26. 3. καὶ πέντε αὐλαῖαι ἔσονται ἐξ ἀλλήλων συνεχόμεναι, ἡ ἑτέρα ἐκ τῆς ἑτέρας. *Et quinque aulæa erunt mutuo coniuncta, alterum ex altero,* & v. 5. κατὰ συμβολὴν τῆς δευτέρας. *Iuxta copulationem ſecundæ.* Aulæa cum Auguſtino quæſt. in Exodum maluimus dicere, quam cortinas, vt habet editio Antuerpiana ex vulgata Lat. quod apud Catonem & Pliniū, & ſimiles auctores Latinos cortynæ propriè vaſa plumbea potius ſonent, vel ærea, vel etiam tripodas quam vela aut tapetas. Inualuerat tamen hic vſus vocis iam inde à tempore Auguſtini, cuius

hæc verba ſunt, quæſt. 174. in Exodum. *Αὐλαίας quas Græci appellatnt, Latini aulæas perhibent, quas cortinas vulgo vocant. Non ergo decem atria fieri iuſſit, ſicut quidam negligentes interpretati ſunt: non enim aulas, ſed aulæas dixit.* Verùm hæc poſtrema Græcè potius ſcribenda ſunt: non enim *αὐλάς*, ſed *αὐλαίας*. Interpres Origenis homil. 9. in Exodum in hoc cum Trapezuntio lapſus eſt.

Ibid. c. *Quæ carnem.*] Hæc omiſerat interpres, quibus eorum confirmatur ſententia qui locum illum Apoſtoli 1. Cor. 9. 27. non aliter exponunt & hanc ipſam corporis macerationem illis ſuaderi contendunt. Nam in quibuſdam exemplaribus vetuſtis legitur, *ὑποπιέζω μου τὸ σῶμα*, defectum opprimo corpus meum, in aliis *ὑπωπιάζω*, liuidum reddo. Sed & apud Clementem 3. Stromatum, & apud Gregor. Nazianz. orat. contra Eunomianos, & Ioan. Chryſoſt. noſtrum homil. 6. ad Antiochenos legitur, *ὑποπιέζω*, pa. 96. edit. Morell. *τοὺς ἱδρῶτας τῆς ἀρετῆς ὑπομένοντες κατὰ τὸν Παύλου λόγον, ὑποπιέζοντες τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγοῦντες. Sudores virtutis ſuſtinentes ſecundū Paulum corpus caſtigātes, & in ſeruitutem redigētes.* Origenes de his ipſis caprarū pilis & byſſo. ho. 13. in Exod. *Macero corpus meū & in ſeruitutē ſubijcio. Sic ergo eſt offerre & byſſū retortam, carnem abſtinentia, vigilijs & meditationum labore conficere: offeruntur & pili caprarum. Pilus vero ſpecies eſt emortua exanguis & exanimis. Hanc qui offert oſtendit in ſe ſenſum peccati iam mortuum.*

Ibid. d. 9. *Subucula.*] Trapezunt. ediderat, *in quo eſt tunica & pectorale.* Vox *ὑποδύτης*, reperitur Exodi 28. 31. *καὶ ποιήσεις ὑποδύτην ποδήρη ὅλον ὑακίνθινον. Et facies tunicam talarem totam hyacinthinam*, quam & *ποδήρη* ſolum appellauit eodem capite v. 4. Quam autem hic Gregorius vocat *ἐπενδύτην* in Exodo puto dici *ἐπωμίδα* alteram veſtem Pontificis, ſiue Ephod. Nam Hieronymus teſtatur Aquilam & Theodotionem appellaſſe *ἐπένδυμα*, quod LXX dixerunt *ἐπωμίδα ſuperhumerale*, ſed corrigendus eſt locus ex codicibus manuſcriptis, quos vidimus, & citauimus in Notis ad epiſtolas Hieronymi epiſt. 128. *Septuaginta ἐπωμίδα, id eſt, ſuperhumerale appellant, Aquila ἐπένδυμα, id eſt ſuperueſtimentum, nos ephod ſuo ponimus nomine.* Theodoretus quoque in 1. Paralipomen. & alibi monet Aquilam vertiſſe, *τὸ ἐφὼδ ἐπένδυμα*. Eadem vox reperitur & apud eundem Hieronymum epiſt. 30. vbi perperam tunicæ inferiori ac talari tribuitur, quę potius *ἔνδυμα* ſimpliciter eſt dicenda, quamobrem ex ijſdem codicibus ita reſtituendus eſt locus ille, *quod ſcilicet ἔνδυμα, & quod Hebræo ſermone vocatur Mail ſubteriorem tunicam, ἐπένδυμα vero, id eſt, ἐπωμίς, quod Hebraicè dicitur ephod, ſuperius pallium ſignificet.* Clemens demum Alexandrin. 5. Stromat. p. 235. edit. Florent. *φασὶ δὲ καὶ τὸ ἔνδυμα τὸ ποδήρη τὴν κατὰ σάρκα προφητεῦσαι οἰκονομίαν. Aiunt autem indumentum, veſtem inquam talarem, prædicere carnis ſuſceptæ diſpenſationem.* Hieronymus ibidem *ὑποδύτην* vertit, *ſubuculam*, epiſt. ſcilicet 128. quem hîc ſequuti ſumus, poteſt & tunica ſubterior, ſiue inferior appellari.

Pag. 228. 2. 1. *Et vitta.*] Interpres, *& tiara cum lamina ſuper eam.* Atqui diſtinguenda eſt vitta hyacinthina à tiara: ſiquidem legimus Exodi 28. 37. præcipi de lamina aurea. *Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram.* Ita quidem vulgata Lat. at LXX *καὶ ἐπιθήσεις τὸ πέταλον ἐπὶ ὑακίνθου κεκλωσμένης καὶ ἔσται ἐπὶ τῆς μίτρας. Et impones laminam ſuper hyacinthum tortam, & erit ſuper mitram.* Itaque mirum ſane videri poteſt quod eſt apud Theodoretum quæſt. 60. in Exodum capiti impoſitam fuiſſe *κίδαριν*, id eſt infulam, quæ cælum repræſentabat, & frontem texiſſe *ταινίαν*, quam Septuaginta mitram appellauerunt: ſiquidem Hebræa dictio מצנפת à Septuaginta in Exodo nunc *κίδαρις* nunc *μίτρα* vertitur, nuſquam *ταινία vitta*, at cidaris non eſt vitta, ſed reuinctus tænia vittave rotundus pileolus, Hieronymus epiſt. 28. *Quartum genus eſt veſtimēti rotundum pileolum quaſi ſphæra media ſit diuiſa, & pars vna ponatur in capite: hoc Græci & noſtri τιάραν, nonnulli galerum vocant.* Porrò idem Hieronymus ibidem docet in ipſo Rationali fuiſſe *δήλωσιν*, id eſt manifeſtationem, quam fortaſſe Trapezuntius *indicium* vertit non *iudicium*, ſed Gregorius noſter *ταινίαν* vittam hic appellat totum ipſum galerum ſiue cidarim vt antea, pag. 181. *b.*

Pag. 231. c. *Atque ex ore.*) Expunximus, quę adiecerat interpres, cum in Græco ſenſus eorum non inueniretur: *Omnis enim circa ſimulacra error è vita hominum ablatus eſt, nec amplius noſtrorum principum pietate à pio credentium ore debitus, qui Chriſtiana freti laudatiſſima profeſſione impietati ſeruientia idolorum templa deleuerunt.* Myſticè exponit hoc loco Gregorius illud Exodi 32. 20. *Vitulum contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam & dedit ex eo potum filijs Iſraël.*

Pag. 232. c. *Si quis eſt.*) Ita quidem vulgata Lat. ſed ad verbum è Græco, eſſet, *Si quis ad Dominum, veniat ad me.* In Complutenſi & Plantiniana editione *εἴ τις πρὸς κύριον. Si quis à Domino*; at in Vaticana & Baſilienſi, vt habet Gregorius omiſſa coniunctione, *τίς πρὸς κύριον*: nec aliter Auguſtinus in libro Locution. de Exodo. *Quis ad Dominum?*

Pag. 234. a. *Impleuiſtis.*) Sic ad verbum maluimus, quam cum Trapezuntio, *conſecraſtis manus veſtras*, vt habet etiam vulgata, Exodi 32. 29. ex Hebræo: nec aliud ſonat verbum Hebraicum, quod nonnunquam à LXX vertitur *πληροῦν*, vt Paralipom. 29. 31. vbi etiam vulgata, *Impleſtis manus veſtras*, nonnunquam *τελειοῦν*, vt Exodi 29. 10. *τελειώσεις τὰς χεῖρας Ἀαρών. Conſecrabis manus Aaronis*, vulgata, *Initiabis.* Sed Hebraiſmus è Græco interpretanti conſeruandus fuit, quod & fecit Hieronymus dum Scripturam ſecundum LXX citat epiſt. ad Geruntij filias, *Impleſtis hodie manus veſtras Domino.*

Ibid. b. *Nam ſi rerum.*) Hæc addidimus interpretationi, quibus alludit ad illum Pauli locum 2. Corinth. 3. 3. *Sed in tabulis cordis carnalibus*, & 1. Corinth. 2. 10. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.* Poſt pauca ſuppleuimus quod deerat in excuſo pag. 125. edit Rapheleng. *ἐπεὶ δὲ προσάπτεται τῆς ἀνδρείας ὁ ἦχος*, & pro *ὡς ἦν ἀρχόντων* emendauimus, *ὡς οὐκ ἀδόντων*, ex codice mſ. V. quomodo etiam legiſſe videtur interpres. Potuit tamen altera lectio retineri, tanquam ex ipſo textu Exodi 32. 17. *φωνὴν ἐξαρχόντων οἴνου ἐγὼ ἀκούω. Vocem*

præcinentium vinum ego audio. Eſt enim verbum Muſicorum, ἐξάρχειν, vt 1. Reg. 29. 5. ὦ ἐξῆρχον ἐν χοροῖς: Cui exordiebantur vel præcinebant in choris, ita vt Gregorio ſit, ἐξ οἴνου ἄρχειν idem quod ἐξάρχειν οἴνου, Vulgata dixit. *Vocem cantantium ego audio.*

Pag. 237. *a. Ad maiora conſurgat.*] Vt appareat, quo ſint iſta referenda, non eſt abſtinendum ab ipſis Apoſtoli verbis, *deſyderio impulſa ſeſe ad ea quæ priora ſunt, extendat, vt ait Apoſtolus, & ſemper ad altiora peruolet.* Philippen. 3. 14. τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. *Ad ea vero quæ ſunt priora extendens meipſum.*

Pag. 240. *b. Sed fluctuatus.*] Locus eſt Epheſ. 4. 14. κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας. Fluctuantes & circumferimur omni vento doctrinæ. Trapeunt. ſcripſerat: *ſed mobilis atque fluctuans cogitationibus varijs oppreſſus & conquaſſatus is nunquam, &c.*

Pag. 241. *c. Hoc eſt poſt Dominum.*] His truncata erat hæc periodus, in qua & locũ illum in Græco emendauimus ex mſ. V. ἴσον ἐστὶ τῷ κατόπιν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ εἶναι. Legis præceptum ijſdem verbis concipitur apud LXX. Deuteron. 13. 4. ὀπίσω κυρίου τοῦ θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε. *Poſt Dominum Deum veſtrum ambulate*, quod vulgata Lat. *Dominum Deum veſtrum ſequimini.* Porro hinc etiam videri poteſt ſuum illud hauſiſſe præceptum Philoſophus, de quo Clemens Alexand. 2. Strom. p. 168. ὁ Ἀβραὰμ ἐπορεύθη καθάπερ ἐλάλησεν αὐτῷ ὁ κύριος. ἐντεῦθεν ἀρυσάμενος τις τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν, τὸ ἕπου θεῷ ἀπεφθέγξατο. *Abraham ambulauit ſicut loquutus eſt ei Dominus. Cum hinc hauſiſſet quidam ex Græcorum ſapientibus, illud dictum protulit, Deum ſequere.* Citatur in eandem ſententiam hic locus Deuteronomij 4. Strom. p. 253. ſed ab interprete Scripturæ caput notatum non eſt. ἀκόλουθοι δ' οἶμαι καὶ θεραπευταὶ θεοῦ πάντες οἱ ἐνάρετοι. *Sunt autem vt opinor, Dei ſectatores & cultores omnes, qui virtute ſunt præditi.*

Pag. 243. *a. Vltures.*) Legebatur antea: *Miluos cadaueribus paſci, & pretioſis vnguentis emori aiunt.* Miluus propriè ἰκτῖνος eſt Græcis γὺψ vultur: atqui hoc de vulturibus etiam narrat Clemens Alexand. 2. Pędag. cap. 8. eos vnguenta odiſſe, μὴ λάθωμεν, ὥσπερ οἱ γῦπες τὰ μύρα ἀποστρεφόμενοι, ἢ οἱ κάνθαροι. τούτοις γὰρ ῥοδίνῳ χρισθέντας μύρῳ τελευτᾶν φασιν. *Ne forte ſicut vultures ab vnguentis abhorreamus, aut ſicut ſcarabei: Hos enim roſarum vnguento delibutos mori inquiunt.* Qui locus eorum ſententię ſuffragatur, qui apud Plinium lib. xi. hiſtorię cap. 33. ſic legunt, *vultures, qui alios odores appetunt, vnguento quidem necantur, ſcarabei roſa.* Idem Ariſtoteles in mirabilib. auſcultat. Theophraſtus de odoribus. Palladius in vita Chryſoſt. & Plutarchus in lib. contra Epicurum, μύρα καὶ θυμιάματα δυσχεραίνειν ὡς κάνθαροι καὶ γῦπες. *Vnguenta & ſuffitus cantharorum & vulturum more auerſari*, & in Compendio de abſurdis Stoicorum Scarabeos ait, τὰ μύρα ἀπολιπόντα, τὰ δὲ δυσώδη διώκειν: *vnguentis omiſſis, male olentia ſectari.*

Pag. 244. *c. Specimen autem.*] Adiecimus iſta verbis interpretis, qui & hic verterat, *Ieſum vero audiens racemum ex ligno pendentem*, quaſi hoc de domino noſtro Ieſu Chriſto, ac non potius de Ieſu Naue F. ſiue Ioſue ſit intelligendum. Hiſtoria exploratorum legitur Numeror. 13. 24. de ſanguine vuę quod eſt in Vulgata Lat. Deuteron. 32. 14. apud LXX. καὶ αἷμα σταφυλῆς ἔπιον οἶνον. *Et ſanguinem vuæ biberent vinum.*

Pag. 245. *a. Namqui poſtquam.*) Hic multa erant ἀσύνετα in interpretatione Trapezuntij, quæ reſtituimus: ſed vſus tamen fuit emendatiore codice Græco cum ſcripſit *lapſi, bonorũ priuatione ac doloris perpeſſione in deſerto condemnentur*, quaſi eſſet, τῷ λιμῷ καὶ τῇ χηρείᾳ τῶν ἀγαθῶν κατακρίνονται, non vt habet editio Raphel. p. 138. & mſ. V. τῷ λιμῷ καὶ τῷ λοιμῷ τῶν ● ... Itaque altera lectio in altera editione Græca erit amplectenda.

Ibid. *c. Nam hi quidem.*) Trapeuntij interpretationem ita deformarat Typographorum incuria, vt apud eum legeretur: *Etenim vt aſſerit hiſtoria, ſerpentibus ipſis turpis illa cupiditas imminebat: ſerpentes quippe veneno ſo morſu homines inuadebant.* Similem ſententiam habes ſub finem paginæ, ἡ τῶν ἀτόπων ἐπιθυμία τοὺς θανατηφόρους ὄφεις ἐκ τῆς γῆς ἐπιπέμπει. *Illicitarum rerum cupiditas è terra mortiferos ſerpentes immittit.*

Pag. 247. *a. Docet igitur.*) Ab interprete hoc tantum expreſſum eſt: *Docet igitur meo iudicio his hiſtoria, finem ſupercilij, atque ſuperbiæ definitionem ſic edicere.* Intelligit Nyſſenus, innuitque ſupplıciũ Dathan Core & Abiron, quod narratur Numeror. 16. 31. *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum.*

Ibid. *d. Tabernaculo appoſ.*) προσετέθη τῷ θυσιαστηρίῳ. Sic erat in excuſo & mſ. V. *ante altare poſuit*, vel ſi malis, προσετέθη. *appoſuit altari.* Legimus tamen Numerorum 17. 4. virgas non in altari, ſed in tabernaculo poſitas fuiſſe, καὶ θήσεις αὐτὰς ἐν τῇ σκηνῇ. *Et pones eas in tabernaculo.* Ambroſ. in Apocalypſ. c. 2. *Ipſa etiam virga in tabernaculo floruit, nuceſque produxit: quia in tabernaculo Eccleſiæ poſtea vetus teſtamentum flores ſpiritalium ſenſuum protulit.* Eſt ergo Nyſſeni μνημονικὸν ἁμάρτημα.

Pag. 249. *b. Cauteriatam.*) Trapezunt. *Huius conſcientia eſt inuſta.* Maluimus Vulgatæ Latinæ verba vſupare, quo citius animaduerteret Lector alludere Gregorium ad locum Apoſtoli 1. Tim. 4. 2. ψευδολόγων κεκαυτηριασμένων τὴν συνείδησιν, quæ vertit Nouatianus antiquus auctor apud Tertullianũ lib. de Trinit. c. 29. *mendacia loquentium, cauteriatam habentium conſcientiam ſuam.* Hieronymus in cap. 13. Zachariæ, *falſiloquorum, cauteriatã habentium conſcientiam ſuam.* Ambroſius in epiſt. 1. ad Timoth. *Quorum cauteriatam dicit cõſcientiam hoc eſt ſimulatione corruptam: quia ſicut cauterium corium corrumpit, & notam infligit, ita & fallacia conſcientiam, quæ dolo maleuolentiæ aliud ſcit & aliud profitetur, denotat ad perditionem.* Non legerat hos auctores imperitus Beza, cum vulgatam & Eraſmum reprehenderet, malletque verti locum Apoſtoli, *quorum conſcientia cauterio reſecta eſt*, quod nimirum καυτηριάζειν, ſit partem aliquam putrem cauterio amputare, ſed abſurdum videatur aliquem dici cauterio notatam habere conſcientiam, nec minus quam ſi quis dicat eum caput habere, cui caput enſe ſit amputatum. At enim cum ex libris medicorum

conſtet non ad reſecanda ſolum membra, ſed etiam ad intercipiendas fluxiones, ad ſiſtendum ſanguinis profluuium & maligna vlcera cauterium adhiberi, nihil aliud egit hac reprehenſione ſua Caluinianus hic cenſor, quam vt inſcitiam ſuam proderet, qui vel ex ipſo Nonio Marcello diſcere potuit ſtigmatias dictos à veteribus ſeruos famoſos ac nocentes, quibus nota aliqua inuſta erat, vt ſemper appareret: vnde apud Senecam lib. 3. beneficiis c. 37. Philippus Rex militi ingrato iubet ſtigmata inſcribi ingratum hoſpitem teſtantia: ita Theophylactus hunc locum exponit Pauli. *Quia vero conſcij ſibi ſunt multæ impuritatis, propterea conſcientia eorum indelebiles habet inuſtas notas ſordidæ vitæ.*

Pag. 249. *c. Si virtuti*) Scripſiſſe puto interpretem, *virtuti tritam albamque*: nec aliud præferebat mſ. V. quam quod editio Lugdunenſis, in cuius margine legimus ſiue ex coniectura ſiue ex alio codice μεμαγμένην: tritam & complanatam. Quod autem adiecimus paulo poſt verbis interpretis, mercede conductus, καὶ μισθωσάμενοι παρὰ τοῦ κρατοῦντος, ad illud cap. 22. v. 7. Numerorum referendum eſt: *Perrexerunt ſeniores Moab habentes diuinationis pretium in manibus ſuis.* At Nyſſenus hac voce μαντείων non tam pretium, quam artem vel inſtrumenta diuinationis videtur ſignificari velle, cũ ait vt Balaam τὰ μαντεῖα διὰ χειρὸς ἔχειν αὐτὸν καὶ παρὰ τῶν οἰωνῶν συμβουλεύεσθαι. quem locum ita de integro verti poſſe monueram, pag. 250. *a.* 5. *defenduntur. Porro augurandi artem profeſſum eſſe memoratum Balaam teſtatur hiſtoria, cum diuinationes illum habuiſſe dicit in manibus, & ab auibus conſilium petiſſe, atque adeo præ cæteris ex ruditu aſinæ nonnunquam ignota didiciſſe: cuius vocem, &c.* Legimus quidem Numeror. 22. 7. apud LXX. καὶ ἐπορεύθη ἡ γερουσία Μωάβ, καὶ τὰ μαντεῖα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. *Et abijt Senatus Moab, & diuinationes in manibus eorum*, ſeu vt alij malunt, *diuinacula*: ſed hæc nõ ipſum Balaam in manibus ſuis habuiſſe diuinationes teſtãtur, verum legatos Regis Balaac. Citatur tamen hic locus in eandem ſententiam à Baſilio huius fratre Epiſt. 80. ad Euſtathium, ὁ Βαλαὰμ οἰωνιστὴς ὢς καὶ μάντις, καὶ διὰ χειρὸς τὰ μαντεῖα φέρων καθώς φησιν ἡ γραφή. *Quin & ipſe Balaam augur cum eſſet & ac diuinator perque manum vaticinia ferret vt ſcriptura refert.* Origenis hæc ſunt Homil. 13. in Numeros. *In illis diuinationis artibus quas curioſitas humana poſuit, ſunt quædam quæ ſcriptura quidem diuinacula nominauit, Gentilis autem conſuetudo vel tripodas vel cortinas, vel alijs eiuſmodi vocabulis appellat, quæ quaſi ad hoc ipſum cõſecrata moueri ab eis & cõtrectari ſolent.* Idem etiam Auguſtinus quæſt. 47. in Numer. *Nunquidnam ipſi diuinabant, an aliqua ferebant, vnde faceret Balaam, quo poßit diuinare, tanquam aliqua, quæ in ſacrificijs incenderentur, aut quoquomodo impenderentur, & ideo dictæ ſunt diuinationes, quia per hæc ille poterat diuinare?* Vatablus demum vocem Hebræam concedit vel pretia diuinationũ vel genera diuinationum ſonare, vel ea quibus opus habebat ad diuinandum. Sed alterum illud de conſulendis auibus non video, quó ſpectet, niſi forte ad illud Numer. 24. 1. οὐκ ἐπορεύθη κατὰ τὸ εἰωθὸς εἰς συνάντησιν τοῖς οἰωνοῖς. *Non abijt ſecundũ conſuetudinem in occurſum auibus.*

Pag. 251. *d S.* ἐξιλάσαντο. Legebatur in editione Lugdunenſi ἐξιλάσ... τὴν θείαν δίκην. & admonuit vir doctus in margine legẽdum videri cum interprete, ἐξιλάσαντο καταπραΰνοντες τὴν θείαν: at in mſ. ſcriptum offendimus, ἐξιλάσθην καὶ ἴσαν, vnde legendum conij cimus ἐξιλάσαντο καὶ ἴσαν, diuinam iram ſedarunt Numer. 25. 11. καὶ ἐπαύσατο ἡ πληγὴ ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. *Et ceſſauit plaga à filijs Iſrael.* Pſal. 105. 30. καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, *& ceſſauit quaſſatio.* Paulo poſt addidimus interpretationi, *& rationi quæ poſt ipſos ecc. formidab. fuerunt.* Fit quidem mentio Amalech. pugnantis cum filijs Iſraël Exodi 17. 8. ac deinceps Chananæi Regis Arad Numer. 21. 1. & Seon Regis Amorrhæorum Numer. 27. 21. ſed illud de populo territo ab Iſraëlitis perculiariter habetur de Moabitis Numer. 22. 3. καὶ ἐφοβήθη Μωὰβ τὸν λαὸν σφόδρα. *Et timuit Moab populum valde.*

Pag. 252. *b. quaſi in poteſtate.* Hæc ad finem vſque periodi ſunt adiuncta verbis interpretis, qui & locũ Salomonis ita verterat. *Ne calces ardentes nudo pede carbones, nec ignem in ſinu deponas*, & addidit quiſpiam in margine Prou. 8. ſed citatur cap. 6. v. 27. κατὰ τὴν ἐξήγησιν ἢ κατὰ τὸ ῥητόν. Sic enim habet, ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει, ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρός, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει; *Alligabit quis ignem in ſinu, ac veſtimenta non comburet? aut ambulabit aliquis ſuper carbones, pedes vero non comburet?*

Pag. 253. *d. Via ducem.*] Omiſerat hæc interpres, & quæ ſequuntur ſic in compendium redegerat, *eſt illuminatus, mẽſam ex diuinis delitijs ſibi præparauit*, ſicq; videtur τρυφῆς legiſſe non τροφῆς. Paulo poſt quod de Phinees præclaro facinore additur, ab eodem ſuppreſſum repræſentauimus.

Pag. 255. *a. Tanquam Circæi.*] Elegantem hanc collationem Circæi poculi ſpelunca potius Calypſus occultauerat Trapezuntius, ac ſilentio inuoluerat, cui ſimilis illa Ciceronis Actione in Verrem: *Sic repente è veſtigio ex homine tanquã aliquo Circeo poculo factus eſt Verres, redit ad ſe atque ad mores ſuos.* Nota eſt fabula ex Odyſſ. 10.

Ibid. *c. Nam cum adimag.*) Reſtituimus hicquoque ſuppreſſa quamplurima, & inter cætera nomen eius ad quem liber ab auctore miſſus eſt, qui ſiue Cæſarius fuerit ille Gregorij Nazianzeni frater, ſiue quis alius, ignotus eſſe lectori non debuit, cum & in mſ. nomen eius extaret.

Pag. 256. *b. Quaſi mercatores.*) Admonueram in his Notis hic adijcienda nonnulla, quæ adiecta ſunt, & tamen neſcio quo caſu clauſula libri eſt omiſſa, quam ad explendam editionis Lugdunenſis lacunã è codice Vulcobiano & ſcripſeram, τῆς διανοίας εἴρηται. πολλὰ δ' εὖ οἶδα εὑρεθήσεται, κοινὸν πάντως ἔσται τὸ κέρδος. *Quicquid autem à te ſublatæ ad ſublimiores diuinioreſque res mente tua fuerit inuentum: multa namque, ſat ſcio, inuenientur: communeprocuidubio lucrum erit in Chriſto Ieſu domino noſtro cui gloria & imperium in ſecula. Amen.*

IN EXPOSITIONEM ECCLESIASTÆ Salomonis Notę eiuſdem F. D.

CONTVLIMVS Latinam hanc interpretationem cum codice Græco manuſcripto doctiſſimi viri Federici Morelli Regij Profeſſoris, qui emendatior quibuſdam in locis eo fuiſſe videtur, quo piæ memoriæ Gentianus Heruetus Canonicus Rhemenſis vſus eſt, cuius diligentiæ ac ſedulitati multorum Eccleſię Doctorum ac Patrum opera Latinitate donata debemus: mox etiam altero ex regia bibliotheca impetrato codice mſ. prioris 1 varias lectiones iſtius ſuffragio confirmauimus. Iam vero dum has Notas noſtras in ſecunda editione recenſemus, id potiſſimum obſeruamus, an ex earum præſcripto vel emendationum Græco textui vel Latino interpretationis fidelioris ſubſidia ſint allata, quæ ſubiunctis ſimilibus ſcripturæ Patrumue locis mox etiam erunt fulcienda vel illuſtranda. Atque in primis illud immutauimus. pag. 376. b. ὡς τὰ ἐπὶ ἐν ψάμμῳ παιδίων, quod verterat interpres, vt quæ in campo arenoſo ſunt ædificia, quod legiſſet fortaſſe παιδίων τὰ ἐν πεδίῳ ψάμμων. Comprobat hanc emendationem huic germana ſententia pag. 381. b. πᾶσα γὰρ ἡ ἀνθρώπων σπουδὴ παιδιῶν ἀθύρμασιν ἔοικεν ἐπὶ ψάμμων ἀθύρματα. Chryſoſtomus in pſal. 142. pag. 575. τὰ παιδία τὰ μικρὰ ἀστραγάλους καὶ σφαίρας καὶ τὰ τοιαῦτα μεγάλα ἡγεῖται. *Parui pueri talos pilas & huiuſmodi ludicra magni faciunt.*

Pag. 378. *b. Ex magnitudine.*] Notarat in margine quiſpiam *Rom.* 1. quaſi alluderet auctor ad illud Apoſtoli, *Rom.* 1. 20. *Inuiſibilia ipſius per ea, quæ facta ſunt, &c.* Sed vſurpat verba Sapientiæ Salomonis cap. 13. 5. ἐκ μεγέθους καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως, vbi notandum conuenire locum hunc Gregorij cum Vaticana editione non cum Plantiniana vel Complutenſi, vbi legitur, ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς καὶ κτισμάτων, & ἀναλόγως, redditur *per analogiam*, quod Vaticana quam ſecuti ſumus, *per proportionem*, aptius omnino quã quod hic interpres *conuenienter*, aut quod interpres Chryſoſtomi homil. 4. in Geneſin *decenter*, Gregorius magnus 26. Moralium cap. 6. *intelligibiliter*, vt Vulgata Lat. *cognoſcibiliter*, Vatablus intelligit cognoſci Deum comparatum proportione quadam cum creaturis, vt ex hac pulchritudine creaturarum quę ſub ſenſum cadit, aliam creatoris mens noſtra multo pręſtantiorem intelligat.

Ibid. *d. Et quod videt.*] Scripſerat Heruetus: *Et quod videt creat. Huius enim procreatrix eſt cognitio*, quaſi ſe legiſſe arbitraretur, ἰδεῖν non εἴδησιν. & ἀναλόγως κτίσις non κτίσας. Porro εἴδησις peritiã & cognitionem ſonat: ſed ſi viſionem hic malis, vtrumque deſignat ea vox, qua vſi ſumus. Hanc noſtram correctionem Reg. mſ. confirmauit.

Pag. 397. *a.* 11. διὰ τῆς προσθήκης.] Sic emendauimus, cum in mſ. M. legeretur, αἰωνίως διὰ τῆς προσθήκης οὐδεμιᾶς. Interpres ediderat, *ſuſcipit mare per priorem nullum vnquam accipiens augmentum, fortaſſe legerat,* διὰ τὸ προσθήκης. Sic idem Gregorius infra de eodem mari loquens, pag. 381. *a.* ἀεὶ ἐν τῷ ἴσῳ διαμένει πληρώματι, καθάπερ ἐν λίμναις αὐτῷ τῆς ἐπιούσης χορηγίας προσθήκης. In mſ. R. ſcriptum poſtea comperi, διὰ τῆς προσθήκης.

Ibid. *d. Nam cum paſſa.*] Interpres, *Nam cum vita noſtra ingreſſa fuerit, fit etiam lux quoque noſtra terrena.* Quaſi eſſet γένηται, non ὑπόγειος, & ſic loquitur, paulò pòſt, p. 380. *a.* ὑπόγειος δὲ κατὰ τὸ ἀντικείμενον τὸ βόρειον ὑπέρχεται μέρος. *Quando autem eſt ſub terra borealem ſubit partem.*

Pag. 380. *c.* 7. *Tempus certaminis.*] Heruetus, *tibi autem ſenſus eſt tempus exiguum.* Scriptum fortè reperit, αἰσθητικός, non ἀθλητικός, vt habuit mſ. M. vel vt rectius mſ. R. ἀθλητικός, quem ſequimur. Ab eadem eſt mente illud Chryſoſtomi Panegyrico in S. Iulianum, p. 606. edit. Pariſ. διὰ τοῦτο τοὺς μὲν πόνους συνεκλήρωσε τῷ βραχεῖ καὶ προσκαίρῳ αἰῶνι, τοὺς δὲ στεφάνους ἐταμιεύσατο τῷ ἀγήρῳ καὶ ἀθανάτῳ. *Propterea labores quidem cum breui ac temporario ſeculo copulauit: coronas autem æterno atque immortali reſeruauit.* Exiguis nimirum limitibus circunſcripta eſt vita noſtra, neque condignæ ſunt paſſiones huius ad futuram gloriam Rom. 8. 18.

Pa. 381. *b. Res inutilis.*] Inepta lectio eſt, quam & mſ. M. & quo vſus eſt interpres, exhibent, vnde ille verterat, *vel verbum ſtultum, vel res ſtulta vanitatis, ex eo pulchrè librum.* At nos ſcribendum monueramus, ἀνόνητον πρᾶγμα, ſuffragante coniecturæ & interpretationi noſtræ regio codice. Sic enim cum definiret vanitatem, & genera eius explicaret dixit ante, pag. 376. *c.* εἴτε ἐστὶν ἀνόνητον γεγενημένον εἰς ἀνόνητον ἀτελὲς ὁ πόνος. Chryſoſtomus in eos qui nouilunia obſeruant p. 298. καὶ ποτὲ μὲν ὡς ἀνόνητα ποιῶν, ποτὲ δὲ ὡς περιττὰ ἐν ἀργίᾳ καὶ πονηρίᾳ βιώσεται. *Interdum quaſi inaniter, interdum quaſi ſupervacaneè laborans in otio & nequitia vitam deget.* Arbitratus ſum aliquando legẽdũ hoc loco ὁ ἀργὸν ῥῆμα, *vel verbum inutile*, ſed cum antea dixerit p. 376. *a.* ψόφον ἀργὸν χωρὶς σημασίας ἐν χρήματι λέξεως, *otioſum ſonum ſine vlla ſignificatione vanum eſſe*, & ib. *d.* ματαιότης ἐστὶν ἢ ῥῆμα ἀδιανόητον ἢ πρᾶγμα ἀνόνητον. *vanitatem eſſe vel verbũ quod ſub intelligentiam non cadit, vel rem inutilem*, iam nihil mutandum cenſeo, & hic vertendum quoque, *verbum quod nihil ſignificat*, vel *ſignificatione caret.*

Ibid. *d.* 11. *Fluctibus qui nos.*] Interpres *fluctibus, qui nos exprimunt, & circunſt.* In mſ. quoque legimus, ἐκπιέζουσιν ἡμᾶς, quod exiſtimauit deductum à verbo ἐκπιέζω Heruetus, quod exprimere ſonat, vel effingere: ſed affertur in vulgatis lexicis ἐκπιέζομαι, exponiturque, *ſonare, crepare*, ſi mendo caret, quaſi compoſitum ſit ex πιέζω ſignificante idem quod ψοφέω. Ita fortaſſe hîc idem valeret quod περιηχεῖν *circunſonare*, quemadmodum & περιβομβεῖν *circunſtrepere*, citatur etiam ex Nazianzeno, περιβομβεῖσθαι τὴν ἀγορὰν, *forum perſonare*. Baſilius epiſt. 79. Euſtathio, ἀπειλαῖς αἷς ἐπιχ.

ἐκψαι καὶ ἡμῶν πάσαν ἀκαπτ πόστης τὴν ἀκοὴν, *fameſique epiſtolis contra nos ſcriptis omnium vbique auribus ingeſſerunt.*

Pag.382.d.*Sed adhuc vir.*) Interpres,*ſed eſt adhuc homo.* Virilem ætatem ait exceſſiſſe non videri, nam vt ait Sapiens,*Cani ſunt ſenſus hominis Sapient.4.9.*

Pag.385.b. *Bonorum nobis.*) Vitioſa fortaſſe lectio fefellit interpretem,cuius hęc verba erāt, *conuerſa eſt natura, in malorum verſamur obliuione:* Sed & in Græco hîc emendandum eſt ἐν λήθη τῶν ἀγαθῶν ἐγενόμεθα.

Ibid.*c. Non eſt memoria.*) Hæc quæ mutilata erant & truncata, reſtituimus è Græco textu codicis vtriuſque R. & M. qui reliqua verba ſcripturæ ſubiiciebant ex cap.1.11. Eccl. ita vt cum Vaticanis Bibliis conuenirent niſi quod μετὰ τῶν γενομένων habuerunt pro μετὰ τῶν γενησομένων. Et intelligendos eſſe homines futuros, non ea quæ freta ſunt, conſtat ex vulgata Latina, *recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo.* Et ex ex Symmacho παρὰ τοῖς ἐσομένοις μετὰ ταῦτα, *apud eos qui futuri ſunt in poſterum*, malè igitur Heruetus, *cum ijs quæ poſtremo facta ſunt.*

Pag.386.c.*Nos igitur.*) Hæc ab interprete fuerant omiſſa: quod vero ſequitur de coryphęo chori videtur imitatus S. Ioan. Chryſoſtomus in exordio ſermonis, quem Kalendis habuit in dictum Apoſtoli, Omnia in gloriam Dei. καθάπερ χορὸς τὸν κορυφαῖον ἐπιζητεῖ καὶ ναυτῶν πλήρωμα τὸν κυβερνήτην οὕτω καὶ τῶν ἱερέων σύλλογος τὸν ἀρχιερέα καὶ κοινὸν πατέρα σήμερον. *Quemadmodum chorus præſultorem, & nautarum multitudo gubernatorem inquirit: ſic & ſacerdotum cœtus Pontificem hodie ſuum & communem patrem Flauianum deſiderat.*

Pag.1.d.*An non omnino.*) Monueram ſcribendum, *quando conſtitutus ſui rex ab ipſo ſuper montem ſ. c. perd. præcep. Domini:* non vt erat antea *præceptum eius*, licet hæc lectio aſtruatur ab Hilario apud quem legitur, *adnuntians præceptum eius*, & apud Cyprianum 2. teſtimon. *adnuntians imperium eius*,apud Auguſtinum, *prædicans præceptum eius:* at Nyſſeni textus cum Græco LXX vulgato conſentit Pſal.2.6.

Pag.387.a.12.*Neque eo qui mea.*] Scripſerat interp.*Neque qui mederetur ei, quod morbo laborabas*,& paulò pôſt, *propterea dedit ei cor, vt quæreret & conſideraret de omnibus.* Reſtituimus,vt Græcus textus exigebat.

Pag.390.c.5.*Vt propterea.*) In Græco mſ. M. fuit τὸ ἀξιόπιστον ἔχει. Immutauimus quod erat apud interpretem, *vt propterea ſit fide dignus*, & corrigendum ad monuimus τὸ ἀξιόπιστον ἔχει. *Hic enim planè profitetur ſe expertum eſſe,quæ vituperat & traducit* Hanc cõiecturam noſtram poſtea manuſcriptus regnis comprobauit,in quo ſcriptum offendimus τὸ ἀνεξιόπιστον ἔχει.

Pag. 391. *b.* 10. *Ad incrementum.*) Ita maluimus,quam vt antea,*ad propoſitam ſibi cognitionē* nam & ita paulo poſt d. 1.loquutus eſt. τοῖς δυναστείας ὄγκον αὔξων τῇ τῆς δυναστείας περιουσίᾳ. Ex quo alterum ſimilē priorem emaculauimus, in quo legebatur οἴκον τῆς βασιλ.

Pag.392.*d.* 8. *Sed cum in illis.*) Corruperant verba interpretis priores editiones,aut apographo textus Græci corrupto vſus fuerat,ſic enim erat, *ſed cum in illis fuiſſet exercitatus,per ſe moribus prius rectè præſtitiſſet, & à riſu alienum grauemque & conſtantem,per quæ à ſtudioſis, &c.* ſed in Græco emendandum eſt αἰνίσσεται.

Pag.393.*b.*8.*Vt qui ſponte.*) Interp. *vt qui vel inuitus indecorè.* Quaſi eſſet ἀκουσίως, non vt in M. ἑκουσίως ἀσχημονῶν. Ita Chryſoſtomus ſer. de manſuetudine iram vocat ἑκούσιον δαίμονα *voluntarium dæmonem.*

Ibid. *Vinum traheret.*] In mſ. M. ἑλκύσαι legebatur,non vt in Bilijs Germanicis & alijs quibuſdam libris διαλύσαι *diſſolueret*: ſed alteram lectionem Vaticana editio,&antiqua vulgata Latina tuentur,ex qua Hieronymus,*vt traherem in vino carnem meam.*

Pag.394.*a.Vt dominatum.*] Hoc tantum ſcripſerat Heruetus,*deduxit me in ſapientia, per quam dominatum obtinui in lætitiam.* Græcè eſt ἐπὶ εὐφροσύνῃ,vt in vulgatis Biblijs Græcis, at in Vaticana legimus τοῦ κρατῆσαι ἐπ' εὐφροσύνην. *Vt obtinerem lætitiam.* Confirmat hanc lectionem paraphraſis Gregorij Thaumat. ἐγκράτεια δὲ δουλοῦται ἐπιθυμίαν. *Continentia autem in ſeruitutem redigit cupiditatem.* Hieronymus tamen in textu Latino è Græco expreſſo ſic iſthæc edidit, *vt obtinerem ſtultitiam*, vt videatur legiſſe τὴν ἀφροσύνην, & in vulgata ex Hebręo,*vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam.*

Pag.395.*a. Quæ cum aliqua.*]Interp.*quæ cum aliqua circunſtantia accidunt*,περίστασις non circunſtantiam ſolum, ſed & calamitatem & fortunæ caſum ſonat, vt vidit alibi Heruetus apud Clementem 1.Strom.pa.148. περιστάσει κέχρηται τοιαύτῃ, *tali fortunæ caſu vſus eſt*, & 4. Strom. pag. 216. εἰς περιστάσεις περιπίπτειν ἡμᾶς τὸν κύριον βεβουλῆσθαι. *Voluiſſe Dominum vt in caſus incideremus*,potuiſſet addere *aduerſos*: nam & præceſſerat, διώκεσθε καὶ φονεύεσθε. *Patimini perſecutionem, & morte afficimini.* Rurſus hoc loco illud κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον verterat,*Hoc eſt, vt mei auctoris eſt ſententia*, minus aptè cum non Eccleſiaſtæ,ſed ſuam ſententiam indicet Nyſſenus,vt ante à dixit, pag.445.*d.* αὐλαὶ δ' αἱ ὄντως τοῦ κυρίου κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον αἱ ἀρεταί. *Atria autem Domini ſunt meo quidem iudicio virtutes.*

Pag.397.*d. Qui purpuras.*] Interpres ediderat, *ex ijs qui mare ſubeunt vrinatoribus*: at hoc loco non de quibuſuis vrinatoribus agitur, ſed de iis tantum, qui purpurarum conchylia piſcantur, & apud Pollucem πορφυρευταὶ & & σπογγισταὶ vocantur. Clemens Alexand. lib. 2. Pædag. c. 10. ἀγαπῶνται δὲ οἱ πορφυρευταὶ καὶ αὐτὰ τὰ κογχύλια. *Quin etiam earum tinctores & purpuræ infectores, & ipſa conchylia in magno habentur pretio:* mallem, *tinctores & purpurarum piſcatores, & ipſa conchylia adamabantur.* πορφυρευταὶ nonnulli purpurarios appellant & purpuratores, aut ſpongiatores, Iureconſulti Murilegulos lib. 11. Cod. 7. de Murilegulis & monetariis.

Ibid. *Propterea quod ei.*] Legebatur antea, *propterea quod eius ſumma ſit poteſtas: ad id enim, quod vetatur*, Sed aptius adhuc ita interpretabere,*propterea quod ei proponitur id quod deſiderat, vt eo pro libito vtatur.* Sic apud Zoſimum lib.2. ἀλλὰ ἐνδιδοὺς τῇ κατ' ἐξουσίαν ἀσελγείᾳ. *Sed indulgens animi libidinē*

libidini omnia pro imperio agebat. Hoc nimirum eſt quod ait ille inter Poëtas vanitatis magiſter lib. 3. μεταμορφώσεως. *Nitimur in vetitum ſemper cupimuſq; negata.* Pag.399.*a. Niliaca.*) Mendoſè ſcriptum interpres legerat hunc locum verteratq;, *Nili & Numeniæ metalla.* In mſ. M.pariter corruptè, ἐκ τῆς τῆς Νυμηνείας διαζητεῖται:at in regio codice Mediceo Νυμιδίας prò Νυμιδίας. cuius regionis fodinæ ac lapicidinæ marmora pretioſa mittebant Romã & in Orientem Plinius lib. 4. c. 3. *Tuſca fluuius Numidiæ finis:nec præter marmoris Numidici ferarumq; prouentum aliud inſigne,* itemq; lib. 36. ca.6. *Nepos fertur habuiſſe columnas ſolidas è marmore Caryſtio aut Lunenſi.M.Lepidus primus limina ex Numidico marmore poſuit.* Addidimus & verba Latinæ Gregorij interpretationi, quibus Phrygij lapidis meminit, quemadmodum & infrà p. 401. *a.* & de eodem Plinius quoque ſcribit lib.36. c.17.

P.399.*c. Quod clauis.*) Heruetus, *quod clauis eliditur,* mſ.M.mendoſè ὃ τὸν διὰ τῶν ἥλων ἐκκροτούμενον ἄργυρον. Vnde ſuſpicabamur emendandum ἐγκροτούμενον, *aut quod clauis impingitur* vel *affigitur, argentum,* vt dixit Clemẽs Alexand. lib.2. Pædag.c.11. καὶ τοὺς ἥλους τοῖς καττύμασιν ἐγκαταπείρειν ἀξιοῦσι, *clauos ſoleis infigere æquum cenſent.* Suſpicionem noſtram poſtea mſ.R.confirmauit. Paulo poſt ex coniectura pro, *cupiditas per eos qui ſunt amẽtes præcedẽs,* ſubſtituimus, *per ea quæ ſunt inutilia,* quod mendandum ſit ἀνονήτων pro ἀνοήτων. Ibidem non πρὸς κόμπον legiſſe videtur Heruetus, ſed πρὸς σκοπὸν *pertant ad ſcopum portas,* ſed planè vitioſè. Simile illud homil. 4. in Eccleſ. τί γὰρ τοσοῦτον εἰς τῦφον; *Quid enim tantum facit ad faſtum?* P.400.*c. Eloquia igne.*) Interp. *eloquia candentia,* πεπυρωμένα *igne purgata* dicuntur, vt Pſal.11.7. *Eloquia Domini argentum igne examinatum,* & Pſal.118.140. *Ignitum eloquium tuum vehementer,* hoc eſt πεπυρωμένον igne purgatum: vbi Hieronymus ex Hebræo, *Probatus ſermo tuus:* non quod candens ſit, ſicut ignis aut fulgidus, ſed quod purus ſit, & ſine ſcoriis vt argentum excoctum & igne purgatum. P.401.*c. Suum exornat.*) ἀσκητικὸν εἰς κάλλος mſ. M. emendatius R. ἀσκεῖν, vnde expreſſit Heruetus, *ſuum exercet ædificium:* atqui ἀσκεῖν non exercere ſolum, ſed & comere ſonat & exornare. Adiecimus paulo poſt ex mſ. p.402.2. *diſſolutionem articulorum.* Pag.404.*c. Vt & natatus.*) Pro νῆξις legiſſe videtur interpres νεανίαις, *iuuenibus,* ſed ex mſ. regio corrigendum νῆξις, *vt & natatus voluptatẽ afferat iis, qui corpora expurgant,* vel *abluũt.* Id enim hic ſignificat φαιδρύνεσθαι quod in illo verſu Heſiodi apud Clemẽtem lib.3. Pædag.c.5. μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι. *Corpus fœmineo non expurgare lauacro,* non *exhilarare,* vt ſcripſit Heruetus ibidem & hoc loco. verſus eſt apud Heſiodum ſub finem Operum.

P.409.*a.* 13. *Quod conſilium.*) Hæc duo membra nunc accedunt interpretationi vt paulo poſt, pro τέρψει correximus πέρψει, vt in ſimili loco antea in lib. de vita Moſis, pag. 83. edit. Lugdunenſis, Clemens etiam lib. 2. c. 12. Pædagogi enumerat inter ſimiles muliebris mundi quiſquilias περόνας, ἀμφιδέας, ὅρμους. *Fibulas, amphideas, monilia,* & Danielis 5. 28. Perſæ τὸν μανιάκην τὸν χρυσοῦν περιέθηκαν περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, *torquem aureum circumpoſuerunt circa collum eius:* qui locus eorum fauet ſententiæ, qui hac voce deſignari cenſent ſpeciem τῶν περιτραχηλίων ἢ περιδέραιον inter ornamenta collaria, quomodo & Polybius μανιάκας nominat Gallorum collaria ornamenta, ψέλλιον ὃ φοροῦσι περὶ τὸν τράχηλον.

P.413.*d.*3.) Non vt Heruetus volebat, *in anima id quod eſt ſerpentiũ voluptatis.* Nam quæ Dioſcorides lib.1.c.45.& alibi ἕρπητας & ἑρπηδόνας vocat, ea Plinius & Latini hulcera manantia, & hulcera ſerpentia vocant vel putreſcentia Paulus Ægineta *herpetis,* nomen vſurpat: emendauimus hic τῷ κακῷ, cum mſ.ſcriptũ haberet τῷ καρπῷ.

P.414.*c.*4. *Sed pars poſſeſſionis.*) Interp. *ſed pars creaturæ eſſet* & poſt pauca, *vt quia aliqua ex iis quæ orta ſunt creatura lætitiam colligerem.* In mſ.M. legebatur etiam μερίδα κτίσεως, ſed emendandum κτήσεως cõſtat ex duobus, qui ſequuntur locis, ἐκ τῶν ἴσων κτημάτων, & μερίδα τῶν κτήσεων λέγω. Cõuenit inter omnes ſcripturæ interpretes μερίδα partem vel portionem dici ſortem vel poſſeſſionem, hæreditatem, præmium, vel quicquid alicui ferẽdum vel poſſidendum obtingit, phraſi Hebraïca, vt Pſal. 15. 5. κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου. *Dominus pars hæreditatis meæ,* & Num.18.20. ἐγὼ μερίς σου καὶ κληρονομία σου. *Ego pars tua & hæreditas tua:* quodq; dixerunt LXX. ἰδοὺ δέδωκα πᾶν ἐπιδέκατον ἐν Ἰσραὴλ ἐν κλήρῳ. *Ecce dedi omnem decimam in Iſrael in hæreditate* vel *ſorte,* Hieronymus vertit, *omnes decimas Iſraëlis in poſſeſſionem.* Hanc quoq; correctionem regius mſ.comprobauit. Porrò ſub finem paginæ ſcribendum, *per omnẽ ſenſum dicit,* vel excogitãs, quibus ſe potitum eſſe omnibus ſenſibus dicit, διὰ πάσης αἰσθήσεως. P.417.*a. Quis eſt homo qui.*) Hæc verba ſcripturæ cap. 2. 12. ſic expreſſerat Heru. *Quis eſt homo qui veniet, poſt conſilium, quæcũq; ipſum fecit?* In editione Romana, paulo aliter Græcus textus, ὃς ἐλεύσεται ὀπίσω τῆς βουλῆς τὰ ὅσα ἐποίησεν αὐτήν, *quæ fecerunt ipſum.* In aliis libris ſic eſt: πάντα ὅσα ἐποίησεν ἐν αὐτῇ. *Omnia quæcunq; fecit in eo,* quibus hæc Nyſſeni lectio ſuffragatur: vult enim Deũ omnia in ſapientia feciſſe. Pſ.103. 24. & ſapientiam iſtam conſilium appellat. Quis ergo aſſequetur omnia quæ ſapientia Dei fecit? quod dixit Hieronymus ex Hebræo, *vt ſequi poſſit regẽ factorem ſuum?* P.421.*b.* 5. *Et electio.*] Non vt ex vulgata Latina ſcripſerat Heruetus, *& afflictio ſpiritus:* at LXX Græcè ediderunt καὶ προαίρεσις. quod in Vaticana vertitur, *& præſũptio ſpiritus,* aliis eſt, *electio ſpiritus.* Hieronymus ex antiqua Græci textus interpretatione, *Omnia vanitas & paſtio vẽti.* Ita pluribus aliis in locis electionis vocẽ ſubſtituimus, quam & interpres vſurpandam ſibi cenſuit inf. 425. *d.* ἐν τῇ προαιρέσει καρδίας αὐτοῦ, *in libera electione cordis ſui.* P.423.*a. Non intueri.*] Aliter interpres ex traiectione particulæ negatiuæ, *vt perſuadeat intueri ea quæ non apparent:* at huic ſententiæ auctoris quam reſtituimus, ſimilis eſt & germana Baſilij germani eius illa, qua ſuadet in homilia quadam μὴ προσπάσχειν τοῖς βιωτικοῖς, *vt non adhæreamus rebus ſeculi huius,* & rurſus, πειρᾶται ὁ αἰσχύνων τὴν μάχην, *ex iis quæ videtur pugnam excitat.* Ib.*b. Cùm ſtulto autem.*] Gr. ἀναπαύεται. Heruetus, *ſtulto autem extinguitur, etiam monimentum,* ſed corrigendum eſt ex R. συναποσβέννυται. *cum ſtulto extinguitur,* & adiecimus ea quæ ſubindicant locum Dauidis Pſal. 9.7. ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ' ἤχου. *Periit memoria eorũ cum ſonitu.* Nam & ita explicat huius additamenti ſenſum Chryſoſtomus in Commentario, καὶ τοῦ δὲ τῆς ἀνδρείας τὸ

μὴ λανθανόντως τοῦτο ποιεῖν. τὸ συσσεισμῷ οὐκ ἄδηλον τὴν ἀπωλείαν. Porro hoc eſt etiã Dei prouidẽtia quod nõ facit hoc latenter: ſignificat ergo quã manifeſtum explicat huius additamẽti ſẽſum Chryſoſt. in Cõmẽtario καὶ τοῦτο δὴ τοῖς τῆς κινδυνείας τὸ ſit exitiũ, & Theodoret. τὸ δὲ μετ' ἤχου τὸ ἔκδηλον τῆς ἀπωλείας σημαίνει ἀπὸ τῶν σεισμῷ πιπτουσῶν οἰκιῶν. Nam cũ ſonitu hoc ſignificat ex metaphora domorũ, quæ aliquo terræ motu concuſſæ concidunt. P. 424. b. 7. *Et pulchras port.*] Interp. aliter, *& turres & pulcherrima, quæ excitantur opera*, quaſi eſſet & τὰ κάλλιστα αἰστήματα. & paulo poſt, *Incertũ eſt autẽ, an non viuq materiam efficiant opes*, atqui non id vult Gregorius ſed incertũ eſſe, num heres ad explendas libidines ſuas relictis opibus ſit abuſurus: *Abſumet hæres Cæcuba dignior, Seruata centum clauibus, & mero tinguet pauimentum ſuperbo.* Horat. lib. 2. Ode 14. quod ipſum innuũt illa verba Salomonis Eccl. 2. 19. εἰ ἐξουσιάσεται ἐν παντὶ μόχθῳ μου. quod vertit interpres hîc paulo poſt, *& an poteſtatem exercebit in omni labore meo.* In editione Plãtiniana, *& ſi licentioſus erit in labore meo*, quã interpretationem cõfirmat illud 1. Nehemiæ 5. 15. οἱ ἐκτιναγμένοι αὐτῶν ἐξουσιάζοντες ἐπὶ τὸν λαόν. *Excuſſi eorum poteſtatem exercebunt aduerſus populum*: quod vulgata Latina ſic extulit, *& miniſtri eorũ depreſſerunt populũ*, & 1. Machabæor. 10. 70. διὰ τί ἐξουσιάζῃ ἐφ' ἡμᾶς ἐν τοῖς ὄρεσι. *Quare poteſtatẽ exerces aduerſus nos in montibus.* Conuenit demum cum iſtis quod ex Polybio afferũt, ἐξουσιαστικώτερον τοῦ καθήκοντος. *Maiore cũ licẽtia quã decebat.* Hieronymus hoc Salomoni accidiſſe admonet; nõ enim ſimilẽ ſui filiũ Roboam habuit. Pag. 425. d. 3. *Cognoſcit.*] Ad verbũ eſſet, *quoniã cognoſcit.* Cæterũ in omnibus veteris teſtamẽti exẽplaribus aliter exhibetur hîc locus ex cap. 2. v. 22. In Plãtiniana editione γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ in Vaticana, ὅτι γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ. *Quoniã fit in homine in omni labore ſuo.* Hieronymus ex LXX. Quid enim fit homini in omni labore ſuo? Symmachus, ὅτι γὰρ περιγίνεται. Quid enim amplius fuit? omnium clariſſimè vulgata Lat. *Quid enim proderit homini de omni labore ſuo?* at Nyſſenus pro γίνεται legit in aliquo libro γινώσκει, paulo poſt p. 426. c. pro πάρεξ αὐτοῦ ſine ipſo ſcriptum fortaſſe offenderat interpres παρ' ἑαυτῷ vertens, *à ſeipſo.* Hieronymus, *quis comedit, & parcit ſine illo?* Pag. a. *Sed iuſtitia.*] Ita quidem mſ. M. ſed apud Apoſtolum alio modo legitur ad Romanos 14. 17. δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ. *Sed iuſtitia & pax & gaudium in Spiritu ſancto.* Poſtremo ſcripſerat interpres. *Peccatori dedit afflictionem, vt addat, & cõgreget ei, qui eſt bonus in conſpectu Dei*: at περισπασμὸς non afflictionẽ, vt habet Latina vulgata, ſed occupationẽ ſonat, vt c. 1. 13. περισπασμὸν πονηρὸν ἔδωκεν ὁ θεός, Vulgata: *Hãc occupationem peſſimam dedit Deus.* Symmachus etiam hic edidit ἀσχολίαν. Pag. 429. b. *Quod nimium.*] In mſ. M. ſic erat ὁ δὲ τὸ λαλεῖν, & poterat videri præceptũ innui Pythagoricum ſilentij, *alius vero loqui prohibuit*, ſed manifeſtum mendum ſuſtulit collatio cum regio codice τὸ λίαν: ſequitur enim quod à Thalete Philoſopho pronuntiatũ eſt μηδὲν ἄγαν. *Ne quid nimis*, vel vt auctor eſt Diogenes Laërt. à Pythagora, vel vt Ariſtoteles in Rhetoricis à Biante. Pag. 430. d. 4. *Quod autem nondum.*] Malè antea, *quod autem eſt conſtantis ætatis*: adoleſcẽtiam enim indicat, quæ nondũ ad virilis ætatis robur firmitatemq; peruenit. Pa. 432. b. *Cùm quiſpiam.*] Locus eſt Eſaiæ 26. 18. διὰ τὸν φόβον σου ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας σου. *Propter timorem tuum in ytero accepimus, & parturiuimus, & peperimus Spiritum ſalutis tuæ.* Citatur idem locus inf. lib. de virginitate c. 19. p. 598. paulo poſt interpres ſcripſerat *tempus filiorũ ad vitam*, quaſi legiſſet, καιρὸς τέκνων εἰς ζωὴν nõ ἔκτων, *pariẽs* vel *gignẽs*.

Pag. 433. a. *Qui ſemper.*] Heruet. *qui omnino crucifigi*, neq; citantur, aut vſurpãtur verba Pauli ad Corinth. ſed ad Galatas 2. 20. Χριστῷ συνεσταύρωμαι. *Cùm Chriſto crucifixus ſum*, vt vertit Hieronymus in cap. 41. Eſaiæ. Ibid. d. 2. *Sed eius qui ſuperſeminat.*] Scripſimus ex mſ. M. ἀλλὰ τὸ παρασπείροντος, quod Heruetus omiſerat. Vt enim παραπρεσβεύειν eſt perperã legatione fungi, ſic παρασπείρειν intelligo idem valere, quod perperã ſeminare, quaſi alludat ad parabolam, de qua Lucæ 8. 12. *Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt: deinde venit diabolus & tollit verbũ*, vel potius ad alterã Matth. 13. 25. *Venit inimicus & ſuperſeminauit zizania.* Hæc ſcripſeram antequã in manus noſtras veniret regius codex mſ. in quo emẽdatior & amplior erat hęc ſẽtẽtia, ἀλλὰ τὸ παρασπείροντος τὰ ζιζάνια, ἢ τὸ παραφυτεύοντος τῷ διαπαντὶ ὁ μπλῶν τὴν Σοδομικὴν κληματίδα, quæ omnia aberant à libro interpretis.

Pa. 442. c. 10. *Sion enim.*) Admonueram Græca ſonare, *Sion enim mons eſt, qui ſuper arcem Hieroſolymorum eminet*, vel *apparet*, non cum Herueto, *Sion enim eſt, quæ Hieroſolymorum faſtigium ſupereminet.* Hic enim ἄκραν vt apud Plutarchium in Coriolano idem valere cenſendum eſt, quod ἀκρόπολιν, cũ ſubiciat Nyſſenus, ὡς εἰς αὐτὴν φθάσαι τὴν ἀκρόπολιν, *vt peruenias ad ipſam arcem virtutum* Pſal. 2. 6. *Super Sion montem ſanctum.* Pa. 446. c. *Non des.*) Hæc aliter citantur à Nyſſeno atq; in vulgatis Bibliis Pſal. 120. 3. μὴ δῴης & ἡ νυστάξῃ, quo pacto etiam ſcriptũ eſt apud Chryſoſtomũ & Theodoretum. Aquila item vertit, εἰς σφαλμὸν πόδας σου. *Ne des in prolapſionem pedes tuos.* Symmachus, μὴ δῴης περιτραπῆναι. *Ne des ſubuerti.* At in Plantiniana editione, μὴ δῷη & μηδὲ νυστάξῃ legitur *non det*, & *neq; dormitet*, quæ cum Hieronymi ex Hebræo interpretatione magis conueniunt. Heruetus ediderat, *& non dormitet:* vulgatam Latinam potius quam aliquem Grecum codicem ſequutus.

Pag. 448. d. *Ex ore veſtro.*) Sic maluimus cum Græco textu conſentire, quam editam ab interprete lectionem retinere *ex ore tuo.* Nam in mſ. M. ὑμῶν. in regio vt & apud Apoſtolum ὑμῶν ſcriptum eſt. *omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat.* Sic enim verterunt epithetum σαπρὸς Cyprianus epiſt. 42. & Hieronymus in commentario, quos ſequi debuit Theod. Beza potius quam iudicium ſuum: quod ſi ſola antitheſi nititur, vertendum illi fuit, *omnis ſermo ruinoſus*, non vt edidit *ſermo putris*, nam in antitheſi fit ædificationis mentio non fructus. Porro hic notandum lectori Catholico ſuffragio textus Nyſſeni confirmari Latinæ vulgatæ lectionẽ illam, *ad ædificationem fidei*, πρὸς οἰκοδομὴν quomodo etiam legitur in codice, quem Claromontanum Beza vocat, & apud Cyprianum epiſtola citata & 3. Teſtimonior. 13. Hieronymus vertit *ad ædificationem opportunitatis*, quodetiam textus Græcus Apoſtoli nunc exhibet, ſed mutatum fuiſſe ſuſpicatur ab interprete Latino propter euphoniã: immo quorundam codicum auctoritate nixum

illum fuiſſe cōſtat ex eiuſmodi locis, qui lectionem illam aſtruunt.

Pag. 452. c. *Nondum enim.*) Perperam antea verſum fuerat, *Nondum ſeipſam, vt noſtri libri fert ſententia, nouit creatura.* Sed pendet ſententia vſque ad illa extrema verba periodi, in quibus cū Socrate videtur loqui, *Quę ſupra nos nihil ad nos:* apud Lactantium lib. 5. c. 20. diuinar. inſtitut. Addidimus interpretationi, *quomodo id quod non eſt, ſubſtantiam accipiat*, πῶς τὸ μὴ ὂν ὑφίσταται, quod verti etiam poteſt, *quod non eſt, procreetur:* nam & ita ὑπόστασιν *procreationem* apud Irenæum Latinè reddi monet doctiſſimus Billius lib. 1. c. 33. obſeruationum, & Budæus τὸν λόγον ὑποστῆναι ἐξ ἡμῶν interpretatur, *verbum Dei ex nobis ſubſtantiam ſumpſiſſe.* Sic apud Iuſtinum in expoſitione fidei p. 303. legimus, τὴν σάρκα εἰς λόγον ὑποστῆναι. *Carnem in verbum ſubſtantia tranſiiſſe*, vel *in verbi ſubſtantiam tranſiiſſe.* & ad Græcos adhortat. p. 6. ἃ καθ' ἑαυτὰ ὑποστῆναι. *& per ſeipſam conſtitiſſe*, vel, *à ſe ipſa ſubſtantiam accepiſſe*, ſiue, *procreatam eſſe.*

Pag. 463. b. *Si igitur dulcimus.*) Heruetus addebat, *pugnam ſit quoque capeſſite*, quaſi ſcriptum offendiſſet ἀντιλαμβάνεσθε: tat mſ. M. ſuſpenſa ſententia vſque ad finem alterius periodi, ἀντιλαμβάνεσθαι μαθεῖν προσήκει ἢ τὸ ἕτερον μέρος. cui ſuffragatur & liber R. Paulo poſt in loco Apoſtoli ad Rom. 5. 1. repoſuimus, *pacem habemus* quo pacto etiam legitur in nonnullis vulgatæ Latinæ exemplaribus & apud Origenem in textu, licet in Commentario ſit, *pacem habemus*, quod plerique vulgati libri præ ſe ferunt.

P. 465. d. *Cochleari autem.*) Græcè τῇ δὲ περόνῃ, quæ vox non cochlear propriè, ſed fibulam ſonat, vt Iob. 40. 20. Symmachus vertit, ἐν περόνῃ τρυπηθήσεται τὴν ῥῖνα, *in fibula perforabitur naſum.* quod LXX. ἄξεις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ. *Duces autem draconem in hamo.* Hic autem indicari videtur genus aliquod inſtrumenti ferrei, quo ad menſam veteres vterentur, quales illæ ſunt furciculæ, quibus in Italia paſſim, & in Gallia nonnulli cibos tractant.

Cæterum in ijs quæ ſequuntur mendoſus liber Græcus vitioſam peperit interpretationē, *quod apparatu conuiuatoris ipſe quidem rectè eſt vſus, cùm ipſe qui apparauerat cauſam eorum quę erant euentura: ſed malus vſus, &c.* At nos monueramus emendandum videri, εἰς κακὸν ἀποχρήσηται αὐτῷ τὸ παρασκευαστικὸν τὴν αἰτίαν τῶν ὄψεων. ὁ σεσιτισμένος. Hoc enim indicat fibulam vel furciculam illam ad cibos captandos non ad oculum expungendum paratam fuiſſe. Poſtremo ſuſtulimus vocem *bonorum*, ex hac interpretis ſententia infra d. 9. *Si autem bonus eſt, qui eſt auctor & cauſa bonorum, bona omnino ſunt.* cum Græcè tantum ſit, εἰ δὲ ἀγαθὸς ὁ τῶν πάντων αἴτιος. Nam vt ait Tertullianus 1. in Marcionem 13. *Nihil indignum ſe Deus fecit; ergo nec mundus Deo indignus.*

IN HOMILIAS IN CANTICVM NOTÆ F. D.

COEPERAT iam excudi Græcus harum homiliarum textus, iamque ad finem ſecundę progreſſa erat editio eruta ex apographo, cuius copia Claudio Morello ciui Pariſienſi ac Typographo ab amico facta erat, cùm ad manus noſtras alterum exemplar nobiliſſimi viri Franciſci Oliuarij peruenit multo emendatius atque adeo locupletius eo, quem Morellianum appellabimus, hac nota deſignatum M. vt alterum iſta Ol. Siquidem in illo priori vndecim tantum repertæ ſunt priores homiliæ, in poſteriori omnes quindecim, & omnes fere lacunæ ac mendæ quibus deprauatum fuiſſe colligimus codicem, quo Heruetus interpres eſt vſus, illum deformarant: poſterior autem ſimilior fuit ei quem nactum fuiſſe conſtat Ioannem Leuuenclaium, cum interpretationē ſuam Baſileæ editam anno Chriſti CIↃ IↃ D LXX. adornaret, quam abſoluta demum iſta ſumus adepti, dum has Notas ad genuinam lectionem à deprauatione codicum, & interpretum minus accurata verſione aſſerendam attexeremus. Quia tamen adiunctæ margini fuerant apographi variantes lectiones ex Morelliano excerptæ, ſæpe contigit vt operæ typographi cæ, non Oliuarij, ſed Morelli exemplar ſecutæ ſint, neque delectum earum fuerit auſus corrector facere arbitrij ſui: quam ob cauſſam id nobis faciendum erit, vt quæ potiſſimum lectio ſit amplectenda moneamus. Primum igitur notandum eſt in Oliuarij codice titulum huic operi dari eiuſmodi Ὀλυμπιάδι Γρηγόριος πρόλογος τῆς ἑρμηνείας τοῦ ᾄσματος τῶν ᾀσμάτων. *Olympiadi Gregorius. Prologus expoſitionis Cantici Canticorū.* In editione vero Leuuenclaij Baſilienſi, Gregorius Epiſc. Nyſſæ pudiciſſimam Olympiadem in Domino ſaluere iubet: in Morelli codice. ἐξήγησις ἀκριβὴς εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων *Enarratio accurata in Cantica Cāticorum*, ſed hi tituli pro arbitrio antiquariorum varij ſunt præfixi.

Pag. 468. c. 5. πειθέσθαι.] Amplexus eſt variam lectionem codicis Ol. Typographus, & tamen verbum εἶναι retinuit ex M. ſic autē ſcribendum, πείθεσθαι τῇ λέξει τῆς ἁγ. γρ. δοκεῖ. in altero erat πείσεται & διὰ πάντων εἶναι δοκεῖ. Leuuencl. *exiſtimant ſacrarum literarum dictioni eſſe inhærendum*, omiſit διὰ πάντων vel διὰ παντὸς *perpetuò*, vel, *in omnibus.*

Pag. 470. a. 12. *Filios procreet.*] Interpres ediderat, *Propheta fit procreatus*, atqui παιδοποιήσασθαι medij verbi notionę accipit etiam Leuuencl. *ex ſcorto ſobolem procreat*, & clarum eſt præceptū Oſee 1. 2. *Et fac filios fornicationum*, neq; aſſentiēdum contendit Nyſſenus illis, qui vt ait Cyrillus Alexād. ἀπαιτοῦσι παραιτεῖσθαι τὸ γράμμα καὶ τῆς ἱστορίας τὸ εἰκαῖον καταψηφίζεσθαι, *perſuadent literā repudiare, & hiſtoriam vanitatis condemnare*, neq; vt ait Theodoretus ijs aſſentiendum eſt, qui non verentur dicere verba hæc rebus eſſe deſtituta, & quod Deus quidem ea iuſſerit, non tamē Propheta fuerit exequutus: nec iſtam viſionem fuiſſe imaginariam quaſi nihil fuerit iuxta literam perpetratum, vt ſcribit Hieronymus: ſed præter ſenſum hiſtoricum multis in ſcripturæ locis allegoricum myſticumque ſenſum eſſe quærendum.

Pag. 472. a. 9. *Quo pacto dicit.*] Non vt antea

erat, *quemadmodum dicit Theologus*, ex vitioſa lectione M. πῶς φησιν ὁ θεολόγος. poſt illa verba, *in medio autem eſſe*, pene integram periodum addidimus, ex Ol. quam & Leuuenclaius veram agnoſcit. Sicut ſcriptum eſt Geneſ. 1. 31. *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.*

Pag. 478. d. 1. *De graui carne.*] Fœdum hoc loco mendum M. & illius calamo exarati libri, quo interpres vtebatur, ineptam peperit verſionem, ἀεὶ τῇ σαρκὸς μαρίας γινόμενον pro βαρείας, *pro carne Mariæ factus pura intelligentia.* Leuuenclaius minimè vitioſum nactus librum, *pro carne graui pura mens reddatur.*

Pag. 483. d. 1. *Quia ergo.*] Contrariam ſententiam expreſſerat interpres, *oportet ori addere potũ, qui attrahitur ex fonte.* Sic quoq; vitioſè M. προσθεῖναι τῷ στόματι τὸ ἐκ τῆς πηγῆς. At integrius & emendatius alter: *Quoniam igitur is, qui è fonte potum attrahere vult neceſſe eſt os ad aquam apponat.* Ita loquebatur & Virgilianus ille paſtor Eclo. 3. *Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.* Paulo poſt elegantem locutionem omiſſam reſtituimus λέπρας ἐπισκοτούσης. Leuuencl. *nulla carnali lepra caliginem offundente.*

Pag. 484. c. 2. *Senſum.*] Locus eſt Prouerbior. 2. 5. licet aliquantulum immutatus, τότε συνήσεις φόβον κυρίου, καὶ ἐπίγνωσιν θεοῦ εὑρήσεις. *Tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies.* Periodo quæ proximam ſequitur, *vinum enim & lac*, ſuum ſenſum reſtituimus, quam ita Heruetus ediderat, *Quod enim guſtus eſt lac & vinum: ſi illa ſint eiuſmodi, vt cadant ſub intelligentiam, quæ ea omnino, &c.*

Pag. 486. b. 2. *Vt in vaſis.*] Deprauata ſcriptura ſuauis iſtius cõparationis odorem corruperat, legebatur enim in M. ὡς ἐπὶ τῶν ἁγίων pro ἀγγείων, vnde interpres, *vt in ſanctis quorum effuſum fuerit vnguentum*, & ἀπολαμφθείσης ἐκ τῶν ἀτμῶν τῶν ἁγίων, *ex vaporibus ſanctorum excepta qualitate.* At Leuuencl. *Perinde ac fieri conſueuit in vaſis, & ex obſcura quadam de nidoribus in vaſe relicta qualitate.* Ex his poterit lector intelligere, quid hæc editio cæteris præſtet. Nam in vtroque interprete multos defectus ſupplemus.

Pag. 489. b. 6. *Aulæa.*] προπύλαια μὲν γὰρ ἐκ κλειτῶν ὑφασμάτων, hæc videtur lectio fuiſſe corrupta codicis, quo vſus eſt interpres, *veſtibula quidem erant ex inſignibus texturis.* Nec multo ſanior ea, quam præ ſe fert mſ. M. at cum mſ. Ol. conſentit Leuuencl. αὐλαῖαι μὲν γὰρ ἐκ λινῶν. *Nam externus tabernaculi huius ornatus ex auleis quæ vulgaris eſſent telæ, veliſq; de caprarum pilis*, niſi forte ἐκ λιτῶν pro ἐκ λινῶν, reperit ſcriptum eſt autem Exod. 26. 1. καὶ τὴν σκηνὴν ποιήσεις δέκα αὐλαίας ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, καὶ ὑακίνθου καὶ πορφύρας. *Et facies tabernaculo decem cortinas de byſſo retorta & hyacintho & purpura.* S. Auguſtinus quæſt. vltima in Exodum, αὐλαίας, *quas Græci appellant, Latini aulæa perhibent, quas cortinas vulgo vocant.* Polluci lib. 7. c. 17. βύσσος λίνου τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς. *Byſſus eſt lini quædam ſpecies apud Indos*, & Plinius lib. 19. cap. 1. *Aſbeſtino lino principatum in toto orbe dari*, ſcribit, *proximum byſſino.* Linum quoque numerat inter ea materia genera ex quibus tabernaculi ornamenta confecta, lib. de vita Moſis pag. 181. c. ἑτέροις δὲ λίνον, καὶ ἄλλοις τρίχας πρὸς τὰς ὑφασμάτων χρείας.

Pag. 491. c. 2. *Licet mea.*] Breuiora fuerunt, hæc & mutila apud Heruetum, *Nunc mihi informata fuit pulchritudo, propterea quòd.* at Leuuencl. *Tametſi enim nunc in me pulchritudo lucet, quæ mihi propterea eſt impreſſa, quod rectitudo me dilexerit.*

Pag. 492. c. 8. *Et virgo meretrix.*] Hoc addidimus interpretationi, quod aberat etiam à mſ. M. non item à Leunclauij textu, *& meretrix ſit virgo, & Aethiopes nitidi.* Scripſerat Heruetus, *& ſplendidi Aethiopes*, neuter aſſequutus eſt genuinam vocis λαμπροὶ ſignificationem, quàm vel pueri ſciunt candorem ſonare ſiue albedinem cum ſplendore coniunctam: itaque rectè Vulgatæ auctor, quod eſt Iacobi 2. 2. ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, *in veſte candida* vertit, non vt Theod. Beza, *veſte ſplendida*, & Lucæ 23. 11. vbi dicitur Chriſtus ab Herode amictus ἐσθῆτα λαμπρὰν *veſte alba*, ſcribit ille, *veſte ſplendida*, & tamen contendit ineptus ille veterum cenſor Herodem Romani moris non ignarum voluiſſe illum notare quaſi candidatum imperij: atqui non ſplendida, ſed candida veſtis dicebatur ea qua induebantur, qui magiſtratum ambiebant Polybius certe λαμπρὰν dicere maluit idcirco petitorum togam quam λευκήν. Plutarchus in præceptis cõiugalib. p. 144. οἱ προσιόντες ἐλέφασιν ἐσθῆτα λαμπρὰν οὐ λαμβάνουσιν, οὐδὲ φοινικίδας οἱ ταύροις. *Qui ad elephantos accedunt, candido, qui ad tauros puniceo veſtitu non vtuntur.* Malè Xylander *ſplendido*: non enim id colorem ſignificat, ſed fulgorem, & aurata veſtis ſplendida poteſt dici, quæ alba tamen non eſt.

Pag. 497. a. 2. *Quæ damnata eſt.*) Heruetus corruptam nactus lectionem aberrauit, & ex vicinia vrbium in viam reductus non eſt, M. mſ. συγκαταδικασθεῖσα ταῖς δόμαις, *Gomorrha, quæ in domibus poſuit condemnationes*: at Leuuenclaius, *Gomorrha vna cum Sodomis condemnata* Deuteron. 32. 33. *Fel draconum vinum eorum, & venenũ aſpidum inſanabile* Græcè, θυμὸς δρακόντων. ira draconum, male hic Leunclauius, *draconum inſanabilis animus in prauis Sodomæorum torcularibus ebulliit.* Vtitur enim locutione ſumpta ex Ioële 2. 24. καὶ ὑπερχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου, *& redundabunt torcularia vino*; rurſus cap. 3. 13. πλήρης ἡ ληνός, ὑπερχεῖται τὰ ὑπολήνια. *Plenum eſt torcular, redundant torcularia.* Sic ergo hic interpretari potes: *ira draconum inſanabilis praua Sodomorum torcularia redundarunt.*

Ibid. b. 11. *O quantos.*] Hæc periodus à mſ. M. & ab interpretatione Herueti exulabat, ſed aſſerta eſt & reducta ab Ol. & Leuuenclaius eam ea expreſſit: paulo poſt etiam interpres vterque legiſſe videtur, ὡραῖος βότρυς ὁ ἡλιάζων τῷ εἴδει, Heruetus, *Botrus, qui præ ſe fert formam Solis.* Leuuencl. *qui ſpecie ſua Solem refert.* At ἡλιάζειν Lexica vulgata exponunt, in Heliæa ſubdiali conſeſſu Atheniensium iudicare, vel ad Solem expandere, ἡλιάζεσθαι apricari, ἡλιοῦν autem, Solem referre, Solis inſtar candicare, ἡλιοῦσθαι Soli expoſitum eſſe; itaque ἡλιωμένος potius hic, racemus à Sole vſtus dicendus eſſet, vel ἡλιῶν, Solis inſtar candicans: at mſ. Ol, ἰλιγγιάζων, vtrum aptius ſit, Lector iudicet.

Pag. 500. a. 11. *Cùm ergo ea.*] M. mſ. ἐπεὶ οὖν ἓν μόνον ἔχει ὁ τοιοῦτος καὶ ἄϋλος φύσις. ὡσαύτως ἡ δέ. Heruetus ſimilem ſequutus librum. *Cùm ergo vna ſola ea, quæ in-*

telligentia percipitur, & eſt materiæ expers natura habet id quod ſemper ſimiliter & eodem modo ſe habet, tranſit autem. Nec multo melius Leuuencl. Quando igitur vna tantum res eodem modo ſe ſemper habet: at ἱμᾶμαι vt retineamus quod ſuggerit Ol. ſuadet, quod ſequitur τὸ ἰσωῦς χέζομος, & τὸ ἴσις κατὰ πάντα.

Pag.504.c.12. *Equitatui.*] τῇ ἵππῳ μυ. Heruetus, *Equis meis*, Leuuencl. *equæ meæ*. Nec aliter Ambroſius lib. de Iſaac & in Pſal. 118. ſerm. 8. vbi tamen inquit non vnam equam diuitis regis accipiendam, ſed abſolutè pro equitatu, & in homil. Origenis eſt, *equitatui meo*, quod ambiguitas Græcæ vocis facilè patitur, vt obſeruat Flaminius Nobilius, & confirmatur hoc loco à Nyſſeno, qui agnoſcit, ἱππικὴν δύναμιν, *copias equeſtres*, & ab interprete libri 1. Machabæorum 4. 1. & παρέλαβε χιλίας ἵππων ἐκλεκτῶν, *& aſſumpſit mille equites electos*.

Pag. 511. *a.* 1. *Stratores.*] Addidimus vocem hanc ab interprete omiſſam, ex vtroque manuſcripto, quam agnoſcit etiam Leuuencl. *qui Regi equum inſtruunt, per ornatus anteriores.* Vetus Onomaſticon Græco-Latinum *Strator* ἀναβολεύς. Spartianus in Antonino Caracal. *Denique cum illum in equum ſtrator eius leuaret, pugione latus eius confodit.* Qui equum domini ephippio ſternit, ipſumque in equum ſuſtollit ſtrator vocatur. In Gloſſario; ἱππωρὸς vertitur *Metator*, qui ſcilicet domum præparat aut deſignat lib. 12. Cod. Iuſtin. eſt titulus 24. de ſtratoribus & conſtitutio Valentiniani & Valentis Imp.

Pa.512.*d.*9. *Per odorandi.*) Huius quoq; membri acceſſio nititur auctoritate vtriuſque mſ. M. & Ol. & Leuuenclauiani codicis, ex quo ille, *odoratu quaſitum attingit, quaſi corporis cuiuſdam proprietatem olfaciendi ui percipiens*: at Heruetus χρώματος videtur legiſſe, non χρωτός: niſi fortè pro colore ipſam vocem χρωτὸς accipiendam putauit, vt apud Ariſtotelem & Xenophontem accipi Budæus, & alij annotarunt non ſolum pro corpore: tamen hic aptius Leuuenclaius corpus intellexit, ex quo manat odor proprium olfactus obiectum. Hic ergo ſcribe, *veluti cuiuſdam corporis proprietate ab odorandi facultate percepta.*

Pag.513.*b.* 13. *Qualecunque.*) Malè in mſ. M. ὅτι μὴ. vnde interpres ediderat, *quod illum quidem quando eſt in eſſentia, quod eorum, & c.* nos ſuffragante etiam altero interprete veram ſententiam reſtituimus.

Pag.517.*c.*7. *ἐὰν αὐγῇ.*) Ita dixerat antea p.516.*c.* κυπρίζοντος, ὅταν ἦν αἰθέριος. Apud Suidam etiam legimus κυπρίζουσι αἰθέριοι, pro quo apud Heſychium eſt κυπρίζουσι rectius. Sic enim legitur Cantic. 2. 15. αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσι. *vites noſtræ florentes.* Biblia Germanica κυπρίζουσι *vineæ noſtræ germinant*, & Hebraicam vocem סמדר germinare exponit auctor Indicis Græci. Pagninus quoq; pleraque verba Hebraica florere ſimul & germinare, oriri & pullulare docet ſignificate. Vulgata Latina ex Hebræo ibidem vertit etiam, vinea noſtra floruit. At Leuuenclaium miror hic ſcripſiſſe, *Racemus meus flore ſuo matureſcens*, ſimplicius fuiſſet, *flore ſuo pullulans ſiue germinās.* Sequebatur apud Heruetum, *qui ſeipſum ſuper ligna ferebat, oſtendens*, mendosè quippe legerat, vt habet mſ. M. ἐπὶ ξύλων ἀναφέρων. at Numer. 3. 24. ſcriptum eſt, ἐν ξύλοις αὐτὸν ἐν ἀναφορεῦσιν. *Et tulerunt eam in vectibus*, Leuuencl. *qui ligneis in fulcris oſtēdit ſeſe.*

P. 520. *c.* 5. *Sine enim.*) Quid legerit interpres non facile ſuſpicari poteris, *Sine enim ad auri ſpeciem coloratur, eundem etiam materiæ ſplendorem* in M. erat ὅτι γὰρ πρὸς χρυσοῦ εἶδος χρώννυται κατὰ τὰς, Leuuenclaius autem, *Nam ſiue ſpeculum aurum verſus reſpiciat, aurum apparet.* At paulo poſt pro τὴν κοινωνίαν τοῦ κάλλους, videtur legiſſe Heru. vt habet idem mſ. M. τὴν οἰκονομίαν τοῦ κάλλους, *attrahens diſpenſationem pulchritudinis*, Leuuencl. *pulchritudinis communionem attraxiſti.*

Pag.525. *Nata enim ſum.*) Fœdus error in hunc locum irrepſerat, & puriſſimum liliorum candorem infecerat, ſcriptumque fuerat: *Naſcitur enim lilium ex conuallibus.* Quod autem lilium & colore & odore reliquis floribus antecellat, ideo κρίνον βασιλικὸν à Græcis dicitur, regius flos apud Dioſcoridem lib. 3. c. 107. Plinius lib. 21. c. 5. *Lilium roſæ nobilitate proximum eſt, nec vlli florum excelſitas maior: candor eius eximius.*

Pa.527. *d.* 6. *Nam lilium.*) Mutilus erat in M. hic locus, vt in eo quo vſus eſt Heruetus, *à ſpinis vſq; adeo, vt cum forma habeat etiam boni odoris delectationem* ἀκανθας τὸ κρίνον μέχρι. Leuuencl. *Etenim lilium ſaltem ſpeciei fragrantiaq; ratione delectationem quandam habet.* At neceſſe non fuit illud *ſaltem* adijci: ſuperat enim ſyluam reliquam lilium; at ſuperatur à pomo. In ſequenti pagina totum locum illum addidimus, in quo verba Dauidis ex Pſal. 118. citantur.

Pa.530.*a.*4. *Fulciri quippe.*) Hoc membrum ex vtroq; codice Græco addidimus, qua acceſſionē etiānum confirmat Leuuencl. quemadmodū & alteram ſub finem paginæ c. 13. *vt domus tectum:* ſed paulo poſt illud τὸ σωματικὸς ἐφ' ὑψηλοῦ ὄντος cum interpretatur, *altoque in loco conſertim poſitus, varietatem quandam aſpectus exhibet*, indicat ſe legiſſe fortaſſe ἐφ' ὑψηλοῦ ὄντος & κατ' ὄψιν, cum Ol. non κατὰ τὴν πύλην cum M. ex quo Heruetus, *in aliquo loco ſupino & æquabili ſibi vnitus per coctionem variatur.*

P.535.*a.*2. *Reijcit Eccleſ.*) Interpres ediderat, *exiſtimationem deſcribit.* Legit nimirum vt præfert M. καταγράφεται: rectius Ol. ἀποχράφεται cum quo Leuuencl. conſentit: *opinionem noſtram quadam quaſi exceptione ſummouet.*

Pag. 539. *a.* 1. *Eius qui omnia.*) M. τύπον τοῦ ἐπιβλέψαντος. cui ſimilis lectio manuſcripti ex quo Heruetus, *Hoc quilibet viderit.* At cum altero mſ. Ol. Leuuencl. *Caprea viſus acumen in eo, qui vniuerſum hoc intuetur, notat.* Alludit fortaſſe ad illum Eccleſiaſtici locum 42. 16. ἥλιος φωτίζων κατὰ πᾶν ἐπέβλεψε. *Et ſol illuminans per omnia reſpexit.* Deo tribuens, quod Salomon Soli, vel certè illius Iobi dicti ſenſum exprimens, de Deo loquentis c. 28. 24. αὐτὸς γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν πᾶσαν ἐφορᾷ. *Ipſe enim omnem orbem terrarum perſpicit*, vulgata, *& omnia quæ ſub cælo ſunt reſpicit.* Confirmat etymologiam τῆς δορκάδος Plinius lib. 28. c. 11. qui capreas & dorcades lippire negat, quod herbas quaſdam edat. Etymologus, δορκὰς παρὰ τὸ δέρκω τὸ βλέπω, ὀξυδερκὲς γὰρ ζῷον & διόμματον.

Pag. 540. *b.* 5. *Plantam.*] M. πτέρνας τῆς χειρὸς. Heruetus æquè mendoſoviſus libro, *ex quo Chriſtus immittit*, at ἴχνος legit alter interpres, *Is ergo pariter omnia veſtigijs ſuis ſubijcit.* Sed ἴχνος vt apud profanos auctores non ſolum illud ſignum ſonat, quod pes incedentis ſolo imprimit, ſed ipſam etiam pedis imam partem, ita in Scriptura pro planta pedis vel ipſo pede ſumitur, eademque vox Hebræa עקב calcaneus & planta πτέρνα & ἴχνος veſtigium vertitur. Vnde Deuteron. 11. 24. πάντα τὸν τόπον οὗ ἐὰν πατήσῃ τὸ ἴχνος τοῦ ποδὸς σου. *Locum quem calcaneris veſtigium pedis veſtri.* Vulgata, *quem calcauerit pes veſter.* Ezechiel. 32. 13. καὶ ἴχνος κτήνους μὴ καταπατήσῃ αὐτό. *Et veſtigium iumenti non calcabit eam.*

Pag. 541. *b.* 15. *Sed ſtat per.*] Hoc membrum adiecimus ex Ol. & Leuuencl. qui tamen hic dormitauit, neque potuit manuſcripti mendi ſcopulum euitare quem Heruetus tranſiliit. Legebatur enim in M. ἀπογράφει τὴν τοῦ ἀέρος χάριν ὁ πλάσας τὸν αἰῶνα. quod ipſe vertit, *depingit aeris gratiam ipſe auctor aeris*, atqui locus Dauidis, qui ſequitur, admonebat corrigendum τὸ ἴρεως.

Pag. 543. *c.* 13. *Sit aſpectus.*] ὄψις & aſpectum & faciem ſonat: ſed hic aptius ſcribes, cum Leuuenclaio. *Quo enim pacto fieri poteſt vt in ſpeculo venuſta facies conſpiciatur.* Paulo poſt lacunam expleuimus libri M. & interpretationis Herueti additis illis ἐπειδὴ αὐτὴ ἐν τῷ ἀγαθὸν ἰδεῖν, vbi tamen corrigendum, καὶ τῷ ἀγαθῷ. vt antea dixerat, καὶ πλησίον γίνεται, & paulò pòſt, τῷ φωτὶ προσωπίσασα Leuuencl. *& vultum ſuum ſuum obuertit bono, vitijs à tergo collocatis.* Sic locutus eſt Clemens Alexand. 7. Strom. pag. 307. ἵνα οἱ ἀπεστραμμένοι τῶν ἀγαλμάτων ἑστάμενοι πρὸς ἀνατολὴν τρέπεσθαι διδάσκωνται. vt qui *ſtabant vultu conuerſo ad ſimulacra ad Orientem verti docerentur.*

P. 555. *a.* 3. *Sicut truncus.*) Ea eſt lectio vulgatorum Bibliorum, ex quibus textus Cantici deſcriptus eſt, quia literis fugientibus plerumque in libro calamo exarato Ol. expreſſius erat, in aliis editionibus vt in Vaticana, ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη σμύρναν καὶ λίβανον, *ſicut trunci fumi, incenſa myrrha & thure:* ſed vera lectio Nyſſeni poſtea exhibetur in fragmento ab interprete omiſſo, & à nobis addito pag. 661. *d.* 6. τεθυμιαμένη σμύρνα καὶ λίβανος. *Incenſa myrrha & thus.* Heruetus ſcripſerat hoc loco, *ſicut virgultum fumi ex ſuffitibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris aromatarij:* pene ad verbum Latinam vulgatam ſequutus, at Leuuenclaius, vtrobique: *inſtar ſtipitum fumi aromatibus ſuffita tam myrrha quam thure adeoque pulueribus aromatarij?* Theodoretus fatetur obſcuram eſſe compoſitionem apud LXX, quod minus Hebræorum linguæ deſeruierint: itaque Aquilam vertiſſe cum Symmacho, *Sicut ſimilitudo fumi ex ſuffimento.* Imitatur autem & virgulam ſæpe ſuffimento fumus in aëre veluti expreſſus. Alij ex Symmacho proferunt ὡς ἀναθυμίασις, *ſicut incenſi euaporatio.*

Pag. 557. *b.* 3. *Ad lectum vitæ.*) Heruetus ediderat, *vitæ materialis humano corpore obumbratus;* at Leuuenclaium poſtea comperimus vertiſſe ex libro textuque Græco noſtro ſimili, *& miratur quo pacto tectus vmbra deſcenderit ad infera huius vitæ cubile, humani corporis natura ex materie craſſa conſtante tanquam vmbra quadam obuelatus*, pro ὕλινος M. σύσκιος, rectius.

Pa. 558. *a.* 8. *Sub tegmine.*) Sic maluimus, quam cum interprete, *ſupra petram*, Leuuencl. *ſub tecto petræ anteriori muro vicinæ:* neuter obſeruauit vſurpari verba Scripturæ ex ca. 2. v. 14. Cantici, vide pag. 536. *d.* 9.

Ibid. *b.* 2. *Dignam cenſet.*) Interpres hoc tantum addebat, *eo qui loquitur. Rurſus eſt:* at Leuuenclaius agnoſcit eandem ſententiam à nobis ſubiunctam his verbis, *ipſum loquentis vultum clarè intueri cupit, eiuſque ſermonem ab ipſo excipere non amplius per alios loquente*, aptius tamen illud ἀξιοῖ vertes poſtulat, quam aut cupit, aut dignam cenſet. Hæc conueniunt cum verbis Apoſtoli ad Hebræos 1. 1. *Multifariam multiſque modis, &c.*

Pag. 559. *a.* 5. *Is qui ſublimia.*) Immutauimus Herueti verba, *promoueatur ad altos montes, ſed ita ſe gerat is qui ſupernè habet mentem*, videtur legiſſe τὰ ὑψηλὰ ὄρη non φρονοῦμεν. M. habuit τῶν ὑψηλῶν ὀρέων. & infrà ἐπαναβάσεως. at noſtræ lectioni ſuffragatur Leuuencl. *qui expetit illa ſublimia, quo minus vlterius progrediatur:* ſed periodum hic perperam finit, & alteram inchoat ex ſequentibus, cum adhuc ſententia pendeat. Paulo poſt inſeruimus verſum Dauidis ex Pſalmo 17. 12. ab interprete prætermiſſum, vbi obſeruandũ in aliis libris illud κύκλῳ αὐτοῦ, iungi cum altera parte verſus κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ. *In circuitu eius tabernaculum eius*, quemadmodum & in vulgata Lat.

Pag. 560. *c.* 5. *Vt eo ſolum,*) Hæc à nobis adiecta ſunt, vſque ad illa verba, *cuius omne ſignum*, eaque neceſſaria fuiſſe, neque ſuppoſititia indicat alter interpres, dum Græca ſic exprimit, *tamen agnoſcit id quod quæreret, hoc ipſum eſſe, quod exiſtere deprehendatur ex eo ſolo, quòd quid ſit percipi nequeat.* In M. erat τῷ ἐν μόνῳ τὸ, corrige τὸ ἐν μόνῳ τῷ. Ita Chryſoſtomus orat. 1. de incõprehenſibili Dei nat. pag. 332. ὅτι ἄναρχός ἐστι καὶ ἀγέννητος καὶ ἀΐδιος οἶδα, τὸ δὲ πῶς οὐκ οἶδα. οὐ γὰρ δέχεται λογισμὸς πῶς οἷόν τε οὐσίαν ἔχειν μήτε παρ' ἑαυτῆς μήτε παρ' ἑτέρου τὸ εἶναι ἔχουσαν. *Deum non incœptum, non genitum, ſempiternum eſſe Deum nõ ignoro, ſed quo pacto ita ſit, intelligere nequeo.* & orat. 5. p. 387. τοῦτο ἀπαιτούμεθα μόνον εἰδέναι, ὅτι ἐστὶ θεός, οὐχὶ πολυπραγμονεῖν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν. *Requiritur à nobis, vt Deum eſſe ſciamus, non vt quid Deus ſit indagemus.* & auctor noſter homil. 7. in Eccleſiaſt. p. 451. b. ἀγνοοῦσα τοῦτο μόνον γνῶναι περὶ τὸ ὑπερκείμενον, ὅσον πεῖσθῆναι, ὅτι ἄλλο τι παρὰ τὴν τῶν γινωσκομένων φύσιν ἐστί. Vide etiam orat. 1. in illa verba *Faciamus hominem.* p. 141. *d.*

Pa. 561. *c.* *Sed præcedamus.*) Hic quoque trium quatuorue periodorum noua facta eſt acceſſio, quæ in interpretatione Herueti deſiderabantur, & in mſ. M. in Baſilienſi deinde non omiſſas eas fuiſſe comperimus pag. 369. *Itaque ad proximè ſequentia noſtra progrediatur oratio, ſi qua forte ratione;* eademque confirmat emendationem noſtram, qua iudicauimus legendum hic eſſe ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν ex Apoſtolo 2. Cor. 3. 18. μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. Leuuenclaius ſcripſit, *qui de gloria in gloriam per ſublimiorum cupiditatem transformabitur.* Paulo poſt

c.9. pro ἐρρίζωται. M. ἐν εἰζωται, emendandum, ἀνεζῶται.

Pag. 563. d. 8. *Quem qui accipit.*) Quæ ſequuntur interpres ſic edidit, *ſimul cum eo conuerſatur plenus fumo diuiſi Spiritus*, αὐτῷ ἅμα & μεμωρασμένου legerit, pro ἐν τῷ ἀσθμαλι & μεμυρισμένου. in M. mſ. mendoſe item ἐν τῷ ἄσθματι ὅταν συγγίνηται τοῦ μεμυρισμένου. At Leuuencl. *quem ſi quis per reſpirationem attrahit, fragrantiam quandam adipiſcitur, ſpiritu illo abundante omni odore ſuaui repletus.*

Pag. 566. a. 8. *Sed vna omnib.* Hæc aberant ab interprete vſque ad *pares numero*, & à mſ. M. non item à Leuuencl. *Ex ijs omnibus vna facta eſt eximia, quæ ſola inter cæteras germinauit. Rurſum Ieſus ille Naue filius lapides tot è Iordane ſumit.* hiſtoria refertur Numer. 17. 5. & Ioſué 4. 1. & Hebr. 9. 4.

Pag. 568. c. 1. *Non enim.*) Additum eſt hoc membrum interpretationi, quod admittere videtur Leuuenclaius, *Nec enim illam in ætatem ea cadere poſſunt*, in mſ. M. breuius itidem fuit, οὐ γὰρ χωρεῖ τὸ πάθος ἡ νηπιότης. *Non enim capax eſt perturbationis infantia.*

Pag. 570. a. 5. *Quis enim.*) Interpres, *Quis eſt hic pacificus? is qui interemit*, quaſi legiſſet. τίς ἐστὶν ὁ εἰρηνικός. at conſentit cum Ol. codex M. Leuuencl. *Nam quis tam pacificus vt ille qui hoſtilitatem omnem confodit?* Epheſior. 2. 16. *interficiens inimicitiam in ſemetipſo.* Paulo poſt addidimus ex mſ. Ol. *qui per ſe ac ſponte voluuntur*, quæ mutuatus eſt ex Propheta Zacharia 9. 16. διότι λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ γῆς αὐτοῦ. *Nam lapides ſancti voluuntur in terram eius.* Alter interpres dixit, *ſaxa viua, quæque ſponte ſua, quemadmodum ait vates quidam, ad murorum harmoniam proueluuntur.* In mſ. M. emendatius legebatur κυλινδόμενοι.

Ibid. d. 4. *Iſrael ſit Dominus.*) In mſ. M. prorſus ita legebatur vt in eo codice quo vſus eſt interpres, κύριος ὁ Ἰσραὴλ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸς ἐστὶν ὁ βασιλεύς. *Iſrael ſit Dominus à regno quoque eius, quoniam ipſe eſt Rex, Iudæorum accipimus teſtimonium:* ſed quæ interſeruimus ex mſ. Ol. planè vt genuina Leuuencl. agnoſcit: *Quod autem Dominus ſit Rex Iſraëlicus, etiam hoſtes ipſius teſtati ſunt, qui ad crucem ſubſcripſerunt confeſſionem ſuam, qua regnum ei tribuunt.*

Pag. 573. a. 5. *Lignea vero.*) Aliter ſcripſerat Heruetus, quod manuſcriptum fortaſſe lacuna & vitioſa interpunctione corruptum nactus eſſet, quæ & in Morelliano apparebant, *fortaſſe per hæc nos eſſe vaſa lignea & fictilia, & quos reprobos fecit inobedientia, & fictilia per lignum fecit peccatum, nos fecit vaſa lignea ex fictilibus. Pro dignitate autem.* Legit ergo ἀπειθείᾳ pro ἀπηχείων, verum in Baſilienſi editione ſic Latinè reddebantur Greca quæ edidimus: *quædam vero lignea & teſtacea, fortaſſe nos per illa denotans, quos inobedientia quaſi gypſauit, & teſtaceos reddidit, ſicut & commiſſum in ligno peccatum nos ex aureis vaſa lignea effecit.* Verum χωματοῦν, non gypſare, ſed in terram vertere, vel terrenum reddere ſonat etiam apud Artemidorum vt notat Budæus, & Zoſimus lib. 4. hiſtor. ſic dixit Κιμμέριον Βόσπορον χωματώσαντα, quod idem Leuuenclaius vertit, *Cimmerium Boſphorum ad terræ formam redactum.*

Ibid. c. 8. *Quis clam fouet.*] M. mſ. ὁ ὑποστρέφων τὸν Λίβανον κέδρων τὴν ὕλην & ex ſimili Græco textu Heruetus, *Libanus conuertens eiuſmodi cedrorum materiam, ad nihilum redigetur*, ſed à nobis ſtat Leunclau. & ὑποτρέφων legit & διαρκῶν. *Libanus, qui materiei talium arborum alimenta ſuppeditat.*

Pag. 579. d. 1. *Neque ſi per aliquam.*) Hoc membrum ſolus mſ. Ol. ſuggeſſit: nam ab altero interprete non agnoſcitur: *neque ſi deuratur, quidquam eorum, quæ fiunt, ſentit.* Iul. Pollux lib. 7. c. 34. κομμωτικὰς κομμοῦν καὶ πέκειν. *artis comptoriæ eſſe capillos comere & pectere*, vnde & Clemens lib. 3. c. 2. Pædagogi ὅλην ἡμέραν κομμωτικῇ περιστάσει συλλαμβάνονται. *ornandi artificio toto die ſunt affixæ incluſæ conclaui.* Porro capillos ſenſu carere rurſus ait homil. 15. pag. 701.

Pag. 582. d. 3. *Eccleſiæ opus.*] Lectionem mſ. Ol. quæ amplior videbatur, repræſentauimus, in altero mſ. ſic erat, καταπέμπουσι εἰς ὀδόντων χρείαν τῇ ἐκκλησίᾳ πληροῦντες ἐν τῷ διαλεπτύνειν. Iam ex vtriuſque comparatione poterit verior lectio coaleſcere, ſi ita ſcribatur, ὡς ὀδόντων χρείαν τῇ ἐκκλησίᾳ πληροῦντες ἐν τῷ διαλεπτύνειν. *animaduertimus, vt pote qui Eccleſiæ dentium loco eſſet, dum comminuendo conciliaret dogmatibus claritatem.* Vide infra de dentibus pag. 702. d.

Pag. 584. c. 6. *Qui genas.*) Mſ. Ol. παρειαῖς ὑποφαίνοντας. ſed appictam margini variantem lectionem ex mſ. M. arripuit Typographus, quā & Heruetus expreſſerat, *per ruborem quo aptè ſerner in genis*, at Leuuenclau. *nunc per ruborem in genis inſignem pudicitiam percommodè laudat.*

Pag. 588. a. 8. *Eam turim.*) Mutata interpunctio ſenſum mutat: ſi ergo vt in mſ. M. virgula poſt vocem ἀσπιδοχαλκέων collocetur, ille quem expreſſimus ſenſus emerget: ſin poſt vocem πύργον ponatur vt in mſ. Ol. rectius ita cū Leunclauio interpretabere. *Et arbitror equidem ſignificari nobis per hanc clypeorum multitudinem angelorum cuſtodiam quæ turrim eiuſmodi vndique cingat.* Heruetus ἀσπιδοχαλκέων perperam legiſſe videtur. *Exiſtimo autem eam turrim clypeorum multitudine in orbem circumdatam ſignificare angelicum præſidium.*

Ibid. b. 10. *Millia abund.*) In vtroque mſ. εὐθηνούντων legitur, at in vulgatis Biblijs εὐφραινόντων, *lætantium*, Hieronymus ex Hebræo *abundantium*: ex aliorum ſententia propriè vox Hebræa exigeret ἐπιθυμούντων *concupiſcentium*. Hęc varia lectio pſalmi. 67. 18. quam profert etiam ex quibuſdā libris auctor Indicis Græci veteris teſtamenti, à Flaminio Nobilio non eſt annotata. alter Dauidis locus eſt pſal. 118. 72. quem interpres omiſerat. Leunclaius ſcriptum forte reperit εὐθυμούντων. *lætantium chiliades.*

Ibid. b. 14. *Quibus collum.*) Mendoſe in mſ. M. ὡς ἐπιτίθενται τοῖς βραχίοσιν, quæ vitioſa lectio & interpunctio in errorē induxit Leuuenclauium, cū vertit, *Humeros intelligimus, quibus efficaciter agendi ſtudiis incumbunt, & quibus brachia noſtram ſalutem operantur.* Aptius Heruetus dictionem collum repetijt, quod adnatum eſſe humeris ait Gregorius vt Baſilius eius frater homil. 9. in Hexaëm vrſæ per breuè eſſe humeroque ingeſtum collum βραχὺς, ᾗ τοῖς ὤμοις ἐνδεδεμένος ὁ τράχηλος κεφαλὴν δὲ ὀλίγον προύχουσαν πρὸς τὴν ἀρχὴν συνάπτει.

ται, *caput per colli paucas admodum vertebras ſpinæ dorſi vnitum eſſe.* Origenes quoque homil. 4. in Numeros docet eos ſacerdotes qui ſarcinas opertas & velatas humeris portant, ſignificare ſacra myſteria actu operum potius quam ſcientiæ reuelatione eſſe cognoſcenda, itaque per humeros opera indicari. Porro in tribus quæ ſequuntur periodis, verum auctoris ſenſum reſtituimus ab interprete ignoratum, cuius verba conſulto hic prætermittimus.

Pag. 589. *b. 9. iis qui ſciunt.*] Vitioſa lectio verſionẽ alieniſſimam pepererat. Legit Heruetus, vt eſt in mſ. M. τοῖς ἐπισταμένοις ὁ θεὸς ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει. *Affert iis qui ſurgunt. Deus venit, & quo recedis*: at in mſ. Ol. τοῖς ἐπισταμένοις, ὅθεν ἔρχεται. & ita corrigendus eſt hic locus: Ioan. 3.8. ſcriptũ eſt, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει. *Sed neſcis vnde venias, & quo vadat*: Applicat Spiritui ſancto Nyſſenus, quæ in euangelio ſunt dicta de vento.

Pag. 590. *Teſtificans eiuſmodi.*] Ambiguitas vocis μέλει, in cauſa fuit, vt abberraret à mente auctoris interpres ſcribens, *teſtificans quod ei curæ ſit probatio eccleſiæ*: at τοιοῦτον μέλος inteligit tale membrum corporis, cui comparatur doctor eccleſiaſticus nempe mamillam. Mentio ſit paulo poſt τῶν μελῶν τῆς ἐκκλησίας membrorum Eccleſiæ, d. 5. porro ex mſ. M. emendandum eſt, ὑποτρέφοντα, *quod per ſe alit vbera*: & in eodem legebatur οἷα τὸ καθαρὸν διαδέχεται πρὸς τὴν τῶν. & fortaſſe τὸ δοκίμιον commodius ſcriberetur hoc ſenſu, *membro Eccleſiæ ineſſe peritiam explorandi, quod puritatem proſpero ſucceſſu retineat, dum inter pura lilia paſcitur, acutè cernens*: vel certe τὸ δόκιμον idem valebit quod δοκιμασία, qua voce vtitur in epiſt. ad Letoium can. 4. ὅπως ἂν τῇ ἑαυτοῦ δοκιμασίᾳ ἐκκρίνῃ τὴν τοῦ θεραπευομένου κατάστασιν. *Vt ſua probatione decius, cui medela adhibetur, ſtatu indicet.*

Pag. 591. *d. 3. Tu autem.*] Hîc duarum periodorum facta eſt acceſſio, quam & approbat editio Baſilienſis, & quod ſequitur, κἂν δύναται τις ὁ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ malè expreſſerat Heru. *etiam ſi ſit mundo corde, qui poteſt aſpicere.* Tangit duo loca Scripturæ 1. Cor. 29. & Matth. 5. 8.

Pag. 592. *d. 3. Exuiſſet.*] Addendum, inſtar naturæ rationis expertis obbrutuit, malis ſtudijs. Id enim exigunt Græca verba Gregorij, quemadmodum, & quæ adiecimus pag. 595. a. 5. quod à bellua natura ſuperetur, quod vtrumque additamentum Leunclauius approbat, tametſi minus aptè alterum exprimit, *poſtquam natura belluæ huius rerum potita eſt.* Non enim dixit κατακρατησάσης τῆς φύσεως, ſed κατακρατησάσης τοῦ θηρίου.

Pag. 596. *b. Cor indidiſti.*] verterat hic & alibi interpres cordificaſtinos, cuius inuſitati verbi loco dixiſſe videtur S. Ambroſius in pſalm. 118. ſerm. 11. Corde nos cepiſti ab vno oculorum tuorum. & in ſerm. 16. Cor meum cepiſti: at in Germanicis Biblijs non ἐκαρδίωσας ſcriptum eſt, ſed ἐκκαρδίωσας, Stupefeciſti nos. cun tamen exigerent Grammaticę regulæ ἐξεκαρδίωσας ſi ἐκκαρδιοῦν ſit ſtupefacere. In Vaticana & Plantiniana Bibliorum editione vt hic apud Gregorium legitur ἐκαρδίωσας, quod Leunclaius rectè, cor indidiſti, quemadmodum & ἐψύχωσας eſt, animaſti non, animam abſtuliſti, ſic neque ἐκαρδίωσας, cor abſtuliſti. Vulgata tamen ex Hebręo, vulneraſti cor meũ. V. editio ἐθάρσωσας, fidere feciſti, Symmachus apud Theodoretum, excitaſti & exponit idem, ἐκκαρδίωσας, *cor meum ſtupore affeciſti*, & alij tres Patres, *in tui deſiderium inflammaſti.*

P. 598. *c. 9.* ἀργεῖ δὲ πάντως.) Interpres in mſ. legit vt eſt in M. ἄρχει δὲ. *alter autem ei imperat.* ſed Ol. mſ. ἀργεῖ, cui ſuffragatur Leũcla. *altero planè quieſcente.* Sub finem homila p. 599. d. 1. verum item ſenſum reſtituimus illi loco, καὶ ὁ θεὸς τοῦ τραχήλου. quem Heruetus ſic ediderat. *Et torques colli tui diuinũ habet iugum, cum ſuſceperis in te perfectionem.* At Leuenclau. *Et colli tui conditio perfectionem cõſequuta eſt, quum iugum diuinum in ſe receperit.*

Pap. 601. *d. 5. Niſi ipſa primum.*) Interp. *niſi ipſa primum eſſet ſoror Domini*, atqui dixit ἑαυτὴν ἐποίησεν, quod Leunclauius, *niſi prius ſeſe Domini ſororem effeciſſet per bona opera*: quod in diſputatione de meritis operum non mediocriter poteſt valere.

P. 603. *b. 1. Cultus exhibebatur.*) Amplexus eſt lectionem mſ. M. Typographus, quam etiam in ſuo repererat interpres, *omnia quæ cum igne habuerunt affinitatem.* at mſ. Ol. non ἀγχιστείαν legit, ſed ἁγιστείαν & Leunclau. *aliaque omnia quæcunque per ignem offerebantur.* Eſt enim ἁγιστεία cultus deorum guidæ, apud quem ἁγιστεία ſcritur, & apud Etymologum ἁγιστεία, ſicut & hîc apud Gregorium.

P. 604. *c. 8. Quæ ei accedit.*) Hoc membrum loco mouimus, ne ad *laudem* poſſet referri, non ad copiam donorum, vt Græca ſonant. de verbo προσεπιμαρτυρεῖ vide quę infra annotauimus in pag. 688. ſed & immutauimns quod hic ſcripterat interpres, *intelligis ex diſciplinis, quænam ſit doctrina*: quippe lectionem exprimens M. mſ. νοεῖς δὲ πάντως ἐκ τῶν μαθημάτων τὴν διδασκαλίαν τίς ἐστι. at Leunclauius legit μαθητῶν, & διδάσκαλον. *& haud dubiè animaduertis ex ipſa doctrina, quænam ſit illa magiſtra.* Paulo poſt ἐμπετόμενον exhibet mſ. Ol. *peruolantem pratum, &* Leunclau. *in pratum quis inuolans*: non vt mſ. M. ἑστάμενον & Heruetus, *ſed ſtantem in prato inſpiratorum à Deo.*

P. 618. *d. 12. Primum obuio.* Sic maluimus, quam cum Herueto, τῆς προχείρου λέξεως, *quæ nunc habemus in manibus.* nam πρόχειρον, inuentu facilem, promptum & omnibus obuium ſenſum appellant Gręci Patres, quẽ alij literalem vel hiſtoricum qui nimirum ex ipſa prima vocum natiua ſignificatione pendet. Leunclau. *ſi quis ſaltem ipſa nuda verba, & omnibus obuia intueatur.*

P. 611. *b. 6. Et nutriat.*) ὑποτρέφουσα, non ὑποστρέφουσα vt pręſe ferebat interpres, *contineat & auertat.* vterque tamen noſter mſ. proirem tuetur lectionem & Leuncl. *amaro guſtatu contineat & alat.* Sub finem huius pagina pro, *in prunis & glãdibus* ſcripſimus, *quod prunis Damaſcenis aut glandibus*, Leunclau. *ſita in perceptione brabylorum, vel nucum, vel ſimilium fructuum.* ſed τὰ βράβυλα Suidę ſunt τὰ καλούμενα Δαμασκηνά. Clearchus apud Athenęũ lib. 2. dicit Ῥοδίους καὶ Σικελιώτας βράβυλα καλεῖν τὰ κοκκύμηλα, *Rhodios & Siculos pruna vocare brabyla*, ſed fructum eſſe pruno vulgari ambitu minorem.

Pag. 613. *a.* 1. *Sunt enim vnum.*) Interpres, *ſiue vtrumque ſiue perfectæ virtutis ſiue diuinitatis acquiſitionem.* Sed hæc mutila erant, & obſcura. Paulo poſt pro *Fiſtula*, ſcripſimus, *calamus*, *& cinnamomum.* Licet enim κάλαμος, arundinem etiam ſignificet ex qua fiſtula fit paſtoralis, quæ & canna dicitur, quod ex canna conficiatur: tamen à Latinis auctoribus dicitur non fiſtula, ſed calamus odoratus, vt à Plinio lib. 12. c. 22. alijquē Dioſcorides lib. 1. c. 17. κάλαμον ἀρωματικὸν alij κάλαμον εὐώδη appellant, vel etiam *iuncum odoratū.*

Ibid. 13. *Cinamomum.*) Mendoſè mſ. M. ἐπαγάλλεται pro ἐπαγγέλλεται, quod mendum adhæſerat etiam libro interpretis, *cinamomi autem variam & multiplicem operationem exultare.* Leuuencl. aſtipulatur alteri mſ. Ol. *multiplicem & variam efficacitatem polliceri.* Porrò vt rectè admonet Delrius noſter, quæ hodie canella dicitur vernacula lingua, potius eſt caſia veterum, etſi nonnulli hæc duo confundant.

Pag. 614. *c.* 5. *De Amalthea.*) Vitioſa ſcriptio narrationem fabuloſam magis deformauit, nam pro Κρητὸς in mſ. M. erat κρατῆ, vt in libro mſ. Herueto forte fuit κρατῆ. quam ob cauſam verterat, *quod de Amalthea fabuloſè Græcam confixit narrationem, quam fabulantur fuiſſe nutricem illius arietis.* Certum eſt tamen Iouem Cretenſem deſignari, vt ex libro Leunclauij conſtat, *quam Cretenſis illius nutricem fuiſſe fabulantur*, & Lactantio lib. 1. c. 21. *Ipſius Cretici Iouis ſacra capella eſt Amalthææ Nymphæ, quæ vberibus ſuis aluit infantem, de qua Germanicus Cæſar in Aratæo carmine,*

——Si verè Iuppiter infans:
Vbera Cretææ mulſit fidiſſima capræ,
Sydere quæ claro gratum teſtatur alumnum.

Idem tradit ex Mnaſea Hyginus lib. 2. c. de Heniocho, ſed ex Parmeniſco non Nympham, ſed capram id nominis habuiſſe docet, cum addit ad Meliſſeç Cretæ Regis filias Iouem eſſe delatum, quæ quod lac non haberēt, ei admiſiſſe capram Amaltheam nomine. Diodorus Siculus ſcribit lib. 5. Nymphas Iouem ſibi commendatum melle cibaſſe, καὶ τὴν αἶγα τὴν ὀνομαζομένην Ἀμαλθείας τὸν μαστὸν εἰς διατροφὴν παρέχειν, *& capra Amalthææ vt vocatur vbera ad pleniorem nutricationem ei porrexerunt.* Simile poſtea mendum inſederat illi loco ἆρ᾽ οὖν ἐφίσταται. quorum loco in mſ. M. erat ἆρ᾽ οὖν ἐπίσταται τοῖς περὶ τ., & Heruetus quaſi eſſet ἐφίσταται. *Sóne ergo ſiſtit ſancta Scriptura in ijs quæ narrantur?*

Pag. 617. 17. *Sicut fons.*) Antea vitioſè, *ſicut dicit Apoſtolus, Ex Deo exij & venio*, quo vitio laborat & mſ. M. καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος: Certum eſt tamen hæc eſſe Domini verba Ioan. 8. 42. *Ex Deo proceſſi & veni*, cui ſimilis alius Ioan. 16. 27. *à Deo exiui*, vtrobique eſt ἐξῆλθον.

Pag. 620. *b.* 7. *In Prouerbio.*) Hoc eſt in libro Prouerbiorum, quem locum non conſuluit Leuuenclaius, cum vertit, *nomine tenus ſecundus, appellatur, quum nemini ſecundus ac proſper ſit*, Prouerb. 27. 16. ita ſcriptum eſt; Βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται. *Boreas aſper ventus, nomine autem dexter vocatur.* Itaq; hic interpunctio corrigenda eſt. Paulo poſt pro illis verbis, *vt aduerſus animi perturbationes & vitia obtineat dominatum*, ſubſtituimus, *ea quæ ad a. p. & v. obtinebit dominatum.* Adiecimus Græco textui vocem κράτος ex M. quæ deerat in Ol. ſed in vtroque mendoſè ſcriptum erat ἀναδύσασθαι pro ἀναδήσασθαι. Similis locutio Gregorij Nazianzeni orat. 20. εἰς Βασίλειον pag. 319. de Maximo agentis, θερμῷ τῷ παραφορῷ καὶ φιλονεικοῦντι τὸ τῆς ἀσεβείας κράτος ἀναδήσασθαι. *Ingenti audacia furens, atque impietatis principatum conſequi ſummo ſtudio contendens.* Leuuencl. hîc interpretatur, *quæ ſibi aduerſus animis vitia imperium vſurpet.*

Pag. 623. *a.* 12. *Vt eum aſſequi.*) Hoc membrum ab interprete omiſſum agnoſcit vt verum Leuuenclauius, *vt adſequi eum inferiores poſſint*: at non animaduertit, paulo poſt illa verba τῇ ἑτοιμασίᾳ τῆς καρδίας mutuatum eſſe Gregorium à Dauide Pſal. 9. 41. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua*, vertit enim, *proptoque corde illi gratificatur.* Denique Heruetus, qui ſcribit, *promptoque & parato corde eam præuenit.* Atqui hæc præparatio cordis eſt ſponſæ, quæ præuenitur, non cordis ſponſi. Vnde Theodoretus in Pſal. 9. τὴν δὲ ἑτοιμασίαν τὴν πρόθεσιν ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν. οἶδας φησὶν ἀκριβῶς τίνος ἐπιθυμοῦσιν οἱ πένητες, καὶ τίνα πρόθεσιν ἔχουσι. *Præparationem Symmachus dixit propoſitum. Noſti, inquit, diligenter, cuius rei cupidi ſint pauperes, & quod habeant propoſitum.*

Pag. 624. *a.* 11. *In præſenti.*) In mſ. M. mendum hæſit, cui ſimile Herueti librum infecerat, τὸ παρὸν θεμέλιος, ἀλλὰ τοῖς ἑαυτοῦ τὸ μέλι. *In eo enim quod adeſt, eſt fundamentum, ſed ex ſeipſo mel efficit, quando in ſuo ſauo fructus.* Leuuenclauius nonnihil ab auctoris mente diſcedit, licet lectionem nactus noſtræ germanam, ἡ πικρίς. ἀλλ᾽ ὁ ἄρτος ἑαυτῷ. *nimirum lactucæ tranſitorijs adhibentur, ſed quem ad panem obſonij loco mel adhibeatur, poſteaquam ſuo tempore, &c.* atqui panem iſtum vult auctor in obſonium ſibi mel effici, vel eum ſibi mel obſonium efficere, vel adhibere mel obſonij loco: quemadmodum poſtea fieri ſitienti craterem. Quinimo commodius fortaſſe ad præcedentem periodum ita referrentur iſta, vt verbum γίνεται cum voce τὰ φυτὰ iungeretur, hoc ſenſu, plantæ nimirum hortorum iſtorum fructus producunt, & plantæ fiunt myrrha, fiunt panis, fiunt crater: quanquam hoc de fructibus plantarum aptius intelligitur. Illud vero πρὸς τὸ παρὸν idem ſonat quod *ex præſenti rerum ſtatu*, hoc eſt dum in hac vita verſamur, agreſtes fiunt lactucæ: ſuos enim vult Dominus in hoc ſeculo tentari & affligi.

Pag. 625. *b.* 5. *Orationi.*) Interpres ediderat, *orationum ineffabilium bene diſpenſans interpretationem.* Et paulo poſt ſcripſerat, *quæ dicebat Agrippæ*, nos Feſti nomen repoſuimus; nec aliter legiſſe in ſuo libro Leunclauium conſtat ex interpretatione. Sic igitur, Actorum 26. 25. ſcriptum ſe. *Non inſanio optime Feſte, ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor*: ſed aderat tamen & audiebat iſta Rex Agrippa cum Feſto.

Pag. 627. *d.* 8. *Propterea quod.*) Hoc membrum ab vtroque manuſcripto ſuppeditatum mirati ſumus ab Herueto prætermiſſum non à Leunclauio; qui vberius dixit. *Solet enim illi quod præſtantius ac melius eſt, quaſi caligo quædam offundi ab eo, quod eſt peius.* Cui ſententiæ gemina eſt illa

Philonis in libro , quem de hoc argumento conſcripſit, περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι. *de eo, quod deterius potiori ſoleat inſidiari.*

P.632.c.12.*Fuit aliquando.*) Interp. *Nempe quod ſponſa quidem eſſet nigra.* & ſequentis periodi initium pariter reſtitutum eſt, quam ita peruerterat. *Deinde cum eſſent ſuperati qui in ipſa pugnauerunt* Atqui ſeipſam dicit fuiſſe nigram, ſe vineam nõ cuſtodijſſe, ac proindè fuiſſe ſuperatam, non viciſſe, vt antea loquutus eſt pag.496.b.2. ἡ ἡττηθεῖσα ὑπὸ τῶν πολεμίων τὸν ἀμπελῶνα οὐκ ἐφύλαξα. Ita & Leunclau. *quo tempore ab iis victa, qui in ipſa depugnabant, vineam ſuam non cuſtodijt.* Sub finem paginæ *nigrore ignorantiæ* ſcripſimus, ἀγνοίας nõ cum Heructo, *amentiæ*, quaſi legiſſet ἀνοίας, quo pacto mẽdosè in mſ. M. ſcriptum fuit: ſed Leunclauii liber alteri mſ. Ol. ſuffragatur, *ignorationis nigredine per aquam abluta* quodque iam præceſſerit, ἐκ ἑαυτῆς ἀγνοοῦσα.

P.634.d.4. *Ex hac gutta.*] Hornetus, *ipſum fluuium, qui per hanc guttam efficitur.* Non coniũxit voces illas διὰ τῆς ψακάδος cum verbo ἀναλογίζεσθαι, ſed quaſi eſſet τὸν διὰ τῆς ψακάδος γινόμενον. at Leunclau. *Quid exiſtimandum ſit ipſum Dei flumen poſſe, colligi ratiocinando de hac ipſa gutta poteſt.*

P. 635. d. 1. *Nec facile poſſit.*) Addidimus hic multa prætérita ab interprete ex euangelio citata. Matth. 9. 16. & Marci 2. 21. ad finem vſque periodi iſtius, quorum loco ſcripſerat hoc tantum interpres, *fit ſiſſura deterior, adeò vt ex eo aperta ſit deformitas. Propterea dicit.* Leunclauius autem eadẽ adiicit, & ita vertit locũ Marci, *Supplementũ ipſum tollit nouum à veteri, & peior ſciſſura fit.* Sed illud *tollit* ambiguum eſt: poteſt enim coniungi cum voce πλήρωμα quarto caſu, quaſi homo ipſe auferat ſupplementum veſtis, vel vt τὸ πλήρωμα. ſit in recto, quaſi ſupplementum vel plenitudo tollat, ſiue detrahat aliquid de veſte trita, quæ ad eam implendam & ſarciendam erat addita. In ſequenti periodo citatur locus ex Prouerbiis c. 23.21. πᾶς γὰρ μέθυσος καὶ πορνοκόπος πτωχεύσει, καὶ ἐνδύσεται διερρηγμένα καὶ ῥακώδη πᾶς ὑπνώδης. *Omnis enim ebrius & ſcortator mendicabit, & induetur diruptis, & laceris omnis ſomnolentus.* In Germanicis Bibliis πορνοκόπος vertitur *leno*, ſed apud Heſychium non ſolum eſt ὁ ἑταιροτρόφος, ſiue προαγωγός, ſed etiam ὁ πόρνος, quæ vox in nouo Teſtamento paſſim ſcortatorem & fornicatorem ſonat non ganeonem, vt hoc ipſo in loco vertit Leunclauius. Sic Eccleſiaſtici 23.22. ἀνθρώπῳ πόρνῳ πᾶς ἄρτος ἡδύς. Vulgata Lat. *Homini fornicario omnis panis dulcis.*

Pag.637.b.1.*Iterum illud.*) Non χιτῶνα ἀποβαλοῦσα dixit, vt videntur legiſſe Heruetus & Leunclauius *reſumpturam ſe tunicam illam reiectam*, ſed πάλιν ἀποβαλοῦσα, vt antea πάλιν ἐκεῖνον, & πάλιν τὸ ἐνδῦναι mentionem fecerat.

P. 639. a. 3. *Quod ſit intelligitur.*) Expunximus ineptam lectionem, qua duæ iſtæ periodi copulatæ in vnam fuerant, *qui intelligitur per opera quod forte ſit in futuro ſeculo.* quaſi non in hoc quoque ſeculo Deus eſſe intelligatur ex operibus: ſed & in duabus ſequentibus periodis ſenſum immutatum reſtituimus, quẽ exhibet quoque Leunclauius, hac ſola dictione ζητεῖται omiſſa.

P. 640.a.1. *Quid ſit homo.*) Ita quidem legitur in M. ſed verior lectio Ol. τί κατ' οὐσίαν ὁ οὐρανός ἐστιν, ex qua Leunclau. *quid cœlum natura ſua exiſtat, vel ſol, vel quid aliud ex rerum mirabilium numero.* Nata videtur varietas ex ſimilitudine compendiariæ ſcriptionis οὐνὸς, & ὁ ἄνος, apud antiquarios: & in ſequenti periodo, quæ perperam ab hac fuerat auulſa legit Heruetus non θροεῖται, ſed θεωρεῖται. *Ea de cauſa cor diuinam aſpicit operationem, aſpicit inquam*: neque minus vitiosè ſcriptum fuit in M. θεωρεῖται πρὸς τὴν θέαν, ſed aſtipulatur Ol. codici Leunclau. *Merito cor ad effectionum diuinarum conſiderationem conſternatur.* ſed ab eius interpretatione diſceſſimus paulo poſt, vbi verterat, τὸ καθαρὸν & ἄϋλον τοῦ νυμφίου κάλλος. *puritatem & pulchritudinem ſponſi expertem rerum craſſarum.* vſus eſt verbo θροεῖσθαι Dominus Matth. 24. 6. ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε. *Videte, ne turbemini*, & Apoſtolus 2. Theſſal. 2. 2. μὴ τε θροεῖσθαι διὰ πνεύματος. *neque terreamini per ſpiritum.*

Pag.642.b. 6 πρὸς τὸν πλοῦν.] Interpres videtur legiſſe πρὸς τὸν πλοῦν, *ad enarrationis nauigationem intenta eſt.* Et hæc fortaſſe aptior eſſet lectio. Mirum tamen eſt, cum κυβερνήτης λέγεται dicatur, cur interpres gubernatoris in locum proretam ſubſtituerit, qui proræ non puppi, quæ clauum continet, præeſt. Addidimus etiam omiſſã ab eodem interpretationem illorum verborum καὶ πλεῖον τὸ ἴσον.

Pag.642.*eſſe repletos.*] Ita maluimus, quam cum Leunclauio, *digitos meos integros non niſi myrrham eſſe.* nam πλήρωμα τῶν δακτύλων, eſt, id quod digiti continent, quod illos complet, vt πλήρωμα γίνεται τῆς πόλεως apud Ariſtotelem Politic. 4. quæ ciuitatem complent. Ita pſal. 23. 1. τοῦ κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. *Domini eſt terra & plenitudo eius*, vbi Didymus in Catena intelligit πάντα τὰ πληροῦντα αὐτὴν ἔθνη. *gentes omnes, quæ terram complent* vnde & hic dicitur paulo poſt πεπληρῶσθαι τοὺς δακτύλους τοῦ ἀρώματος τούτου.

Pag. 645. b. 1. *Myrrhæ pleni.*] Emendandum eſt, *digiti mei myrrham vberem*, & in Græco σμύρναν πλήρη. Eſt enim error antiquarij, ſiue illius qui apographum tradendum operis typographicis exſcripſit, & obſcurioribus literarum ductibus eſt deceptus. In hunc tamen ſenſum recidit Hebræus textus, ex quo vulgatæ auctor, *& digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Nam eadem vox Hebraica συντιμήσεως vertitur 4. Reg. 12. 4. ἀργύριον συντιμήσεως, *argentum æſtimationis* & 23. 16. ἀργύριον δόκιμον. *argentum probatum.*

Pag.646.b.6. *Fructus.*) Immutauit Pauli verba, non ſenſum ad Romanos 6. 23. τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος. *Stipendia enim peccati mors.* ὀψώνια enim exponit Gregorius Nazianz. orat. 9. ad Iulianum p. 155. τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον καὶ τοῖς ἐπ' ἀρχαῖς ἐν νόμῳ τοῖς ἀξιώμασι δωρεάς. *Regiam annonam, & ea munera quæ iis qui dignitates obtinent, lege conſtituta ſunt.* Et præceſſerat apud Paulum ibidem, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν, *habetis fructum veſtrum in ſanctificationem.*

Pag.647.b.2. *Inter duas.*) Legiſſe videtur interpres τῶν δύο ζῴων, pro τῶν δύο ζωῶν, dum ita vertit, *qui inter duas viuere cognoſcitur: vt perempta priore labis experti victoriam tribuat.* Non vidit ſcilicet alludi ad locum illum Prophetæ Habacuc 3. 2. ἐν μέσῳ

δύο ζώων γνωσθήσῃ. *In medio duarum vitarum cognoſceris.* atque ita legendum docent Euſebius lib. 6. Euangel. demonſtrat. cap. 15. μιᾶς γὰρ οὔσης τῆς κατὰ θεὸν ζωῆς καὶ θατέρας τῆς κατὰ ἄνθρωπον, καὶ τῆς μὲν θνητῆς, τῆς δὲ ἀϊδίου ἀμφοτέρων εἰκότως ὁ κύριος διὰ πείρας ἐλθὼν ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσεσθαι λέγεται κατὰ τὴν τῶν ο' ἑρμηνείαν. *Quum enim vna ſecundum Deum ſit vita & altera ſecundum hominem, & illa quidem mortalis, hæc vero ſempiterna, merito quum vtramque expertus eſſet Dominus, atque eo modo veniſſet, in medio duarum vitarum eſſe cognitus dicitur, ex interpretatione, quam Septuaginta ediderunt.* Et Theodoretus in Ambacum 3. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μὴ ζῶα, ἀλλὰ ζωὰς εἰρηκέναι τὴν προφητείαν τήν τε παροῦσαν καὶ τὴν μέλλουσαν ὧν μέσος ὁ δίκαιος κριτὴς ἀναφαίνεται. *Mihi vero videtur non animalia, ſed vitas propheciam dixiſſe preſentem & futuram: quarum medius iudex iuſtus exiſtit.*

Pag. 648. c. 10.) Interpres addebat, *ſed ſemper proficiendo ſuperiora ingrediatur, & extra percepta procedat.* Itaque legiſſe videtur ἀλλὰ πάντη διὰ περιττῆς. eligat lector vtrum malit: fortaſſe vtroque aptius erit: πάντως *omnino.* Paulo poſt καταπονοῦντος maluimus verti *affligente*, quam *ſuperante*, ſic enim ſcriptum eſt Exodi. 2. 11. κατανοήσας δὲ τὸν πόνον αὐτῶν ὁρᾷ ἄνθρωπον Αἰγύπτιον τύπτοντά τινα Ἑβραῖον. *Conſiderās autem afflictionem illorum videt Aegyptium hominem percutientem quendam Hebræum.* Vulgata item ex Hebræo dixit *percutientem.*

Pag. 651. a. 9. ὅσον ἐπαινὸ ἐπὶ.) Emendandum ex manuſcripto Ol. ὅσον ὅσος ἐπὶ. Leuuencl. in Baſilienſi editione verterat, *Propterea hic etiam anima vocat Sermonem quantum poteſt, nec poteſt quantum vult: quippe quæ plus velit quam [illegible] ſit, immo ne tantum quidem velle poteſt, quantum velle vult: ideoque tantum vult, quantum toto animi ſtudio velle poteſt.* Fortaſſe ſcripſerat, *quantum ille vult*, quaſi legiſſet, ὅσον ὁ ἄνθρωπος βούλεται. nimirum λόγος Sermo, aut verbum. Nos manuſcripti textus ſenſum expreſſimus.

Pag. 653. c. 14. *Manum ſuam.*) Non animaduertit interpres locum eſſe pſalmi 120. 7. κύριος φυλάξει σε, κύριος σκέπη σου, ἐπὶ χεῖρα δεξιάν σου. *Dominus cuſtodiet te: Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam.* Chryſoſtomus exponit, ἀπὸ μεταφορᾶς δὲ τῶν ἐν παρατάξει ἑστώτων παρὰ τὴν χεῖρά σου στήσεται τὴν δεξιάν. *A metaphora autem eorum qui ſtant in acie, ſtabit ad manum tuam dexteram.* Theodoretus iungit hunc cum altero pſalmi 15. 8. loco. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Et hoc in loco igitur, inquit, eum prope manum tuam dexteram exiſtentem te protecturum, & cuſtoditurum, & omni auxilio dignaturum.* Non ergo ſuam, ſed populi ſui dexteram tegit Deus: quamobrem hic ſcribendum: *qui dum cuſtodit, manum dexteram protegit.*

Pag. 654. d. 4. *notatus verbero.*) Atqui non dixit μαστιγίας, quæ vox verberonem & dignum verberibus hominem ſonat, ſed στιγματίας, *ſtigmatias*, quod ſtigmate notatum & compunctū ſeruum ſiue iure ſiue iniuria.

P. 655. c. 11. *quem aſſequi.*] φωνεῖ τὸν ἀνέφικτον. Leuuenclaius, *vocat eum qui vocari nō poteſt.* Atqui locutionem eandem melius ante expreſſerat pag. 651. a. 10. ἐπειδὴ ἀνέφικτος ἐστὶ τῷ τοῦ καλοῦντος ὁρμῇ. *Itaque cum is, qui vocat, aſſequi ſtudio ſuo vocatum non poſſet.*

Pag. 656. d. 6. ἄνω.] Emendandum videtur τὸ ἀγαθὸν quo pacto legiſſe interpretem veriſimile eſt item quoque ſub finem homiliæ ἐν τῇ κατεπείγουσῃ πληγῇ interpretabatur, *iaculatione dilectionis nequaquam fruſtranea*, pro *lethali plaga percuſſa.*

Pag. 658. a. 2. *Execranda periuria.*) Aberrauit ab auctoris mente Leuuēclaius, quod Scripturę locum non animaduerterit ab eo exponj. Sic enim ſcriptum eſt Zachariæ. 5. 3. αὕτη ἡ ἀρὰ ἡ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει. *Hæc eſt execratio, & ingredietur in domū furis & in domū iurantis in nomine meo mendaciter.* Ait falcē volantē eſſe execrationē vel maledictionē, quæ vlciſcitur periuria. Vnde Cyrillus in Commentario, ἀρὰ γὰρ θεία τοὺς ψευδορκεῖν εἰωθότας καὶ μονονουχὶ δρεπάνῳ τοὺς ὑβριστὰς ἀποκείρουσα χόρτον ἀποφανεῖ δωμάτων, καὶ πυρὶ δώσει τροφὴν καὶ εἰς οἶκον ἀνδρὸς εἰσελθοῦσα τοιούτου συντελέσει τε πάλιν αὐτὸν καὶ καταδονήσει σφοδρῶς. *Maledictio enim diuina peierare ſolitos planè occupabit, & propemodum falce proteruos demetens fœnum tectorum reddet, & igni alimentum dabit, & in domum talis viri ingreſſa ipſum conficiet, & agitabit ſtrenuè.* Theodoretus eodem modo intelligit: ἀρὰν τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσε τὴν κατὰ πᾶσαν χωροῦσαν τὴν οἰκουμένην καὶ τοὺς τὴν ἀδικίαν ἐργαζομένους ἐπαγομένην. *Maledictionem punitionem appellauit in omnem orbem terrarum peruadentem, quæ omnibus iniquitatem in ſe admittentibus infertur.* Sic igitur hic interpretare, *eijcit è vita maledictionem, quæ infertur ob periuria, dum per iuramenti prohibitionem otio falcem aſtringit?*

Ibid. c. 13. *De ſententia Michææ.*) Memoriæ lapſus eſt: non enim apud Michæam, ſed apud Zachariam reperiuntur iſta c. 9. ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ εἴ τι καλὸν παρ' αὐτοῦ. *Quia ſi quid bonum eius, & ſi quid pulchrum ab ipſo.* Ita legitur in Germanicis Biblijs παρ' αὐτοῦ, quam lectionem Gregorius cōfirmat, in alijs tantum eſt, καλὸν αὐτοῦ. Quaſi nimirum idipſum velit, quod Apoſtolus Iacobus. 1. 17. *Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſſe deſcendens à patre luminum.* Cyrillus in Cōmētario nō aliter interpungit, ac ſenſus Gregorij requirit. ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ καὶ εἴ τι καλὸν, παρ' αὐτοῦ δῆλον δὲ ὅτι τὰ πάντα ἡμῖν τὰ πρὸς εὐσέβειαν δεδωρημένου θεοῦ. *Quia ſi quid bonū, eius eſt, & ſi quid honeſtū, ab ipſo eſt nempe à Deo omnia nobis ad pietatē largiente.* Theodoretus pariter in textu legens παρ' αὐτοῦ ſic explicat, αὐτὸς φησὶ καὶ οἶνον καὶ σῖτον χορηγεῖ ὁ μὲν ὢν ἀληθὴς θεὸς ἑαυτοῦ καὶ ἐργάζεται καὶ χαρίζεται. *Ipſe, inquit vinum, & frumentum donat. Deus quidem verus talia & conficit & largitur.* Denique apud Hieronymum in textu ex LXX. *Et ſi quid bonum, ab eo, frumentum iuuenibus.*

P. 660. a. 8. *Aliam conuerſionem.*) Aliam verborum iſtorum verſionem ex editione quinta Hexapli Origenis eſſe depromptam annotauit hoc loco interpres: quod inter reliqua fragmenta veterum interpretum Græcorum à ſe collecta Flaminius Nobilius non retulit. Paulo poſt mēdum à nobis ſublatum eſt, vbi in mſ. τὰ τῷ θεῷ δοκοῦντα legebatur pro θεῷ εἰκότως. Rurſus infra b. 4. ἀναλωτικὴν τῶν θηρίων verterat interpres *abſumendi quaſdam beſtias*: quaſi eum lateret dictionem θηρίον apud medicos & alios auctores peculiariter de beſtiis venenatis intelligi, quæ ictu morſuue relinquunt venenum, vnde quod Dioſcori-

des lib. 1. c. 120. de vitice dixit, ὅτι τὰ φύλλα ἐπιχριόμενα καὶ ὑποστρωννύμενα θηρία διώκει. καὶ καταπλασσόμενα ἐπὶ τῶν θηριοδήκτων βοηθεῖ, Plinius lib. 24. c. 9. interpretatus eſt: *Et illinuntur vtraque folia aduerſus aranearum morſus vel perunctis tantum ſuffitu aut ſubſtratum fugant venenata.* Idem etiam de ceruis hoc ipſum tradit, quod hic Gregorius, lib. 5. c. 32. *Eſt ceruis cum ſerpente pugna: veſtigant cauernas, nariumque ſpiritu extrahunt renitentes. Ideo ſingulare abigendis ſerpentibus odor aduſto ceruino cornu.* Hinc illud apud Tertullianum de pallio cap. 3. *Taceo ceruum, quod ipſe ætatis ſuæ arbiter ſerpente paſtus veneno langueſcit in iuuentutem.* Origenes homil. 3. in Canticum: *De ceruis diximus quod ſancti quique accipiuntur, qui ob hoc in mundum venerunt, vt ſerpentis venena perimerent.* Itaque inde nomen accepit, auctor Plutarchus lib. de ſolertia animalium. ἐλάφῳ καὶ τοὔνομα ποιεῖν παρώνυμον οὐ τῆς ἐλαφρότητος, ἀλλὰ τῆς ἕλξεως τοῦ ὄφεως. *Ceruo non à curſus, ſed à ſerpentis attrahendi facilitate elaphi nomen apud Græcos eſt.* Idcirco rectè hic ſcripſimus *abſumendi beſtias venenatas*, & homil. 5. in Canticum ſupra p. 539. c. 11. τὸ ἀναλωτικοὶ τῶν θηρίων vertendum eſt, *vt & beſtias venenatas abſumant*, Porro quod LXX. dixerunt ἐν δυνάμεσι, *in virtutibus* aut *poteſtatibus*. Quinta editio edidit κατὰ τῶν δορκάδων, quia צבי *tſeui* capream ſonat, vt Cantic. 2. 9. ὅμοιος τῇ δορκάδι, ſimilis capreæ & צבא *tſaua* δύναμιν virtutem, & exercitum, vt Geneſ. 21. 27. ὁ ἀρχιστράτηγος τῆς δυνάμεως. eſt Dux exercitus, ſiue Magiſter militiæ.

Pag. 666. *d.* 4. *Vno modo.*) Interpres ſcriptum offendiſſe videtur ἐν ἑνὶ non ἐν ἑτέρῳ, dum vertit, *Quia vero in mutatione conſiſtit qualibet caro*: ſed quod addit, in mutatione conſiſtere corpus humanum non indicat.

Pag. 668. *a.* 1. *Gaude gratia.*) Leuuenclaius hic mutationis auidus, more Proteſtantium, qui rebus nouis ſtudent, noluit vſurpare verba Vulgatę editionis Latinæ *Aue gratia plena*, ſed ſcripſit, *Gaude per gratiam dilecta*, vt Eraſmus, *gratioſa*, & Beza, *gratis dilecta*, Caſtellio, *accepta*. Sed cum admittat Beza participium paſſiuum κεχαριτωμένη deductum à verbo χαριτόω, quo vtitur Paulus Epheſ. 1. 6. negare non poteſt vt illic ἐχαρίτωσεν indicat non Deum nos gratis dilexiſſe, verum amabiles & dilectione dignos reddidiſſe: ita quoque ſanctiſſima virginem, dum κεχαριτωμένη dicitur, non deſignari gratis à Deo dilectam ſolum, aut Dei fauore præuentam, ſed vnicè charam Deo fuiſſe oſtendi, & gratia ad habitum inhærente repletam, atque infuſis virtutibus ac donis, quæ in iuſtificatione donari ſolent. Ita locum exponunt Apoſtoli Ioan. Chryſoſtomus homil. 1. in cap. 1. ad Epheſ. οὐκ εἶπεν ἧς ἐχαρίσατο, ἀλλ᾽ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς. τοῦτ᾽ ἔστιν οὐ μόνον ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ἐπεράστους ἐποίησεν. *Non dixit, quam gratis donauit, ſed gratos fecit, hoc eſt non ſolum liberauit à peccatis, ſed etiam fecit amabiles*: & addit exemplũ, vt ſi quis hominem morbo confectum & ſenio, ſtatim formoſum fecerit iuuenem, & Theodoretus: *Dignos qui amaremur nos effecit mors Domini: per illam enim peccatorum depoſitis maculis diuinæ imaginis characterem recepimus.* Denique Eccleſiaſtici 18. 17. καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. Vulgata vertit, *ſed vtraque cum homine iuſtificato*, alij ad verbum, *cum homine gratioſo*, quoniam gratia gratum faciens & iuſtificatio ſe mutuo ſequuntur.

Pag. 669. *c. Guttis aquæ.*) ὑδάτων legitur in mſ. O. non νυκτὸς, *nocturnis*, vt reperit ſcriptum interpres, aut ipſe ſponte corrigendum cenſuit, fortaſſe quia ſupra in ipſo textu præceſſit p. 632. *a.* ψακάδων νυκτὸς *guttis noctis*: ita paulo poſt omiſerat idem interpres ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου, *à verbo diuino*, vel *à Deo Verbo ſignificari exiſtimo*. Paulo poſt peruerterat ordinem Leuuencl. ſcribens, *publicanus ille, & alter prædo ac perſequutor.*

Pag. 670. *d.* 7. *Alius videns.*) Notauimus locum ex lib. 1. Regnorum c. 9. 11. vbi Propheta dicitur olim eſſe dictus, Videns. τάδε ἔλεγεν ἕκαστος ἐν τῷ πορεύεσθαι ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν δεῦρο, καὶ πορευθῶμεν πρὸς τὸν βλέποντα. *Hæc loquebantur vnuſquiſque, cum iret ad interrogandum Deum, veni & eamus ad Videntem.* Symmachus autem eo loco Græco vertit, τὸν γὰρ προφήτην ποτὲ ἐκάλουν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ὁρῶντα. *Nam Prophetam tum temporis antiquo more vocabant Videntem.* Ergo idem verbum Hebraïcum & βλέπων & ὁρῶν Græcè redditur; ſed & ab ipſis LXX eadem notione vſurpatur 1. Paralipom. 9. 23. τούτους ἐστήσατο, καὶ ἔστησεν Δαβὶδ καὶ Σαμουὴλ ὁ ὁρῶν. *Hos numerauit, & conſtituit David & Samuel Videns*, vtrobique eſt ראה quod etiam Gen. 41. 33. σκέψαι, vertitur.

Pag. 687. *b.* 13. *Continget incredulos.*) Leuuencl. *continget incredulos*, quaſi ſcriptum eſſet, τῶν ἀπίστων pro τῶν ἀσπίδων: nec illi venit in mentem vt ad Eſaiæ textum hæc referret, quem hic annotarat exponi. Sic enim eſt cap. 10. 8. καὶ παιδίον μικρὸν ἐπὶ κοίτην ἐκγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ, καὶ οὐ μὴ κακοποιήσουσιν. *Et puer paruulus in foraminibus, & in cubile fœtuum aſpidum manum immittet, & non lædent.* Paulo poſt idem interpres ediderat, *atque etiam vna cum hoc principe malorum initio ſublimitates*; atqui non cum principe initio ſublimitates ait corruere, ſed cum Libano concidere, hoc eſt ſublimitates aduerſus veritatẽ erectas. Hæc enim pertinent ad finem capitis decimi Eſaiæ v. 34. ὁ δὲ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. *at Libanus cum excelſis cadet.* at ſublimitatum quæ ſe erigunt meminit Apoſtolus 2. Corinth. 10. 5. καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως θεοῦ. *& omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei.* denique Eccleſiaſtici 10. 14. dicitur ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἁμαρτίας. *Initium peccati ſuperbia.*

Pag. 688. *a.* 8. *Salubriter vtuntur.*] Rectè hunc Salomonis verſiculum interpretatus eſt, nihil fortaſſe de illa Prouerbiorum ſententia cogitans cap. 6. v. 6. cuius Gregorius voces vſurpat, πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτις ἐστὶν, ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς τε καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγίειαν προσφέρονται. *Vel proficiſcere ad apem & diſce, quod operatrix eſt, cuius labores & Reges & priuati ad ſanitatem afferunt.* Sic enim Latinè conuertunt Baſilienſes veteris teſtamenti editiones, non animaduerſo vſu verbi προσφέρεσθαι quod idem nonnunquam valet, quod cibum ſumere, vt apud Plutarchum Alexandro, ἰχθύας προσφέρεσθαι ſonat, *veſci piſcibus*, ita quoque πόνους προσφέρεσθαι laboribus apis veſci, vel eos in cibum aſſumere ſignificat, & apud Nyſſenum μέλι, ὃ βασιλεῖς προσφέρονται, *mel quod reges in cibum*

in cibum aſſumunt. Citat eodem modo locum iſtum S. Ambroſius lib. 5. in Hexaëmeron c.21. *Operationem quoque quam venerabilem operatur, cuius labores reges & mediocres ad ſalutem ſumunt*, & paulo poſt: *Regibus pariter ac mediocribus æquali ſuauitate dulceſcit.* Tractat eandem ſententiam noſter auctor in ſermone de Deitate Filij & Spiritus pag. 897. c. εἰς ὑγίειαν ἐπιτήδειος. quæ licet abſit ab Hebræo, tamen à Græcis Patribus frequenter vſurpatur.

Pag.689.*a.* 8. *Quibus cuiuſlibet.*] Reſtitui, ni fallor hunc locum vitioſa interpunctione atq; interpretatione non mediocriter inobſcuratum; ſic enim Leuuencl. *Illi videlicet, qui vniuerſam hominum naturam per primitias maſſæ ſuæ ſibi circundedit, qua cuiſlibet nationis pars aliqua continebatur.* Atqui maſſam Gregorius non dicit fuiſſe Chriſti, ſed naturæ humanæ, ex qua ſuam carnem delibauit: neque relatiuum ἐν ᾗ, fuit ad φύσιν ἀνθρωπίνην ſed ad ἀπαρχὴν referendum: ſiquidem humana natura non aliquam partem Iudaicæ vel Græcæ nationis, ſed totam nationem Iudaicam, & omnes alias continebat: primitias igitur ſiue carnem Chriſti dicit aliquam partem fuiſſe ſingularum nationum, quia totius maſſæ hoc eſt naturæ humanæ pars erat. His germani ſunt alij noſtri auctoris loci, vt in Catechetico libro cap.32. p.524. *d.* ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ θεοδόχος σὰρξ ἦν. *Quoniam enim non aliunde quã ex noſtra maſſa caro erat, quæ Deum ſuſceperat:* item homil. de occurſu Domini pag. 885. *d.* ἁγιάζει δὲ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ οὐ μόνον τὰ τῶν ἀνθρώπων πρωτότοκα ἀλλ' ἤδη καὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον φῦλον διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ἀπαρχῆς τοῦ ἡμετέρου φυράματος. *Sanctificat autem Deo & patri non ſolum hominum primogenitos, ſed etiam omne genus humanum per eas quas in ſeſe ſumpſit, noſtræ maſſæ primitias.*

Pag.690.*b.*1.*Ego cognato.*] Perperam ordinem inuerterat interpres, *Meus eſt cognatus meus, & ipſius ego ſum.* At hoc primum dicit ſponſa ſe à ſponſo pendere. Sic Theodoretus exponit. *Ego ex eo pendeo, & illi meipſam dicaui: nam ipſe me orbi prætulit, ſibique copulauit.* Iuſtus Orgelitanus: *Ego regnum Chriſti, Chriſtus Rex meus. Ego corpus eius, ipſe caput meum.* Apud Hebræos quando poſſeſſionis vel dominij mentio fit, ſolet dandi caſus vim habere genitiui. Eadem ratione pag.695.*d.* correximus quod Leuuenclaius ſcripſerat, *eaque de cauſſa vita Chriſtus eſt*, quod eſt Græcè, ἐμοὶ τὸ ζῆν χριστός, *eaque de cauſſa mihi viuere Chriſtus eſt*, vel *vt ſponſa loquitur, Ego cognato meo.* Quæ deprompta ſunt ex Apoſtolo ad Philippenſes 1.21. & oſtendunt ineptam eſſe Theodori Bezæ verſionem, qui Caluinum ſecutus, quem doctiſſimum appellat interpretem, in hoc loco Pauli exiſtimat ſicut in propoſitione, ſic etiam in ratione Chriſtum eſſe vtriuſque membri ſubiectum, quaſi intelligatur, κατὰ τὸ ζῆν & κατὰ τὸ ἀποθανεῖν, quamobrem interpretatur. *Mihi enim Chriſtus eſt & in vita & in morte lucrum.* Atqui Gregorius hic ita citat ea verba, vt Chriſtum dicat vitam ſuam eſſe ſponſa non lucrum.

Pag. 695. *d.* 15. *Vt ſit Splendor.*] Interpres, *vt ſplendor Domini Dei noſtri nobis contingat.* Subſtituimus in horum locum verba Vulgatæ Lat. & locum Dauidis annotauimus; Paulo poſt erat in mſ. lacuna, deſunt enim Græca verba, quibus exprimantur illa, quæ virgulis ſunt duabus incluſa, *quicquid tandem fuerit ſiue fuligo.* Rurſus addidimus illa quæ interpres omiſerat *b.* 1. 15. *vita ſua conſpicuum ſe reddit.*

P.697.*c.*6. καὶ ἐμπεριπατῶν.] Mendosè mſ. liber repetebat, καὶ ἐνοικῶν, nos ſubſtituimus genuinã lectionẽ ex Apoſtolo 2. Corin. 6.16. ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. *Habitabo in eis & inambulabo. Leuit.* 26.12. καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν, καὶ ἔσομαι ὑμῶν θεός. *Et ambulabo inter vos, & ero veſter Deus.* Illud igitur ἐμπεριπατῶν eſt ex Leuitico: illud autem ἐνοικῶν ex Propheta Ezechiele, inquit Beza: veruntamen Græcè apud illum legitur tantum c.37.27. καὶ ἔσται ἡ κατασκήνωσίς μου ἐν αὐτοῖς, καὶ ἔσομαι αὐτοῖς θεός, καὶ αὐτοί ἔσονταί μοι λαός. *Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipſi erunt mihi populus*, nec in tota prophetia Ezechielis reperitur verbum ἐνοικῶ. Ad ſenſum igitur citauit Scripturam Apoſtolus non ad verbum.

Pag.702.*a.*15. *Quæ bene incedunt.*] Ad verbum eſſet, *inter quatuor illa, quæ proſperè gradiuntur, vnum hoc etiam ex ijs quæ bene incedunt, eſſe numeratum, hircum ducentem caprarum gregem.* Locus autem eſt Prouer.30.31. τρία δέ ἐστιν, ἃ εὐόδως πορεύεται, καὶ τὸ τέταρτον καλῶς διαβαίνει, σκύμνος λέοντος ἰσχυρότερος κτηνῶν, ὃς οὐκ ἀποστρέφεται, οὐδὲ καταπτήσσει κτῆνος, καὶ ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὔψυχος, καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου, καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει. *Tria ſunt quæ proſperè gradiuntur, & quartum quod bene incedit, Catulus leonis fortior beſtijs, qui non auertitur, neque horret beſtiam, & gallus magnanimiter circa gallinas obambulans, & hircus præcedens gregem caprarum, & rex concionans in populo.* Paulo ante in hac ipſa pagina *a.*8. poſt aduerbium εὐφυῶς addendum ἁρμοσθέντες, ex mſ. quod à librario nimium feſtinante prætermiſſum eſt.

Pag. 707. *c.* 7. *Ferre vterum.*] Alludit ad illud Eſaiæ 26. 18. διὰ τὸν φόβον σου ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν, καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας. *Propter timorẽ tuũ in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.*

IN LIBELLVM DE IMAGINE DEI IN HOMINE.

VINDICANT *hunc libellum Nyſſeno codex antiquiſſimus regiæ bibliothecæ Medicææ, itemq alter, qui inter manuſcriptos Ducis Bauariæ libros ſeruatur, vt ex eorum catalogo liquet, numero* 40. Nyſſeni liber de imagine ſiue creatione hominis. *Ac licet in altera ex duabus homilijs, quæ adiungi ſolent B. Baſilij orationibus in Hexaëmerõ, ſed Nyſſeni ſunt propriæ, (non enim plures quam nouem Baſilio tribuit Suidas) de hac quæſtione diſſeruerit, hoc tamen non impediuit, quo minus vt vtrum Nyſſeni opus agnoſceretur illud de hominis opificio; ſic neque vetabit quidquam, quo minus hoc tanquam verum eius γέννημα legamus. Notum enim eſt ſanctos Patres ſæpius de eodem argumento tractatus habere vel libros ſcribere ſolitos, atque hunc ipſum Gregorium de pauperum amore, de profeſſione Chriſtiana, de reſurrectione pluribus locis diſſeruiſſe. Porro ſimilitudinem illam ab oculo ſumptam pag.*

885. c. *vſurpat etiam Gregorius Nazianz. in tetraſtichis.*

Τἄλλα βλέπων ὀφθαλμὸς, αὐτὸν οὐ βλέπει·
Τύπου χάριν σύμβουλον εἰς ἅπαντ' ἔχε.
Oculus tuetur cætera, at ſe non videt:
Ergo monitorem rebus in cunctis habe.

Cic. Tuſc. 1. vt oculus, ſic animus ſeſe non videns, alia cernit *Philo Iud.* περὶ τῶν μετονομαζομένων, *non longe ab initio.* ὁ ἐν ἑκάστῳ νοῦς ἄγνωστος ἡμῖν ἐστι. Mens quæ in vnoquoque ineſt, incognita nobis eſt.

856. a. vt Methodio viſum eſt.) *Citat hunc eundem Methodium poſtea 87. c. in ſuo ſympoſio, cuius meminit & Hieronymus in catalogo ſcript. his verbis*, Methodius Olympi Lyciæ, & poſtea Tyri Epiſcopus nitidi compoſitique ſermonis aduerſus Porphyrium confecit libros, & ſympoſium decem virginum; de reſurrectione opus egregium & multa alia, quæ vulgo lectitantur, & ad extremum nouiſſimæ perſecutionis, ſiue vt alij affirmant ſub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus eſt. *Et lib. 1. Apologiæ aduerſus Ruffinum, eundem appellat martyrem clariſſimum & eloquentiſſimũ, & in 12. cap. Danielis virum diſertiſſimum. Epiphanius hæreſi 64. fragmentum eius profert ex lib. de reſurrectione contra Origenem, & vocat ἄνδρα λόγιον καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισάμενον.* virũ doctum, & qui pro veritate plurimum decertauit.

857. d. cum lapis aliquis.) *Præcipuè ſi allidatur lapidi, quem pyritem vocat Auguſtinus lib. 21. de ciuit. Dei cap. 5. ex Plinio lib. 37. cap. 11. & lib. 56. cap. 19.* Pyritarum genus eſt plurimum habens ignis. In exploratoribus caſtrorum maximè neceſſarij, qui clauo vel altero lapide ſcintillas edunt, quæ exceptæ ſulphuratis aut fungis aridis vel folijs dicto celerius ignem præbent. *Vſus eſt eadem comparatione Gregorius Nazianzenus orat. 31.* λογισμὸν γάρ ἐστι τὸν ταύτην ἐκκαλούμενον, ἵνα ἡ φύσις εἰς ἔργον προέλθῃ, καθάπερ λίθος πυρίτης σιδήρῳ κρουσθεὶς, καὶ οὕτω σίδηρος γίνεται. Rationem enim eſſe, quæ eam excitet, vt natura in opus prodeat, quemadmodũ ſilex ferro pulſatus, atque ita ferrum fiat. *Sed corrigendum ſuſpicor* οὕτω σπινθὴρ γίνεται, atque ita ſcintilla fiat, *vel*, igniculus fiat. *vt in eadem orat. dixit* τὸν σπινθῆρα τοῦ καλοῦ διὰ τῆς προαιρέσεως ἀνάψας. ac virtutis igniculum per arbitrij libertatem exuſcitans. *Sic Dioſcorides lib. 5. cap. 143. ait* τὸν πυρίτην σπινθῆρας ἀφιέναι, *ſcintillas edere. &* τὸ ἐκ πυρίτου φῶς, *non ferrum ſed flamma vel igniculus elicitur.*

858. c. Non obſcurum eſt noſtram.) *Similem Trinitatis figuram animaduerſam in anima noſtra reperies apud Athanaſium in quæſtionibus tom. 2. Græcolat. edit. pag. 357.* ἡ δὲ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου μία μὲν, τρισυπόστατος δὲ, τρία πρόσωπα ἔχει ἡ ψυχή. καὶ πῶς ἄκουσον. ἔστιν ἡ ψυχὴ ἓν πρόσωπον, ἡ δὲ ψυχὴ γεννᾷ τὸν λόγον, καὶ ἰδοὺ ὁ λόγος ἄλλο πρόσωπον. ἡ ψυχὴ ἐκπέμπει καὶ τὴν πνοήν, καὶ ἰδοὺ ἡ πνοὴ ἄλλο πρόσωπον. Eſt autem anima hominis vna quidem: ſed tribus ſubſiſtentiis conſtans, tres ſubſiſtentias habet anima: & quomodo? audi. Eſt anima vna ſubſiſtentia, anima vero generat rationem, & ecce ratio altera ſubſiſtentia: anima autem mittit ſpiritum; & ecce ſpiritus tertia ſubſiſtentia. *Cæterum hic vocem* ἀγέννητον *reddidi*, ingeniti, *quod à Latinis Patribus vſurpetur hac notione, vt minimè genitum ſonet, Hilario 2. de Trinitate qui & lib. 4. eius loco vtitur voce innaſcibilis, & Auguſtino lib. 5. & 15. de Trinit.*

859. c. Apoſtolum hominem.] *Quo loco id dixerit Apoſtolus, non liquet: mihi quidem certè alius nunc non occurrit locus præter hunc Coloſſenſ. 1. 15.* ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως. qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. *Atqui de Chriſto dicitur hoc, non de homine quouis. Legimus quidem 1. Cor. 11. 7. virum eſſe* εἰκόνα καὶ δόξαν θεοῦ imaginem & gloriam Dei, *& Chriſtum Dominum eſſe* εἰκόνα θεοῦ imaginem Dei. *ſed* τὸν ἄνθρωπον εἶναι κατ' εἰκόνα θεοῦ τοῦ ἀοράτου *non legimus: itaque memoria lapſus hic quoque videtur Nyſſenus.*

Ibid. d. ſapientes profani.] *Hieronymus accedit interpres Gregorij ſcribens in 1. Ezechielis:* Plerique iuxta Platonem rationale animæ, & iraſcitiuum, & concupiſcitiuum, quod ille λογικὸν & θυμικὸν & ἐπιθυμητικὸν vocat: (*ſic enim emendandum eſt*) ad hominem & leonem ac vitulum referunt. *Apud Platonem lib. 9. Politic. lego* τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς, *quod Cicero lib. 1. de diuinat. vertit*, ea pars animi, quæ mentis & rationis ſit particeps, & τὸ ἐπιθυμητικὸν, ea pars animi quæ voluptate alitur, & τὸ θυμοειδὲς, tertia pars animi, in qua irarum exiſtit ardor.

862. a. Neque aduentitio.] *In mſ. legebatur*, οὐ κλήρως, ἀλλ' ἐπεισάκτως, *corrigimus* οὐ κλήρως, οὐδ' ἐπεισάκτως. *eſt enim* ἐπείσακτος *Dionyſio, quod aſcititium & aduentitium eſt, vt apud Iuſtinum in Dialogo pag. 286.* κλῆρον τὸν ἐπείσακτον, hæreditatem aduentitiam relinquere. *Et paulo poſt. 90. d.* tanquam figuris quibuſdam, *pro* ὥσπερ τισιν, *legimus* ὥσπερ τισιν τύποις χαρακτηρίζεται. *Ibid. e.* neque pater, neque filius ante, *addidimus poſt* ὁ πατὴρ, *illud* οὐδ' υἱὸς, *quod ſequeretur verbum pluralis numeri* προϋπῆρχον. *& ſenſus id exigere videretur.*

863. d. Tanquam in ſpeculo.] *Emendandum eſt in Græco* καθὼς ἐν ἐσόπτρῳ, *pro* καλῶς ἐν ἐσόπτρῳ. *& rurſus,* εἰ μὴ φοβερόν ἐστι *legendum fortaſſe,* εἰ μὴ φορτικόν ἐστι, *vel* σφαλερόν ἐστι. *pag. 866. a.* niſi forte inſolens ſit, *aut*, importunum, *aut* periculoſum, *vel ſi manuſcripti lectionem retinere malis*, niſi forte reformidandum ſit dicere.

IN EPISTOLAM DE PYTHONISSA.

CELEBREM *fuiſſe controuerſiam & multis vtrinque diſputationibus agitatam de Pythoniſſa, quæ Sauli Regi Samuelis animam euocare conata eſt, cum ex ſententijs Patrum, quos enumerabimus conſtat, tum ex Hieronymo in Catalogo ſcriptor. Eccleſiaſt. qui Methodium Tyri Epiſcopum tradit aduerſus Origenem de Pythoniſſa librum ſcripſiſſe, & Euſtathium Antiochenum aduerſus eundem de Engaſtrimytho, hoc eſt de ventriloqua muliere: ſed Nyſſeno quoque Gregorio tribuebat hanc epiſtolam manuſcriptus codex Collegij noſtri Lotharingici Pontis ad Montionem, qui nonnulla alia ſimilis argumenti opuſcula complectebatur. Quod autem ait non longè à principio quibuſdam placuiſſe veram fuiſſe* ψυχαγωγίαν, *id eſt euocationem animæ*

Samuelis, teſtantur etiam Origenes tom. 27. in Ioannem & Hieronymus in 7. Eſaia, atque idipſum auctoritate ſuæ opinionis confirmant Ioſephus lib 6. antiquit. cap. 15. Iuſtinus in Dialogo cum Triphone. Baſilius epiſt. 80. ad Euſtathium. Ambroſius in 1. Lucæ & Auguſtinus lib. de cura pro mortuis pag. 15. idémque inter recentiores docent Lyranus, Toſtatus, Dionyſius Carthuſianus & Caietanus, qui grauiſſimo præcipue nituntur Eccleſiaſtici teſtimonio cap. 46. 23. Et poſt hæc dormiuit (Samuel) & notum fecit Regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

867. a. de ventriloqua.] *Quam* LXX. 1. *Reg.* 28. 7. γυναῖκα ἐγγαστρίμυθον *dixerunt*, vẽtriloquam mulierem *vertimus ſequuti Hieronymum iam citatum, Auguſtinum 2. de doctrina Chriſt. cap. 23. & antiquiorem illis Tertullianum, qui lib. 4. adu. Marcionem cap. 25. illud Eſai. 44. 25.* διασκεδάσει σημεῖα ἐγγαστριμύθων, *reddit Latinè*, diſſiciet ſigna ventriloquorum, *eodémque modo Leuitici* 19. 31. οὐκ ἐπακολουθήσετε ἐγγαστριμύθοις, Non ſequemini ventriloquos, *in quem locum annotat Theodoretus, quoſdam à dæmonibus agitatos multos decepiſſe, perinde ac ſi prædicerent, quos ἐγγαστριμάντεις Græci appellant, quippe quod ab intus videatur dæmon loqui. Idem docent Cyrilli & Heſychij lexica, dæmonem ſcilicet ex ventre mulierum illarum loqui ſolitum. Apud Hebræos etiam ſimili ratione videtur dæmonium iſtud* אוב *&* אובות, *appellari, quod mulierum eiuſmodi à dæmone obſeſſarum ventres inſtar vtres intumeſcerent. Sumitur autem ea vox & pro mago quouis, qui pacto cum dæmone inito diuinat; vnde Vulgata illud Leuit.* 19. 31. *vertit*, Non declinetis ad magos, *& Eſai.* 44. 25. Irrita faciens ſigna diuinorum. *At* 1. *Reg.* 28. 7. mulier Pythonem habens *Hebraïcè dicitur* בעלת אוב *domina Pythonis. ſic Actor.* 16. 16. παιδίσκην ἔχουσαν πνεῦμα Πύθωνος, *puella ſpiritum Pythonis habens: vt nomen iſtud non magis Pythonis ſerpentis proprium ſit, quem Apollo Pythius interemit, quam ſerpentis antiqui illius, qui vocatur diabolus & Satanas Apocal. 12. 9. Accommodat hanc vocem illis dæmonibus, qui videntur è ſepulchris mortuorum, vel ſubterraneis locis edidiſſe reſponſa. Vulgata auctor Eſai.* 29. 4. Et erit quaſi Pythonis de terra vox tua. LXX. οἱ φωνοῦντες ἐκ τῆς γῆς. loquentes de terra: *vbi Hieronymus notat Aquilam vertiſſe magos, & νεκρομαντείαν magorum intelligit, per quam animas euocare dicuntur.*

Ibid. animarum euocationem.] *Sic reddidimus Latinè vocem* ψυχαγωγίαν, *quaſi* ψυχαγωγία, *quam & Gregorius Nazianzenus in Iulianum coniungit cum* μαντείᾳ, *ſit animarum eductio ſeu euocatio, vt ait Iuſtinus in Dialogo pag.* 260. τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, euocatam eſſe à ventriloqua. *Baſilius epiſt.* 80. καὶ ἡ ἐγγαστρίμυθος ἐν ταῖς μαγγανείαις αὐτῆς ψυχαγωγοῦσα τῷ Σαοὺλ τὰς ἐπιζητουμένας ψυχὰς θεοὺς ἑωρακέναι φησίν, *quæ Sifanus vertit*, & Pythoniſſa ventriloqua diuinationibus ſuis & animarum euocationibus oblectans Saulem, *rectius Mycræus*, & mulier illa Pythonica, quæ Saulem ab inferis incãtationibus ſuis euocauit, cum videret animas, quæ requirebantur, Deos ſe videre dicebat. *Sed corrigendum eſt in Græco pro* τὸν Σαοὺλ, τὸν Σαμουὴλ, *& apud vtrumque interpretem*, quæ Samuelem.

868. b. hiatum verſus impios.] *Corrigendum eſt in Græco* διώρυχα, *pro* διώρυχι, *cæterum vocem* chaos *retinuimus, vt alludere conſtaret Nyſſenum ad illud Euangeliſtæ Lucæ* 16. 26. χάσμα μέγα ἐστήρικται, chaos magnum firmatum eſt, *vel vt alij legendum putant*, chaſma magnum, *tametſi conſtanter apud Latinos Patres ſcriptum reperimus* chaos. *Hieronymus in cap. 3. Eccleſiaſtæ.* Et Euangelium chaos magnum interpoſitum apud inferos, & Abraham cum Lazaro & diuitem in ſuppliciis eſſe teſtatur. *Ambroſius in 16. Lucæ.* Inter hunc igitur diuitem & pauperem chaos magnum eſt, quia poſt mortem nequeunt merita mutari. *Auguſtinus ad Simplicianum quæſt.* 3. Cum Dominus inter diuitem & illum qui ad ianuam eius iacebat magnum chaos interiectum eſſe teſtetur. *Tertullianus vero 4. aduerſ. Marcionem* 34. Magnum ait intercedere regiones iſtas profundum, & tranſitum vtrinque prohibere. *Auguſtinus demum lib. 2. quæſtionum Euangel. 38. loca intelligit, in quibus torquentur impij, ad quæ iuſti etiam ſi velint tranſire non poſſint.*

869. a. numinis inſtinctus.] *In ms. legebatur* κατοχαὶ, *ſed emendandum cenſuimus* κατακωχαὶ: *nam* κατέχεσθαι *idem valet, quod* ἔνθεον εἶναι. *de quo vide Budæum in Commentariis pag. 867. vnde apud Plutarchum in Alexandro coniungi videmus* κατοχαὶ καὶ ἐνθουσιασμοὶ: *cæterum pro* κατοχὴ *ſcribitur etiam ſæpe* κατακωχὴ, *vt apud Clementem Alexandr. lib. 3. Pædag. cap. 11.* καὶ κατοχὴ τῶν ἐρώτων εἰρημένων, *& in Palatino codice*, κατακωχὴ τῶν ἐρώτων.

Ibid. d. Dij gentium dæmonia.] *Locus eſt Pſal. 95. 5. Porro eodem argumento vtitur & Cyrillus Alexand. lib. 1. de adorat. in ſpiritu.* Quod ſi quis putet euocatam reuera fuiſſe Prophetæ animam, & mulieris verbis tribuerit veritatem: ergo quia eadem dixit Deos è terra aſcendentes ſe vidiſſe, non diuinationis moribus condonet falſitatem, ſed reuera Deos eſſe putet quoſdam eiuſmodi ordinis, qui exiſtant è terra; cum ille, qui ſecundum naturam Deus eſt, vnus ſit ac ſolus.

870. b. Cras tu & Ionathan.] *Hoc eodem tibicine coniecturam ſuam fulcire nititur Auguſtinus lib. 2. ad Simplicianum quæſt.* 3. Et forte hoc eſt quod cum illa imago Samuelis Saulẽ prædiceret moriturum, dixit etiam ſecum futurum: quod vtique falſum eſt. Magno quippe interuallo poſt mortem ſeparari bonos à malis in Euangelio legimus. *Tuetur enim hanc ſententiam de ſpectro Samuelis à dæmone effiicto præter Cyrillum & Auguſtinum iam citatos, Tertullianus de anima cap.* 57. Nec enim Pythonico ſpiritui minus licuit animam Samuelis effingere poſt Deũ mortuos conſulente Saule. *Iuſtinus quæſt. 52. ad orthod.* ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν ῥημάτων γέγονεν ἐκ τοῦ θεοῦ τοῦ δεδωκότος τῷ δαίμονι ἐν σχήματι τοῦ Σαμουὴλ ὀφθῆναι τῇ ἐγγαστριμύθῳ, καὶ δεῖξαι τοῦ μέλλοντος τὴν δήλωσιν. Veritas autem dictorum à Deo fuit, qui poteſtatem dæmoni permiſit, vt in forma Samuelis Pythoniſſæ appareret, & futurum euentum ſignificaret. *Idem auctor quæſt. veteris & noui quæſt. 27. & auctor librorum de mirabilibus ſacræ ſcripturæ lib. 2. cap. 11. Anaſtaſius quæſt. in Script. 37. Procopius & Eucherius in 2. lib. Regum. Baſilius in cap. 8. Eſaiæ, Iſidorus lib. 8. Ethymolog.*

cap.9.ſed illa tamen ratio neceſſaria non eſt quæ depromitur ex dicto imaginis Samuelis, potuit enim illud Mecum eris, non ad æqualitatem felicitatis, ſed ad parem conditionem mortis referri, quod vterque homo fuerit, & vterque mori potuerit, iámque mortuus viuo mortem prænuntiabat vt ait ibidem Auguſtinus, & ad Dulcitium quæſt. 6. Itaque tutior & verior eorum videtur ſententia qui non à Pythoniſſa euocatam, ſed Dei iuſſu veniſſe animam Samuelis tradunt vt plerique Patrum iam citati in prima annotatione, & Theodoretus in 1. Regum quæſt. 62. Deus effomata vt voluit ſpecie Samuelis, protulit ſententiam non per aduerſarios, cum hoc non potuerit facere ventriloqua.

Ibid.b. Hanc enim conſuetudinem.] Illuſtrat hoc exemplis Auguſtinus quæſt. 3. ad Simplicianum. Imaginariam illuſioné propterea Scriptura nomine Samuelis appellat, quia ſolent imagines rerum earum nominibus appellari quarum imagines ſunt. Sicut omnia quæ pinguntur atque finguntur ex aliqua parte materiæ metalli aut ligni, quæque videntur in ſomnis, & omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines ſunt, appellari nominibus ſolent: ita Cicero & Salluſtius appellantur imagines Ciceronis & Salluſtij, Cherubini quoque cœleſtium poteſtatum fictæ ex metallo imagines. Addunt alij ſolere ſcripturam non quod ipſa ſentit, ſed iuxta affectum eorum de quibus loquitur, ſermonem inſtituere, vt 1. Cor. 8. dicit Deos eſſe multos & Dominos multos: & ita exponit Pauli locum Cyrillus lib. 1. contra Iulianum ex 2. Corin. 4. Deus huius ſeculi. In eandem ſententiam profert & ſequentem locum de Balaam Numer. 22. 18. Baſilius epiſt. 80. ἀλλὰ καὶ ὁ Βαλαὰμ οἰωνιστὴς ὢν καὶ μάντις καὶ διὰ χεῖρας τὰ μαντεῖα φέρων, καθώς φησιν ἡ γραφή. Cæterum hic apparet ſimilis memoriæ lapſus in Baſilio ei quem notauimus in eius fratre Nyſſeno lib. de vita Moſis col. 159. c. quem & reperies in Catena in Pentateuchum interprete Zephyro, vbi dicit in manibus habuiſſe Balaam vaticinia, vel certè τὰ μαντεῖα διὰ χειρὸς ἔχει, cum legamus Numer. 22. 7. ἐπορεύθη ἡ γερουσία, καὶ τὰ μαντεῖα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Profecti ſunt ſenatores Moab & Madian, & diuinationes in manibus eorum, non Balaam, ſed ſenatores illas habuiſſe, ait, hoc eſt pretia diuinationis. Auguſtinus autem quæſt. 48. in Numer. veri Dei mandato prohibitum ait. alij putant Balaam ſolitum conſulère dæmones, ſed iis fugatis præter morem illi Deum apparuiſſe: ſic Theodoretus quæſt. 40. in Numer.

871.a. carnes porrigerent.] Græcè erat μεμαγμένον αὐτῷ προσῆγον ἄρτον, cum fortè legendum ſit προσῆγον, vt ad coruos referatur, quibus præcipit Deus, vt Eliam paſcerent. 3. Reg. 17. 4. niſi de Deo ipſo malis intelligi προσῆγον carnes porrigeret, coruorum ſcilicet miniſterio. Porro quod ait porrectos fuiſſe panes quidem mane, veſpere autem carnes, non ſatis explicatur illa ætiologia, quod iis qui incipiunt perfectioribus ſit opus, aut ſolido cibo: nam rudioribus opus eſſe ait lacte Paulus Hebr. 5. 13. perfectorum autem eſſe ſolidum cibum; itaque videtur ὕποπτος hic locus & mendi ſuſpectus, ſic vt alterius manuſcripti opem imploret.

Ibid. Non ſimpliciter Angelum.] Principem tranſgreſſorum Angelorum ſiue dæmonum, nonnulli recentiores neſcio qua de cauſſa tanquam proprio nomine Luciferum vocant, cum Iſaiæ 14. ſub figura principis Babylonis comparatione ſumpta à ſtella Lucifero caſus ipſius deſcribatur, alij Sathaëlem vt auctor homil. 3. in Geneſim, quæ Chryſoſtomo perperam tribuitur, alij Leuiathan vt Abulenſis quæſt. 62. in 12. Matthæi vocant, à Scriptura vero Diabolus dicitur: ſed principem eum fuiſſe terreſtrium vel mundanorum angelorum, quibus terræ cuſtodia commiſſa erat, non cœleſtium exiſtimarunt veteres quidam Theologi, vt docet Auguſtinus lib. 3. de Geneſi ad literam cap. 10. & 11. cap. 19. & Ioan. Damaſcenus lib. 2. de fide cap. 4. Tertullianus tamen contra, lib. 2. aduerſus Marcionem cap. 10 ſcribit eum editum fuiſſe omnium ſapientiſſimum. Et in perſona, inquit, principis Sor ad Diabolum pronuntiatur ab Ezechiele. Tu es ſignaculum ſimilitudinis, corona decoris: hoc vt eminentiſſimo Angelorum, vt Archangelo, vt ſapientiſſimo omnium. Origenes tract. 9. in Matt. explicans illud Nouiſſimi primi, dicit eum fuiſſe primum, quando incedebat immaculatus in omnibus vijs ſuis, & factum nouiſſimum cum in infernum deſcendit: & in eandem ſententiam trahunt quidam Auguſtinum lib. 11. de Geneſi ad lit. cap. 15. cum tamen ibi tantum dicat eum præceſſiſſe alios Angelos temporis antiquitate & principatu malitiæ, ſed apertius hanc opinionem tuetur Gregorius Papa homil. 34. in Euangelia, & D. Thomas 1. parte quæſt. 63. artic. 7. Auguſtinus lib. 3. de Geneſi Archangelum illum fuiſſe dicit, vt & apud Iudam Apoſtolum ver. 9. Michaël Archangelus appellatur, quem tamen probabile eſt ad ſupremum chorum Angelorum pertinuiſſe, cum aduerſus draconem pugnarit Apocalypſ. 12. 7. & princeps Eccleſiæ Chriſtianæ credatur, vt fuit olim ſynagogæ Daniel. 10. Licet igitur Dionyſius Areopag. de cœleſti hierarch. cap. 6. Archangelos non in prima, ſed in tertia hierarchia collocet inferiores principatibus, rectè tamen admonent Theologi nomina impoſita à dono, aut re aliâs communi omnibus aut pluribus Angelis, aliquando in amplieri ſignificatione ſumpta vſurpari ad ſignificandos Angelos alterius chori: ita licet Michael, & princeps dæmonum fuerint ex ordine primo primæ hierarchiæ: Archangeli tamen vocantur, quod nomen illud principatum inter Angelos ſonet.

IN ORAT. DE SVA ORDINATIONE.

CONSERVAVIT hanc orationem Nyſſeno tributam codex manuſcriptus Aegidij Dauidis I. C. Pariſienſis, quæ & in alio veteri libro Venetiis in bibliotheca reuerendiſſimi Epiſcopi Lullini aſſeruntur. Eius exordium iucunda & eleganti allegoria à conuiuiis ſumpta miram præ ſe fert modeſtiam, cuiuſmodi frequenter vtitur iniuiis & digreſſionibus Ioannes Chryſoſtomus vt & ipſius Nyſſeni germanus Baſilius.

874.b. nuda ſermonis.] In manuſcripto lacuna hîc erat, quæ defectum epitheti ſubindicabat, vt videatur ſcripſiſſe auctor ἀνθρώπου τῇ ψιλῇ περιβολῇ τοῦ λόγου vel μόνῃ τῇ περιβολῇ vox enim περιβολὴ, quæ comprehentionem ſonat hic mihi capturã ſiue τὴν ἄγραν ſignificat vt loquitur Lucas 5. 9. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ

συνέλαβον, in captura piſcium, quam ceperant. *Ita quoque retia Apoſtolorum myſticè exponit Ambroſius in 5. Lucæ.* Quæ ſunt autem Apoſtolorum quæ laxari iubentur retia, niſi verborum complexiones, & quaſi quidam orationis ſinus, & diſputationum receſſus, qui eos quos ceperint, non amittant?

Ibid. Quod deficit.] *Græcè erat,* τὸ ἐκλεῖπον ἐκλειπέτω, *& ita reliqua indicantis modo quæ paulo aliter efferuntur Zacharia* 11. 9. τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλειπέτω. Quod moritur moriatur, & quod deficit deficiat. *Vulgata Latina,* & quod ſucciditur ſuccidatur, *Hieronymus ſic exponit,* Omnia corpora ruant in ſolitudine, & verſi in ſeditionem inſtar beſtiarum mutuis lacerentur morſibus: nulluſq. terram repromiſſionis introeat, *Illud vero*, quod aberrauit, non reuertitur, τὸ πλανώμενον οὐκ ἐπιστρέφει, *ſumptum videtur ex cap.* 34. 4. *Ezechielis.* καὶ τὸ πλανώμενον οὐκ ἐπεστρέψατε. Et quod errabat, non reduxiſtis, *vel certe ex Hieremia* 8. 4. ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει. aut qui auertit ſe, non reuertitur. *Metaphora ducta eſt à paſtoribus negligentibus, qui pecora abyciunt & produnt, neque à periculo mortis aut morbi liberant.*

875. c. quam trecentæ.] *Suffragatur Hilario in lib. contra Conſtantium, qui trecentos decem & octo Epiſcopos apud Nicæam cõueniſſe teſtatur, vt & Epiphanius hæreſ.69. Ruffinus lib. 1. c. 1. Theodoretus lib. 1. c.7. hiſtor. qui & ſequenti capite profert epiſtolam Euſtathy Antiocheni ducentos tantum & ſeptuaginta numerantis, ſed qui poſtea ſubyciat nihil certi ſe ſcribere poſſe propter ingentem eorum multitudinem, nec illud ſe curioſè inueſtigaſſe. Socrates autem lib. 1. c. 5. citans Euſebium lib. de vita Conſtantini 3. cap. 9. ita ſcribit:* ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης χορείας ἐπισκόπων μὲν πλῆθος ἦν (*legendum* πλῆθος ἦν) τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπεραχοντίζον. Sed in hoc præſenti choro fuit Epiſcoporum multitudo ad numerum trecentorum & amplius. *Apud ipſum Euſebium tamen ita legitur,* πλῆθος ἦν πεντήκοντα καὶ διακοσίων ἀριθμόν. fuit multitudo ad numerum ducentorum quinquaginta & amplius. *Poſtremo Sozomenus tradit eos fuiſſe numero circiter trecentos & viginti.* τριακόσιοι εἴκοσι ἀμφὶ τοὺς ... *lib. 1. cap. 16 In actis ſynodi à Gelaſio Cyziceno vulgatis trecenti & octodecim fuiſſe traduntur.*

876. a. Ioannem Euangeliſtam.] *Auctorem libri Apocalypſis agnoſcit Apoſtolum Ioannem & apocryphum eum appellat, ſed Dionyſius contra Alexandrinos licet diuinum & canonicum librum aſſerat, tamen an Ioannis ſit Apoſtoli an alterius Ioannis, dubitat, refellens Cay cuiuſdam opinionem, qui Cerintho hæretico librum illum tribuebat apud Euſebium lib. 7. cap. 23. Hieronymus vero epiſt.* 129. Quod ſi epiſtolam ad Hebræos Latinorum conſuetudo non recipit inter ſcripturas canonicas: nec Græcorum quidem eccleſiæ Apocalypſim Ioannis eadem libertate ſuſcipiunt, & tamen nos vtraque ſuſcipimus. *Eundem librum ſuſcipiunt & aly Patres vt Iuſtinus in Dialogo, Tertullian. 4. in Marcionẽ, Irenæus lib. 5. cap. vlt. & cæteri à noſtris Ribera & Viega enumerati Comment. in Apocalypſ. inter quos Nyſſenus non recenſetur, locus hic citatus eſt Apocalypſ.* 3. 15. Incipiam te euomere ex ore meo.

876. b. miracula ex operibus.] *Ita ſupplendum cenſuimus, quod deerat in Græco ms.* ἀπὸ ἔργων θαύματα. *& paulo poſt* τὸ πιστὸν ῥημάτων. *Ibid. c.* vt ſolo iuſſu *Græcè erat,* ὡς προστάγματι μόνῳ, *pag.* 89. *Sed corrigendum eſt* ὡς προστάγματι μόνῳ. *Ibid. c.* Quid ergo eſt quod, ἀλλὰ τί πάθω, *poteſt etiam verti*, At enim quid faciam? *vel*, Quid igitur mihi fiet?

878. c. vaporem ſcilicet.] *In cod. ms. legebam* ἐξατμισθεῖσαν τῇ ... τῆς γῆς, *ſed emendandum eſt* ἐξατμισθεῖσαν τῷ βάθει, *vel certe* ἐξατμισθεῖσαν, attractum, diffuſum, atque compreſſum? *nam & ita Ariſtoteles aquam fluminum ac fontium gigni cenſuit intra terræ ſinus ex aëre & vaporibus in aquam ſolutis: ita vt aër & vapores perenniter in aquam commutentur & corpora illa & calorem illorum frigiditate loci expugnante denſentur & concreſcant lib. 1. Meteor. c. 13.* ὅταν γὰρ ψυχόμενος συνίστηται ὁ ἀτμίζων ἀὴρ εἰς ὕδωρ δὲ τὸ ὑπὸ τῆς ἐν τῇ γῇ ψυχρότητος τὸ αὐτὸ ἀπομίζειν συμβαίνει. Si aër ad vaporis naturam accedens ob frigus in aquam deſcendit ſupra terram, idem quoque ab ea quæ in terra eſt frigiditate euenire ac fieri.

Ibid. d. Aperi os tuum.] *Paulo aliter hæc ſcripta ſunt Pſalmo* 118. 131. Os meum aperui & attraxi ſpiritum, *itemque illud alterum ex Pſalm.* 80. 11. Dilata os tuum, & implebo illud, *quod* LXX. *dixerunt* πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. *Hieronymus ex Hebræo vertit*, Aperi os tuum, & implebo illud, *& in Commentario in* 1. *cap. Michææ de inſtinctu ſpiritus ſancti, & in exponendis ſcripturis auxilio locum intelligit. vertens*, Aperi os tuum, & implebo, *eodemque modo Chryſoſtomus in Pſalmum* 118.

IN ORAT. DE PAVPERIB. AMAND.

EIVSDEM NOTAE.

CVM in lucem ederet à ſe Latinitate donatam hanc homiliam Pet. Franciſcus Zinus Veronenſis Venetijs an. CIↃ IↃLXXIV. hunc titulum ille præfixit, *De amandis & benignitate complectendis pauperibus;* at in editione Græca Auguſtana apud Mangerum an. CIↃ IↃ XXVII. & in codice mſ. Theod. Canteri tantum dicebatur, λόγος εἰς τὸ περὶ εὐποιΐας. Atque in hoc quidem conueniebat vterque liber, quemadmodum & in lectione loci illius, pag. 882. a. 12. ὅτι ὁ τῶν μὲν παρόντων, at interpretatio Zini cum Græcis non conſentiebat, *Quod ſi nunc adeſſe rebus, quas in ſeipſe cohibet & coërcet, negemus, quomodo poſterius vnquam affuturum expectemus?*

Ibid. b. 6. *beatus enim.*] Subiecerat vulgata Latinę verba interpres, *Beatus vir qui ſemper eſt pauidus:* at illa non è Græco, ſed ex Hebræo Prouerbia conuertit; nos B. Cypriani verbis ſententiam expreſſimus qui locum hunc Prouer. 28. 14. ſic vertit 3. Teſtimonior. 20. Eodem modo ſequentem locum extulerat, *Qui contemnit contemnetur,* cum LXX. dixerint ὁ καταφρονῶν πράγματος. Prouerb. 13. 13.

Pag. 884. d. 7. *Vides homines.*] Immutauimus interpretationem, quod non id velit auctor hos pauperes ſuis gregibus quærere pabula, cum omnino gregibus careant, ſed eos quaſi gregales

pecudes huc illucque cibos quærendo diſcurrere. Zinus ediderat, *Cernis homines vagos tanquam ex Nomadum genere ad ea comparanda quæ gregib. ſibique neceſſaria ſint diſſipatos.* Simile illud pag. 886 d. κατὰ πάντας ἀγῶνται τοὺς τόπους καθάπερ τὰ ἀγέλαια.

Pag. 885. b. 12. *conuenientibus.*] συνιοῦσι, non vt Zinus videtur legiſſe ἀπιοῦσι, abeuntibus nam illi θαυματοποιοὶ ſolent in circulis & triuijs plebem attonitam ſuis illis mirificis geſtibus motibuſque corporis detinere, ſub finem pag. d. 6. illud *vt canes*, à neutro cod. Græco agnoſci, & expungi poſſe.

Pag. 888. d. 3. *circa membrum.*] Omiſerat hoc interpres, cum tamen περὶ τὸ μέρος, duo mſſ. & excuſus habeant & neceſſarium eſſe conſtet, ex ijs quæ ſequũtur τῷ τῆς ἱερᾶς μέρει. At in mſ. Morelli pro περιεργασίας, quæ vox Medicis eſt vſitatior quam librarijs, ſcriptum erat τῆς ὑγιοῦς οὐσίας, & συνελαύνει φθορὰν παθούσης, in Auguſt. & Cant. συνελαύνει διαφθοράν.

Ibid. d. 10. *Non igitur.*] mſ. Morel. οὐκ οὖν τὸ πάθος. Zinus vertit, *Non igitur eam ob cauſam homines deſpicimus, quod morbus deteſtabilis videatur.* editam lectionem Auguſtana & mſ. Cant. tuentur.

Pag. 891. c. 3. *ſed communis.*] Hæc vitioſa interpunctione fuerant à præcedentibus ita ſeiuncta, vt nouam periodum inchoarent, ſimilitudinem affert. *Quando igitur eiuſmodi contagiones graſſantur valeat excuſatio, quod morbus ex eo laborantibus ad alios ſerpat.* Sed in receptam lectionem conſentiunt Auguſt. & mſſ. duo: tantum in Morel. erat τόνος ἐκ τῶν προσιόντων.

Pag. 893. b. 4. *Qualem.*] mſ. Cant. & Auguſtana edit. δείξεις τῷ δυστυχοῦντι, at Mor. τῷ τεταγμένῳ, quæ lectio reliquæ orationi magis conuenit.

Errata ſic corrigenda.

PAG. 85.b.2.inueniemus.
177.a.14.aqueum.
181.d.4.catenulas.
182.c.3.[illegible]
185.d.10.copiarum principibus.
186.a.10.maleficas.
189.a.2.Quare tantum Æg.
208.b.9.hoc eſt oſſa Verbi ne.
211.a.6.[illegible]
214.a.6.Deum fit idon.
219.b.11.quos narr.
220.b.6.quidam.
221.a.14.*dele*,quam qui intrauit.
b.4.vt fiat opinor.
233.b.7.enim aliis.
234.c.1.ſcrutatus eſt.
243.d.6.quem virr.
244.c.8.*dele*,racemis.
245.a.5.è petra. 6.lapſi ſunt a.6. [illegible] c.3.enim eorum.
246.b.feræ non.
247.a.14.arrepta.
256.b.9.arbitreris.
380.c.7.ἰλυος.
381.b.9.[illegible]
384.a.4.ſub cœlo. a.9.ſua de iis quæ.
393.d.4.ἰκκύσι.
414.c.9. táquam ex poſſeſſione. c.6.[illegible]
424.b.7.& pulchras port.
474.b.7.[illegible]
489.c.5.[illegible]
506.c.13. cum tanquam equit. quendam aduerſ.ex. in aq.demerſerimus.
509.c.3. eſſet imperfecta quod.
525.a.13.naturæ.
555.a.7.fortibus.
558.a.4.ad eam.
560.c.5.vt eo. c.7.comprehendi quid eſſet.
563.b.2. [illegible] a.11. qui per ſublimiorum cupiditatem.
566.a.9. fronduerat.
573.a.5.*dele*, per hæc.
579.d.5.[illegible]
588.a.8.[illegible] c.8.& colli.
590.c.8. dedicatur. c.9.acutè cern.
603.b.2.exhibebatur.
614.c.8.[illegible]
623.d.1.ſi quid.
624.a.13.ſibiipſi mel.
627.d.7.is tractus.
632.d.12.abluta.
635.d.2.plenitudo.
648.c.9.egredietur.
651.d.5. Numnam. a.9.[illegible]
657.c.8.[illegible] c.12.[illegible]
662.b.4.per iucundum hunc.
689.a.8.in qua cuiuſlibet.
687.c.4.cum hoc primũ princ.
688.a.6.[illegible]
793.b.4.[illegible]
838.a.4.[illegible]
877.b.5.at præſentibus.
913.lin.7.[illegible]
914.C.l. eſt eſſentiæ.ead.li.& [illegible] leg.[illegible] ib. D. ſp.S. adde ſis,coniunct. iuxta nor.
915.A.2.[illegible] ibid. B.Cum autem non diuidatur eſſ.
916.A.l.[illegible] B. lat. atque ſic Deus ead. C.9. ſiue perſ. D.10. ipſam rat. 13. Trinitate.
917.A.l.3.[illegible] C.1.neque voluntate.
918. A. hęc dicit, verum diſcere velit, eo. B.13. qui non abſque m.D.4.aiunt quidam.
919. C.2. [illegible] videtur leg. [illegible] Lat. hom. ſubſiſtentia ab. ibid. D.l. penul. leg.[illegible]
920. B.10. & ſi quid tale.
921. A.l.3. ſubſtantiæ nota eſt; q.l.5.[illegible] ibid. [illegible] C.*homo*,prolato,n.
922. B.l.8. ignei vigoris & feruido 12.orbiculatas at.
924. C.[illegible]
Ibid. D. Myli.& p.p. teſta muniti. *mox* abſque a.
925. A.l.6.[illegible] l.11.exanguia & c.13. Pulmonem non habet,l. p. ibid. D. qualitatis ſint.
926. a.l.2. ſumptionum. ſ. ibi.B.l.9. controuerſis Con. C.l.2. patiuntur corpora,ipſ. *mox*,ſeparatur ab eo.
927. A.l.7. Σωκράτη. ibid. D. l.5. temperantur, c. ibid. D. l. vlt. cantum non.
928. C. ſed tale quiddã rogandũ eſt, qu. 928. C. ſed tale quiddam rogandum eſt, qu. 928. D. temperantur; v. *paulò poſt* temperaturæ eſt: at iuxta alias intemperies.
930. A.l.7. euigilauerit, etiam vna deprauatur. C. *mox*, legendum ſibi aptum, hoc vero præſtat beneficio op.
930. C. D. [illegible] differentiam quæ actus eſt velut oculus eſt ex ſubiecto & forma,mox primus oculorũ ip.
933. B. [illegible] *in Lat.* declarat tum diuerſitate formarum, t. *mox*, numerabiles efficit res. C.3. ſed ſubſtantia: et.
934. A.l.2. *caducum & m.* C. [illegible] D.1.[illegible]
935. B. prouidentiæ orationi relinquimus, q. C.3. futurum: atqui icc. l.6. qui ex Vriæ vx.
936. C. animam diſtentam eſſe. *mox*,ſed intelligibilem.
937. C. [illegible] D.1. Iamblichus vero.
941. A.l.11 [illegible] C.Plot. quæſtionem iſt.
942. D. l.8.vt nec ignis, *mox*, ellychnio ad.
943. C.l.2.[illegible]
944. A.l.6. [illegible] l.10.[illegible] C.D.leg.[illegible]
944. A. in aſteriſco fortè an leg. [illegible]
448. B. [illegible] C. fortè leg. [illegible] vel [illegible] D. [illegible]

INDEX
LOCORVM SCRIPTVRÆ SACRÆ,
QVI IN HOC S. GREGORII NYSSENI
OPERVM TOMO I. PASSIM EXPLICANTVR.

EX GENESI.

i ET ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas 993. b. c
1 Faciamus hominem ad imaginem ſimilitudinemq; noſtram 66. d. 83. b. 357. c. 854. c
2 De omni ligno, quod eſt in paradiſo, veſceris 96. a. 281. c
2 Augeſcite ac voſmet amplificate, & terram complete 102. b. 337. c. 411. a
2 Requieuit ab omnibus operibus ſuis quæ cœpit facere 935. a. b
3 Ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis 984. a
3 In ſudore & labore veſceris pane tuo 748. c
4 Qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur 160. a
7 Et apertæ ſunt cataractæ cœli 28. d. 29. a
11 Venite deſcendentes confundamus linguam eorum 984. d
12 Proficiens creſcebat Iſaac 156. a. b
15 Aſpice ad hoc cælum, & vide has ſtellas 618. c
19 Ego ero illi loco patris 984. 2. a
21 Eijcito ancillam, & filium eius 709. b
21 Eijce ancillam, & filium eius ibidem.

EX EXODO.

3 EGO ſum qui ſum 795. d
5 Quis eſt Dominus, vt vocem eius exaudiam? 193. b
13 Omne maſculinum aperiens vuluam 987. 1. d
14 Aſcende ad me in montem, atque ibi eſto 680. d
14 Dominus bellum gerit aduerſus Aegyptios, & fugiamus à facie Domini 505. b
20 Intrauit Moyſes in caliginem vbi Deus erat. 101. a. 632. c
25 Vide vt omnia facias ſecũdum ſimilitudinem quæ tibi monſtrata eſt in monte 222. c
32 Peccauit populus peccatum magnum 967. c
32 Si quis eſt Domini, ad me veniat 232. c
33 Non poteris videre faciem meam 238. b
33 Cognoui te præter omnes 256. a

EX LEVITICO.

26 IN his habitabo, & deambulabo 502. b

EX NVMERIS.

24 QVOMODO maledicam cui non maledixit Dominus?

EX DEVTERONOMIO.

4 DEVS ignis conſumens eſt 15. b
32 Fel & ira draconum 302. c
32 Occidam, & viuere faciam 434. b. 644. d
vlt. Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini, nec vllus nouit ſepulcrum eius 254. b

EX IOSVE.

5 POTENS in bello, Ego ſum princeps copiarum 463. d

EX I. REGVM.

19 NE diſperdas 361. b

EX II. REGVM.

11 INVENI virum ſecundum cor meum 966. c

EX PSALMIS.

3 QVONIAM multiplicati ſunt, qui tribulant me 327. c
4 Filij hominum, quouſque graui corde? 458. a
6 Erubeſcant & confundantur, qui quærunt animam meam 720. c
7 Ecce parturijt iniuſtitiam, concepit laborem. 411. a
7 Deus corda & renes explorat 70. d
7 Currrus Dei decem millibus multiplex 505. c
